VPer quibus omnibus & singulis emergẽtibus, cõtingentibus, cõnexis, & dependẽtibus ab eis, ac prorsus extraneis: prædicti dominus Potestas & Iudex, & quilibet eorũ ex eorũ, & cuiuscq; ipsorũ mero officio sc̃m formã iuris & statutorũ dictæ ciuitatis, inquirere & procedere intendunt: & dictos inquisitos, & quẽlibet eorum repertos culpabiles, punire & condẽnare intendũt, secundũm formã iuris & statutorum cõmunis Bononię. Die. xxiiij. Nouẽbris supradicti anni. M. cccxxxvij. inchoata, facta & formata fuit dicta inquisitio per dictum dominum Potestatem, & eius iudicem maleficiorum: & quemlibet, vel alterum ipsorum, pro tribunali sedẽtes, ad eorum solitum bãchũ iuris, ex ipsorum & cuiuscq; eorum mero officio, arbitrio, autoritate, potestate, atq; bailia. Die verò xxx. Nouẽbris, ipse dominus iudex, vt s. pro tribuali sedẽs, commisit N. publicõ & iurato nuncio communis Bononiæ, q; dictæ inquisitionis copiam secum portet, & dimittat ad cameram actorum communis Bononiæ. Dicta die dictus N. publicus nuncius, retulit se dictam copiam portasse, & dimisse &c. vt habuit in mandatis &c. Die aũt xxvj. Nouembris, supradictus dominus iudex, vt s. pro tribunali sedens, commisit N. publicõ & iurato nuncio, quòd citet, & requirat dictos Ca. An. & Sempronium, & quemlibet eorum inquisitos, & eisdem schedulam cõtinẽ tem totum tenorem dictæ inquisitionis secum portet, & eis dimittat. Dicta die, dictus N. publicus & iuratus nũcius prædictus, retulit se dictos inquisitos, & quẽlibet eorum: quoniam ipsos personaliter reperire nõ potuit, citasse domi eorũ, & cuiuscq; eorũ solitæ habitatiõis: & oĩa alia dixisse, & fecisse quę habuit à dicto dño Iudice, in cõmissione & mandatis. Die verò xxvij. Nouẽbris. dict. dominus Iudex, vt s. pro tribunali sedẽs, quoniã esset cõtra formam statutorũ: vel quia nõ est verũ q; cicatrix sit petuo remansura: vel quia non fuit, de nocte, dicta verba in inquisitione apposita, videlicet, cicatrix & signum perpetuo remãsurum: vel, de nocte, ademit & detraxit, & huius detractionis copiam ad cameram portari iussit, & imposuit dicto N. nuncio publico, quòd ad istam detractionem dictos inquisitos, & quẽlibet eorum solẽniter citet, cum schedula continente dictam detractionem & ademptionem &c. Dicta die N. nuncius retulit se copiam dictæ detractionis in cameram actorum dimisisse, & etiã dictos inquisitos, & quemlibet eorum cum dicta schedula se citasse domi &c. Die verò iij. Decembris, dictus Iudex, videns & cognoscens dictos inquisitos non cõparuisse, & esse contumaces, & in eorum contumacia perseuerantes: commisit S. publico bannitori dicti communis dictos inquisitos, & quemlibet eorum banniri in talí pœna, vel in tanta quantitate pecuniarũ: & eisdem assignet terminum octo dierum ad cõparendum, & defendẽdum se à dicto bãno & inquisitione, & contentis in eis vel altero eorum. Dicta die dictus S. preco retulit se ita bannisse, præconizasse, & in banno posuisse, & alia fecisse, vt habuit in commissione & in mandatis. Die autẽ xiiij. dicti mensis, prædicti inquisiti comparuere coram supradicto Iudice, & respondendo dictæ inquisitioni, aut negauerũt totũ, aut cõfessi sunt totũ, aut partẽ negauerũt & partẽ cõfessi sunt & c. aut in eorũ cõtumacia perseuerauerunt, & omnia ista vt appareant, scribi debẽt in actis.

Dicta die, præfatus Iudex fecit sibi dari licentiam posse procedi vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, à dictis inquisitis comparentibus & cætera. Qui Iudex dictos inquisitos, & quemlibet eorũ monuit singulis diebus & horis &c. Qui inquisiti, & quilibet eorum, promiserunt stare, parere, & pati omnem condemnationem &c. pro quibus & quolibet eorum &c. An. thomæ capellæ sancti Antonij de Bononia fideiussit &c. Quibus inquisitis, & cuilibet eorum dictus Iudex statuit terminum decem dierum ad faciendas suas defensiones. Qui dictus Iudex dictum Caium detineri & carcerari iussit & cætera. Die xxv. Decẽb. cõparent dicti inquisiti, & quilibet eorũ, & in termino defensiõis, & p eorũ defensione, p duxerũt instrumẽtũ pacis, & alia q̃ sunt in filcia, & infrascriptos testes, quos petierũt citari & examinari &c. Die verò ij. Ianuarij, dict. Iudex ad probationẽ suæ inquisitiõis & p̃cessus, p̃duxit infrascriptos testes, quos examinauit &c. facta prius citatiõe de dictis inqsitis, ad vidẽdũ iurare testes &c. Die v. dicti mẽsis, dict. Iudex publicauit p̃cessum. Qui dict. Iudex, statuit terminum quatuor dierum ad cõparẽdũ & opponẽdũ cõtra dictũ p̃cessum. Die viij. eiusdẽ, cõparẽt & opponũt dicti inqsiti cõtra p̃cessum & testes, p̃ut est in filcia &c. Die xij. eiusdẽ, dict. Iudex imposuit s. publico bãnitori, q; bãniat ad cõciliũ gñale, p sententiãs in crimialibus ferẽdis. Dicta die, p̃dictus p̃co retulit se ita bãnisse, p̃conizasse &c. vt habuit in mãdatis. In noĩe dñi, amẽ. Hec est q̃dã sn̄ia cõdẽnatoria corporalis, & partim pecuniaria &c. lata p̃ do. Thomã de Fano potestatẽ &c. Bononię &c. de cõsensu omniũ suorũ iudicũ &c. sub examine do. Sabbę Iudicis maleficiorũ &c. Nos Tho. Pr̃as p̃dictus, p̃ tribunali sedẽs, ad nr̃m solitũ bãchũ iuris maleficiorũ &c. saluo & reseruato sp̃ &c. & qa nobis cõstat, &c. Sẽproniũ ĩ libris ccc. Bononeorũ &c. dãdis, & soluẽdis camerario: q̃s si nõ soluerit ĩtra x. di. soluat cũ quarto pluri, admisso sibi bñficio, ꝓpter cõfessionẽ &c. Et sic deducta quarta p̃te sibi: ac ẽt sibi deducta alia q̃rta p̃te, ꝓpter instrumẽtũ pacis &c. Adr. in libris mille Bononeorũ: quas si nõ soluerit ĩtra x. dies, manus sibi amputetur &c. Caiũ q; duci debeat per loca publica cõsueta vsq; ad locũ iustitię, & ibi caput à spatulis amputet, ita et taliter q; moriat &c. & eius bona publicamus &c. p̃sentibus T. D. & G. in frascriptis testibus &c. p̃sente dict. Caio & appellãte &c. Qui do. Potestas, & eius Iudex maleficiorũ, & quilibet eorũ visis & intellectis p̃dictis, & visa forma iuris & statutorũ cõmunis Bononiæ, appellationẽ d. Caij nõ admisẽrũt, imò vt friuolè, & cõtra, vel p̃ter formã iuris & statuti Bono. nõ detulerũt. Quinimo nõ obstãte dicta asserta appellatiõe, mãdauerũt Ant. militi suo, qui dictã executionẽ corporalẽ faciat, p̃ut habuit in cõmissiõe & in mandatis. Qui Antonius miles die dicta de corporali executione fidem fecit per publicum instrumentum &c.

ADNOTATIO. a q̃ Ista est sententia. Adde tu circa hoc, & vide do. Alex. de Imo. in l. si constãte. in prin. iiij. col. vbi tenet, quòd glo. malè loquatur, dũ vult, quòd fauore fidei, non debeat extendi ad accusationem, & quòd cõtra illã tenet Archi. ibi: quẽ sequitur Lu. Ro. in auẽ. similiter. C. ad le. fal. & quòd causa accusationis sit magis fauorabilis, quàm causa inquisitionis: patet ex not. p Bart. in l. infamẽ. ff. de pub. iudic. & l. ij. §. ex publico. ff. de adult. & aliquid per Bal. in l. ea quidem. C. de adul. & in l. iij. ff. de suspe. tu. & pro cõfirmatione prædictorũ adde quòd voluit Cal. in ti. de accu. cõs. j. de pœnis. cõsi. j. Fulg. consi. cxxxvj. & cõsil. clxxxvj. & Cepo. cõsi. lxv. Pet. de Anch. cõsi. cxc. & Abba. cõsil. xxv. In quibus locis cõcluditur, quòd inquisitio est via extraordinaria, & accusatio ordinaria: & quòd dãnatus ex inquisitione nõ efficitur infamis: sed ex accusatione sic. ergo patet quòd quo ad punitionẽ criminis, accusatio est magis fauorabilis: facit quod dicit Alex. cõsi. lxiij. in. j. volu. vbi quòd omnis exceptio que p̃t opponi cõtra accusatorẽ, p̃t opponi cõtra iudicẽ inquirẽtem. & in quantũ dixi quòd dãnatus ex inquisitione nõ efficitur infamis: intellige vt per Bar. in. d. l. infamẽ. & adde quòd per dicta Bar. ibi cõsuluit Rap. Cu. in consi. lxxj, quòd si taliter dãnatus instruitur à fratre in testamẽto, quòd excludatur per querelã inofficiosi ab illo, qui de iure debebat instrui. aduerte tamen quòd glos. in dicto ça p̃. in fide i. s. quitur simpliciter Rom. in consil. cccxxxvij. Bert.

Inquisitionis

Inquisitionis declaratio.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio sit ex mero iudicis officio, accusatio ad partis petitionem, denunciatio uero ad relationem & denunciam officialis.*
2 *Inquisitio est magis fauorabilis ad reprimendum delicta quã accusatio, & ideo statuta in fauorem inquisitionis non extenduntur ad accusationem: quod limita prout in additio. ibi.*
3 *Inquisitio quædam est generalis, quædam specialis, & quæ sit prima species inquisitionis generalis.*
4 *Inquisitionis diffinitio, tam generalis, quàm specialis.*
5 *Inquisitionis generalis quæ sit secunda species.*
6 *Item quæ sit tertia species.*
7 *Item quæ sit quarta species.*
8 *Inquisitio specialis quæ sit.*
9 *Inquisitio duplex est, una generalis, alia specialis, secundum Hosti.*
10 *Inquisitio, secundum Spec. duplex est, una preparatoria, alia solennis & ordinaria.*
11 *Inquisitionis alia diffinitio secundum Hostien.*

HAec est quædam inquisitio. Hũc ordinem tenebo, scilicet quẽ tenuit Bart. in extrauaganti, ad reprimendũ: quia exponam vnũquodq; verbũ substantiale, & clausulas dicti processus, quid importent, & quare ita practicatur: super vnoquoquevero bo, faciendo gl. formando quæstiones & casus quotidianos, ponẽdo decisiuè dicta doc. † Et ideo dicitur, hæc est 1
quædam inquisitio, ad differentiam accusationis, quæ nõ sit ex mero officio, sed ad parsis accusantis petitionẽ. l. rescripto. §. si quis accusatorem. de mu. & ho. l. qui accusare. ff. de accu. & dicitur super gl. in ver. necnon ad querelam. Et etiam dicitur inquisitio, ad differentiam denũciatiõis, quæ sit ad denunciam, & relationem officialis. de quo in l. diuus. ibi per Bar. ff. de cust. reo. & per Cy. Bal. & Salic. in l. ea quidem. C. de accu. & j. dicetur, in ver. necnõ ad de nũcia. Et de istis tribus dicũt Mod. habetur in tex. & ibi Bar. in extrauag. ad reprimẽ. in ver. p accusationẽ, denũciationem, & inquisitionẽ. † Aduertas tñ, q; magis fauo 2
rabilis est inquisitio ad reprimẽdũ ipsa delicta, quàm accusatio, vñ multa statuta in fauorẽ inqsitiõis, nõ extẽdũt ad accusationẽ: vt est tex. cũ gl. ĩ c. ĩ fidei. de hę. li. vj. & Ang. ĩ l. sivacã. C. de bo. va. li. x. iver. sumus expediti de hac lege.

Augusti. Tu hic in hac prima cõclusione adde, q; verũ est, q; statuta in fauorẽ inquisitionis nõ extendũtur ad accusationẽ. Limita hoc procedere quando illa statuta in fauorem inquisitionis sunt contra ius commune: quia nõ extẽduntur ad accusationem, aliàs secus. Ista est sententia Ioã. And. & domi. de sancto Gemi. in c. frequens. in ver. primo. extrà de resti. spol. libr. vj. idem firmauit Domi. in dicto cap. in fidei. Adde de materia not. per Antonium de Butr. in cap. venerabili. in fine. extrà de offic. de leg. 4 5 6

Hiero. Præclarè scribitur apud Psalmistam celebrem: Prope est dominus inuocãtibus eum. quo enim inuocandi more non tantum in maioribus & arduis vnusquisque fidelis Christianus vti debet: vt in ca. in nomine domini. de testi. vbi doct. & j. quæst. j. cum Paulus. cum concor. de quibus vbique: sed etiam & in minimis. apud Græcos summæ philosophiæ princeps Plato, primo Thimey prudenter scripsit: Omne quippe opus ex diuini nominis inuocatione principium bonum, melius medium, optimumq; finem consequitur. vt in authẽ. quomo. opor. episc. in prin. colla. j. not. gloss. & docto. in proœ. instit. Bart. & docto. in j. consti. ff. in prin. idcirco clementissimum ac supremum Deum puro corde & ore, humiliter iuoco, & pijssimo saluatore domino nostro Iesu Christo medio, ac immaculata & semper virgine Maria aduocata nostra, totaque cœlesti curia, ac beato Iacobo, & diuo Hieronymo patronis meis intercessoribus, dignetur ingressum instruere, progressum dirigere, egressum: compiere, lumenque claritatis, veritatis, ac iustitiæ super intellectus mei tenebras infundere, quatenus valeam quæ vera sunt & maiestati suæ grata, ad eius laudem, iudicum & aduocatorum vtilitatem scribere, & in medium deferre, & omni vana gloria semota ita dicere: nolite loqui superbia gloriantes: quoniam Deus est scientiarum dominus: vt j. Reg. cap. ij. sapienter scribitur & cętera. Nunc ad propositum nostrum deueniendo, quia aliquando iuuenes assessores ignorant qualiter formãda sit inquisitio (vt vertis vtar domi. Bonifa. in suo tract. de malefic. in rubric. de inquisitionib.) ideo videatis eum qui posuit aliquas diuersas formas inquisitionum: cum vnaquęq; inquisitio formari debeat secundùm quod qualitas delicti exposcit vt in l. prætor. ff. de iniurijs. & per Papiensem in sua practica, in rubrica, de forma inquisitionis. vbi multa tangẽtia materiam nostram reperietis.

Ange. Et pro expeditione istius materiæ antequam diffiniatur ipsa inquisitio: †quæro quo tuplex est inquisitio: & ibi dicetur eius diffinitio separatim. & dic, quòd duplex est inquisitio, vna generalis, & alia specialis: generalis diuiditur in quatuor species. Vna est, cùm præses inquirit generaliter quo ad delicta, & quo ad personas: vt cum inquirit ne in suo territorio aliqui sint pœna digni. vt l. congruit. ff. de offic. præsi. Et ex ista hodie succedit illud bannum generale contra omnes homines malæ conditionis & famæ. Et hoc faciunt facere Potestates per proclama in principio sui officij: & dicetur hic infrà, in hac eadem gloss. in ver. [ex quo dico tu iudex & cætera.] & ita dicit Butri. in dicta l. congruit. & Salic. in l. ea quidem. C. de accus. in ver. sed quia per denũciationem deuenimus & cætera. circa prin. licet Angel. dicat contrarium in dicta l. si vacantia. † & ita diffinitur, quòd est ius procedendi per officium ad inuestigationẽ omnis facinorosæ personæ inquirentis in territorio pœna dignæ: facit quòd not. Innoc. in capitu. bonæ de elect. 3 4
† Secunda generalis inquisitio, est generalis quo ad personas: specialis quo ad delicta, vt cum delictum notorium est, sed ignoratur malefator[a]. l. quarta. §. mandatis. ff. ad leg. iul. pecu. & ita diffinitur, quòd sit ius per officium procedendi ad inuestigandum personam, quæ ĩã repertum maleficium commisit. † Tertia est inquisitio generalis quo ad delicta, specialis quoad personas: vt est illa quam facit visitator ecclesiæ contra existentes in ecclesia ad inuestigandum & puniendum crimen per aliquem eorum [b] commissum: de qua in capitulo per inquisitionem. extrà de accusa. vel cùm Syndicus Potestatis contra Potestatem & eius familiam generaliter inquirit de delictis: & sic Syndicus ex sua generali [c] in quisitione posset damnare Potestatem & eius familiam, postea repertam culpabilem de aliquo delicto. 5 a b c
†Item est & quarta species inquisitionis generalis contra personas de necessitate, vt cùm inquiritur de aliquo maleficio contra aliquam ciuitatem & eius homines: de qua in l. aliud §. refertur. de re. iur. & sic istæ duæ vltimæ diffiniuntur, quòd est ius quoddam per officium procedendi ad condemnandum & puniendum facinorosos homines de territorio inquirentis de aliquo crimine, non à maliuolis diffamatos: & hoc etiam de mente Sali. licet per alia verba, in dicta l. ea quidem. ver. sed quia per denunciationem deuenimus ad inquisitionem. 7
† Alia est inquisitio specialis, de qua loquitur istæ processus: specialis dico, quoad delicta, & quoad personas, quæ potest sic diffiniri, quòd est quoddam ius per officium procedendi ad condemnationem & punitionem dictos aliquos nominatim inquisitos, de delictis certis diffamatos. Ista sunt in effectu verba Barto. in dicta l. secunda. §. si publico ff. de adulter. & Angelus in dicta l. si vacantia. in verbo, [sumus expediti de hac 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

lege. ¶ Et vide circa huiusmodi diffinitiones Bald. in l. ea quidem. C. de accus. in vers. circa quod his præmissis & cætera. qui in effectu idem ponit. Et ita in hac prima conclusione residet dominus Angel.

ADNOTATIO. a ¶Sed ignoratur malefactor. Adde circa hoc, & dic vt per Baldum in consilio xxix. incipi. in causa inquisitionis. in ij. vol. Ber.

b ¶Aliquem eorum. Adde quòd cum per iudicem ecclesiasticum in quiritur ad punitionem criminum per pœnitentiam, tunc poterit interuenire procurator, nec causa dicitur criminalis: secus tamen si ad depositionem: nec superiorica su habet Abbas se necesse inscribere, cum detrudit monachum in carcerem propter crimen. ita tenet Cas. in tit. de accusa. consil. ciij. & tenet Oldra. in consilio xlvj. incip. videtur quòd episcopus. Ber.

c ¶Ex sua generali. Adde circa hoc Bald. in consi. clxiij. in iij. libro. incip. præsupposito statuto. de inquisitio. vbi dicit syndicatus officialium dicuntur digestiones: quia tunc officialis digeritur quod inglutiuit ante, & ideo sufficit libellus inquisitionis generalis de generibus singulorum, si postea sequatur probatio specialis de singulis generum: præsertim si in inquisitione ponantur quædam capitula specialia: & dicit esse casum expressum in cap. veritatis. in ver. alijsque criminibus, de do, & contu. aduerte tamen quòd syndici non possunt cognoscere de commissis extra officium: ita Roma. consilio cccxv.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd licet Barto. in dicto §. si publico. posuerit has diuersitates inquisitionum: tamen Hostien. in titu. de inquisi. in sum. sua in §. & qualiter procedatur. non videtur velle ex dictis per ipsum ibi, nisi quòd † duplex sit inquisitio: vna generalis, altera specialis. Et idem Rofr. in sum. sua. in titu. de accus. & inqui. §. primo versi. item videamus de secunda parte rubric. Et idem dixit Gaud. in tract. malefi. in rubric. quomo. cogno. de malefi. per inquisitio. in ver. super inquisitione autem per iudicem faciendа. Adde tamen quòd Spec. in tit. de inquis. §. quando autem. vers. quòd autem in hac quæstione quotuplex sit. dixit, † quòd duplex est. Vna est præparatoria: alia solennis & ordinaria. Hostien. verò in capitulo qualiter & quando extrà de accusa. secundùm quod referunt ibi Moder. repetentes, & eum sequuntur in hac materia: addidit aliam speciem inquisitionis, quòd erat vna inquisitio vltra generalem inquisitionem. s. generalissima inquisitio: quæ fit ex mero iudicis officio cum in generali, vel prouinciali, aut diœcesali consilio inquiritur de statu prouinciarum, siue diœcesum, & de hac tractatur in authen. de sanc. epi. in §. vt autem omnis. columna nona. & in ca. grauè. extrà de præb. Sed aduerte, quòd si quis subtiliter omnia ista considerabit, licet per diuersa verba hæc dicant: tamen reducuntur ad distinctionem Bartol. de qua suprà in dicto §. si publico. à cuius doctrina non est recedendum in hoc, licet repetentes Moder. in dicto capitulo qualiter & quando. multa in hoc dicant, tamen resident in idem. Et de materia, vide per Salicetum in dicta l. ea quidem. C. de accusa. in materia inquisitionis, in prima quæst. & vide Bald. in dicta l. ea quidem. qui multum eleganter loquitur: & de illa generali inquisitione, vide Barto. in l. congruit ff. de offi. præsid. Item addo, quòd Hosti. in tit. de inquisitio. §. j. aliter diffinit inquisitionem. Nam † dicit, q̃ inquisitio est alicuius criminis manifesti, ex bono & æquo Iudicis competentis canonicè facta in uestigatio: quæ diffinitio posset morderi, quia inuestigatio sonat in factum. Sed inquisitio, est quoddam ius, vt diffinit Bar. in dicto §. si publico. & ideo plus mihi placet diffinitio Bar. & q̃ inquisitio sit ius, & nõ factum, ad hoc allego Bald. in l. quidem. C. de accusa. & ibi vide per eum

a diffinitionẽ inquisitiõis gñalis & specialis: & vide[a] Oldr. in cõs. suo cclxxvj. qui ponit effectũ inquisitionis generalis & specialis: & ponit an ambæ possint cõcurrere in vnomet delicto: & quomodo in inqsitione generali, testes domestici sint admittendi.

ADNOTATIO. a ¶Vide Oldra. Adde tu, & vide eundem in consil. cclxxviij. incip. licet quantum clausurales. Ber.

Hiero. Inquantum Dominus Angelus quærit quotuplex sit inquisitio, & qualiter diffiniatur, addatis Vitali. in tracta. malefic. in rubric. de inquisi. & earum form. in prin. Bonicuntum in tract. de accusa. & inquisi. columna. quarta. versicu. restat videre de quarto. Angelus de Clauasio in sum. inver. inquisitio. in §. j. latius Præpo. in summa. secunda quæstio. viij. col. xij. versi. circa inquisitionem.

12 *Inquisitio in quibus casibus de iure formari possit.*
13 *Inquisitionis ponuntur quinque regulæ, secundùm quas potest inquiri.*
14 *Inquisitio formatur, aut ad priuatam utilitatem, aut ad publicam: ad priuatã principaliter, non inquiritur regulariter.*
15 *Inquisitio ad publicam utilitatem, aut respicit principaliter utilitatem publicam pecuniariam & ciuilem, & potest inquiri, aut respici casu criminales, & tunc dic. ut infrà.*
16 *Inquisitio formari potest ubi crimen tale esset, quòd accusando iuris solennitas relaxetur, & de eo crimine inquiri potest.*
17 *Item, ubicunque crimen committitur coram iudice, ita quod offenditur persona uel iudicis maiestas.*
18 *Item, ubicunque crimen est de atrocioribus, & præcedat fama publica à fide dignis,*
19 *Item, propter immanitatem criminis.*
20 *Item, in crimine læsæ maiestatis.*
21 *Item, in crimine hæresis.*
22 *Item, quando unus socius nominat alios.*
23 *Item, quando fuit impetratus accusator corruptus à reo, & abolitio fuit impetrata.*
24 *Item, quòd dominus dicitur occisus à familia, nec cõstat à quo, sumẽdo quæstionem à familia.*
25 *Item, secundum l. quoties. C. de submer. lib. xij.*
26 *Item, quando iudex ex inquisitione generali, inquirit contra aliquem de crimine diffamatum.*
27 *Cautela iudicum est, ut in principio sui regiminis faciant fieri bannũ prout in litera, quia tunc in casibus expressis in banno & similibus, poterunt inquirere.*
28 *Damnari regulariter nemo potest sine accusatore.*
29 *Inquirendi facultas, utrum sit permissa de iure ad publicam utilitatem & uindictam.*
30 *Inquisitionem non potest formare Iudex contra certam personam, nullo alio præambulo præcedente: propter quod iudici uerè uel præsumptiuè constet de aliqua præsumptione legitima, illam personam delictum perpetrasse.*
31 *Inquisitio formari potest ad utilitatem priuatam, quando propter dolum partis esset præclusa uia agendi.*
32 *Inquirere potest Iudex ad utilitatem priuatam, ubi per fraudem esset impositum silentium actori uel reo.*
33 *Inquiri potest in casibus de quibus agit do. Anto. de But. & Bal. in locis hic allegatis.*
34 *Inquisitio potest formari in causa ciuili. s. in causa usurarum, in causa suspecti tuto. & ubi aliqua pietas mouet Iudicem.*
35 *Inquisitio formari potest ciuiliter in causa spoliationis: quando causa esset miserabilium personarum, uel episcopus haberet iudicare inter clericos suos.*
36 *Inquisitio ciuiliter formari potest super iniurijs & uiolentijs, si Papa delegat unum iudicem super eisdem.*
37 *Inquiri potest in casibus positis per doct. in locis hic alleg.*
38 *Inquiri potest propter iniuriam illatam presbyteris & illorum ministris, in ecclesia, uel cultu diuino, & in aliis casibus de quibus Gãdi. in locis hic all.*
39 *Item, in charta falsa coram iudice producta.*
40 *Item, quando hæres qui adit hæreditatem cum beneficio inuentarii, aliqua de hæreditate subtrahi.*
41 *Item, quando socius nominat socium.*
42 *Item, in crimine notorio.*
43 *Item, in bonis damnatorum.*
44 *Item, contra turbantes, uel iniuriantes scholares.*
45 *Inquisitio criminalis formari potest, ubi delictum committitur contra miserabilem personam.*
46 *Inquiri potest in delicto notorio.*
47 *Inquiri quando posit cum gloss. ponant regulam. & postea faciant exceptiones.*
48 *Inquiri an posit de iure nouissimo de omni crimine.*

Ange. † Secundo principaliter in hac materia videndum est, in quibus delictis possit formari de iure ipsa inquisitio: & dico, quòd gloss. & antiqui communiter post Dynum. dicunt, quòd regulariter de iure nõ est permissa specialis inquisitio. Sed fallit in sex

sex casibus[a], quos gl. enumerat in d. l. secũda. §. si publi. de
2 adulter. Et Barto. & Nico. de Matarel. in dicto §. si publi
13 co. in ver. do ergo regulam. Ponũt † quinque regulas ex quibus potest inquiri. Prima est, ad denũciam officialis: vt l. diuus. & ibi Bartolus. ff. de cust. & exhi. reo.

Secunda, quãdo incidẽter de crimine cognoscitur. l. j. C. si aduer. lib. Tertia, quado præcedit generalis inquisitio, postea specialiter inquiri potest: vt l. congruit ff. de offic. præsi. Quarta, quando crimẽ committitur coram eo. l. nullum. C. de testi. Quinta, propter immanitatem
b criminis[b] l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleri. & sic quoties potest procedi sine metu calumniæ, tunc potest procedi per inquisitionem. Sed Ange. in dicta l. si vacantia. dãnat istam opinio. Barto. ibi in ver. venio ad secũdum articulum principalem. quia falsum est quòd inquisitio formari possit, vbi procedi potest sine metu calum-
c niæ: quia fama, licet falsa, excusat à præsumpta calũnia[c]: vt l. si. ff. de hęre. instit. & tamen nõ potest inquiri de omni crimine, de quo rumor & fama procedit, vt ibi latè per eũ facit. l. iiij. in princ. & quod ibi no. ff. de suspe. tut. & quod not. Dyn. in l. si. eodem titu. quia requiritur inscriptio & accusatio calumniæ, ad hoc vt procedi possit, vt ibi not. Item, in crimine suspecti tutoris, potest per inquisitionẽ procedi l. tertia. §. suspectus. ff. de suspect. tut. & tamẽ hoc non est secundùm regulas Barto. videlicet, non ad denũciam officialis, non per incidentem cognitionem, non ob generalem præcedentem inquisitionem, nec propter criminis atrocitatem, nec per offensam iudicis. Vnde ipsemet Angel. in dicta l. si vacantia. in ver. quid dicendum.
14 & istud est difficile: † dicit, quòd inquisitio potest formari aut ad priuatam, aut ad publicam vtilitatem. Ad priuatã principaliter non inquiritur regulariter. quia quando tractatur de priuata vtilitate, debet fieri ad partis petitionẽ: vt l. quarta. §. hoc autem. & ibi Bar. de dam. infect. Sed fallit primò, in crimine suspect. tutoris. l. j. & iij. de suspe. tut. Secundò, fallit in datione tutoris. l. credendum. ff. qui pe. tut. Tertiò, inquisitor ad priuatam vtilitatem inquirit, ad videndum cuius patrimonium sit minutum, vt releuetur à censu. l. fi. ff. de censi. Quartò, prætor inquirit ad priuatam vtilitatem contra executores publicos, ne
1 interim tributis alijs vexationibus iniustè vexent subditos: in authẽ. de man. prin. §. coges. Quintò, episcopus
d contra vsurarios inquirit, vt vsuras priuato restituant.[d] c. ad nostram. extrà. iureiur. referũt etiam quod Sali. in dicta l. ea quidem. C. de accu. in ver. sed quia propter denũciationes venimus & cætera. dicit, quòd etiam fallit in l. quoties. C. de naufra. li. xij. & his casibus exceptis dicit, quòd
15 nõ potest inquiri ad priuatam vtilitatem. † Secundò casu principali ad publicam vtilitatem, distingue: aut respicit principaliter vtilitatem publicam pecuniariam & ciuilem, & potest inquiri d. l. si vacantia. aut respicit casus criminales: & in hoc ibi Ang. dat quatuor regulas, tres affir
16 matiuas, & vnam negatiuam. † Prima affirmatiua est, quòd inquisitio formari potest, vbi crimẽ esse tale, quòd ancusando iuris solennitas aliqualiter relaxetur, & de eo crimine potest inquiri: vt dicta l. ea quidem. & l. prima. §. denunciatores. ff. ad Turpi. & ratio quare ad denunciam officialis potest inquiri, est: quia ex hoc crimen efficitur notoriũ: sed in notorijs, proceditur nulla iuris solennita-
e te[e] seruata. l. j. C. qui & aduer. quos. & c. vesta. extrà de co
17 ha. cle, & mult. & ibi per Inno. & alios. † Secunda regu-
f la est, quòd vbicunq; crimen committitur coram iudice[f]: quòd offendatur persona, vel Iudicis maiestas, de eo ita quòd potest inquiri dicta l. nullum. C. de testi. & l. iubemus. C. de proba. & ibi plenè per Bald. C. de proba. † Tertia re
18 gula est, quòd vbicunq; crimen est de atrocioribus, fama publica præcedente à fide dignis, de eo potest inquiri l. quarta. §. mãdatis. ff. ad l. Iulia. pe. ¶ Et ratio est: quia in his atrocioribus, solennitas iuris relaxatur l. prouinciarum. C. de feriis. Ergo ratione prædicta, potest per inquisitionem procedi. & probatur in l. si quis in hoc genus. C. de
19 epis. & cleric. † quod propter immanitatem criminis, po-

test formari inquisitio. Et quę dicantur crimina atro-
g cia[g], colligitur ex nor. in l. ab ea. & in l. omnibus. ff. de re. iur. & in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & l. auxilium. §. in delictis. de mino. & in authen. de man. prin. §. sed nec homicidas. & in authen. de nup. §. denũciationes. in quibus casibus poteris per inquisitionẽ procedere: & quod propter criminis immanitatem potest inquiri, probatur in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cleri. Et adde Rofre in materia inquisitionis, in summa sua. & Spe. in tit. de inquisi-
20 tio. §. ij. addũt alios duos casus speciales, † vbi potest in-
21 formari inquisitio, scilicet in crimine læsæ maiestatis. l. ij.
h & iij. ad leg. Iul. ma. † Itẽ in crimine hæresis[h]. l. apostata. C. de apostа. † Item, quando vnus socius nominat
22 alios: nam eius dicto non creditur regulariter. l. fi. C. de ac-
i cus. tamen ex hoc solo Iudex potest inquirere[i] cõtra eum
23 l. j. §. si quis vltro. ff. de quæst. † Item, quando accusatorem à reo corruptum, & abolitionem ipsam impetrasse dicitur: vt l. abolitio. C. de aboli. † Item, quãdo dominus à familia dicitur occisus, nec cõstat à quo, tunc potest inquiri, sumendo quæstionem à familia l. j. in prin. ff. ad Sil.
25 † Item in l. quoties. C. de submer. lib. xij. secundùm ac-
26 liam lect. † Item, quando iudex ex inquisitione generali, inquirit cõtra aliquem de crimine diffamatũ. Nam tũc
k Iudex ad specialem, [k] & solennem inquisitionem sup illo delicto, cõtra illũ, pcedere põt l. iiij. §. j. ff. ad l. iul. pe. Et est ratio, ne inquisitio generalis reperiatur frustratoriè facta: & maximè, cùm iudex nũc scit illum diffamatũ esse de crimine. l. illustrissimos. C. de offi. præfe. prouin. ita dicit Sali. in dicta l. ea quidem. in dict. ver. sed quia propter denunciationem. & in ver. est & alia species. ex quo dico quòd Salic. ibi videtur velle id, quod vult Bartol. in dict. §. si publico. in ver. venio ad secundum articulum. in ver. non obstat, quòd alia est inquisitio generalis. Et dico, q
27 † iudices debent assumere hanc cautelam, quòd in principio sui regiminis faciant bannum fieri, ad purgandum prouinciam malis hominibus, latum vt comprehendat proditores, sacrilegos, incestuosos, homicidas, fures, raptores, incendiatores, adulteros, falsarios, & omnes homines malę conditionis & famæ: & postea addenda est clau-
l sula generalis[l] in fine: & contra omnem personam: quæ aliquid fecerit, vel dixerit contra formam iuris & statutorum communis Ferrariæ. Nam in omnibus casibus expressis in illa inquisitione generali, & etiam in similibus expressis, poterit postea fieri inquisitio specialis, licet als in illo casu speciali non potuisset formari inquisitio. & faciunt not. in l. stipulationes §. commodissimũ. ff. de verb. obliga. & in l. sed & si quis. §. quæsitum ff. si quis cau. & c. qui ad agendum. de procu. in vj. & in clementi. fi. extrà de
28 procura. † Vltima regula negatiua est, quoniam regulariter sine accusatore, nemo potest damnari. l. rescriptio. §. si quis accusato. & ibi glo. ff. de mu. & hono. Vltimò in hac difficultate videtur, secundùm Salicetum in dicta l. ea quidem. in ver. sed quia propter denunciationes. ibi, sed mihi videtur & cætera. quòd prædictorum conclusio nõ sit lege vel ratione, quia nõ sequitur: accusatio sine metu calumniæ fieri potest: ergo & Iudex poterit inquirere, quia ista sunt separata. l. papinianus exul. ff. de mi. & ecõtrà, nõ admittitur accusator sine metu calumniæ præsumptæ: ergo nec Iudex potest inquirere. Præterea eorũ verba potius probãt, quòd Iudex potest semper inquirere, sicut quis accusare: sed nõ tenetur de præsumpta calumnia accusator: vnde ipse tener gloss. aliter intelligendo, quod
29 intelligat Barto. † Et ideo, cum quæritur, an facultas inquirendi sit de iure permissa ad publicam vtilitatẽ & vindictã: sic ibi inquit Sal. aut quæritur an sit permissa hoc respectu vt sit sensus, an de quolibet crimine possit inquiri? & dicit. q̃ sic, quicquid senserit gloss. & probat primo: qa accusatio de quolibet crimine est permissa: ergo & inquisitio, quæ succedit loco eius: capitulo licet Hely, extrà de
simo. l. cum patronum. §. primo. ff. de iur. pa. & sic ad eundem effectum, ne maleficia remaneant impunita. Secũdò, inquisitio generalis fit ad effectum descendẽdi ad spe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciale l.iij.§.j.ff.ad legē Iulia.pec.ergo sequitur, quòd in speciali, de quolibet delicto potest inquiri: iuxta illud generale, propter vnumquodq; tale, & illud magis: vt in authen.multo magis.C.de sa.san.ecc..& dicit, q̄ nō est respōsio bona huic motiuo. Vnde subdit ibi Sali. in d.l. ea quidem, q̄ vera cōclusio in materia est ista: †aut quæritur an Iudex possit suam inquisitionem specialem formare contra certam personam, nullo alio præambulo precedente, propter quod iudici verè, vel præsumptiuè sibi constet de aliqua presumptione legitima, illam personam delictum perpetrasse, & dicit, q̄ not. Et hoc modo intelligenda est glo. in dict.§.si publico. & potest esse ratio, vt iudicū malitia refrenetur[m]: vt l.ij.in fi.de cu.reo. Si verò præambulo legitimo precedente propter quod appareat iudici verè, presumptiuè istam personam illud delictum perpetrasse: dicit, quòd inquisitio specialis[n] formari poterit. Pro cuius declaratione cum Canonistis dat talem conclusionē, q̄ iudex poterit formare semper inquisitionē, vbi clamor validus peruenit ad aures iudicis, quòd eius subditus diffamatus sit de aliquo delicto. & dicit, q̄ de hoc est text. in dicto cap. qualiter & quādo. extrà de accu. & in l.ij.ff.de offi.præf.præ. & ex eo, quia contra diffamationem, in inquisitione generali, iudex deuenit ad specialem. d.l.quarta.ff.ad leg. Iul.pe. & est ratio: quia tale delictum non potest amplius sub dissimulatiōe transferri. Nam iudex nō debet dimittere indiscussum ius reipublicę: maximè, cùm scandalum potest oriri: vt in dicto cap. qualiter. dummodo clamor iste perseueret, quí peruenìat ab honestis, & non à maledicis personis. Item, quòd sit valēs clamor: ita quòd non ab vno, vel semel tātùm, sed sæpe & sæpius & talis clamor debet esse cum diffamatiōe: & ideo iudex de tali diffamatione nō debet inuestigare à vicinis, & ab alijs notis, & postea suam inquisitionem formare: vbí autem talis diffamatio cessaret, nō potest iudex talem inquisitionem formare, nisi sit talis persona, vel verè, vel iuris præsumptione, de tali crimine suspecta: & sic iudici præbulum constaret sibi, videlicet, tale delictum commississe, vt in ea inquisitione generali reperitur deliquisse. Item, & quando iudex cognoscit incidenter. & est ratio, quia satis sibi constat vt iudici: ideo non potest sub dissimulatione transire, & reibublicæ ius indiscussum relinquere: & hoc etiam patet per alios casus numeratos per glos. in dicto §.si publico. Item probatur in eo qui instituit accusationem, & non probauit: quia præsumitur calumniose, & contra ipsum potest iudex de calumnia inquirere. Sed his cessantibus, non potest inquirere: & sic loquitur opinio. gloss. & ista sunt verba Salic. in dicta l.ea quidem, quæ valde sunt notanda.

ADNOTATIO. a ¶Casibus. Adde, & vide doct. suprà. in prima apost. alleg. Et vltra ibi alleg. vide Cepo. in cōsi. xxiij. Pet. de Anch. in cōs. cxc. & ad ea quæ ponit infrà do Augusti. vide do. Alex. in d.§.publico in apostillis.

b ¶Propter immanitatē criminis. Adde, q̄ propter immanitatē criminis pōt trāsgredi leges. vt puta, propter præruptā seditionē, ita dicit Bal. in l.si quis filio.§.hi q.ff.de iniust. test. & sequitur do. Hie. tor. in cōs. edito in fauorē Florētinorū, cū suspendi fecerūt archiepm Pisanū, & spālia propter criminis immanitatē, vide p Barb. in consi. suo lxxij. Ber.

c ¶Cassūnia. Adde Bal. in cōs. clxij. in iij. vol. vbi ponitur, q̄ iudex in quirendo excusatur à præsumpta calūnia licet dicat. fama publica precedente: & q̄ dicit famam publicā nō præcessisse: id probare debet, & adde q̄ iudex pōt inquirere, licet fama nō habeat certū autorē. ita Io. an. in addi. Spe. in ti. de not. cri. in §. fama. & sequitur Franc. de Are. in cōsi. suo lxxiij. Ber.

d ¶Restituant. Adde, q̄ quādo formatur inquisitio cōtra aliquem, qui fuit publicus vsurarius, nō requiruntur specificationes circūstātiarū criminū, sed sufficit generalis. ita Cal. in ti. de accus. cōs. ij. B.

e ¶Solēnitate. Adde, & intellige de notorietate, tā facti permanētis, quā trāseuntis: vt dicit Ange in d. l.si vacantia. ver. sed quæro. & ita alle. & sequitur Hie. tor. in d. cōsi. suprà alle.

f ¶Coram iudice. Adde, vt per Rapha. Cu. in cōsi. cxxxv. vbi ponit qualiter Iudex possit inquirere de scriptura falsa producta per partem. & Pe. de Ancha. in consi. clxxij. Ber.

g ¶Crimina atrocia. Adde ad hæc Barto. in cōsi. cxxvij. inci. ad declarationem. Io. de Ana. in consil. xliiij. Cepol. in consil. xj. & not. quòd iudex, licèt in atrocioribus delictis non possit inquirere, nisi fama publica precedente: tamen, vt obuietur delicto cōmitendo, poterit sine infamia præcedente inquirere. ita voluit And. barba. in consil. lxxj. incipi. scribitur in lib. Hester & dicit fuisse singulare dictum Inn. in capitu. j. de postu. præ. & in dicto cōsi. vide etiam multa concessa: vt futuris delictis obuietur. Ber.

h ¶In crimine hæresis. Adde, q̄ inquisitor hæreticæ prauitatis, pōt procedere contra Iudeum occultantem Christianum, volētem ad Iudaicā sectā trāsire. ita Old. cōs. cxxxvj. & quid sit hæresis, & qualiter debeat probari. vide eūdē Old. in cōs. ccx. & an inquisitor possit procedere: tam cōtra hæreticū, quā cōtra illū qui cōfessus est se malè sentire de fide, qui de dicto peccato susceptt pœnitētiā, sed adimplere noluit. vide Cal. in tit. de hære. cōs. j. Et an similiter procedi possit contra illū, qui prædicauit hæretica: & per superiorē correctus prædicauit oppositū, nō tamē voluit corrigere dicta quę suus scolaris scripsit: vide per eūdem in dicto tit. cōsi. vlt. Ber.

i ¶Inquirere. Adde, q̄ Fulg. in cōs. clxxiij. inci. in cā inquisitōis. tenere videtur, q̄ illud habet locū in homine malæ famæ, vt ex cōfessione socij possit inquirere cōtra culpatū. & ita refert. Alb. & Oldra. in quodam tract. quem dicit inseruisse Gand. in titu. de quæstio. & tormen. & vide Alex. in consi. lxxxix. in iij. vol. & Paul. de Castro. in cōs. ccxxiiij. in nouis. Ber.

k ¶Ad specialem. Adde circa hoc, & vide Francis. de Are. in consi. vlt. Pet. de Anch. in cōs. cccxl. & Pau. de Cast. in cōs. xvij. in nouis.

l ¶Clausula generalis. Adde tu, & vide Fulg. in cōs. cxxxvj. in iij. co. & de prædicta clausula: & vide per Ro. in cōsi. clxxv. & cōs. cccc. xcix. & casus aliquos in quibus iudex potest facere specialem inquisitionem: vide per Io. An. in c.j. vt eccle. bene. & vide Cal. in cō si.j. de accus. & Pet. de Anch. in cons. cxc. Ber.

m ¶Refrenetur. Adde circa hoc latè Andr. Barb. in cōs. xxxv. incip. scribitur præclare ecclesiastes. Ber.

n ¶Specialis. Adde quod Rapha. Cu. in cons. cxxxv. dicit, q̄ communis opi. est de iure ciuili, q̄ Iudex possit inquirere: sed de consuetudine contrariū obseruatur: & tamen non potest inquirere nisi præcedentibus indicijs legitimis. & idem voluit Ioan. Andr. in addi. ad Spe. titu. de inquisi. §. primo.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, & dic quòd inquantum tractatur hic in isto passu, in quibus casibus potest formari inquisitio. Et primò discussum fuit, an ad vtilitatem priuatam possit formari vltra illos casus suprà enumeratos. † Adde aliū casum, vbi potest formari inquisitio ad priuatam vtilitatem, quando propter dolum partis esset præcluſa via agēdi: ita voluerunt Guil. Lau. & Paul. in cle.j. extrà de offi. ordi. quæ doctrina fuit approbata à Petr. de Anchara. & à Ioan. de Imo. ibi: & idem voluit Paul. in capit. fi. extrà de fo. compet. De qua materia latè. per doctores. in c. ad nostram. & in capitu. quemadmodum. de iureiur. & infrà dicetur. Dicit tamen do. Car. in dicta clemen. j. quòd Lau. ibi dicebat, † quòd vbi per fraudem esset impositum silentium reo vel actori: quòd tunc iudex potest inquirere ad vtilitatem priuatam: maximè si sit casus, in quo est peccatum notoriè, vt est in restitutione vsurarum, vel in impedimento executionis testamenti: quia talia spectant ad ecclesiam. maximè si actor iurauit nō agere: & sic dicit Lau. quòd intelligatur dictum capitu. ad nostram. Sed dicit do. Card. quòd propriè hic non fit inquisitio ad vtilitatem priuatam, sed ad interesse publicum. Item adde, quòd doctrina posita in dicta cle.j. de offi. ordi. videtur falsa: nam sententia est Inno, Ioan. And. de But. & aliorum in ca. ad nostram. extrà de iureiu. q̄ etiam in causa vsurarum, quòd fortius est, si soluens est exclusus à via repetendi vsuras: quia ita iurauit non repetere. Tamen iudex ad priuatam vtilitatem, & sic ad priuatum interesse, non potest formare inquisitionem suam, ad hoc vt ille restituat vsuras: sed bene poterit formare inquisitionem ad pœnitentiam imponendam, licet in consequentiam veniat priuatū interesse, quia fructuosum, non potest agere pœnitentiam, nisi restituat alienum. capit. non remittitur peccatum. de reg. iur. & ita voluit Hosti. in capit.j. extrà de vsur. † Item adde in hac materia alios casus, quos posuit. Ant. de But. & alij in dicto capitulo. ad nostram. extrà de iureiurand.

Item

Item adde alium casum, quem posuit Bal. in l. sancimus. per illum text. C. de sac. sanct. eccl. qui dicit, q̄ licet fuerit sententia Inno. in d.c. ad nostram. q̄ in causa ciuili non potest formari inquisitio. Tamen fallit fauore ecclesiæ: quia contra detentatores rerum ecclesiarum, poterit iudex formare inquisitionem ciuiliter. Et pro hac conclusione bene facit id quod dixit Bald. in c. primo. §. si tres. de
34 pa. iur. fir. qui videtur velle, † q̄ in causa ciuili, iudex nō potest formare inquisitionem, nisi in tribus casibus: in causa vsurarum, in causa suspecti tutoris, & vbi aliqua pietas mouet iudicem. & idem dixit Bal. in c. primo. §. iniuria. de pa. iu. fir. vbi allegat Cynus in l. mulierem. C. si mā. ita fuer. ali. ne prosti. quem sequuntur doct. ibi. q̄ in causa miserabilium personarum, potest iudex formare inquisitionem ciuiliter. Sed causa ecclesiæ est causa pia, & dicitur habere fauorem miserabilium personarum. arg. eorum qui habentur in l. fina. C. de sac. sanct. eccle. igitur & cætera. Et pro hac conclusione facit quod dixit etiam Hostien. & sequitur Ioan. And. in c. solitæ. extrà de rest. spo.
35 in j. columna. qui dixit, † q̄ licet videatur probari, quòd in causa spoliationis iudex possit formare inquisitionem ciuiliter: hoc verum, quando causa esset miserabilium personarum, vel episcopus inter clericos suos haberet iudicare in tali causa. Adde tamen, q̄ licet Innoc. in dicto capitulo. ad nostram. & in c. quoniam frequenter. extrà vt lite non conte. dixerit, quòd ciuiliter super iuribus ecclesiæ inferior à Papa non possit per inquisitionem, existente legitima causa, procedere: nisi q̄ domi. Ant. de Bu. in dicto c. quoniam. §. sunt & alij. declarat hoc, quòd erit legitima causa, si quis occupat, vel male tractet iura ecclesiæ. vide tamen Imo. in dicto §. sunt & alij. qui aliter intelligit dictum Innoc. & Imo. in d.c. ad nostram. vide dicta Anto. de But. in capit. venerabili. extrà de offi. dele. in penulti. columna vide Ro. in singula. primi anni, quod inci. Inno. dubitat &c. & est singul. penulti. illius primi anni, qui per bonas rationes concludit, quòd etiam inferior à
a Papa, & quilibet iudex, [a] potest procedere per viam inquisitionis super rebus ecclesiæ, & aliarum personarum
36 miserabilium. † Adde etiam alium casum positum per
b Fede. de senis in suo eleganti cons. ccix. [b] qui dixit, quòd si Papa delegat vnum iudicem super iniurijs & violētijs: talis iudex poterit formare inquisitionen ciuiliter super eisdem: & non poterit formare inquisitionem ad hoc, vt reus criminaliter puniatur: & hoc concludit per bonas rationes: de quibus ibi per eum. Et certè mirabilis est illa do
37 ctrina. † Adde alios casus collectos per domi. Anto. in d.c. ad nostram. & alij etiam possent colligi ex doctrina Sali. in d.l. ea quidem. & per Bald. ibi, dum allegat. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & vide Ange. in l. inter litigātes. ff. de iud. & Bart. in dicta l. si vacantia. Et inquantum do. Angel. hic ponit materiam quando in criminalibus
38 posit formari inquisitio. † Adde, q̄ vltra alios casus posuit alium Ioā. And. in c.j. vt eccle. benefi. propter iniuriā illatam presbyteris & illorum ministris, in ecclesia vel cultu diuino: per ea quæ habentur in l. si quis hoc genus. C. de epis. & cle. Gandi. verò in tracta. malefic. in rubric. quomo. cogno. de malefi. per inquisi. & melius in rubric. quid sit accus. & quan. accusa. est necess. enumerat alios casus, vbi per inquisitionem potest procedi in crimine sa
39 crilegij. dicta l. si quis in hoc genus. † Item, in charta
40 falsa corā iudice producta. l. iubemus. C. de proba. †Item quando hæres qui adit hæreditatem cum beneficio inuentarij aliqua de hæreditate subtraxit: vt C. de iure delibe. l.
41 sancimus. §. licentiam. † Item, approbat etiam, quādo
42 socius nominat socios † Item, in crimine notorio. & voluit etiam gloss. in c. de manifesta. ij. q.j. & in d.c.j. vt
43 eccle. benefi. † Item. in bonis damnatorum. l. si quis intra. C. de bo. proscript. & tandem multas alias leges allegat etiam, vbi speciale est, quòd potest formari inquisitio. vide etiam Io. An. in dicto c.j. vt eccle. benefi. ponentem multos alios casus, vbi potest etiam formari inquisi
44 tio: sed Imo, ibi eum reprehendit. † Item adde aliū casum vltra doct. vt contra turbantes, vel iniuriantes scholares, potest formari inquisitio: vt dicit Bal. in authen. ha-
45 bita. C. ne fi. pro Pa. in viij. columna. † Adde alium casum per Auge. post doct. ibi, in l. mulierem. C. si manci. ita fuer. alie. q̄ vbi delictum committitur contra miserabilem personam: in omni tali delicto inquisitio crimina
46 lis potest formari. † Item, vbi delictum est notorium: & de materia vide per Barto. in extrauag. ad reprimen. in ver. per inquisitionem. vbi idem dixit, quòd in dicto. §. si publico. & per Bald. in dicta l. ea quidem. Et inquātum quidam nituntur impugnare glossē illam in d.l.ij.§.si publico. de de adul. quē dicit, quòd regula est, quòd de iure ciuili non potest formari inquisitio contra delinquentem, sed ista regula habet multas fallentias, vt suprà dixit.
47 † Adde, q̄ glossē nostra iuris ciuilis videtur vera. pro qua allego aliam glossē. de iure cano. in c. de manifesta. ij. q.j. approbant omnes docto. ibi: & aliam glossē. in c.j. extrà vt eccle. benefi. quæ glossē faciunt regulam, post ea ponunt exceptiones, in quibus casibus potest formari inquisitio. Ad idem allego glossē. instit. de pub. iudic. in prin. & glossē. in l. tutor. §. præterea. ff. de suspe. tuto. & glo. in l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mu. & ho. facit
48 no. per glo. in dicta l. nullum. & l. pe. C. de proba. † Sed aduerte, q̄ ista doctrina videtur falsa: & primò in hac difficultate allego autoritatem Ioan. And. in c. felicis. extrà de pœ. in nouel. lib. vj. quí dicit, quòd hodie de iure nouissimo, in omni crimine potest formari inquisitio: per text. in authen. de colla. §. iubemus. per quem text. dicit etiam Io. Fab. instit. de publi. iud. in prin. quòd satis hodie possumus dicere, tam de iure ciuili, quàm canonico: q̄ præcedente infamia, potest de omni crimine formari inquisitio. & ita dicit, q̄ de facto obseruatur. Præterea hoc idem est de consuetudine, quia licet de iure non possit formari inquisitio, nisi in certis casibus. suprà enumeratis. Tamen hodie, de consuetudine, potest formari inquisitio regulariter in omnibus casibus: & primò ad hoc allego autoritatem Gand. in tract. malefi. in dicta rubri. suprà alleg. qui dicit, q̄ de iure Lombardo, potest formari inquisitio in omnibus casibus, sed etiam de consuetudine in alijs locis. de quo dicto Gandi. fecit mentionem Bal. in dicta l. ea quidem. Quinimo saltem de iure cano. hodie in omnibus casibus potest formari inquisitio, præcedentibus his de quibus in c. qualiter & quando. extrà de accusa. Ita in terminis not. Anto. de Butri. in cap.j. extrà de offi. ordi. per illum tex. in j. col. & idē Ant. in c.j. vt eccle. benefi. in vj. col. est & sententia Arch. in d.c. felicis. §. fi. extrà de pœ. lib. vj. & doct. communiter in dicto c. qualiter & quādo. Sed aduerte, quia regulariter teneo, siue de iure ciuili, siue de consuetudine siue de iure canonico, nō potest formari inquisitio, nisi in casibus ś. enumeratis: & regula est vera, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, quod inquisitio non potest formari. Fallit in casibus suprà enumeratis: hoc satis ś. probatum est autoritate illarum glossa. de iure ciuili & canonico, in d. §. si publico. & in d.c. de manifesta. & in d.c.j. vt eccle. benefi. vbi glossē. nostri semper posuerunt exceptiones à regula: & sic est falsa illa doctrina Ioan. And. in d.c. felicis. & ideo illa gl. in dicto c. de manifesta. quæ dicit. Fallit quando crimen probatur per inquisitionem, voluit dicere, q̄ vbi præcedunt illæ solennitates, & sunt probatæ: de quibus in d.c. qualiter & qñ. poterit procedi hodie per inquisitionem: quia fateor hic, q̄ iste est vnus de illis casibus vbi potest formari inquisitio qñ fama præcessit. Et ideo, in hoc reprehendo Barto. in l. congruit. ff. de offic. præsi. qui dixit, q̄ vbi sanctum est, quòd in certis casibus specialibus possit procedi per inquisitionem: hoc debet intelligi, si fama præcessit: quia dico, quòd in omnibus casibus, potest formari inquisitio, si fama præcessit, per d.c. qualiter & quādo. Nec ob. ille text. in §. iubemus. per quem tex. Io. And. in d.c. felicis. dicit, q̄ hodie de iure nouissimo, in omnibus delictis potest formari iuquisitio. Nam hæc sua sententia est falsa, quia ille tex. loquitur in casu speciali, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

c potest formari inquisitio. Et ideo ipsemet' Ioan. Andreas, & rectius in hac materia locutus est in addi. Spe. in titu. de inquisi. §. quando autem. in ver. ij. vbi reprehendit iudices qui hodie in Italia de consuetudine in omni delicto formant inquisitionem: & dicit, quòd male faciunt. Ecce ergo quomodo Ioan. Andr. totum dixit contrarium eius, quod dixit in dicto capitulo felicis. Addetamen quòd Guid. de Suza. in tract. de malefi. sub rubric. quali. fiat inquisitio. dicit, quòd de generali consuetudine, hodie Potestates omnes in omnibus criminalibus procedunt per viam inquisitionis, licet contra ius sit quia nisi in xiij. casibus de iure hoc fieri non potest. Et in hac materia multum eleganter locutus est Gaspa. de Calde. in consi. suis, in titu. de accusa. consilio primo. qui ponit, qui sunt casus in quibus de iure ciuili potest procedi per viam inquisitionis. Præterea, quòd omni crimine possit formari inquisitio de iure canonico: hoc etiam non credo verum, quia Spe. & Ioan. And. in dicto §. quãdo autem. dum ponunt exceptiones à regula, videntur sentire contrarium. & Ioan. Aud. in dicto cap. primo. vt ec. benefi. Et ideo. licet Bal. dixerit in capitulo primo. extrà de offic. ordi. quòd inquisitio de iure canonico, est remedium ordinarium: sed de iure ciuili, est remedium extraordinarium. Nam omnis exceptio, quæ est contra regulam, dicitur esse remedium extraordinarium: & sic Bald. videtur sentire, quòd de iure canonico, nulla est exceptio criminis, quin in omni crimine possit formari inquisitio: quia ordinarium remedium est hoc de iure canonico: sed de iure ciuili, est secus: qa est extraordinariũ remediũ: patet qa nõ inquiriẽ nisi in casibus exceptuatis. Nam dico, quòd ista doctrina Bald. est falsa. Et contra ipsum allego decis. Innocẽ. in capitulo. cum oporteat. de accusa. qui dixit, quòd inquisitio est remedium extraordinarium: & glossa. hoc dicit in capitulo presbyter secunda quæstio. iiij. dum dicit, primo debet præcedere accusatio, postea inquisitio: faciunt ea quę habentur in capitulo nullius. iij. quæst. iiij. & facit capitu. quoniam contra. coniuncta gloss. de proba. vbi appellatione iudicij ordinarij, non venit inquisitio: & ideo gloss. in indiuiduo de iure cano. in capitulo cum speciali, extrà de appella. in ver. eum iudicem. vult quòd processus inquisitionis dicatur extraordinarius processus: & hoc credo verum, licet Inno. in capitulo dilecto. de senten. excõ. libro sexto. tenenuerit contrarium. & Bald. in capitulo super literis. extrà de rescript. allegat Innocen. hoc voluisse ibi, quòd de iure canonico, inquisitio sit remediũ ordinarium. Adde tamen, quòd in hac materia videnda essent dicta Bart. in l. si maritus. §. j. ff. de adult & do. Bal. in l. j. §. eum vrbẽ. ff. de offi. præfe. vr. & Ange. in l. ea quidem. C. de accus. & dicta do. Abb. in rubric. extrà de iu. vbi videtur concordare opi. & vide Do. de san. Geminarius loquentem in capitulo multi. ij. q. j. & Baldus. in l. prima. C. qui aceu. & Ange. in dicta l. si vacantia. Item aduerte, quòd in illis casibus exceptuatis à regula in quibus dixit, quòd potest formari inquisitio: possem allegare multas decisiones similes, sed quia in hoc nemo contradicit: ideo sum contentus pro nunc de huiusmodi allegationibus.

ADNOTATIO. a ¶Iudex. circa hanc materiam, videlicet, q Iudex possit inquisitionem facere contra suos subditos, vide longam & bonam dis. do. Henrici Boyc, qui per duas col. eam examinat. in c. primo extrà de offic. ord. Hie, Chucha,

b ¶Cons. ccix. Adde tu, quòd est in consi. cxvj. inci. do. Fed. & dicit hoc probari in authen. de collatio. §. iubemus. Ber.

c ¶Et ideo ipsemet, aduerte tu, quia Ioan. And. ibi loquitur de iure ciuili, sed de iure ca. sentit secus, vt suprà.

Hiero. Inquantum Angel. & Augustí. laborant, an glos. in dicta l. secunda. §. si publico. de adulte. sit vera, quòd regulariter de iure ciuili non est permissa inquisitio, nisi in certis casibus, dicatis, quòd domi. Alb. de Rosa. in l. ea quidem. C. de accusa. & in dicto §. si publico. tenet illam gl. & dicit eam communiter à docto. approbatam. subdit tamen, quòd de consuetudine, & alicubi de statuto, iudices de omni crimine inquirunt: pro quibus dicit benefacere text. in authen. de colla. §. iubemus. coll. ix. & ff. ad leg. iul. pe. l. iiij. §. mandati. l. congruit. de offi. præsi. & Amede. in tracta. de syndic. columna vij. & eandem opinio. glo. tenet Bal. in sua practica: quam dicunt quidam fuisse Tancre. de corne. in rubr. de quæstio. circa inquisitio. in j. q. vbi etiam firmat, quòd nec etiam de iure cano. in omni causa seu crimine generaliter possit inquiri: & respondebit ad c. qualiter & quando. cum suis cõcor quòd loquitur quando inquiritur contra aliquem in sua administratione, vel officio præsidentiæ, vt suæ villicationis rationem reddat: tũc enim, quia eius administratio consistit circa multa: ideo non est mirũ, si de multis inquiratur. arg. l. j. C. de transact. & l. exigendum. C. de procur. & l. j. de admi. tut. & l. procu. C. de transact. vnde etiã de omnibus delictis commissis & per eum perpetratis, potest inquiri: vt in auẽ. vt iud. si. quoquo suffra. & de diuer. & tempo. præscri. l. j. & de stat. mo. c. j. in prin. sed præ dicta omnia non sunt trahenda ad consequentiam inquirendi contra specialem personam præter administrationẽ officij delinquentem: quia de hoc nihil dicitur in dicto c. statuimus ergo iuri, quòd non inuenio correctum &c. vt C. de testa. l. sancimus. nec obst. etiam iura alle. videlicet, §. iubemus. & §. mandatis. quia respondeo dupliciter. primõ, secundùm Mar. fil. q dictæ leges intelligantur. & loquantur, quando generaliter contra personam inquiritur: vt in l. cõgruit. ff. de offi. præsi. & ita videtur sentire ibi gl. Ia. Albe. & Bart. & Alber. in d. §. si publico. vbi multas solu. ponit ad dicta iura. vel secundò, secundùm Dy. quando crimina sunt notoria & manifesta: nam tunc permissum sit iudici inquirere, & interrogare. subdit tamẽ, quòd de consuetudine contrarium obseruatur: & hanc opi. videtur tenere Areti in rub. extrà de iud. vbi dicit, q etiam de iure can. regulariter non est permissa inquisitio. Vos tamen domini, reiectis op. teneatis cum Sali. & Ang. hic & Areti. idem tenenti in c. qualiter & quando. extrà eod. col. xiiij. pro quibus allego Vitali in suo opere malefic. in d. rubric. de inquisi. vbi concludit p supradicta iura, quòd procedi possit per inquisitionem in omni casu: & q ita de generali consuetudine obseruatur, quæ vicem. l. obtinet: vt ff. de leg. l. cùm de consuetudine. l. de quibus. §. fina. & quæ sit lon. consue. C. l. j. & sic cùm tam certam habuerint interpretationem, minimè essent immutanda: vt in l. minimè. ff. de legi. quod tamen intellígit fama præcedente, clamore, vel indício vno, vel duobus: per dictum ca. qualiter. & ibi nota. & c. cùm oporteat. eo. ti. idem etiam tenet Io. Fab. in l. ea quidem. C. de accusa. & Præpo. in sum. ij. q. viij. col. xxij. versic. in crimínibus autem &c. & hæc videtur verior opi. Secundò, inquantum Angel. tangit an quando agitur de priuata vtilitate, possit inquisitio formari: adde quod Areti. vbi suprà. columna xv. versi. sed quæritur. tangit quæstione, & finaliter concludit, quòd sic, p l. congruit. de offic. præsi. vbi generaliter videtur permittere iudicem super omni delicto posse specialiter inquirere. & ponit exemplum in furto, quod est crimen priuatũ: vt in l. fina. ff. de furt. & tamen pro eo ponitur pœna corporis afflictiua: vt in authen. nouo iure. C. de furtis. & in corpore, vnde sumitur. & ibi respondit ad quædam faciẽtia contra hanc opi. & concordat cum eo Præp. vbi suprà qui de verbo ad verbum omnia motiua & fundamenta Are. eo tacito posuit, duntamen ex sufficientibus indicijs moueatur iudex ad inquirendum. Tertiò. inquantũ Ange. & Augustí. enumerant hic plures casus in quibus põt formari inquisitio, tam ad publicam vtilitatẽ, quàm etiam ad priuatam: vide quam plures per Bal. in sua practi. in d. rub. & q. & Præpos. & vitali. vbi suprà. Zaneti. in repet. c. j. extrà de accus. super rubr. col. xij. & Alex. in apost. ad Barto. in d. §. si publico. Io. de Platea instit. de pub. iud in prine. col. ij. & tertia. & per Soci. in tract. fallen. quem dicunt

cunt fore suum in cc. regula. vbi ponit vij. fallen. per ordinẽ: in quibus põt index in crimininalibus etiã ad priuatã vtilitatem inquirere, quas referre non curo, ne longũ processum faciamus. Item, inquantum dicunt, q quando vnus socius nominat alios, iudex potest inquirere: addatis quod contraria sententia videtur verior: quã tenet Fulgo. consi. cxxxvj. col. fina. ver. nouissimè. Alex. consi. cxxviij. incip. quoniam abundè. col. ij. lib. iiij. Phili. Deci. cõsi. clxxv. in j. parte. inci. in causa falsita. columna ij. ver. secũdò dato. & in consil. ccxxxiiij. incip. in effectu quæritur. col. j. in ij. parte. vbi allegat plures cõcor. pro qua mihi videtur q faciat doctrina Vitali. de qua suprà inquantum vult, quod non possit procedi ad inquisitionem, nisi saltẽ sit vnum indicium cõtra delinquẽtem, sed dictũ socij nõ facit indicium: vult Sal. in l. ij. C. de accus. & Alex. & Philip. in prælle. consi. ergo dicendum est iudicem non posse propter eius dictũ inquisitionẽ informare. Itẽ ẽt facit p hac opi. doctri. Ang. hic, cum cõcor. de qbus ś. qñ, s. possit contra certam personam iudex suam inquisitionem formare &c. Quartò inquantũ Ange. & Aug. dicunt posse formari iuquisitionem in causa vsuratũ: addatis, quòd hoc procedit de iure canonico, non tamen de iure ciuili: ita Bal. in ca. j. §. similiter. col. ij. ver. extra no. & c. de cõtro. inuest. refert & sequitur Philip. Dec. consi. clxx. in j. parte. colum. iij. ver. confirmatur. incip. viso themate & his quæ narrata & cætera.

49 *Inquisitionis uia qui iudices procedere possint.*

49 Ange. Tertiò principaliter est videndũ, † qui iudices possint per viam inquisitionis procedere: & dico, q Ang. in. d. l. si vacantia. dicit, aut est causa meri imperi principaliter, aut incidenter, aut est causa merè pecuniaria. Primo casu nemo formabit illam inquisitionem nisi sit iudex qui habet merum imperium, nec põt hoc merũ imperiũ delegari. l. j. ff. de of. eius cui man. est iurisd. & l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic. Si autem causa meri imperij incidit in dicta causa merè ciuili, etiam pecuniaria, & tunc quilibet iudex coram quo tale crimẽ incidit poterit cognoscere de tali causa. l. nullũ. C. de testi. cũ si. Et est ratio: quia ratione incidentis cognitionis causa meri imperij deuoluta est ad suam iurisdictionẽ. l. quoties. C. de iud. Secundo casu, qñ causa est merè pecuniaria & ciuilis, spectans ad publicã vtilitatem: & tunc omnis iudex q habet cognitionẽ de illa cã, poterit p inqsitionẽ procedere ĩ dicta causa, vt est text. in d. l. si vacantia. & ita dicit do. Aug. ibi

Augustí. Tu autem in hac materia adde q dixit Spe. in tit. de inquisi. §. j. in versi. Itẽ oppo-
a nitur q volẽs &c. qui dixit, q Papa & Imperator inqrũt p suos legatos vel delegatos [a]. Itẽ epi in suis diœcesibus. Itẽ metropolitanus, nõ tñ in clericis suffraganei, nisi in casibus qui no. in c. pastoralis. de off. ord. Itẽ præses prouinciæ. Itẽ quicunq; habet cognitionẽ causæ criminalis: hoc est merũ imperiũ. & qui sunt isti, not. per Spe. in ti. de iurisd. om. iud. & allegat dict. c. qualiter & qñ. & c. sicut olim. extrà de accus. & c. j. extrà de off. ord. & l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. & in fine cõcludit, q quicunq; iudex qui potest corrigere & punire, põt & inquirere: & hanc sententiã tenuit Host. in sum. de inquisitio. §. si qs possit. q in effectu hoc dixit. Adde tñ, q in hac materia in illa inqsitione gñalissima, de qua locutus sum vltra doct. q illã inquisitionẽ gñalissimã põt facere episcopus, & glibet metropolitanus: sc'm tñ formã traditã in c. sicut olim. extrà de accu. & in auẽ. de san. epis. §. vt aũt ois. col. ix. Itẽ illã inquisitionẽ super statu alicuius ecclesiæ, vel loci, tam sup capite, quã super mẽbris, põt facere quilibet p̃latus, qui habet ecclesias sub se pleno iure: vt in c. cõquerẽte. extrà de offi.
b ord. Itẽ scias, q Old. in cõs. suis, cõs. ccxiij. [b] dicit, q iudex delegatus sup iniurijs & differentijs, censetur etiã habere potestatem inquirendi super huiusmodi violentijs.

ADNOTATIO. a ¶Per suos delegatos Adde tu tamen, q delegati papæ in suis prouincijs non possunt dicere sententiã sanguinis. ita Io. an. in c. fi. ne cle. vel mo. lib. vj, tamen si papa committat sacerdoticausam capitalem ex certa scientia, videtur dispensare vt sententiam capitalem dicat. ita Fran. de are. in consi. lviij. vbi etiam dicit, q statutum de duabus dictis, non habet locum in causa inquisitionis. Ber.

b ¶ Cõs. ccxiij. Adde, q voluit allegare Fed. de senis in cõs. ccxvj. B.

Hiero. Inquãtũ quærit Ang. qui iudices possint per viam inquisitionis procedere: addatis, q istam quæstionem melius quã alibi reperietis examinatam, per do. Henr. Boyc, in c. j. de offi. ordi. extrà. in j. dist. quem omnino videatis, & quia longa est eius di. eam referre non curo. sufficiat vobis remissio.

50 *Inquisitio quod de necessitate requirat, ad sui substantiam.*
51 *Inquisitio quando teneat, etiam si non præcedat diffamatio.*
52 *Inquisitio non tenet, si non habet debitam formam.*
53 *Inquisitio, uel libellus criminalis, non requirunt de necessitate cõclusionem.*
54 *Inquisitio debet fieri in scriptis*
55 *Inquisitio non requirit quòd lis contestetur.*
56 *Solennitates iuris uel statutorum non requiruntur in modo procedendi uel cõdemnandi quando crimina leuia sunt.*
57 *An iudex inquirens ex mero suo officio, possit formare inquisitionem, nulla diffamatione præcedente.*
58 *Inquisitio fit in crimine hæresis, nulla diffamatione præcedente.*
59 *Inquisitio specialis tenet, non præcedente diffamatione, quando de conscientia principis formata est inquisitio.*
60 *Inquisitio siue processus non tenet, nisi fama præcedat, licet reus non opposuerit & responderit inquisitioni, & semper poterit opponere.*
61 *Inquisitionem & capturam debet præcedere fama, quæ originem habeat ab honestis & fide dignis.*
62 *Inquisitio generalis non debet continere tempus nec locum.*
63 *Inquisitio in crimine hæresis tenet, sine loco & tempore.*
64 *In crimine falsi tenet processus, sine loco & tempore.*
65 *Inquisitio formata contra certam personam de pluribus criminibus in genere commissis, non requiruntur specificationes circunstantiarum.*
66 *In criminalibus hodie de consuetudine concluditur per illam clausulam: quæ repeto eum condemnari, secundùm formam iuris & statutorum.*
67 *In inquisitione non fit litis contestatio, nisi ex parte rei.*
68 *Crimina quæ dicantur esse leuia.*

50 Ange. Quartò principaliter † quæro quot sunt necessaria pro substantia inquisitionis: & dico quòd quinque. Primò, quod ex parte iudicis inquirentis sit Iudex competens: aliàs non valeret quicquid actum esset. C. si à non compet. iudi. per totum.

Secundò requiritur ex parte rei contra quem inquiritur, quod sit suppositus iurisdictionem inquirentis [a] quo ad illud crimen, aut ratione loci, aut delicti. l. prima C. vbi de crimi. agi oporte. aliàs non posset contra eum inquirere. capitulo, si diligenti. de foro compet. Tertiò requiritur ex parte causæ de qua inquiritur, quia non super omni crimine, de iure ciuili, potest inquiri, vt suprà dictum est, secundùm Salicetũ.

Quartò requiritur quòd fama publica à fide dignis præcedat; & non semel, sed sæpius: & sit tanta, quòd generet scandalum, & sine periculo tolerari non possit. capitulo, ad petitionem. & capitulo. qualiter & quãdo. & capitulo cum oporteat. extrà de accusa. ita dicit Angelus in dicta l. si vacantia. & si ista diffamatio non præcedit, nec inquisitio procedit. Sed Angelus in dicta l. si vacantia. in ver. de quinto notabili articulo, dicit, quòd in pluribus casibus tenet inquisitio. quantuncunque non præcedat diffamatio.

51 † Primò, quando reus est præsens, & non op-
b ponit [b] vt in capitulo secundo. de accusatio. in sexto. quia tunc tenet inquisitio sine diffamatione.

Item fallit in inquisitione generali contra caput & & membra: vt in capitulo primo, de offic. ordin. & sic Syndicus potestatis qui inquirit contra potestatem & eius officiales, & sic contra caput & membra, potest inquirere non præcedente aliqua diffamatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e Tertiò fallit quando ad denunciam officialium[c] procedit: vt dicta l. ea quidem. Quartò fallit quando Iudex ex mero officio inquirit, & non ad postulationem vel querelam alicuius dicto capitulo primo. de offic. ordina. Quintò, quando iudex inquirit ex necessitate sui officij, vel vertitur periculum animarum: vt nota. in capitulo ad nostram. extrà de iureiurand. quod notandum est: si per statutum cauetur, quòd potestas teneatur inquirere de tali delicto: & si non fecerit, imponit sibi pœnam: & tunc in tali crimine potest inquisitio formari, non præcedente aliqua diffamatione: aliàs poterit inquirere si vellet: sed non arctatur à statuto, tũc
d regulariter requiritur q diffamatio præcedat,[d] nisi in casibus supradictis: vt in c. qualiter. & in c. inquisitionis. de accus. ita dicit Angel. in dicta l. si vacantia. ver. de quinto
52 verò articulo. † Sextò requiritur ex parte formæ inqui-
e sitionis: quia si non habet debitam formam, [e] non tenet. d. c. qualiter & quando. & dicto c. inquisitionis. facit l. j. ff. si men. fal. mod. dixe. ita dixit Angel. in l. si vacantia. & in ista forma est, quod pars citetur. ita dicit Ang. in dicta l. si vacantia. in prin. facit cle. pastoralis de re iud. Item, q apponatur locus & tempus, sicut in accusatione. l. libello rum. ff. de accusa. quoniam Iudex inquirens, succedit in locum accusatoris, præterquam in subscriptione ad pœ-
f nam talionis[f]: quia non debet se subscribere: ita dicit Bartol. in dicta l. ij. §. si publico. ver. quæro vtrum in inquisitione. & in ver. vtrum in inquisitione iudex. & Angel. in dicta l. si vacantia. in ver. quæro an iudex teneatur ad pœnam talionis. & in ver. quero an in inquisitione debeat
53 apponi locus. & Salic. in dicta l. ea quidem. ver. si per denunciationem. Et subdit do. Ange. hic, † q licet in libello sit necessaria conclusio, tamen in libello criminali vel inquisitione, non est necessaria conclusio: vt not. in l. j. ff. de eden. quia ius concludit ad pœnam sine iudice. l. j. ff. ad Turpil. ita not. Bald. in dicta l. edita. C. de eden. Sed de cõ suetudine accusator concludit. dum petit eum puniri se-
g cundũ formam iuris vel statutorum[g]: & iudex inquirens concludit, apponendo illã clausulam: super quibus omnibus & singulis &c. Ita dicit Bart. in dicto §. si publico. in ver. tertio quæro vtrũ inquisitio debeat continere conclu
54 sionem, & Ange. in dicta l. si vacantia. † Item requiritur quòd inquisitio fiat in scriptis, & redigatur in scri-
h ptis,[h] sicut libellus in ciuili: ita dixit Ange. in dicta l. si vacantia. in ver. item quero an quãdo fieri debeat inquisitio. Et fuit originale verbum Azo. in authen. de exhib. re. in §. scimus. in fi. gl. magnæ. Item iudex debet animaduertere, q antequam faciat inquisitionem, interroget reum super quo intendit inquirere contra eum: aliàs si primò formaretur inquisitio: & postea interrogaret, non valeret: vt in capitu. qualiter & quando. in ver. debet igitur. de accusa. Sed Angel. in dicta l. si vacantia. in ver. procedit autem in inquisitione ordinaria. dicit, quòd hoc de consuetudine non seruatur: quia imo semper ante fit inq-
i sitio & postea interrogatur. Sed die quòd illa doctrina[i] An-
57 ge. in dicta l. si vacantia. procedit quando iudex contra absentem inquirit. Si autem reus est præsens & in fortia of-
k ficialis, tunc semper iudex interroget[k] cum tortura & sinõ, in camera pluries, vt videat bene super quo possit informare inquisitionem: & post eius interrogationem, formet inquisitionem. † Item non est necesse quod super
55 inquisitione lis contestetur: quoniam hic non est actio: ergo non est dare contestationem: & licet non sit litis cõtestatio, fieri tamen debet per iudicem interrogatio, & per reum respõsio: vt infrà patebit in gloss. super verbo, [constitutus &c. respondet &c.] Et maximè hoc militat, vbi contra absentem in aliquibus casibus poterit fieri cõdemnatio: vt l. quarta. ff. de fica. & ex forma statutorum communiter per Italiam, procedituꝛ cõtra absentem: ergo nõ requiritur litis contestatio, quia hoc impossibile est. ita dicit Angel. in dicta l. si vacantia. in verfic. item quero an in causa inquisitionis debeat lis contestari. Et prædicta oĩa procedunt in criminibus grauibus: quia iste solennitates
56 requrunt. †Sed in criminibus leuibus[l] solẽnitates iuris,
l vel statutorum, non requiruntur in modo procedendi, vel condemnandi: vt in authen. nisi breuiores. C. de sentẽ. ex breicu. recit. puta, si quis fuerit repertus ad ludum azardi ver cum armis, vel de nocte: si pœna est pecuniaria & par ua, tunc in his non requiritur ordo iuris, vel statutorum: nec requiritur q processus formetur: sed sufficit q iudex faciat mandatum, quòd soluat pœnam: & si statuto cauetur, q de omni delicto iudex faciat processum: intelligitur de delictis grauibus, non autem de leuioribus. ita elem eganter dicit Bart. in l. leuia. circa fi. de accusa. & quæ crimina dicantur leuia[m]: vide Barto. in dicta l. leuia. & pleniꝰ in dicta l. non solum. §. si mandato. de iniurijs.

ADNOTATIO. a ¶Inquirentis. Adde tu, q tamen delegatus papæ poterit inquirere & citare existentem in territorio imperij, ita Barto. in extraua. ad repri. ver. totius orbis. & dicit etiam ipse ibi, in verbo, per edictum. q licet iudex non possit citare in alieno territorio: potest tamẽ scribere iudici illius territorij, vt reũ citet. & si fuerit negligens, poterit postea ipse citare. & prædicta sequitur Fran. de Are. in consi. liij. vbi etiam dicit, quod si inquisitus comparuerit, & responderit inquisitioni, & deinde recesserit: quod tamen valet sententia contra eum lata: ex quo voluntariè comparuit, licet non potuisset citari. Ber.

b ¶Et non opponit. Adde ad hoc Cepo. in consi. lxvij.

c ¶Officialium. Adde Cep. in consi. xl. quem vide.

d ¶Diffamatio præcedat. Adde Fulgo. in consi. cxxxvj. & consi. clxxv. vbi consuluit pro statuto Vincentiæ: & vide infrà. in verbo, fama publica præcedẽte.

e Formam. Adde, quòd ex ineptâ inquisitione debet sequi absolutoria. ita tenet Ro. in consi. cxliij. & an sine inquisitione quis possit damnari. vide Cepo. consi. xl. in fi. & Roma. in consi. cx. & Paul. de Cast. consi. cxlj. in antiquis. & quæ sint præeminẽtiæ inepti libelli. vide per Barto. in consi. penul. Ber.

f ¶Pœnam talionis. Adde circa hoc Io. de Ana. consi. j. & Ang. cõsi. clxxvij. & an procurator fisci debeat se subscribere ad pœnam talionis in crimine læsæ maiest. vide Cepo. consi. xvij.

g ¶Statutorum. Adde quòd tunc libellus dicitur præsumptiuè cõcludere, ita Ro. in consi. xv. & an sit necesse quòd libellus in criminalibus concludat: vide Cep. in consi. xiiij. col. iij. ver. nec ob. dum dixi. vbi tenet quòd non.

h ¶In scriptis. Adde & vide Spe. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. in titu. de lit. conte. §. j.

i ¶Illa doctrina. Adde quòd ex his declarantur dicta per istum infrà in ver. fama publica. in vj. col. ver. quæro qualiter &c. & in quarta columna, in addi. incip. tu autem adde hoc &c.

k ¶Interroget. Adde, & vide Cep. in cõs. xl. col. viij. ver. circa sextũ.

l ¶Leuibus. Adde tu & vide Cep. in consi. xxxiiij. & idem est si esset consuetudo quòd de grauibus non fieret processus: vt refert Cep. in consi. xl. fieri in Alemania & Germania. ita ipse in d. consi. xl. in fi.

m ¶Leuia. Adde quæ dicãtur crimina leuia, tam de iure diuino quã positiuo. & vide per Bar. in cõs. ccxvij. inci. ad declarationem. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd quantum primò suprà deducta fuit ista singularis doctrina Domini Angel. in dicta l. si vacantia. in quarta fallentia. † quòd vbi Iudex[a] inquirit
a ex mero officio suo, & non ad postulationem, vel denunciam alicuius, quòd tunc Iudex formabit inquisitionem nulla diffamatione præcedente, per capitulum primum. de offic. ordin. dicatis, quòd licet communiter assessores hoc obseruent: tamen ista doctrina est falsa: contra quos primò allego Gandi. in tracta. malefic. in Rubrica quomo. cognosca. de malefic. per inquisitio. in versiculo si autem iudex accedat ad inquisitionem. nullo inquisitionem promouente. & in versiculo item nota quod quando Iudex recipit testes super infamia alicuius ex mero officio & cætera. qui concludit ipse quòd vbi iudex procedit ex officio suo ad inquisitionem nullo promouente iudicem: quod tunc si reus neget se de illo crimine infamatum, tunc iudex debet inquirere de fama & infamia: qua reperta, incipiet procedere ad inquirendum de maleficio. & allegat dictũ c. j. de offi. ordi. bene verũ est, q Gandi. ibi dicit, q si iudex inquirens receperit infamiam cõtra Caiũ, & Caius neget se esse

esse de illo crimine infamat: non tenetur iudex ei facere fidem de ipsa infamia. Nam iudex non faceret fidem de
62 te capturam, & inquisitionem. † Item inquantum suprà dictum est, quòd in inquisitione debet apponi locus & tempus: addatis q hoc est verũ in inquisitione speciali secus in inquisitione generali, vt voluit Bart. in extraua. ad reprimen. super verbo, inquisitionẽ. qui affirmauit etiã in d. §. si publico. dum respondet ad gl. insti. de publi. iudi.
63 in prin. † Item addatis q hoc non habet locum in crimine hæresis: quia procedit inquisitio sine loco & tempore. Ita singulariter dixit Bal. in i. j. C. qui accusa. in iij. colũ. & ibi vide rationẽ. Et de ista materia vide oĩno Rapha. post doc. in l. edita. C. de edẽ. & ibi Bal. in ver. nono opponitur. & ibi dicit Bal. q imò in inquisitione non debemus apponere nec locum, nec tempus: quia lege hoc nõ cauetur. & l. libellorum. loquitur in accusatore qui non caret odio: sed non sic in iudice. Et omnino vide Abb. in c. fi. extrà de purg. cano. qui videtur limitare p̃dicta. & per Bal. in l. ij. C. de eden. & per Bald. & Sali. in d. l. ea quidem. & Cy. in l. j. C. vbi conue. qui cert. lo. da. promis. & per Bart. in l. j. §. j. ff. de suspe. tuto. & per Ange. in l. libellorum. ff.
64 de accus. † Item adde quod dixit Bal. multum elegan ter in c. j. qui mo. feu. amit. qui dixit, q in crimine falsi tenet processus sine loco & tempore. & dixit, q allegat glo. quæ non reperitur alibi. insti. de pub. iudi. in prin. Et ratio est, quia crimen tale fit in absconso: & sic etiam possemus dicere, q omnibus casibus vbi non militat solẽnitas legis libellorum, in illis casibus procedet inquisitio sine loco & tempore: & qui sunt isti casus, pro nunc tene menti quòd dixit Ange. multũ singulariter in auth. qũo opor. epi. in §. fi. & contra cõmittentes delictũ cõtra maiestatẽ diuinã tenet processus sine solẽnitate legis libellorum: quæ solẽnitas legis libellorum, an habeat locum de iure canonico.
65 Moder. latè posuerunt in c. dilecti. extrà de iudi. † Item adde id quod dixiti Gaspar Calde. tn consi. suo. ij. tit. de accus. q vbi formatur inqsitio contra certam personam de pluribus criminibus in genere commissis: non requiruntur specificationes circunstantiarum criminum: & alle-
c gat Ioan. An. ita voluisse, & in hac materia[c], vide Ange.. in consi. suo clxxvij. quod incip. visis actis prædictis. qui dicit, quòd in inquisitione, sicut in accusatione, debet apponi locus & tempus: & dicit q locus & tempus: homici
66 dij debet apponi, non autem auxilij, vel mandati. † Item inquantum suprà dictum est, q in criminalibus non est de necessitate ponere conclusionẽ in libello: Adde glo. Cyn. & Angel. in l. in causis. C. de accusa. quam gloss. põ derauit etiam Bal. in l. edita. C. de eden. inverſiculo ibi, circa secundum, an libellus procedat sine conclusione & cætera. ibi Bal. notabiliter loquitur, quæ differentia, sit an libellus concludat, vel non, in criminalibus. Adde tamen quod Salice. in dicta l. in causis. dicit, q hodie de cõ suetudine concluditur semper in criminalibus, per illã clausulam quæ apponitur in fi. quare peto eum condemnari secundum formam iuris & statutorum. & de hac materia vide pulchra verba Bald. in l. & si seuerior. C. de his q no. infa. per Bartolum. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. & per Ange. in dicta l. edita. & latius dicam.
67 infrà in ver. necnon ad querelam. † Item inquantum
d dictũ est suprà q inquisitione nõ fit litis contestatio[d]. Ad de quòd Bal. in l. j. §. ij. de offi. præf. vr. in vlti. columna. dicit, q non fit litis contestatio nisi ex. vna parte, scilicet rei: & in vltima columna. C. de accusat. & ibi dixit vnum no. verbum. & idem Bal. in l. prima. C. qui accusa. in decima columna. dicit, quod licet in inquisitione lis non contestetur, tamen quasi contestatur per responsionem rei apud acta, dum respondet inquisitioni. Et de materia vide per Baldum in l. prima. C. vbi de crimin. in fine. Sed tene menti, quæ dixerunt domi. Anto. de Butri. & Abb. in capitulo, quoniam frequenter. in §. sunt & alij. extrà vt lite non contest. Nam imò videtur quod in causa inquisitionis non possit procedi sine litis contestatione. de hoc videtur text. in capitulo, cum dilecti. extrà de purga. Cano. Et ideo pro solutione referunt, q

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hosti. dicebat: aut iudex procedit ex mero officio, & tũc nulla requiritur litis cõtesta. quia nõ est cum quo lis cõtestetur: aut ad querelam alterius inquiritur: & tunc cũ illo promouẽte querelam, debet lis cõtestari, idem: secũdũ Inno. cũ inquiritur aliquo specialiter prosequente ipsam inquisitionẽ, per not. in c. cũ olim. extra de test. ad fi. magnę gl. Et de materia in c. cũ I. & A. extra de re iudi. Referũt tñ q Spec. in tit. de inquisi. §. j. ver. cũ igitur. cõcordat opi. q in generali inquisitione, siue sit specialis prosecutor, siue nõ: nõ fit litis cõtesta. fit tamẽ quasi litis cõtesta. ita loquitur text. in c. cũ I. A. In speciali verò inquisitione, si non est specialis prosecutor, non fit litis cõtesta. fit tamẽ quasi litis cõtesta. quæ est inter famam & responsionẽ facta per ipsum reum, traditis capitulis secũdũ formam c. qualiter & quãdo. Si aũt est instigator tunc assistens, vel ibi positus per iudicem vt adiuuet iudicem, tũc nõ est lis cõtestãda: secus si sit pśecutor spãlis impetrãs & assumẽs inquisitionis tutelã: quia tũc lis debet cõtestari cũ ipso & reo: & hoc omnino ad limitationem Bart. & Angel. & dictorum s. & hoc voluerũt Inno. & Hosti. in c. cũ clamor. extrà de test. Quãdo autẽ est specialis prosecutor, & reus est absens per cõtumaciã, an tũc sine litis cõtesta. possit procedi: vide do. Abba in dicto §. sunt & alij, decidentem q sic: per gl. in c. cùm I. & A. extrà de re iudi. & hoc affirmat Old. in cons. suo cclxxvj. & vide Bal. in l. si pluribus. ff. de leg. j. & vide pulchra verba Bal. in l. cũ mulier. ff. sol. matri. in quinta col. qui dicit, q licet per talẽ responsionẽ facta per reũ, inducatur quasi litis cõtestatio: tamẽ illa responsio debet fieri iudice sedẽte pro tribunali, nõ in ortis
68 & nõ in domo: quod no. † Item inquãtũ do. Ang. hic dixit quæ crimina dicãtur leuia, vel nõ: & allegauit Bar. in locis s. alle. Addatis, q per prædicta nõ habetis verã conclusionẽ: sed videatis Ang. tẽperantẽ ista in dicta l. nõ solùm. §. si mandato. de iniur. & in dicta l. leuia. de accusa. & adde vltra ipsos gl. in c. cùm illorũ. extra de sen. excõ. in verbo, mẽbri. q̃ dicit, q hoc relinquitur arbitrio iudicis, q̃ crimina dicantur leuia, vel nõ: & pet illã glo. cõtra Barto. approbo do. Ang. in dicta l. leuia. quia secũdum vulgi opi. & cõsuetudinẽ, ista veniunt in consideratione. Nam licet aliàs per l. crimen. dicat atrox: tamen secundùm consuetudinem hoc nunc non erit. & vide gl. in l. iij. ff. de iniur. in princ. quæ videtur velle, q omnis iniuria facta cum armis, dicatur atrox crimen.

ADNOTATIO. a ¶ Ex mero officio. Adde circa hoc & de intellectu d. c. j. & vide per Barb. in cons. xxxv. inci. scribitur præclarè apud Eccl. fiastes. vbi latè de hoc. Ber.

b ¶ Et hoc voluit Spec. Adde quôd vbi scandalum verti possit, & in causa hæresis potest iudex inquirere diffamatione non præcedente: ita Spe. in d. §. j. ver. vtrũ. quod fortifica, vt per Barbat. in cons. lxxij. incip. scribitur libro Hester.

c ¶ Et in hac materia. Adde quod Ange. in cons. clxxviij. & in cõsi. ccxcvij. dicit expresse q in inquisitione, sicut in accusatione, est apponendus locus consummati delicti, nec sufficit ponere locũ auxilij præstiti, vel mã. vel tractat»: & q debeat apponi locus & tẽpus & solennia l. libellorũ. tenet Ale. de Imo. in cõs. clxvj. & cõs. cxxiij. in ij. vol. & videtur voluisse Raph. Cu. in cõs. xxvij. vbi dicit, q ex quo inquisitio succesit loco accus. sicut offensus accusans nõ põt pro lucere testes domesticos, ita nec iudex inquirẽs: & vide remissiuè per Ale. in apost. ad Bar. in d. l. libellorum. no. tamẽ q sicut in accusatione requiritur locus & tps delicti, ita debet poni in mandato dato ad accusandum, secundũ Ro. cons. lx. & nõ solũ in libello criminali inserendus est locus, sed etiam cũ agitur actiõe famosa ciuiliter. ita, Ro. in cõs. cxcj. tamẽ si cognoscere turvir. ute rescripti. in quo esset clausula q cognosceret summariè de veritate & ęqtate, tũc locus nõ icert9 nõ vitiaret libellũ. ita ale. ĩ cõ. vj. ĩ iij. vo. B.

d ¶ Litis cõtestatio. Adde tu circa hoc, & vide Fran. de Are. in cõsil. lviij. vers. ad quintum. vbi q respõsio facta per reum in iudicio criminali accusationi vel inquisitioni ad interrogationẽ iud. etiã absente denũciatore inducit lit. cõt. allegat Bar. in Lis qui reus, & de publi. iudi. & dicit q ita seruatur in practica: & iudex dicitur interrogasse reũ quãdo detulit iuramentũ calũniæ, vt respondeat in quisitioni. & licet in actis nõ appareat de interrogatiõe: tamẽ ex quo apparet de solẽni responsiõe, præsumitur q præcesserit interrogatio. allegat Io. And. & Ant. de But. in c. j. de lit. cõte. & an quã do est specialis prosecutor, & reus est absens, possit procedi in cõtumaciam litis cõtest. vide Oldr. cons. lxvj. & Cep. in cons. vj. Ber.

Hiero. Primò inquãtum Ang. ponit quinq; quæ necessaria sunt de substãtia inquisitionis: addatis Amede. in tract. de syndica. columna vij. ver. succesiuè. vbi per ordinem ponit ista quinq; substãtialia Bal. in sua practi. in rubri. de quæsti. circa inquisi. in prima q̃stio.

Secundò, inquantum Ange. enumerat hic quinq; casus in quibus potest iudex formare inquisitionem, diffamatione nõ præcedẽte. addatis Amede. in tracta. de syndic. columna xj. in glos. super verbo, in eo & cætera. vbi enumerat xij. casus, quos referre non curo: in alijs autem casibus regula remanet firma per iura hic allegata. & hæc est communis sentẽtia doctor. in dicto capitulo qualiter & quãdo. & in capitulo. inquisitionis. de accusati. de qua etiam materia latè traditur per Alexand. cõsilio cxxiij. in cip. quoniam abũdè. in princ. sextovolumine. & in cõsilio cxxxvij. incip. visa copia denũcia. in princip. & columna iij. ver. nõ obst. eo. volumine. & cõsilio cxx. incip. viso processu inquisitio. in prin. septimo volu. Philip. decj. cõsilio clxx. incip, viso thema. & his quæ narrata sunt. in j. parte colum. secũda. versi. sed prædictis. & cõsil. clxxv. incip in causa falsitа. columna secũda. ver. ij. principaliter. vbi plures concor. Hiero. zane. in repe. capitulo j. de accus. super rubri. colũ. xiij. ver. nec procedit &c. Tertiò inquãtum dicit q forma iquisiõis est q ps citet, videatis notabiliter Mar. so. in tra. de citat. art. xx. q. xxv. vbi ponit formã citationis in criminalibus. Quartò, inquantum Angel. sequẽdo Ang. in dicta l. si vacãtia. tenet, quòd quãdo iudex ex mero officio inquirit, & non ad postulationẽ partis, q nõ requiritur diffamatio: addatis q communis opi. doct. est in cõtrariũ de qua videatis Alex. qui eam tenet cum multis cõcor. per eum in cõsi. cxxxvij. incip. visa copia inquisitionis. colum. pe. & fi. ver. nõ obst. pro ista communi est text. iuncta gloss. quam sequũtur docto. ibi, in capitulo j. de offi. ordi. vbi latissimè Henric. Boyc, in sua j. dist. quã dicit ibi Bal. d. procedere, etiam si Potestas habeat à statuto arbitrium procedẽdi liberè in criminalibus: vt probat in d. text. in ver. liberam. pro qua facit doctrina Paul. de Ieaza in capitulo grauis. in vltima colũ. extrà de depos. & ante eum fuit Gan. in rubri. an pote. qui hab. arbi. & cætera. qui volũt, quòd Potestas, siue iudex quantumcũq; habeat amplum & liberum arbitrium procedẽdi in crimina libus: nõ tamẽ per hoc poterit ponere aliquem ad torturam legitimis nõ præcedẽtibus indicijs: vt latè tradit Alexãd. cõs. clxxxiij. incip. habita super cõtẽtis & cætera. secũdo volu. & cum communi tenet Bonifa. vital. in d. opere maleficiis. in dict. rubric. de inquisi. ĩ princ. ver. si autem iudex Præpo. ĩ capitu. habet. ñ. q. iiij. colũ. secuda. in prin. ver. cõclude. sed aduerte, posito quòd ĩdicia debeãt præcedere iquisitionem: si tamẽ oppositum nõ fuerit, an valebit processus: & videtur quòd sic, per textum in capitu. secũdo. de accus. lib. sexto. & ibi doc. & Alexã. ĩ d. cõs. cxxxviij. & in cõs. cxx. incì. viso ꝓcessu vij. vol. & practicus Pap. in sua forma iquisitio. ĩ gloss. super ver. fama publica & cætera. cõtrarium tamẽ tenet Vital. ĩ d. opere, ĩ dicta rubric. de ĩquisitio. in forma ĩquisi. cõtra robora. ĩ fi. per cap. ĩ quisitiõis. de accusa. extrà, idem Aret. vbi alleg. Bar. Bal. & Gãd. idem tenere ĩ c. qualiter & quãdo. pe. colũ. ĩ fi. sed breuiter dicatis, quòd prima op, procedit quãdo presente & tacẽte iquisito iudex inquirit: vt ĩ dicto capitu. secũdo. de accu. lib. vj. secus tñ qñ absente: & ita ꝓcedit, sed a op.

Quintò, inquantum de substantia inquisitionis est, quòd ponatur locus & tempus. adde quòd idem tenet Bald. consilio cccxc. incip. de sola subscriptione. in tertio volumine. Pap. vbi suprà in gloss. super verb. in domo Amede. vbi suprà. columna septima. in fine. & Pari. de puteo in tracta. de syndic. in rubrica, redditio rationum. in verbo, an per dictum char. cj. idem Bartolus & Angelus in sua marga. in verbo, inquisitio. ver. j. & notabiliter Henri. Boic. in capitulo finali. de purg. cano. de

quo

quo posuimus infrà in glossa. de anno præsenti: & in gloss. in platea. & traditur etiam per Angelum infrà in verbo, [& ad quærelam,] numero 55. & adde quòd gl. quam hic allegat Augustin. insti. de pub. indi. in princi. reprobatur communiter, secundùm Præpo. in dicto capitulo. libellorum. secunda quæstione. octaua columna. quinto versiculo. & de inquisitione & cætera. Cano. tamẽ communiter in dicto capitulo qualiter & quando. tenẽt quòd non, vt ibi per Fely. post alios. Sextò quæro, in quibus causis criminalibus non requiraẽ libellus: videatis not. Marian. in capitulo Ignatius episcopus. de libel. ob. vbi columna sexta ponit regulam cum lxxx. fallẽ. in ter quas enumerat multas causas criminales, in quibus non requiritur libellus: sed etiam quæro, an iurabitur de calumnia in istis causis criminalibus: Et breuiter dico q sic, secundùm communem opinionem: quam latè prosequitur Marian. in capitulo, literas. de iuramen. calum. columna secunda. ver. octauò. Inquantum Angel. cõcludit, quòd in libello criminali, vel inquisitione, non requiratur conclusio. adde quòd idem tenet idem Angel. infrà in gloss. super verbo, [& ad querelam.] & ibi Augustinus. ver. an autem dies & cætera. de quo latè Præpositi. qui idem tenet in capitulo libellorum secunda quæst. octaua columna secunda vers. nota quòd non & cætera. & Amede. in dicto tracta. columna septima. in fine.

Octauò inquantum tangit Angelus an requiratur lit. contest. in inquisitione. vide vnam bonam dist. quam facit dominus Henric. Boyc, in dicto capitulo qualiter & quando. lo ij. in secunda distinct. & rogo, quòd vbicunq; allegauero tibi dist. Henri. quòd omnino eas videas: quia meram veritatem, quasi semper, in eis reperies.

69 *Inquisitio ex quibus causis possit impugnari.*

70 *Omnis exceptio quæ potest opponi contra accusatorem, potest opponi contra iudicem regulariter, excepto quòd concerneret, quia est magistratus.*

71 *Inquisitio nomine reipublicæ fieri non potest per iudicem, quando exceptio respicit personam offensi: ut quia est malpagus, qui ex forma statuti nõ est audiendus, nec in ciuili, nec in criminali.*

72 *Inquisitio potest fieri de delicto in bannitum commisso, licet ipse non possit audiri.*

73 *Inquisitio licet possit opponi quod reus non est diffamatus, limita hoc non habere locum ubi inquisitio ex mero iudicis officio est formata.*

69 Ange. † Quintò principaliter quæro, ex quibus causis potest inquisitio impugnari? Respondeo, secundùm Angelum in dicta l. si vacantia. in ver. de tertio articulo principali. quòd inquisitio semper potest impugnari, quando deficit aliquid de natura ex substantialia ipsius inquisitionis: & hoc regulariter est in omni actu, vt ex tali defectu semper possit impugnari l. cum hi. §. cum prætor. ff. de transactio. Sed Salice. in dicta l. ea quidem. inver. sed quia propter denunciationẽ. & in ver. quæro quintò de exceptione dilatoria. altius exorditur materiam, quòd quædam sunt exceptiones respicientes permissionem inquirendi, quædam personam iudicis cõtinentes, quædam eius qualitates, vel officium attendentes. Exceptiones circa permissionem inquirendi pertinẽtes, & respicientes indistinctè possunt opponi: vt puta, non est tibi permissum de hoc crimine inquirere: & procedit exceptio, attento quòd de omni crimine non potest inquiri, aliàs secus. pro quo facit: quia sufficit dare instantiam. prima quæstio. primo capitulo sicut vrgeri. & est textus cum gloss. in l. creditori. ff. de oper. no. nuncia.

Item, quia non potest contra me inquiri, quia nõ sum diffamatus: & ideo contra me non potest procedi, vt dicto capitulo qualiter & quando. Et isto casu habebit iudex de hoc præambulo docere: aliàs non poterit ad vlteriora procedere. l. ignorant. C. qui accus. non possunt.

Secundò potest opponere exceptiones tendentes contra personam iudicis, vt quia sunt inimicitiæ capitales [a]: vt est textus. & gloss. in dicto capitulo qualiter & quãdo. sed hoc probabit opponens. Et aduertas, secundùm Bartolum in dicta l. secunda. §. si publico. ff. de adulte. in ver. item quæritur vtrum contra iudicem. Nam di-
70 cit, † quòd regulariter omnis exceptio, quæ potest oppo-
b ni contra accusatorem, potest opponi cõtra iudicem [b]: excepto eo quòd concerneret, quia est magistratus: allegat de cleri. coniu. capitulo diuersis. vt puta, quia est magistratus, vel quod habeat plures vno semel inquisitos.

Istud non potest opponi. argu. l. cum his. §. j. ff. de cõditio. indebit. ita etiam dixit Salice. in dicto loco. Si autẽ
c opponeret exceptionem incompetentiæ ratione iurisdictionis: & potest opponi. l. prima. C. si à non compe. iudi.

Item isto casu non poterit iudex declarare inquisitionem obscuram, & eius verba quam formauit eius præcessor: ita dicit Bartolus in l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligat. & ideo hæc exceptio poterit op
71 poni. † Quædam sunt exceptiones respicientes personam offensi, vt quia est malpagus, qui ex forma statuti non est audiendus, nec in ciuili, nec in criminali: tunc iudex nomine reipub. non potest inquirere, cum ipse offensus non possit & ista q̃stionẽ formãt Ia. de are. & Bar. in l. nõ solũ. §. quãquã. ff. de iiu. vbi Iac. tenet, q talis exceptio põt opponi d. §. quãq̃. in cõtrariũm alle. Bar. in l. j. §. vsqueadeò, e. ti. & plus ibi nõ dicit Bar. sed Sal. in d. l. ea q dẽ. p Bar. alle. gl. cõiũcto tex. in l. falsi C. de fal. Quapropter distinguit Sali. aut verba statuti sunt in rem scripta, vt puta de iniurijs illatis in malpagũ ius nõ reddat: & tũc procedat opi. Iaco. pro quo facit d. §. quanq̃. in ver. sinaũt cũ liberto. Nam ibi maritus & vxor erãt prohibiti agere iniuriarũ: aut verba statuti in personã sunt scripta, ga malpagus nõ audiat: & tunc aut verba aliqua in statuto procedunt, vel sequũtur: per q̃ iniuriæ malpago illatę sunt pmissæ: & tũc etiã iudex ingrere nõ põt: quia iniuria nõ est punibilis: & maxiè ga respectu cõsentit, q iniuria ĩ malpagũ fiat: ideo noie reip. inquisitio fieri nõ põt d. l. j. §. vsque adeo. in fi. aut talia verba procedũt, p q̃ nõ appareat quòd malpago iniuriæ sunt à statuto permissæ, tũc licet malpagus nõ debeat audiri: tñ resp. de iniuria sibi illata poterit formare inquisitionẽ de vulnere malpago illato. d. §. vsqueadeò. Nec huic cõtradicit d. §. quanq̃. imò cõformat. Nam pro iniuria illata à patrono nõ leui libertæ, pmittit marito eũ liberta proprio nomine experiri, vt ibi in prin. & in fi. Et p hoc accedat gl. in d. l. falsi. & q ibi Ang. & gl. in l. j. C. si tut. vel cur. nõ ges. & Bal. in l. j. C. sen. rescin. nõ pos. Et pro p̃dicta diffinitiõe, an verba sint scripta in rẽ, vel in psonã. facit text. in l. hæc verba. ff. de adul. & q ibi Bar. & l. aut qui aliter. §. fi. ff. q vi aut clã. qd' est no. de qua q. videda sunt dicta p Pet. de auch. in cle. j. de sequ. pos. & fruc. refert ẽt qualiter Ang. ĩ d. l. si vacãtia. ĩ ver. iuxta p̃dicta q̃ro, Perusinæ ciuitatis statuto caueẽ, finaliter cõcludit, q qñ statutũ facit maleficiũ licitũ: puta qa nõ soluẽs collectas põt ipune offendi, tũc nõ põt formari inq̃sitio cõtra faciẽtẽ tale maleficiũ, quia nõ est illicitũ d. §. quãq̃. Si verò statutũ nõ facit maleficiũ licitũ, sed tãtũmodo denegat audiẽtiã malpago: quia dicit q nõ soluẽti collectas ius nõ reddat, tũc aut redditio iuris denegat perpetuò, & tũc est vera opi. Ia. de bu. q nec p inquisitiouẽ ꝓcedi põt. l. filius. §. veteranis. ff. de ꝓc. Nec ob gl. in l. querelã. C. de fal. vbi post xx. annos falsi querela ppetuo denegat: & tñ ingri põt, quia illa gl. scd'm Ang. falsa est: & cõtra d. §. veteranis. & ita dicit, q audiuit Bar. ĩ scholis hoc dicẽtẽ: aut redditio iuris denegat ad tps: puta, ga statutũ dicit, q nõ soluẽti collectas, nõ reddat ius ad annũ: & tũc ꝓpriè verba fauent, q ius nõ reddat ad petitionẽ nõ soluẽtis: & tũc ex mero officio inquiri potest: & ita loquitur gl. no. si rectè inspiciatur in l. j. C. qui accu. nõ pos. & in l. j. C. de calum.

ADNOTATIO. a ¶ Inimicitiæ capitales adde circa hoc et vide Antonium de Prato vete. in consilio penultimo. in consilijs Barba. primo volumine.

b ¶ Contra iudicem. Adde circa hoc Alexand. in cons. lxiiij. et cons. lxxiij. et consilio clxxvj. in secundo volumine. et vide Spec. in §. j. in tit. de inquisi. et Rapha. Cuma, in suo consi. xxvij. Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ¶ Incompetentiæ. Adde, quòd licet reus non opposuerit de incompetentia & crimen confessus fuerit, dūmodo nō scienter responderit, quòd debet absolui. ita Agel. in consilio suo xxvij. in fi. & dicit Cep. in consi. lix. in fine. quòd reus non videtur consentire in iudicem procedentem per inquisitionem. alleg. Innoc. in ca. ad petitionem. de accus. & dicit esse singulariter notandum.

72 **Augusti.** Bald. in capit. j. in prin. hic finitur lex Corradi. deinde incipiunt consuetudines regni indistinctè, dixit quòd licet bannitus non possit audiri, tamen potest inquiri de delicto in eum commisso: & allegat Richard. malum. ita dixisse. sed vide Bald. in l. j. C. si à non compe. iud. in penul. colō. qui multum eleganter distinguit in hac materia, secundùm doctrinam do. Richar. malum. Et tandem facit illam distinctionem quam facit Ange. in dicta l. si vacantia. prout suprà refert Angel. & sic autor iste hic credit, quòd illa distinctio Ang. in dicta l. si vacantia. fuerit ipsius Ange. quia dico, quòd fuit Richar. malum. originaliter, secundùm Bald. in dicta l. j. à qua doctrina Sali. in l. ea quidem. postea subtilizauit illam suam distinctionem. Sed istam materiam latè posuit Baldus. in l. cùm
a mulier. [a] in vltim. char. ff. solut. mat. qui referens illam disputationem Ia. de But. arguit pro & contra multum eleganter, per cuius dicta poteris limitare prædicta. Et de materia vide per Bartol. & Angelum per illum text. in l. quæsitum. ff. de in ius vocand. Aliquid per Bartolum in consilio suo xcvj. Adde dicta Ange. in dicta l. querela. C. de fal. per illum textum. coniuncta gloss. & per Moder. in repe. capit. qualiter & quando. extrà de accusa. per Petrum de Ancha. in c. nulli. extra de accusa. per Iacobū butri. & per Ange. multum eleganter per illum textum. in l. quæ adulterium. C. de adul. per Bartolum in l. j. quod autem. ff. de aleat. Adde dicta Bald. in l. j. §. filius. ff. ne quis eum qui in ius vocād. est vi exi. & per Baldum. in l. falsi. C. de fal. Sed in hac materia adhereo sententiæ Bald. in dicta l. cum mulier. ex cuius doctrina poteris ibi habere veram conclusionem. Limitarem etiam prædicta non procedere, si primò iniuria fuit facta malpago, antequā desijsset soluere: quia tunc sicut ipse poterat prosequi accusationem suam, non obstante statuto, ita non dubito, quòd iudex poterit inquirere, per not. per Bal. in l. prima. C. qui accusa. qui referendo Cy. dicit, quòd si per statutū bannito non debet reddi ius, si ante bānum produxit libellum contra aliquem in criminalibus, licet postea sit bāni
73 tus, tamen audiri debet ipse bānitus. † Iiem inquātū suprà dixit dominus Angelus hic, quòd contra inquisitionem potest opponi exceptio, quòd reus non est diffamatus de tali crimine: & iudex habet probare de tali diffamatione: limitate hoc non habere locum vbi inquisitio ex mero officio iudicis fuit formata: quia licet non possit formari non præcedente diffamatione etiam isto casu: tamen non tenetur Iudex facere fidem reo de tali diffamatione: per ea quæ suprà dixi in additio. meis, in præcedē. articulo. in quarta. quæstio. princi. dum allegaui Hostien. Spec. & Gandi. Et hic adde Oldrad. in consilio suo ccxiij. qui dicit, quòd etiam si reus responderit inquisitioni, & non opposuerit, quòd fama non præcesserit inquisitionem semper potest opponi, & contrarium probari.

ADNOTATIO. a ¶ In l. cum mulier. Adde circa hoc, & vide Fran. de Are. in consi. lxxix. & latè per Rom. in consi. ccxiiij. Feder. de Senis consi cclxxj. & Ale. in consi. cxxx. in ij. vol. Ber.

Hiero. Circa hanc quintam quæstionem principalem, vide latè Specu. in titulo de inquisitio. in §. j. vbi latè materiam prosequitur. Secūdò, quātum ad quæstionem de malpago: videatis fortè melius quàm alibi Areti. in capitulo nulli. extrà de accusa. columna secunda. in princ. vbi post Abba, & doctor. facit vnam longam distinctionem.

74 *Inquisitione formata per iudicem, si superueniat accusator: an supersedeat iudex in inquisitione.*
75 *Inquisitione formata, iudex supersedet superueniente accusatore: limita hoc non habere locum in criuine læsæ magestatis.*
76 *Item limita hoc non habere locum, in crimine hæresis.*
77 *Item limita, quia si offensus dicat se nolle accusare: & ideo iudex formauit inquisitionem, postea offensus producit accusationem, accusatio non debet recipi, quia iudex præuenit eam.*
78 *Inquisitio non impeditur si iudex habet suspectam cōclusionem accusatoris, uel si fiscus ex hoc patiatur præiudicium, nisi accusator sit in bona fide.*
79 *Inquisitio non retardatur liquidato maleficio in inquisitione, si superueniat accusator, Idem quoque est, si sunt probata indicia ad torturam.*
80 *Inquisitione formata per iudicem, poterit accusator testes producere, licet no lit accusare.*

74 **Ange.** † Quæro, an ingsitus in inquisitione formata per iudicem, superueniente accusatore. supersedeat iudex in inquisione, & sic an inquisitus poterit opponere, ꝙ supperuenit accusator: Dic quòd Dyn. posuit istam materiam in c. actus legitimi, extrà de regu. iu. Cynus posuit in l. ea quidem. C. de accusa. Bartolus in tertia. §. finali. ff. de adulter. ibi concludit, quòd si inquisitio est formata ad petitionem vel querelam iniuriati, vel ob negligentiam, cessat accusatio, nec potest opponi talis exceptio: vt l. secunda. in fine. ff. de adulter. aut ista cessant, & tunc si accusator prosequitur suā iniuriam, quia tenet accusatio: tunc contra talem inquisitionem potest inquisitos opponere dicto §. finali. & l. si cui. §. eisdem. ff. de accusa. Si verò non prosequitur suam iniuriam, & tunc de iure communi potest opponi talis exceptio: quia accusatio, vt remedium ordinarium, præfertur inquisitioni remedio extraordinario. l. in prouinciali. in princip. ff. de oper. no. nunciatio. nisi cō prehendat iudex, quòd animo calumniandi hoc faciat. l. secunda. §. finali. ff. de adulter. Hodie autem cum per statutum permittatur quòd omni crimine possit fieri inquisitio, & sic inquisitio erit remedium ordinarium vnum ordinarium non poterit tollere aliud ordinarium Angelus verò in l. si vacantia. C. de bon. vacan. in verficulo. quæro an accusatio superueniens in effectu. vitur velle illud idem quod Bartol. suprà Salic. verò in dicta l. ea quidem. in ver. sed quia propter denunciationes. & in ver. quæro cum gloss. in capitulo actus legitimi. latius locutus est. Nam dicit, aut accusator superuenit ante receptionem testium seu probationum, seu post. Primo casu, aut negligentia potest accusatori imputari. & tunc non cessat inquisitio, sed repellitur accusator. dicta l. secunda. in fine. Et est ratio, quia propter negligentiam se suspectum facit: & sic magis lex confidit de iudice, vt in quarta ratione ci. aut accusatori non potest negligentia imputari, tunc aut prosequitur suam vel suorum iniuriam, & tunc auditur, & cessat inquisitio, nisi videretur iudici, quòd animo calumniandi & transigendi accusator venit: vt dicta l. secunda. §. primo. in fine. Et est ratio: quia colludente, vel desistente accusatore, iudex potest perficere. dicta l. si cui. §. eisdem. & l. secunda. de abolitio. Et pro tanto non debet desistere à sua inquisitione, vt in quarta ratione ci. aut suam vel suorum iniuriam non prosequitur, & tunc non auditur, & sic inquisitio non cessat. Et isto casu, inquisitus non potest istam exceptionem opponere. Ratio, quia in pari causa, melior est cōditio possidētis. Sed iudex inquirens, cū accusatore contendit, & iudex est in quasi possessiōe inqsitiōis, vel, pcesus, igitur &c. Item, ꝓoccupantis melior est conditio. in l. si quis à multis. ff. de noxa. Item, quia in iudice est maior ratio: quia prosequitur, vindictam publicam & offensi: & cum ex suo officio incumbat inspicere ne maleficia committantur: fortius vt commissa puniatur: & sic non proprio dolore commotus, credendum est, ꝙ fidelius prosequatur, nec accusator suum ꝓdet intētū: qa pōt assistere iudici, & necessaria ꝓparare: ꝙ si nō facit, satis se suspectū reddit: nec est iqsitio remediū extraordinarium,

a ordinarium, [a] si teneas ꝙ s. dictū est: videlicet, ꝙ de omni crimine pōt inquiri advindictā publicā: tñ in casu, inq uo potest Iudex inquirere, cùm succedat in locum. accusatoris, vt suprà dictū est, ipse eligendus est vt idoneior: vt l. si plures. ff. de vi & vi armata. & l. si plures. ff. de accus.

Secundo casu principali, quando accusator superuenit, qñ probationes sunt iam receptę in inquisitiōe, & tūc delictum iam erat probatū, & cessat accusatio. Si verò de lictū nō erat probatū, tūc auditur accusator, ne ꝓiudiciū fiat accusatori, lata sentētia absolutoria: & ratio est, ne delictum remaneat impunitum. Item, si teneas ꝙ post dicta testificata, pōt de nouo iudex testes recipere, ad veritatem criminis eruendam: vt no. Bart. in l. j. in fi. ff. de quæst. Et conclusionē causæ, ꝙ iudex potest testes accusatoris examinare absq; nouo processu, ne differatur sentētia absolutoria, vel cōdemnatoria. Et prędicta procedūt quando coram eodem iudice inquirente fit accusatio. Sed quando coram alio, qui est paris potentię, an iudex inqui
b sitionis poterit obijcere [b] iudici inquirenti, ne super inquisitione procedat. dicit Bart. in d. l. iij. de adul. ꝙ sic. argu. l. sepulchri. & ibi Bart. ff. de sepul. vio. Quinimo dicit, ꝙ cū sua interfit, posset suam iurisdictionē tueri. l. j. ff. si quis ius di. nō optēp. pro hoc allegat. c. ideo. de of. ord. quod no. tu qui es inquisitus in isto casu, facias ꝙ iudex coram quo vertitur accusatio, notificet, vel protestetur iudici inquirenti, vt §. quod placet do. Ang. hic, in casibus, in quibus accusatio faceret cessare inquisitionem, aliàs secus. Et subdit do. Ange. ꝙ Bald. & Ange. in l. si seruus pluriū. §. ij. ff. de leg. j. dixerunt, ꝙ si quis procurauit accusati vt euitet
c inquisitionē, talis procuratio sibi nō prodest [c], imò Iudex poterit inquirere, per illū tex. Sed Rapha. ibi tenet cōtrarium, per l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. ges. Nec obst. ille. §. ij. quia ille text. considerauit, vt videretur colludere: vel procurauit, vt iniustè deferretur fisco. Sed puto fortè cōsiderandum esse, an ista procuratio quòd accusetur, fiat animo colludēdi, vel non, per prædicta: & ita in hoc eleganti passu resideo.

ADNOTATIO. a ¶ Extraordinarium. Adde hic quæ ē. posui in prima addi. & vide Spec. in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. ver. si autorita. vbi quòd inquisitio tunc dicitur remedium ordinarium, quando accusator non comparet. Ber.

b ¶ Poterit obijcere. Adde & vide Bald. in l. ea quidem. C. de accus.

c ¶ Sibi non prodest. vltra posita ꝫ. per do. Augu. in aposti. quando prosint procurata per Barb. in consi. liiij. incip. Scribitur j. Reg. B.

Augusti. Tu aūt in hac materia adde Bar. in extrauag. ad reprimē. in ver. per denunciatio
75 nem. qui dicit, † ꝙ licet superueniente accusatore, Iudex debeat supersedere super inquisitione: tamen limitat hoc
d non habere locum in crimine læsæ maiestatis, [d] per illum
76 text. † Adde aliā limitationem, quam posuit Ang. in l. j. §. j. in fi. ff. de rei vendꝙ. in crimine hæresis, superueniente accusatore, iudex non supersedebit in inquisitione. Et isto casu vnum remedium non tollit aliud: & has duas limitationes approbauit etiam Ange. in l. ea quidem. C. de accus. per tex. in c. per hoc. extrà de hær. lib. vj. licet Ang. nō habuerit notitiā de doctrina Bart. in d. extrauag. & vi
77 de Bald. in d. l. ea quidem. † Adde aliam limitationem quā posuit Bal. in l. accusationē. ī j. col. C. ¶ accu. q dixit, ꝙ si offensus dixit se nolle accusare: & iō iudex formauit inquisitionem: & formata inquisitione, offensus producit accusationem, ꝙ tūc sua accusatio nō debet recipi: quia iudex pręuenit eā antequā reuocaret volūtatē suā: quod est notab. arg. illius tex. iuncta gl. Et adde Bal. in l. j. §. ij. ff. de offic. præfe. vr. qui reprobat Bart. in quantum Bar. voluit, ꝙ si per statutum de omni crimine potest fieri inquisitio, ꝙ tūc superueniente accusatore, iudex supersedebit in inquisitione. Nam illa doctrina Bart. est reprobata à Bald. & ibi Bal. multū latè loquitur: ex cuius dictis, poteris limitare prædicta. Adde etiam omnino Io. And. in add. Spe. in titu. de inquisitio. §. nunc tractemus. in ver. porrò. qui hunc passum latè disputat, & refert omnes antiquos in hac materia. Ex cuius dictis poteris etiam limitare prę dicta. & vide Bal. in d. l. ea quidem. & adde Bald. in addi. Specu. in tit. de senten. in xvij. col. qui multùm eleganter
78 loquitur in hac materia. † Et ibi dicit vnum notabile verbum, quòd si iudex habet suspectam conclusionem accusatoris, nō debet supersedere in inquisitiōe. Item si ex hoc fiscus patitur preiudicium, quia inquisitio est probata, & accusator vellet de nouo producere ꝓbationes, nō auditur. Limita tamen, nisi accusator sit in bona fide: quia tūc, etiam iudex supersedebit in inquisitiōe. ar. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. & dicit, ꝙ practica est, quòd si plenior est accusatio super ea tantùm, procedet & pronūciabitur nō esse procedēdum super inquisitione. Et nihilominus acta facta in inquisitiōe, poterūt produci in accusatione: sed attestationes nō publicatæ in inquisitione, nō poterūt produci in accusatione. Et ibi dicit, ꝙ superueniēs accusatio nō tollet ipso iure iquisitionē, sed opus est ꝙ pronūcietur primò nō esse procedēdum in inquisitiōe. allegat l. ij. in fi. ff. de adul. & vide Gand. in tract. malefi. in rub. quomo. cogno. de malefi. per inquisi. inverſ. sed pone iudex inquirit. qui per plures ratiōes probat, quòd iudex nō debet supersedere super inquisitione propter accusationem superuenientem & de materia vide per Bald. in l. denique. §. j. ff. de mino. qui dixit ad ampliationem prædi
79 ctorū vnū notabile verbum: † ꝙ licet liquidato maleficio in ingsitiōe superueniēte, accusatore iudex nō debeat supersedere in inquisitione, Idem erit, si sunt probata indicia ad torturam: & hoc semper teneas menti. allegat Cyta voluisse ibi in addi. & de materia vide Bald. in l. quædam. in fi. ff. de eden. qui dixit quòd licet ex doctrina Dy. posit fieri fraus: quòd reus videns formatam esse inquisitionem contra ipsum, faciet venire vnum accusatorem, qui accusat, & postea nihil probat, & sic sequitur absolutio: tamen dicit ibi Bald. quòd iudex poterit huic malitiæ resistere, producendo testes, quos credit scire veritatem: vt not. in l. idem est. §. si tibi. ff. de condi. ob turp. cauſ. & vi de vnum verbum per Bald. in l. ea lege. C. de cōd. ob cau. & per Ioā. And. latè in c. actus legitimi. extrà de reg. iur.
80 in mercu. † Et tene menti, quod dixit Bald. in authē. nunc si hæres. C. de litig. quòd licet accusator nolit accusare, tamē inquisitione formata per iudicem, poterit testes producere. Adde quę dixi in d. l. si seruus plurium. §. ij. ff. de legat. j. an sit vera illa doctrina Bal. & Angel. ibi: & vide Ange. in consi. suo cclxxxvj. quod incip. Viso facto & statuto. in fi. per quæ poteris limitare prædicta, latè per Albe. de Rosa. in iij. parte statutorum. q. lxvj.

d ¶ In crimine læsæ maiestatis. Adde tu quòd Barto. non fundat se ex eo quod sit crimen læsæ maiestatis: sed ex eo quòd vbi competit remedium ordinarium, non potest impediri per aliud remedium ordinarium: & sic dicit cessare rationem Dyn. in c. actus legitimi. extrà de reg. iur. & hoc est quod dicit hic Ang. si bene aduertatur, & ad dicta per do. Aug. hic in presenti addit, vide Alex. de Imo. in aposti. ad Barto, in l, iij. ff. de adulte, Ber.

Hiero. Quātum ad principa. quæst. addatis, quòd dist. Sali. in l. ea quidem. quam hic refert Angelus communiter tenetur. secundùm Felynum. in capit. qualiter quando. in §. licet. in fin. ver. vlterius tangunt. de qua quæst. vltra allega. per Felynum. traditur per Alber. in rubric. ff. de suspe. tuto. & per Signo. consilio xlvj. inci. statuto ciuitatis Mediolani & cætera. Præpo. in cap. porrò. de diuor. in iij. notab. Vitali. in d. rub. de inquisi. in forma inquisi. §. relata. in prima col. ver. sed pone quòd iudex licet Baldus in dict. practic. in rubric. de quæstio. circa inquisitio. in tertia quæst. dicat, quòd opinio Dyn. quam refert hic Angelus. seruatur in practica. Item, inquantū incidenter tangitur, an inquisitio sit remedium ordinarium vel extraordinarium. Dicatis omissis opinio. doct. quòd communis conclusio est, quòd tam de iure canonico, quàm ciuili, sit remedium extraordinarium. Et hanc opi. renent communiter cano. in rub. extrà de iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dic.vbi do.Philip.& Moder.dicunt hanc communem:& eam tenet Bal.Ange.& Paul.in l.j. C.de libe. & eo.libe. Ang.in l.ea quidem.C.de accu.Inno.in c.cum oporteat. de accus.Bart.in l.si maritus.§.finautem. ff.de adult. Ancha.cons.cix.incip.Plura.Cepol.consil.lxv.incip. Super articulo glo.& ibi Præpo.& Perusi. in c.cum speciali. de appel.gl.& ibi Lanfran.in c.quoniam contra. de probat. voluit etiam Augusti.vbi etiam dat concor. suprà in secunda quæst.princip.in fi.

81 *Inquisitio iudicis,an impediatur,transactione interposita simpliciter super crimine.*

81 **Ange.** Quæro,†an transactione simpliciter interposita super crimine,impediatur quòd iudex possit inquirere,vel inquisitionem inchoatam prosequi: dicit do.Ange.quòd istam materiam ponit Iaco.& Bart. in l.transigere.C.de transact.& Bart.in l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adulte.

Augusti. Tu in hac materia omnino vide per Moder.in dict.l.transigere.& vnum pulchrum consilium.Bart quod incip. Domino potestati terræ rochæ contractę.per Cano.in c.j.de col.deteg.& vide vnum bonum verbum Ange.in l.iurisgentium.§. si pasci scar.ff.de pac.qui dixit,quòd si pœna remittitur per statutum:quia dicit facta cõcordia inter partes,remittatur pœna,tunc iudex nõ potest prosequi inquisitionem inchoatam,facta concordia inter partes.

82 *Iudex inquirens & non probans,an incidat in Turpilianum.*

82 **Ange.** †Quæro an iudex inquirens & non probans,incidat in Turpilianum. videtur text. q̃ sic.l.senatus.§.nam ad eos ff.ad Turpil.Tamen gl.& Bar. ibi aliter intelligunt:& ibi dicit Barto.quòd si inquirit ex necessitate officij,quòd sit excusatus à præsumpta calumnia:vt not.Bart.in l.ij.§.si publico.ff.de adulter. & etiam excusatur ne incidat in Turpilianum, nisi sit in euidenti calumnia.dicto §.nam ad eos.

a **Augusti.** Tu autem in hac materia[a] adde, quæ quòd iudex inquirens,excusatur à præsumpta calumnia, non autem à probata calumnia. Et ideo voluit ibi dicere Bald.quòd si ex processu apparet iudicem inquirentẽ calumniasse, quòd tunc tenetur de calumnia:& idem voluit Bald. in dicta l.iubemus.in princi.vbi dicit,quòd iudex inquirens excusatur à præsumpta calumnia, & à pœna in casibus,in quibus ex officio debet formare inquisitionẽ:& ibi enumerat qui sunt illi casus : & hoc est quod voluerunt dicere Canonistæ:maximè do.Anto. de Butr. in c.cum dilecti.extrà de dolo & contu.quòd si iudex præcedente fama formauit inquisitionem, excusatur à præsumpta calumnia:nec debet ipse soluere expensas factas in illa inquisitione,si postea reus fuit absolutus: quia processit ex necessitate officij,fama præcedente. & ita dixit Bald.in l.obseruare.in §.proficisci.ff.de offi.proconsu. & legat.in xvj.quæst.allegat Cyn.in l.seueriter.C.de excu. tuto. Adde tamen omnino do.Ange.in l.fi. C.ad Turpil.vbi not.loquitur:& probat dicta Barto.in dict. §.nam ad eos,& ibi exclamat Angel.in dict.l.fi.quòd caueas tu iudex vt formata inquisitione,non supersedeas in processu,quia teneris in syndicatu,quia incidis in Turpilianũ.

ADNOTATIO. a ¶ In hac materia, adde etiam tu in materia,& vide Bald.in l.j. §.si præses.ff.de magi.conue.& Bald. in consi.clxiij.in iij. volu.Franc.Are.in consi.clxxiij.& latius per Barb.in cõs.xxxv.inci, scribitur præclarè apud Ecclesiastes j.Ber.

Hiero. Tu adde, an iudex male inquirens faciat litem suam:& dic,quòd aut loquimur in calumnia vera,& tunc facit litem suam:vt in cle.j.de hære. & in l.seueriter.C.de excusa.tuto.aut de calumnia præsumpta,& tunc qualitas officij excusat ipsum, quia præsumitur pro iudice.in c.in præsentia. de renun.c. pisanis. de restit.spolia.l.ij.C.de offic.ciui.iudic.& ita intelligatur Cal.in authẽ.generaliter.C.de episcos.& cle.in l.licet, de procu.in l.sancimus.C. de iudic.in l. obseruare, §. proficisci de offic.procon.in l.secunda.§.si absens. si ex noxali caus.aga.in l.athletas. §. calumniator. Anton. de Butri. quem hic refert Augusti.in dict.cap.cum dilecti. docto. in c.finem lit.de dolo & contu.& in c.quoniam contra.de proba.Ancha.in dicta cle.j.de hære. Item adde, quòd si iudex formet inquisitionem de mandato principis,non tenebitur,si temerè inquisiuerit,per not.per Inno.in c. cũ oporteat.de accu.& Bald.in l.nullus.ad leg. Iuli. maiest.

Item etiam si mãdato,vel scientia regentis ciuitatem, quia regens ciuitatem habetur loco principis. secundùm glo.& Cy.in l.fi.de præscrip.lon.g tẽp.Bart.in l.hostes.de cap. Ira voluit Paris de puteo in tract.de syndic. in rubri. de fuga.officia.in verbo,dicit constitutio.ij.colũ.in prin.

83 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis contra subditum, pro delictis commissis extra territorium.*

84 *Communis opinio est, quòd delinquens extra territorium punitur per iudicẽ originis, secundùm statuta loci delicti commissi.*

83 **Ange.** †Quæro an in delictis cõmissis per subditum extra territorium,possit formari inquisitio contra eum per iudicem originis. Odof.& Iacob.de Bel.in l.j.C.vbi de cri.agi opor.tenent.quòd non:quia inquisitio,regulariter est prohibita: & pertinet ad vindictã publicã.Ciuitas aũt originis nõ offenditur,sed terra vbi est delictum commissum:idem voluit Gandi.& idem Io. And.in addi.Spe.in titu.de compe.iudi.adi.§.j.Sed Cyn. in d.l.j.tenet cõtrarium:quoniã inquirere,pertinet ad ordinem processus:ideo inspicitur locus iudicij.l.ij. C. quẽ admo.testa.aperian.& sic poterit inquirere de delicto cõmisso in alieno territorio.l.si quis.in hoc genus.C.de episco.& cle.& idem voluit Bart.in l.j.C.de sum.trin.Subdit tamen quòd pœna debet imponi secundùm statuta loci delicti,nõ secundùm statuta loci originis:quòd tamen nõ placet Bald.in dict.l.j.C.de sum.trini. versiculo. vlterius quæritur.& versic.posito quòd ciuis &c. vbi dicit, quòd tutior est opinio,quòd iudex originis possit inquirere,qa obligatio sequitur delinquentem.Nam noxa caput sequitur:merito potest per iudicem proprium puniri,etiam inquirendo,non attenta qualitate loci,sed personæ quæ est effecta propter delictum. Sicut enim officium suum ex omni causa ciuili impartiẽ,ita in criminali cũ redigat ad instar ciuilis in procedendo.l.absentem.de pœnis. Et maximè,quia punitur illa clausula , super quibus omnibus & singulis.& ita dixit Ange.in dicta l.si vacantia.in vers. sed hic incidenter quæro de inquisitione,quam hoc anno vidi in ciuitate Aretij & cætera.& dicit d.Ang.hic quòd semel habuit istam quæstionem de facto. Et quòd multa consilia doctorum peritorum vidit pro & contra. Tamen ipse in practica tenuit opin.Cyn.& Bart. ad hoc ne delicta remaneant impunita.

Augusti. Tu autem in hac materia adde , quòd Bald.& Ange.in l.fin.ff.de iurisdi.om. iud. sequunt opi.Cy.& Bar.& Bal.in l.j.§.ij.ff.de offi. pt.vrb. approbat dicta per ipsum in l.j.C.de ss.sanct.eccle.& idẽ dixit Bal.in l.j.C.vbi de cri.licet Bald.in addit. Specu. in tit.de sen.in pe.colum.videatur transire cum opi. Odofr. & Ioan.Andre.& vide Bal.in l.si quis in hoc genus[b] qui approbat dicta per ipsum in dicta l.j.C.de sacrosanct. eccle.Et de materia vide pulchra verba Barto.in l.secunda. C.de eunuchis. & dicta Bald.in l.mercatores. C.de commer.& per Baldum in l.neganda. C.qui accusard. in vj. columna.in versiculo.pone Florentinus deliquit. & per omnes doctores.in capitulo.vt animarum.§.j.extrà de testib.& in vj.per Canonist.maximè per do.Antonium.de Butr.in c.à nobis.extrà de senten.excommu.& opi.Cyn. & Barto.secutus est Augel.in publica disputatione,quæ incip.Bononiensis bannitus.& vide Pet.de Ancha. in solenni sua repetitione.c.postulasti.extrà de foro compe.& de materia per Bartolum.in l.secunda.ff.de offic. præsid.

b

c Adde tamen quòd Bald.[c] in l.j.§.secundo. ff. de offic. præfe.vr.videtur velle,quòd in foro canonico,saltem mi litet opi.Odofr.quod not.quia in terris ecclesiæ fortè nõ poterit

poterit iudex punire malefactorem committentem delictum extra territorium:& sic concordabimus opiniones. Et de materia per Bart.in l.si cui.§.fi.ff.de accusa. & Per. de Ancha.in repetitio.c.canonum statuta.extrà de cõsti. dum ponit materiam , an statuta extendant vires extra territorium.& ibi dixit.Pe.de ancha. q̃ imò Ioan.and. in addi.Specu.approbat opi.Cy.Puto quòd errauit Pet.de ancha.ibi:vnde non dubito,quòd ista est communis opi. & si do.Ang.vidisset istas decisiones,non dubitasset formare inquisitionem, ad hoc tantùm vt delicta punirẽtur. Sed dico , quòd hodie iudex debet formare inquisitionẽ,

84 quia ista est communis opi. †An autem secũdùm statutum originis vel loci in quo deliquit ille talis debeat puniri:vide in locis suprà allega. communis est sententia, quòd in locis delicti.

b ¶ Si quis in hoc genus.adde quòd ibi videtur casus contra Odof.& ratio,quia non differunt procedere per inquisitionem,vel accusationem,nisi quò ad ordinem.l.absentem.ff.de pœ.& finis inquisitionis tẽdit ad hoc,vt prouincia purgetur.l.cõgruit.ff.de offi.presi.

c ¶ Adde tamen quòd Bal.Hoc ibi non firmat,sed remittit se ad dictum c.vt animarum. in quo fundatur dubitatio : sed respondet q̃ loquitur in pœna quæ infligitur ipso iure:& de hoc vide in c.cùm contingat.in ij.col.de fo.compe.& adde quòd aliud est in foro canonico,aliud in terris ecclesię in foro ciuili.patet in c.cùm esses.de testa.& aduerte,quia Gand.in tract.malefi.in q.incip.licet finem imposuerim.quæ est in fi.sui operis,sentit,quòd de iure canonico iudex originis & domicilij possit inquirere : secus de iure ciuili, per rationes de quibus ibi per eum:& idẽ q̃ in iure canonico,& de iure procedat opi.Cy.vult Io.andr.in addi.Specu.in titu.de cõpe. iudi.adi. vt refert & declarat Abbas Pan. in c.cum contigat. de fo.compe.vbi vide per Mod.& vide aliquid per Alexan. in consi. cxj.in j.volu. & latius per Abba.in consil.xxiiij.incip. Rodulphus ciuis Corneti.

85 *Potestas tenetur de negligentia, statuto dicente, quòd potestas in talibus casibus possit inquirere.*

85 **Ange.** †Quid si statuto cauetur , quòd potestas in talibus casibus possit inquirere , an si non inquirat,teneatur de negligẽtia? Bal.in l.Gallus. in prin. ff.de lib.& posthu.tenet q̃ sic.Et sequuntur ibi Raph. & Imo. qui dicunt, q̃ cùm potestas teneatur purgare prouinciam malis hominibus. l.congruit. ff. de offic.præsid. not.in rub.ff.de iurisd.om.iud.necessariò sequitur , quòd verbum possit,importet necessitatem : & per consequẽs si fuerit negligens,teneatur de negligentia.faciunt quod not.Docto.maximè Bal.& Ang.in l.mancipia.C.de ser. fug.quod no.debet ergo iudex de delictis inquirere,aliàs tenetur in syndicatu,si fuerit negligens,siue statutum dicat , quòd de tali crimine debeat inquirere , siue quòd possit inquirere.

Augusti. Adde hìc quæ dixi in dicta l. Gallus. vide tex.& ibi Bar.in l.j.C.de publi.læti. lib.xij.qui dicit,quòd acriter puniuntur iudices , qui dissimulant inquirere contra malefactores. Adde tamen, a quòd dicta Bal.[a] & sequacium videntur falsa : quia vbi verbum,potest,dirigitur in iudicem.illud verbũ, potest, nõ inducit necessitatẽ:& ideo dicit Bal.in l.nõ quicquid. ff.de iudi.q̃ isto casu iudex non facit litem suam,nec potest appellari à tali negligentia.& allegat Specul.hoc voluisse in titu. de offic. iudic. §. impedit. versicu. sed nunquid iudex. sequitur dominus Catald.in tracta. syndica. in quæstio. clv.

ADNOTATIO. a ¶ Quod dicta Bald. adde quòd contra Bal.criam tenet Alexan.in dicta l.Gallus.& quod ideo in ciuitate Bono.sunt duo statuta,vnũ,quod iudex teneatur inquirere:aliud quod possit:sed Raph.cuma.in consil.cxlviij.in ij.col.tenet quòd verbum possit,positum in statuto,importet necessitatem causati-uam,quia aliter statutum esset frustratorium : quando autem in statuto sunt prędicta verba negatiue prolata ,tũc bene important necessitatẽ præcisam.ita consuluit Alexan.in consil.lxxvn.in iij. lib.& de verbo potest,vide per Paul.de cast. in consi.cccxvj.Ber.

86 *Aretinus commisit delictum in Marchia, & ibi de delicto conuenitur : an Aretij poterit de dicto maleficio conueniri?*

86 **Ange.** †Quæro,Aretinus commisit delictum in Marchia,& ibi de delicto conuenitur , & est contumax:an Aretij poterit de dicto maleficio conueniri?Bartol.format istam quæstionem in l.sepulchri. ff. de sepul.viol.& ibi concludit, quòd si præcedente processu in Marchia est contumax,& velit opponere Aretij de litis pendentia , non potest : quia non potest vti beneficio dicti processus in quo est contumax , nisi compareat , & reficiat expensas. l. sancimus. C. de iudic. & sic non potest vti beneficio.l.vbi cœptum.ff.de iudic. & idẽ not.Barto.in l.quamuis.ff.de dam.infec.& idem in Marchia fuit condemnatus, tamen illi sententiæ non paruit, & fuit contumax , tunc non potest vti dicta sententia in sui fauorem.l.euidenter.ff.de excep. rei iudi. Et ideo potest in loco suæ originis conueniri:ex quo Bar.ibi in fine infert vnum mirabile , quòd si in Marchia est condẽnatus & Aretij , & sic in loco originis, quòd valet vtraque condemnatio:& sic imputet sibi,si non cõparuerit in vno loco,& dictæ sententię paruerit,& opposuerit exceptionem litis pendẽtiæ in alio loco : sicut in simili dicimus in eo , qui condemnatus est & domino & procuratori. l. si seruum.§.cum autem.ff.rem ra.hab.Et dico hoc esse not. quia aliàs hoc vidi de facto , & tunc si tam in Marchia fuerit repertus , quàm Aretij , poterit de dicto delicto puniri.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quę dixit Bald. in l. senatus. C. qui accusa. qui

b hoc idem dixit quòd[b] Bar.in dicta l.sepulchri.[b] quòd cõtumax non potest opponere de litis pendentia , quando in duobus locis in diuersis territorijs formantur inquisitiones.Et idem dixit Pet.de ancha.in repetitio. c.proposuisti.extrà de fo.cõp.& do. Abb.in c.postulasti. in prin. vlti.colum. extrà de fo.compe. qui multum magnificeit doctrinam Bart.in dicta l.sepulchri. & eam approbat. & vide Imol.in c.à nobis.extrà de sentẽ. excommu. Et hæc fuerunt originalia verba Iac.de bel. in sua disputa.quam posuit in l.j.C.vbi de cri. quem refert & sequitur Bal. in l.si pluribus.ff.de leg.j.dicens hoc esse verum : q̃ propter contumaciam inquisiti in diuersis territorijs, poterit formari inquisitio. Intellige tamen prædicta , vt late scripsi post Mod.in dicta l.si pluribus.& vide quòd no. in dicta l.vbi cœptum.ff.de iudic.

b ¶ Quod Bart.in dicta l.sepulchri.adde & vide ibi Alexã.in apost. & in consilio suo xj.in j. volu.

87 *Iudice requirente de delicto, de quo nõ potest inquiri, poterit appellari, si appellans alleget causam impedientem processum.*

87 **Ange.** †Et notanda est doctrina Bal. quã possit in l.ij.C.de episc.aud.in pe. col.q̃ si iudex inquirit de delicto, de quo non potest inquiri,quòd poterit appellari , si ipse appellans allegat causam impedientem processum:quia grauatur litibus & sumptibus : & etiam quia ipsum forte oportet stare in carcere, quòd grauamẽ non potest postea reparari : secus si allegaret causam inimicitiæ:quia non poterit appellare,sed debet se purgare: vt l.is qui reus. ff. de publi.iud.

c **Augusti.** Tu adde hoc quod dixit Bal . in l.si qs prouocatione.[c] C.de appella. qui dixit,q̃ vbi timetur q̃ iudex nõ prorumpat in actum , quo facto nõ esset reparabile per appellationẽ:puta ne ponat inquisitum ad torturã indebite,q̃ ille poterit appellare : modo in proposito,facta inquisitione , deuenitur regulariter ad torturam,vt infrà dicam.vnde nõ dubito , quòd si iudex formabit inquisitionem, casu quo fieri non potest , quòd in istis criminalibus tenebit appellatio.

c ¶ Prouocatione.adde circa hoc quod voluit Alexan.in consil.cxlj. in ij.volumi. & Paul.de cast. in consilio cxxij.in antiquis secundo impressis.B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

88 *Inquirere an possit iudex contra suum officialem.*
89 *Potestas, vel superior potest cognoscere de iniuria facta officiali vel eius familiari, si sic sit consuetudo.*

88 Ange. †Quæro, an iudex possit inquirere cõtra
a suum officialem[a] delinquentem? dic, aut deliquit in officio, & potest. l. ij. C. de sportu. Si verò extra officium, tunc si crimen non est notorium, non potest, quia esset suspectus. l. senatus. & quod ibi per glos. & Bart. ff. de offic. præs. aut est notorium, quia iudex non habet nisi punire, & tunc potest. l. si quis fortè. §. si quos. & quod ibi Bart. ff. de pœ. & ibi Bart. etiam dixit, q̃ iudex potest inquirere contra delinquentem in familiam suam, quando crimen est notorium, quia tunc cessat causa suspitionis. arg. l. ea quidem. C. de accusa. secus si non est notorium, nisi delictum committatur circa officium principaliter, & non circa personam officialis, quia tunc potest procedere & punire. d. §. si quos. secus si deliquerit circa personam. d. l. senatus. & dicit do. Ang. quòd videnda sunt dicta Inn. & Ioan. and. in c. ex parte. extrà de verb. signific. & plenius Pet. de ancha. in clemen. j. de fo. compe. & bonus text. in c. j. de pœ. in vj. & Cy. in l. j. C. ne quis in sua cau. dixit etiam Bart. in d. l. senatus. quòd si duo officiales insimul delinquunt eiusdem iudicis, talis iudex idoneus erit in cognoscendo & puniendo: quia cessat causa suspitionis. arg. l. non solùm. §. j. ff. de ritu nupt.

ADNOTATIO. a gOfficialem. Adde tu vltra dicta hîc per do. Angel. q̃ opi. Barto. sequitur Alexan. in consi. xxxv. & an Episcopus possit cognoscere in causa suæ ecclesiæ: vide Oldrad. in consilio lvij.

Augusti. Tu autem in hac materia adde dicta Bar. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. qui ponderauit illum tex. ad hoc, quòd potestas tunc potest esse iudex de iniuria facta familiæ: nihilominus Bar. ibi approbat dicta per ipsum in dicto §. si quis obreperit. circa fi. ff. de falsis. Et ad idem allego Dominic. de sancto Geminia. in c. j. de pœn. in vj. qui dixit, quòd ibi est casus, q̃ superior non potest cognoscere de iniuria facta officiali, vel eius familiari: patet ibi in text. quia opus fuit, q̃ Papa illi superiori delegaret illam causam. Nã frustratoria illa fuisset delegatio, si ille de iure communi poterat proce-
89 dere circa processum illum. † Limita tamen prædicta secundùm illum tex. & glos. ibi: & Domi. de sancto Gemi. in d. c. j. q̃ etiam in casibus in quibus de iure communi potestas, vel superior non potest cognoscere de iniuria facta officiali, vel eius familiari, nisi consuetudo esset in contrarium: quia consuetudo tribuit ius, vt ibi per glos. quia tunc poterit superior esse iudex in illa causa. Et de materia vide omnino dicta Spec. in ti. de legato. §. j. versi. sed nunquid poterit legatus. & bene faciunt nota. per Specu. in titu. de compe. iudi. aditio. §. ij. versic. item nota.

Adde tamen in materia vnum notabile verbum, q̃ eo casu, quo potestas inquirit de delicto facto per officialẽ, vel eius familia, non potest appellari ab illa sentẽtia lata per potestatẽ. Iste est casus, & ibi omnes notãt, in l. nulli. C. quorum appel. non recip.

90 *Inquisitio an fieri possit cõtra Caium de homicidio, si reperitur mortuus unus Eremita, qui fuit interfectus à Caio, & ignoratur nomen occisi.*

90 Ange. †Quæro, reperit vnus Eremita mortuus,
vel vnus aduena qui fuit interfectus à Caio, & ignoratur nomẽ occisi: an contra Caiũ homicidã possit inquiri, vt valeat inquisitio vel accusatio, licet ignoretur nomen interfecti? dic q̃ sic; vt est gl. ing. ij. q. viij. c. libellorũ. Et no. Bal. & Imo. in l. quoties. §. si quis nomẽ. ff. de hære. instit. Et hæc dicit Ang. q̃ cætera spectantia ad materiã inquisitionis, dicẽtur j. in verb. sup fama publica.

Augusti. Tu autem in hoc articulo suprà dicto adde, q̃ Bald. in l. solam. C. de testi. in iiij. col. approbat illam gl. in d. c. libellorum. & ibi dicit ipsam esse singularem. pro qua gl. ego allego casum in l. j. §. interdum. ff. si pars hære. pet. quem text. adhoc ponderauit ibi Ang. qui dicit no. q̃ hîc tex. est pro illa gl. in d. c. libellorum. q̃ si constat vnum occidisse vnum hominem, & ignoratur quis sit occisus, poterit formari inquisitio contra occidentem. Et idem dicit in furto, quia quotidie videmus in istis furibus qui capiuntur cum diuersis rebus subtractis, & ignoratur cuius fuerint res, quòd poterit formari inquisitio. Et dicit ibi do. Ang. q̃ vtrunq; casum ita vidit practicari. Et ad hoc vide in argumentum bonã gl. in l. si cum exceptiõe. in §. in hac. ff. quod met. cau. quã
b gl. ponderauit ibi Ang.[b] referens Baldum fratrem suum aliàs vidisse practicari Florentiæ contra vnum potestatem, qui in tortura vnum occidit, cuius nomẽ ignorabat, quia fuit punitus potestas, licet nomẽ occisi ignoraretur. Quinimo fortius dixit ibi Ang. q̃ licet acrius puniretur isto casu occidens ciuem quàm forensem, q̃ in dubio ille occisus tortura, præsumitur magis ciuis quàm forensis. Nam ex quo occisus erat Florentiæ, præsumitur potius Florentinus quàm forensis, nisi alia eius ostendatur origo: vt l. j. in fi. ff. ad municipa. imò si ille occisus allegetur fuisse bannitum. Dicit Ange. ibi, hoc non præsumi: quia non est qualitas insita à natura. dic vt ibi per eum. & remittit se ad not. in l. libellorum. ff. de accusa. in reportatis suis, quas fecit Bononiæ, & hæc omnia bene no. Adde Ang. in l. prætor. §. si dicatur. ff. de iniur. qui dicit, quomodo debet formari inquisitio vel accusatio isto casu: & an ille talis occisus, præsumatur bannitus.

b gEt ibi Ang. adde & vide Bald. in addi. ad Specula. in titu. de accusa. in iiij. parte.

QVę fit & quę fieri intenditur. Notãda sunt ista verba, quia non solùm dicitur quæ fit, sed etiam dicitur, quæ fieri intẽditur: quasi velit non solùm præsens tempus, sed etiã futurum comprehendere & manifestare, quòd dictus dominus potestas & iudex, volunt, & intendunt ex eorum mero officio per inquisitionẽ procedere in casu infrascripto, postea in specie deducto, & in toto processu vsq; ad sententiam inclusiuè: sicut dicit Bar. in simili quãdo procurator in principio sui libelli dicit, Titius procurator, & procuratorio nomine agit, & agere intendit: & sic signat futurum tẽpus: quia licet postea in processu omittit procurator dicere, & procuratorio nomine, tamen intelligitur: quia apparet expressè de sua primeua intentione, q̃ in toto illo processu, & sic in futurum, vult procuratorio nomine agere. ita voluit Bar. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. oblig. in vlti. col. Nam licet postea in dicto processu in aliquo actu non apparuerit quis actum fecerit, potestas, vel iudex, vel sub nomine proprio, vel sub nomine dignitatis, vel officij, ex inquisitione, & sic ex mero officio, vel quomodo: quòd ista clausula in principio apposita, est tantæ potentiæ, quòd facit quòd præsumatur per viam inquisitionis, ex mero officio, prosequutum per dominum potestatem, & iudicẽ maleficiorum vsque ad finem.

Augusti. Tu autem in hac materia adde inquãtum suprà domi. Angel. allegauit doctrinam Bartoli in dicto §. Chrysogonus. vide pulchra verba Bartoli in l. qui in aliena. §. is qui. ff. de acquirenda hereditate. Et ibi omnino vide Romanum qui multa allegat. vide Baldum in l. literas. C. mandati. & per Bartolum in l. post diem. ff. soluto matrimonio. in sexta lectura. vide quæ dixi post Modernos in dicto §. Chrysogonus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex causarum ciuilium, & qui habet iurisdictionem tantùm, non potest de causa criminali cognoscere, vel punire.*

Per

1 PEr iudicem maleficiorum. †Iudex enim causarum ciuilium tantum, & sic qui habet iurisdictionem tantum: iuxta l. imperium. in fi. ff. de iurisdict. om. iudi. & l. ea quæ magistratus. ff. ad municip. non potest de causa criminali cognoscere, vel punire regulariter, vt dictum est suprà in text. in princ. ibi, hæc est quædam inquisitio. in versicu. tertio principaliter est videndum. Ad hoc enim vt quis possit de maleficijs regulariter cognoscere, & punire: oportet, q̃ habeat merũ imperiũ. l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. & quod ibi Bart. & l. iubere cauere. eod. tit. l. j. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. facit quod not. Bar. in l. inter conuenientes. ff. ad municipa. Iudex enim causarum ciuilium tantùm, etiam si iurisdictio sua esset prorogata, nõ posset de causa criminali cognoscere: sicut econtra, iudex maleficiorũ non posset de causa ciuili iudicare: vt l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. etiam si sua iurisdictio in causis ciuilibus esset prorogata. l. testamenta omnia. & quod ibi Bald. C. de testa. & not. Cy. & Bald. in l. si qui ex consensu. C. de episcop. audi. & Bart. in dicta l. inter conuenientes. quod est verum, si principaliter iudex maleficiorum super ciuili aditus, etiã ex prorogatione, fuisset: secus si incidenter, vt quia cognoscit de furto criminaliter, & potest iudicare vltra pœnam furti, quòd res ablata restituatur: vt dicit glos. & Barto. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & notat Innocen. in capi. cum oporteat. de accusatio.

a Augusti. Tu autem in hac materia adde, quod id dixit Barto.[a] in dicta l. interdum. §. qui furem. idem voluit in l. penult. ff. de calum. Et idẽ voluit Ange. in dicta l. si vacantia. in vlti. quæstio. & Barto. in l. defuncto. §. fin. ff. de public. iudic. per illum text. qui ita limitat dictum §. latrunculator. Et ideo dixit Bald. in l. quod euitãdi. C. de condi. ob turp. cau. quòd ex processu criminali, peruenitur ad ciuilem processum ex eadem instantia, ex officio iudicis. Et ideo dicit, quòd fur qui criminaliter fustigatur, tamen de carcere non relaxatur, donec furtum reddatur. allegat dictum §. qui furem. Et ideo dicit, quòd custodes carcerum caueant, ne talem sic condemnatũ dimittãt, nisi prius sit satisfactum fisco & parti. Et idem videtur velle Bald. in dicta l. ea quidem. in vlti. colum. dum allegat dictum §. qui furem. & idem Bald. in l. j. C. si à non compe. iudi. in penul. col. & idem Barto. in l. j. in §. hoc edictum. in j. col. ff. vi bo. rapt. per Bart. in l. j. quan. ciui. actio. præiudi. crimi. Adde tamen, q̃ Bald. in l. si quis à se fundum. C. vnde vi. in vlti. col. tenet contrarium: quia iudex maleficiorum incidenter nõ pronunciabit super restitutione rei: quia duo processus sunt necessarij, scilicet ciuilis, & criminalis. Nec ob. dictus §. qui furem. quia respondet, quòd ibi fuit processum de facto, non de iure. & alleg. Odof. Pet. & Cy. ita tenuisse: vel dicit, quòd ibi est speciale, quia delinquens fuit repertus in crimine: vt est etiã speciale in l. capite quinto. ff. de adult. & in l. ictus furtium. ff. de insfa. Ad idem contra Bar. Bal. allegauit tex. in terminis, in l. si de possessione. C. vnde vi. Nam dicit Bald. in dicta l. si de possessione. hic est casus contra opi. Bartol. quòd iudex maleficiorum incidẽter non potest pronunciare super restitutione rei. Non obst. §. qui furem. quia respondet, quòd ibi fallit, nisi latro duceretur ad furcas. & ita intelligit dictum §. qui furem. & sic voluit, quòd ibi illo casu in dicto §. qui furem. esset speciale. Sed non recedatis ab opi. Bart. in locis suprà alleg. quia diuinatio est, quòd in dicto §. qui furem. ibi fuerit aliqua specialitas. Limita tamen prædicta, quòd verum est, quòd incidenter iudex maleficiorum ex officio potest pronunciare super restitutione rei ablatæ, quando de maleficio cõstaret per confessionem: secus si per alias probationes. ita eleganter & singulariter voluit Bal. per bonas rationes, in l. qui crimen. in vltima colum. C. qui accusare. & certè ista est maxima restrictio ad dicta Bar. & ad dictum §. qui furem. sed certè rationes Bal. ibi sunt friuolæ, quas ipse adduxit. De hac materia vide per Sal. in dicta l. si quis à se fundum. & aliquid per Barto. argumen. illius tex. in l. penult. C. si aduers. lib. Et de intellectu dicti §. qui furem. latè per Gand. in tracta. maleficior. in rubri. forma libel. accusa. in versicu. sed interim ego quæro, nunquid in eodem libello &c. & ibi latè examinat intellectum dicti §. qui furem. & vide Bartol. in l. j. in fine. ff. ad Turpil. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsu. & leg. qui in fi. vj. quæstio. dicit, quòd dispositio dicti §. qui furem. habet locum in inquisitione, nedũ in accusatione: & intellectum dicti §. qui furem. melius posuit Angelus in l. j. C. quando ciui. act. præiudi. crimi. & ponit practicam qua vtuntur hodie iudices maleficiorum: per Baldum in l. j. in j. colum. C. de appella. per do. Catald. in tracta. syndica. quæstio. cxcviij. qui tenet, quòd iudex maleficiorum erit iudex, etiam si de maleficio ageretur ciuiliter.

ADNOTATIO. a gId quod dixit Bart. adde tu quòd opin. Barto. videtur tenere Roma. in consi. clxij. vbi dicit quòd non valet sententia iudicis maleficiorum in ciuili, cùm non condemnat de maleficio, vel criminis causa: & de consensu partium nõ posset de causa ciuili cognoscere. B.

Ange. Et dico quòd quilibet potestas & quilibet alius officialis iurare debent, quòd officium suum facient bona fide, & sine fraude, remoto pretio & qualibet illicita pactione. l. fin. & ibi Baldus C. ad legem Iuliam repetund. Siquidem autem aliquid receperit per concussionem, vel per baratariam acceperit, donũ illud cum quadruplo restituet. l. j. & ibi Bald. C. eodem titulo. quæ pœna transit in hæredem officialis, licet contra eum non fuerit lis contestata, vel ad hæredem eius nihil peruenerit. l. ij. & ibi Bald. eodem titulo. Nam officialis debet habere mundas manus. l. omnis. eodem titulo. & ibi Bald. de barataria potest à quolibet accusari. l. iubemus. eodem titulo. & ibi Bald. & etiam ab eo à quo extorsit, dummodo ad querelam porrigat intra certum tempus: vt l. vnusquisque. & ibi Bald. eodem titu. quod not. pro syndicatu, & contra alios officiales barataríos.

Augusti. Adde tu in hac materia, inquantum dictum est, quòd iudex qui commisit barataríam tenetur ad quadruplum: dic hoc verum, quãdo ciuiliter conueniretur, secus si criminaliter. Nam & criminaliter potest etiam conueniri. textus est in l. antepen. §. hodie. ff. ad legem Iuliam repetund. & ideo caueant, ne iudices barataríum committant. & quòd etiam criminaliter possit agi, voluit glos. in l. j. C. eodem titu. & omnes Docto. Cyn. Pet. & Salyce. in l. iij. C. eod. tit. quinimò dixit ibi Angelus quòd si iudex in causa capitali commisit barataríam, quia condemnauit innocentem, & absoluit nocentem, pœna capitali punitur, vel deportatur. In aliis casibus, siue criminaliter agatur, siue ciuiliter, etiã si causa sit pecuniaria, relegandus est, per dictum §. hodie. licet Sali. ibi. in dicta l. iij. aliter intellexerit istam materiam. Itẽ inquantum dictum est suprà, quòd quilibet potest accusare iudicem, qui cõmisit barataríam. Adde & tempera prædicta procedere quando ageretur criminaliter, seu ageretur pœna quadrupli, & illud quadruplum applicaretur fisco: secus si illud quadruplum applicaretur parti & fisco: quia tunc non potest quilibet de populo agere cõtra iudicem: sed solùm ille, qui dedit pecuniam, & hæres eius cuius interest. Ita dixit Angelus in dicta l. j. C. ad legem Iuliam repetundarum. in prima columna. Et de materia vide Bartol. in dicta l. datur. qui ponit quando hæres iudicis teneatur de barataría. & per Angel. & Sali. in l. ij. C. eodem titulo. & vide dominum Catald. in tract. syndica. in quæst. cx. qui dicit, quòd in sola promissione
b committitur barataría[b], & in vno nũmo: & priuatur ipso iure officio. & in quæst. lxiiij. ponit, quando mediator in barataria potest esse testis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b ¶Barataria. Quid autem sit barataria, & qualiter fiat: & ad materiam vide Paul. de cast. in consi. clxij. prima stamp. & Petr. de ancha. consil. cclxxij. Ber.

Hiero. Tu adde Pari. de pu. vbi latè tradit de hac materia in trac. de syndi. in rub. de barataria. char. xxvj. & in ead. rub. in ver. corruptio. char. xxxviij.

SVMMARIVM.

1 *Accusationis processus non fit officio iudicis, sed ad partis petitionem.*
2 *Verba, mero officio, operantur, quod inquisitio fieri possit absque hoc, quòd procedat diffamatio, & quòd inquisitionis copia reo detur.*

MEro officio, arbitrio, autoritate, potestate, atque bailia. Dic quòd ista verba, de necessitate, & vtilitate, & cum ministerio apponuntur: †quoniam quando agitur per accusationem, non fit ex officio iudicis, sed ad partis petitionem: vt dicetur statim in gl. seq. facit l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. & dic quòd ista verba, ex mero officio, sunt multum vtilia apponi in inquisitione: nam per talia verba apposita in inquisitione, non est necesse quod præcedat diffamatio: †sed nec est necesse, & copia inquisitionis tradatur reo: vt in capitu. qualiter & quando. & in c. inquisitionis. eod. tit. ita dicit Ang. in d. l. si vacãtia. in versi. de qnto verò articulo. & in versi. itẽ fallit. vbi iudex inquirit ex mero officio, & hoc voluit An. de bu. ĩ d. c. qualiter & qñ. in iij. col. aliàs nõ appositis dictis verbis, non procederet inquisitio, nisi præcedente diffamatione. Et multũ cõmenda in practica, quia multi hoc non ponderauerunt: & quid importet & significet, ex mero: vide Ang. & Imol. in si. in l. v. in prin. ff. de verb. oblig. facit text. & glos. in verb. mero. insti. de diuis. stipu. §. ij. & ibi dixi.

a **Augusti.** Tu autem in hac materia adde quę dixi suprà in illo articulo, a in iiij. q. princip. in glos. hæc est quædam inquisitio. vbi probaui istã suam practica esse falsam, motus autoritate Specula. Hostien. & Ioan. and. & Gandi. qui in propriis terminis dixerunt contrarium: quos iste ignorauit. qui volunt, quòd imò si iudex etiam procedit ex mero officio, necessaria est ipsa diffamatio: imò dicò, quòd tu iudex teneris in syndicatu, si tu formares etiam inquisitionem ex mero officio, nulla præcedente diffamatione, dic vt ibi: & de verbo, mero vide quæ dixi in dicta l. v. ff. de verb. oblig.

ADNOTATIO. a ¶In illo articulo. Adde tu, & vide ibi posita, & vide Cepol. in consi. lxvj. vbi transit cum opi. Ang. scilicet, quòd non sit danda copia inquisitionis & indiciorũ: & dicit quòd Ang. in dicta l. si vacãtia, hoc non dicit, & quòd author ista sic correxit infrà in versi. fama publica. & quòd sit dãda copia indiciorum & inquisitionis cùm proceditur ex mero officio, dicit tenere Io. Pe. Ferra. Pap. in sua pract. Gand. & plures alios, quos vide ibi: & quãdo sit danda copia indiciorum. cùm iudex habet latum arbitrium, vide Alexan. in consi. in ij. vol. Ber.

SVMMARIVM.

1 *Querelans, aut instigans iudicem, ut inquirat, nõ propriè dicitur accusator.*
2 *Querelans, siue instigans, aut solicitans iudicem ut inquirat, tenetur pœna Turpiliani, & condemnatur in expensis, sicut si principaliter accusaret & non probasset.*

1 IT ad querelam Titij infrascripti, †Dico quòd iste nõ est proprie accusator, licet querelet, vel instiget iudicem vt inquirat: quod patet, quia non facit ea quæ sunt necessaria in accusatione, vt se subscribat, vel præsteat fideiussionem, & alia de
2 quibus infrà. †Et dico vnum menti tenẽdum, quòd talis
b ad cuius instantiam querelam, vel instigationem iudex inquirit siue solicitauerit: si inquisitio non probatur, tenet pœna Turpiliani, & etiam cõdemnatur in expensis: sicut si principaliter accusasset, & nõ probasset accusationem: vt est tex. & gl. in l. j. §. incidit. ff. ad Turpil. & est tex. glo. & Bar. in l. in senatus. §. an ad eius. in prin. ff. ad Turpi. & est tex. in l. ob hæc verba. ff. de insa. Et ibi omnino videas Bal. & Ang. singulariter: qd' singulariter no. & tene mẽti.

b ¶Querelam. Adde tu quid sit querela, & an ponatur pro accusatione & denunciatione, vide Cep. in consil. lxv. & quòd assistens, seu accusans, si non probat, possit puniri de falso. tenet do. Alexã. in consil. xj. in j. volu. & an instigator incidet in Turpilianum: vide Cep. consil. lxvj. Ber.

Augusti. Tu adde vltra prædicta ea quæ dicit Ang. in l. iij. ff. de cri. stel. qui dicit, quòd isti instigatores tenentur crimine stellionatus, & sic puniũtur arbitrio iudicis. Et idẽ voluit in d. l. ob hæc verba. quẽ oĩno vide. Si autẽ vnus cum pecunia faceret, quòd vnus denunciaret iudici iniquè aliquod maleficium, ad hoc vt iudex procederet cõtra eũ, tenet pœna falsi. l. lege cornelia. §. fi. & ibi Bar. ff. de fal. Et adde hîc no. p. do. An. de But. & Abb. in c. cùm dilecti. in fi. extrà de do. & cõtu. Et q iste promouens iudicem in formando inquisitionẽ teneatur in expẽsis si reus est absolutus, tenet do. Catald. in tract. suo synd. q. clxv. secus si iudex ex necessitate officij, ex mero officio, format inquisitionem. ibi vide. & in q. seq. ibi declarat do. Catald. quid importet hoc verbum querela.

Hiero. Addatis Stepha. aufr. omnia ista referentem & approbantem in decisi. capellę Tholosanæ. in decl. vij. in ordine.

3 *Accusare quid sit.*
4 *Accusator iurat quòd non animo calumniandi reum accusat.*

Ange. Et quia hîc tractatur materia congruẽtius ipsius accusationis. Primò quæro, † quid est accusatio. Vnde dicit Azo in sum. C. de accusa. Accusare, est aliquẽ in libello reum criminis deferre, vel facere ad vindictã. Et de materia latè per Hosti. in sum. eo. tit. &
4 facit l. cum rationibus. C. qui accusa. †Et ille qui accusat, primò iurare debet, q non animo calumniandi reum accusat. Ita voluit Bar. in l. is qui reus. ff. de pu. iud. in versi. sed quæro quomodo cùm suprà dixerim.

Augusti. Tu adde q miror q iste non allegauerit doctrinam Bart. in l. j. C. de iura calũ. qui melius hoc dicit, q hodie secundùm consuetudinem Italiæ, accusator iurat in principio, q accusatio est vera, & q non animo calumniandi hoc facit, & reus iurat de dicenda veritate. Idem dixit Gandi. in tract. maleficio. in rubr. qualiter fiat accusatio. in versi. hodie autem de consuetudine per totam Italiam. vbi dicit, q hodie non producitur libellus accusatorius, sed simplex quædam accusatio, quæ continet & nomen accusantis & accusati, & delictũ. locum, & tẽpus: & ille accusans iurat accusationem esse verã. Sed ibi Gandi. non adijcit illa verba, quod non animo calumniandi hæc facit.

Hiero. Tu adde do. Præposi. in sum. ij. q. viij. in ij. col. versi. & in primis. cum pluribus seq. vbi ponit plures diffinitiones, quæ tamen in idem reincidũt, & per Bal. in sua pract. in rub. de quæst. circa lib. cri. Hiero. zane. post Doct. in repe. c. j. de accusa. super rub. col. v. versi. quæro. Vital. in tract. malefi. in rub. quot mod. super malefi. proced. in versi. quid sit accusatio. vbi etiam ponit multas formas accusæ: sed an accusatio expediatur officio iudicis nobili: & breuiter dico q sic, secũdùm Bapti. de sancto Blasio, qui latè hãc quæstionẽ disputat in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. iiij. col. versi. octauo quero. &c.

5 *Accusator subscribit se ad pœnam talionis.*
6 *Inscriptio requiritur de iure canonico.*

Ange. †Secundò requirit, q se subscribat ad pœnam talionis. l. iij. C. qui accusa. nõ pos. & ibi Cy. Bal. Ang. & Sali. & in l. si cui. in prin. & ibi Bart. ff. de accusa.

accusa. & Specu. in tit. de accusa. in prin. versic. his igitur consideratis &c. Item inscribat se eandẽ pœnã subitu-
a rum, si nõ probet, quã reus pateretur, a si probatum esset. l. pe. & fi. C. de accus. & debet per se, siue per aliũ, si nescit
e scribere, se subscribere: vt l. libellorũ. ff. de accus. & authẽ. generaliter. C. de episc. & cle. & no. Saly. in d. l. iij. & vide
6 bonũ tex. in c. tuæ. extrà de procu. & in c. super his. extrà de accusa. & hoc procedit de iure, sed de cõsuetudine nõ
b est necessaria subscriptio b: vt not. Bar. in dicta l. si cui. in prin. & in dicta l. libellorũ. ff. de accusa. Sed de iure hoc etiam fallit in l. quãuis. l. ij. C. de adulte. & hoc de iure antiquo: hodie verò secus: vt in authen. vt lice. ma. & auiæ. in §. si de adulterio. Item fallit in causa abigeatus: vt l. j. C. de abige. & hoc cùm agitur de crimine criminaliter: si verò agitur ciuiliter, non est necessaria inscriptio, & sic ad pœnã applicandam parti. Secus si pœna applicaretur
c fisco, c licet esset pecuniaria: quia tunc dicetur agi criminaliter: vt est gl. sing. in l. ij. §. j. ff. de sepul. viola. tunc autẽ
e necessaria esset subscriptio. Ista distinctio probatur expresse in l. fi. ff. de priua. deli. & idẽ si agitur de crimine & criminaliter per viam exceptionis: quia qui excipit, non propriè accusat, & sic se subscribit. Et hoc etiã patet, quia si crimen obijcitur per modum exceptionis, non est punibile. l. Lucius. ff. de insa. Nec obst. l. vbi. C. de fal. quia illud accessoriè officio iudicis, non principaliter: ergo est attẽdendum: vt l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. Si verò non simpliciter excipit, sed impugnat, quia petit puniri illum contra quẽ excipit, tunc debet se subscribere. Ita in hoc vltimo dixit Bar. in l. si cui. in prin. de accusa. & Sali. in l. iij. C. qui accusa. non pos. Si verò procedatur per denunciationẽ, non est necessaria subscriptio: vt l. ea quidẽ. C. de accusa. Aduertas tamen, secundùm Ang. in l. iij. C. qui accusa. non pos. quòd licet quãdo crimen obijcitur tantummodo ad repellendum, non sit necessaria subscri-
d ptio. Tamen obijciens, potest iniuriarum d conuenire indistinctè, nisi probet, quòd nõ probauit propter potentiã aduersarij, vel quia fuit deceptus à testibus: tũc apparet, quòd non animo iniuriandi hoc fecit: ideo non tenetur iniuriarum. Et ita tenet Ioan. and. in addi. Spec. in titu. de accusa. in versi. vsq; penè ad fi.

ADNOTATIO. a ¶Pateretur. Adde tu Alexan. de Imo. in consi. xj. j. volu. & Anto. de prato vete. in consi. Barb. consi. pen.
b ¶Subscriptio. Adde Anto. de prato vete. in consi. proxi. allega. & idem sentit Ro. in consi. cccclj. in fi. Ber.
c ¶Fisco. Adde circa hæc dicta. & vide quæ ponit Alexan. in consi. cxxxij. in j. volu.
d ¶Iniuriarum. Adde ad hoc Alexan. in consi. xj. j. volu. Oldra. cõsi. cliij. & Pet. de ancha. consi. ccccxxvj. B.

Augusti. Tu autem in materia hac adde, q vera est ista cõclusio, q vbi agitur ciuiliter, nõ requiritur illa solennitas inscriptionis. tex. est & ibi Bald. in l. momentaneę. C. vnde vi. voluit Bald. in l. ij. C. de fide instru. Et in hac materia adde bonã gl. ij. q. viij. in summa. quæ enumerat sex casus, in quibus de iure si agitur criminaliter, non requiritur inscriptio ad pœnã talionis. Sed adde ad illam gl. & ad Docto. hîc, q vbi crimen est contra maiestatem diuinã, nec etiã ibi requiritur talis inscriptio. Ita voluit Ang. singulariter in authen. quomo. oportet episco. in §. fi. quod nota, cõtra blasphemantes maiestatẽ diuinã. De cõsuetudine hodie non requiritur inscriptio. Ita dixit Gandi. in tract. maleficiorum. sub rubri. qualiter fiat accusatio. in versi. dixi inscriptionem de cõsuetudine non esse faciendam. Et idem Gandi. sub rubr. quis possit accusare. in versi. hodie autem in cõsuetudine. Et ibi etiã ponit aliquos casus, vbi etiam de iure non fit inscriptio. Et dixit Bar. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. in prin. in j. col. q in Italia ex forma statutorũ, non fiunt istę præscriptiones. Et ideo Specu. in titu. de accusa. in §. j. in versi. nec mirum si criminali. dicit, quòd generalis cõsuetudo non obseruat has inscriptiones. Et vide Ioan. andr. in addi. Speculatoris in tit. de accusa. & inquisitione. in iiij. parte. in fi. qui remittit se ad bonas remissiones. vide Oldra. in consil. cclxix. qui ponit quando superior accusat inferiorem, e an requiratur inscriptio ista: & dicit quòd sic.
e
6 †De iure canonico vidi dubitari, an requiraẽ inscriptio ad pœnam talionis: & dubium faciebat text. in c. dilecti. extrà de iudi. & tex. in c. licet in beato Petro. extrà de accusa. Sed certè frustratoria erat disputatio: quia de hoc est casus in c. quisquis. ij. q. viij. & text. in c. licet hely. extrà de simonia. vbi expresse requiritur inscriptio: & text. in c. qualiter & quãdo. An autem vbi crimen opponitur per viam exceptionis, requiratur inscriptio? In hac materia vltra suprà alleg. adde glos. ij. quæst. viij. in summa. & Bald. in l. fi. in penult. col. C. si ex fal. instrumen. & Ange. in l. libellorum. ff. de accusa. & Canonistæ in c. super his. extrà de accusatio.

e ¶Inferiorem. Adde tu & dic hoc verum nisi ageret ad correctionem morum, & imponeret pœnitentiam. ita Cal. in tit. de accusa. consi. ij. & adde, quòd libellus accusatorius in ciuili debet cõtinere omnes solennitates: scilicet loci, & tẽporis, quæ continere debet in criminali. ita Ro. in consi. cxcj. B.

Hiero. In hac materia adde Salic. in l. penult. vbi ponit formam inscriptionis. Item inquantum dicunt hîc Ange. & Augusti. quòd inscriptio hodie non requiritur de consuetudine. adde quòd idem tenet practicus Pap. in forma inquisitio. in glos. hæc est quædã inquisitio. j. col. versic. sed quid dices. Item vltra casus positos hîc, in quibus non requiritur inscriptio, adde notabiliter Henricum boyc, in c. super literis. de accusa. in j. & ij. col. vbi post antiquos ponit xj. casus, & Præpo. post gl. in summa. ij. q. viij. & per Iacob. de bel. in sua practi. in rubri. de inquisitio. j. col. versi. & intelligantur. vbi tenet, q vbicunq; cõmunitas, collegiũ, seu vniuersitas, accusat, q nõ requiritur inscriptio. Sed quæro, in quibus casibus requiritur inscriptio, etiam si non interueniat accusatio, & an sit nulla: & breuiter dicatis q non, secundùm communiter in c. super his. de accus. extrà. de qua traditur per Doctores in l. penul. & fin. hîc alleg. & ratio est, quia supletur à lege, vt accusator intelligatur obligatus ad pœnam talionis, & ad prosequendã accusam, secundùm gl. & Doct. ibi: q probatur per tex. quem ibi no. Bal. in l. his verbis. seq. ff. de adoptio. & in. l. j. in princip. C. de rei vxo. actio. vbi omissio solennitatis, quæ suppletur à lege ipso iure, nunquam reddit actum ipso iure nullum. & ita declarat etiam do. Præpo. c. vbi suprà. col. iij. sed an vbi proceditur per denunciationẽ requiratur inscriptio. videatis singu. Henri. boyc, in dicto c. super his. de accusa. vbi ponit in accusatione, inquisitiõe, denũciatiõe, & exceptiõe.

7 *Accusator dicit ius in carceribus sicut accusatus.*

7 **Ange.** †Tertio requiritur, vt ius dicat in carceribus, vt sicut accusatus stat in carcere, ita accusans: & si nõ probat, possit postea sustinere simile pœnã, & sic ne pœna sit elusoria: vt est casus in l. fi. C. de accusa. quod intelligit esse verũ, quando reus esset detẽtus: quia est tale delictũ, q non est fideiussoribus relaxãdus. iuxta not. in l. j. ff. de cust. reo. Aliàs autẽ si reus non cõpareret, accusator nõ debet stare detentus plus quàm reus: vt est casus in l. nullus. C. de exhiben. reis. Et idem si accusatio fiat de crimine, cuius pœna sit pecuniaria semper, & sic reus veniret fideiussoribus relaxandus: quia posito quòd accusator non probet, & sic tenetur ad similitudinẽ supplicij: tamen sententia poterit habere effectum, quãuis accusator non sit detentus, cũ præstet fideiussorẽ de accusatione prosequẽda. arg. l. generaliter. C. de episco. & cle. & l. grege. §. post. ff. de fideius. & dicit d. Angel. hîc, ista esse bene no. quia vidit multos peritos errare. Dicit tamen, q licet accusator debeat stare detẽtus, vnà cũ malefactore: tamen relaxabitur liquidato delicto, licet adhuc lata non sit sententia: quia nõ potest amplius esse suspitio, quòd aut colludat, aut non probet delictũ intentatũ. Ita dicit Sali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in d.l.nullus.in fi.C.de exhi.reis.Bart.autem in l.penult. §.ad crimen.ff.de pub.iud.in prin.ij.col.dicit,quòd hodie communiter ex forma statutorū Italiæ hoc nō obseruatur,vt accusator stet detentus:quia vt plurimum ex forma statutorum, accusator non tenetur ad pœnam talionis:quia dicit,ꝙ si statuta sunt illa, obseruanda sunt.aliàs autem procedunt de iure quæ suprà dicta sunt. & voluit etiā Bar.in d.§.ad crimen.& Bar.in l.fi.C.de accus. quod intelligit verū ibi Bart.nisi accusatus vellet statim accusare accusatorē suū de falso, & calumnioſa accusatione.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd Ang.in l.fi.C.de accusa. ponderauit glo. in d.l.nullus.ꝙ accusator non debet ingredi carceres,nisi reus compareat.Sed limito prędicta,quòd poterit esse,ꝙ
a accusatus ingredietur carceres, quia est vilis persona,ª& accusans est nobilis persona.Nam illo casu, accusans nō ingredietur carceres:vt est tex.fin. in c.quisquis.ij.q.viij. nisi omnino essemus in casu, vbi etiam nobilis deberet incarcerari:vt declarat Ange.in dicta l. nullus. qui ponit modū & practicam quomodo accusatus quādoqꝫ debet relaxari fideiussoribus datis : aliquando propter vtilitatē personæ incarceratæ,aliquando datur in custodia militibus, aliquando assignatur sibi vnus locus in ciuitate. & licet cōtra limitationem meam videatur expresse decisio Bal.in l.ij.C.de fide instr.Tamen cōtra Bal. ibi est casus, in d.c.quisquis.& in l.fin.C.vbi sena.vel clarif. Tu adde, ꝙ etiā stante consuetudine,ꝙ accusans non debet se subscribere ad pœnam talionis, etiā circūscripto statuto : de quo per Bar.in d.§.ad crimen.& dictum suprà. dico ꝙ in illis locis vbi viget talis consuetudo, accusans nō ingreditur carceres:quia cessat ratio.l.fi.C.de accusatio.argu.l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.c. cum cessante.extrà de appellatio.

ADNOTATIO. a ¶Vilis persona. Adde ad propositum, & vide Anto.de prato vete. in consi.suprà sæpius alleg. B.

Hiero. De hac materia adde etiā Præpo. in sum. ij.q.viij.colū.v.in fi.sed aduertendum, quòd do.Bonifa.de vitalinis dicit, ꝙ id quod dicitur de carceribus, non seruatur de consuetudine:vt per eum in dicto tract.in rub.quot modis super malefi.proced.&c.in vers. constitutus M. coram do.P.

8 *Accusator præstat fideiussorem de accusatione prosequenda usque ad finē.*

8 **Ange.** †Quartò requiritur, ꝙ fideiussorē præstet
b de accusatione prosequēdaᵇ vsqꝫ ad finē:sicut accusator tenetur facere in ciuili.authē.generaliter. C.de episc.& cler.& est text.in l.iij.C.qui accusa. non pos. qui loquitur in plurali numero.& ibi Sali.in princ.& quòd se inscribat ad pœnam talionis, & de lite prosequēda habet locum siue delictum sit publicū siue priuatum. d. l. iij.& glos.& ibi Sali.in princ.C.qui accusa.non pos.Et satis est quòd in criminali præstet fideiussorem ante litem cōtest. l.senatus.§. qui post. ad Turpil.

b ¶Prosequenda. Adde circa hoc,& vide consi.Ant. de prato vete. suprà allegato.& consi.huius autoris,quod immediate sequitur.

Augusti. Tu in hac materia adde not.per Albe. de rosa.post Iac.de but.in d.l.ij.C.qui accusare.& per Albe.in l.senatus. §. qui post.ad Turpil.

Hiero. Circa hanc quartam q.vide Prepo. vbi suprà.col.v.vers.ponit indiffi.vbi in fine eiusdem colū.hoc limitat.sed aduerte,quia Bonifa.vbi suprà tenet,ꝙ de consuetudine nō præstatur ista satisdatio. sed quæro,quid si statutum dicit simpliciter, ꝙ accusans,vel denūcians det fideiussores,an valebit accus.si cōtra factū fuerit:videatis Bald.post Iaco.but.in l.si tutor.in fi. C. in quib.caus.in integrum. Moder.in l.ij.ff.de lib. & posthu.

9 *Accusare in crimine priuato regulariter non admittitur nisi cuius interest.*

9 **Ange.** †Quæro,an quilibet possit de crimine pu-
blico accusare:& dico,ꝙ distingui debet crimen publicum à priuato:nam in crimine priuato, regulariter nō admittitur ad accusandum,nisi cuius interest: vt videtur velle gl.in l.fi.ff.de priua.deli.quod limita,nisi sit tale delictum priuatū, ex quo veniret pœna pecuniaria applicanda fisco : quia quilibet de populo admittit ad accusandū pro illa pœna etiā pecuniaria, quæ applicari debet fisco, non pro interesse offensi. ita voluit glos. singu.Dyn.& Bartol.in rubri.ff.de popula.actio.pro quo facit l.j.ff.de iure fisci.& l.iij.ff.de præuarica.Sed Bal.in l. aduersus.C.de fur.tenet contra gl.& Bar.& per eundem in l.j.C.qui accus.nō pos.vbi dicit primò, quod ipsis dissimulantibus,iniuria nō puniretur. Item est contra dictā l.iij.ff.de præuarica. Item ius & obligatio, quæ ex facto oritur,cohæret personæ quam factum tangit:vt l.licet.§. ea obligatio.ff.de procura.Non obst. dicit ista gl.in rubr. ff.de popula.actio.quia illa loquitur de ciuilibus actionibus,quę veniunt ex edicto prętoris:nam sunt populares eo ipso, quòd pœna fisco applicatur. Ad pœnam autem corporalem,actio popularis non intentatur,licet in defectum pecuniariæ quandoqꝫ pœna officio iudicis imponatur.l.si id quod.ff.de iurisd.om.iudi.Nec obst.l.fi.C.de litigio.quia alienatio tendebat ibi ad impediendum effectum iudicij,& sic delictum in rem ipsam, non in personam.Nec obst.ff.de sepulc.vio.l.qui sepulchri. quia speciale ibi:quia ibi deliquit in re sacra siue religiosa, vnde est sacrilegium.Item ibi lex vltra procedit:vt C. de prætuarica.l.j.Item nō obst.l.j.ff.de iure fisci.quia dicit,quòd ibi non est pœna criminalis,sed defertur in fiscum ex cōtractu,vel ex contumacia.vel dic, quòd illa l.indistinctè loquens debet intelligi, secundùm aliam distinctionem legum. Ite in criminali fiscus non est creditor, nisi lata sententia:vt l.si qua pœna.ff.de verb.signi.& sic ante sententiam,nihil pertinet ad fiscum, quod posset dici debitū post sententiam.Ergo quilibet posset denūciare quòd est
c publicum,id est fiscale.Et contra gl. & Bar.ᶜvidetur tex. apertus in l.fi.in fi.de litigi. vide aliquid per Imo.in l.j.ff. de pub.iudi.Et pro Bal.facit gl.sing.in l. cum emancipatus.§.cum emancipati. ff. de colla.bono.

c ¶Et contra gl.& Bart,Adde ꝙ etiam contra Barto.consuluit Ro in consi.cluj.incipien. præsens accusatio. & ibi fortificat opi. Bal. in dicta l.aduersus.& ibi dicit, quòd Bald, perfectè respondet ad motiua.Barto.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, ꝙ iste Doctor errauit,dum suprà posuit illā doctrinā Bal.contra Bart.allegando Bal. in l.j.C.qui accus. quia Bal.ibi nihil loquitur de ista materia. Sed voluit allegare Bal.in rubr.C.qui accusa.nō pos.in iiij.col.Et vnū pondera,quòd Bald. in dicta rubrica dicit, ꝙ communis sententia Doctorum est cōtra Bart.& certè periculosum est verbum istud.Sed ego sum in cōtraria opi. quia dico, ꝙ imò communis opinio est contra Bal. & pro sententia Bart.allego aliam gl.in l.fi.C.de litigio. quā ibi sequutus est ipsemet Bald. & sic Bal. est sibimet contrarius in hoc articulo.Et ad idem reprehendo do.Angel.hic, qui dixit illam gl.sing.in rubrica de popula.ac.quia similis est glo. in d.l.fi.C.de litigio.& ita eam ibi ponderauit Bal. vt dixi.Quinimò inuenio Ang.in rub.ff.de pub. iud.quòd in hac materia approbat illam gl.in rubr.ff.de popula.actio. & ibi etiam dicit,quòd vbi pœna applicatur fisco in delicto priuato,quilibet de populo admittitur ad accusandū. Vnde, cùm habeamus autoritatem glos. approbatam à Barto. & ab Ange. non video quare communis opinio non sit illa,quam posuit glos.in dicta rubr. ff.de populari actio.& maximè cum Bal.reperiatur contrarius vt suprà dixi.Nec,cum supportatione Bal. respōdet rectè ad motiua Barto.quinimò allego in indiuiduo Dy.quem refert & sequitur Ang.in l.si quis. ff, de priuatis delict.qui hoc voluit in terminis.Et ibi Ang.multum exclamat pro statutis, quæ ponunt pœnam pecuniariam applicandam fisco,quòd quilibet poterit accusare illo casu, licet in statuto hoc non dicatur:& allegant illam gl. in dicta rubrica,de popula.actio.Et ad idem allego Ang.in l.prævaricationis.ff.de prævarica. vbi approbat etiam prædictam glos.

glos.Concludo ergo communem opin. esse illam, quam tenuit præfata glos.Dy.Bart.& Ang.& sic errauit Bald. in dicta rub.C.qui accusa.inquantum voluit,quòd communis opi.Doctorum sit contra Barto.

Hiero. Adde,quòd dictā glos. approbauit Albe. de rosa.post And.de pisis in d.rub. de popu. actio.vide Dyn.qui ibi dixit, ꝙ si ex priuato delicto imponatur pœna per statutum applicanda fisco, ꝙ quilibet de populo admittetur ad accusandum.

10 *Accusare in priuato crimine potest, qui suam aut suorum iniuriam, uel uindictam prosequitur.*

11 *Cuiuslibet criminis,siue publici,siue priuati, duplex oritur actio : una ad cōmodum iniuriati:alia ad uindictam, siue pœnam fisci.*

12 *Crimen blasphemiæ est crimen publicum.*

10 **Ange.** †Si verò est ille qui suam vel suorum in-
iuriam,vel vindictam propriam, vel suorum prosequatur,potest in crimine priuato accusare:vt l.fi. ff. de priuatis delict.& l.fi.ff.de iniurijs.& l.fi.de fur. & etiā potest agere ad pœnam applicandam sibi, & ad vindictā publicam:& tunc dicitur agere ciuiliter, & criminaliter: vel potest agere ad pœnam applicandam sibi, & dicitur agere ciuiliter tantum:vel potest agere ad vindictam publicam,vel ad pœnam applicandam fisco,& tunc dicitur criminaliter agere:vt est glos.singu.in l.iij.§.j.ff. de sepul.
11 vio.& Bart.ibi. †Nam de vnoquoqꝫ crimine publico, vel priuato,oritur duplex actio : vna ad commodum iniuriati,quę dicitur actio in factum:& vocatur actio ciuilis. Alia ad vindictam, vel pœnam fisci, quæ dicitur criminalis:& de hoc est tex.in l.fi.ff.de priua.delic. & in l.fi. ff.de fur.& in l.fi.de iniurijs. & in l. qui nomine.ff.de fal. & prædicta procedunt quādo delictum committitur cōtra personam certam,aliàs si in incertam:vt puta, statuto cauetur,quòd quicunqꝫ blasphemauerit Deum, quicūqꝫ portauerit arma, quicunqꝫ iuerit de nocte,puniatur in x. Tunc ad accusandū talem reum,quilibet admittitur:quia
a cùm certaª& determinata non sit persona passa iuiuriam, ne delicta remaneant impunita : quia persona offensa nō conqueritur,vt Deus & respub. Tūc quilibet de populo admittitur ad accusandum:vt not.Bar.& Imo.in l.j.ff.de publi.iudi.& Barto.in l.lex Cornelia. §. si quis libellum. ff.de iniurijs.Bart.in l.ea quidem. C. de accusa.

ADNOTATIO. a ¶Quia cum certa. Adde,& vide Barto.in consi. suo incip.quod ministerium fratium.vbi dicit,quèd si aliquis habet priuilegium extrahendi duos carceratos in festo nativitatis domini, dummodo carcerati habuerint pacem ab offenso, quèd blasphemator incarceratus poterit extrahi : quia clausula, quòd habeat pacem,debet intelligi,quando persona est certa.Ber.

12 **Augusti.** Tu autem adde in hac materia,ꝙ falsa est ista cōclusio, † quòd crimen blasphemiæ sit crimen priuatum:imò teneo, ꝙ est crimen publicum:bene fateor,quòd in crimine quilibet admittitur ad accusandum.Ita allego Bal.dixisse, quem iste non vidit. in l.si reos.C.de accusa.in vj.col.qui dixit,quòd illud crimen blasphemiæ est crimen publicū, & quilibet admittitur ad accusandum.Idem,cùm crimen cōmittitur cōtra incertam personam : quia crimen dicitur esse publicum. ita voluit Bald. ibi. Si ergo publicum, ergo quilibet ad accusandum admittitur.est casus institu.de publi.iudi.in prin.& hoc dixit Bar.in terminis in l.j.ff.de publ.iud.qui ponit exemplum in blasphemante Deum.

13 *Accusare cuilibet permittitur in crimine publico.*

13 **Ange.** †In crimine autem publico regulare est,ꝙ quilibet admittatur ad accusandum:& sic regula est permissiua.Et tene bene menti,quòd non tātum permittitur cui dicta accusatio de crimine publico, sed
b etiam cuilibet forensi.ᵇita dicit Barto.in l.is qui reus.ff.de public. iudic, quem ibi sequitur Ioannes de Imol. super glos.fi.quoniam iura indistinctè loquuntur. facit l. §.cōsequens.ff.de suspect.tuto.Et quia non potest reddi ratio diuersitatis inter ciuem,& forensem:& pro hoc etiam facit quod not.Iacob.de are.& Barto.in l.prouinciali. §.fin.ff. de operis noui nuncia.& facit glos.in l.ij.§.penultimo.ff. ne quid in loco publ.Et pro hoc potest allegari quod no. Imol.in rubr.de publi.iudic. quod dic perpetuo esse notandum. Et dico, quòd inquantum suprà dictum est, cuilibet ciui & forēsi licita est accusatio publica:hoc verum, nisi quis lege,vel statuto prohibeatur, vel consuetudine:vt l.qui accusare.cum pluribus legibus sequentibus.ff.de accusa.& ibi not.& plures alios qui repellūtur à dicta accusatione,ponit Specu.in titu.de accusatore. in fine. & not. glos.in rubrica. C. qui accusa. non pos.& ibi Bald.& Salicet.

b ¶Forensi.de hoc vide etiam per Pet. de ancha. in consi.cccxvij.

Augusti. Tu autem in hac materia adde inquantum dictum est, quòd forēses poterit accusare.dic, quòd imò videtur, quòd illa glos.in dicta l.is qui reus.ff.de publi.iud. sit verior,quæ voluit,ꝙ forensis non possit accusare.& ita voluit Angel.in rubr.ff.de publi.iudi.quia sua non interest,etiam ratione patriæ. ergo non admittitur ad accusandum. sed vide Imo. ipsum reprehendentem in l.j.ff.de publi.iud.qui dicit,quòd Ang. contrarium videtur tenuisse in l.fi.ff.de priuatis delictis. & in hoc reprehendo do.Ang.qui suprà allegauit Imol. posuisse istam materiam,in rub. ff.de publi.iudi. quia nō est verū,quod ibi Imo.loquatur de ista materia. Adde etiam,quòd Angel.in l.si quis. ff.de priua.delict. attingit istam difficultatem. & ibi in indiuiduo dicit, quòd imò forensis poterit accusare.& de hoc dicit, quòd allegat gl. nota.in l.ij.§.penulti.ff.ne quid in lo.pub.& voluit Bald. in rubri.C.qui accusare. in vlti.col. in illa q.quam ponit: an statuto dictante,quòd quilibet possit accusare, an forensis poterit accusare?& in hac materia mihi placet doctrina Angel.in dicta l.ij.§.penul. Ex cuius dictis possumus reducere omnia ad concordiam:dic vt ibi per eum. Et omnino vide quæ scripsi post Moder.in d.l.in prouinciam.§.fi.ff. de ope.no.nuncia.

Hiero. In hac q. scilicet, an cuilibet forensi permittatur accusatio de crimine publico.dicas quòd vetior opi.videtur quòd non admittatur,per tex.in l.in prouinciali.in §.fi. de oper.no.nuncia. vbi Pau. vult per illum text. quòd stante statuto quòd quilibet possit accusare,quòd forensis non admittetur ad accusandum. pro quo Iason ibi allegat Bal.qui idem tenet in c.ex parte A.de testi.col.ij.vers.dicit Bar. &c.iuncta glos. ibi per doctri.Bald.& Paul.in l.j.§.huius studij.de iusti. & iure. vbi volunt,quòd si iniuria sit facta sacerdoti,quòd quilibet de populo poterit accusare:quòd intelligunt,scilicet de populo illius loci, scilicet ciuitatis,vel castri. & hanc etiam opi.tenet d.Præpo. in summa.ij.q.viij.colū.vij.vbi dicit Ang.Pau.& Roma.idem tenere in dicto §.fina.

14 *An regulariter omne crimen sit publicum, uel priuatum.*

15 *Crimen commissum contra incertam personam, licet dicatur publicum, ita quòd cuilibet competat accusatio:nulla tamen lege cauetur,quod tale crimen puniatur criminaliter.*

14 **Ange.** †Quæritur tamen pro declaratione, an
omne crimen regulariter sit publicū, vel priuatum?dic quòd regulariter omne crimen dicitur priuatum, nisi lex exprimat quod sit publicum.l.iij.in fine. ff. de prævarica.& ibi Bartol. & Bar. in l.j.ff.de publi. iudi. & Imol.in l.fi.ff.de priua.deli.& in l.ij.ff.de concussio. In certis tamen casibus regulariter omne crimen est publicum.Primò, si cōmittitur in Deum vel in sanctos. C.de hæreti.l.Ariani.& suprà dictum est. Secundò, si committitur in sacerdotibus.l.si quis in hoc genus.C.de episc. & cleri. Tertiò,si committitur in magistratibus, occupando vel offendendo:vt l.j. C.de priua.carce.l.fin. C.ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

legem Iuliam de vi. Quartò, quando committitur in religionem diuinam.l.fin.ff.ad legem Iuliam pecu. Item est publicum, propter quod offenditur etiã omne genus hominum.l.fi.C.de malefic. & mathe.quia non committitur contra singularem personam, sed contra genus personarum.Idem in delicto, in quo offenditur incerta persona considerato actu: sed considerata potentia, iniuria potest cadere in quocunque.l.cum qui.§.in popularibus. ff.de iureiurand.exemplum in appenso. & Angel. in l.fi. ff.de priua. delic. tenet isto casu, quòd forensis transiens per istam ciuitatem,poterit intentare accusationem contra tenentem aliquid appensum. & ideo Imo. in l.j.ff. de public.iudic.allegat glos.in l.ij.§.penult. ne quid in loco publi.Sed idem in rubrica.ff.de publi.iudi. tenet contrarium: quia non est interesse forensis tueri iura ciuitatis alienæ.Et dicit domi. Angel. quòd hoc putat verius. facit l.in prouinciali.ff.de operis noui nunciatio. Nõ obst. glos.in dicto §.penultimo.quia ibi loquitur,quando sunt de eodem populo: licet essent de alia contrata, vel alia vicinia.

Augusti. Tu in hac materia adde,quòd illa sunt omnia iudicia publica, quæ sunt numerata,institu.de public.iudic.per totum. & in l.j.ff. de public.iudic. Et ideo cùm legislator voluit numerare quæ dicantur publica iudicia,manifestè denotat,quod illa nõ sunt enumerata, erunt priuata.argumen.eorum quæ habentur in l.cum ita.ff.de conditio.& demonstr. & l.quod Labeo.ff.de competen,& l.maritus. C. de procura.& dixit Bald.post Bar.in l.si quis in hoc genus.C.de piscо.& cleri.quod omnis iniuria,quæ fit ecclesiæ, vel clericis,dicitur crimen publicum: & omnia ista dicta domi. Ange. fuerunt Bald.in rubric.C.qui accusa. in j.colum. & vide Bal.in l.reos.C.de accusa.in vj.col.quod si quis blasphemat Deum, hoc est crimen publicum.& idem si crimen committatur in sacerdotes. dicta l. si quis in hoc genus. Idem,si crimẽ cõmittitur in Deum terrenum, id est Cæsarem,vel his qui sunt ad latus eius. Et ideo crimen cõmissum in aliquẽ ex prioribus,vel officialem publicũ.est crimẽ publicũ.l.Spadonẽ.§.si cũ iter.ff.de exc.tu.Et dicit
35 ibi Bald.in dicta l.reos.vnũ singulare verbũ,†quòd licet crimen commissum contra incertam personam dicatur esse publicum,adeo, quòd cuilibet competat accusatio: tamen nulla lege cauetur, quòd tale crimen criminaliter puniatur:quia regulariter debet constare de persona offensa.l.j.§.item illud.ff.ad Silla.Sed not. quia Bal.ibi noluit,quòd delictum sit factum:sed erat in fieri in potentia fiendi:quia nemini dubiũ facto delicto, constaret de persona:& sic criminaliter puniretur. An autem forẽsis possit accusare in crimine commisso in incertam personam: Adde quæ dixi suprà, in præcedenti colum. Adde tamen hoc procedere de iure ciuili:sed de iure canonico, omne crimen est publicum. Ita dicit Ioan. fabri. institu. de pœna temere liti.in §.finali.in glos.& multa allegat.& ita dicit Bal.in rubrica.C.qui accusa. in vj.col.allegat vj. q.j.in c.infames.in glos.quæ hoc dicit. & infrà dicam, in hac eadem glos. in illa q. quæ incipit, [quid autem si ex aliquo delicto debet lingua amputari.]

Hiero. Circa principalem q. addatis pro eius intelligentia,quòd publicum crimen potest intelligi tribus modis:latissimè, latè,& strictè. quod declara,& prosequere, vt latè per Barto.in l.j.ff. de public. iudi.col.ij.versi. pro eius decla.quem sequuntur Ioan.de platea,& Ang.de aret.in §.j.in fine.institu.de publi.iudi. Præpos.in summa.ij.q.vij.col.vj.in fi.cum sequen. Item adde, quòd publica, alia ordinaria, alia extraordinaria. de quo Spec.tit.de accusatione.§.ij.in princip.de quo vide etiam Vitali.in tracta.malefic. in rub.de publi.iudi. & in rubri. de priuatis delictis.

6 *Accusare de crimine publico quæ personæ prohibeantur.*
17 *Mulier accusans debet se subscribere ad pœnam talionis.*

18 *Mulier in quibus casibus accusare potest.*

16 **Ange.** Et licet in supradictis criminibus quilibet admittatur ad accusandum regulariter:†fallit in aliquibus personis,quæ prohibẽtur de crimine publico accusare,ita dicit Bald.in rubrica.C. qui accusare non pos.Primò ergo prohibetur accusare mulier. & est ratio fragilitatis sexus.l.de crimine.C.qui accusa. non pos.nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam.l.ij.ff.de accusa. & isto casu præfertur in accusando omnibus accusare volentibus, qui non prosequuntur suam vel suorum iniuriam:vt est casus in l. vxor. C.qui accusa.non pos. & ibi Salic.Si autem masculus & fœmina prosequuntur suorũ iniuriam,& etiam masculus sit in vlteriori gradu,præfertur masculus.l.iij.ff.de lib.causa.& quia masculus admittitur ad accusandum de iure communi, fœmina de iure speciali.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili. Ita dicit Salicе.in dicta l.vxor. Si verò fœmina prosequatur suorum iniuriam,& masculus:& simul veniant ad accusandum,præfertur fœmina.facit l.j.§.socrũ. ff. de posthu. ita dicit Sali.in dicta l.vxor. Quando autem nec masculus nec fœmina prosequitur suam, vel suorum iniuriam: & in casum in quo mulier posset admitti iuxta not. in l. qui de crimine.& quod ibi Salice.Tune si masculus aliàs est habilis,præfertur.Si verò est inhabilis:tunc locus erit gratificationi.l.iij.§.si mulier. ff. de lib.homi.exhiben. Ita
17 dicit Sali.in dicta l.si vxor. †Sed aduertas, quando tũc admittitur mulier ad accusandum, debet se subscribere ad pœnam talionis,aliàs non admitteretur. l. de crimine. C.qui accusa.non pos.quod fallit etiam in casibus notatis per glos.& Bar.in l.ij.ff.de accusa.vbi mulier admittitur ad accusandum:licet nec suam, nec suorum iniuriam prosequatur.& per glos.in dicta l.de crimine. & ibi Bal. & Angel.ibi,addunt ad glos.tres alios casus:videlicet,in crimine hæresis.l.manicheos.C.de hære. & c. vergentis. extrà eod.titu. Item in crimine sacrilegij, l. si quis in hoc genus.C.de episco.& cleri. & ij.q.j.in primis. Item in crimine simonię:vt l.si quẽquam.C. de epis.& cle. Itẽ, quando pastor ecclesiæ dilapidat bona ecclesiæ:vt extrà de simonia.c.licet hely.quos casus etiam enumerat Specula.in tit.de accusa.in fi.& Salic.in dicta l. de crimine.in quibus casibus non tantum fœmina,sed quilibet admittitur, excepto inimico capitali: vt in c.per tuas. & in c.licet hely.extrà de simo.

18 **Augusti.** †Tu autem in hac materia adde,quòd Gandi.in tract.maleficiorum, sub rubrica,qui accusa.non pos.ibi in prin.ponit aliquos casus, in quibus fœmina potest accusare,& ibi dicit, quòd licet in crimine falsi possit accusare fœmina:hoc verum in crimine falsi,vbi falsitas circa testamentum est cõmissa. in alia falsitate,non:per tex.in l.& si per te.C.de fal.& vide Spe. in titu.de accusatore. in prima parte. in §.viso.in verbo. item quòd est mulier.qui enumerat nouem fallẽtias, vbi mulier potest esse in iudicio criminali accusando. Et de materia vide tex.& gl.xv.q.iij.c.de crimine. & c.ex eo.& c.non est permissum mulieri. & c.de certis causis. & cap. vxor.& tex.gl.& Arch.ibi,enumerantem aliquos casus. ij.q.j.c.prohibentur.§.mulierem.& Specu.& Archi.enumerãt illos casus in hęresi,in simonia, & in aliis &c.quos enumerat Ang.in l.ij.ff.de accu. Nec est verum,q̃ Ang. enumerauit illos casus in d.l. de crimine. & in d.l.vxor. quia ibi nihil dixit.Et in hoc reprehendo do.Ang. hic,& ibi.dicit Ange.in d.l.ij.q̃ licet de crimine prælati dilapidãtis bona ecclesiæ mulier possit accusare:vt voluit Spe. in dicto ver.§.viso.hoc debet limitari,quando ille prælatus est superior suus.Nam interest eius tunc bona nõ dilapidari. Adde q̃ inquantum suprà dictum est,q̃ fœmina tenetur se subscribere ad pœnam talionis : hoc verum est de iure ciuili. Sed secus est de iure canonico. Ita voluit Io.fa.insti,de susp.tut.§.consequens.& allegat Hostiẽ.in sum.de accu.§.quis possit.Et de hoc vide gl. in terminis. xv.q.iij.c.de crimine. & ij.q.j.§.mulierem.

Hiero.

Hiero. In hac materia,inquantum Augusti.dicit, quòd de iure cano.mulier in casibus in quibus admittitur ad accusandũ,non tenetur se subscribere. Adde quòd istam opi.tenet gl.in summa.ij.q.vij.& gl.in c.super his.de accusatio.& hæc opinio communiter tenetur à canonistis.cum qua concor.Guid.de suza.& Albe. in.l.de crimine.C.qui accusare non possunt. Item,inquãtum ponunt hic Ang.& Augusti.casus in quibus mulier admittitur ad accusandum. Adde q̃ per Barba.in.c.communia.de offi.deleg.col.v.ver.ego adduco &c.approbat dictum Bal.in.l.j.co.xij.ver.sed an cõmater &c.vbi vult, quòd commater possit accusare occisorẽ compatris sui. his fundamentis quibus & Bal. Item circa istos casus, quos hîc in fine enumerat Ang.vide Vitalinum idem tenentem in rub.de priuatis delictis.Præpo.in.c.prohibentur.ij.q.j.

19 *Accusatus etiam de crimine publico, prohibetur accusare suum accusatorẽ.*

19 **Ange.** †Secundò, prohibetur accusare,etiam de publico crimine,accusatus suum accusatorẽ. l.neganda.C.qui accus.non pos.& credo quòd ista sit ratio quã assignat iurisconsultus in.l.is qui reus.ff.de publ. iudicijs.videlicet,quòd non relatione criminis,sed innocentia reus debet purgari.Ita vult Cy.in dicta.l.negãda. Nam ante nomen receptum rei inter reos,potest etiam suum accusatorem accusare.Sed post suum nomen receptum inter reos,non:vt habetur in dicta.l.is qui reus.& in dicta.l.neganda.& est ratio,quia quãdo fit ante nomẽ rei receptum inter reos,videtur iniuria habita ex accusatione de eo facta propulsari incontinenti,quod licet.l.vt vim.ff.de iusti.& iure. Sed quando vellet accusare post nomen suum receptum,videtur magis facere ad vindictam,& sic non licet.vt not.in.d.l.vt vim.

Augusti. Sed aduerte, quòd iste est maximus passus,an accusatus possit accusare suum accusatorem,& quando dic vt infra dicam in istamet gl. post.d.Ange.vbi in terminis examinabitur ista.q.

Hiero. Tu in hac.q.vide quę infra dicam,in ver. quæro an accusatus.nume.63.

20 *Accusare non permittitur quis nomine alieno.*

20 a **Ange.** †Tertiò, non admittitur ad accusandum qui facit,siue accusat alieno[a] nomine.l.ij.C. qui accu.non pos.& per consequens procurator,tutor,& actor administratorio nomine,accusare non possunt, vt ibi.& idem in syndico vniuersitatis,syndicario nomine: vt dicit ibi Salic.in versi.extra glo.quæro. Quando ergo volunt admitti,debent accusare proprio nomine,ad vtilitatem tamen sui domini,& principalis:vt ibi dicunt doc. & Bar.in.l.ij.ff.de accu.in.§.j.vbi Bar.dixit,quòd cautela est,quòd tutor dicat,talis tutor accusat:quia si repetit, tutorio nomine,satis est.l.si post mortem.in prin.ff.quando ex fa.tuto.Si proprio nomine debet accusare,intelligitur vt debet,sed ista cautela nõ placet:quia eó ipso quòd dicit,talis tutor,& sic facit mentionem de officio:videtur facere in dubio,tutorio nomine:vt est casus no.in.l.fin.ff. de instito.& allegat rationem ex parte rei,ne iudicia sint elusoria:quia si procurator,vel defensor succũberet,reus aufugeret. Item ex parte actoris:quia ipse debet subire pœnam talionis,& detineri carceratus,quod nõ possent esse. Item,quia diligentius facit causam suam per se, quàm per alium.de quo per Bar.& Imo.in.l.pe.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.

A DNOTATIO a ¶Nomine alieno. Adde tu quando quis possit accusare nomine alieno,& vide Ant.de prato vete.in d.cõsil.pe.supra allegato,in consilijs Barba.

Augusti. Tu autem in hac materia adde,q̃ ista conclusio videtur falsa.quòd tutor non possit accusare nomine pupilli,est text.in.l.polla. C.de his qui.vt indignis.Sed Bal.ibi videtur transire cum opi. Bart.tenentis quòd poterit accusare,sed suo nomine,ad vtilitatem tamẽ pupilli.& ita voluit Io.an.in.c.dilectus. extrà de simo.& Imo.& Ange.in.l.pe.§.ad crimen.ff. de publi.iudi.Vide tamen Gandi.in tractatu maleficiorum, in rubrica,quis possit accusare,& quis non.in versi.item accusare vetantur tutores.qui idem tenuit.Limita tamẽ hoc non procedere in personis illustribus,qui per procuratorem poterunt accusare nomine proprio,per.l.fi.C.de iniurijs.Et ibi subdit Gandi.hoc procedere,quando imponeretur pœna à relegatione supra:secus à relegatione infra:quia non habebit locum dispositio legis.ij.C.de accus.quia procurator etiam nomine alieno,poterit accusare,per ea quæ habentur in.d.§.ad crimen.& tene menti Io.and.in.c.dilectus.de simo.qui dicit,quòd cõmunis est sententia legistarum,quòd syndicus vniuersitatis nõ poterit accusare syndicario nomine,sed opus est quòd suo nomine accuset,ad vtilitatẽ tamen vniuersitatis. De qua tamen materia,vide dicta Bar.in.d.l.ij.§.j.in fi.ff.de accu. & Bal.& Ang.in.d.l.ij.C.qui accusare.vbi Ange.no.loquitur.& Ang.& Imo.in.d.l.pe.§.ad crimen.ff.de publi. iudi.ibi.vij.fallit in causa vniuersitatis. & vide Gandi. sub eadem rubri.in versi.Sed hîc quæro,nunquid vniuersitas quæ.tenet ipse,quòd syndicus vniuersitatis,proprio nomine vniuersitatis poterit accusare.

Hiero. Inquantum Augusti.dicit referendo Io. And.in.c.dilectus.de simo.extrà,quòd vniuersitas non potest per syndicum accusare syndicario nomine,sed proprio,ad vtilitatẽ vniuersitatis.Adde quòd hæc est communis senten.legistarum.Adde q̃ hanc etiã dicunt communem Henricus boyc,& Pet.de anch.in.d.c.dilectus.de quo.quia melius quàm alibi discussit.q.ista d.Vianensis de pasci.pauperis,vbi per plura fundat communem opi.ad eum me remitto,in.q.sua ordinaria nu.67. incipi.vniuersitas Bazani.à quo quamplurima fundamẽta habuit Sali.in.d.l.ij.C.qui accusa.non pos.& aduerte, quia quamplures doc.dicunt simpliciter,quòd vniuersitas potest accusare per syndicum.& ita dicit Ange.in.l. pe.§.ad crimen.hîc allega.& Bonifacius vitelinus,in tracta.malefi.in rub.de procu.col.iij.versi.sed nunquid.quia debes intelligere secundùm prędictam communem opi. Et an,& quando vniuersitas possit accusari & puniri:vide latè doc.in.d.c.dilectus.vbi Henri.facit vnam lõgam dis.& circa accusantes nomine alieno:vt tut.cura.&c.vide Vital.in.d.trac.rub.de his qui accu.non pos.

21 *Accusare non permittitur,qui expressè uel tacitè renunciauit accusationi.*

21 b **Ange.** †Quartò principaliter non admittitur ad accusandum qui renunciat[b] expressè,vel tacitè accusationi.l. accusationem.C.qui accu.non pos.l.si ea.eo.titu.Et est ratio, propter varietatem & inconstantiam eius euitandam:vt.l.in causæ.in prin.ff.de procura. De hoc tamen an possit renunciari:& an valeat renunciatio:not.Bart.in.l.maritus.§.si negauerit.ff.de adul.die vt ibi infra dicetur,ex quibus verbis inducatur repudiatio vel non:no.Salic.in.d.l.si ea.

b ¶ Renunciat expressè.Adde tu circa hoc .& vide Barba.in consilio.lxij.

Augusti. Tu autem in hac materia adde,quòd vera est ista conclusio,quòd ille qui renũciauit accusationi,non potest postea accusare. Limita hoc verum vbi accusatio fuit proposita,& postea secuta est renunciatio.Sed vbi nunquam fuit proposita accusatio,licèt quis millies renunciaret accusationi.Tamẽ postea poterit accusare.tex.est,& ibi Bar.in.l.iij.§.si his.ff.de sepul.vio.

Hiero. In hac.q.reperio quandam notabilem distinctionem Petri de bella perti.Cy.& Alberic.de rosa. in dicta.l. accusationem. & Henrici boye eam approbantem in.c.crimina. de collu.detegen. quòd aut quis admittitur ad accusandum vna consideratione, vel vno iure tantum:vt quia vnus de populo,& sic ratione pub.interesse tantum,& tunc si desistit,seu renũciat,non potest amplius accusare.& sic intelligitur.l.accusationem.hic alleg.aut admittitur duplici iure : vtputa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione iniuriæ sibi, vel suis illatæ, & tanq̃ vnus de populo: & tũc, aut renũciat accusationi vtroq; iure, & tũc neutro iure amplius admitteretur: vt in d.l. accusationem. & in l. si maritus. §. si negauerit. de adulte. ff. aut renunciat vno respectu tantũ: & tũc alio respectu admittetur, & sic intelligatur tex. in l. iij. §. si is. ff. sepul. vio. & hoc probat à simili. ff. de succes. edi. l. j. §. quibus. & §. sed videndum. in dubio tamen alio non apparente, videt renũciasse vtraq; cõsideratione. ar. l. in plurib. in fin. & l. nec is qui. §. hæres. & l. illud. ff. de acqui. hære. & hoc dicũt esse valde notandum, & cũ hac dist. dicit ibi Sali quòd multi pertranseũt, licet ipse velit ibi eam impugnare, quam tamẽ dicit in se continere veritatẽ. Item reperio, quòd Ang. in d.l. accusationẽ. refert Bar. dixisse, quòd in casibus in quibus licitum est transigere decetero renũcians non auditur, aliàs admittitur per l. transigere. C. de trãsac. vbi verò nõ licet, tunc si renũciat ante accusationẽ propositã, & ab alio est præuentus, similiter non admittitur, per text. in d.l. iij. §. si is cuius. de sep. vio. secus si nõ sit præuentus, vt ibidẽ: q̃ fallit in crimine adulterij: vt in d. §. si negauerit. & in l. miles. §. socer. eo. titu. quòd intelligit, ibi Ang. quãdo simpliciter renũciauit, per dis. Pet. secus si negasset se accusaturum ex vno capite: quia ex altero admitteretur, per supra dictã distinctionẽ, & per d. §. sexaginta, & quòd dictũ est. quòd fallit in adulterio, intelligit Ange. in vno casu tantum, quãdo scilicet quis negat se de adulterio accusaturum agit ciuiliter solùm ad finẽ, vt adultera perdat dotẽ. nam tunc eius odio quia nõ erubuit præponere cõmodum pecuniariũ vindictæ domus suæ, introductũ est, vt postquã se de adulterio negauit, quòd non audiatur: & maximè cùm primò protestatus fuerat, quòd volebat de adulterio accusare: vt probatur in dicto. §. socer, Si verò renunciat post accusationẽ propositã, nõ admittetur amplius ad accusandum: & hoc propter suspicionẽ & infamiam quã incurrit desistendo, per. l. qui desistit. ff. ad turpil. & per d.l. accusatio. quæ ita intelligitur, secũdũ Ang. & Bar. sed hoc intellige, quando propria auto. desistit: secus tamen si abolitione impetrata: quia tunc poterit repetere accusationes intra. xxx. dies secundũ Ang. vbi, §. per l. libellorũ. §. fi. ff. de accu. & cũ opi. Bar. trãsit Alex. in l. iuris gentiũ. §. si paciscar. ff. de pactis. & in d.l. trãsigere. C. de transac. Albe. tamen de rosa. in dicta l. trãsigere. ij. col. format. q. an transiens admittatur ad accusandũ de crimine non obstante transac. & refert tres opin. Primam Gui. & Odo. tenentes, quòd nõ. Alteram Iac. de are. Oldr. Cy. & cõmuniter Moder. tenentiũ q̃ sic, sequẽdo opi. Io. appro batam à gl. in l. iurisgentiũ. §. si paciscar. ff. de pactis. quæ se fundat per. d. §. si is cuius hoc tamẽ intelligentes, quãdo ante inchoatã accusationẽ fuit facta transactio; & in quolibet crimine pub. sanguinolento vel non: & hoc ne melioris cõditionis sit magis delinquẽs quàm minus, cõtra. l. diuus. de offi. præsi. ff. & l. præsbyteri. de episc. & cle. C. quòd esset si, vbi pœna sanguinis nõ ingeritur, ibi admitteretur: & vbi pœna sanguinis ingeritur, nõ admitteretur. Tertia opinio est quor ũdã, quã sequitur ipse Alberi. concor. opi. quòd aut transactio nõ tenet: quia contra formam. l. transigere. & quòd tunc transigens posit contrauenire, cùm transactio facta fuerit contra legem; aut transactio tenuit: quia facta, secundùm formam dictæ legis: & tunc transigens pro suo priuato cõmodo, non posit contrauenire (& quòd ita procedat opin. Gui. & Odo. pro vindicta tamen publica, posit sicut quilibet de populo. & ita procedat opi. Iac. de are. & sequaciũ. Et si ex prædictis poteris colligere quàm magna sit cõfusio circa veritatẽ huius. q. quid ergo dicendũ? Mihi autẽ videtur concordando opi. hic posse distingui, q̃ aut sumus in casibus in quibus licita est transactio, aut non. Primo casu subdistingue: aut renunciatio fuit facta ante accusationẽ propositam, & tunc opi. Barto. Ang. & Alex. habes. in d. l. transigere. in primo membro: intelligendo eã, secundũ dis. Pe. & sequaciũ: aut post propositã accusationẽ: & tũc renuncians repellatur, propter suspicionẽ & infamiã quã incurrit desistendo, per. l. accusationẽ. & per. l. qui desistit. ff. ad turpil. Secundo casu prin. distingue vt supra, secundum Bar. Ange. & Alex. de quo vide Abba & Moder. in c. veniens. de accus. extrà. Et ex his colligitur male dixisse, hic Augusti. quod vbi nunquã fuit proposita accusatio, licet quis millies renunciasset accusationi, quòd poterit postea accusare, per tex. & ibi Bart. in d. §. si is cuius quia debet intelligi, vt supra dictũ est. Sed quæro, an de iure cano. detur potẽtia pœnitendi postquã quis accusationi renũciauit? Ang. mouet. q. in d.l. accusationẽ, sed non decidit. remittit se ad Ioan. andr. c. ij. de collu. detegen. vbi videatis docto.

22 *Accusare fratrem suum frater non potest.*

22 **Ange.** †Quintò, repellitur frater fratrem accusare. l. si magnum. C. qui accusa. non pos. Ratio est, propter coniunctionem sanguinis, quæ est immutabilis. l. ius sanguinis. ff. de reg. iuris. quòd etiã pacto, & voluntate partium tolli non potest: vt l. ius agnationis. ff. de pact. quòd est verum in magnis delictis. Sed in leuibus, permittitur accus. vt in l. sororẽ. C. qui accusa. non poss. Et hoc idem erit in fratre naturali tantùm: vt not. Salice. in dicta l. si magnum.

Augusti. Tu autẽ in hac materia adde quod dixit Gandi. in tractatu maleficiorum, sub rubrica, quis possit accusare vel nõ in ver. item frater nõ auditur. Qui limitat prædicta, quòd verũ est, quòd frater
a non admittitur in capitali crimine accusare fratrem [a] nisi prosequatur suam vel suorum iniuriam: quia tunc admittitur, sicut dicitur de matre. in l. propter. & in l. si sororẽ. C. qui accu. non poss. & ad hoc idem allego Spec. in tit. de acc usatore. §. j. in versi. itẽ quòd est frater.

ADNOTATIO, a ¶Fratrẽ. Adde tu nec soror fratrẽ: quia appellatione fratris, venit soror. ita Fulgo. in suo consi. cvij. & de fratre naturali. adde & vide Petr. de ancha. in consil. lxxxvij. vbi quod sta tutum, quòd inter fratres fiat compromissum, comprehẽdit fratrem naturalem: quia est eadem ratio. Ber.

Hiero. Cum istis concor. Vitalinus in tract. malefi. in rubr. de his qui accusare non possunt. Ange. & Alber. in d.l. si magnũ. vbi Sali. extendit ad fratrem naturalẽ tantùm: quia dicta lege magis respicit naturalitatem. arg. l. ponentes. ff. de in ius vocan. & lege tutelas. de capi. domi.

23 *Accusare non potest ille qui est infamis.*

23 **Ange.** †Sextò, ab accusatiõe repelli tur infamis: [b] vt. C. qui accu. non pos. l. qui criminis. Ratio
b est propter præsumptam calumniam: quia qui semel malus &c. l. Cassius. ff. de senato. Vel est ratio, secundũ. Cy. ibi: quia si ille qui accusat non probaret, perdit æstimationem & famã. l. fi. C. de accus. Sed ille qui est infamis, iam amisit. l. cognitionum. §. j. ff. de variis & extraor. crimi. l. ij. C. vt intra certum tempus. In certis tamen casibus admittitur. l. famosi. ff. ad leg. iul. maie. quòd intelligitur, secundùm gloss. in l. qui iudicio. ff. de accus. Et dicetur infra in glo. super verbo, [Tu hai tradito la tua patria.] & in ver. [quis possit accusare de hoc crimine.] & intellige in infame infamia iuris, & non facti tantùm. l. qui accusare. in prin. ff. de accu. vbi Barto. & l. infamem. & ibi Bartol. ff. de publi. iudi. & Sali. & doc. in lege criminis. C. qui accu. non pos. & Ange. & Imol. in l. is qui reus. ff. de publi. iud.

b ¶Infamis. adde tu & vide circa hoc. d. Alexã. in consil. xj. & quid possit facere iudex vigore lati arbitrij. vide Pet. de anch. in consil. cxlvj. Ro. consi. ccxlvij. & Alex. cõsi. xlj. v. vol. & vide Ant. de prato veteri in cõsi. supra sepius allegato: qui dicit, quòd est arbitrarium iudici an velit admittere infamem infamia facti ad accusandum. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quæ dixit Specul. in tit. de accu. in iij. parte. §. tertio videndũ est. in ver. infamis aũt & criminosus. q̃ dixit, q̃ isti infames, secũdm canones, repellunt ab oĩ accusatiõe.

ij. q. vij. c. quærendũ. & c. si qui sunt. & vide in c. infames. vj. q. j. & eadẽ causa. & qõ. c. cui crimen. & ij. q. j. c. in primis. versus finẽ. Sed latius de materia vide per Specul. in titu. de accu. in j. parte. §. j. versi. itẽ qui est infamis. qui ponit de his qui infames ipso iure vel per sententiã, vel infamia facti: an repellantur ab accusatione: & ibi dixit Spe. quòd nõ reperitur in iure, quòd infames infamia facti repellantur ab accusando. Arguit tamen postea cõtrarium & ibi ponit multas fallentias: vbi infamis poterit accusari. & ibi vide an infamis possit infamẽ accusare. & de materia per Bal. C. qui accu. in rubri. q̃ omnino adde dictũ do. Abba. in c. j. extrà de accu. qui aliqua noua adduxit, an infamis infamia facti repellatur ab accusando. & dicit Bal. in l. neminẽ. C. de incest. nup. quòd ille qui habet vnam vxorem, & vnã cõcubinã, est infamis ipso facto, & non admittitur ad accusandum de pub. iudicio, seu crimine. Idẽ, qui habet duas cõcubinas, quia infamis est: vt voluit glo. secundũ eum, in authẽ. qui. mo. na. effi. legi. §. fin. quod no. tu scholaris, qui aliquando habes tres in domo. Limita tamen prædicta & tempera, nisi iudex haberet arbitrium procedendi de iure, & de facto: quia tunc infamis, vel aliàs criminosus, vel non legitimus accusator admitteretur: per ea quæ dixit Bald. in l. vbi pactum. C. de transac. per illam gloss. ibi in vlti. col. in fi.

46 †Quid autem si ex aliquo delicto debet lingua amputari,vel aliud membrum mutilari? Respondet Bal. in rubrica.C.de iure fis.lib.x.quòd si delictum punitur de iure communi tali pœna per legem antiquam.xij.tabularũ distinguitur:Aut punitur per.l.publicorum iudiciorum, & est publicum:aut per aliam legem, & est priuatum: vt d.l.j.ff.de pub.iud.aut punitur per legem nouam imperatoris & statutariam: Tunc aut delictũ ob quod venit imponenda pœna, fuit commissum in rem examinabilem, puta in facultates tuas:quia ratione eius delicti multum expendisti,tunc accusatio non est publica:sed tantũ competit ius accusandi cuius interest:vt.C. de dela. l.omnes. in fi.lib.x.& not.in.l.fina.ff.de priuatis delic. & de popu. actio.in rubri.aut committitur in rem inestimabilem , vt in corpus liberum : vel in rem publicam, tunc accusatio est publica:& tunc maius delictum est.Ita inquit Bal. in d.rub. C. de iure fisci.& ita intelligit, de pace tenenda & eius vio.in.§.si quis alium.quia hodie propter cognationem quandam quæ est inter homines, commissum in ali quod corpus,ab omnibus potest vendicare:vt.l.j. ff.de libe. homi. exhiben. ex quo ibi Bald.dicit,quòd si statuto dicitur, quòd qui vineam inciderit alterius, amputetur manus eius, quòd non erit accusatio publica. Sinautem dicat,quòd si notarius fecerit falsum instrumentum, amputetur sibi manus,quòd cuilibet cõperit accusatio,quia deliquit in officio quod est publicum:& accusatio erit publica omnibus illius prouinciæ,siue territorij,& nõ alijs: quia quantũ ad alios,illa statuta,vel consuetudines, sunt priuati iuris.Ex quo etiam infert,quòd licet in statuto sit pœna mortis pro furto:tamen non est publicum crimen, nec omnibus competit accusatio:quia ad priuatam vtilitatem datur:& expressè dicitur,quòd est priuatũ crimen: vt.l.fi.ff.de priua.delic.

47 **Augu.** Tu autem in hac materia adde, quòd oĩa ista de iure ciuili possunt procedere.†Sed de iure canonico,omne crimen censetur esse publicum. Ita dixit Inno.in.c.ij.extrà de collusio.detegen.Sed aduerte, quia Inn.loquitur ibi per verbum,fortè.Nam dicit, fortè omne crimen est publicum de iure canonico. Sed addatis,quòd non debebat dubitare de hoc Inn.quia de iure canonico,de hoc est glo. in terminis,quæ hoc affirmat sine verbo.fortè.vj.q.j.c.infames.quam Bal. primò reuelauit legistis.& eam sequitur in rub.C.qui accu.non pos. in.v.col.Sed ego vltra Bald.allego aliam glos. quam ipse ignorauit,quæ hoc voluit.ij.q.iij.c.præuaricator. in glos. magna.& sic de iure canonico, non habet locum titulus de priuatis delic.Et idem dixit Ioan.Fabri.insti.de pœte me.litig.in.§.fi.super gl.Miror tamen,quòd Spec.in titu. de accusa.in.iij.parte in.§.ij.ver.j.hoc non dixerit.imò dixit,quòd crimina aliqua sunt publica, aliqua sunt priuata:nisi dicamus per iura quæ ipse allegat, quod ipse loquitur de iure ciuili.

48 *Appellatione suorum quæ personæ comprehendantur.*

48 **Ange.** †Subsequenter queritur:quia supra visum est,quòd hæ personæ prohibitæ possunt prosequi suam vel suorum iniuriam. Modo quæritur, quid continetur appellatione suorum?& gl.in.l.leganda. in si. glo.j.C.qui accu.non pos.dicit,quòd ista verba non sunt latè interpretanda. Alibi gl.videtur velle, quòd si vni de

a cognatione fiat iniuria,toti familiæ[a] dicitur facta:vt not. in.l.lex cornelia.in prin.ff.de iniu.Facit quod not. Cy. in l.raptores.C.de epis.& cle.Alibi dicit gl.quòd sui consyderantur ratione affectionis.Ita dicit gl. in.l.vt vim. ff.de iusti.& iure.alibi tex.limitat vsq; ad quartum gradum:vt l.petitionem.§.egrediente.C.de aduocatis diuerso.iudic. Sed Bar.in.l.ij.ff.de accu.in fi. prin. dicit secundũ Innoc. in.c.nonnulli.extrà de rescrip. quòd coniunctæ personæ per consequens sui dicuntur,vsq; ad illum gradũ, in quo possunt succedere.& ita intelligitur tex.in.l.sed & hæ. ff. de procu.pro quo bene facit tex.in auc.in successione.& quod ibi notatur.C.de suis & legiti.& glos. in.l.si fœmi-

b na.C.ad turpil.dicit,quòd suorum[b] appellatione,dicũtur omnes illi pro quibus quis inuitus testimonium ferre nõ cogitur,qui sunt vsq; ad septimum gradum. Et istam gl. tenet Bal.in.l.j.C.qui accusare non possunt.Et credo istã glo.veram pro qua est casus in.l.ij.in princi. ff.de accusa. coniuncta ibi gl.& cõiuncta.l.lege iulia.ff. de testi. Nam pro socero & nouerca,quis non cogitur testimonium dicere:vt.d.l.lege iulia.ergo pro eis licita est accusatio publica dicta.l.ij.ff.de accusa.& dicitur prosequi iniuriã suorum,vt ibi.sed clarum est,quòd eis nõ succeditur:vt not. in.l.j.C.vnde vir & vxor.facit.l.iij.ff.de inoffi. testamen. ergo in ista materia accusationis, coniuncta persona non dicitur per modum successionis:nec etiam quòd ad hoc vt possit agi sine mandato.Quinimò omnis ille dicitur coniuncta persona,pro qua quis inuitus nõ cogitur testimo-

c

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium ferre. De quibus personis habetur in. d. l. lege iul. & in l. fi. cum. l. j. §. sequenti. ff. de postu. & ita not. in. l. sed & hæ. in prin. ff. de procu. & de materia allegat etiã Spec. in tit. qualiter in accusatione procedatur. §. iij. videndum est in prin. §. ex quibus. Bar. in. d. l. ij. ff. de accu. dicit, quòd sicut fœmina non admittitur ad accusandum de morte soceri, ita non admittitur de morte viri: quia dicitur prosequi suorum iniuriam dicta. l. lege iulia, coniuncta dicta. l. ij. ff. de accusa.

ADNOTATIO. a ¶Toti familiæ. Adde vt per Ale. de imo. in consi. xcix. in. j. volu. & in consi. cxij. in. ij. volu. Ber.

b ¶Suorum appellatione. Adde quòd do. de Ro. in deci. ccccl x. in ti. de renun. dicunt, quòd suorum appellatione, veniunt nedum parẽtes & consanguinei, sed etiam domesticæ personæ, & ibi, quòd renunciatio facta de beneficio propter liberationem domesticæ personæ à carcere: non valet, & dicitur meticulosa. & qui veniant suorum appellatione, vide latè per Barb. in repe. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & per do. meum Soci. in repet. l. cum auus. ff. de conditio. & demon.

Augusti. Bart. in. l. lex cornelia. ff. de iniur. & quæ dicantur coniunctæ personæ, vide tex. in. l. j. §. fi. ff. de postu. & ibi Bal. qui dicit, quòd diuersis modis accipitur in iure, quæ dicatur coniuncta: & ibi vide ipsum Bald. allegantem bonas decisiones Spec. & Cy. & illũ text. ponderauit Bar. in. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postu. & vide Bal. in. l. sed & hę. ff. de procu. & pondera quòd in hac materia Bar. in. d. l. ij. ff. de accu. videtur sibi contrarius. & vide nouissimos in. c. nonnulli. extrà de rescri. & vide Bal. in. c. postremo. extrà de appel. & in repetitione. c. si pater. de testa. lib. vj. Quid contineatur appellatione suorum.

Et aduerte, quia iste passus dubius est. Nam in eo docto. vario modo loquuti sunt, & ideo in indiuiduo in proposito nostro do. Anto. de but. post Io. and. in. c. decętero. extrà de testibus. quærit qui contineantur appellatione suorum, ad hoc vt cognoscamus quando quis potest prosequi suorum iniuriam. & breuiter ibi refert Ioã. and. posuisse istam quæstionem ibi: qui dixit, quòd sui, sunt qui pro eo testificari non possunt. per. d. l. pe. C. ad turpilia. & ibi glos. refert Azo. habuisse aliam opi. Item Gofre. habuit aliam opi. Io. and. in addi. Specu. habuit aliam. dic vt ibi in. d. c. decętero. per do. & latè de hac materia loquitur Sali. in. d. l. pen. C. ad turpil. vbi refert multas opi. & dicit Ang. ibi, quòd ibi est glo. melior de iure quid cõtineatur appellatione suorum.

Hiero. Inquantum Ang. dicit, quòd appellatione suorum dicuntur illi pro quibus quis inuitus testimonium ferre nõ cogitur, qui sunt vsq; ad. vij. gradum. addatis Henri. boyc, idem tenentem in. c. decæterо. extrà de testib. in. ij. dist. in medio. vbi Fely. in fin. colũ. post alios latè cumulat hanc materiam. & per do. de Rota, decisio. ccix. sub ti. quod metus causa. in antiquis. Alec. consi. xxxiiij. vol. iij. Item an appella. suorum, veniant magni amici. Barb. in. c. coram de offi. deleg. colũ. vj. post prin. tenet quòd sic, per glo. in. l. ij. C. in quibus causis coJo. lib. xj. pro qua allegat. l. alumnam. C. de lega. iuncta gl. in. l. in testamento. ff. de fideic. liber. & per alia multa probantia, quòd amici magni censentur coniuncti. de quo latè vltra eum per Hippo. in repe. rub. ff. de fideiuss. col. lv. in prin. & per Ias. vbi etiam dicit, amicus singu. venit appel. suorum, in. l. titia. ff. de verb. oblig. col. ij. & in. l. exigendi. de procu. C. & in. l. quæ dotis. ff. sol. mat. & in. l. si fratres. ff. de lega. j. in. j. col.

49 *Filia naturalis potest accusare mortem patris naturalis.*
50 *Filius spurius quando possit accusare mortem patris, & quando non.*

49 **Ange.** †Quæsiuit etiam Bar. in. l. ij. ff. de accu. An filia naturalis possit accusare mortem patris naturalis? & determinat quòd sic: siue sit pater naturalis tantùm: vt. l. iij. ff. de liber. cau. siue sit spuria: quia isti admittuntur tanquam idoneiores. arg. l. ij. §. fina. ff. de adul. allegat Innoc. in. c. nonnulli. extrà de rescrip. in fi. & idem tenet Bar. in. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. Sed Imol. videtur concludere, quòd naturalis tantùm admittatur, non spuria. & opi. Bart. sequitur ibi Bald. Ange. & Rapha. a Sed in filia naturali potest ꝓcedere, quia de iure digestorum, concubinatus est permissus: vt. l. j. & pen. & ibi Barto. ff. de concubinis. & quia in certo casu & modo succedit patri: vt no. in. l. si qua illustris. C. ad orfi. & dicit dominus Ang. quòd credit quòd in aliis ex dãnato coitu tales non possint accusare. Primò, quia non possunt ostendere patrem: vt. l. vulgò concepti. & ibi no. ff. de stat. homi. Secundò, quia non sunt nominandi filij, nec ille pater: vt in auc. ex complexu. C. de incest. nup. intantum, quòd non sunt alẽdi de iure ciuili: vt ibi. Secus de iure canonico: vt ibi no. Bar. Tertiò, ille dicitur pater & filius, quem nuptiæ demonstrant: vt. l. quia semper. ff. de in ius vocan. institu. de nup. in prin. & in. §. aduersus. Quomodo ergo iste dicitur accusare de morte patris, cùm patrem nominare non debet. Præterea isti non dicuntur de agnatione, nec de cognatiõe, nec de familia, nec de cippo, nec de casata, nec de gente illius quem dicit patrem: vt nota. Ang. & Imo. in. l. ex facto. in. §. si quis rogatus. ff. ad treb. & hoc est verum si sit spuria & nata ex coitu damnato: secus si nõ possit accusari criminaliter: vt. l. quia semper. ff. de in ius voc. & ibi per glo. & prædicta procedunt in fœ
b mina. Sinautem esset masculus naturalis b, nulli dubiũ, quòd admitteretur, vt quilibet de populo: & quando concurrunt plures ad accusandum, ille debet præferri, cuius magis verisimiliter interest, & melius prosequatur accusationem: vt. l. si plures. ff. de accusa. & clarum est, quòd sui, magis interest ratione affectionis, quàm alterius, qui penitus extraneus est, ideo extraneo præfertur. ita dicit Imol. in. d. l. ex facto. in versi. item per prædicta potest inferri. & facit quod not. Bar. & Bal. in. l. si. ff. de verb. sig. & Bar. in. l. tutelam. ff. de cap. di. & Bar. in. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. signi,

ADNOTATIO. a ¶Rapha. idem tenet. Ang. in. l. senatus. C. qui accu. non pos.

b ¶Masculus naturalis. circa hoc adde & vide: vt latius per Fely. in d. c. nonnulli. de reseri. colum. penul. vbi dicit, quòd opi. Bart. semper fuit visa æqua. Pro qua tu allega quòd voluit Bal. in cõsi. cxix. lib. v. vbi spurius poterit vindicare mortem patris, stante statuto, quòd coniuncti & illi de domo possint vindicare mortem defuncti. Et an spurij dicantur de domo vel agnatione. vide Angel. in consilio. xxx. & Nic. de vbal. in tract. successionum abintestato. parte. iij.

Augu. Tu autem in hac materia adde, quòd Bar. in. l. cum scimus. C. de agri. & censi. li. xj. hoc idem affirmauit, quòd spurius admittatur ad accusandũ mortem patris. & idem Ang. affirmauit doctrinam Bart.
50 in. l. vxorem. C. qui accusare. †Adde tamen, quòd Bal. in. l. j. C. qui accusare. in. xvj. colũ. videtur limitare prædicta, vt procedant quando esset spurius natus ex certo cõplexu: quia idem est quod in filio naturali: quia naturalis dolor eos impellit: argumento. l. ij. & . iij. ff. de libera. cau. Secus si ex incerto complexu: vt vulgò concepti: quia respectu patris, eos ius vindictæ non tangit: quia non possunt se probare filios, cum lex fingat eos non habere patrem. l. vulgò. ff. de statu homi. Respectu verò matris, admittentur ad vindicandam mortem matris. Et hęc teneas menti: quia per prædicta opiniones possent reduci ad cõcordiam. Et vide pulchra verba Bald. in. c. naturalis. si de feu. fue. contro. ver. de istis spurijs. & Bald. in. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. & Bal. & Imo. in. l. lucius. §. fina. ff. de lega. ij. & in. l. prima. §. diuus. ff. ad sil. & ibi per Moder. in. l. generaliter. §. cum autem. C. de institut. & substitu. Item consydera, quòd Barto. in hac materia semper allegauit doctrinam Innoc. in. c. nonnulli. extrà de rescriptis. Sed Innocen. ibi non quærit: an spurij admittantur ad accusandum mortem patris: sed an admittantur ad agendum. propterea ibi Innocen. dicit, quòd spurij non sunt coniunctæ personæ, sed naturales sic. Vnde ibi Innocen. est contra Bart. si quis subtiliter respicit verba Inno. Item consyde

consydera inquantum supra dictum est, quòd spurius sal tem poterit accusare tanquam quilibet de populo. Nam quidam Moderni in. c. nonnulli. extrà de rescrip. damnãt istam doctrinam, & multum clamant contra Imol. in. d. l. ex facto. & arguunt hoc modo: actio quę competit alicui tanquam cuilibet de populo, debet intentari per eum qui est integrę opinionis. tex. est in. l. popularis actio. ff. de popu. ac. & in. l. omnis. in verbo, si tibi integrè æstimatio est C. qui accu. non pos. Sed spurij & nati ex damnato coitu sunt infames: vt in auc. ex complexu. C. de incest. nup. per Bar. & Sali. in. l. fi. C. de ver. sig. Cy. in. l. quisquis. ad. l. iul. maie. C. & in. l. parentes. ff. de in ius vocan. Ergo necessariò sequitur, quòd vt extraneus, & vt quilibet de populo accusare non potest. nisi saluando dicamus, vt dixi supra in. xxj. fallentia. qui accusare possunt. allegando Spe. ibi, quòd quoties aliquis vt infamis repellitur ab accusatione, vel ex alio capite, quia mulier: tamen si prosequitur suam vel suorum iniuriam, isto casu admittitur.

Hiero. De hac materia, quia satis habetur in locis hîc per Augu. alleg. amplius non me intromitto. videatis tamen Ang. in. l. senatus. C. qui accusa. non pos. vbi tenet opin. Barto. videlicet, quòd filia naturalis &c.

51 *Idoneior quando admittatur ad accusandum.*
52 *Accusari potest quilibet de delicto, nisi sit priuilegiatus.*
53 *Patri licet non sit permissum accusare magistratum durante officio: tamen licitum erit propria autoritate ius dicere, si inuenit magistratum adulterantem filiam, & ipsum occidere.*

51 **Ange.** †Et ex prædictis apparet, quòd idoneior admittitur ad accusandum. l. si plures. ff. de accu. quod est verum, quãdo principaliter, & non æque interest: quia tunc omnes admittuntur, iuxta. l. j. & ibi Bar. ff. de sepul. vio. Et notandum est id, quod dixit Bart. in. l. post dotem. ff. sol. mat. quòd si accuso Titium de publico crimine, & dico me accusasse de voluntate Titij, præsentis, & volentis: quòd nõ dicor facere procuratorio nomi-
52 ne. dic vt ibi. †Postquam vidimus quæ personæ possint accusare, & de quo crimine, & quid sibi incumbat, ad hoc vt ad accusandum admittatur, procedamus vlterius: & quæramus quæ personæ possunt, vel non possunt accusari: & quilibet potest de delicto accusari, nisi sit priuilegiatus, ita quòd ex priuilegio non possit accusari: vt est
a magistratus a, dum est in magistratu: vel legatus, vel qui semel ritè, vel rectè fuit absolutus de crimine. iuxta nota. in. l. si cui. §. j. ff. de accu. Aduertas tamen, quòd verũ est, quòd magistratus non potest accusari durante officio ad hoc, vt contra eum procedatur in accusatione: vt est tex. in. l. si adulterium cum incestu. §. fi. ff. de adul. ex quo dicit Bar. in. l. hos accusare. ff. de accu. quòd anciani, durãte officio, possunt accusari: solùm ad hoc, vt recipiatur accusatio: & deposito officio ancianatus, super dicta accusatione procedatur.

ADNOTATIO. a ¶Magistratus. Adde Spec. in ti. de accusa. §. j. ver. item quòd est magistratus. & Bal. in. l. nisi. §. fi. ff. de tute. & ratio. dist. vbi, quòd officialis perpetuus potest, durãte officio, per superiorem syndicari. & Ro. in consi. ccccxlv. vbi, quòd officialis de delictis commissis in officio, potest durante officio puniri. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd Gandi. in tractatu suo maleficio. fecit vnã specialem rubricam, de his qui possunt accusari. & ibi ponit breuiter, an masculi, vel fœminæ, tam præsentes, quã absentes, possint accusari: & tam mortui, quàm viui, & in quibus casibus, & an serui ĩ quolibet crimine, & in omni pœna: & tam puberes, quàm impuberes. Et an qs in pluribus possit accusari. Ibi autem Gandi, de magistratibus, nil loquitur. Sed in hac materia adde, inquantum dictum est, quòd magistratus, durante officio, non potest accusari. Limita, nisi in officio committeret crimen, quod specta ret ad eius officium: quia etiam durante officio, nedũ po-

test accusari, sed etiam expelli de officio: puta, si commisit barataria, vel aliud delictum. ita dicunt doc. maximè Bal. in. l. iubemus. C. ad. l. iuliam repe. & hoc est quod dixit Bar. in. l. nec magistratibus. ff. de iniurijs. & Angel. in d. l. iubemus. Item, tene menti, quod dixit Albe. de rosa. in. l. si præses. C. de episco. au. quòd licet officialis, durãte officio, non possit accusari: tamen in tribus casibus potest. Primò, si se submittit iurisdictioni, per. l. est receptum. ff. de iurisdi. om. iud. Secundò, si deliquit in officio, per. d. l. iubemus. Tertiò, in crimine adulterij: per. d. l. si adulterium cum incestu. §. fi. ff. de adul. cum hoc, quòd non potuerit contra eum, hoc casu, procedi durãte officio: sed præstabit cautionem, quòd finito officio, si stet in iudicio. Sed aduertas, quia credo quod ista decisio Alb. inquãtum loquitur de adulterio, sit falsa. Primò, ille tex. in. d. §. fi. dicit, quod supersedetur durante officio: & ita oẽs doct. intelligunt illum tex. ibi, & Bar. Ang. & alij doc. ibi intelligunt illum text. nedum procedere in adulterio, sed in
53 omnibus delictis. Aduertas tamen, quod in crimine adulterij, speciale † est: quod licet non sit permissum patri accusare durante officio magistratum: tamen sibi licitum erit propria autoritate ius dicere, si inuenit magistratum adulterantem filiam, & ipsum occidere. tex. est singularis in. l. marito. ff. de adul. & ibi Ang. & Ange. etiam hoc dixit in. l. hos accusare. ff. de accu. & Spe. in tit. de accusatore. §. j. in versi. item quod est magistratus. Et an prædicta militent in magistratu maiori vel minori: vel si officiũ sit perpetuum, vel temporale: vel si sunt magistratus habentes dignitatem solã: vt sunt duces, marchiones: vel si sunt potestates terrarum. Adde. d. Spec. in loco allegato p me. in. d. ver. item quod est magistratus. Et Bar. in. d. l. nec magistratus. & latius per Salic. in. l. iubemus. C. ad. l. iul. repetun. Et Sali. in. d. l. si ꝓcs. C. de epis. au. dixit, quod in criminalibus approbat. d. per ipsum, in. d. l. iubemus. & ex omnibus istis poteris etiam limitare prædicta. Adde tamen, quod si maiores magistratus faciunt aliquid cõtra iurisdictionem superioris, etiam durante officio, poterunt conueniri. Ita voluit Bal. ponderans ibi esse tex. in. l. si appellationem. C. de appella.

Hiero. De hac etiam materia fecit dominus Vitalinus vnam specialem rub. in tract. malefi. in rub. qui accusari non possunt. & adde, inquantum tangunt hîc, an magistratus possit, durante officio, accusari: Vide dist. quam facit idem Vitalinus in fi. d. rub. vbi approbat aliqua hîc dicta. latè per Amedeum in trac. de syndica. col. ix. in fi. cum seq. in gl. super verbo, olim potestatem. & Catal. in tracta. de syndica. q. xxxtiij. Parid. de puteo, in tracta. de syndica. in verbo, durante. in verbo, officialis. char. xliiij. & in istis remissioni. satis habetur de materia.

54 *Exceptio, ego non possum accusari, est dilatoria: & ideo est opponenda ante litem contesta.*

54 **Ange.** †Et tene menti, quod talis exceptio, Ego nõ possum accusari, est dilatoria: vnde necesse est quod opponatur ante lit. conte. & sic ante nomẽ rei receptum inter reos: aliàs autem si tunc non opponitur,
b processus remanebit validus b. vt. l. si maritus. §. præscriptiones. ff. de adulte. Et dicit Bart. in. d. l. hos accusare. in prin. & in. §. j.

b ¶Validus. Adde & intellige hoc, nisi inhabilitas procederet de iure naturali, vt in pupillo, & furioso: quia tunc talis exceptio potest opponi, etiam post litem contestatam. per ea quæ voluit Pet. de anch. in consil. clxvj. & an si accusatus vel inquisitus non opponit exceptiones, cõpetentes videatur illis renũciare. vide Pau. de cast. in consi. xvij. in nouiter impresis. Ber.

Augusti. Adde tamen in hac materia, quod nõ putarem prædicta procedere si vnus accusaret personam inhabilem ad accusandum, cuius inhabilitas procederet de iure naturali: puta in infante, & furioso, qui non possunt accusari: quia etiam post litem cõtesta. posset opponi ista exceptio. Ego non possum accu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sari & inoueor ex his quæ dixit Bal.in rub. C.qui accusare.in.ij.col.vbi dicit,quòd licet ista exceptio,Tu non potes accusare.debeat opponi ante litem contest. Tamen si inhabilitas descendit de iure naturali,semper poterit opponi talis exceptio dilatoria.

Hiero. De hac.q.satis dictum fuit supra in quæstione incip.quæro,si prędicta &c.nu.xl.vbi vide quæ ibi dicta sunt.

§§ *Accusatio omnis debet continere locum, annum, & mensem delicti commissi.*

Ange. Procedamus vlterius in materia accusatio-
55 num:& aliqua vtilia & necessaria videamus, quæ etiã sunt quotidiana. †Et primò,scias quod in omni accusatione,requiritur quod apponatur locus, annus, & mensis delicti:vt.l.libellorum.ff.de accusatio.Siue agatur criminaliter,vt ibi:Siue agat de crimine ad interesse partis tantum,siue per modum accusationis crimen deducatur,siue per modum exceptionis:vt dicit Bart. in.l.j.ff.de excep.Dummodo sit talis accusatio quæ infamet,siue de iure,siue de facto tantùm:vt.l.prætor edixit.& ibi Barto. in prin.ff.de iniur.Et idem voluit Bar.in.l.viro atq; vxore.ff.sol.mat.& in.l.j.ff.de suspec.tuto.& in.l.j.ff.de excep. & in.l.& an eandem.in.§.actiones.ff.de excep.rei iud.exc. quo sequitur,quod si ageretur ex quasi delicto quod non infamaret:vt.l.cessat.ff.de actio.& oblig.quod non est necesse,quod locus & tempus apponatur:vt dixit Bar.in.d. l.prætor.quod perpetuo no.quia quando agitur cõtra iudicem,qui male iudicauit,qui tenetur ex quasi delicto:vt inst. de oblig.quæ ex quasi delic.in princ. cũ ibi no.quod procedit libellus:licet locus,& tempus in libello non sit insertus.

a **Augu.** Tu autem in hac materia adde, inquãtum dictum est,quod locus,[a] & tempus ponẽdus est semper in accusatione.Limita omnia ista, per ea quæ ś.dixi,in versi.hæc est quædam inquisitio.in illo articulo, an in inquisitione sit apponendus locus,& tempus in criminalibus:& ibi addidi aliquos casus, in quibus non requiritur locus & tempus,in criminalibus. Sed aduerte inquantum supra dictum est, quod vbi accusatio est fa-
b mosa,& agitur ciuiliter [b] requiritur locus & tempus: & ista semper fuit sententia Bar. Adde,quod sententiam Bar.sequitur Sali.in.l.atrocem.C.de iniur.& Bar. in.l.itẽ exigitur.ff.de dolo.& sequitur Bal.ibi.& Ang.in.l.liberorum.ff.de accu.& Pet.de anch.post. d. Car. in. c.tuæ.extra de procu.& ibi Abb.& Bar.voluit in.l.j.§. interdictũ ff.vti possi.Et pro hac sententia videtur tex.& ibi Barto. in.l.in de Neratius.ff.ad.l.aquil.& Pet.de anc.post Arch. in.c.vt circa.extra de electio.lib.vj.& in.c.præsentium.§. testes.extra de testi.lib.vj.& Inn.post Host.voluit in terminis,in.c.accepimus.extrà de purgatione canonica. Et de materia,vide per doc.in.l.edita.C.de eden. & per Ioã. and.in addi.Spe.in titu.de accusa.§.j.versi.ij.super.l.in fi.

Aduertas tamen,licet ista videatur communis opinio: tamen non obseruatur in curia Romana.Et dñi de Rota contrarium tenuerũt in decisionibus suis, decisione. xlv. & pro hac parte arguunt terribiliter. Idem Bal.in.c.j.§.itẽ si fidelis.quib.mod.feu.amit.& ibi Bal.respondet ad motiua Bar.sed certe ego confundo doctrinã Bar.per ea quę ipsemet tradidit in.l.j.ff.de vulg.& pu.vbi dicit, quod triplex est expressio:quædam generalis,quædam specialis, quædam indiuidua.& istam doctrinam sequitur Bald. in l.edita.C.de eden.& in.l.humanum.C.de legi. & eam sequitur Pau.de cast.in consiliis suis,consil.xxj.Et ideo dixit Bar.per illum tex.in.l.j.in verbo,specialis.ff.de in ius voc.quod scholaris qui debet specialiter renunciare priuilegio suo, sufficit si in genere renunciet,licet non in indiuiduo.Modo sic Bar.fundat se per tex.in.d.l.prætor.ff. de iniur.quod quando agitur ciuiliter de crimine, debet specialiter exprimi crimen. Ille ergo tex.facit contra Bar. quia sufficit si sit facta certificatio in specie,circa substantiam & qualitatem delicti:non autem opus est, quod ap-
c ponatur locus & tempus, & sic in indiuiduo,& singulariter ponere delictum:sicut dixit tex.in.d.l.libellorum.

ADNOTATIO. a ¶ Locus & tempus. Adde circa hoc. & vide Alex.in consi.lxxij.in.j.li.& consi.clj.in.ij.volu.& ibi quæ requirãtur in accusatione.& Ang.in consi.clxxviij.Ro.consi.cxcj. & posita supra in prima glo.Ber.

b ¶ Ciuiliter.adde Alex.consi.ccix.& Ro.in consi.cxcj. & dum supra Ange.allegat Bart.in.l.j.ff.de excep.adde Cal.in consi.j.in titu. de exceptio.Ber.

c ¶ Locus & tempus. Adde Bald.in consi.clxiij. & alios casus in quibus specificatio circunstantiarum non requiritur. vide per Cal. in tit.de accusa.consi.iij.Ber.

§§ *Accusatio an debeat continere diem delicti, & locum loci: & an sit necessaria conclusio libelli.*

Ange. †An autem dies sit apponenda, & locus lo-
56 ci, satis dictum est supra.in verbo, hęc est quędam inquisitio.Et an in accusatione sit necessaria conclu-
d sio libelli,[d] sicut in ciuili:vt.l.j.ff.de eden.cum simi. Respõdeo,quòd non.vt no.Bar.in.l.libellorum.in fin.prin.ff.de accusa.& in.l.ij.§.si publico.in versi. tertiò quæro vtrum. ff.de adul.& idem Bal.& alij in.l.edita.C.de eden. & Sali.in.l.penul.C.de accu.& non est mirum: quia in iudice, non est necesse quod ipse concludat ad pœnã,vel in pœnam condemnet:sed tantùm narret,siue declaret delictũ: vt in.l.j.§.j.& ibi Bar.ff.ad turpilia. De consuetudine tamen est,quòd ipse cõcludat, videlicet, quare peto ipsum
e puniri secundum formam iuris & statutorum [e]. Ita dicit Bal.in.d.l.edita.in versi.vj.quærit principaliter. & in.l.ij. C.de proba.& no. Bart.in.d.l.ij. §.si publico.in.d.versicu. tertiò quæro.& Bar.in.l.accusare.§.omnibus.dicit, quòd caute concludat generaliter:quare peto ipsum puniri. qa intelligitur,prout debet de iure: non autem descendet ad aliquam specificam pœnam. & sic si dicta conclusio non apponatur,sed simpliciter factum,& delictum narret,satis est:quia statim incidit dispositio iuris primitiua inferendo pœnam condignam:vt.l.j.§.j.& ibi Bart.ff.ad turpil. Et aduertas,quod licet causæ criminales expediantur per accusationem:tamen expediuntur officio iudicis nobili tantùm,non autem iure actionis. & sic nihil ponitur, vel concluditur à parte aduersa, sed iudici. Ita dixit Barto.in.l.imperium.ff.de iurisdi.om.iudi.in versicu.videamus ergo primum.coniuncto eo quod etiam ipse nota.in.l.j.ff.eo.titu.versicu.item quęro.Sed putarem,quod si dicta consuetudo,quod cõclusio apponatur est prescripta,& aliàs obtenta:tunc requiritur.iuxta notata per Cy. in.l.ij.C.quæ sit longa consuetudo.& ibi Bald.& doct.in l.de quibus.ff.de lega.maxime quia dicta consuetudo sit ius municipale,non scriptum.in.§. ex non scripto. instit. de iure na.gen.& ciuili.& ista & talis cõsuetudo vincet, & tollet legem.l.iij.§.diuus.ff.de sepul.vio.aliàs si talis cõ-
f suetudo [f] non est solennizata,non est obseruãda,quia est corruptela.l.j.C.de iudæis. Nam stylus curiæ antiquitus est obseruandus:vt not. Cy.& alij in.l.ij.C.quæ sit longa consuetu. Et de tali stylo curiæ:iudex leuato velo,ex suo mero officio, pro sui informatione potest procuratores & alios circunstantes,& litigãtes interrogare cum iuramento,& in actis tot relationes scribi facere: vt dicit Barto.& Flo.in.l.iij.§.fi.ff.de testi.& no.Bal.in.l.j. C.vt quæ desunt aduo.

d ¶ Conclusio libelli. Adde vltra ea quæ ponit infrà do.Ang. quòd si in libello accusatorio sit conclusio,quod ex illa colligitur an ciuiliter an criminaliter agatur.ita Cal.in titu.de accu.consi.iij.& adde quod pro opi.do.Ant.facit gl.ord.in.l.vinum.ff.si cer. pet, quæ dicit,quòd in causis in quibus non requiritur libellus. Processus non vitiatur,licet sit ineptè conceptus.& per illam glos. Ro. in consilio ccccxcvij.dicit,quòd in casibus,in quibus non erat necessaria citatio:si illa fiat minus solenniter,non vitiat processum.

e ¶ Et statutorum. Adde Ro.in consi.cv.Ber.

f ¶ Talis consuetudo. Adde quòd Cepol.in consi.xl. tenet, quòd valet consuetudo,quòd reus condemnetur ex confessione facta in loco tormentorum,& vbi sunt instrumenta ad torquendum:& de cõsuetudine fatur dicto excellentis.doctoris.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde,inquã-
tum dictum est,an ꝓcedat libellus in criminalibus

minalibus sine conclusione. Adde ea quæ latè dixi supra in ver.[hęc est quędam inquisitio.]vbi scripsi,an in criminalibus requiratur conclusio. Et de materia vide glos. & Ang.in.l.in causis.C.de accu.vbi habetur,quòd in criminalibus non requiritur conclusio in libello. Dicit tamen ibi Ang.quod si est conclusio in libello accusatorio,tamẽ sententia est ferenda secundùm formam iudicij, per text. in.c.qualiter.el.ij.extrà de accusationibus.Sed vide Ang. in.d.l.hos accusare.in.§.omnibus.in vlt.col.ff. de accusa. qui dicit,quod licet in libello criminali non requiratur cõclusio:tamen si par concluditur ad pœnam aliquam, quæ non conuenit accusato,reiściendus est libellus. Et de materia vide per do.Ant.de but.in.c.examinata. extrà de iudi.in.xj.col.qui concludit contrarium,quod imò,licet in criminalibus non requiratur conclusio in libello. Ratio est,quia iudici,& non parti concluditur. Tamen si cõclusio est inepta,cùm iudex ex officio possit supplere, supplebit illi conclusioni ineptæ,secundùm quod sibi videbitur. Mouetur per doctrinam Bar.in.d.§.pœna grauior.& istam partem credo veriorẽ.Et de materia vide p Ange. in.d.l.libellorum.& per Bal. in.l. si quis iure. C.de accusa.qui dixit ibi vnum notabile verbum.& Bal.in.l.& si seuerior.C.de his qui not.infa.qui pro hac parte allegat gl. ordinariam.in.c.ga præsulatus.iiij.q.j.Sed pondera,quod illa gl.non loquitur in criminalibus:sed allegatur, quod contra violentum inuasorem procedit libellus sine conclusione:& in hoc reprehendo etiam Ang. in.l.omnium. C.de testamentis.qui etiam allegauit illam gl.in.d.c.quia præsultatus,in criminalibus. Sed latius posui istam materiam,& remissiuè vltra modernos.dic vt ibi, in.l.j.§. hoc autem iudicium.ff.de ope.no.nun.Et ideo opus est videre omnes illas remissiones quas ibi allegaui circa materiam illius glo.in.d.c.quia præsulatus.in quibus remissionibus habetur etiam iste articulus,an in criminalibus requiratur conclusio.

Hiero. Circa materiam præcedentium quæstio.
quæ.ś.posui post Ang.& August.in verbo, [hæc est quædam inquisitio.]&.j.in verbo,[de anno.]& in verbo, [in platea.]

57 Iudex an possit cogere illum accusare: cui iniuria est illata.

57 **Ange.** †Quęro,alicui est illata iniuria, & nõ vult
accusare,an iudex possit cogere illum, quod accuset:& fortè in tali casu,iudex non põt inquirere contra eum,vetante statuto.Et breuiter.d.Ang. refert verba Bar.quę ipse posuit in.l.in eum.ff.de accu.qui dicit,quod Spe.posuit materiam in tit.de accusatore.§.j.versi. quid si nullus.& ibi dicit,quod non potest cogi: vt ibi in rubro & nigro.C.vt nemo inuitus.& Bar.hoc fateturverum,in d.l.in eum.præterquã in causa homicidij: quia potest cogere hæredes vt accusent,argu. l.prætor.§.j.ff.de iniurijs. quoniam si non accusarent, delinquerent, & sic perderẽt hæreditatem:vt.l.j.ff.&.C.de his qui. vt indi. ergo iudex potest cogere hæredẽ ne delinquat,& sic ne sit negligẽs, imò quod accuset:vt in.l.j.ff.de offi.præfe.vrbis. Sed con-
a trarium [a] videtur tenere gl.in.l.si quis homicidij. C.de accusa.& ibi Cy.Bal.& Salic.& Ang. & Rapha. in dicta.l. in eum.videlicet,quod indistinctè nemo cogatur accusare,etiam in crimine homicidij:vt est tex.qui loquitur indistinctè in.l.diui fratres.ff.de accusa.Et pro hoc facit gl. in.c.licet in beato Petro.extrà de accusatio.allegat.ij. qõ. iij.in.c.si quẽ.Non obstat.l.prætor.§.j.quia ibi non omnino desistebat ab accusatione, sed volebat accusare, sed vno modo:tunc iudex,ne præiudicium fiat legi Iuliæ de sicarijs,talem accusationem non recipiet.& postquã vult accusare,coget quod eum accuset de sicarijs. Sed in casu nostro,nullo modo volebat accusare. Nec obstat, quod iudex potest cogere ne qs delinquat: sed nemo deliquit non accusando, imò accusare est contra præceptũ Dei: vt tenet gl.in.l.quid ergo.in.§.pen.ff. de infamibus. dum allegat illam particulam Pater noster.ibi, & dimitte nobis debita nostra. Et si quis deliquit, non accusando de homicidio,ratione negligentie punitur,vt priuetur hæreditate.Vnde satis sufficit illa pœna:igitur &c.

ADNOTATIO. a ¶ Contrarium. Adde tu,& vide Alex.in apo.ad Bar.in.d.l.in eum,& Adde Ro.in consi.clxvij. vbi quòd in crimine homicidij,iudex potest compellere ad accusandum. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quod
imò videtur,quod quis cogatur accusare.Et sic vera sit opi.Bar.pro qua ego allego gl. in terminis.xxij.q.j.c.si quis per capillum.& cum illa gl. videtur ibi transire Arc.& dicit,quod fuit opi.Laudonij. Et hoc, ne delicta remaneant impunita.ibi tamen glo.dicit,quod iure actionis,nemo cogitur accusare, sed officio iudicis. & sic possumus respondere ad contraria:& vide aliam in terminis.ij.q.vij.c.qua propter.quæ aliter videtur loqui. & glo.xcvj.distinctio.c.in causis.dicit tamen Ioã.and. in addi.Specu.in titu.de accusatore.§.j.in addi.quæ incipit, Guid. de suza. quod Guido de suzaria,in.l.j.C.vt nemo inuitus.& Rolandinus in prin.sui operis dicunt, quod licet hoc non caueatur,quod quis cogatur accusare,Tamẽ iudex bene faciet si coget illum,cuius interest, quod accuset.Et ideo pondera dicta Bal.in.d. l. si quis homicidij. C.de accu.quod communiter obseruatur,quod quis cogatur accusare:& ita tenet Sali.in dicta.l.ex morte. C. ad legem Aquil.in.ij.colum.quod Bar.male loquutus sit in hac materia.

Hiero. In prin.q.an quis cogatur accusare, adde
quod Bal.in sua practica,& pro & contra discutat:an qui dubitat accusare aliquem propter potentiã aduersarij,possit compelli per iudicem ad accusandũ, cogendo aduersarium satisdare de non offendendo, vel qd in casibus in quibus iudex nõ potest procedere ad inquisitionem:& finaliter videtur cõcludere, quod ad accusandum ex iudicis officio possit cogi: non tamen iure actio. per.c.si quis.in fi.xxij.q.j.& hanc opi.etiam tenet Georg. Nathan,in repetitione cle.sæpe.de verb.sig. col. xxxvij. vbi ponendo regulam generalem de qua in.l.vnica.C.vt nemo inuitus.in secunda fallentia.sequitur hanc opi. Itẽ circa limita.Bar.videlicet,quod quis cogatur accusare in crimine homicidij.dic quod communis opinio.est contra Bar.quam etiam tenet Alberi.de ro.in.l.vnica. & Bonifacius in tracta.malefi.in rubri.de accusatio.in forma accusatio porrectæ per syndicum.colum.iij. versicu. sed pone quod pater.

58 Iudex an possit prefigere terminum intra quem quis accuset, uel inchoatã accusationem prosequatur.

59 Iudex nunquam potest imponere alicui perpetuum silentium, nisi præcedat bina monitio facta per iudicem, de qua appareat in actis.

60 Iudex si dixerit processum fore cancellandum: nihilominus iterum causa potest in iudicio deduci.

58 **Ange.** †Quæro,an iudex possit præfigere [b] termi-
b num intra quem quis accuset,vel intra quem accusationem inchoatam prosequatur. Istam. qõ. ponit Barto.in.l.titia.ff.de accusatio. Vbi concludit,quod ex ista causa potest hoc facere:vtputa si tu vadis me diffamãdo,ego accusabo Titium de tali delicto, per. l. diffamari. C.de ingenu.& manu.& ibi Bald.& doc.in.l.si ea. C.qui accusa.non possunt. vbi Ang. sic concludit. quod quandoque iudex vult statuere terminum ad agendum vel accusandum.Et hoc casu non potest nisi ex causa: vtputa nisi præcedat diffamatio.Nam tunc interest diffamati terminum statui. Ita loquitur dicta.l.diffamari.&.ff.de opti. legata.l.mancipiorum.& tamen non obstante lapsu termini auditur ille,saluo nisi iudex per suam interlocutoriam imposuerit sibi silentium. Tex. est in dictis iuribus. Et Innocen.in.c.cum in tua.qui ma.accusatio. poss. Ideo sis cautus tu aduocatus,vt per interlocutoriam prædicta fieri facias.Et de ista interlocutoria est tex.in dicta.l. titia ex quo sequitur,quod à tali sententia interlocutoria etiã potest appellari de iure ciuili, vt ibi. quandoque iudex vult statuere terminum parti ad impediendum aliquem actum,quominus per aduersarium fiat:& tunc elapso termino,parte non opponente:amplius nõ datur regressus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad illum actum impugnandum: vt.l.si eo tempore. C. de remiss. pignorum. Quandoque statuit terminum ad opponen̄. exceptionem, & tunc potest: sed lapsus termini non precludit viam opponendi, nisi ius aduersarij sit factum deterius. Sed in productione instrumentorum, nō debet præfigi terminus, nisi ex magna causa. ita no. in.l, iudices. C. de iud. & Dy. in.c. indultum. de regu. iur. & vide
59 Bal. in. d. l. si ea. †Vnum tamen singulariter est mentitenendum: quod nunquā iudex potest imponere perpetuum silentium: & sic ferre talem interlocutoriam, nisi tali diffamati, & cui iam terminus statuit ad agendum vel accusandum, præcedat bina monitio facta per iudicem, de qua in actis appareat: aliàs dicta bina admonitione nō præcedente: nunquam potest sibi silentium imponi. glos. est sing. & ibi Angel. in auc. de hæredibus & fal. §. j. quod bene no. in practica.

b ¶ Prefigere. adde vltra ea, quæ dicit infrà do. Ang. & vide Ro. in consilio. liij. vbi etiam concludit, quòd lex diffamari, habet locum, tam in ciuili, quàm in criminali. de quo per nouiss. in. c, nouit. de iud. Ber.

c ¶ Deterius. Adde tu Bal. circa hoc in cōsi. cccxxvj. in, ij. vol, & Oldr, consi. iij. circa medium. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, an iudex possit præfigere terminū ad accusandum ea quæ dixit Abb. in. c. licet in beato Petro. extrà de accu. Innocen. in. c. super eo. extrà de app. & vide quæ dixit Ang. in. l. j. C. vt nemo inuitus. qui dicit, quod statuto termino per iudicem, intra quem ille deducat ius suū: tamen elapso illo termino audietur, etiam nisi sit sequuta sententia interlocutoria, imponendo sibi perpetuū silentium: quia amplius non potest audiri. Et allegat illud dictum Inno. in. c. cum in tua. extrà qui matrimonium accusare pos. & ibi dat vnam notabilem limitationem. & idem dicit Bal. in auc. ad hæc. C. de vsuris. in penul. col. in versi. quæritur si ego diffamo, an mora possit purgari. & vide Bar. in. l. si quis libertatem. ff. de petitione hæreditatis. in pe. col. qui approbat dicta sua in. d. l. titia. in hac materia. Et vide omnino pulchra verba Ang. post glo. & Bar. ibi,
60 in. d. l. Papinianus. §. si quis. ff. de inof. testamē. †Adde tamen, quod si iudex diceret processum cancellandum, nihilominus poterit iterum causa deduci in iudicio: secus si iudex funditus imponeret finem liti. ita dicit Ang. in. d. l. si quis libertatem. in. v. col. & approbat dicta Bart. in. d. l. titia. Et inquantum supra dictum est, quod nunc̄ potest iudex auferre ius tertio, imponendo sibi perpetuū silētium, quod intra certum tempus agat vel accuset, nisi præcedente bina monitione per gl. singularē. & ibi Ang. in. d. §. j. in auc. de hæredi. & falci. Adde quod ad idem allego Ang. post glo. in auc. de ecclesiasticis titulis. in. §. si quis autem. Adde tamen quod Ro. in. l. quandiu. ff. de ac qui. hære. in. §. j. reprobat dicta Ang. in loco supra allegato, per vrgentes rationes: & si rectè verba Ang. ponderētur, ibi Ang. loquitur per verbum fortè. Et dicit Ro. in. d. l. quandiu. quod cùm quæstio accidisset sibi de facto, non potuit tantum clamare, quòd iudex non sententiaret pro opinione Ange. Et inquantum supra dictum est, an dato termino opponendi suas exceptiones, an post terminum quis possit audiri: Adde ea, quæ vltra doctores scripsi: vbi infinitas limitationes dedi in repetitione mea. in l. si insulam. ff. de verbo. oblig. in penulti. & antepe. charta. vbi multa allegaui, quæ hic non recito, ne sim nimis longus.

Hiero. In hac. g. adde, quod opi. Barto. in. l. titia. ff. de accusatio. tenet Ancha. in. c. licet in beato. extrà de accusationi. & Collectarius in capi. veniens eodem titu. colum. iiij. in principio de quo vide text. bonum. & ibi Abb. & Præpo. post alios. extrà qui filij sint legitimi.

61 *Iudex producta accusatione, facit sibi dari licentiam ab accusatore, quòd ex suo officio pro uindicta publica possit prosequi in dicta accusatione, & facere ea, quæ potest ipse accusator.*

62 *Quando nomen rei dicatur receptum inter reos.*

61 **Ange.** †Et adde, quod postquam est facta dicta accusatio & producta, iudex facit sibi statim
a dare licentiam[a] à. d. accusatore, quod ipse ex suo officio, pro vindicta publica, posset prosequi in dicta accusatione, & facere ea, quæ potest ipse accusator: vt no. Barto. in l. is qui reus. ff. de publi. iud. Sed etiam, vt dicit ibi Barto. si dicta licētia nō esset data, nec ab accusatore, nec à reo: Tēmen iudex ex suo officio posset illud facere, per. l. penul. ff. de publi. iudic. & ibi Barto. ex quo infert ad illud, quod data sibi licentia vel non, quod licet accusator sit absens, & non prosequatur suam accusationem: tamen iudex potest si vult, reum absoluere ab obseruatione iudicij: vel si vult, potest assumere partes accusatoris, & prosequi dictum processum, & absoluere diffinitiuè, & cōdemnare prout videbitur, & iustum fuerit. l. penul. ff. de pub. iudi. & ibi Imo. & Bar. in. l. libellorum. in fi. ff. de accusat.

Adde hîc dicta per Bal. in. l. vt perfectius. ff. de annali excep. in penul. colum. qui dicit, quod in criminalibus cōmunis est practica, & obseruat̄, quod iudex facit sibi dari licentiam, quod possit procedere. Et idem dixit Bal. in. l. si accusatoribus. C. de accusatio. in principio. quod cauti assessores semper faciunt hoc. Et ibi probat per rationem quomodo valet huiusmodi licentia data iudici: qua accusatione formata, & data iudici, citatur reus ad comparendum & respondēdum dictæ accusationi, & statuitur certus terminus: vt. l. j. & ibi not. C. de requirendis reis. & si cōparet & opponit exceptiones suas dilatorias, & iudex pronunciat, non obstantibus dictis exceptionibus, procedendum esse in dicta inquisitione, non obstante contumacia rei quam accusat: Tunc iudex procedendo ad vlteriora, vel etiam si accusator istud non petat: quia etiam ipse non comparet, sed iudex faciat ex suo officio quod pōt: Tunc statim dicitur nomen rei receptum inter reos. Ita dicit Barto. in dicta. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. allegat. l. si maritus. §. præscriptiones. ff. de adul. & l. adulterij accusatione, C. eodem titulo. quam opi. Barto. ibi Imo. approbat, reprobata opinione Angel. & reprobata opinio. Salic. in. l. neganda. C. qui accusa. non possunt. & ista opi. Barto. in practica obseruatur. Dicitur tamen, quod Salic. post Bald. latè posuit istam materiam, quando nomen rei
b dicatur receptum inter reos, [b] in. l. j. C. qui accusatio. non possunt.

ADNOTATIO. a ¶ Dare licentiam. Adde quod Bar. in extraua. ad repri. in ver. neglexerit. dicit hoc non procedere in crimine læsæ maiest. Ber.

b ¶ Inter reos. Adde domi. Alexand. in. l. cùm mulier. ff. solut. matrimonio.

62 **Augusti.** †Tu autem in hac materia quando dicatur nomen rei receptum inter reos. adde ea, quæ dixit Ange. in. l. adulterij. in fin. C. de adulter. Et adde bonum text. & ibi vide Angel. in. l. adulterā. C. de adulte. & tamen ibi videtur approbare dicta Barto. in dicta. l. is qui reus. & vide tex. meliorem de iure, secundum Odofre. & Bald. ibi, in. l. quamuis. C. si penden. appel. mors interuenerit. & Bart. in. l. ij. C. vt nemo priuatus. Et omnino amplia, & extende istam materiam, secūdùm Bald. in. l. neganda. C. qui accusare. & Angel. in rubri. C. qui accusare. Et omnino intellige prædicta, secundùm Imol. in. l. cùm mulier. in tertia oppositione. ff. solu. matrimonio.

Hiero. In hac materia quando dicatur nomē rei receptum inter reos, vltra hic allega. addatis notabiliter Bald. in sua practica, in rubri. de quæstio. circa ordina. libellorum. in. q. x. vera tamen opinio. & communis est, quod si contra personam accusatoris sunt oppositæ aliquæ excep. non concernentes merita causæ: tūc eo ipso quod iudex procedit ad vlteriora, videlicet declarando eum esse accusatum, vel se esse iudicem competentem, & similia: dicitur nomen accusati receptū inter reos l. adulterij. & l. adulteram. C. de adult. vbi verò non sunt op. tales exceptio. tunc eoipso quod lis non est contestata

stata per accusa. vel inquisitionem, dicitur nomen accusati esse receptum inter reos: vt in. l. si maritus. §. præscri. ff. de adulter.

63 *Accusatus an possit suum accusatorem, uel alium accusare de alio crimine.*

63 **Ange.** †Quæro, an accusatus possit suum accusa
2 torem[2] accusare de alio crimine. Et dic, quod si suam, vel suorum iniuriā prosequatur, siue ante nomen rei receptum fuerit inter reos, siue etiam post: potest suū accusatorem accusare de pari vel minori crimine. Si autē suam vel suorum iniuriam non prosequatur, nō licet, nisi de maiori crimine conueniat. Iste est tex. & gl. & docto. in dicta. l. neganda. C. qui accusare. Ita intelligit istū text. glo. j. coniuncta glos. ij. in dicta. l. is qui reus. ff. de public. iudi. & ibi Bar. Bald. Ang. & Imo. Facit. l. j. C. de calum. & in. l. ij. §. si publico. ff. de adulte. Et aduertas, quod quando reus accusatus reaccusat de pari, vel minori, etiā ante nomen rei receptum inter reos, prosequendo suā vel suorum iniuriam, non supersedetur in prima accusatione cō tra eum formata. Ista est sententia Pet. Cy. & Salice. in. d. l. neganda. & Imo. in. d. l. is qui reus. in ver. sed circa prædicta posset esse dubium. sed Bar. in. d. l. is qui reus. & ibi Ang. latè & Imol. & Sali. in. d. l. neganda. dicūt, quod aut vult accusare ante nomē rei receptum inter reos: aut post nomen rei receptum inter reos: ante tamen latam sententiam, aliquando post latam sententiam. Primò casu, de maiori crimine potest: vt. l. per minorem. ff. de iudic. & in d. l. j. C. qui accusa. non possunt. de minori vel pari nō potest: vt. d. l. neganda. nisi sit præiudicialis ad primam: vt. l. quoniam Alexand. C. de adulte. Si verò non esset præiudicialis, & vult suum libellum producere, non autē prosequi accusationem, & tunc potest: vt. d. l. negāda. in fi. quæ debet ita intelligi, secundùm Pet. prædicta vera, nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam: quia tunc regulę iuris cessant. l. hi tamen. ff. de accu. Secundò casu principali, quando nomen rei receptum est inter reos, & vult libellum accusationis simpliciter portigere, & in causa nō est conclusum & liquidatum: & potest, aliàs secus. d. l. neganda. quæ sic etiam debet intelligi. arg. l. fi. C. de compē sa. Hoc verum, nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam: quo casu, ad prosequendum admittitur. l. qui publico. ff. de accusa. & hoc in pari, siue in maiori. d. l. neganda.

Tertio casu principali, quando post sentētiam cōdemnatoriam latam: Et tunc si sentētia non infamat, nulli dubium quod potest. Si verò infamat: & tunc super antiqua accusatione proposita potest procedere. Si autem nouam inchoare vult, non potest: vt. d. l. is qui reus. in fin. distingue, aut illa sententia abstulit sibi ciuitatem, aut libertatē aut non. Si quidem abstulit ciuitatem, aut libertatem: tūc non potest nouam accusationem proponere. Aut nō abstulit: sed est pœna relegationis imposita, vel minor, tunc dicūt doc. aut suam, vel suorum iniuriam prosequitur, & tunc potest: vt. l. hi tamen omnes. ff. de accusati. Aut non prosequitur suam, vel suorum iniuriam: & tunc aut vult alium accusare quàm accusatorem suum, & non potest: quia est infamis. l. infamem. ff. de public. iudic. Aut vult suum accusatorem reaccusare, & tunc sibi licet: quia illi q vult se vindicare, ignoscendum est, dicta. l. is qui reus. argumen. l. qui cùm maior. §. libertus. ff. de bo. liber. Si verò ista esset absolutoria: Tunc dic indistincte, quod potest in accusatione proposita insistere, & actionem nouā producere: vt dicta. l. neganda. ibi, plusquam & dicta. l. prima in fine. C. qui accusa. non pos. de qua quæstione latè per Dy. Cy. Bal. & Salic. in dicta. l. j. & Barto. in dicta. l. is qui reus. & ibi Angel. & Imo. latius. Vel in hac materia latius concludendo & clarius dic, cùm queritur an accusatus possit alium accusare. Dic, aut quæritur ante nomen rei receptum inter reos, aut post, aut vsque ad conclusionem in causa, aut post conclusionem in causa vsq; ad sententiam, aut post sententiam. Primò casu, nulli dubiū, quod accusator non prohibetur, nisi aliud à lege prohibeatur: vt. l. qui accusare. ff. de accusat. & sibi permittitur accusare quemlibet alium, siue prosequatur suam iniuriam, siue non, siue de maiori, siue de pari, vel minori crimine dicta. l. is qui reus. & d. l. neganda. in fi. vt super sua accusatione procedatur. Et isto casu, si accusat suum accusatorem, discutietur super vtroque, vt in ciuili: vt. l. pe. & auc. & consequēter. C. de sen. si verò accusat extraneū: tunc quilibet potest procedere, prout solertior erit. Veruntamen citatus pro vno iudicio, non cogitur compare re pro alio: & non comparens, potest dici contumax. l. cō tumacia. §. fi. ff. de re iudica. Secundò casu principali, post nomen rei receptum inter reos, & tunc aut vult inscriptionem accusationis facere ad finem, ne tempus sibi currat: & vt post sententiam possit prosequi suam accusationem, & auditur dicta. l. neganda. in fin. siue accuset suū accusatorem siue alium dicta. l. neganda. dummodo nō faciat in fraudem, vt retardet executionem, & tunc non valebit sententia lata contra ipsum: vt not. Ange. & Imo. in dicta. l. is qui reus. aut vult accusare ad finem, vt proceda tur super ea, & tunc aut prosequitur suam, vel suorū iniuriam, & auditur: siue accuset de maiori, siue de minori, siue de pari dicta. l. negāda. si autem suam, vel suorum &c. non prosequitur, & tunc aut vult accusare de maiori crimine, & potest quemlibet, siue suum, siue extraneum accusatorem accusare: vt dicta. l. neganda. Potissimè si dicta accusatio superuenit post nomen suum receptum inter reos, argumen. l. ij. C. de satis. Sed aduertendum tamen est isto casu, quando accusat accusatorem suum de maiori. Et tunc aut de tali crimine, quod si esset verum, primū crimen contra eum obiectum & asserīptum non esset verum. Et tūc non solum audietur, sed omnino imponetur silentium in primo, donec secundum fuerit discussum: & ex euentu causę procedatur super primo vel non. Iste est propriè casus in. l. prima. C. qui accusare. Qui tex. potest etiam intelligi post nomen rei receptum inter reos. Aut non opponitur tale crimen, sed aliud: & primum, & secūdum delictum possunt esse, & tunc audietur, & super suo secundo procedetur pariter, sicut proceditur in crimine quod sibi asscribitur. Et iste est propriè casus in dicta. l. neganda. Aut vult accusare extraneum de maiori, & tunc non potest, postquam nomen suum est receptum inter reos dicta. l. is qui. & d. l. neganda. Siue accusatorem suū velit accusare. d. l. is qui. siue extraneum. d. l. neganda. facit. l. ij. §. si extraneum. ff. de adulte. vbi de pari non potest accusari, vel obijci, vt ibi. Hoc tamē fallit in vxore & marito, quando obijcit marito de lenocinio post nomen rei receptum inter reos: vt. d. §. si publico. & ratio specialitatis patet ibi. Tertio casu principali, post conclusionem in causa ante sententiam: & quarto casu videlicet, post sententiam: & tunc aut fuit absolutus, & clarum quod omnis accusatus accusat de quolibet crimine: vt dicta. l. q accusare. Aut fuit condemnatus de crimine priuato tantùm: & per consequens non fuit effectus infamis ex prolatione sententiæ, & potest quemlibet de quolibet crimine accusare: vt. l. infamem. ff. de pu. iudi. & no. Barto. in. l. in eum. ff. de accusatio. aut fuit effectus infamis, quia fuit damnatus de publico iudicio dicta. l. infamem. & tūc aut vult accusare extraneum de nouo, & nullo modo audītur de aliquo crimine: vt. l. qui iudicio. ff. de accusatio. nisi de crimine læsæ maiestatis: vt. l. famosi. ff. ad legem iul. maie. & no. glo. iij. in dicta. l. is qui reus. Aut vult accusare accusatorem suum, & tunc aut per sententiam debet perdere vitam naturalem, & tunc secundùm glo. in dicta. l. is qui reus. nullo modo potest, per. d. l. cùm reis. C. de pœ. & puto istam conclusionem esse veram in hac materia: licet doc. alio modo loquantur: quia in dicta. l. is qui reus. cum ministerio Iurisconsultus, in versi. illud dicit, quod Imperator indistinctè volebat, quod accusatus post condemnationem non audiretur: & sic est regula negatiua. Tamen iurisconsultus dicit, quod est verum demum quo ad eos qui & ciuitatem, & libertatem perdiderūt. & per consequens, multominus poterat accusare si perderet vitam naturalem: & idem quod non admittatur ad ac-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cusandum,si perdit libertatem.d.l.is qui reus. Secus autē si simpliciter fuerit relegatus:quia tunc licet sit infamis, suum accusatorem tantum,vt se possit aliqualiter vlcisci poterit accusare de quolibet crimine:vt not. glo.ij.in.d.l. is qui reus.sed accusationes prius formatas, pendēte sua accusatione,si non perdit per sententiam vitam, ciuitatē, vel libertatem:tamen secundùm omnes doctores,poterit prosequi. d. l. is qui reus.in versicu.'sed hoc puto.iuncto versicu. fin.Sinautem perderet etiam vitam naturalem, & tunc secuudùm gl.non potest prosequi etiam iam inchoatas:vt no.glo.fi.in.d.l.is qui reus.quod nō placet doctoribus:quia cum ibi dicatur de vita ciuili, ergo idem naturali.Sed ego credo gl.veriorem:quia,vt dictum est,regula stat negatiua,quod accusare non potest post damnationem.quam regulam approbat Bar.in duobus casibus: & dicit,quod per dictionem,demum,quæ sonat in taxatiuā videlicet,quod istud est verum,si ciuitatem, vel libertatē perdidit.Ergo in alijs casibus non expressis,remanemus in regula prohibitiua vniuersali quod non possit: vt dicit Imperator.ar.l.cum prætor.ff.de iud.non autem dicas,vt dicit Sali.in.l.j.C.qui accusare.& Imo. in .d.l.is qui reus. argumentum à contrario sensu.Sed in alijs casibus remanet sub regula negatiua, vt dicit Imperator, & sic extra casus declaratos per iurisconsultum remanemus in dicta regula prohibitiua:ergo cum casus mortis naturalis non sit specificatus à iure cōsulto,necessariò sequitur, quòd remanemus in dicta regula prohibitiua. Et maximè, cùm mors ciuilis non habet eundem effectum,sicut mors naturalis:facit.l.ex ea parte.§.j.ff.de ver.obli.& hoc puto verius,quicquid concludant doctores.

ADNOTATIO. a ℊSuum accusatorem.circa hoc vide Fede.de se.in consi.xciij.inci.factum quod proponitur.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea,quæ dixit glo.in terminis de iure canonico,in c.neganda.iij.q.ix.& latius posuit istam materiam Io. an. in addi.Specu.ibi post Specu.in tit.de accusatore.§.j. versiculo,item quod est accusatus.Sed vide Gandi.in tractatu maleficiorum.sub rubrica,qui possunt accusare, & qui non in versicu.sed ego formabo talem quæstionem ponamus.Qui in hac materia arguit pro & cōtra. & refert opinionem Azo.in hac materia.Tamen dicit,quod per totā Italiam obseruatur opinio Odofre. & Iacobi Balduini,q dicebant,quod secundus accusator si prosequatur suam, vel suorum iniuriam,quod audiatur reaccusans reaccusatorem suum,hac ratione:quoniam si te accusaui de crimine contra me illato,& non potui meam accusationē probare tempore sententiæ proferendę:poteris postulare me de calumnia condemnari,ex eo,quia tuam iniuriam prosequebaris:vt.l.j.C.de calum.Nam & ei ignoscēdum est, qui prouocatus,seu accusatus voluit vlcisci. ff. de bonis libertorum.l.qui cum maior.§.si libertus.& hic me nō extendo:poteris ibi videre Gandi.qui respondet ad motiua Azo.postea ibi Gandi. dicit, quod cum ista quæstio sibi euenisset de facto in ciuitate Bononiæ,& ibi esset iudex maleficiorum.consuluit in hac materia dominum Dy.de musello,qui sibi ita deliberatè respondit:cùm aliquis accusatus vult suum accusatorem accusare: Aut opponit aduersario suo crimina in modum exceptionis,aut in modum accusationis.Primo casu subdistingue: quia aut lis est contestata,aut non. Primo casu,quando lis est contesta.Tunc accusatus non potest crimen opponere suo accusatori in modum exceptionis.Secūdo casu sic: vt.ff.de adulte.l.j.§.extraneus.&.d.l.maritus.§.præscriptiones.Si autem vult accusare suum accusatorem per modum accusationis,Tunc subdistingue eodem modo:aut lis non est contesta.aut sic:aut est lata sententia. In primo casu quando lis non est contesta. si vult accusare de crimine maiori,potest:adeo quod sua accusatio tanquam maior. præcedere debet in causa.Si autem vult accusare de pari, vel de minori crimine,nō potest:nisi prosequaē suam,vel suorum iniuriam:vt.l.neganda, C. qui accusat. non possunt.In secundo casu quando lis est contesta. Tunc aut iste accusatus pretendit suam, vel suorum iniuriam: aut iniuriam publicam.In primo casu auditur.ff.de accusa.& l.hi tantum.ff.siue velit accusare de maiori crimine, siue de minori,vel pari.In secundo casu quando prætendit in iuriam publicam,non auditur.ff.de pub.iudic.l.is qui. In tertio casu quando lata est sententia, tunc subdistingue: quia aut sententia est absolutoria,tunc auditur.ff. de publi.iudi.l.is qui.in principio.& ibidum dicit quod fuerit excusatus.Ergo à contrario sensu si fuerit absolutus, potest.Si verò sententia fuerit condemnatoria: Tunc distingue,aut illa sententia adimit vitam,ciuitatem, vel libertatem:aut nihil ex his.si nihil adimit:Aut vult accusare extraneum,aut accusatorem suum.Si vult extraneum accusare,& non potest:quia infamis.l.infamem.ff.de publica. iud.Si verò vult accusare suum accusatorem,& potest dicta.l.is qui.quia hoc conceditur advindictam.Si verò illa sententia adimit sibi ciuitatem,vel libertatem: Tunc aut vult de nouo inducere accusationem,aut inchoatam accusationem vult prosequi.Primo casu nō potest indistinctè,nec contra extraneum,nec contra accusatorem: vt.d. l.is qui.ver.pro hoc &c. In secundo casu quandovult inchoatam prosequi:Tunc aut sententia adimit vitam, aut solam ciuitatem,vel libertatem:si adimit vitam, non potest prosequi:quia non debet differri pœna.l.cum reis.C. de pœnis. In alio casu quādo sola libertas, vel ciuitas adimitur,& non vita:Tunc aut accusatio sua perimitur per sententiam contra eum datam,& tunc non auditur:argumen.l.j.C.qui accusare non possunt. Aut non adimitur: quia sua accusatio potest esse vera, & tunc etiam contra omnes adimitur:vt.d.l.is qui.ff.de pub.iudi.Et ita in hac difficultate residet dominus Dy.& ibi Gand.approbauit suam distinctionem.Et certè per prædicta habemus claram doctrinam,& veram solutionem ad illos tex. qui ita videntur sibi contrariari.

Hiero. Circa hanc materiam.vide Abb.in.c.j. de mutuis petitio.extra col.vij.ver.vlt.glo. &c. vbi sequitur opi.Barto.oin .l. is qui reus. & ibi notabiliter Henri. boyc, qui longam facit dist. colum. secunda in.v.distin.per docto.in.c.fina.extrà de testi. vbi Areti. vltimo notabili. Bonifacium Vitalinum qui etiam facit vnam dis. in tra. malefi. in rub.quid sit accusat. in forma accusæ porrectæ per syndicum. colum.j. versicu. sed pone.& in ea.forma col.fi.in fi. Alb. qui post antiquos distinguit in.l.j.C.qui accusare non pos.col.ij.in prin. Collecta.in.c.accedens.de accusatio.breuiter & compendio se per do.Præpo.post do.in.c.prius.iij.q.ij. Item aduerte:nam inquantum Ang.hic,in fi.in ver.[sinautem perderet etiam vitam naturalem &c.]approbat glo.fina. in.l.is qui reus.dicatis,quod.d.glos.communiter reprobatur ab omnibus,& eam dicunt communiter reprobatam Abb. & Præp.vbi.ś.bene tamen possem hic adducere quā plures dis.supradicto.doc.prout etiam fecit hic do. Augusti. sed faceremus valde longum processum.videatis in locis supra allegatis.

64 *An quis possit aliquem accusare simul ex semel de pluribus delictis.*

64 a **Ange.** †Quæro, an quis possit accusare aliquem simul & semel [a] de pluribus delictis? gloss. & docto.ponunt in .l. qui de crimine. C. de accusatio. Barto.in .l. libellorum .§. si aliud .ff. de accusatio.vbi concludit, quod aliquando alicui obijciuntur plura delicta,quæ puniuntur eadem lege:tunc de omnibus potest simul accusare:vt.l.non est nouum.ff.de act.emp. Si verò ista delicta puniuntur diuersis legibus,vel statuto : etiam potest eodem tempore eundem de omnibus accusare:sed non eodem libello dicta. l. non est nouum. & ibi nota. Et vide latius per Barto.in.l.qui de crimine.C. de accusatio. Sed latius per gloss. & Barto. in .l. senatus. ff. eodem titulo. Et prædicta procedunt quando ex diuersis factis.Sinautem ex eodem facto plura delicta oriūtur loquitur lex,qui de crimine,de quo latius per Salic.in l.si quis

quis homicidiū.C.de accu.

ADNOTATIO. a ℊSimul & semel.Adde ad hoc Ro.in consil. cccxlv.

Augusti. Adde tamen hic ea quæ dicit Ange.in l.j.C.si reus vel accu.mor.fue.qui faciens mentionem de hac materia, allegat quomodo gl.dubitauit in d.§.sed si aliud.& quomodo gl.magna in d.l.qui de crimine.aliter locuta est.& quomodo Bart.postea distinxit in d.§.sed si aliud.Et ibi dicit Angel.quod verum est, quòd si quis punitur diuersis legibus, potest accusari simul & semel eodem tempore, sed non vno libello.d.l.nō est nouum.Et hoc,cum dicta crimina diuersa oriūtur ex diuersis factis:nam si ex vno,tene gl.in d.l.qui de crimine.scilicet,vt in eodem libello per eundem possint deduci omnia,non autem in diuersis.per tex.illius legis.& ibi limitat Ange.predicta,& intelligit esse vera quādo vnus accusat vnum non prosequendo suam vel suorum iniuriam,aliàs etiam si delicta sint omnino diuersa, & ex diuersis factis contingentia,& siue puniantur eadem lege, vel diuersis:in eodem libello de omnibus poterit accusari,& etiam in diuersis ad libitum accusantis:quia in criminalibus est eadem forma procedendi sicut in ciuilibus.l. absentem.ff.de pœn.& ibi gloss.

Hiero. Adde in hac materia,quod cū dictis per Ange.hic concor.Collecta.in c.licet in beato.de accu.Sed circa hanc materiam & q.seq.fac istos casus,quos remissiue prosequere.Primus est,quando vnus accusat vnum.Secūdus quādo vnus plures.Tertius quādo plures vnū de omnibus istis,vide not.dist.Albe.post alios antiquos in l.qui de crimine.C.de acc.col.ij.in medio.versi.& ideo vt plenè liqueat &c.cum col.seq. Henr. boyc,in c.j.de collu.dete.in c.de his.de accu.extrà. vbi facit not.distinctiones , sed melius quàm alibi vide Maria. Soc.in c.j.de lib.obl.col.xxxiiij.ver.circa quartum membrum.& col.xlij.in medio.ver.secundo casu.

65 *An plures possint simul accusare eundem.*

65 **Ange.** †Quæro,an plures possint simul accusare eundem. Istam quęstionem format Cy.& Salice.in l.iiij.C.de accu.vbi gloss.& Saly.finaliter concludūt,quod aut cuiuslibet accusantium interest ratione officij,& tunc possunt de eodem libello,non diuersis,accusare eundem:vt l.senatus.C.qui accu.non poss.& ibi Salic.ponit rationem,aut cuiuslibet eorum interest ratione proprij interesse,puta si seruus communis sit occisus , & tunc etiam possit eodem libello:vt ff.de noxa.& l.si retentione.in princ.non diuersis:ex quo propter idem , & ad idem agitur,& hoc ne de delicto eiusdē hominis sæpius inquiratur,aut neutrius eorum interest ratione officij vel interesse & communis iniuriæ,& tunc nec diuersis libellis,nec eodem libello, possunt eundem accusare,sed idoneior ipsum admittitur,ne reus in plures aduersarios fatigetur , & ne sæpius quæratur de delicto eiusdem hominis:vt l.licet.§.fi.ff.nau.caup.stab.

Augu. Adde tamen & intellige præmissa, secundùm Sali.in l.vxor.C.qui accu.non poss.vbi ponit quando plures ratione officij concurrunt ad accusandum vnum,quis præferatur:& ibi ponit, quando ratione proprij interesse plures cōcurrunt ad accusandum vnum,quis præferatur:& limitat prædicta , & cui debet iudex gratificari,an masculo , an fœminæ.Et de materia vide Barto.in l.si plures.ff.de accu.& gloss.& Archid. in c.accusatoris.ij.q.j.& domi.Abb.in c.j.de collusionibus. Innoc.in c.olim.extrà de accusatio.& Archidia.in c.epiphaniam.v.q.j.

Hiero. Adde , quod ita etiam concludunt communiter docto.in c.ij.extrà de accusa.Ad cuius tamen veritatem indagandam , vide distinctio.quam facit domi.Henric.boyc,in c.de his.extra de accu.col.ij. versicu.si quæris nunquid possit accusari &c. & Bald.& Alber.post Iacob.de Aret.& antiquos in dicta l.senatus. & idem Salic.in l.si accusatoribus.col.ij.de accusat.quod intellige tam in isto primo membro,quàm in alijs tribus: quia in omnibus tribus communiter tenetur dist. tradita hic per Ange.vt etiam tradit Barb.post Nico.de Neapo. in l.decreto.§.si duobus.de administ.tuto.ff.& docť.in loeis hic allega.Et ratiò quò ad primum membrum est , secundùm Salice.in dicta l.iiij.quia omnes isti officiarij repræsentant personam offensi,quæ vna est , & sic sicut nō posset ipse offensus varijs libellis eundem accusare: vt in l.licet.§.fi.ff.nau.caup.stab.sic nec etiam isti repræsentantes vnam personam:vt in l.si plures.ff.de pact.& hanc rationem ante eum assignant doct.& Henric.boyc, vbi suprà. Item circa vltimum membrum Ang.quæro, quid si oppositum non fuerit , an valebit iudicium? Et dicatis, quod sic,per tex.in l.si accusatoribus.C.de accusatio. vbi hoc tenet Bart.& idem Bar.in dicta l.si plures.ff.e. Cano. in c.ij.vbi Abb.post alios extrà de accusat.& idem Abb. per tex.& gloss.ibi,in c.j.de collu.deteg.extrà. qđ tamen intelligit Salic.in d.l.si accusatoribus.quando in eodē libello isti accusant,secus tamen si diuersis : quia tūc etiam post litem contestatam,& postq̄ receptum est nomē inter reos , poterit alter eorum repelli & eligi idoneior per iudicem ex officio suo,etiam parte non petente : quia ad eius decorem spectat ne coram eo, & maximè eodē tempore,de eisdem delictis sæpius quæratur,cùm ea,quæ ad iudicis decorem spectant,pars remittere non possit: vt in l.quos prohibet.de postu.vt ibi per eum: qui pluribus & bonis rationibus hāc fundat.Et in hac materia cadit bene quæstio vulgata,vtrum eodem libello quis possit accusare testes qui deposuerunt falsum & producentem ipsos,quæ tamen diuiditur in duas.Prima,vtrum producens testes falsò scienter & dolosè , possit accusari simul cum dictis testibus falsum deponentibus.Secunda , vtrū ipsi testes plures numero,possint simul accusari de falsitate. Et scias,quod ista quæstio contingit tempore domini Vianensis de pasci pauperis docto.antiqui , quam posuit in quæstio.suis nume.lxxvj.incipiē.Vniuersitas Bazani. licet eam decidat in quæstione sequen.incipiente, Quæritur &c.Et quò ad primam concludit, quod si accusator suam non prosequitur iniuriam,quod accusa.non procedat,aut suam prosequitur iniuriam,& tunc sic.alleg.l.hos accusare.§.lex Iulia.ff.de accusa. & l.athletas.ff.de falsis. vos tamen videatis Alber.in l.qui de crimine.C.de accu. Barto.in dicta l.athletas.Ioan.Andr.Are.qui eam singulariter examinat in c.si quis episcopus.de accu.col.fi.ver. & tangunt &c.vbi concludit quod sic.allegat Barto.vbi suprà,per d.l.athletas.& eundem Bart.per tex.ibi in l.nihil.§.fina.ff.de adulter.& Io.And.idem tenentem in titu. de accusatio.§.j.de qua videatis etiam Præpo.in c.prohibentur.ij.q.j.col.iij.in princ. De secunda videatis Are. & Præpo.vbi suprà,vbi faciunt longam dist. quam teferre non curo. Item circa fi.membrum Ange.potest hic quæri de q.statuto cauetur , quod qui cum armis aliquē percusserit , manum cum qua percussit , amittat. Titius eo impetu duos percussit,& dubitatur quem prius percusserit accusatur ab eisdem eo tempore de dictis percussionibus:quæritur, quis istorum admittendus est , & sic quis erit præferendus? videatis Alberic.qui tetigit hanc quæstionem in d.l.si plures.ff.de acc.Concludit tamen, quod ista sint plura facta,& plura delicta:quia plures personę, & sic quod non sit locus prælationi,per l.qui de crimine. C.de accu.& quia idem est in ciuili:vbi nō est locus prelationi in pluribus concurrentibus ad agendum:vt patet in petitione hæred.vt in l.pe.de peti.hæred.& in rei ven. vt l.is à quo.de rei vendi.& in noxa.vt in l.si quis à multis.ff.de noxa.ergo arguendo de ciuilibus ad criminalia, quod est licitum:vt in l.omnem.ś.de iud,& in l.iij.§.si mulier.ff.de liber.homi.exhib.concludendum est, idem esse in criminalibus,quòd in ciuilibus, & ita residet ille practicus doctor quantum ad accusationem.Secundò quærit quid quantum ad sententiam , & quid quantum ad pœnæ impositionem? vide per eum : quia magnum facit processum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

66 *Accusator non prosequens suã accusationẽ, an incidat in pœnam, & in quã.*

66 Ange. †Quæro, accusator non prosequitur suam accusationem, an & in quã pœnam incidat? Istam quæstionem ponit Bar.in l.iij.§.j.ff.de præua.& distinguit,quod aut expresè destitit,non impetrata abolitione,& punitur pœna quinq; librarũ auri:vt d.§.aut tacitè.& tunc aut faciendo labi tempus statutum à iudice, & punitur extraordinariè : vt l.qui crimen.C.qui accu.non possunt. Aut patiendo labi tempus legale, & punit pœna apposita in l.j.C.vt intra cert.tem.punitur etiam quandoq; pœna conuentionali:vt l.iiij.ff.de custo.reo.& idem Bar.in l.j.§.si quis autem.ff.ad Turp.latius dicit,videlicet quandoq; aliquis desistit expresè & manifestè ab accusatione,& tũc punitur pœna Turpilliani : vt dicto §.si quis autem.Si verò non expresè desistit,sed tacitè: & hoc tribus modis contingit. Nam quandoq; statuitur terminus absenti,& ipse non venit, & punitur propter contumaciam pœna extraordinaria, non pœna Turpilliani : vt l. qui crimen.C.qui accu.non poss. Quandoq; statuitur terminus præsenti ad prosequendum,& nõ prosequitur : & tunc videtur desistere,& punitur pœna Turpilliani : vt l. si ea.C.qui accu.non poss. Quandoq; nullus terminus statuitur à iudice.Sed ipse accusator intra tempus statutum à lege non prosequitur,videlicet intra biennium,tũc punitur pœna.l.ij.C.vt intra cert.tempus quæstio crimi.terminetur. Adde secundùm Cyn.& Bu.in d.l.qui crimẽ. quòd aliquando non desistit,sed non probat suam accusationem,& tunc punit similitudine supplicij:vt l.fi.C.de acc. Item adde,secundũ Ang.in d.l.qui crimen.quãdo statuit terminus à iudice,& psequit, & etiã punit in expẽsis:vt d.l.qui crimẽ.C.qui acc.nõ poss.An autẽ ad hoc, vt nõ prosequẽs accusationẽ suã, incidat in Turpillianũ, requiratur qd lis sit contestata vel non, vide late per Cy. Bal.& Sal.in l.j.C.ad Turpil.Et not.in Spec.& ibi Ioan. Andr.in addi.in tit.qualiter in accusatione procedatur.§. quintò tractandum.versicu.j.& Cyn.ibi concludit,quod siue lite contestata,siue ante desistat, quod incidat in Turpillianum,arg.authen.qui semel,C.quomodo & quando iudex.quod intellige verum,secundùm Iaco, si reus iam fuerit citatus & comparuerit.Sinautem reus non fuerit citatus,vel citatus non comparuerit.Tunc non habet locum dicta pœna,imò impune potest desistere: vt l.quæsitum.ff.ad Turpil.quod intellige: vt infrà dicetur in quæstione sequenti,secundùm Bart.in d.l.quæsitum. Et tenementi,quòd ille qui desistit, nõ potest ex eodem facto ad illum redire,& iterum accusare etiam criminaliter : vt est tex.& ibi Bart.in l.qui desistit.ad Turp.& dicit Barto.in dicta l.quæsitum.ff.ad Turpil.quod post litem contestatam super accusatione non licet desistere impune:vt l.senatus.ff.ad Turpil.in §.qui post. Quinimo etiam ante litem contestatam post fideiussionem præstitam non licet desistere:vt l.j.C.eo.tit.& ibi Cyn.Si verò sumus ante litem contestatam,& ante datam fideiussionem, post tamẽ productionem accusationis.Tunc Bartol.distinguit,aut reus est iam citatus,aut non:si reus est citatus, & nõ licet desistere:vt authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex.coniuncta l.absentem.ff.de pœ.ante citationem verò licet desistere,sicut in ciuili.Quoddam est tempus ante accusationem propositam, licet etiam dederit libellum principi,& licet desistere,l.miles.§,socer.ff.de adulter.

Quid si ex forma statuti licet alicui à quacunq; accusatione desistere,dũmodo soluat decem,pone qd eodẽ libello accusauit aliquem de pluribus,secundùm quod supra dictum est,& vult desistere,an soluat vna decem, vel tot quot sunt crimina intentata? & Bartol. decidit istam quæstionem in l.libellorum.§.quod si aliud.ff.de accusationib.& ibi dicit,quod de iure accusatio est ius accusandi, sicut actio ius est prosequendi quod sibi debetur, & sic quot sunt crimina, tot sunt accusationes.Ideo tot decem soluere debet:vt l.scire debemus.ff.de verbo.obliga. & l.si pluribus.eod.titu.Tamen communis vsus loquendi, quod vnica charta appellatur pro vna accusatione. Vnde si est vnus libellus,licet plura delicta cõtineat, pro vna accusatione soluat decem.Vnde desistẽs, debet probare istum communem vsum loquendi, aliàs soluet pro pluribus.& vide Bart.in simili in l.j.in fi.ff.de testibus.& Bal.in l.ordinarij.C.de rei vend.qui Bar.dicit in dicta l.j. quod aut statutum habuit respectum ad substantiam, vt de quòlibet testamento soluatur gabella,tunc licet essent plures chartæ, tamen si est testamentum vnius, vnicum est testamentum, aut dicit quod notarius de quolibet testumento scripto tantum accipere possit,& tunc habetur respectus ad schedulas.Sed Bal.in d.l.ordinarij.dicit magis ad propositum,videlicet, quod circa eandem accusationem dicitur vnus libellus à conclusione. Nam vnitas conclusionis est illa,quæ facit vnitatem petitionis, licet in diuersis actionibus & accusationibus:tunc dicitur vnicus libellus,quãdo conclusio est communis vtriq; actioni:aliàs dicuntur plures libelli.ff.famil.ercisc.l.hæredes. §.de pluribus.l.non est nouum.ff.de actio.emp. Et indu
67 cit ad quæstionem.Dicit statutum, † quod non probans accusationem,puniatur in cẽtum. Modò quidam in eodem libello accusat plures,& nõ probat de aliquo. Quæritur an debeat puniri in pluribus pœnis,an in vna?si sumatur accusatio pro libello, est tantum vna pœna. & ad hoc facit l.edita.C.de eden.vbi actio ponitur pro libello. Sinautem assumitur pro iure accusandi, tunc sunt plures actiones.l.j.C.si reus vel accu.mor.fue.& etiam dicit, qd Dy.disputauit istam quæstionem & dixit, qd erat vnica pœna,quæ habebat locum ex vniuerso, & ex aliquo, id est siue nil probetur,siue probetur contra vnum, & non contra alium.Et hoc ex natura indefinitæ, quæ potest verificari in vniuersali & particulari, secundùm Dyn.quod Bart.ibi approbat,quod notandum est.

ADNOTATIO.a ¶Ius accusandi.Adde quod doct.Bart.sequitur Franc.de Are.in consi.lxxix.Ber.

Augu. Tu autem in hac materia in his quæstionibus. Adde primò qua pœna puniatur qui desistit ab accusatione.vide tex.gl.& doct.in l.accusationis.C.de accu.& in l.absentem.§.pe.ff.de pœn.Latius vltra doct.posuit istam materiam Spec.in tit.de accu.in iij. parte.in §.quinto.vbi examinauit intellectum omniũ legum loquentium in hac materia,quæ videntur cõtrariari.Et ibi Spec.latius & melius loquitur quàm fecerint legistæ. Adde tamẽ,quod multæ sunt personæ,quę possunt accusando desistere ab accusatione, & non incidunt in aliquam pœnam,vt est mulier,& minor.Ita dixit Angel.in l.si fœmina.C.ad Turpil.& intellige,vt dixit text. cum glo.& ibi Bar.in l.mulier.ff.ad Turp. Et limita prædicta per alium text.& ibi gloss.& Bartol.in l.in senatus. §.eos.ff.ad Turpil.Et adde pulchra verba Angel. vbi refert Cy.in l.fi.C.de accu.an sicut licitum est hæretico pœnitere si est accusatus de hæresi,an etiam accusanti hæreticum licitum sit impune desistere à dicta accusatione, &
68 qua pœna punitur si desistit. † Item adde inquantum dictum est,quòd post datum libellum, incontinenti licet desistere impune.Limita tamen prædicta, & intellige, quòd talis contra quem productus est libellus, poterit
b agere iniuriarum[b].ita dixit Angel.in l.nullus.C.de exhibend.reis.referens Iacob.de Aret.ita dixisse in l.j.C.ad Turpillia.& ibi Ange.hoc etiam firmauit per illum text. in l.item apud.§.si quis libello.ff.de iniurijs.& ibi in dicta l.j.dicit Angel.quod si accusatorem pœnitet antequã accusatus compareat, non incidit in Turpillianum, sed tenetur iniuriarum, sed intelligo prædicta; vt dixit dominus Anton.de Butr.in cap.licet in beato Petro. extrà de accusationibus.quod hoc est verum, quòd agitur iniuriarum,si ex tali productione libelli oritur infamia ipsi accusato.Et de materia vide etiam ibi, in dicto capitulo, licet.per Abbatem & per Modernos, quando licet desistere ab accusatione.Et adde quæ dixit Angelus, per illam glossam, in rubrica.C.de in ius vocando.quod ille qui produxit libellum accusationis & desistit ante partis cita

citationem non tenetur pœna Turpilliani. De qua materia per Bar.in d.l.quæsitum.ff.ad Turpil.per gloss.& doc. in c.licet in beato Petro.& per Bal.in l.j.in xvj.col.C.qui accu.& per Bal.in l.j.C.vt intra cert.temp. Et de materia vide per Bal.in l.accusationem.in fin.C.qui accu. Advertas tamen inquantum supra legistæ omnes tenent istã conclusionem,quod in criminalibus non cogitur accusator prosequi accusationem,sed potest desistere: vt supra dictum est in multis casibus. Tamen limita secundùm d. Ant.de Butr.in dicto.c.licet in beato Petro.in fin.in vltimis verbis.nisi oriretur infamia ipsi accusato : quia potest dicere,volo quod litiges, & procedas in causa, & super hoc feratur sententia.& allegat gl.iiij.q.v.c.quisquis. & allegat.v.q.j.c.quædam.& c.vltimo.& c.epiphaniam.

Adde not.in sing.ij.anni.xxxix.quod incipit,instituẽs accusationem, an postq̃ accusator desistit ab accusatione,vel per mortem, vel per contumaciam, possit iudex compellere tertium ad prosequendum.Et in hac materia vide Inn.in c.j.extrà de collu.dereg.an instituens accusationem ineptam incidat in Turpillianum, si postea desistit.Limita & intellige prout fecit Ange.in l.fi.ad Turp. C.qui limitat dicta Barto.in l.quærebatur.ff.ad Turp.inquantum supra quæsitum est,an si vnus accusauit aliquẽ de pluribus delictis in eodem libello,an sint plures libelli,an vnus libellus. Adde omnino Salic.qui late loquitur in hac materia,referẽs omnes in l.si quis homicidij.C.de accu.& quando dicantur plures libelli, vel vnus. Materiam late vide per Bal.in l.edita.in repet.Paduana.in xv. q.C.de eden.Et in criminalibus vide per Bal. in l.cum rationibus.C.qui accu.non poss.

b ¶Iniuriarum.Adde hic verum etiam si accusator desistat.ita Ro. consi.ccviij.Ber.

Hiero. In hac materia adde quod Ancha. Anto. Abb.& Moder.in c.licet in beato. extrà de eo.referunt distinct.Bar.& eam sequuntur:vbi tamen vide Henri.boyc,qui bonam distinctionem facit, quæ multum declarat materiam,de qua materia vide etiam Colleta.in c.cum dilectus.decalum.extrà.

69 Si infamis excommunicatus, uel bannitus qui accusare non potest, accusetur ab uno qui accusare non potest,ut à muliere,an possit excipere,tu non potes me accusare: quia inhabilis es,& an accusans possit replicare, tu non potes contra me excipere.

69 Ange. †Quæro si infamis excommunicatus, vel bannitus,qui nõ potest accusare, vt suprà dictum est,accusetur ab vno qui non potest accusare, vt à muliere,vel ab alio,an potest opponere exceptionem,tu nõ potes me accusare: quia inhabilis es ad accusandũ, & an accusans possit replicare,& tu nõ potes cõtra me exci
a pere.& Bart.in l.seruos[a].ff.de accu.dicit, quòd accusatus potest opponere dictam exceptionem, & accusator non potest replicare,quod etiã accusatus est infamis,vel bannitus,siue excommunicatus: vt d.l.seruos.& c.cum dilecti.extra de excep.de qua q.per Bar.Bald.& Imo.in l.cũ mulier.ff.solu.matr.& Flor.in l.lege Iulia.ff.de testib. & dicendum est,vt ibi plenè per præfatos doctores.Sed forte dictum Bart.in d.l.seruos.procedit quando agitur ciuiliter,vel ad pœnam applicandam accusatori,vel pro eius interesse. Sinautem ageretur criminaliter ad vindictam publicam,tunc videtur quod contra talem exceptionem possit replicari etiam de inhabilitate,ne delicta remaneãt impunita.l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.arg.l,apud Celsum.§.Marcellus.ff.de doli excep. & quod not.Innoc.in c.intelleximus.extrà de adulte.in gloss.& hic videtur sentire Bal.in d.l.cum mulier.in j.limitatione regulæ,an dolus cum dolo compensetur.allegat not.in l.is qui reus.ff. de publ.iudi.& quod not.in c.sicut.extrà de iureiur.& in l.viro atq; vxore,& ibi gloss.& Bar.ff.sol.matri.de qua q. per Imo,in d.l.cum mulier.

ADNOTATIO.a ¶Bart,in l.seruos.Adde tu Petr.de Ancha. in c.intelleximus.extrà de adult.Ant.de But.& Fely.in c.cum dilecti.extra de excep,etiam Alex,in l,cum mulier.ff.sol,matr.& Io. And.in addi.Spec.in tit.de accusa.iiij.parte.Ber.

Augu. Tu adde & latius vide ista disputata per Roma.in dicta l.cùm mulier. qui multa allegat. & per Bald.in l.j.§.j.ff.ne quis eum qui in ius vocat. est vi eximat. & per Anto.de Butr.in c.cùm dilecti. extrà de excep.& per Petr.de Ancha.in c.intelleximus.extrà de adulter.& per Bald.aliquid in l.in arena.C.de in officio.testamen.vbi prædicta poteris limitare.& aliquid per Angel.in §.itaq;.in authen.vt iudices sine quoquo suffragio.

Hiero. Breuiter in hac quæstione dicam opinio. Barto.communiter tenetur per docto.in dicta l.cùm mulier.quam etiam tenet Alber.in l.seruos.hic allega,& in l.amplius.ff.rem ratam haberi.Abb. & post eum Modern.vbi latè declarant in cap. dilecti.de exceptionib.extrà.

70 Accusans an præsumatur calumniator, eo ipso quod non probat suam accusationem.

70 Ange. †Quæro,an accusator præsumatur calum-
b niator,eo ipso quod non probat[b] suam accusationem. Istam quęstionem format Bar.in l.j.in prin.ff. ad Turp.& in effectu concludit cum gl.in l.athletas.§.calumniator.ff.de his qui notan.infa.in casibus exceptuatis qui ponuntur per glos.in d.l.j.non præsumitur calumniator, aliàs regulariter contra non probantem præsumitur calumnia, sed non est præsumptio iuris & de iure, & sic admittitur probatio in contrariũ:vt d.l.j.quia potest probare iustum errorem, & est iustus error fama publica.l. miles.§.mulier.ff.de adulter.vel si audiuit à personis fidedignis:vt not.Bart.in l.athletas.ff.de insa. Et vide Barto. in l.fi.ff.de hæred.instit.& Cyn.& doct.in l.j.C.de aduoc. diuer.iudic.& Salice.in l.iij.C.de calumn.& ibi Bald.qui not.distinguit,an publica fama excuset à præsumpta calumnia,& per Canonistas in c.fin.extrà de calum. Ex quibus sequitur, qd tu iudex anteq; condemnes accusatorem de calumnia,statuas terminum eidem ad faciendũ suam defensionem,quare de calũnia non veniat condemnandus:vt dicit ibi Bart.aliàs si hoc non faceres, faciliter poteris errare,& teneris in syndicatu.

b ¶An accusator præsumatur calumniator eo ipso quod nõ probat. Adde circa hoc & vide d.Alex.in consi,xj.in j.volu. & clarius per Abb,in consi,lxxviij.vbi dicit,quòd communis opinio est quod accusator deficiens excusatur à præsumpta calumnia, si habet alia iudicia euidentia,vel famam, vel quod audiuit à fidedignis, vel quid simile,& an si accusator dicat,quod non potest probare nisi per duellum,an tunc dicatur in calumnia.vide Barba,in consi,pe.

Augu. Tu autem in hac materia adde do. Barto. & doct.in l.cum quædam.§.j.ff.de acqui.hæred.& dicta d.Ant.de But.in fi.& aliorum in c.cùm dilecti,extrà de dolo & contu.& vide Ange.in l.mater.C.de calum.qui ponit in hac materia altercationem inter Cy. & Bar.& breuiter limitat dicta Bar.quod tunc fama non excusat aliquem,vbi quis accusat aliquem de facto in se commisso,cuius non potest,nec debet ignorantiam prętendere.Nam si scio me non esse iniuriatum à te, & fama sit in cõtrarium, illa fama falsa non excusat me.ar.l.fi.C. de calum.& certè pro hoc est text.& ibi Ang.ponderans eum in l.fallaciter.C.de calum.qui dicit,qd vbi cõstat de calumnia accusantis,nullus color excusat, nec etiã fama isto casu,nec semiplena probatio,vel præsumptio,nec rescriptũ principis generale aut speciale,nisi dicatur in eo, nõ obstante lege aliqua:quia omnia hæc veritati succumbunt.Sed doctrina Bar.secundũ Ang,in d.l.mater. habet locum vbi quis accusat de facto non commisso in se, sed in res suas:puta de rebus sublatis ei de domo noctis tempore,vel de adulterio cõmisso in vxorem eo absente, vel aliis similibus.Nec etiam habebit locum doctrina Barto. vbi quis accusaret aliquem de iniuria non concernente eum vel suos:quia fama eũ non excusat:quia cũ nõ proprio dolore moueatur ad accusandũ,debuit mature deliberare & indagare sufficienter,arg.l.fi.C.de accu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hiero. In hac materia adde, quod cõmunis opi. doct. est, quod accusator præsumatur calumniator eo ipso quod nõ probat, ita est gl. communiter approbata in c. ij. de calum. vbi Abb. & Mod. dicunt eã cõmunem. idem etiam tenet Collect. post Vinc. in c. j. e. tit. vbi dicit idem tenere Arch. & Host. idem etiam tenet Salic. in l. ij. C. de calumnia. ista tamen regula fallit in pluribus casibus ibi positis per Abba. Henric. & Felyn. quos referre non curo.

71 *Calumniator, an & quando condemnari possit.*

72 *Accusator qui conuersatur cum aduersario, facit sufficiens indicium, quòd calumnietur.*

71 Ange. †Quæro, an & quando potest calũniator condemnari. conclude, quod aut fit eadẽ sententia: quia reum absoluit, vt quia dicit reum non fore repertum culpabilem absoluo, & accusatorem declaro dolosè & calumniosè non probasse. Tunc licet aliter nõ cõdemnet, vel pœnam non imponit, statim succedit dispositio iuris cõdemnatoria. d. l. j. & ibi Bart. ff. ad Turp. Et intelligitur pœna imposita si est certa & determinata à iure vel statuto, vel que consueuit in similibus imponi: vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notã. infa. Secus si iudex diceret, absoluo reum, & declaro accusatorẽ non probasse, potest esse cum dolo & sine dolo. Ergo necessario non includit delictum, cùm in pœnis minor pœna sit eligen. vt l. pen. ff. de pœn. non intelligitur dictus accusator de calumnia damnatus, quod eadem sententia debeat condemnari. est tex. in l. j. C. de calumn. Et est text. & ibi Bart. in l. athletas. in fi. ff. de fal. Aduertas tamen, quod hoc est verum, vt præcludatur via officio iudicis mercenario deseruienti dictæ actioni propositæ, reus debet petere accusatorem puniri eadem sententia. l. iiij. C. depo. l. Paulus. ff. de re iudi. Sed non negatur, quod si principaliter velit accusare eum de calumnia, & solenniter, & se subscribere ad pœnam talionis, & alia facere, quòd ipse non possit etiam post primam sententiam. l. j. ff. ad Turp. Nec etiam negatur quin iudex ex suo officio nobili, per viam inquisitionis, etiam post primam sententiam, possit contra accusatorem inquirere, & condemnare de calumnia. Maximè cùm tale delictum fuerit commissum corã maiestate sua: iuxta nota. per Bar. in d. §. si publico. cõiuncta l. nullum. C. de testib. Ita dicit Bar. in l. j. ff. ad Turp. fa
72 cit qd' no. Bar. in l. athletas. §. fi. ff. de fal. † Vnum no. tu iudex, & nunq̃ tradas obliuioni, quod si tu vides accusatorem conuersari & vti cum aduersario. Tunc sufficiens est iudicium, qd' accusator sit calumniator. Nam per accusationem solent oriri inimicitiæ capitales inter accusatorem & accusatum. l. iij. & ibi Bar. ff. de adi. leg. l. si inimicitię. ff. de his quib. vt indi. Si ergo reus ex hac accusatione non indignetur, præsumitur collusio, sicut vir præsumetur lenо, qui non indignatur de adulterio cõmisso per vxorem. l. mariti lenocinium. ff. de adulte. Ita singul. dicit Bar. in l. j. §. præuaricatorem. ff. ad Turp.

a Augu. Tu autem in hac materia[a] adde omnino, & vide dicta Bart. in l. athletas. §. calũniator. in fi. ff. de his qui no. infa. qui etiam ponit quot modis potest quis de calumnia accusari, & in effectu idem videtur concludere quod dixit in d. l. j. ff. ad Turpil. & hos modos approbat Sali. post gl. in l. qui non probasse. C. de calum.

Sed in hac materia adde, quod gl. in l. si tibi. C. de liber. cau. videtur velle, quod eo ipso quod reus est absolutus, & accusator non est de calumnia condemnatus, eo ipso videtur accusator absolutus de calumnia, & si ita est, ergo non potest contra eum procedi postea per viam inquisitionis vel accusationis: quia obstaret tali processui exceptio rei iudicatæ, & sic remaneret destructa illa sententia Bar. supra allegata, quod multis modis potest calumniator puniri, & licet Cyn. in l. qui non probasse. C. de calũ. videatur reprobare illam gl. in d. l. si tibi. Tamen Ang. in l. j. C. de calumn. saluando illam gl. singulariter limitabat dicta doct. quia si iudex dirigit verba ad accusatorem, & dicit eum calumniatum, & reum absoluit. Tunc vera est ista conclusio, quod videtur condemnare accusatorẽ de calumnia, & sic amplius non est quærendum: quia eum videtur condemnare similitudine supplicum. tex. est in l. ij. §. j. ff. ad Turpil. Si autem iudex dirigit verba ad accusatorem, & reum absoluit: vt dicit accusatori, non probasti, & non dicit eum calumniatum. Nam tunc vera est illa glos. in d. l. si tibi. nam videtur iudex peperciſſe, & dicit, quod de hoc est etiam tex. in d. §. j. quem diligenter dicit esse ponderandum, & sic contra accusatorem non poterit formari inquisitio amplius, nec accusatio de calumnia. Secus si iudex simpliciter reum absoluit. Tũc verum dicit gl. in l. j. C. de calum. quia accusator non intelligitur absolutus, nec condemnatus, & ideo tunc de calũnia poterit accusari, & inquiri. Ita dicit Ange. esse tenẽdum pro euangelio in d. l. j. C. de calum.

ADNOTATIO. a ¶ In hac materia. Adde tu & vide Fede. de Sen. in consi. xciij. incip. factum proponitur.

Hiero. In hac materia vide dicta d. Henric. boyc. in c. ij. de calum. per Albe. post antiquos in l. j. C. de aduoc. diuer. iudic. Item vtrum & qualiter non probans à præsumptione calumniæ valeat se purgare. vide doct. in d. c. ij. de calum. vbi Henric. post Host. & Ioan. And. qui notabiliter distinguit.

73 *Succumbens in criminali, an debeat in expensis condemnari.*

73 Ange. †Quæro, an succumbens in criminali, debeat in expensis condemnari officio mercenario, dic quod sic: vt no. Bar. in l. j. in fi. prin. ff. ad Turpil. & Sal. & doct. in l. iij. C. qui accu. non poss. & facit l. pe. & fi. C. de fruct. & lit. expen. & ibi Bart.

b Augusti. Tu autem in hac materia, an condẽnatio expensarum[b] veniat in criminalibus. Adde dicta Bal. in l. eum quem temere. ff. de iudic. & per Bar. in l. si postulauerit. in princ. & in §. fi. ff. de adul. & latius per Bal. in auth. generaliter. in pe. col. C. de episco. & cler. latè per canonistas in c. cum dilecti. extrà de pœnis. Aliquid per d. Ant. in c. cùm dilecti. extrà de dolo & contu. & per Bal. in l. sancimus. C. de iu. & in prædictis locis habemus alias decisiones.

b ¶ Condemnatio expensarum. Adde quòd Abb. in consi. lxxviij. dcit, quòd ille videtur temere accusasse, qui non consuluit peritiores. & ideo in expensis condemnatur.

Hiero. Tu in hac materia expẽsarum. adde Cy. in l. j. C. de aduo. diuer. iudic. vbi dicit, quod quò ad condemnationem expensarum, non probãs præsumatur iniustè litigasse, licet non quò ad pœnam calũniæ, nisi iudex expresè pronunciauerit eum calumniatorem: vt ff. ad Turpil. l. j. §. j. & sic intelligit d. l. j. & l. qui non probasse. C. de calumnia. rationem diuersitatis assignat inter calum. & condemnat. expensarum: quia condemnatio expensarum est quoddam intrinsecum causæ, calumnia verò quoddam extrinsecum, quod committitẽ multis modis: vt in d. l. j. ad Turp. & ideo facilior est præsumptio iniustè litis quò ad expẽsas, q̃ præsumptio calũniæ. ar. no. in l. ij. C. de cõd. ob tur. cau. & per Inn. extrà de acc. c. super his. & ita intelligit qd' not. C. de lib. cau. l. si tibi. & addatis pro declaratione huius materiæ qd' de expẽsis cõtumaciæ, clara est decisio qd' sic: vi in l. qui crimẽ. C. qui acc. nõ poss. & ibi Cyn. & doct. & habetur in l. pe. hic alle. per Bar. & Bal. & per doct. in c. finẽ litibus. & in c. cũ dilecti. de do. & cõtu. & Lãfrã. in c. quoniã cõtra. extrà de prob. sed de expẽsis victoriæ, an succũbens condemneť, & in hoc dicatis, qd' tã de iure cano. quã ciuili, cõiter tenent docto. qd' sic, in c. calumniã. de pœ. & in c. accedens. de acc. vbi istã dicit cõmunem Are. super gl. in verbo, in expẽsis. iij. col. cũ plu. cõcor. nec est aliqua differẽtia inter ius cano. & ciuile, secũdũ Prepo. qui hãc etiã dicit cõem, in c. in primis. vbi est gl. not. ij. q. j. col. iiij. extende istã cõmunẽ opi. qd' in causis criminalibus vbi procedit per accusa. denun. siue inquisitionem, semper victus victori cõdemnatur in expẽsis, secundùm gl. no. in d. c. cũ dilecti. in gl. fi. quam ibi Bal. dicit vnicam. qd' etiam extende, etiam si per

si per modum exceptionis de crimine quæratur, per tex. ibi. Item adde circa id quod diximus quando per denunciationem. vide Cy. qui hoc tenet in l. seueriter. C. de excu. tut. & ibi Bald. & hanc dicit communem opi. Albe. in l. sancimus. col. iij. C. de iud. & adde circa id quod diximus quando agitur per modum inquisitionis, quod si iudex malè, vel calumniosè inquirat, tenetur ad expẽsas & interesse parti: vt tenet Bal. in rub. C. de peda. iud. in prin. Cataldi. in tract. de syndi. q. vciij. colũ. xv. & sequitur do. Præpo. vbi suprà qui allegat concor. & Aret. in d. c. accedens. & nedum ad expẽsas & interesse etiam punitur criminaliter. ita tenet Cyn. & Bald. in l. seueriter. per illum tex. C. de excu. tuto. & Anto. de Butr. in d. c. cum dilecti. ad fi. Paris de puteo in tract. de syndi. in rub. de barataria. in ver. quia. char. xxvij. vbi dat concord. & idem Cyn. & Bal. in ij. q. in dicta l. sancimus. C. de iudi. Item etiam adde, quod etiam suprà dicta doctrina communis habet locum in instigatore, secundùm Bar. in l. j. §. incidit. ad Turpil. ff. & reliqua quæ possent in hac materia adduci, vide in locis suprà allegatis: quia hæc satis sufficiunt hic pro declaratione huius q.

74 *Accusatori an liceat impune desistere abolitione publica legali uel priuata.*

75 *Abolitio publica, quid sit.*

76 *Abolitio legalis, quid sit.*

77 *Abolitio publica siue generalis, non porrigitur ad delicta liquida.*

78 *Abolitio priuata, quid sit.*

79 *Abolitio, an extendatur ad crimen falsi.*

80 *Abolitionem priuatam à iudice impetrare non potest, qui propter pecuniam aliquem accusauit, uel qui est in euidenti calumnia.*

74 Ange. † Quæro an abolitione publica legali vel priuata, liceat impune accusatori desistere. & sciendum est, quod aliqua est abolitio publica, aliqua le-
75 galis, aliqua priuata. † Abolitio publica est, quæ à solo principe, vel superiore conceditur ob diem insignem, puta propter filium sibi natum, vel ob res prosperè gestas, vel propter debellationem hostium: vt l. abolitio. cum l. seq. ff. ad Turpil. & fit isto modo: quia princeps permittit, quod omnes accusatores impune possunt desistere ab ac-
76 cusatione: vt ibi not. gloss. † Legalis verò abolitio est, cùm accusator mortuus est, vel aliter iustè impeditur prosequi. l. libellorum. §. fi. ff. de accusa. Quibus omnibus reo postulante, processus circunducitur, & nomen rei aboletur. d. l. libellorum. §. fi. Quinimo etiam reo non postulante hoc, iudex ex officio suo potest istud facere, cùm in criminalibus maximè ad defensam, iudex habeat latas habenas. l. si non defendantur. de pœ. Ita dicit Bar. in d. l. libellorum. §. fi. his duobus casibus quanuis abolitio fiat, nõ tamen in totum accusator excluditur. Quinimo idem accusator, si vult, potest repetere reum intra triginta dies à die prædictæ abolitionis. Qui dies vtiles sunt: vt l. aut priuatim. §. triginta. ff. ad Turpil. & in dicta l. libellorum. ad fin.

Et aduertas, quod in potestate accusatoris est, si vult redire ad suam accusationem inchoatam prosequendam, & sic ad eandem instantiam: vt no. Bar. & gloss. in d. §. triginta. & Bar. in l. libellorum. §. fi. ff. de accu. & eodem statu in quo instantiam dereliquit, & eodem modo quo primo agere & prosequi, & non opponi potest: vt est tex. & gl. in l. si quis repetere. in prin. ff. ad Turpil. facit l. si priuatorum. §. abolitionem. ff. e. tit. licet Cy. teneat contrarium in l. j. C. de aboli. Item est in facultate eiusdem accusatoris dictum accusatũ repetere de nouo, & ex nouo processu intra dictos triginta dies vtiles: vt d. l. libellorum. §. fi. & est in facultate cuiuslibet alterius eãdem accusationem ab alio productam, vel de nouo aliam accusationem inchoare, dummodo inchoet intra triginta dies. Iste est tex. in dicta l. libellorũ. §. fi. ibi, ex integro &c. Licet Bart. ibi, secundùm Iac. de Are. teneat, quod si ex integro vult accusare, quod potest in viginti annos, per l. querela. C. de fal. Sed dicit contra d. l. libellorum. §. fi. ibi, ex integro. & ita dicit Ioan. de Imo. in l. pe. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Quinimo, etiam si iudex vult, potest, non obstante dicta generali vel legali abolitione, eũdem reum in eandem instãtiam antiquam, vel de nouo per inquisitionem inquietare: vt ibi not. Barto. & prosequitur Angel. & alĩ, in dicta l. penul. §. ad crimen. Sed Barto. in dicta l. libellorum. §. fin dicit, quod de nouo potest accusari vel inquiri in viginti annos. Sed Imo. in dicto. §. ad crimẽ. dicit, imò intra triginta dies: vt d. §. fi. ibi, ex integro. Nec obs. l. querela. quia loquitur quando nunq̃ fuit per prius accusatus, & ratio differentiæ est, ne ex delicto eiusdem hominis, sæpius quæratur: vt l. licet. in fi. ff. nau. caupo. stab. Sed fortè secundùm do Ange. hic, opi. Imo. erit verior in alio priuato: vt d. §. fi. ibi, ex integro. & ibi, intra triginta dies. Secus in iudice: vt ibi patet à contrario: quia dicendo de alio, ergo non videtur concludere iudicem: vt l. cùm prætor. ff. de iudi. & sic iudex poterit prosequi accusationem iam inchoatam intra triginta dies. Item poterit nouum processum formare quomodocunq̃, etiam intra viginti annos: vt d. l. querela. facit l. ij. ibi, in quæstione formata. C. de aboli. & dicit do. Ange. quod hoc credit verius, vt iudex ad quem spectat malefactores punire: vt l. cõgruit. ff. de officio præsidis. facilius possit contra malefactores
77 intentare officium suum. † Et subdit multum nota. quod ista abolitio generalis, non porrigitur ad delicta iam liquida: vt est text. in l. fi. C. de abolit. Item secundò, non
a porrigitur ad crimen falsi[a], licet non sit liquidatum: vt est text. in l. Lucius. ff. ad Turpil. & ibi Barto. Tertiò, non porrigitur ad iam carceratos: vt est text. & ibi Bartol. in l. Domitius. ff. ad Turpil. quod intellige: vt ibi not. Bartol. in dicta l. Lucius. in fi. Ira dicit Ange. in d. l. libellorum. §. fi. ff. de accu. Quartò, dicta abolitio non porrigitur ad accusationes nondum inchoatas, & instituras. l. j. & ij. C. de genera. abolitione. Et incidenter, & satis inepte subdit hic do. Ange. quod not. est, instantia cœpta in criminali per accusatorem mortuum, non transit ad hæredem eius: vt est casus in l. diui fratres. & ibi Bart. ff. de accu. licet in ciuili actiuè & passiuè transeat in hæredem vniuersalem. l. si hominem. & ibi Barto. ff. de fideiusso. facit l. si constante. ff. soluto matrimo. & ibi Bart. & tamen dicta instantia criminalis transire potest in quemlibet extraneum: vt d. l. libellorum. §. fi. quod videtur mirabile, qd' magis trãseat in extraneum quã in hæredem. Et ratio esse potest: quia hæres representat personam mortui per omnia: ideo sicut mortuus non potest, ita nec hæres qui representat eius personam. Ex quo infertur, quod si hæres vellet admitti tanq̃ quilibet de populo, non vt hæres, quod posset. arg. l. sed si hac. in §. qui duos. ff. de adop. & quod not. gloss. &
78 Bart. in l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. † Alia est abolitio priuata, quæ diffinitur secundùm Bar. in d. §. triginta. qd' abolitio nil aliud est, quàm nomen rei abolere inter reos, & cum ab instantia iudicij absoluere. Ista probantur in l. interueniente. ad fi. ff. ad Turp. quæ fit à præsule accusatore impetrante, causa cognita, & partibus præsentibus, vel absentibus: tamen parte citata & contumace. l. j. C. de abolit. & sic debet dicere causam ex qua petit abolitionem, aliàs non esset audiẽdus. videlicet, qd' ideo petit: quia per calorem, vel errorem, vel temeritatẽ, & nõ melius de negotio informatus, prosiluit ad accusationẽ.

Item debet iurare & dicere, qd' istam abolitionem petit, non corruptus prece, vel precio, vel alia humana gratia. d. l. j. C. de abol. Requiritur & aliud, videlicet, qd' purè & simpliciter accusatio tantùm sit producta, nec reus, vel aliquis alius, vt testis, iniuriã aliquã sit passus, & tũc si nihil contra reum, vel alium: vt puta testẽ, mali aliquid nõ sit actũ intra triginta dies, etiã reo inuito, abolitio cõcedetur regulariter, nisi in certis casibus qui habentur in text. in l. fallaciter. C. de abol. & in l. vbi. C. de fal. vbi etiã accusatore nihil probante, reus debet innocentiam suam purgare. Si autem reus, vel alius: vt puta testis, aliquã iniuriam sit passus ex dicta accusatione: vt quia captus, vel detentus, vel carceratus, tunc nunquàm conceditur abolitio, nisi volente iniuriam passo, quæ omnia tu iudex, quando concedis dictam abolitionem, bene consideres, & nisi omnia supradicta sint verificata, & in actis appa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reat, nunc̄ concedas dictam abolitionem. Et subdit do. Ang. in hac materia, quod quando aliquis accusauit aliquem de pluribus delictis iuxta not. in l. qui de crimine. C. de accu. oportet, quod abolitio sit generalis, ita quod omnia delicta intentata comprehendat. Aliàs autē si non esset generalis, non præiudicat in omnibus. l. j. in princ. & ibi no. C. de abol. Secūdò aduerte, qd impetrata abolitione priuata, nunc̄ prædicto impetrāti abolitionē cōcedatur reaccusare de eodem crimine dictum reum, nisi à principe, & sic à superiore, impetrauerit abolitionem abolitionis, id est, quod nō obstante sua abolitione, possit de nouo accusare. d. l. j. in fi. C. de abo. Et vide qd not. Ange. in l. j. C. de genera. abo. & in l. hi. §. fi. ff. de accu.

ADNOTATIO. a ¶Crimen falsi. Adde & vide Alex. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de damn. infect. & Ant. de Prato vet. in cōsil. pe. quod est in j. volu. consi. Barb.

Augusti. Tu autem in hac materia adde dicta Sali. in rub. C. de abolitio. vbi ponit istam materiā, quotuplex sit abolitio. Et vide latè omnes istas quæstiones terminatas per Ange. in l. j. C. de gener. abol.

Adde dicta eleganter per Specu. titu. de abolitio. §. j. in princ. in versi. j. vbi ponit similiter quotuplex fit abolitio, & à quo concedatur, & an, & quando concedatur. Et vide Ange. in rub. eo. tit. qui dicit, quod ista generalis abolitio non porrigitur ad crimina liquidata, per l. fina. C. de abolitio. nec in crimine falsi, per d. l. Lucius. nec ad crimina nondum in iudicio deducta. Adde tamen, inquan-
79 tum † supra dictum est, quod abolitio generalis non extenditur ad crimen falsi, quòd ista conclusio videtur falsa, per tex. in l. si docueris. & quod ibi gloss. C. de fal. vbi si princeps alicui ex causa concedit indulgentiam criminū etiam extēditur ad crimen falsi. Sed dicas, quod aliud est, quòd princeps cōcedat hoc vni in genere ex causa: quia tunc etiam in crimine falsi, videtur indulsisse. Aliud est, quando propter res prosperè gestas conceditur abolitio: quia tunc nō venit crimen falsi in hac generali abolitione. & ita intelligo tex. in dicta l. Lucius. & ibi Bart. & ratio differentiæ est: quia primo casu crimen extinguitur. Secundò non, sed tantùm illud iudiciū & instantia. Ideo intra trigínta dies finita illa letitia poterit ille accusari iterum. l. si interueniente. ff. ad Turpil. & ibi Bar. per quæ patet Ro. pessimè locutum esse, in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de oper. noui nunc. & ibi latè dixi post Moder.

Item adde, quod ista generalis abolitio, non extenditur ad bannitos propter crimen læsæ maiestatis. Ita dicit Ro. in l. si quis in graui. §. de his quoq; ff. ad Sillan. allegat Ange. in dispu. sua incip. exorta guerra. qui dixit, quod si per statutum conceditur abolitio delinquentibus, nō cōprehenduntur delinquentes in crimine læsæ maiestatis: & fortè possemus etiam dicere, quod non comprehenderentur etiam illi, qui deliquerunt in aliquo enormi delicto, per doctrinam Bal. per tex. in l. iij. C. de episcop. aud. quod pro nūc non affirmo. Et in hac materia vide omnino aliqua not. quæ dixi in dicta l. de pupillo. §. si pluribus. vbi etiam aliqua allegaui vltra supradicta. Vnum tamen
80 †nota, & tene menti, quod in casibus in quibus supradictum est, quod quis potest impetrare abolitionem priuatam à iudice. Tamen si quis accusauerit aliquem propter pecuniam, vel est in euidenti calumnia, illam abolitionē priuatam à iudice impetrare non poterit. Ita dicit Ange. per illum tex. in l. j. C. de abolitio. & ideo dicit, quod hoc notan. est. Et in hac materia dicta Bart. in d. l. Domitius. approbauit Angel. post Bart. in l. ij. ff. de custo. & exhibi. reo. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. in versic. sed alibi quærit Bart. approbauit dicta Bart. in hac materia, in dicta l. Lucius.

Hiero. Hanc materiam satis notabiliter examinat d. Henric. boyc, in c. licet. in ij. dist. de accu. vbi primò ponit, quid sit abolitio. secundò quot sint eius species. tertiò quis sit effectus cuiuslibet abolitionis quartò quando, & vsq; ad quod tempus liceat ab accusatione desistere. vbi etiam vide latè per doct. declarat etiā not. Alber. in l. j. vbi Salic. in rubri. C. de aboli. gloss. nota. in c. prohibentur. in verbo, triplex. ij. q. j. vbi per docto.

Item inquantum dicunt hic Angel. & Augusti. quod generalis abolitio nō extenditur ad crimen falsi &c. Ade, quod idem tenet Ancha. in repeti. c. j. de constitu. extrà fol. 38. versi. vnde si statuto &c. Nellus in tracta. bannitorum. in iij. parte. q. xij. vbi quærit, statuto cauetur, quod banniti certam quantitatem soluentes eximantur de banno, an bānitus pro falsitate, debeat eximi, vel si statutum dicit, quod incarcerati debeant relaxari certa quantitate soluta, an carcerati pro delicto falsitatis, debeant relaxari. & concludit, quod communiter tenetur quod nō, per d. l. Lucius. & ibi Bart. & per l. fallaciter. §. j. C. de aboli. quod ipse approbat, & limitat, nisi in carceribus, vel banno non essent alij carcerati vel bānīti pro alia causa, quā pro falsitate: nam tunc cùm rectus futuro pluralis numeri aliter verificari non potest, ad illos porrigetur. arg. ff. ad Trebel. l. fi. cum ibi not.

81 *Filiofamilias accusante, an requiratur consensus patris.*

81 b **Ange.** †Quæro, quando filiusfamilias accusat, an requiratur consensus patris [b]. dico quod sic, per l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quæ liber. pro quo allego Spec. ita voluisse in titu. de accusato. in versicu. Quæro si accusator sit filiusfamilias. Et ibi ponit, quomodo pater præstat consensum accusationi. Sed Dyn. Barto. Blad. & Imol. in l. fi. §. j. ff. de verbo. obligatio. tenent contrarium. & Bartol. in l. inter liberos. §. j. & in l. filiusfamilias. ff. de adulter. scilicet, quod imò non requiratur consensus patris, siue accuset, siue accusetur de publico crimine. Quoniam regula est, quod quoties patri nō quæritur vsusfructus, non est in illo actu necessarius consensus. dicta l. fi. §. j. & est casus in cap. fina. de iudicijs. libro sexto. Meritò in criminalibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, non requiritur consensus, siue filius accuset, siue accusetur.

b ¶Consensus patris. Adde ad hoc Bal. in consi. lxix. in v. vol. & Pet. de Anch. in consi. lxxij. Ber.

Augu. Tu autem in hac materia adde, quod Angel. in dicta l. inter liberos. §. j. dicit, quod ista quæstio est dubia. Adde etiam, quod Spec. in tit. de actore. §. j. ver. sed nunquid in publicis. ibi expressè tenet contrarium eius, quod dixit in versic. quæro, si accusator. scilicet quod in publicis iudicijs non requiritur cōsensus patris. Quinimo dicit ibi Ioan. Andr. in additio. quod Guido de Suza. dicebat, quod etiam in priuatis delictis non requiritur consensus patris, per l. quoties. ff. de noxal. & l. iij. ff. de condict. furt. Ego verò etiam teneo istam partem pro qua allego casum, & ibi Barto. ponderauit illum tex. in l. post legatum. §. si filius. ff. de his quib. vt indig. & est bonus text. & ibi Bartol. in l. filij nomine. ff. de insur. dicit tamen Ang. in dicta l. inter liberos. quod tutius est quod pater præstet consensum: quia Ioan. And. in glos. sua quā fecit in c. fi. extrà de iudic. in vj. dixit, quod regula est, qd pater præstare debeat consensum filio in iudicijs: fallit in certis casibus, scilicet in crimine adulterij, & in certis casibus de quibus per eum ibi.

Hiero. In hac materia addatis, qd cū opi. Bar. trā sit d. Præpo. in summa. ij. q. viij. co. ix. in prin. ver. Item secundum. vbi dicit, qd gloss. in §. necessitatem. hic alleg. volens contrariam sententiam, qd communiter reprobatur per Bar. Pau. Sal. Io. Fab. Philip. Cor. Ang. & Alb. de Rosa. qui refert plures antiquos, qui indistinctè tenent hanc opi. in d. §. necessitatem. Idem etiā tenet Stepha. auferri in decisio. capellę. decis. clxxv. super gl. & hęc est cōmunis opi. à qua in iudicando non est recedēdum, quicquid dixerit Ang. in d. l. inter liberos. puta quod tutius est, qd pater præstet consensum. & idem videtur etiā velle Bal. in §. necessitate. &c. & cū Bart. tenet etiā Iac. de Belui. in sua practica. lib. ij. in rub. de causis criminalibus criminaliter. &c. col. ij. ver. sed an præsens.

Laicus

8. *Laicus regulariter non potest clericum accusare.*

82 **Ange.** †Quæro an laicus possit accusare clericū? dicas regulariter quòd nō, nisi in casibus exceptis, & nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam: vt not. Specul. in titu. qualiter procedatur in accusatione. §. tertio videndum. ver. & not. quòd accusatus. & versic. itē quòd est laicus. & quis sit competens in causa criminali contra clericum presbyterum, diaconum, subdiaconum, vel episcopum. no. in Spec. in tit. qualiter in accusa. procedatur. §. quarto loco, per totum §.

Augu. Tu autem in hac materia adde dicta Gandi. in rub. quis possit accusare vel non. in ver item repelluntur. clericos & alias ecclesiasticas personas accu. qui per tex. & in auth. causa quæ fit cum monacho. C. de episco. audien. vult, quòd tunc laicus repellitur accusare ecclesiasticas personas: quoties coram iudicibus secularibus vult accusare. & melius habetur hoc de iure
a nouissimo, in auth. ad decus & decorem. Sed de ista [a] materia latè vide per gloss. & tex. Ioan. Andr. Inno. Anto. de But. Abb. & Imol. in c. cùm P. manconella. extrà de accu. vbi gl. enumerat omnes fallentias, vbi laicus potest accusare clericum. & per Specul. in tit. de accusa. in j. parte. §. j. versi. item quod est laicus, qui nō potest clericum accusare. vbi multos tex. de iure canonico allegat.

ADNOTATIO. a ¶Sed de ista materia. Tu vltra hoc adde Fede. de Sen. in consi. xciij. & Cepo. in consi. xj. Ber.

Hiero. Vide Bonifac. Vitali. in tracta. malefic. in rubri. qui accu. non possunt. in medio. versic. item clericus &c. & notabilem distinctionem do. Henri. Boyc, in c. decætero. extrà de testib. in j. distinct. & adde quòd ad accusationem clericorum nullus admittitur qui sit ignotus, vel suspectus de falsitate, vel inimicitia. c. accusatoribus. cap. canonica. & c. accusatores. iij. q. iij. & hoc nisi prius inquiratur de vita, & fide, & intentione eius: vt in cap. quærendum. & c. si qui. ij. q. vij. & ibi per Archi. & per Inno. & docto. vbi do. Ancha. facit no. distinctionem in c. cum P. manconella. de accusa. per Henricum vbi suprà. ij. dist. & de ista materia vltra hic alleg. vide docto. in d. c. de cætero. de testibus.

83 *Iudex competens in causa criminali est ordinarius.*

83 **Ange.** †Quæro, quis est iudex competēs in causa criminali. dic quod ordinarius, non delega
b tus [b], quoniam causa criminalis non potest delegari, nisi à principe: & nisi in certis casibus. l. j. ff. de off. eius cui manda. est iurisdict. & ibi gloss. & doct. & not. Specu. de offic. delegati. §. excipitur. in versicu. item quòd est delegatus in causa &c.

b ¶Delegatus. Adde & vide omnino Fran. de Are. in cōsi. lviij. Ber.

Augu. Tu autem in hac materia adde quę dixi suprà in versi. iudicem maleficiorum.

84 *Accusatio si rectè producatur, & iudex non vult ipsam admittere, vel postquam admisit, non vult testes super ea examinare, facit litem suam.*

84 **Ange.** †Quæro an si producatur accusatio, & ipse iudex non vult ipsam accusationē rectè pro-
c ductā admittere [c], vel postęa admisit, non vult testes super ea examinare: dic quod talis iudex facit litem suam, & tenetur in syndicatu. l. argentarius. §. ad hoc nunc. ff. de edē. Ita no. Bal. in l. mancipia. in prin. C. de ser. fug.

c ¶Admittere. Adde tu qualiter puniatur denegans iustitiam. vide Alexā. in consi. iij. in j. volu. & car. in consi. cl. & an repręsaliæ possunt conceди si iudex est negligens in ministrando iustitiam. & vide per Roma. in consi. clviij. & consi. clxxix. Ber.

Augu. Tu adde quæ dixi in l. iiij. §. in eum. ff. de damno infecto. vbi vltra omnes docto. posui materiam qualiter puniantur. Et in quantum isti iudices nolentes administrare iustitiam, & ibi pulchra multa dixi vltra docto.

Hiero. In ista materia multa possem adducere, sed esset occupare membranas, ideo vltra docto. vbi Lud. & Alex. aliqua dicunt in d. l. iij. §. in eū. da-
bo remissiones, vbi latissimè examinatur materia. & videatis Amedeum qui latiss. per tres col. multa congerit in tract. de syn. in gl. super verbo, item in eo & de eo &c. Pari. de puteo. in tracta. de synd. in verbo, negligentia chart. lxxij. & in ver. contra. & in ver. qualiter. char. lxxiiij. Item qualiter probetur negligentia. vide nota. Bar. in consi. ciij. incip. charissime domine &c. & Corn. in consi. c. inci. consuluit dominus &c. in j. parte. in princ.

85 *Accusatio pro crimine ciuiliter intentata, an possit etiam pro eodem criminaliter intentari.*

86 *Condemnatus in criminali, an possit conueniri ciuiliter.*

87 *Confessio facta in ciuili, quando præiudicet in criminali.*

88 *Confessio facta in uno iudicio tūe nocet in alio inter easdem personas, nisi contra illam confessionem in primo iudicio fuerit pronunciatum.*

85 **Ange.** †Quæritur, si actum fuerit pro crimine ciuiliter, an possit etiam pro eodem criminali-
d ter accusatio interponi [d]. Istam quæstionem ponit Bart. in l. prætor ait. §. hoc ædicto. ff. vi bonorum raptorum. & Imol. in l. interdum. ff. de publi. iudic. vbi concludit, quod si obtinuit in ciuili, indubitanter poterit postea criminaliter accusare, non tamen probationes in ciuili sufficiunt in criminali: vt l. fina. C. de probationibus. & sic iterum produci debent testes: quia testibus, & non attestationibus creditur. l. iij. §. item diuus. & ibi Floria. ff. de testibus. faciunt tamen acta in ciuili aliqualem præsumptionem in criminali: vt not. gloss. in l. si quis à se fundum. C. ad legem Iuliam de vi. & ibi docto. Sed Bald. in l. ij. C. de eden do. in versicu. venio ad secundam partem. & dico, dicit, quòd in effectu prædicta sunt vera, quando probatio est variabilis: puta, facta per testes. Sinautem non posset variari: vt puta, quando in ciuili causa aliquid est confessus, vel sunt instrumenta publica producta inter te & me. Tunc talis probatio facta in ciuili: prodest in criminali. l. penultima. C. de arbitr. & extrà de testamentis. cap. præsentia. si verò reus fuit absolutus, tunc si fuit absolutus: quia crimen non fuit commissum. Tunc non potest accusari criminaliter, & hoc casu absolutoria lata in ciuili, parit exceptionem rei iudicatæ in criminali. argumento eorum quæ habentur in l. fin. C. de fide instrumentorum. Si verò fuerit lata, quia non fuit probatum: tunc præiudicat in criminali. Si verò est lata simpliciter: tunc si ex actis potest apparere de causa, ex illa videtur lata, per notata, in l. si quis ad exhibendum. ff. de exceptione rei iudicatæ. Si verò non apparet: tunc in dubio videtur
e lata ex eo: quia non probatum [e], per legem Iuliam. ff. de condictione indebiti. ibi. Sed si aliquis fuit accusatus, vel inquisitus criminaliter, & absolutus: an possit ipse de eo-
f dem delicto ab alio accusari [f]. vide textum, gloss. Bartol. Angel. in l. si cui. §. j. ff. de accusationibus. & Salice. in l.
86 qui crimen. C. de accusationibus. † Quid autem econtra, an condemnatus in criminali, possit conueniri ciuili-
g ter [g]: dic quòd sic, si remanent sibi bona, ita dicit Barto. in dicta l. prætor ait hoc edictum. quòd condemnatus in criminali, potest postea ciuiliter conueniri, si remanent sibi bona. Quinimò plus videtur, quod probationes factæ in criminali, faciant fidem in ciuili: quia cessant rationes, quæ dictæ sunt suprà. Vnde ex quo eadem quæstio vertitur inter easdem personas, videtur quod facit fidem. & hoc tenet Bartolus, in l. secunda. §. secundo. ff. vi bonorum raptorum. Sed Imol. in dicta l. interdum. tenet contrarium: quia licet sint eædem personæ, tamen causa est mutata. Igitur non obstat exceptio rei iudicatæ. facit quod notat Innocen. in capitulo, veniens. extrà de testibus.

d ¶Interponi. Adde tu quando probationes factæ in ciuili, probent in criminali. vide Pau. de Ca. in cōsi. cccxxvij. in nouiter impressis.

e ¶Adde vltra dicta Augu. Ari. j. & vide Ro. in consi. cccxxix. Ber.

f ¶Accusari. Adde & vide de hoc per Alex. in consi. xj. ij. col. in j. volu. Francis. de Are. in consi. lviij. & Ro. in consil. ccxiij. & an monachus punitus per Abba. possit per ordinarium puniri, vide per Roma. in consi. cccbxxv. Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g ¶ Ciuiliter. Et an & quando sententia lata in causa criminali faciat fidem in ciuili. vide Bal. in consi. xxix. in j. vol. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd inquantum dictum est, quòd si lata est sententia cõdemnatoria in ciuili, potest postea agi criminaliter. Intellige hoc verum, vbi illa ciuilis est intenta ta ad prosecutionem rei familiaris, sed si sit proposita ipsa ciuilis ad meram vindictam, & condemnatoria est lata, & est satisfactum: tunc non posset agi criminaliter vllo modo. Sed bonus iudex non debet tunc pati, vt præponatur ciuilis, & omittatur criminalis, propter magnũ præiudicium, quod reipublicæ paratur: sic intelligitur singula. tex. in l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur. vbi volens agere ciuiliter ad vindictam de iniuria, non debet audiri, sed accuset criminaliter si vult. Ista sunt verba aurea Angel. in l. j. C. quando ciuilis actio præiudicat crimina. in j. & iij. col. & Bal. in l. edita. in xxxij. col. C. de eden. & j. in sequen. q. etiam dicetur. & vide d. Anto. de But. & doct. in c. de his. extrà de accu. Sed aduerte: quia cum supportatione Ange. in dicta l. j. male loquitur: inquãtum vult, quod iudex nõ debet permittere, quòd primò agatur ciuiliter ad vindictam: quia speciale est: vt d. l. prætor ædixit. §. j. scilicet in causa homicidij: quia licet de omni crimine possim agere ciuiliter ad vindictam, & criminaliter: vt nota. in locis supra allegatis, & si actum sit ciuiliter ad vindictã, tunc indistinctè sententia absolutoria, vel condemnatoria parit exceptionem rei iudicatæ in causa criminali. Fallit tamen isto casu in crimine homicidij: quia iudex non debet pati, quod illa ciuilis ad vindictam primò intentetur. & ita dixit Ange. in l. quod senatus. ff. de iniur. ita intelligens illum tex. singularẽ, in dicta l. prætor. §. j. Quinimò Barto. in dicto §. j. hoc dixit. & Sali. in l. ex morte. C. ad legem Aquil. in iij. col. & quia ista materia amplissima est, an si actum est ciuiliter, possit agi criminaliter, vel econtra. Adde omnino pulchra verba Bal. in l. j. C. ad leg. Iul. de plagia. & vltra omnes posuit Angel. in l. j. C. quando ciui. actio præiudi. crimi. vbi ponit aliqua noua. & ibi vide Sali. & per doct. maximè per Bal. Ange. & Salice. post gl. in d. l. ex morte. C. ad leg. Aquil. & multas gl. in hac materia allegat Salice. in l. j. C. quando ciuil. actio præiudi. crimi. Et per doct. maximè per Imol. in c. de his.
87 extrà de accusa. † Item inquantum suprà dictum est, quòd confessio in ciuili, præiudicat in criminali. Adde, quòd idem tenet Ioan. And. & alij in c. per inquisitionem. extrà de elect. per l. generaliter. in fin. in ratione sui. C. de non nume. pecu. not. docto. in c. ij. extrà de ordi. cogni. Anto. de But. in c. cùm dilectus. de capellis monach. quod est verum in confessione principali: secus in con-
a fessione procuratoris[a]: quia in eo cessat ratio posita in dicta l. generaliter. & sic non nocebit domino in alia causa. Ita eleganter dixit Compo. & Io. And. in d. e. per inquisitionem. & Spe. in tit. de confess. §. nunc videndũ. in versi. sed nunquid cõfessio. & Pau. de Leaza. in c. fi. de confes. qd est notand. secundùm d. Anto. de Butr. & Imol. in c. j. extrà vt lit. non contest. & plenius per d. Anto. in d. c. per
28 inquisitionem. ad fin. † Et tene menti, quòd confessio facta in vno iudicio, tunc nocet in alio inter easdem personas, nisi contra illam confessionem in primo iudicio fuerit pronunciatum. gloss. est notab. in auth. item possessor. in gloss. qui potio. in pign. habean. & ibi Barto. dubitauit de illa gloss. sed vide Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testamen. Et vide dicta Innocen. in c. mulieri. extrà de iureiuran. & Bald. in authen. sed nouo iure. C. de pœna iudic. qui male iudicauit. & Bald. in l. si quis in hoc genus. de episcop. & clericis. An autem sententia absolutoria videatur lata: quia non fuit delictum commissum, vel quia non probatum. Adde vltra prædicta dicta Bald. & Ang. in dicta l. ex morte. C. ad legem Aquil. & domi. Anto. de Butr. & Imol. in c. de his. extrà de accusatio. & Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. Barto. & Imo. in l. ex duobus. ff. de duobus reis. communiter tenetur: quia non probatum. licet Angel. tenuerit contrarium in dicta l. ex duobus. Cuius opinionem possumus intelligere quando ex actis appareret maleficium nõ fuisse commissum: prout expresse declarant Bal. & Angel. in dicta l. ex morte. quia verba sententiæ generalia semper debent limitari ex actis. gloss. in c. si confirmationem. de electio. in vj. gloss. & Bartol. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exceptio. rei iudica. Bald. in c. cum super. ad fin. de causa possess. & proprie. Et de materia vide latè per Ange. & Sali. vbi latissimè loquuntur, in dicta l. j. C. quando ciuil. actio præiudic. crimina. & ibi Ange. pulchra verba ponit, an in dubio præsumatur absolutoriam fuisse latam: quia non fuit commissum delictum vltra: quia non probatum.

ADNOTATIO. a ¶ Confessione procuratoris. Adde de hac confessione quòd præiudicium faciat. & vide per Cepol. in consil. xxj. & quòd confessio reprobata per iudicem sit nullius momenti. adde Ro. in consi. lix. & consi. lxxj. & ibi idem in confessione reprobata ex legis dispositione.

Hiero. In hac materia videtur ita distinguendũ, secundùm Petr. de Anchar. in c. de his. extrà de accusatio. aliquibus tamen additis: quòd aut est secuta absolutoria super facto, vt quia crimen non est commissum, & tunc non possit agi alia, aut pronunciatum est super iure, vt quia non est probatum, & poterit iterum agi: vt in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiurã. & not. Dyn. in regula, nullus pluribus. de regul. iuris. lib. vj. fi. col. versi. dico igitur. aut lata est prima sententia condemnatoria, & tunc sine dubio poterit agi secundo iudicio: vt in l. j. & ibi Cyn. Iacob. de Are. Petr. & Alberic. de Rosa. sequuntur hanc distinctio. hoc tamen finale membrum intellige, si ista condemnatoria sit lata in ciuili tenderet ad vindictam, per l. quod senatus. & l. prætor. §. j. ff. de adulter. & secundùm docto. in dicta l. vnica. & Abba. in c. tuæ. de procurat. & Fely. in dicto c. de his. in iij. colũ. in vj. limita. Sed dubium est, quid si simpliciter lata sit absolutoria an videatur lata: quia non fuit commissum delictum, aut quia nõ fuit probatum. Et breuiter omissis opinio. dicatis, quòd communis opinio docto. est, qd lata sit: quia non probatum: vt dicit hic August. & ita cõcludunt doct. in dicto c. de his. de accusa. vbi Felyn. allegat plures concord. de qua etiam materia videatis Henric. boyc, in c. cum dilectus. de ordi. cognit. Secundò inquantum tangitur hic per Angel. & Augusti. quòd confessio facta in ciuili, præiudicat in criminali. videatis latissi. remissio. per Felyn. in cap. qualiter & quando. extrà de accusationibus. in §. ad corrigendos. in nona & x. colum. & ponit limitationem: de qua hic per Augusti. vbi eum videbitis remissiuè, quando acta in vno iudicio faciant fidem in alio &c.

89 *Pendente criminali iudicio super crimine intentato per iudicem inquirentem, uel etiam eo finito, an posit ciuilis actio intentari per partem offensam ad suum interesse.*

89 **Ange.** †Quæro, an pendente criminali iudicio super crimine intentato per iudicem inquirentem, possit ciuilis intentari per partem offensam ad suum interesse, vel etiam eo finito, videtur quòd sic: quia regula prohibitiua. l. j. C. quando ciuilis actio præiudicet crimina. habet locum quando vnus & idem est promotor iudicij criminalis, vel ciuilis, sed quæstio nostra loquitur quando sunt diuersi, vt iudex & pars. Vnus non debet per factum vnius alteri præiudicari: vt in regula, non debet. extrà de regulis iuris. In contrarium facit l. j. C. quando ciuilis actio præiud. crimina. & quia factum iudicis, est factum partis. l. si ob causam. C. de euictionib. Maximè cum inquisitio hodie succedat in locum ordinariæ accusationis per statuta terratum: vt tractat Barto. in l. iij. ff. de adulter. igitur &c. Sed tamen ego teneo primam partem: quia factum partis, non præiudicat iuri publico ad vindictam publicam. l. j. cum gloss. & Bartol. ff. ad Syllania. Ita econtra factum iudicis, non debet præiudicare

dicare parti, quando prosequitur suum interesse. l. qui de crimine. ff. de falci. l. fina. ff. de priuatis delict. l. fi. ff. de fur. Quod sanè intelligas, quando actio ciuilis intentata tẽdit ad prosecutionẽ rei familiaris: secus si etiam ciuilis tenderet ad vindictam. iuxta glo. singularem, in. l. si cum emancipatus. §. fi duo emancipati. ff. de colla. bonorum. Nam si etiam ciuilis intentata fuisset ad vindictam, & non ad prosecutionem rei familiaris, vel pro emendatione damni interesse & expensarum. Tunc sentẽtia absolutoria lata in criminali, pareret exceptionem rei iudicatæ in ciuili: ideo nõ potest agere etiam ciuiliter: sinautem ageret quò ad resarciendum suum interesse, & expensas operarum deperditarum: & tunc potest agere. ita no. Barto. in. l. ait prætor. §. interdum. ff. vi bo. rap. & in. l. prætor. §. j. ff. de iniur.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd miror quòd do. Ang. hîc in hac sua quæstione quam formauit in terminis, non allegauerit Bald. in. c. j. de appel. in. iiij. col. qui dixit. quòd illa regula, posita in. l. j. C. quando ciui. actio præiu. crimi. nõ habet locũ in iudice formãte inquisitionem: prout supra formauit. d. Ang. quæstionem suã, qui præsupponit, quòd formata sit inquisitio per iudicem. Et ratio est: quia sunt personæ diuersæ Iudex, & pars. Et multò fortius posset pars ipsa formata inquisitione per iudicem intentare suam ciuilem: si ex tali inquisitione reus condemnaretur ad mortem. Ad hoc allego sing. doctrinam Bal. in. l. j. C. de appel. in. ij. col. qui dicit, quòd vbi quis venit condemnandus ad mortẽ. Tunc non habet locum titulus quãdo ciuilis actio præiudicat criminali. quia isto casu, simul & semel possunt cumulari. Et ratio est: quia frustra actor intẽraret iudicium ciuile reo mortuo. Et dicit, quòd est sua conclusio noua in hac materia. Bene faciunt notata per Bal. in repe. Perusi. in. l. edita. in. xxxij. col. C. de eden.

90 *Accusatus uel inquisitus criminaliter & absolutus an posit iterum de eodem delicto ab alio accusari.*

90 **Ange.** †Subsequenter quæro. Pone quòd aliquis fuit accusatus vel inquisitus criminaliter & absolutus, an posit iterum de eodem delicto ab alio accusari. vide tex. glo. Bar. & Ang. in. l. si cui. §. j. ff. de acc. & Sali. in. l. qui crimen. C. de accusa. Et aduerte: quia iste est pulcher passus. communiter omnes doc. vbi suprà, dicũt, quòd absolutus de certo crimine, amplius accusari non potest.

91 *Baptisma operatur remissionem peccatorum.*

Augusti. Tu in hac materia adde dicta canonistæ, in. c. de his. extrà de accu. maxime do. Ant. de but. Abb. & Imo. ibi. Et limita prædicta secundũ gl. in. d. c. de his. quã ibi approbant omnes, nisi quis absolutus esset in foro pœnitentiali: quia poterit iterũ accusari, non obstante illa absolutione. Pro qua conclusione allego etiam tex. quem ponderauit ibi domi. Abb. in. c. j. de purga. cano. & vide glo. in. c. ij. de schismaticis. & gl. in. c. admonere. xxxiij. q. ij. & gl. in. c. qui crimen. vj. q. j. & glo. in. c. pe. de pœni. distin. j. & glo. in. c. gaudemus. de diuor. & glo. in. c. ij. de emp. & vendi. & glo. in. c. fi. de tempo. ordi. & Spec. in tit. de accusatore. in. v. col. & glos. in. c. cùm percussio. vij. q. j. & glo. in regula, peccati venia. lib. vj.

Sed aduerte, quia do. Ant. de bu. & Imo. in. d. c. de his. Limitant prędicta, nisi pœnitentia fuisset publica. & hoc voluit Host. in. c. tuæ. extrà de procu. licet. d. Abb. tenuerit contrarium in. d. c. de his. per quandam rationem friuolam: quia tunc dico, quòd facta illa absolutione cũ publica pœnitẽtia, nõ poterit ille talis amplius accusari. Idem dico si absolutio facta in pœnitentia per omnia operatur eundem effectum quem absolutio iudicialis. ita mirabiliter consuluit Bar. in consi. inci. Ministeri fratrum de pœnitentia. quẽ refert, & sequitur Pe. de anch. in. c. ij. in. xiiij. col. de maledi. & ideo si blasphemanti virginem Mariam imponitur pœna linguæ per statutum: & alio statuto caeuetur, quòd habenti pacem ab offenso, pœna remittatur: tunc si talis blasphemans egerit pœnitentiã cum isto casu, per talem pœnitentiam remittatur peccatum: & sic habuerit pacem ab eo qui fuit offensus: tunc talis blasphemans, amplius nõ potest accusari. Item aduerte, quòd licèt illæ gl. in locis supra allegatis per me vltra doc. velint, quòd absolutus isto casu in foro pœnitentiali: tamen
91 poterit accusari criminaliter de illo delicto. † Limita etiam, nisi crimen fuerit commissum ante baptisma: quia baptisma operatur remissionem peccatorum, etiam in foro iudiciali: vt post baptisma quis nõ possit accusari. etiã criminaliter. Ita volunt Anto. de but. & Imo. in. c. de his. & est glo. in. c. quod autem. xxxij. q. j. & glo. in. c. sine pœnitentia. de consecra. dist. iiij. & in. c. quoniam. xlvij. dist. & voluit Archi. l. dist. in summa. Sed contrariam sententiam tenet Abb. in. d. c. de his. Inno. Hosti. & Abba. in. c. gaudemus. de diuor. per text. ibi in fin. Et ibi materia latè examinatur: quia baptisma operatur solum remissionem respectu Dei. Sed Imo. respondet ad. c. gaudemus. quòd illud habet locum iure quæsito parti læsæ propter suum interesse, sicut in debito pecuniario. Et sic limitabitur prædicta conclusio doctorum, & firma remanebit opinio contra Hostien. & Inn. Item adde, & prædicta limita etiam non habere locum, quãdo quis fuit absolutus, vel punitus in foro ecclesiastico: quia tunc poterit puniri, vel absolui de eodem crimine in foro seculari, secundũ Bald. in. l. placet. C. de sacrosan. eccle. qui vult, quòd pœna spiritualis non tollat temporalem: nec econuerso. Idem Bal. in. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. & Pe. de ancha. in regula, ea quæ. de reg. iur. in. xxxvj. col. qui dicit, quòd Bal. ita consuluit. licèt Bal. nõ ausus sit decidere in. l. j. C. de summa trini. & fide catho. in. viij. col. Et pro hac cõclusione est casus in terminis in. c. felicis. de pœ. in. vj. quem subtiliter ponderauit & induxit do. Abba. in. c. tuæ. extrà de procurat. & ibi Abb. multum exclamant de illo text.

Sed aduertas: quia si ibi speciale inductum est fauore Cardinalium. ille tex. esset in contrarium. Et de materia vide per do. Abba. in. c. cùm sit. extrà de foro compe. per do. Cardi. & per Pet. de ancha. in. c. ij. extrà de adulte. per do. Abb. in. c. de causis. in pe. col. extrà de offi. delega. per Abb. & Imo. in. c. j. extrà de offi. ordi. per Bald. in. l. nemo martyres. C. de sacr. san. eccle. alias limitationes vide per doc. in. d. c. de his. in locis suprà allegatis.

Hiero. Inquantum concludit Ang. quòd absolutus de certo crimine, amplius accusari nõ potest. Adde quòd idem tenet Bonifa. Vitali. in suo tracta. malefi. in rubrica. qui accusari nõ pos. post mediũ. sed circa istam regulam, quæ traditur in. c. de his. extrà de accu. vide ibi Fely. qui ponit. xiij. limitationes quas tamen colligere poteris ex notabili distin. do. Henri. boyc, super d. c. col. ij. ver. sequitur de secundo membro &c. & p. Prepo. notabiliter. ij. q. v. c. habet. fin. col. Sed quæro, aliquis fuit accusatus quod Titium vulnerauit cum sanguinis effusione, vel cum spata: aut adiecta alia qualitate, vel econuerso fuit accusatus simpliciter sine expressione qualitatis: & quia illa qualitas non fuit adiecta, vel non fuit probata, ipse fuit absolutus: quæritur an de nouo poterit accusari, qualitate detracta vel adiectã: vide Bar. in. l. denunciasse. §. qui tamen. ff. ad legem Iul. de adul. & in. l. ienatus. ff. de accu. vbi facit quandam dist. Ad cuius tamen declarationem. vide Practicum Papien. in sua practica in forma inquisitionis. in verbo, hæc est quædam. co. ij. ver. sed circa hoc insurgit. & per Fely. in. d. c. de his. in. ix. & x. limitatione. Item inquantum August. repre hendit hic Abba. dicendo rationem Abba. fore friuolam &c. dic quòd cum do. Abb. tenent Maria. Fely. & Areti. in. d. c. de his. qui respondit motiuis in contrarium adductis. Item ad id quod tangit hic Augu. de crimine cõmisso ante baptismum &c. Adde quod communis opin. doc. tenet, quòd baptismus non liberat baptizatum a pœna delicti, in præiudicium reipubl. & hoc tenent communiter docto. in. c. gaudemus. vbi Innocen. Ioan. an. Pe. de Angel. de maleficijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peru.Hosti.& Abb. post glo.ibi.idem Abb.in.c.de his. extrà de accu.vbi idem tenent Maria.soci.Aret.& Io.de ana.& hanc dicit communem.hanc etiam tenet Cardi.in cle.j.§.sanè.q.xiij.de vsuris.& idem domi.Philip.decius, in.c.quæ in ecclesiarum.de consti.col.vij.in medio.versi. tertiò & vltimò &c.vbi eam dicit communem,& fundat bonis & nouis fundamentis.& hanc etiam dicit communem Fely.in.d.c.de his.licèt ipse sequatur limitationem, seu opi.Io.de imol.& cum communi opi.tenet egregius doctor domi.Henric.boyc,in.d.c. gaudemus.fi.col.in.ij. dist.vbi allegat plures antiquos.qui hanc opi.tenuerunt.

Item circa limita.quam ponit hic Augusti.de punito vel absoluto in foro eccle.&c. Adde,hanc etiam limitationem ponunt doct.in.c.de his.vbi Fely.in.xij.limita. qui allegat plures concor.cui vltra per eum positas.adde quod idem tenet ibi Areti.in.iij.col.in fi.& Henri.boyc, in sua no.distin.col.ij.in fi.versi.aut est tale &c.& idem Areti.consi.lviij.inci.diligenter consideratis &c.in secundo dubio.Io.bap.de sancto Seueri.in.l.j.C.de sum.trini. col.xj.in si.ver.super.iij.q.& latius per do.Barb.post Abba.in.c.j.de offic.ordi.col.antepe.ver.capio tertium &c. Cataldi.in tract.de syn.q.clxx.

92 *Accusationem falsam qui produxit,an ex hoc accusari possit lege Cornelia de falsis.*

92 Ange. †Quæro,aliquis produxit falsam accusationem:vtrū ex hoc possit accusari lege Cornelia de falsis.Dic,quòd aut dicitur quòd accusabit me calumniosè de falso crimine,& non vero,quod non probauit:& tunc est pœna calumniæ.l.j.§.j.ff.ad Turpil.Si verò accusatur.quòd produxit falsam accusationem contra me,propter quod obtinuit à prætore me citari,& contra me procedi:& sic per obreptionem à prætore impetrauit:tunc est pœna falsi:vt est casus,& ibi Bart.in.l.si quis obrepserit.ff.de fal.quod no.quia virtus stat in modo practicandi,an cadat in calumniam,vel in falsum.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quod Bal.in.l.quicunq;.in fi.C.de seruis fugitiuis.reprehendit Bar.& dicit quod Barto.[a] in hoc fortiter errauit:quia isti sunt tituli diuersi:& de calumniatoribus,& de falsis:& quòd in capite legis Corneliæ de falsis,nō comprehenditur accusans falsò:sed comprehenditur in.l.hernia.Vnde cōcludit,quòd si quis produxit falsam accusationem narrando,nunquā punitur pœna falsi. Sed si vlterius deliquit producendo falsos testes,& falsa instrumenta,fortius punitur:quia pœna falsi.l.j.ff.de falsis.Et subdit,quòd.d.l.si quis obrepserit.quam Bart.allegauit,debet intelligi obreptione probatoria,non narratoria.Et ideo Baldus ibi per multa argumenta alia concludit,quòd impossibile est,quòd solùm accusans aliquem de falso,teneatur pœna falsi,nisi prosecutus sit in producendo falsos testes,vel falsa instrumenta:& hoc mihi placet.De materia vide per Bal.in.l.ij.C.qui accusa.in vlti. colum.& per Bald.in.l.data opera.in.ix.colum.ibi,verbi gratia:dicit statutum,quòd producens falsam accusationem,teneatur pœna falsi.

ADNOTATIO. a ¶Quod Bart.Adde quod opi.Bar.tenet Alexan.in consi.xl.in.j.volu.

93 *Accusator & iudex dum aliquis accusatur, quando debeant in accusatione uel inquisitione facere mentionem de scientia delinquentis.*

93 Ange. †Et nota,quòd accusator debet aduertere: & idem,in iudice inquirente, quòd quando quis accusatur,quòd nihil fecit,& sic de omissione, vel negligentia:tunc scientia est de substantia delicti:vt.l.fi. ff.de decre.ab ordi.facien.& istud est bene no.vbicunq; quis accusatur quòd nihil fecit,debet in accusatione,sive in inquisitione fieri mentio de scientia:vt puta si accusatur villa,quòd non cœpit malefactorem,debet dici in inquisitione:sciens,vel scire debens &c.Idem si accusatur syndicus quòd non denunciauit malefactorem:sed si quis accusatur quòd aliquid fecit,puta quod vulnerauit, vel quid simile:procedit accusatio vel inquisitio,licet nō fiat mentio scientiæ vel supinæ ignorantiæ quę pro scientia reputatur.Ita no.gloss.aurea quæ istam dat doctrinam in.l.ex maleficijs.§.longe minus.ff.de actio.& obli.facit. l.j.C.de falsa mone.Ita dicit Bald.in.l.j.C.qui accus.non poss.versi.super secundo præmitto.

b Augusti. Adde tamē quòd ista conclusio ita generaliter tradita[b] videtur falsa:quia dico, quòd imo potest esse quòd aliquod delictum est commissum in faciendo, & tamen accusatio vel inquisitio non procedit,nisi in accusatione vel inquisitione apponatur scientia:ad hoc allego Barto.ita dixisse per illum tex.in.l. omnes.C.de agri.& censi.lib.xj.licet aliqui habeant in titul.in quibus causis coloni censi.dominos accusare non poss.eo.lib.qui per illum text.dixit,quòd licèt per statutum præstanti opem bannito debeat truncari manus:Tamen si quis opem bannito committenti delictum præstat,debet poni in inquisitione formata contra præstantem auxilium,quòd sciebat illum esse bannitum.Idem dicit Ang.in.l.j.C.de nili agge.non rumpen.in.ij.colum. quòd si præstans opem nobili acrius debet puniri, debet probari illum popularem qui præstitit opem debere habere scientiam,quòd committens delictum erat nobilis. Et ita dicit obtinuisse Perusij.Præterea confunditur præ dicta doctrina per glo.& Bart.in.l.j.ff.de receptatoribus. vbi recipiens bannitum debet puniri.Tamen hoc verum c si est probatum& articulatum illum sciēter,[c] sciuisse esse bannitum & receptasse. pro qua conclusione est tex.& ibi.Bar.in.l.ij.§.j.ff.de incendio.rui.nau.& est text.& ibi Barto.in.l.j.C.de sena.lib.xij.& tex.& ibi Bart.C.de colon.illiricia.l.j.lib.xj.& tex.in.l.metodorum.ff.de pœnis. & ibi Barto.Ista ergo delicta committuntur in faciendo: & tamen scientia debet poni in accusatione vel inquisitione:& sic prædicta videntur falsa.De qua materia vide etiam per Bald.in.l.data opera.C.qui accusa.non pos.& domini.de sancto Ge.in.c.concertationi.extrà de appel. super gloss.in verbo, sciuerit.in.vj. Vnum tamen scias d quòd si ciuis probaret se ignorasse,[d] & ex diuerso probaretur ipsum illam ignorantiam affectasse:ille talis haberetur pro sciente.Ita voluerunt do.de Rot.in nouis decisionibus.cclxiij.in fi.& est glos.quam ibi ponderauit ad hoc Domini.de sancto Ge.in.c.fi.§.vt autem.de offi.delega. in.vj.& glo.in.c.ad falsariorum.de crimine falsi,& gloss. in elemen.j.de consangui.& affini.& gl.in.c.eos.de tempo.ordi.in.vj.

b ¶Generaliter tradita.Adde circa hæc dicta,& vide Bar.in consi. cij.inci.charissime domine,isti nostri,vbi late ponit qualiter probetur negligentia villæ in capiendo malefactorem,& qualiter diligentia.& vide etiam Ro.in proposito in consi,cv,Ber,

c ¶Illum scienter.Adde tu circa hoc & vide Roma.in consil.ccccl.xxiij.Ber.

d ¶Se ignorasse.Adde circa hoc & vide Ro.in consil.cccl.xxxj.Ber.

Hiero. In hac materia inquantum Ange.limitat dictum Bal.in.l.j.C.qui accu.non pos.videlicet,nisi actus ostenderit scientiam, dato quòd accusator non reprimat scientiam,aliàs autem si actus nō ostenderit sciētiam,quòd procedat dictum Bal.addatis quòd idem tenet Fely.in rub.de accu.extrà.Item addatis Bart. consi.ciij.incipien.charissime domine.vbi cōsuluit,quòd ad hoc vt syndicus non denuncians maleficium incidat in pœnam,debet probari, quòd habuit scientiam: quia quando aliquis tenetur ad aliquid faciendum in genere, vt in casu nostro:syndicus ad denunciandum malefactores,tunc ad ostendendum negligentiam syndici, debet primò probari syndicum sciuisse maleficium esse commissum.per.l.quidam decedens.§.fin.cum.l.seq.ff.de admi.tut.vbi periculum tunc temporis spectat ad tutorem, ex quo innotuit sibi se esse tutorem,quam sententiam sequitur do.Corneus consil.c.incipien.consuluit do.Bald. &c.in prima parte.vbi allegat quamplures tenentes doctrinam Barto.in.d.consi.& pro hoc facit tex.iuncta doctri.Floriani ibi,in.l.quotiens.ff.ad.l.aqui. vbi dicit Flo. per illum

per illum tex.quod villa nō teneatur de robaria commissa in eius territorio, nisi fuerit sciens: sed contra hanc absentem.Ange.facit quod voluit Bar.in l.nec exemplum. C.ad l.cor.de falsis.vbi dicit, quòd quando quis accusat aliquem de falso,non est necesse quòd dicat, quòd commisit falsum scienter & dolosè: quia ista tacitè includuntur.& ideo pro concordia mihi videtur inherendum doctrinæ Bal.in authen.habita.C.ne filius pro patre.qui ita distinguit,quòd aut qualitas exprimenda in libello tacitè inest ex natura facti, quòd concludat libellus per locū ab effectu,vt in j.cōsti.ff.in §.duabus.vbi per Iac.de aret. Cy.& Bald.de hoc notatur,aut qualitas posit adesse & abesse,& tunc secus,per l.meritò.ff.pro socio.

94 *Instigans,uel solicitans quòd iudex torqueat & condēnet reum ad uindictam publicam,& per iudicem puniri:non poterit postea agere ad uindictam per iniuriam suam.*

94 Ange. †Et tene mēti tu cui iniuria illata fuit quia si iudicem instiges ac solicites, quòd malefactorem torqueat atq; condēnet ad vindictam publicam: quòd si fuerit punitus per iudicem, tu non potest postea agere ad vindictam per iniuriam tuam:quia eoipso quòd fuit tortus & condēnatus,satisfactum est tuæ iniuriæ,secundùm tuam voluntatem.Vnde videris illam inuiriam pro tua emendatione remisisse:vt est tex.& ibi Bart. in l. sed & si vnius.§.si ante.ff. de iniu.facit.l. interdum.§. qui fidem.ff.de fur.Vnde sis cautus,quòd ista non facias:aut quando facis,semper protesteris ad hoc,vt postea possis agere pro tua iniuria.l.fi.ff.de iniur.

Augusti. Adde tu quod Bar.in d.§.si.ante.nihil dicit de hoc:sed est Ang.ibi,qui ita ponderat illum text.& ibi certè est casus.& illum text.ponderauit etiam Bal.in l.fi.ff.de in ius vocan.

Hiero. Et hic dixit Albe. de rosa.in l. interdū.§. qui furē.ff.de fur.per illum text.quòd si passus furtū sua authoritate ducat furem coram iudice, qui tantum de ciuilibus cognoscit, quòd hoc ipso videtur actionem criminalem & pœnam remittere : de qua materia vide Alex.in apost. ad Barto.in d. si ante. vbi allegat no.in l.si ab hostibus.§.j.ff.solu.matri.

95 *Liberum corpus æstimationem non recipit: sed si quis in aliquo membro est debilitatus à Titio:tunc propter expensas medicorum & medicinarum, & operas quibus carituras est,poterit agere ut sibi emendetur damnum, secundùm taxationem iudicis.*

96 *Libellus in actione iniuriarum qualiter sit formandus.*

95 Ange. Nota etiam,quòd liberum corpus non recipit æstimationem. Sed si membrum est tibi debilitatum à Caio,vel fuisti vulneratus,& propter vulnera & membri debilitationem expendisti in medicis,& caruisti,& cariturus es multis operibus: tūc propter hoc bene potes agere,vt tibi emendetur dannum, secundùm taxationem iudicis. & vtroq; est casus in l.fi.ff.de his qui dese.vel effu.& institu.de oblig. quæ ex quasi delict.in §. a pe.quod not.in modo practicandi,[a] ne tu erres. †Qua-
96 liter autem debes formare libellum in actione iniuriarū: not.Bartol.in l.iniuriarum.ff.de iniurijs.videlicet,dupliciter modo. Vno modo , referendo se ad dānum videlicet, quòd dicat,priùs voluissem esse passus tantum damnum quàm tantam iniuriam.Vel secundò referat se ad lucrum videlicet,noluissem esse lucratus tantum , & pati tantam iniuriam.Ratio,quia cum agitur ex maleficio,habetur ratio cuiuslibet interesse intrinseci:vt not.gloss. in dicta leiniuriarum.Et aduertas , quòd aliqui ibi in gloss. tenent, quòd tale interesse potest probari per sacramentum iniuriam passi:taxatione iudicis preambula.arg.l.videamus. §.pe.ff.de in litem iur.Sed Barto. ibi tenet , quòd imò potius fiat æstimatio iudicis . allegat. dicta lege sed si vnius §.seruus meus.ff.de iniu. Et istud tenet Azo . in summa illius tituli.ex quo Bartol.infert, an in libello iniuriarum certa quantitas sit exprimenda:& dicit quòd eo casu quo taxatio facienda est officio iudicis,certa quantitas apponi non debet : si autem sit facienda sacramento iniuriati, tunc certa quantitas apponatur lege continuus.§. qui illud.ff.de ver.ob. Ego autem practicando semper appono certam summam cum iuramento:& postea subdo, & plus & minus,vt videbitur iudici,& eius officio , & eius taxationi &c.Et sic vtrunq; intento simul & diuisim.

ADNOTATIO a ¶In modo practicādi. Adde Ro.in cōsil. cclxxviij.& Barb.in cōsi.xxxv.vbi ponit de iudice inquirēte.Ber.

Augusti. Tu in hac materia quomodo formetur libellus in materia iniuriarum . adde gloss.in c.si canonici.extra de officio ordi. lib.vj . Sed vltra omnes latè posuit materiam & formam[b] Specul.in titu.de iniu.in §.j.per totam.j.colum. vbi in proposito multa pulchra dixit. Et adde Bald. in l.ij.C. de sen. quæ sine cer.quanti.j.colum.& ibi Sali.& latè per Sali.in l.atrocē. C.de iniu.per Cy.in l.si non conuicij.C.ds iniur.per Bal. in.c.j.§.iniuria.de pace iur.fir.per do.Abba.in.c.j.in fi.& ibi per Imo. de iniurijs & damno dato. in fin. Et ibi vide do.Abba.ad illam quæstionem quam.s.posuit domi. Ange.hic ante istam.& per doct.in.c. in nostra extrà de iniurijs & dam.da. Et vide Ange.in consilio.xciij. incipiente,super puncto primo.& ibi vide formam libelli & æstimationis iniuriæ.& vide in consilio.ccxlvij. vbi ipse Ange.ponit an possit concludi ad pœnam applicandā fisco si ciuiliter agatur.

b ¶Et formam.vltra relata hic per do. Augu.vide Ange.in cōsi.xciiij.in prī.inci.super pūcto.& Alex.latè in cōsi. ccix.in ij.vol.Ber.

Hiero. De hac forma libelli in actione iniuriarum,vide Ia.de bel. in sua proctica in princ. vbi ponit formam libelli in quo totam suam practicam fundauit latè per Iaso.post alios in prin.de actio. vbi ponit,an locus & tempus commissæ iniuriæ sit apponendus in libello.vbi concludit quòd sic,per.l.iniuriarum.la. j.& ibi Barto.ff.de iniu. Item an debeat inseri qualitas personæ iniuriatæ.Item & æstimatio iuriæ.colum.xvj. ver.in eadem glo.&c.de quibus omnibus per Iaco.vbi.s. & per Pet.Iaco.in sua practica de libellis in forma libelli de iniurijs.vbi ponit formam libelli tam de iniuria ex.l. cornelia,quàm prætoria,cum suis declarationibus.

97 *Iudex non tantùm quando principaliter aditur per uiam accusationis criminalis:sed etiā si aditur ciuiliter super delicto, potest reum punire de delicto.*

97 Ange. †Vltimò addo hæc quod iudex non tantum quando principaliter aditur per viā accusatiōis criminaliter,potest reum punire de delicto: sed etiam si aditur ciuiliter,& ciuili modo super delicto. Tamen iudex pendente officio ciuiliter intentato, si reperierit reum de delicto fore culpabilem,poterit eum criminaliter punire.l.quos retrahi.& ibi Bar.C.si aduersus libertatem.l.iij.C.de condi.ob turpem causam.ff.de calū.l.pe.

Augusti. Adde tu ea quæ dixi suprà , super verbo,[a] iudicem maleficiorum.Jadde text. & ibi Bar.in l.pe.ff.de calum.& per Bald.in l.nullum.C. de testi.licet aliter videatur loqui Barto.in l.diuus.la.ij.ff.de fal.circa ea quæ dixit in d.l.nullum.

Hiero. Miror quòd in hac notabili & contingēti.q.isti patres tam sicco pede (vt ita dicam) pertransierint, aliter eam non declarando . Ideo pro eius dilucidatione aduertendum est quòd conclusio ista sic simpliciter intellecta est falsi:quia iura allega.hic per Ange.non bene hoc probant , nec Bartol. ita indistincte ea intellexit:vt.j.dicam,sed pro hac etiam conclu . allegantur per Barto.in l. pe. hic allega. hæc tria iura de quibus hic per Ange.videlicet tex.in l.quos retrahi.ibi,non dubitaturus etiam grauiorem &c . Secundò text.in l.iij. de ordi.&c.ibi,concussiones crimen inultum non patietur. Tertiò text.in l.pe.ff. de calum.in fin. ibi pro modo delicti pœnam irroget.Quartò text.in l.diuus. ff. de re iudic. ibi,rem seuere iudica.Quintò text.in l.j.ff. de concussio. ibi,& delictum coercet.Sextò text.in l.medicus.ff. de varijs & extraor.cogni.ibi,in ciuile factum præses prouin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciæ cõcercet. Septimò tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. ibi, maximè si iudex aliquid in eum constituerit. Octauò text. in l. iiij. §. si dicantur. ff. finium regun. in quibus iuribus videtur ꝓbari quod iudex qui cognoscit de crimine ciuiliter, eo comperto, potest ex officio suo delinquentem criminaliter punire. Attamen, vt dixit, Bart. in d. l. pe. de calumniatoribus. ff. videns quòd quidam, per d. ll. volebant, quòd l. interdum. de publ. iud. ff. quæ dicit, quòd non potest concurrere ciuilis cum criminali: quod debeat intelligi in iudicijs publ. & non in priuatis, per. d. ll. quod. Bartol. placuit: quia in priuatis, non potest concurrere ciuilis cũ criminali, si intẽtetur principaliter. per regulam: quia absolutoria lata in vno, præiudicat in alio: vt. l. ij. §. j. ff. vi bon. rap. & in l. j. quando ciuilis actio. cri. præiu. ideo posuit duos intellectus ad omnes prædictas. Il. Primus, quòd. d. ll. intelligantur, quòd sint duo iudicia, & hoc ne repugnet regula. l. ij. §. j. vi bo. rap. & l. j. ff. quando ciuilis actio &c. videlicet, quòd absolutoria lata in vno, præiudicet in alio. & istum etiam tenuit in l. quos retrahi. vbi dicit, quod ex illo text. non apparet, an ex eodẽ iudicio vel diuerso iudex criminaliter puniat, ideo remittit se ad dicta per eum in l. defuncto. de pub. iudi. ff. & ita intellexerunt. l. quod euitandi, Bal. Sali. & Guido. papæ. ibi dicentes, quod. d. l. intelligitur, non quòd ex eodem processu, & ex eadem instantia ex qua agebatur ciuiliter, imponatur pœna criminalis: sed cum per primam cognitionem de delicto sit iudici notificatum, quod talis notificatio habeatur loco denũciationis: sicut dicitur de fama, qua mediante, iudex procedit super crimine: vt in l. j. §. si publico. ff. de adulte. Secundus intellectus est, quem tenet Barto. in. d. l. pe. &. d. l. defuncto. & in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. videlicet, quòd dicamus, quòd quando formatur libellus seu accusatio de dãno dato, vel robaria facta, dicendo: peto eum puniri, & condemnari, & rem mihi restitui, seu damnum emendari: quòd talis libellus procedat: & quòd non sum visus intentare ciuilem & criminalem in eodem libello: sed quòd videor intentare criminalem tantùm, & incidenter implorare officium iudicis, vt incidenter faciat mihi rem restitui, seu damnũ emendari, & quòd ita intelligantur omnia iura. ꝛ. allega. & ita etiam declarat idem Bartol. & singu. in l. ij. §. j. ff. vi bo. rapto. Flo. in l. iiij. §. si dicantur. Ioan. de imol. & Ang. in l. interdum. ff. de public. iudic. Sali. in lege si quis ad se fundum. ff. ad l. Iuliã. de vi &c. & sic videntur concludere, quòd quando formatus est libellus eo modo quo supra quòd tunc iudex maleficiorum per. d. iura, cognoscit principaliter de delicto, & incidenter facit rem restitui, seu damnum emendari: ex quo colligitur, quòd dicta iura nõ probãt, quòd ibi principaliter agitur ciuiliter, & ꝙ iudex ex officio suo punit criminaliter: sed quòd agitur principaliter criminaliter, & incidenter petitur restitutio. Quia domini aduertatis, quod licet iste secundus intellectus in se sit verus: videlicet quòd quãdo formatus est libellus eo modo quo supra quòd iudex maleficiorum posit incidenter ex imploratione officij condemnare ad restitutionem rei seu ad emendationem dãni: tamen non potest adaptari ad omnia suprà. dicta iura. Primo, quia in lege quod euitandi. principaliter intentata est actio ciuilis ad restitutionem pecuniæ. idem in lege quos retrahi. & in lege penu. & in lege diuus. ibi principaliter fuit petita resti. & in lege. j. de concusio. licet in alijs videatur principaliter intentata criminalis. Secundò, quia prædictus intellectus diuinat ad dicta iura. Tertiò, quia in eis non constat an eo iudicio, an diuerso, & ideo videtur verior primus intellectus scilicet quòd ex nouo processu ex iudicis officio formato, posit punire criminaliter: & sic quòd in citato ex priori processu, procedat ad criminalem: vt supra dictum fuit. quòd si aliter diceremus, sequeretur quod ex probationibus factis in ciuili, posset quis puniri criminaliter, quod non est dicendum: cum in criminalibus requirantur probationes luce clariores. vulga. lege iciant cuncti. de probatio. C. cum ibi no. & in expresis terminis declarãdo istum secundum intellectum Flo. in. d. l. si dicantur. dicit hoc non procedere ecõtra scilicet si principaliter intentaretur ciuilis, quòd de criminali non potest cognosci accessoriè propter disparitatem probatio. allegat. dicta lege sciant cuncti. & Bartol. in dicta lege secunda. §. primo. ff. vi bon. rap. pro quo faciunt quæ infrà dicam in distinctione. & per hoc tollitur illa ratio Paul. de castr. in lege quæsitum. C. de ser. fugi. & in dicta lege quos retrahi. vbi dicit, quòd sicut potest iudex maleficiorum principaliter aditus super crimine incidenter cognoscere de causa ciuili, per dictũ. §. qui furẽ. hoc est condẽnare eum ad mortem, & incidenter facere restitutu. de re: ita etiam econtra, iudex qui cognoscit de causa ciuiliter, posit reperto crimine circa contingentia causæ ex officio suo extra ordinem punire: sed, vt dixi, ista parificatio non procedit ratione de qua suprà. Prꝛterea sequeretur, quòd duo specialia concurrerent circa idem, cõtra lege prima & ibi not. C. de dotis promissione. quod ita probatur. quia cum de iure nemo sine accusatore debeat: puniri: vt in lege rescrip. §. si quis. ff. de mune. & hono. c. j. vt eccle. benefi. si iudex ex probationibus factis in ciuili puniret criminaliter, sequeretur quòd dictæ probatio. haberentur loco accusatoris, & loco probationum: & sic cõ currerent duæ fictiones seu specialitates: cum nemo possit fungi loco accusatoris, & loco testis: vt in c. nullus. iiij. q. iiij. dñi. pro vera intelligẽtia sic distinguendum fore arbitror. Aut loquimur de iudice causarum ciuilium tantum, aut criminalium tantum: aut criminalium & ciuiliũ insimul. Primo casu dico quòd iudex ciuilium causarum non poterit criminaliter punire quia ad hoc, vt quis possit de maleficijs cognoscere & punire, requirit quòd habeat merum imperium. l. imperium. & l. cauere. ff. de iur. om. iudi. cum ibi plenè not. & le. j. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. de quo latè per Ange. suprà in glo. in verbo, per iudicem maleficiorum. sed debet illum delinquentem remittere ad iudicem competentem, per text. not. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. ibi, compe. iudi. &c. vbi hoc tenent Raph. & Guido papæ. vbi Sali. hanc tenens allegat text. quem dicit fore notabilem & menti tenendum, in l. fin. de in ius vocan. ff. & pro facit doctri. Barto. idem volentis in leg. diuus Pius. ff. ad l. cor. de fal. quem sequitur Aret. in rub. de iudi. extrà. col. iiij. in fin. de qua doctri. v. debitis latius infrà in gloss. super verbo, falsario. in verbo, quæro, testis dixit falsum coram iudice &c. Secundo casu quando est iudex maleficiorum tantum: dico quòd talis iudex non competens in causa ciuili principaliter intentata: vt. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. & ibi docto. sed bene quando cognoscit de ciuili incidẽter, & de tali ciuili, quæ descendit ex eodem facto, de quo criminaliter cognoscit: vt in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & in dicto. §. si dicantur. & vult Bartol. & communiter docto. in dicto. §. qui furem. cum concor. de quibus suprà & tunc non cadit dubitatio, cum iam de ipso delicto cognoscit & punit: sed dubium est, quando de causa ciuili cognoscat principaliter propter absentiam iudicis causarum ciuilium, quod potest, secundùm Angel. in repetitio. l. si vacantia. de bonis vacãti. libro. x. vel quãdo agitur condictione furtiua: quia tunc debet intentari coram iudice maleficiorum, secundum Bald. in leg. si profure. §. fina. ff. de condic. furti. quem sequitur Cataldi. in tractatu de syndi. q. cxcviij. qui tamẽ male intellexit Baldum vult, quòd generaliter quando agitur de maleficio ciuiliter, debeat agi coram iudice maleficiorum: & non coram alio: quia Bald. tantum loquitur quando agitur cõ dictione furtiua. nam disputando Bald. an condictio furtiua nascatur ex delicto vel quasi, vel ex contractu vel quasi, dicit secundùm Dynum, quòd quantum ad natiui tatem, est ex maleficio: quantum ad effectum, est anomala: vñ ex hoc infert, quod si deputatus sit vnus iudex super maleficijs, & alius super alijs causis: si agatur condictione furtiua, quòd agi debet coram iudice maleficiorũ. & hoc, quia quãtum ad natiuitatem, oritur ex maleficio: vt in

vt in l. si ambo. §. quoties. ff. de compensa. & his duobus casibus, an iudex reperto delinquente culpabili, poterit eum criminaliter punire: dic vt in sequenti membro.

Tertio casu, quando est iudex ciuilium & criminaliũ, & sic habens merum & mistum imperium: & hic cadit hæc. qõ. si actum sit ciuiliter de crimine, an eo comperto posit ex officio suo criminaliter delinquentem punire: & in hoc distingue: aut finita causa ciuili vult nouum inchoare processum, aut non. Primo casu subdistingue, aut vult punire eum vigore probationum seu actorum causæ ciuilis, aut vigore confessionis in ea habitæ. Primo casu dico, quòd licet verũ sit, quòd talis iudex possit procedere ex officio ad criminalẽ sine alio accusatore: vt voluit Bald. Sali. & Guido papæ, ita intelligendo rex. ibi, in d. l. quòd euitãdi. & hoc quia incitatus fuit ex priori processu & sententia: vt in l. j. §. si publico. ff. de adult. non tamen poterit eum punire vigore talium probationum & actorum: quia probationes in causa ciuili factæ, non plenè probant in criminalibus: in quibus luce clariores requiruntur probationes: vt in l. sciant cuncti. de proba. C. vbi Pau. de cast. plura ponit exempla. tum etiam, quia iudex debet videre qua voce, qua trepidatione testes deponunt: vt in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & in authen. apud eloquentissimum. in fi. C. de fide instru. & hoc maximè, cùm consuetudo admittat examinationem testium per tabellionem in ciuilibus, quod non facit in criminalibus: est tamen bene verum, quòd dictæ probationes facerent aliqualem probationem & adminicularentur. vt in l. capite quinto. cum ibi not. ff. de adulte. & per Barto. in l. j. §. j. ff. vi bo. rap. & quòd tales probationes in causa criminali non faciant plenam fidem, tenet gloss. in verbo, destinatus. & ibi doct. vbi no. Sali. in l. si quis ad se fundum. C. ad. l. Iul. de vi. Abba. & doct. in c. j. de iudi. & in c. per inquisitionem. de elect. doc. in c. j. de excep. vbi latè Fely. Abb. & Moder. in c. qualiter & quando. de accusa. vbi Fely. plures dat cõcor. & hanc cõmunem opi. latè prosequitur per cõcor. Alex. post alios, in l. ij. C. de eden. vbi Albe. notabiliter loquutus est in hac materia. Et aduerte ne te faciat dubitare dictũ Inno. in c. qualiter. de accu. vbi voluit, quòd cõuictus de crimine ciuiliter, quòd potest per suũ superiorẽ priuari beneficijs vigore sententiæ primæ, in alia tamẽ instãtia: cũ quo dicto cõmuniter ibi pertrãseunt doc. quia idẽmet Inno. tenuit contrariũ in d. c. per inquisitionẽ. & eũ reprobat Abba. in d. c. qualiter. quẽ sequitur ibi Fely. & in veritate magis cõmunis opi. doc. est illa quã. ꝛ. dixi, videlicet, ꝙ nec probationes factę in causa ciuiliter intẽtata super crimine, nec ipsa sentẽtia faciant plenã probationem in causa criminali, nec ita firmant omnes doc. vbi. ꝛ. cũ plu. concor. per eos tradi. Secundo casu. s. quando ex cõfessione facta in causa ciuili cõstat de crimine: & tunc dico, quòd sic, secundũ Innoc. in c. per inquisitionẽ. extrà de elec. vbi latè doc. & Abba. & Moder. in c. at si clerici. de iudi. & in c. ij. de cõfes. Bal. in l. ij. C. de eden. per. l. locũ. §. si quis. ff. de tabu. exhib. qui tamẽ tex. videri meo hoc nõ probat, licet bene probet, ꝙ acta facta in ciuili probant in criminali. & ad hoc illũ no. Old. Iac. de aret. & Bar. vbi Alber. de rosa. declarat, quòd faciunt aliqualẽ probationẽ: non tamẽ quòd plene. & ita idẽmet Albe. declarat illum text. in d. l. ij. de eden. prout etiam dicit gloss. in dicta lege si quis ad se fundum. tenent doc. in c. j. de except. vbi late Fely. & Mode. Abba. & doct. in locis. ꝛ. alleg. Alexan. latè post alios in d. l. ij. de eden. vbi ponit plures concor. hãc tamẽ conclu. limitabitis secundũ doc. vt suprà, multis modis. & primò intelligetis eam in cõfessione principalis, & non procu. per. l. generaliter. C. de non nu. pec. Secundò in confessione vera & non ficta: per l. ij. de fide instru. & l. ij. §. diuus. ff. da iure fisci. alias autẽ limitatio. videatis per Fely. in d. c. que liter & quãdo. & in d. c. j. de excep. & Alexan. in d. l. ij. d. eden. vbi melius omnibus posuit. d. Riminal. col. pe. & fi. sed aduertẽdum est domini, quòd licet multi pertranseãt cum opi. Inn. de qua in d. c. per inquisitionẽ. non aliter cõ fiderantes: tamen glo. in c. ex pœnitentibus. l. distin. videtur sentire contra. & idem tenet expresse Marianus Soci. consil. viij. incipien. visis & diligẽter. col. iij. in medio. vbi refert idem tenere Io. an. in c. cum contingat. de offi. delega. & idem etiam tenet magnus practicus in criminalibus do. Vitalinus in tracta. malefi. in rubr. de cõfessione. in fine. & pro hac sententia faciunt not. per. Bar. in l. si cõfessus. ff. de custo. & exhib. reorũ. & Ioã. de anania, in d. c. qualiter & quando. qui allegat Ant. de bu. idẽ tenere, per tex. in c. olim. de rescrip. vbi Anto. dixit dictum Inno. in d. c. per inquisitio. debere nõ procedere, quando cõfessio facta fuit in causa ciuiliter intẽtata super crimine: & ideo Abbas in cap. qualiter & quãdo. de accu. in fine. dicit cõcludendo, ꝙ sola cõfessio nõ sufficiat ad cõdemnationẽ: sed quod posit reus compelli vt perseueret in cõfessione sua. vel vt det intellectũ cõfessioni suæ: & quod ita intelligatur dictum Inno. in d. c. per inquisitionem. cum orta sit suspicio non leuis contra illum ex illa confessione, argu. l. capite quinto. ff. de adulter. & hæc opi. humaniot & verior videtur. Secũdo casu principali, quando. s. nõ inchoato alio processu vult index in eadem instantia ciuili punire criminaliter: prout hic simpliciter dixit domi. Ang. & hoc casu dicatis iudicem non posse eum punire: quia iura hic alleg. hoc nõ probant. Imo Barto. vt. ꝛ. dixi, voluit secundũ primũ intellectũ, quòd d. ll. intelligerẽtur quãdo ex alio iudicio de nouo intentato iudex procedit ad criminalem: quia in d. iuribus non apparet an eodem iudicio, an vero diuerso. & hunc intellectũ sequuti sunt in d. l. quod euitandi. Bal. Sali. & Guido papæ. & pro hac opi. est tex. secundũ vnũ intellectum in c. ꝙ. de cõfessis. & dictũ Inno. quod. ꝛ. retuli in d. c. per inquisitionem. de electio. quod ibi, & in c. j. de iudicijs. & in c. j. de excep. & in c. cum dilectus. de ordi. cogni. & in c. qualiter & quando. de accusa. cõmuniter approbant doc. dicentes iudicẽ, nec ex probationibus sententia, nec etiã cõfessione no posse procedere ad criminalem, nisi nouo inchoato processu: hoc est vel per inquisitionẽ ex suo offi. quod per. l. capite quinto. vel accusatione de nouo intentata à parte: vt vult gloss. à menime reprobata. in l. j. de concusio. quã approbat Albe. in d. l. ij. de edendo. C. quæ tenet. Reliqua autẽ circa materiam vide in locis supra alleg.

Ad lectorem.

Charissime lector, iste domi. Hieronymus infirmitate superueniente vltra non proceisit: quapropter nos necessitate coacti, finem operi imposuimus.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare quid sit.*

NEcnon ad denunciationem Ioannis Ambrosij ministralis capellæ. s. Petronij. Hic tractatur materia denunciationis. Et dico, quòd iudex nõ debet credere, quòd ista forma hic in isto processu sit forma communis: videlicet quia quandoq; iudex format inquisitionem ex mero officio: aliquando simpliciter ad petitionem partis: aliquando solummodo ad denunciationem officialis. sed per rato istis tribus modis formatur inquisitio; & ideo ista tria simul cumulaui, vt commodius possem separatim tractare de accusatione, inquisitione, & denũciatione. †Primò igitur querendum est quid sit denunciare. Et dico, quòd Salic. in lege ea quidem. C. de accusa. reiectis alijs

2 diffinitionibus. dicit, quod denunciare est crimen alicuius deferre apud competentem iudicem sine inscriptio-

Angel. de maleficijs. d 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne legitima ad pœnam peragẽdam, vel aliam legitimam pœnam subeundam: & ista diffinitio declarationem recepit ex sequentibus.

ADNOTATIO. a ¶Denũciare Adde quomodo cognoscatur denunciatio iudicialis, vide Cald. in cõsil. iiij. in titul. de accusa. Ber

a

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd Gandi. in opere suo maleficiorum, sub rubrica, quomodo de maleficijs cognoscatur per denunctionem. in princi. dicit, quòd denunciare nihil aliud est, quàm deferre aliquem reum criminis. allegat. l. ea quidẽ. C. de accusa. & l. ab accusatione. §. denunciatores. ff. ad Turpil. & idem dicit Guido de Suza. in tractatu maleficiorum, sub rubrica de denunciatoribus. Adde etiam quòd Specu. in titul. de denuncia. §. j. ponit diffinitionem denunciationis aliter. Sed ibi intellige dicta Specula. in denunciatione euangelica. licet postea Specu. dum allegauit ibi tex. in d. l. ab accusatione. §. denunciatores. voluerit diffinire denunciationem de qua. s.

a *Denunciationis plures sunt species: quia quædam euangelica, quædam criminalis, quædam regularis, & quædam iudiciaria.*

3 *Quis potest denunciatores constituere.*

2 Ange. †Sed quæro, quot sunt species denunciationis? & dico, q̃ plures sunt species denunciatiõis: alia euãgelica, alia canonica alia regularis, alia iudiciaria: vt dicit Sal. in d. loco. & Bar. in extrauagãti. ad reprimendum, in verbo, per denunciationem: & per canonistas in c. nouit. extrà de iudicijs. Tamen hic solum tractatur de denunciatione iudiciaria. Et primò tractabitur de causa efficienti, videlicet quis possit istos denũciatores constituere. Secundò tractabitur de causa materiali, qui possunt denunciatores constitui. †Tertiò aliqua dubia mouebuntur in materia. Primò igitur quærẽdum est de causa efficienti, quis potest tales denunciatores cõstituere. respondetur secundùm Bart. in l. diuus. ff. de custo. & exhibi. reorũ. videlicet, quòd quilibet iudex, 3 vel vniuersitas, quæ habet merum & mistum imperiũ. vt. l. j. §. qui. ex. ff. de offi. præf. vr. & l. diuus, ff. de custo. re. vnde iudex paruus qui habet tantùm iurisdictio. vel iudex delegatus, non potest tales officiales denunciatores creare: vt in dictis iuribus. facit. le. j. C. de decurionibus. lib. x. & l. j. §. denunciatores. ff. ad Turpil. bene affirmat Sali. in. d. l. ea quidem. in prin.

ADNOTATIO. a Imperium. Adde, & dic vt per Paul. de cast. in consi. ccxxxij. in. ij. impressis. Ber.

Augusti. Adde tamen, quòd ista conclusio vide tur falsa: quia imo videtur, quod quilibet admittatur ad denunciandum crimina, dũmodo sit bonæ famæ, & bono zelo se moueat. de hoc est casus in c. qualiter & quando. extrà de accus. quinimo videtur cautus, in in d. l. ea quidem. C. de accusa. in ver. ibi, publicũ officiũ: vbi Angel. ibi exponit. i. officiales deputatos à publico: per quem tex. ibi dicit Ange. quòd aliq̃ non deputati a publico, non admittuntur ad denunciandũ malefcia: quia non reperitur lege cautum. Sed aduerte, quia per prædicta non recedo ab opi. Bartol. non ob. c. qualiter & quando. quia ille text. loquitur in denunciatione, quę fit ad infungendam pœnitentiam. Et de hac non loquitur quæ denunciatio fieri non potest, nisi præcedente monitione, vt ibi habetur in tex. vnde ille talis denunciator non opus est, quòd constituatur ab alio iudice vel vniuersitate: sed quilibet admittitur ad denunciandum, vt supra dixi. Et sic dixit Ange. in d. l. ea quidem. in princ. non ob. tex. in d. l. ea quidem. quia intelligo illum text. quòd satis deputatus est officialis à publico, si est deputatus vel ab vniuersitate, vel a iudice.

4 *Denunciator quis possit constitui.*

4 Ange. †Secundò principaliter quæritur de ratione subiecti vel materiæ, quis possit constitui denunciator. Barto. in d. l. diuus. in versicu. sed quæro qui possunt constitui. dicit, quòd omnis qui admittitur ad accusandum, admittitur ad denunciandũ: & omnis qui prohibetur accusare, iuxta. l. qui accusare, cum. l. sequenti. ff. de accusa. prohibetur denũciare: vt. c. cum omni. extrà de accu. ita dicit Sali. in d. l. ea quidem. ver. tertiò ratione materiæ. ex quo no. quòd cũ per. l. qui accusare. & l. sequẽ. ff. accu. prohibeantur infames accusare, quòd etiã infamis prohibetur denũciare. Sed dicit do. Ang. quòd credit cõtrarium: & ita cõmuniter obseruatur. nã isti denũciatores constituũtur & sunt officiales viles & minimi, vt nuncij: sed nũcius etiã infamis potest constitui. l. j. C. de infa. lib. x. ergo &c. Præterea dico, denunciatori seu officiali non creditur, nisi probetur postea crimen per eum denunciatum. Sed solum facit quòd iudex inquirit: vt d. l. ea quidẽ. ergo &c. Præterea deputatio & mandatum iudicis cõsti tuentis istum infamẽ pro denunciatore, ipsum habilitat: vt. le. furti. §. si quis iussu. & ibi not. ff. de infa. Et maximè cum vt plurimum fiunt tales etiam inuiti eliguntur ad tale officium: vnde ego sic distinguerem: aliquis de- b nunciat motu proprio, b & tunc verum si dictum Bart. quia eadem est ratio in denunciante, sicut in accusatore: aut denunciat virtute sui officij, quia fuit deputatus à iudice, vel forte inuitus: & tũc infamis põt esse denũciator, & ex necessitate officij hoc facit: igit nõ potest repelli vt infamis, sicut dicimus in nũcio, vt dictum est suprà.

b ¶Motu proprio. Adde & tu vide pro opi. Barto. Pet. de anch. in consi. ccccxvij. Ber

Augusti. Tu autem in hac materia adde, & dic quòd videt quòd. d. Ang. rectius loquatur cõtra Bart. inquantũ dixit, quòd infamis admittitur c etiã ad denunciandũ. pro qua cõclusione allego decisionem in terminis quã ipse ignorauit. nam glos. in terminis in c. si peccauerit. ij. q. j. gl. magna, tetigit istã difficultatẽ, & arguit ad partes. & tandẽ concludit infamem posse denunciare, licet nõ possit accusare: & licet glos. ij. q. viij. in summa. in glo. magna, videatur tenere, quòd infames repellantur ad denunciandũ: tamẽ dum glo. in hac materia remittit se ad not. per ipsum. in d. c. si peccauerit. videtur velle, quòd infames admittantur ad denunciandũ: sed cõtrariam glo. allego in c. præterea. extrà de testi. cogen. vbi ponderat ibi esse casum, quòd infamis non admittatur ad denunciandũ: & maxime secundũ do. Anto. de bu. cùm denũciator habeat aliquid de publico: & ibi glos. pro hac parte allegat bonum text. in c. cùm dilectus. extrà de accusa. & tex. in c. cùm in tua. extra de spon. & vide Specu. in titu. de denun. in §. quis denunciare possit. in versicul. sed nunquid infamis, qui latè disputat istam materiã pro & contra: & ibi tamen videtur concludere, quòd si quis cogeretur denunciare, infamis admitteretur ad denunciandum alias secus. Ego verò indistincte approbo dicta Bartol. quòd ille qui non potest accusare, non potest denunciare: & ideo infamis non potest accusare, ergo non potest denunciare per superius allegata. Et ideo rectè dixerunt domi. Anto. de bu. & Imo. in dicto. capi. in omni. quòd iura quæ dicuntur infames admitti ad denunciandum, loquuntur de denunciatione euangelica: secus in denunciatione iudiciali: quia infamis repellitur. ibi tamẽ limitat domi. Anto. de but. a istam materiam: nisi in ista iu d diciali denunciatione accusatus esset diffamatus ab alijs personis: quia tunc infamis denunciator admitteretur: & istam pater credo veram: non ob. quòd infames admittuntur in nuncios: quia illa lege prima. C. de infami. hoc non dicit. sed casu quod hoc verum esset, nos loquimur in denunciatoribus denunciantibus maleficia, & vbi agitur de vita hominis: ergo cautius agendum est argu. leg. sciant. C. de proba. c. vbi periculum. extrà de elect. libr. vj. imò pertineret ad officium iudicis repellere hos infames. l. quos prohibet. ff. de postu.

c ¶Loquatur contra Bartol. Adde tu in proposito. & vide Petr. de Ancha. in consil. cccxvij. vbi tenet, quòd infamis non potest esse denun

denunciator quãdo sta tutũ dicere quòd stetur dicto denũciatoris.

d ¶Do. Ant. de but. Adde quòd contra hanc limita. facit quod voluit Ro. in consil. ccxliiij. vbi quòd in notorijs accusator non admittatur iusta exceptione puta inimicitiæ. Ber.

5 *Denunciatores tenentur iurare in principio officij sui, quòd bene & legaliter exercebunt officium suum.*

5 Ange. †Et aduerte, quòd isti denũciatores tenentur iurare in prin. officij sui, quòd bene & legaliter exercebunt officium suum. ita dicit Ange. in l. si vacatia, C. de bo. vacan. in prin. sicut nuncij tenentur etiã iurare. l. comparationes. C. de fide instrumen.

Augusti. Tu autem adde Gandi. in tractatu maleficijs per denunciationem. in fi. ij. colũ. qui idem voluit, quòd isti denunciatores teneantur suscipere istud iuramentum, quòd fideliter & legaliter exercebunt officium suum. Idem dixit Specu. in titu. de accusa. §. primo in ver sicu. penult. in iij. parte. & hoc iuramentum est maximæ efficaciæ: vt declarat ibi Gandi.

6 *Denunciatores ad quem finem & effectum constituantur.*

6 Ange. †Tertiò quæro ratione finis & effectus ad quę finem & effectũ isti denunciatores constituantur? Respondeo secundùm Sali. in d. l. ea quidẽ. in versi. iij. ratione finis: vt eorum denũciationibus mediantibus puniantur delicta, & per cõsequens prouincia remaneat purgata: vt. l. congruit. ff. de offic. præsi. nam facta denunciatione per syndicum villæ: iudex duobus modis potest procedere, secundũ quod dicit Bart. in dicta. l. diuus. in versi. vlterius quæro quid sit. videlicet, vno modo super denũciatione simpliciter procedendo: & isto casu possunt opponi omnes exceptiones, quæ possunt opponi contra accusatorẽ: vt puta, talis non est, nec esse potest legitimus denũciator: arg. l. qui accusare. ff. de accus. Item potest procedere iudex per inquisitionem quã facit propter denunciationẽ: tunc illæ exceptiones secundùm Bar. ibi, cessabunt in personam illius denunciatoris. & al legat tex. in c. licet Hely. extrà de simonia. Sed inquantũ Barto. dicit, quando simpliciter iudex super denunciatione procedit, quòd potest opponi exceptio sicut cõtra accusatorem, non credo verũ: quoniã iste denũciator eligit ex publico: & virtute & ex necessitate officij dicitur habilis: vnde dictũ Bar. puto verum, quando non est ad illud officium deputatus: sed motu proprio denũciat. pro hoc facit q̃ not. Sali. in d. l. ea quidem. versi. vij. quæro.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd Gandi. in tracta. malefi. sub rub. quomodo de malefi. cognoscatur per denuncia. & Specu. in titu. de accusato. in iij. parte. §. j. versic. pe. aliter loquũtur: dum 8 tractant istam materiam, quis sit finis & effectus istorum denunciatorum: & in specie declarant finem istorum denunciantium. Nam dicunt, quòd quandoq̃ nocturni custodes iurati ponuntur, vt quoscunq̃ sub noctis silentio transeuntes capiant, & denuncient puniendos: quandoq̃ etiam ponuntur custodes ad custodiã alicuius passus, vt quoscunq̃ inuenerint cum rebus vetitis transeuntes capiant, similiter denuncient & præsentent: nonnunquam etiam ponuntur custodes ad agrorum custodiam, vt fructuum depopulatores eodẽ modo denuncient & præsentent, & similiter quadrupedes in prædijs damnũ dantes. Et hi denunciatores non tenentur accusare, nec iurare de calũnia. Sed solum faciunt denunciationem, quibus creditur propter officium sibi cõmissum, & hoc secundũ diuersas cõsuetudines locorum. & sic facta tali denuncia tione, ipsis creditur: & hoc propter iuramentum quòd iurauerũt à prin. sui officij, q̃ legaliter & fideliter exercebũt illud: adeo q̃ nisi denũciatus probauerit suã innocentiã, cõdẽnabit ex tali denũciatiõe, quę quò ad hoc fidẽ & pro bationẽ facit, & ita de cõsuetudine obseruat. hęc Gandi. & Spe. in loco. s. allegato. ex qbus habes, q̃ officiũ denũciatoris q̃nq̃ solũ non est in denunciãdo, sed etiã in capiẽdo. Itẽ effectus denũciatiõis est q̃ sine alia inquisitiõe sequi condẽnatio. nihilominus nõ recedo à doctrina Bart. quia etiã propter illã denunciationẽ iudex poterit formare inquisitionẽ suã. an autẽ tali denunciatori credat, infra dicetur in materia. Et an exceptiões possint opponi, ego teneo cũ Bar, & q̃ do. Ang. hic malè dicat, per ea quæ supra dixi in proxima. q. præcedẽti: & secundũ do. Ang. sequereť q̃ licet denũciator sit deputatus de publico, & de nũciaret me occidisse Titiũ, & esset inimicus meus, q̃ ego nõ possem opponere denũciatorẽ inimicũ meũ esse: cõtra no. in c. cũ oporteat. & in c. qualiter & qñ. extra de accus.

7 *Denunciator an teneatur denunciare omnia maleficia etiam impunita de iure, consuetudine, uel statuto: ut quia pater occidit adulterum.*

7 Ange. †Quæro, an iste denũciator teneat denunciare oĩa maleficia, etiã impunita de iure, consuetudine, vel statuto: vt q̃a pater occidit adulterũ: vt in l. nec in ea. ff. de adul. dic q̃ sic q̃m cognitio iuris, vtrũ tale delictũ sit punibile vel nõ, nõ spectat ad eũ, sed ad iudicẽ. l. fi. §. diuus. & ibi hoc no. Bar. ff. de publi. & ibi Imo. & Bar. in l. si q̃s in graui, §. maritus. ff. ad Sylla. & d. l. diuus. in versi. vlterius quæro. & in l. j. §. q̃ denũciationẽ. in pe. q. ff. ad Turpilia. & Salic. in d. l. ea quidem. in prin. in versic. quartò quæro circa ipsius constituti. licet secundũ Ro. in contrariũ posset argui, ex no. per Bald. in d. l. decuriones. C. de infami. quia licet maficiũ non puniatur, tamẽ maleficiũ est: vt. l. si vxori. ff. de fur. & l. respiciendum. §. facta. ff. de pœnis. sed Ro. in d. §. maritus. renet op. Bar. pro quo allegat text. & ibi Bal. in l. j. & ij. C. de vt nemo priuatus. sed vide quæ dicam infra in ista glo. in versic. quero, vtrũ maleficium commissum per Titium casu fortuito, &c.

Augu. Tu autẽ in hac materia adde, q̃ cõtra istam cõmunẽ sententiã alleg. bo. tex. in l. si seruus. C. de his q̃ ad eccle. cõfu. & ibi Bart. dicit, q̃ si delictũ est cõmissum in casu permisso à lege, q̃a occidi Titiũ ad mei defensionẽ, q̃ ista accusatio nõ debet recipi. pro hac parte allego etiã doctrinã Bar. per illũ tex. in l. cũ quidã. §. fi. ff. de acquir. hęre. & in l. fi. qui dicit, q̃ stãte statuto, q̃ fama præcedẽte syndicus teneatur denũciare omnia maleficia: q̃ si fama præcedit, q̃ syndicus ipe cõmisit delictũ q̃ isto casu syndicus nõ denũciando nõ incidit in pœnã. nihilo minus allego Pet. de ancha. in propriis terminis tetigisse istã difficultatẽ in cle. præsenti, extrà de cẽs. vbi facit mẽtionẽ de illa doctrina Bar. in d. l. fi. §. diuus. & tãdẽ arguit pro & cõtra, & approbat illã doctrinã Bart. q̃ imò syndicus tale maleficiũ teneť denũciare: & ista opi. mihi placet. Limito tamen cõmunẽ opinionẽ, nisi notoriũ esset illum occisum fuisse bannitũ: quia tunc maleficiũ non tenetur denunciare. Itẽ cõem opinionẽ limitat Ange. in l. ne quis vela. C. vt nemo priua. titulos prædijs suis imponat.

8 *Denunciator, an quẽlibet delinquentem denunciare teneatur.*

8 Ange. †Quæro, an quẽlibet delinquentẽ denunciare teneat. Bar. in d. l. diuus. in versic. quæro vtrũ iste denũciator. dicit, q̃ nõ: sed solum quos accusare posset: vt l. iniquũ. & l. pe. & fi. C. q̃ acc. nõ pos. sed Sal. ĩ d. l. ea quidẽ. in ver. quęro an quẽlibet delinquentẽ. in cõtra trariũ allegat necessitatẽ publici officij. facit. l. quæsitũ. ff. de in ius vocan. sed repõdet, q̃ ibi loquitur in tutore, nõ tamen in accusatiõe, quã nec tutorio nomine gerere põt. C. si tutor nõ gesser. l. j. sed quia officiũ istius est principa liter deputatũ ad maleficia denunciand a: ideo videtur, q̃ apud eũ sint partes indicis. hinc est, q̃ Romulus fecit mori fratrẽ, qui trãscendit muros, quasi violata le. l. fi. ff. de re. diuisio. & desertorẽ militiæ filiũ, pater defert & denũciat. l. milites. ff. de re milita. & tutor nomine pupilli cõtra patronũ implorat officiũ iudicis, & suspectũ iudicẽ denunciat: vt. d. l. j. si tutor nõ gesserit. Itẽ quia nõ facit vt ipse, sed tanq̃ alius: vt. C. de administra. tut. l. cũ quidã. & hoc credo verũ. facit. l. minimè. ff. de religio. & sumptib. fune.

Augusti. Tu autẽ in hac materia adde, quòd veritas istius difficultatis dependet ab illa. q. quæ fuit disputata supra in hac glos. in ij. q. principali. vbi Bart. voluit, quòd omnis qui admittitur ad accusandum, admittatur etiam ad denunciandũ, aliàs secus: quæ conclusio an vera sit vel falsa, dic vt ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 *Denunciator an excusetur à denunciando, si ignorat nomen illius qui maleficium commisit.*

10 *Syndici qui volunt se excusare super ignorantia, debent probare de diligenti sua inquisitione.*

9 **Ange.** †Quæro, an excuseť ex eo quía ignorauit nomẽ illíus q maleficiũ cõmiſit. Bar. in d.l. diuus. in ver. vlterius circa legẽ noſtram. dicit, q̃ ſic. per. l. ſi ideo. C. de his q. vt indi. ſed Bal. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. dicit, q̃ ſi ignorať, quís licet ſciať q̃ maleficiũ ſit cõmiſſum: puta in multitudine hoĩm eſt cõmiſſum maleficiũ, & ignorať qs cõmiſerit: vel de nocte eſt cõmiſſum, et ſyndicus fecit priuatam inquiſitionẽ: vel in domo, vel in villa, q̃ excuſať. per l. ſi cũ exceptione. §. in hac. ff. q̃ met. cau. ſed Sali. in d.l. ea quidẽ. in verſi. ſextò quęro, an excuſetur. dicit, q̃ põderãda ſunt verba ſtatuti loquẽtis de his denũciatoribus qa aut ſint ſcripta in rẽ, aut perſonã, aut vtroq; mõ: ſi in rẽ, vt puta ſyndici villarũ teneãť denũciare oía maleficia in villis eorũ cõmiſſa: & tũc licet ignoret à quo ip̃m maleficiũ ſit cõmiſſum: tñ ip̃m maleficiũ denũciare debet. ſi verò logẽ in pſonã: puta q̃ denũciet ſyndicus oẽs q maleficia cõmiſerint: tũc ſi ignoraret malefactor rẽ, nõ teneť denũciare maleficiũ: qa denũciatio maleficij, tũc in cõſequentiã venit ad denunciationẽ perſonæ maleficiũ cõmittẽtis. Et ad hoc bene facit. d.l. ſi ideo. Si verò vtroq; mõ ſint ſcripta, vt denũcient oía maleficia in eorũ villis cõmiſſa, & oẽs perſonas quæ illa cõmiſerint: & tũc licet malefactor ignoreť, non excuſať ſyndicus ad denũciationẽ maleficij. ſicut dicimus in ſimili de præceptis factis ab arbitro. l. celſus. §. j. ff. de arb. Sed aduertas, quia

a iuſta cauſa ignorantiæ[a] ad excuſandum ſyndicum eſt, ſi maleficium ſit clam & occultè de nocte cõmiſſum, vel in loco in quo homines de raro vadunt. l. j. §. occiſorũ. & ibi omnino vide Bar. ff. ad Silla. & in l. ſemper. §. ſuper hoc interdicto. ff. quod vi aut clam & ibi Bar. & in l. auus. & ibi Bar. ff. de calum. & Bar. in d.l. diuus. in ver. ſed quid ſi nõ denunciauit intra tempus. facit quod not. Barto. in l. ſi. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit. & quòd not. Bald. in l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cleri. in l. ſi quis nõ dicam rapere. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

ADNOTATIO. a ¶Iuſta cauſa ignorantiæ. Adde tu quòd tempus non currit ſyndico niſi à die ſcięţiæ, ita Ro. incõſi, ccxviij. & quòd non teneatur denũciare maleficia facta clam Adde eundem Ro. in conſil. vij & Alexan. in conſil. xxiiij. in ij. volu. & vide ad hoc latè per Barto. in conſil. ſuo inci. clariſsime do. Ber.

Auguſti. Tu autẽ in hac matería adde, q̃ nemi- ni dubiũ, q̃ ignorãtia excuſat ſyndicum, qui teneť denũciare. ita voluit Ang. per illũ tex. in l. ſi cũ exceptione. §. in hac actíone. in j. col. ff. qud me cau. & ibi ponit etiã exẽplum, quãdo maleficiũ de nocte fuit cõmiſſum, vel in multitudine, & ignoratur quis cõmiſerit. & q̃ ignorantía excuſet, voluit Ange. per illũ text. in l. ſemper §. hoc interdictũ. ff. q̃ vi aut clã. & eſt bonus text. in l. j. C. de fal. mone. & ibi Bal. põderans illũ text. ibi tamẽ dicit, q̃ licet ignoret à principio: ſi tamẽ poſtea ſuperuenit ſciẽtia, teneť ſyndicus denũciare. ad idẽ eſt bonus text. & ibi Bal. in l. cũ ancillis. C. de inceſtis nup. vbi per illũ tex. idẽ dicit Bal. quòd ignorãtia excuſat ſyndicũ: tamẽ ſi ſuperuenit ſcientia, tenetur poſtea denunciare, per illum text. & ibi diſputat, qd ſi finito officío poſtea ſuperuenit ſcientia? & de hoc infra etiã dicetur. & in tantũ ignorantia excuſat ſyndicũ, quòd ſi ſtatuto cauetur, q̃ ſyndici teneantur denunciare maleficia, nec apponitur quando, ſemper intelligitur à tempore ſcientiæ: nec intelligas ſtatũ à tempore ſcientiæ ſyndicij hoc eſt cũ præcipiti feſtinãtia, ſed perquiſita veritate. ita voluit Bal. in d.l. cum ancillis. in argumentum allegat bonũ tex. in l. ij. §. confeſtim. ff. ad Ter-

10 tul. † Tene tamen menti in hac materia vnum ſingulare verbum, quòd ſyndici qui volunt ſe excuſare ſuper ignorantia nunquam erunt excuſati, niſi probent de diligenti inquiſitione eorum. aurea eſt doctrina Bal. per bonas rationes in l. j. C. ad mace. quã doctrinã ſemper teneas menti: quia aliàs regulariter ignorãtia præſumitur, vt ibi no

tatur. Adde tamẽ q̃ do. Ant. de but. in c. ab excõſicato. extrà de reſcrip. faciẽs mentionẽ de do. Bar. dixit, q̃ licet ſcientia præſumatur in ſyndico commiſſo delicto: tamen eoípſo quòd probat ſe inueſtigaſſe malefactores, & iurat etiam ſe non potuiſſe inuenire, hoc modo probatur ignorantia. dic vt ibi per eum. In hac materia vide pulchrum conſilium Pau. de caſt. ccxxvj. de quadam muliere, quæ fuit impregnata: an tale delictum debeat denũciari poſtquam peperit: & an tale tempus ſit continuũ, vel vtile, & currat ignorãti. & vide Albe de roſa. in iij. parte ſtatutorũ. qõ. lxxx. qui ponit, an iſti teneantur denunciare furta nocturna & ſimilia: vel ſi maritus de nocte occidit vxorẽ.

11 *Syndicus ſi præuentus fuerit in denunciando ab iniuriato, uel à iudice inquirente, an puniatur.*

11 **Ange.** †Quid ſi fuit ſyndicus in denũciãdo præuẽtus ab iniuriato, vel à iudice inquirente, an puniať syndicus. Rñdeo q̃ nõ, ſi nõ põt ei negligẽtia imputari. l. j. §. eleganter. ff. de lib. agno. & vide oĩno Bart. in d.l. diuus. in verſi. quid ſi talis denũciator. & Sali. in dicta leg. ea quidẽ. in ver. nec preuenientia accuſatoris. de hac tamẽ materia latius dicetur infra in verſ. quid ſi debet ſyndicus denunciare. & ego ibi dicam: & vide Bar. in l. ſororem. & ibi Bald. & Ange. C. de his qui. vt indignis.

Auguſti. Tu in bac materia adde Albe. de roſa. in ij. parte ſtatu. q. lxij. q̃ eleganter loquiť.

12 *Denuncians non debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.*

12 **Ange.** †Quæro, an denũcians debeat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, dic q̃ non, vt eſt caſus in d.l. ea quidẽ. non ob. l. fi. eo. tit. quia loquitur in accuſatore, nos loquimur in denunciatore: ita dicit Barto. in d.l. diuus. in verſi. quæro vtrum ille qui denunciat. & Sali. in d.l. ea quidem in verſi. quæro, an denuncians.

Auguſti. Adde tu, quòd iſtud idem voluit Bal. in l. ea quidem. C. de accuſ. in ver. quæro vtrum ordo iuris ſit ſeruandus ſuper notorio. Et melius Ange. in dicta lege ea quidem. in fi. j. col. & dicit, q̃ ita ſeruatur de conſuetudine. Adde tamẽ, q̃ licet ſyndicus non teneatur ſe ſubſcribere: tamen illa denuncia ſua quam fa-

b cit iudici, debet eſſe in ſcriptis.[b] Ita volunt docto. maximè Bald. in l. fin. C. de neg. geſt. per bonas rationes.

b ¶In ſcriptis. Adde tu circa hoc & vide Alexan. de Imol. in conſil. lxxj. in iij. volu. Ber.

13 *Denunciari an debeant ſolùm maleficia notoria.*

13 **Ange.** †Quero, an maleficia notoria tantùm poſſint denũciari? Cy. & alij doc. in l. ea quidem. C. de accu. dicunt, q̃ illa notoria tantùm poſſunt denunciari. ſed Sali. ibi. in ver. octauò quæro, quæ delicta &c. tenet contrariũ, q̃ etiam nõ notoria debẽt denũciari: dummodo probari poſſint. l. j. §. quies. ff. de offi. præfe. vr. & d.l. diuus. vel dic. dicit ipſe, q̃ maleficia debent eſſe notoria: ſed non eſt neceſſe malefactorem hoc notorie feciſſe, vel notorium eſſe, ideo iudex inquirit an perſona denuncíata illud crimen fecerit necne: & ſic concordat opiniones.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde, & dic quòd imo de iure ciuili nomo admittitur ad denunciandum, niſi ſit deputatus de publico: & opus eſt quòd crimen ſit notorium. Et iſte eſt caſus in dicta lege ea quidem. & ibi Bald. ſummat hoc modo illum text. ſed de iure canonico, quílibet bonæ famæ, motus bono zelo, admittitur ad denunciandum, præcedente primò admonitione charitatiua: per text. in c. qualiter & quando. el. ij. extrà de accu. Et ideo Ange. in dicta lege ea quidem. in princ. dixit, in foro ciuili ſeruabis leges: in foro canonico ſeruabis canones. Et hoc eſt quòd voluit dicere Gãdi. in trac. malefi. in rub. qualiter procedatur in maleficijs per viã denũciationis. & Spec. in titu. de denũciatione. §. j. in j. & ij. col. qui ponit de denũciatiõe iudiciali.

14 *Denunciatori an credatur: & ſic an denunciatio habeatur pro plena probatione.*

15 *Officiali, creditur & eius dicto ſtatur: & ſi ſtatuto hoc expreſsè dicatur, intelligitur donec denunciatus probauerit contrarium.*

denun

16 *Denunciatori an credatur donec probetur contrarium: & contrarium probari poteſt etiam ſi ſtatuto cauetur, quod eius dicto uel iuramento ſtari debeat.*

17 *Stante ſtatuto, quòd ſtetur dicto alicuius: poteſt probari contrarium.*

18 *Statuto dicente, quòd de damno dato ſtetur iuramento accuſatoris uſque ad quantitatem decem librarum licet accuſator iurauerit; tamen iudex poterit taxare prout ſibi uidebitur falſitatem uel calumniam continere.*

19 *Si inquiſitor hæreticæ prauitatis aliquem de hæreſi condemnauit, & ad iudicem ſecularem remiſit puniendum: an requiratur nouus proceſſus.*

14 **Ange.** †Quæro, an denunciatori credatur: & ſic de effectu huius denũciationis, an habeatur pro plena probatione. Bar. in l. diuus. in verſi. quæro quis ſit effectus denunciationis. concludit, quòd talis denunciatio in delictis grauibus nõ facit plenã fidẽ. d.l. ea quidem. ſi verò delicta non ſunt grauia, Bar. diſtinguit: quia aliquando ponitur denunciator ad denunciandum illud, quòd inuenit verè: & illud, quod ipſe vidit. exemplum. mittitur aliquis ad inueſtigandum ludentes per ciuitatẽ: & tunc creditur tali officiali referenti: vt d. §. quies. Si verò non mittitur ad referendum quæ vidit, ſed quę auditu percipit ex relatu aliorum: & tunc ei non creditur ad pu-

a niendum, ſed ad inquirendum,[a] vt d.l. diuus. ſed de hoc latius per Bart. in d.l. diuus. in verſi. ſed quoniam dixi. ſed fortius, nec etiam creditur iudici, ſicut dicimus, in inquiſitore hæreticæ prauitatis, qui condemnatum de hæreſi tradit puniendum iudici ſeculari: nam tunc iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſu inquiſitoris: ſed poteſt de nouo crimen examinare, & nouum proceſſum facere. in authen. de ſan. epiſ. in §. ſi verò crimen. ita dicunt Guil. & Bar. in d.l. diuus. ſed Sali. in d.l. ea quidẽ. in prin. in verſi. decimò quęro. dicit, caue tibi. quia d. §. ſi verò crimen. loquitur quando epiſcopus remittit degradatum codẽnadum: nos verò loquimur in iam condemnato, cuius executio mandatur iudici ſeculari: tamen non habet ipſe cognoſcere de viribus ſententiæ: ſicut nec in ciuiſibus, cùm vnus iudex alij reſcribit, vt exequatur reſcribentis ſentẽtiam: vt C. de iudi. l. properãdum. §. ſinautem reus. & pro hoc bene facit c. ſuper eo. de hære. li. vj. vbi dicitur, quòd

b hæretici[b] deprehenſi per inquiſitorem, ſine vlla audiẽtia relinquantur iudici ſeculari: & ſic executor merus eſt iudex ſecularis: vt eſt caſus in c. inquiſitionis tenor. de hæreti. lib. vj. vbi dicitur, quòd ſententiam inquiſitoris, vel epiſcopi, iudex ſecularis debet ſine mora cõtra ipſum de hæreſi damnatum executioni mẽdare. Præterea caue, ſecundùm Sali. ibi. licet cognitio & condemnatio de hęreſi olim ſpectaret ad iudicem ſecularem: vt l. cũcti. & l. quicunque. C. de hæret. tamen ſecus eſt hodie de iure canonico: ſed ad inquiſitorem hæreticæ prauitatis, vel ad epiſcopum tantùm: ita q̃ non ad iudicem ſecularem: & ideo ceſſaret. §. ſi verò crimẽ. & ibi no. gl. & habet locum. §. ibi ſequẽs: videlicet §. ſi autẽ eccleſiaſticũ. eſt autẽ crimẽ hęreſis eccleſiaſticũ tantùm: vt habetur in d.c. Et aduerte, q̃ inquantũ ſuprà dictũeſt, ſecũdùm Bart. quòd creditur officiali quãdo mittitur per ciuitatẽ ad videndũ ludẽtes, vel portantes arma: nam hæc doctrina venit limitãda per quandam auream deciſionem Iaco. de But. in l. j. C. de re iudi. vt refert Sali. in d.l. ea quidẽ. in d.loco. & in d. verſic.

15 videlicet, quòd † ei creditur, & dicto eius ſtatur: & ſi ſtatu-

c to hoc expreſsè dicatur, intelligitur donec denunciatus[c] probauerit contrarium. d.l. j. C. de re iudi. Et in hac materia pulchrè hoc not. Ang. & Imo. in l. qui bona. §. qui dãni. ff. de dam. infec. & ibi concludit Imo. quòd aut ſtatutũ vel lex dicit ſtari debere ſimplici dicto alicuius, aut ſtari debere ſacramẽto alicuius. Primo caſu videtur, quòd intelligatur ſtari debere in dubio: niſi aliud in contrarium probaretur: etiam ſi fortè ſit talis qui ſit officialis, & iuraverit fideliter exercere officium, per not. per Iac. de But. in l. j. C. de re iudi. Secundò caſu principali: aut lex vel ſtatutum vult ſtare ſacramento alicuius precedente contumacia alterius cum dolo, de qua cõſtat: & tũc videtur, q̃ ſtari debeat iuramẽto, nec contrarium probari poſſit, per ea quæ habentur in authen. ſed nouo iure. de ſeruis fug. & l. ſi quando. C. vnde vi. & c. fi. extrà quòd met. cau. & hoc operatur delictum delinquentis: de cuius delicto aliàs conſtat: aut non cõſtat aliter de delicto, & tunc aut lex dicit in ſubſidium ſtari debere ſacramento, & non poteſt probari contrarium. c. ſtatutum. §. j. de reſcri. lib. vj. & in Spec. de offic. iudi. in fi. & ibi per Io. and. ratio, quia iuramentum etiam ſuccedit in locum alterius probationis: & non eſt dubium, quòd ſi alia probatio fieret, nõ poſſet contrarium probari: aut lex vel ſtatutum dicit ſimpliciter ſtari ſacramento: Et tunc ſi ſumus in ſpiritualibus, poterit iudex ex officio, non obſtante ſacramento, inquirere veritatem per ſuprà dicta: aut non in ſpiritualibus, & tũc ſi expreſsè non diſponatur in caſu quo quæritur, ſed fit extenſio per quandam ſimilitudinem: tunc videtur poſſe probari contrarium, per not. per Ioan. And. in c. ij. de iureiuran. aut expreſsè diſponit in caſu quo quęritur: & tũc eſt dubium. Nam videtur, q̃ amplius non debeat agitari, ne periuriũ detegatur: vt l. nam & poſtea. §. j. ff. de iureiuran. quod tamen intellige vt ſuprà dixi: aut aliter conſtet de maleficio, aut non: vt plenè colligitur ex no. per Imo. in d.l. qui bona. §. qui damni.

ADNOTATIO. a ¶Sed ad inquirendum. Adde quòd Bartolus. in dicta l. diuus. ſequitur do. Alexand. in conſi. j. in iiij. vol. B.

b ¶Hæretici. Vide Auguſt. infrà in ſua addi. in fi. & quæ ibi ponit Hiero. chu.

c ¶Denunciatus. Adde tu, & dic quòd ſtatutum poteſt diſponere quòd ſtetur dicto ſaltuarij, vel officialis. ita Fulgo. in cõſi. cxxxvj. in iij. col. & quid operetur tale ſtatutum, & qualiter denunciare debeat, & qualiter fides de denunciatione iudici ſit facienda: per Alexand. latè conſi. lxxj. in iij. vol. & quòd probatio facta per iuramentum vigore ſtatuti poſsit reprobari. voluit Ro. in conſil. cij. & vide circa hoc Alex. de Imo. in d. §. damni. Ber.

Auguſti. Et ita in hac difficultate quíeuit ſpíritus horum patrũ noſtrorum. Sed quía hæc materia quotidiana & vtilis eſt, ideo altius ſcribam in hac materia, & multa allegabo iſtis incognita. Tu ergo in hac materia adde primo, quòd Gandi. in trac. maleficiorũ. ſub rub. quomodo de malefic. cognoſcatur per denuncia. in j. & ij. col. latè. diſputat iſtam materiam, an iſtis denunciatoribus credatur: & ſaltuarijs, & ſyndicis. & ibi dicit, quod licet de conſuetudine ſeruetur ſecũdùm varietates locorum, q̃ ipſis creditur: tamen videtur, q̃ de iure non eſt ipſis credẽdum: quia habetur loco vnius teſtis, & vni teſti non creditur. l. iuriſiurandi. C. de teſti. Itẽ ſoli arbitrio non creditur. l. ne in arbitris. C. de Item hoc videtur velle Accur. in l. ea quidẽ. C. de accuſa. Item vbi agitur de crimine, probationes debent eſſe luce meridiana clariores. l. ſciant. C. de proba. & ecõtrà, q̃ ipſis creditur arguit: quia iurauit bene & legaliter ſuum officium exercere: vnde nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ. l. fi. C. ad legem Iul. repet. Item omnia quæ in iudicio aguntur, ſolenniter præſumuntur acta. l. Sciendum. ff. de verb. obli. Item pro hac parte ſolet allegari in d. l. ea quidem. vnde pro cõcordia dicit Gandi. q̃ ſi iſti ſyndici ſunt deputati ad denunciandum maleficia tantum, & ipſis nõ creditur: aut officium horum non conſiſtit tantum in denunciando, ſed in inquirendo & cognoſcẽdo: vt quoties ipſi vadunt cũ notario, vel iudex cum familia diſcurrendo ciuitatem de nocte, & vider, & inuenit aggreſſorẽ, vel maleficium committẽtes, aut homines euntes de nocte, vel arma portantes vetita: vel victualia, vel alia vetita per ſtatutum: nam tunc & eo caſu ſatis dici poteſt, & videtur tale eſſe indiciũ, ex quo iudex vel poteſtas poſſit ſententiã diffinitiuam ferre, nulla alia ſuper eo exceſſu probatione reperta: quoniam tale factum dicitur eſſe iudici notorium, & ſibi videtur de eo exceſſu conſtare, non vt priuato, ſed vt iudici: arg. ff. finiũ regun. l. ſi irruptione. §. fi. & ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. veritas. ſatis dicit cõſtare de crimine, qđ oculis ſubiecit iudicis more iudiciario inquirẽtis: cũ oculorũ inſpectio pro quadã ſpecie ꝓbationis habeať. l. ex quę tutores. C. de adm. tu. no ob. qđ dictũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est suprà, quòd officialibus non est credendũ: vt l. diuus. ff. de custod. & exhi. reo. & C. de accus. l. ea quidem. quia illud videtur intelligi, cum officialis suum officiũ solùm in denunciando, & non inquirendo & cognoscendo cõsistit: arg. l. j. §. quies. ff. de offi. præf. vrb. & l. magis puto.
16 §. ne tamen. ff. de reb. eorum. †Sed aduerte inquantum d. Ang. suprà tetigit illam difficultatem, an eis credatur donec probetur contrarium: & si contrarium probari potest: etiam si statuto cauetur, q eius dicto vel iuramento stari debeat: quia iste est pulcher passus & quotidianus, ideo latius ipsum examinabo: quia sæpe occurrit de facto: & primò vide d. Abb. in consil. suo lij. & adde inquãtum d. Angel. hîc refert illam doctrinam Imo. in d. §. qui damni. qui dicit, q si statutum vult, q stetur sacramento alicuius præcedente dolo vel contumacia alicuius cõtra quẽ iuratur de quo dolo vel delicto constat, & tunc non potest probari contrariũ contra iuramentũ: dic q Innoc. tenet contrariũ in c. fi. extrà quod met. caus. quẽ sequuntur Ioan. and. & d. Ant. de But. ibi: quia imò si iurans taxabit vltra debitum, iudex non obstante iuramẽto faciet taxationẽ iustam. & licet Imol. in d. §. qui dãni. nitatur reprobare sententiam Innoc. tamen allego ipsummet Imo. approbasse illam sententiam Innoc. in hac materia. nam Imo. in l. quod iussit. ff. de re iudi. approbauit sententiam Inno. in d. c. fi. & ipsemet Imo. in d. c. fi. dixit hoc. & Imo. in l. ait prætor. §. j. ff. de re iudic. nec obst. d. authen. sed nouo iure. quia ille text. debet intelligi quando fuit iuratũ, & pars aduersa nõ contradixit, & probationes in cõtrariũ non fecit: & hæc pars corroboratur ratione viua: quia est maior dolus falsum iurantis: qui partem, & etiã Deũ offendit. c. debitores. de iureiur. l. ij. C. de reb. credi. quàm sit contumacia illius qui tantum iudicem contemnit. dolus enim culpæ præponderat. l. item si obstetrix. §. fi. ff. ad legem Aquil. & non licet aduersus delinquentẽ se vindicare per viã delicti seu periurij. l. si quis à se fundum. C. ad legem Iul. de vi. & sic ista videtur esse communis opi. & Ro. in d. §. qui damni. videtur approbare istam sententiã: licet Imo. in d. §. qui dãni. videatur aliter intelligere dictũ
17 Inno. in d. c. fi. †Item inquantum suprà dictum est, q si statuto cauetur, q stetur dicto alicuius, q tunc potest probari contrariũ. Adde q etiã istam sententiã tenuerunt Bal. & Sal. in d. l. j. C. de re. iur. & Pau. de cast. per illã gl. in l. ij. si absens. ff. si ex nox. causa aga. & sequitur Bald. in l. pe. C. de peri. tut. vbi pro hoc adducit multa. & Ang. in l. diuus. de testa. mili. & Pet. de anch. in repetitione. c. canonum statuta. extrà de consti. in versicu. vlterius quæro, statuto cauetur. quicquid in hoc articulo dixerint Iac. de are. & Cy. in l. j. C. si aduersus libertatem. limitarẽ tamẽ prædicta, nisi statutũ vltra figeret pedes, prohibens contrariũ posse probari: arg. l. fi. circa principiũ. cum ibi nota. C. arbi. tut. & l. diẽ proferre. §. stari. ff. de arbi. nisi quis vellet probare per modos per quos admittitur probatio cõtra præsumptionẽ iuris & de iure, quæ regulariter nõ recipit probationẽ in contrariũ: de quibus modis tangitur per Ro. in l. si duo. ff. de acqui. hæred. per Modernos in l. inter stipulantẽ. §. j. ff. de verb. obl. per gl. in authẽ. sed iam necesse. & in corpore vnde sumitur. C. de do. ante nup. & ibi per Doct. & per Doct. in c. ei qui. extrà de spõsalibus. & Albe. de rosa. in ij. parte statutorũ. q. xij. ibi tenet, q potest probari cõtrariũ: nisi statutũ expresse vellet, q omnino credatur officiali denuncianti vel accusanti. sed dubiũ est maximũ. quid si statuto cauetur, q stetur sacramento
18 alicuius: an stabitur donec cõtrariũ probabitur. †Adde tis vltra suprà allegata, q Ang. in authẽ. de exhi. & introdu. reis. in prin. dicit, q licet statutũ dicat, q de damno dato stetur sacramẽto accusatoris vsq; ad quãtitatẽ decẽ librarũ. certè licet accusator iuret: tamen iudex poterit illud iuramentũ taxare, prout sibi videbitur tale iuramẽtũ falsitatẽ vel calumniã continere. & hoc dicit probari per illũ tex. & per tex. in d. §. qui damni. & idẽ dicit Ang. in l. qui vas. in prin. ff. de fur. qui per illũ text. dixit, q licet de iure cõmuni, vel ex forma statuti de robaria stari debeat sacramẽto passi furtũ vel robariã: si tamen accusatus probat de vera æstimatione, non est standũ sacramẽto. Et idẽ dicit in saltuario, q super damno dato, debet stari eius sacramento: tamen veritate probata, recediturà iuramẽto. licet Ia. in l. j. aliàs fi. C. si aduer. liberta. dixerit standũ esse sacramento, sed puniẽdum esse saltuarium. & quod dixit Ang. in d. l. qui vas. & idem dixit in l. qui testituere. ff. de rei vend. cõfirmatur hæc sententia autoritate Bal. in c. j. in j. col. in tit. si de inuestitura inter do. & vas. lis oriatur. qui dicit, q si statuto cauetur, q stetur iuramẽto alicuius, nisi statutũ figat pedes ibi, & nolit vltra de periurio inquiri, poterit probari cõtrariũ. allegat no. per Ia. de But. in d. l. j. C. de re iudi. & idem Bal. in l. j. C. de re. cre. & ibi expressius Sali. & Sali. ibi allegat Ia. de But. in d. l. j. & ij. licet Ia. de are. cõtrarium dixerit in d. l. j. C. si aduer. liber. idẽ dixit Pet. de ancha. in regula, semel malus. de reg. iur. lib. vj. in iiij. charta. & Sali. in d. l. contra negantẽ. C. ad legẽ Aquil. & idem dixit d. Abb. per illum tex. iuncta gl. in c. proposuisti. extrà de probationibus. & idem dixit do. Abb. per illum tex. in c. continebatur. extrà de despon. impu. & ibi reprehendit doctrinam Ia. de are. in d. l. j. C. si aduer. liber. & vide quæ dixit Ang. in l. videamus. §. iurare. per illam gl. ff. de in litem iuran. & Pau. de cast. in l. fi. ff. de prætori. stip. Et de materia pulchra verba Bal. in l. fi. ff. q met. cau. Sed adde, quòd contrariam sententiam tenuit Alberic. de ros. in elegãti suo opere statutorũ. in ij. parte. q. lxxxij. quæ incipit, sed pone statuto Bononię cauetur. vbi dicit, de damno dato scholaribus stetur eorum sacramento, & damnum fuit modicum, & scholaris iurauit de maiori summa: q iudex facta inquisitione veritatis, nõ retractabit illud iuramentum. Idem dicit Alb. de rosa. in d. l. j. C. si aduers. lib. & dicit, q ad hoc allegat l. j. ff. si mes. fal. modi. idem videtur velle Bal. in d. l. ait prætor. in princ. ff. de iureiuran. Et aduerte, quia in hac materia ego scripsi vltra omnes Doct. in d. l. qui bona. §. qui damni. ff. de dã. infec. Ideo me remitto ad dicta per me ibi. Et aduerte, q licet statutum velit quod denunciatori credatur: tamẽ poterit opponi, q est forensis, pauper, & bannitus, & alia.
19 ita consuluit Pet. de ancha. in consil. suo cccxvij. †Et inquantum suprà dictũ est: an si inquisitor hæreticæ prauitatis condemnauit aliquem de hæresi, & remisit ad iudicem secularem vt eũ puniat, an requiratur nonus processus. Adde omnes Doct. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. om. iud. & in l. diuus. ff. de custo. & exhi. reo. & Bar. in l. j. ff. si quis in ius di. non obtemp. & vide gl. & Bald. in authen. clericus. C. de epis. & cle. & Ang. in d. l. diuus. dicit q canonistę tenẽt cõtra opi. Bar. & vide Pe. de Anch. in c. at si clerici. extrà de iudi. & Imo. in d. c. j. de offi. ordi. vbi respondet ad d. §. si crimen. Et aduerte, quia Imol. in d. c. j. dicit, q canonistæ communiter tenẽt opi. Bar. & de materia per Ang. in l. j. C. de exhi. reis.

20 *Denunciatores an debeant probare quod denunciant.*

20 Ange. †Quæro, an isti denunciatores debeant probare quod denunciant? & dic q sic de iure, in dicta l. diuus. & l. accusationem. §. denunciatores. ff. ad Turpil. sed vsus hoc non admittit: sed solùm nomina testium qui scire perpetrata dicuntur, post denunciationem in eadem schedula scribunt. Ita dicit Salicet. in dicta l. ea quidem. in princip. versicu. xij. quæro, an denunciatores. & ibi Salic. inquit, omissis verbis Barto. in dicta l. diuus. qui minus perfectè loquitur in hac materia, q aut denunciatores non probant: quia nec causæ assistunt, imo deserunt: & tunc propter desistentiam, pœna Turpiliani sunt puniendi. d. §. denunciatores. qui sic debet intelligi, vt faciat ad titulum: aut non probant, quia testes denunciationem non probant. Et tunc aut quæris an pœna talionis puniatur: & dic quòd non. d. l. ea quidem. quæ dicit, q non tenetur se subscribere: aut quæritur an extraordinarie puniatur: & tunc aut eorum calumnia est præsumpta ex defectu probationum, aut est

est euidens: si præsumpta, & tunc aut denunciator est voluntarius, & est extra ordinem puniendus, nisi purget suam innocẽtiam: vt in c. fi. extrà de calum. aut est necessarius, quia ex necessitate officij hoc facit: vt d. l. ea quidem. & tunc præsumpta calumnia non tenetur, seu non punitur: vt d. l. diuus. in fi. quod intelligit Barto. extra ordinẽ iudicis arbitrio. d. c. fi. & l. j. de var. & extraord. cri. & Salic. ibi dicit iudicem ex qualitate calumniæ & dolj, & ex circunstantijs seuerius pœnam falsi quandoq; iniungere posse: argu. l. j. in prin. in versi. ij. & iij. ff. de falsis.

Augusti. Adde tu, quòd vera est ista conclusio, quòd denunciator, qui compellitur accusare vigore officij ex debito, non punitur tanquam calumniator si deficit in probatione, propter regulã traditã in l. ij. C. qui accusare. & ideo per illam legem Docto. ibi in d. l. ij. & canonistæ, maximè do. Anto. de But, in c. cum dilecti. extra de dolo & contu. in fi. vltimæ colum. tradũt istam regulam, quòd ille qui accusat aliquẽ propter necessitatem officij, excusatur à pœna calumniæ. intelligo ego de præsumpta calũnia. Adde tamen, quòd si syndicus deficeret in probando, qui scienter aliquem falsò accusauit, vel denunciauit, & sic probare non potuit, tenetur pœna falsi. ita dicit Bal. in l. ij. C. de errore aduoc. in princ. & Bart. melius per illum tex. in l. lege Cornelia. §. fi. ff. de fal. & de materia vide aliquid per do. Ant. de But. in c. licet Hely. extra de simo. in v. colũ. versi. oppo. Secundo videtur, q isti denunciatores desistentes debeant puniri. Et in hac materia in propriis terminis, adde glos. & ibi omnes Docto. in c. ij. extrà de calum. & per Alber. de rosa. in rubr. C. de monopolijs. sed latissimè posuit istã materiam Alber. de rosa. in ij. parte statutorum, quæstio. cxviij. qui multas decisiones allegat.

21 *Iudex an possit recipere in testem in processu inquisitionis ipsum denunciantem.*

21 Ange. †Quæro, an iudex possit denunciantẽ recipere in testem in processu inquisitionis? dicit Barto. q sic, in dicta l. diuus. per c. licet Hely. extra de simo. sed Sali. in d. l. ea quidẽ. vertic. xiij. quæro. dicit, quòd opi. Bart. est vera, si iudex non procedit super denunciatione: sed inquirit propter denunciationem, & famã eius aures reuerberantem, ita quòd modo sub dissimulatione transire non potest: & ita loquitur c. licet Hely. sed vbi super denunciatione procedit: tunc denuncians debet denunciare per idoneos testes, & non per se probare: vt d. l. diuus. & d. l. ab accusatione. §. denunciatores. patet ratione, quòd isto casu si non probat denunciata, est puniẽdus: vt suprà dictũ est in proxima quæstione: & per consequens non est legitimus testis. ex quo tu iudex sumas cautelam, quòd quando non haberes de delicto aliũ testẽ idoneum nisi officialem positum ad denunciãdum, quòd non procedas super ipsa denuncia per viam denunciæ: sed per viam inquisitionis ex mero officio propter publicam famam præcedentem: & poteris dictum syndicũ denunciantem in testem examinare. quod tene menti.

a **Augusti.** Tu in hac materia adde tex. in termi-nis, & ibi Bal. in c. in omni negotio. extrà de testi. vbi est tex. coniũcta gl. quòd denunciator potest esse testis. & ideo illum text. ponderauit ibi Bald. q syndicus villæ qui habet denunciare maleficium, poterit etiam testificari de visis per eum: quia aliud est officium publici syndici, aliud testis. Item denunciat secundum conscientiam publicã, sed testificatur secundùm propriã, & sunt officia compatibilia: arg. u. l. si consul. ff. de adopt. vnde non dubito, quòd siue procedat iudex per viam inquisitionis facta denunciatione, siue super ipsa denunciatione, & syndicus facto maleficio, quòd maleficium propter officium suum tenetur denũciare: tamen si vidit etiam fieri maleficium, quòd de suo visu poterit testificari: quia ista sunt diuersa: vt dicit Bald. in d. c. in omni negotio. non obst. quia si non probat, punitur. nam respondeo hoc falsum: quia imò excusatur à præsumpta calũnia: vt suprà dixi in proxima quæstione: & sic approbo indifferenter dicta Bart. in d. l. diuus. quicquid dicant hic Salic. & do. Angel.

A DNOTATIO, a g In terminis. Adde tu & vide per Frã. de are. in consi. suo xiij.

22 *Confessio facta coram officiali denunciante uel remittente ad competentem, an sit sufficiens ad condemnationem.*

22 Ange. †Quæro, an confessio facta corã tali officiali denũciante, vel remittente ad iudicẽ ad quem spectat denunciatio, sit sufficiens ad ipsius condẽnationem? Sali. in d. l. ea quidem. in princ. in versi. iij. quæro an confessio. dicit, quod non, tanquam facta corã iu-
b dice incompetenti: b vt d. l. diuus. & ibi not. Bart. in l. magistratibus. de iurisd. om. iud. vbi etiam dicit, quòd quando inquisitor hæreticę prauitatis tradit iudici seculari decapitãdum aliquem de hæresi, quòd non debet stare processui & confessioni factæ coram dicto inquisitore: sed de nouo faciat coram se confiteri, aliàs talis confessio nõ noceret delinquenti. dicit tamen d. Ang. quòd talis confessio duo operatur. vnum est, quòd est tantæ potentiæ, quod talis confessio facit indicium tale quòd potest poni ad torturã, sine alio indicio. argu. gl. in l. capite quinto. ff. de adult. & ibi Bart. facit quod not. in l. ictus fustium. ff. de infami. Secundo operatur, q cogitur postea corã iudice ordinario & cõpetenti in tali sua confessione perseuerare: vt no. Innoc. in c. at si clerici. extrà de iudi. quod bene nota, quando syndicus villæ maletractor confessus est delictum, quòd talis confessio facta coram officiali, licet non in iudicio ordinario & competẽti, habet dictos duos effectus.

b g Iudice incompetenti. Adde tu & vide Franc. de Are. in consi. cl. & ibi an valeat vt extra iudicialis. & Ang. in cõsi. clxxviij. & consi. cxcvij. Cep. consi. xj. Io. de ana. consi. xij. & ibi Ludo. Bolo. Alexã. consi. xiij. & consi. xcv. in j. volu.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, q istæ conclusiones videntur falsæ, q imo talis confessio facta coram iudice incompetenti, nullũ effectũ posit operari. nam hoc probatur, quia ea quæ sunt facta in iudicio reprobato, nullum habent effectum: arg. l. non dubium. C. de legi. Præterea pro hac parte est casus in c. at si clerici. extrà de iudi. in verbo, aliquatenus. quẽ text. ibi, ad hoc ponderauit dominus Ant. de Bu. & mouetur etiam arg. c. super. extrà de offic. deleg. & ideo Bald. in d. c. at si clerici. dixit, q hoc relinquitur arbitrio iudicis. vtrũ propter talem confessionem malefactor possit torqueri vt perseueret in tali confessione. sed Imo. in d. c. at si clerici. dicit communem opinionem esse contra opinionem do. Ant. de But. licet sua opinio videatur verior de iure. & verum dicit Imo. quia communis opinio est in cõtrarium. pro qua vltra Doct. allego, q Bal. in l. clarum. C. de auto. præstan. idem tenuit etiã Bald. in l. j. in pe. col. C. de confes. & Ang. in sua disputatione, quæ incipit, Astensis miles. in ij. colũ. & Bald. in d. l. magistratibus. qui dicit ita debere intelligi dictum Innoc. in c. per inquisitionem. de elect. & in c. cum super. extrà de confessis. & Angel. & Paul. de cast. in d. l. magistratibus. hoc idem tenuerunt. & Ang. in l. j. C. de confessis. qui pro hoc allegat glos. in d. l. ictus fustium. ff. de infamibus. & Ange. in l. j. ff. de confessis. Limito tamen istam communem sententiam, nisi talis confessio esset facta calore iracundiæ: quia non præiudicaret in aliquo cõfitenti, per glos. in c. ex literis. extrà de diuortijs. ita dixit do. Abb. in d. c. at si clerici. Secundò
c limito hæc procedere vbi talis confessio emanasset ad eundem effectum: secus si ad aliũ: quoniã quis negare potest id quod semel est cõfessus ad aliũ effectum: vt est gl. notabilis in authen. Item possessor. qui potio. in pig. ha. & ita singu. limitabat istã communẽ sententiam Ang. in l. j. C. de confes. sed aduerte, quia dubito de ista limitatione per doctrinã Bar. in l. ij. ff. iudica. sol. Et per glo. no. in l. & quia. §. fi. in verbo, præludia. ff. de interro. act. vbi habetur q cõfessio facta in vna causa: & sic ad effectũ illius causę

Universidad de Deusto
Biblioteca

noceat in alia, saltem quòd ad præsumptionem & indicium. nec obst. gl. in d. authen. Item possessor. quia bene verum est, q̃ quis potest negare quando contra suam confessionem fuit iudicatum, aliàs non: & ita declarat Bar. per illū text. in l. Papi. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. & Innoc. in c. mulieri. extrà de iureiur. Item adde quòd

d tertiò limitabat Ang. istam communem sentẽtiam in d. l. j. C. de confes. nisi malefactor confiteretur coram iudice penitus incompetenti, cuius iurisdictio nec expressè nec tacitè potest prorogari: quia clericus coram iudice laico confitetur: & ita intelligit text. in d.c. at si clerici. & Ioan. and. hoc voluit in addi. Spec. in titu. de confessis. §. sequitur. in vers. v. Et hoc modo potest saluari opinio do. Ant. de but. in loco suprà alleg. licet Innoc. in d.c. per inquisitionem, & Ang. in d. l. j. ff. de cõfes. indistinctè loquãtur.

Sed aduerte cõtra istam limitationem expressè adduco tex. in authen. de sanctissimis episcopis. in §. si verò crimen. in vers. prius ciuslem iudicem habeat. quem tex. ibi ponderauit Ang. in propriis terminis: vbi si coram iudice laico clericus est confessus, & factus sit processus, debet remitti ad episcopum ille clericus cum illo processu, & ibi super illo processu episcopus debet se fundare. alias limitationes in hac materia poteris colligere ex dictis Innoc. in d.c. at si clerici.

e ¶ Secundo limito. Ad hanc limitationem vide Alex. in cons. xiij. & cons. xcvj. in j. volu.

d ¶ Item adde quòd tertio. Contra hanc limitationem vide Cald. in consil. vj. in tit. de confes. & Abb. in cons. xxv. in fi. verbis. Ber.

23 *Absolutoria lata super denunciatione, an prosit reo sicut absolutoria lata super accusatione.*

23 **Ange** †Quæro, an absolutoria lata super denunciatione prosit reo, sicut absolutoria lata super accusatione. & Salic. in d. l. ea quidem. in vers. c. quæro an absolutoria. dicit q̃ Doc. dicunt, q̃ sic. Addunt aliqui, quòd cautus iudex nõ debet eum absoluere, sed pronunciare denunciatorem minus bene retulisse: & sic reiterato denunciari vel accusari poterit: sed Salic. in d. l. ea quidem. dicit hoc non esse verum: quia etiã si procedit super denũciatione, absolui debet in vtroq; casu. d.c. licet hely. & sic est eadem ratio sicut in accusatore: quia de qua re &c. & l. de qua re. ff. de iudi. nec ob. d. l. diuus. quia loquit ibi respectu denunciationis an veniat puniendus necne: vt ibi patet ex sequẽtibus. Et ita voluit Bart. in d. l. diuus. in vers. vlterius quæro an absolutoria.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, q̃ vera est conclusio Sali. in loco suprà alleg. per text. & per ea quę ibi notãtur in l. si cui. §. j. ff. de accu. vbi dicta in illo §. extenduntur etiã ad alios modos per quos delicta puniuntur, vt absolutoria illa lata prosit ipsi reo: & ad hæc possunt adduci multa iura quæ allegantur ibi in Glossa.

24 *Syndicus denunciauit unum deliquisse qui non deliquerat, subductus instigatione aliquorum: an teneatur denunciator.*

24 **Ange.** †Quæro, syndicus denunciauit vnum deliquisse & non verè, quia non deliquerat subductus instigatione, & dictis aliquorum: an teneatur denunciator? istam quæstionem mouet Bart. in l. Athletas. ff. de fal. vbi concludit, q̃ aut talis instigatio siue notificatio fuit facta à personis quibus verisimiliter debet credi,

a & tunc excusatur. a l. qui cum maior. §. penul. & fina. ff. de bonis lib. er. aliàs secus. d. l. Athletas. facit quod no. Bar. in l. Athletas. §. j. ff. de infami.

ADNOTA. a ¶ Excusat. Adde & vide Panor. in cõsi. lxxviij. B.

Augusti. Tu in hac materia hic adde text. conciuncta glos. in l. penult. ff. de his quib. vt indig. & per Iac. de are. in d. l. Athletas. ff. de falsis.

25 *Syndicus si accepta pecunia aliquem denunciauit falsò, minuendo, uel aggrauando delictum, tenetur pœna falsi.*

25 **Ange.** †Quæro syndicus accepta pecunia aliquẽ denunciauit falsò: intelligo falsò aliquid minorando de delicto, vel aggrauando delictum vltra qualitatem delicti. & dicit Barto. in l. lex Cornelia. per illum text. ff. de falsis. quòd tenetur pœna falsi. & hoc not. quia dicit hic d. Ange. quòd semel vidit hoc in ciuitate Perusij: quòd syndicus ad instantiam vnius potentis ciuis minorauerat delictum: & vide Bald. in l. duobus. §. j. ff. de iureiurand.

Augusti. Adde quod dixi suprà, in quã pœnam incidit iste denunciator: ibi feci mentionem de hac doctrina Bar. in d. l. lex Cornelia. §. fi.

26 *Maleficio commisso in confinibus duarum villarum, quis syndicus teneatur denunciare dictum maleficium.*

26 **Ange.** †Quæro, quando maleficium est commissum in confinibus dictarum villarum, & sic in loco communi dictarum villarum, quis syndicus teneatur denunciare dictum maleficium? Baldus posuit istam quæst. in l. ij. C. vbi de cri. agi opor. qui dicit, quòd vterque syndicus tenetur denunciare. allegat l. si verò. §. qui ex morte. ff. de his qui deiec. vel effud. sed tamen sufficit quòd vnus syndicus denunciet. Si autem nemo denunciaret, vterq; teneretur. ita dicit Bal. ibi: ex quo infert q̃ si sunt duo diuersi iudices, & in eorum confinibus in loco medio sit commissum delictum: q̃ vterq; iudex potest punire. alleg. l. iuris peritos. §. cum oriundus. ff. de excusa. tu. dic vt ibi per eum.

Augusti. Tu in hac materia adde Albe. de rosa. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. vbi idẽ voluit, q̃ vterq; iudex cognoscat facto maleficio in confinibus: putarem tamen q̃ si vnus inquirit, & punit, alter non proceder: per ea quæ dixit Bald. in l. iij. §. j. ff. de officio præfe. vigi. qui dixit, q̃ licet maleficiũ sit commissum in confinibus duarum villarum, vtraque tenetur, & sic quilibet syndicus denunciabit. sed si vna villa soluit, altera liberatur. De prima q. adde omnino dicta Albe. de rosa. in quæstionibus suis. q. clxx. in ij. parte, quæ incipit, quæstio disputata fuit per Richard. malũ. in quæstionibus statutorum. & ibi ponit, si homo mortuus reperitur in illo loco: an præsumatur ibi mortuus. ita dixit ibi Albe. in d. q. & Bal. in d. l. iij. §. j. Itẽ limitarem prædicta, quia licet maleficium sit factum in confinibus: tamen si maleficiũ plus participat & attingit de confinibus vnius villæ quàm alterius, quòd isto casu syndicus illius villæ in cuius confinibus plus attingit illud maleficium, teneatur. Et in hoc adduco omnes leges quas adducit Alber. de rosa. in ij. parte statutorum. q. cxxxix. in illa q. quam ipse format quando aliquis debet soluere collectã in parochia quam habitat, & aliquis habebat domum in confinibus duarum parochiarum: sed plus participabat de vna parochia, quàm de alia. Et in hac materia bene faciunt not. per Albe. de rosa. in quæstionibus suis statutorum. in ij. parte. q. lxxij. qui dixit, q̃ si statuto cauetur, q̃ villa teneatur de damno dato: tamen si maleficium est commissum in confinibus duarum villarum, vtraque tenetur: si tamen maleficium esset commissum in loco vbi non esset syndicus deputatus: tunc proximior villæ tenetur denunciare: per ea quæ dixit Alberic. de rosa. in secunda parte statutorum. quæstio. lxxxv. vbi dixit, si villa tenetur emendare damnum, & damnum est datum in loco indeterminato: Tunc vicinior villa tenetur. & allegat bonas rationes. Sed in hac materia & principali quæstione adde omnino pulchra verba Bal. in l. si plures. C. de condictio. inser. in v. colum. & Bald. in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. in fi.

27 *Statuto dante præmium accusanti ludentes ad azardum, an debeatur etiam denuncianti.*

28 *Præmium concessum accusanti ludentem ad azardum, non debetur officialibus potestatis.*

29 *Denuncians crimen, non habebit præmium statuti, si est socius criminis.*

30 *Familia potestatis capiens bannitum, non habebit præmium quod datur capienti bannitum.*

Statuto

31 *Statuto dicente: quicunque reuelauerit tale delictum, habeat tale præmium: non comprehenduntur complices.*

27 **Ange.** †Quæro secundùm Salic. in d. l. ea quidẽ. in prin. in vers. xvj. quęro de quæstione Spe. vtrum si per statutum datur præmium accusanti ludẽtes ad azardum, debeatur etiam denunciãti? Specu. in titu. de denuncia. §. j. determinat quòd sic: per l. cum patronus. §. j. ff. de bo. liber. vbi dicitur accusator. nec obst. l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bo. lib. quoniam respondeo quòd Salic. credit verum in denunciatore voluntario, nõ autem necessario, a qui facit ex necessitate sui officij: quia præmium nõ debet habere nisi expressè cauetur à statuto: quia turpiter dicit recipere is, qui gratis tenetur facere. l. ij. §. j. ff. de condit. ob turp. causam. pro hoc allegat text. singu. in l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Silla. vbi patet, quòd præmia quæ dantur denunciatoribus: intelliguntur de denunciatoribus spontaneis, non de illis qui de necessitate faciunt: etiam si causatiuè hoc faciunt.

28 †Et ideo huiusmodi præmia non debentur familiæ potestatis, vel alterius officialis ad quem spectat capere bannitos. pro hoc videtur tex. & ibi Bal. in l. ij. C. de oper. lib.

29 †Item quod dicit de spontaneo denunciatore, hoc limita

b verum, nisi fuerit socius in crimine, b qui socium denunciat: vt si malefactor semetipsum denunciaret, quia tunc nullum præmium sibi debetur. arg. l. idem est. §. fi. cum l. seq. ff. de conditio. ob turp. causam. & ibi hoc vult Bartol. & vide Bald. in l. j. C. eod. titu. Et hoc probat text. singul. cum glos. in l. j. C. de mulieribus quæ proprijs seruis. Et ibi Salicet. non obst. verba statuti, quod generaliter dat præmium accusanti: quia restringuntur dummodo sint habiles. l. vt gradatim. §. etiam si lege. ff. de mune. & hono. Sed in hac quæstione principali quando datur præmium accusanti, an intelligatur etiam concessum denunciãti: dubito. nam licet Salic. teneat quòd sic in spontaneo denunciatore. & Specu. indistinctè in omni denunciatore dicit habere locum: tamen facit dubium: quia etiã si expresse statuto cauetur, quòd indicans malefactorem habeat certum præmium qualiter intelligatur indicare vt præmium habeat. nam nunquam dicitur indicare vt dictum præmium consequatur, licet vadat ad iudicem, vel ad notarium maleficiorum, & dicat quòd ille talis commisit tale maleficium. Sed requiritur, quòd expressè accuset: & nisi expressè accuset, non dicitur indicasse. vt est tex. & ibi hoc vult Bart. in l. lex Cornelia. §. si quis libellum. ff. de iniurijs. Si ergo quando datur expressè præmiũ à statuto indicanti, intelligitur dummodo accuset, aliter præmium non habeat. quantò magis nõ debet dare præmium indicanti vel denũcianti simpliciter, si statuto expressè cauetur, quòd præmiũ assignetur accusatori. Sed in hoc an si statutum præmiat accusatorem, habeat locũ in denunciatore. Rom. in l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Silla. allegat Ioan. and. in addi. Spec. in titu. de denuncia. & arguit primò quod non, ex quo nomine & effectu differunt: non autem effectu tantùm: vt patet in l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Turpil. igitur statutũ loquẽs de vno, non extenditur ad alium. facit l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bonis liber. Sed Ioan. And. ibi tenet cõtrarium. quod sequitur Angel. in dicta l. diuus. & Alber. de rosa. in suo tractatu statutorum. in ij. parte, & hoc per text. optimum in l. patronis. §. qui nomen detulit. ff. de iu. patrona. Secundò fauore reipublicæ qui est vt citius inueniantur homines ad accusandum delinquentes: arg. l. eum qui innocentem. ff. de iniur. Tertiò, quòd idem effectus ad illationem pene in illum delinquentem sequitur ex denunciatione quem sequitur ex accusatione: vt not. in l. sepulchri. ff. de sepulch. viol. ergo pariter sibi locum debet vendicare statutum, quod Roma. dicit fore notandum.

ADNOTATIO. a ¶ Necessario. Adde tu & vide circa hoc Bald. in consi. cxij. in v. volu.

b ¶ Socius in crimine. Adde tu & vide circa hoc Moder. in dicta l. idem est. & Ioan. de ana. in consi. lx. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde primò inquantum dictum est, an statutum loquens in accusatore, habeat locũ in denũciante. Adde q̃ vera mihi videtur illa cõclusio, quòd sic: & moueor ex

c eleganti doctrina d. Bar. per illum tex. coniuncta glos. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. qui dicit, quòd licet lex vel statutũ pœnale debeat intelligi in proprio significatu: nec extra proprium significatũ possit fieri extẽsio. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. c. odia. extrà de regul. iur. tamen si illa lex sit in fauorem reipub. ad hoc vt maleficia puniantur, fiet extensio isto casu, si lex esset fauorabilis. Cum ergo huiusmodi statuta fiant fauore reipub. ad hoc vt prouincia purgetur malis hominibus: statutũ loquens in accusatore, extendetur ad denunciatorem: & maximè cum secũdo loco pro hac conclusione videatur esse tex. coniuncta gl. in c. si episcopus. extrà de accusa. in j. glo. ij. & iij. vbi verbum, accusator, exponitur, id est, de-

30 nunciator. †Item inquantum suprà conclusum est, q̃ si præmium datur capienti bannitum, nõ dabitur isto casu familię potestatis capienti bannitum. Adde, quòd pro ista conclusione allego text. & ibi d. Abb. ponderantẽ ad hoc illum tex. in c. ecclesijs. extrà de cẽsi. Et idem voluit Ang. in l. iij. §. si ex stipulatione. ff. ad Silla. & idem Bald. per illum text. in l. ab hostibus. Ia ij. C. de capti. & postli-

31 reuers. †Item inquantum suprà conclusum est, quòd si statutum loquitur generaliter q̃ quicunq; reuelauerit tale delictum, habebit tale præmium: q̃ isto casu non cõprehenduntur participes & cõplices delicti. Adde, quòd istam sententiam tenuit Bar. Ang. & Raph. in l. iij. §. si ex stipulatione. ff. ad Silla. & omnes Doct. in d. l. idem est. §. fi. cum l. seq. ff. de condi. ob turp. cau. & Sali. in l. penul. C. de condi. ob turp. caus. & Sali. in l. ij. C. de noxa. sed contrarium videtur tenere Bald. in d. §. si ex stipula. & idem in l. j. C. de condi. ob turp. caus. pro quo in medium adduco illam doctrinam quam tradunt Doct. per illum text. in d. §. si ex stipula. q̃ fauore reipublicæ generalitas statuti nõ restringitur ad personas habiles: sed statutũ loquẽs generaliter: generaliter debet intelligi. Vnde isto casu, cùm statutũ dicat generaliter, q̃ quicunq; reuelauerit, habeat tantũ: hoc statutũ debet cõprehẽdere etiam personas inhabiles, & sic participes delicti: & hoc fauore reipublicę, vt citius delictum puniatur, & ne delictũ remaneat impunitũ: vt l. cõgruit. ff. de offi. præsi. sed pro hoc non recedo à cõmuni opi. Doc. quia Sali. in d. l. ij. C. de noxa. respondet huic motiuo: quia verum est, q̃ tale statutũ nõ restringitur ad habiles cõsequendi præmiũ q̃ eis pollicetur: sed bene restringitur ad habiles faciẽdi id quod petitur. quod dicit esse notãdum. Limita tamen istã communẽ opinionem non habere locum in eo, qui fuit socius delicti, qui delictũ cõmisit in omittendo, vel in negligendo: quia ille talis cõsequitur præmiũ vt fuit casus in d. §. si ex stipula. Ita voluit ibi Raph. cu. Sed certè illa fuit sententia Bar. ibi. & licet Bald. in l. j. C. de condi. ob turp. caus. videatur cõtradicere Bart. vel saltẽ limitare dicta Bart. tamen eius sententia est falsa, per rationes suprà dictas. Et inquantum d. Ang. cõcluditur hic, q̃ isto casu ille qui reuelabit nõ habebit præmiũ nisi accuset: dicatis, q̃ ista cõclusio est falsa: quia aliud est reuelare, manifestare, pandere, & aliud accusare. Ista probantur ex coniunctione duorũ iuriũ, in c. j. de noua forma fidelitatis. in vsibus feudo. & in l. qui accusare. ff. de accusa. nõ obst. doctrina Bar. in d. l. lex Cornelia. §. si quis libellũ. ff. de iniur. quia ibi loquit de verbo, indicare. De cuius propria significatione est, q̃ verbũ, indicare, denotet accusationẽ: sed cũ verba statuti debeant intelligi secũdùm cõem vsum loquendi: vt dicit Bart. in rub. ff. de oper. no. nun. & in l. j. ff. de verb. sig. verbum, indicare, denotabit simplicè manifestationẽ: quia sic videmus hodie in practica: quia sufficit sola manifestatio.

c ¶ Do. Bartol. Adde & fortifica hæc per dicta Ro. in consi. cv. Ber.

32 *Officialis ad denunciandum deputatus, an possit capere malefactorem & incarcerare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

32 **Ange.** †Quæro, an talis officialis ad denunciandum deputatus posſit capere malefactorem & incarcerare? dic quòd non: vt eſt text. & ibi Bar. in l.j. C. de curio. & ſtatio. lib. xij.

Auguſti. Tu adde quòd Barto. hoc ibi expreſsè non dicit: ſed iſtam ſententiam puto veram, per tex. in l. capite quinto. ff. de adulte. vbi eſt caſus, q̃ ille qui habet facultatem occidendi q̃ fortius eſt, non poteſt retinere in carcere illum malefactorem. niſi dicamus, quòd ille text. loquitur de priuato carcere: quia non poterit retinere eum, niſi per xx. horas. & ita illum text. hoc modo declarauit Albe. de roſa. in iiij. parte ſtatutorũ. q. xciij. quæ incipit, dubitari etiam vidi, nunquid ſtatutũ. ſed quòd maxima differẽtia ſit: an ſi ſtatutum dicat, quòd ſyndicus debeat denũciare maleficium, vel ſyndicus teneatur capere malefactores: vide rationem differẽtiæ per Bar. in l. ſi quis maritus. ff. ad Sillania.

33 *Statuto dicente, quòd ſyndicus teneatur denunciare omnia maleficia de quibus eſt fama: ſi ſit fama, quòd ipſemet ſyndicus deliquit, poſito quòd aliàs deberet ſe denunciare: an ſi ipſe ſyndicus uerè ſcit quod non deliquit, debeat denunciare: dic quod non.*

Ange. † Quid ſi ſtatuto cauetur, q̃ ſyndicus teneatur denũciare omnia maleficia de quibus eſt fama: tũc ſi eſt fama q̃ ipſemet ſyndicus deliquit, poſito q̃ aliàs deberet ſe denunciare: an ſi ipſe ſyndicus verè ſcit, quòd non deliquit, debeat ſe denunciare: dic q̃ non: vt not. Bart. per illum tex. & ibi alij Doc. in l. cum quidã. §. quòd dicitur. ff. de acquir. hære. ſed Raph. & Ro. ibi tenent contrarium: videlicet q̃ imò debet denunciare. nam talis denunciatio cõſtituta eſt eo vt iudex cognoſcat, an inculpatus maleficium commiſerit: non autem debet cognoſcere ipſe ſyndicus, nec debet ſe de hoc impedire: quia quiparatur mero executori, vt colligitur ex no. per Bar. in d. §. diuus. facit quod no. Barto. in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ff. ad Sillania. & l. ſi. §. diuus. ff. de publicanis. vbi Bart. vult, q̃ omnino ſyndicus debet denunciare maleficium, etiam ſi non ſit punibile: ſed ipſemet de ſe cognoſcere non debet, imò debet denunciare. Tu verò poſſes ſaluare Bar. per l. cum falſum. & q̃ ibi Doct. ff. de acquir. hæredi. & iura allegata per Rapha. & Ro. loquuntur in alio qui dicitur deliquiſſe, vel deliquit, & nõ in ipſo ſyndico: quia certiſsimus eſt, quòd non deliquit.

Auguſti. Addatis q̃ miror de iſta ſaluatione domini Ange. quia nihil dicit, & non tollit motiuum Ludo. & Raph. Addatis tamen, q̃ opinionẽ Bar. poſſumus ſaluare in vno caſu. ſ. nã licet nõ pertineat ad ſyndicum ad iudicandum an illud ſit maleficium vel non: & ideo indiſtinctè etiã maleficia non punibilia deberet denunciare, quia merus eſt executor: tamen ſi notorium eſt illud maleficiũ non eſſe, vel non fuiſſe punibile: tunc ſyndicus nõ tenetur tale maleficiũ denunciare. Ita in propriis terminis dixit Ang. in l. ne quis vela. C. vt nemo priuatus. per bonas rationes. Intelligo ergo doctrinam Bar. & ſaluo hoc modo. puta: quia cõtra famã notorium erat illũ ſyndicũ fuiſſe abſentẽ tempore delicti cõmiſſi. An autẽ ſyndicus teneatur denũciare maleficia cõmiſſa per ipſum ſtãte ſtatuto &c. vide per Pe. de anch. in repetitione c. canonũ ſtatuta. extrà de cõſti. ſub rub. quæ perſonæ ligentur ſtatutis. faciunt not. per Bal. in l.j. in fi. C. ex quib. cau. reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria.

34 *Syndici obligati ad denunciandum maleficia intra certum tempus, aliàs incidant in pœnam: ſi Titius ut priuatus denunciauit maleficium, & poſtea fuit creatus ſyndicus: an ſi deinde non denunciet intra terminum, incidat in pœnam. dic quòd non.*

34 **Ange.** †Quid ſi ſydicus debeat denunciare maleficia intra certum tẽpus aliàs incidit in pœnam. pone q̃ maleficium denunciauit Titius vt quilibet priuatus: poſtea fuit creatus ſyndicus, an iterum debeat denũciare: & ſi non faciat intra terminum, incidat in pœnam: dic q̃ nõ, cùm iam ſemel denunciauerit, licet vt priuatus. l. ſi quis hæres. ff. de iniuſto rup. & irri. teſta. & ibi Imo, quinimò ſubiungit do. Ang. q̃ ſi ſyndicus villæ tenetur denunnciare maleficia ſub certa pœna, excuſatur ſi alius denunciando præuenit eum. ita dixit Bal. in l.ij. C. de his quib. vt indig. & l.ij. §. ſi mater. ff. ad Tertul. & l.ij. ff. de lib. agno. ſed Ro. in l. pe. ff. ad Silla. dixit, q̃ animaduertendum eſt: aut accuſatio, ſeu denũciatio fuit minus ſufficienter inſtructa per illum præuenientẽ, & tunc ſyndicus tenetur ad pœnam, & ad intereſſe: & hoc propter intereſſe reipublicæ. facit l.ij. §. non ſolùm. ff. ad Tertul. Et maximè cùm timeatur de colluſione: & ideo tali caſu non excuſatur ſyndicus, licet fuerit præuentus: & ita intelligit Alb. de roſa. in ij. parte ſtatutorum. qui poſuit hãc q. & quod not. Bart. in l. ſororem. C. de his quib. vt indig.

Auguſti. Tu dic vt dixi ſuprà in gl. iſta. in verbo, ſquid ſi fuit in denunciãdo præuẽtus &c.] Et in hac materia adde, q̃ voluit allegare Alberi. de roſa. in ſecunda parte ſtatutorum. q. lxij. quæ incipit, Itẽ quæro, ſtatuto cauetur q̃ conſules villarum. Et de materia vide omninò Albe. de roſa. & Bar. in l.j. §. elegãter. ff. de libe. agno. & idem vide Albe. de roſa. in quæſtione ſtatutorũ. in ij. parte. q. lxxxiij. incipiente, item dubitatur. ſtatuto cauetur, q̃ ſi maleficium committatur in aliquo loco: qui allegando Gandi. in tract. maleficiorum, ſub rubrica de multis quæſtionibus maleficiorum dependentibus à ſtatuto, in verſi. item quid erit. videtur concludere, q̃ ſi ille malefactor aliàs punitus à communitate abſq̃ denunciatione vel captura illius qui ſub pœna deberet denũciare vel capere malefactorem, & ob aliam cauſam vel delictum fuit detentus ille malefactor, licet punitus propter illud delictum, quod debebat denũciare per denunciantem: vel malefactor capi per capientem, quod iſto caſu ille talis incidit in pœnã, aliàs ſecus. dicit tamen ibi Alber. quod ſi negligentia poterit imputari villæ quæ debebat denunciare, vel capere, licet ille talis malefactor fuerit prævẽtus vel punitus, quòd villa incidit in pœnã.

Adde tamen quòd indiſtinctè teneo iſto caſu in quæſtione noſtra, quod ſyndicus qui fuit præuentus excuſatur a pœna propter regulam quã approbant omnes Doctores, Barto. Ang. Imo. & Rapha. in l. cum ſeruus. ff. de verborum oblig. per text. in l. ſi puellam. C. ſi mancipi. ita fuerit alienatum. qui dat illã regulam, quòd quò ad pœnam euitandam, non refert à quo diſpoſitio adimpleatur. per quam regulam decidunt Doctores poſt Barto. in d.l. cum ſeruus. infinitas quæſtiones. vnde cùm hic tractemus de euitatione pœnæ ipſius ſyndici, licet illud factũ, quod debebat adimplere, ſcilicet denunciare maleficia, alias incideret in pœnam, hoc factũ ſit adimpletum per alium: euitat pœnam ille ſyndicus, propter denunciationem alterius.

35 *Syndico exiſtente Titio fuit commiſſum maleficium de quo nõ habuit notitiã: finito officio habuit notitiam de illo, an teneatur illud denunciare?*

35 **Ange.** †Quæro, ſi maleficium fuit commiſſum tempore quo Titius fuit ſyndicus, & tẽpore ſui ſyndicatus nõ habuit notitiam de vno crimine commiſſo: poſtea finito ſuo officio ſuperuenit notitia dicti criminis, an denunciare debeat tale delictum? Iſtã quæſtionem format Bald. in l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt. & ibi tenuit quod non eſt denunciandum: per text. in l.j. §. occiſorum. ff. ad Silla. ded Ro. in d. §. occiſorum. dicit, q̃ hoc eſt dubitabile: quia hæc denunciatio habet tractum
a & originem* ex delicto commiſſo tempore ſui officij, ergo denũciare tenetur. ad hoc alleg. l. nam & ſi ſeruus. §. ſi viuo. ff. de neg. geſt. & per l.j. C. vt cauſæ paup. poſt pu. ad tu. & quod not. Bart. in l.j. §. fi. ff. de admi. tuto.

A D N O T A T I O. a ¶Tractum & originem. Adde tu circa hoc, & vide Alexan. in conſi. vij. iij. libro.

Auguſti. Tu adde, q̃ pro opin. Ro. allego optimam deciſionẽ Bal. quam poſuit in l. fin. ff. de iuriſd. om. iudi. qui dixit, quod ſi ſyndicus intra octo dies debet denũciare maleficiũ, & vltia die ſui officij fuit commiſſum

commiſſum delictum, q̃ ad ipſum ſpectat denunciatio maleficij, non ad nouum ſyndicum: licet ſtatutum dicat, q̃ intra. viij. dies debet fieri talis denunciatio: & ratio eſt: quia in perſona ſyndici veteris, cepit obligatio, quæ non transfunditur in ſucceſſorem in officio: vt C. de decu. l. prouidendum. & alia allegat de quibus ibi per eum.

36 *Maleficium commiſſum caſu fortuito, an debeat per ſyndicum denunciari: & ſi non denunciet, an incidat in pœnam ſtatuti.*

36 **Ange.** †Quæro, vnum maleficium fuit commiſſum caſu fortuito: an iſtud debeat per ſyndicum, vel miniſtralem denunciari: & ſi non denũciauerit, incidat in pœnam ſtatutiꝰ Et ad huius dubij deciſionem. Primò videndum eſt, an tale commiſſum per Titium dicatur maleficium: & videtur q̃ non, quia ex caſu quis nõ non punitur aliquo modo, niſi culpa præcedat caſum: vt l. ſi fortuito. ff. de inceſt. nau. & not. in l.j. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iactu. In contrariũ videtur tex. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. & quod ibi no. Eſt ergo maleficium, ſed eſt abſq̃ pœna. Ex hoc ſciri poteſt in caſu propoſito, an ſyndicus teneatur denunciare tale maleficiũ. & videtur quòd ſic. Sufficit enim q̃ prima facie ſit maleficium: & iudex poſtea habet inquirere an ſit punibile, vt ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. & ibi Bart. Syndici ergo non eſt indicare, ſed indicare & denunciare. quod no. Facit quod not. Bart. in l. fi. §. diui. ff. de publi. Et iſtam quæſtionem poſuit Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. in verſi. quæro vtrum maleficium cõmiſſum caſu. & idem Bald. ſubdit, q̃ ſecus erit ſi quis occidat hominem ſe defendendo: quia illud non dicitur maleficium. Ratio differentiæ eſt: quia occidere aliquem ad ſui defenſionem, fit lege permittente, & naturali ratione cõcedente: ſed homicidium caſuale non fit legis autoritate, ſed fit præter legem. Et ideo quando fit caſu, eſſentialiter eſt maleficium: ſed non quò ad punitionem. Et facit extrà de delictis puerorum. c.j. verſi. quis verò &c. & ff. de fur. l. inter omnes. §.j. Ex quo Bal. ibi infert. aut maleficium fit ſecundùm legem, & nõ eſt maleficium, nec eſſentialiter, nec quò ad punitionem: quia lex eſt illa quæ occidit & hominem necauit miniſterio hominis. argu. l. palam. ff. de ritu nupt. & not. xxiij. q. vij. in c. occidit. in gloſ. aut præter legem. & tunc eſt maleficium eſſentialiter, nõ quò ad punitionem, vt quando ſit caſu fortuito: aut ſit contra legem, & tunc eſt maleficium eſſentialiter, quò ad delictũ, & quò ad pœnam, vt no. C. de ſacroſan. eccleſ. l. ij. Sed dico, q̃ licet magna ſit autoritas Bal. in iudicijs, quãdo non habet contradictorem: tamen dubito de hac ſua doctrina dum dicit: quando maleficium eſt commiſſum ad ſui defenſionem, q̃ ſyndicus non teneatur denunciare: quoniã, vt ſuprà dictum eſt, officium ſyndici eſt referre & denũciare, & non iudicare. Vnde etiam ſi delictum non eſſet delictum effectũ: tamen ſtante dubio de delicto vtrum probabitur q̃ fecerit ad ſui defenſionem vel non: quia alleganti q̃ fecerit ad ſui defenſionem, incumbit onus prodi. & non poteſt negari q̃ delictum, ſaltem apparẽter, nõ ſit. quoniam dicenti quòd fecerit ad ſui defenſionem, incumbit onus probandi: quia intentio iudicis ad accuſantem eſt fundata, quòd occidens attentauit rem ſui natura
1 de genere prohibitorum. l.j. C. de ſica. & dicetur infrà in gl. ſuper verbo, [& dictus Titius ſe defendẽdo &c.] ergo ſtante hoc dubio, ad ipſum ſyndicum nõ ſpectat interim iudicare, ſed denunciare: & non denunciando, incidit in pœnam. facit quod no. Bar. in l. fi. §. diui. ff. de publi. & ſuprà dictum eſt: credo tamen q̃ ſi in proceſſu formato ad querelã Titij offenſi, vel ex inquiſitione iudicis apparebit q̃ ille fecit ad ſui defenſionẽ, & ſic per ſentẽtiam apparebit illi fuiſſe licitũ ad ſui defenſionẽ occidiſſe Titiũ: & ſic notorium erit, q̃ iſto caſu ſyndicus releuabitur à pœna. & ita poterit ſaluari dictum Bal. quod not. vt poſsis cum opus erit ſaluare amicum tuũ ſyndicum, qui non denunciauit, cùm tale homicidium commiſſum erit.

Auguſti. Tu autẽ in hac materia adde, q̃ inquãtum Bal. ſuprà voluit in d.l. data opera. q̃ homicidium pœnam non meretur: Tamen eſſentialiter eſt delictũ, quia caſu fortuito cõmiſſum: q̃ iſto caſu ſyndicus tenetur denũciare maleficiũ quia delictum eſt, licet non quò ad pœnã. Nam iſta concluſio videtur eſſe cõtra text. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. in verbo, nõ deliquit qui exemi. in l.j. §. cũ Offilius. nã in l.ij. illius tituli dicitur, quòd qui eximit aliquem de manu familiæ quando vocatus eſt in ius, ille eximens commitit delictũ d.l.ij. in verbo, qui in ſimili delicto. tamẽ ſi quis eũ qui in ius vocatus eſt vi eximit: qui vocatus, non poterat vocari: tamẽ hoc illicitum: cum pœna nõ meretur nõ vocatur delictũ: vt eſt caſus in d. §. cũ Offilius. vnde Bald. ibi not. Nota q̃ illicitè cõmiſſum cum pœnam non meretur, non vocatur delictum: ergo cum verba ſtatuti propriè debeãt intelligi. l. iij. §. hęc verba. ff. de neg. geſt. Syndicus qui tenunciare omnia delicta vel maleficia, non tenebitur etiã denũciare delictũ commiſſum caſu fortuito, cum pœnã non meretur, cum non ſit delictum. Præterea videtur q̃ author hic male reprehendat Bal. in caſu quando aliquis occidit aliquem ad ſui defenſionẽ: per tex. & ibi Bar. in l. ij. C. de his qui ad eccleſ. confu. vbi Bart. dicit, q̃ quando homicidiũ fit lege permittente, & accuſator cõpareat, iudex repellet talẽ accuſatorem. Vnde multò fortius videtur, q̃ ſyndicus non incidat in pœnam ſi non denunciat maleficiũ permiſſum autoritate legis. His tamen non obſtantibus puto falſam eſſe illam primã cõcluſionẽ quam ſuprà poſui contra Bal. de homicidio commiſſo caſu fortuito: quia licet illud pœnam non mereatur: tamen dico eſſentialiter maleficiũ eſſe, licet non quò ad pœnã. & ita intelligo dictũ §. cũ Offilius. & ita ipſum intellexit Bald. ibi illum text. Præterea vt dixit Bart. in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ff. ad Silla. & Barto. in l. diuus. ff. de cuſto. & exhib. reo. & Bar. in l.j. §. qui denunciationẽ. ff. ad Turpi. & Sali. in d.l. ea quidem. licet delictũ ſit factũ, & pœnam non mereatur. Tamen ſyndicus tenetur denunciare ſimilia maleficia: quia onus iudicandi non pertinet ad ipſum. Nec obſt. doctrina Bal. in d.l.ij. quia intelligo dicta Bal. quando notorium erat homicidium commiſſum eſſe ad ſui defenſionem: quia hoc accuſator dicebat in ſuo libello. Et ideo dixit Ange. in l.ij. C. vt nemo priuatus. quòd vbi notorium eſt homicidium potuiſſe fieri autoritate legis: tunc ſyndici non tenentur denunciare ſimilia maleficia: & hæc nota.

·S V M M A R I V M.

1 *Delicta quatuor modis committuntur, ſcilicet facto, dicto, conſilio, & ſcriptura.*
2 *Nomen, agnomen, & cognomen ponuntur in maleficijs ut fiat cognitio.*
3 *Officialis quando capit bannitum antequam faciat executionem, facit ipſum confiteri, quòd eſt idem homo qui ſic uocabatur, qui fuit bannitus &c.*

CAium Sẽpronij de nobilibus, de monte Olueto,

Et quia in multis glo. inferius plura delicta veniunt examinanda. Sciendũ eſt, q̃ †quatuor modis: videlicet facto, dicto, conſilio, & ſcriptura maleficia committuntur: vt l. maleficia. ff. de act. & obl. & infrà dicetur in ſuis congruis locis. Et hæc colligunt ex doctrina Bal. in l. data opera. in verſ. præmittendum eſt autem quòd delicta. C. qui accuſ. vbi
2 multa alleg. Ideo †hic ponitur nomen, agnomen, & cognomen vt fiat cognitio. Quoniã per iſta agnoſcitur homo & corpus de quo iudex inquirẽs ſenſit. l. ad recognoſcendas. C. de inge. & manu. inſti. de leg. §. ſi quis in nomine. l. ſi quis in nomine. C. de teſt. facit C. de mutatio. nomi. l.j. ſicut dicimus in rebus inanimatis: quia ex duabus ad minus demõſtrationibus & circũſtantijs demõſtrandæ & circũſtãtiãdæ ſunt: vt l. forma. & quod ibi no. gl. & Bar. ff. de cẽſi. l. ſi quis in fundi vocabulo. & ibi gl. & Bar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.de lega.j. Ita igitur quando describitur homo animal
rationale.facit.l.demonstratio,in princi.ff.de conditio.&
demonstra,& ibi Bar.in versi.quæro per quæ verba indu
catur demõstratio.& ibi,ex quo vide &c.†Et dicit Bart.
3 in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verb.oblig.q̃ quando offi-
cialis capit bannitum antequam faciat executionem, fa-
cit ipsum cõfiteri,quòd ipse est idem homo & idem cor-
pus,qui sic vocabatur,qui fuit bannitus & cõdemnatus
pro tali crimine,& tali tempore,sub tali nomine, & fuit
citatus & recondemnatus:qua cognitione facta, execu-
tio capitalis de eo fieri potest absque nouo processu: &
quòd dixi,absq; nouo processu, intelligas super delicto:
sed fiet nouus processus,in quo declaretur talem personã
captam esse quæ reperitur in banno, & bannum contra
ipsam exequendũ esse.ita dicit Bald.titu.de feu. siue cul-
pa non admittẽdo.c.j. de quo etiam dicetur infrà in glos.
in verbo, [& ibi caput à spatulis amputetur.] & in versi.
a quòd hic dicitur quòd decapitetur. Sed Bal.[a] in quodam
suo cõsilio quod incipit,Cum appareat Petrus &c. dicit,
quòd talis recognitio est de cautela:non autem de neces-
sitate. Sed ego dico, quòd imò est de necessitate per ra-
tiones Bal.in d. l. demonstratio. quinimò plus, q̃ melior
practica est & fortè necessaria, quòd talis bannitus non
tãtum se recognoscat:vt dicit Bar.sed addatur, quòd tale
crimen de quo cantat bannum,& condemnatio, loco &
tẽpore,modo & forma in ipso processu contenta ipse cõ-
misit:tunc facta dicta confessione, poterit fieri dicta exe-
cutio. Aliàs autem cum tale bannum & cõdemnatio fa-
cta in contumacia dicti banniti non probet dictum ban-
nitum tale maleficium commisisse:vt no.Bar. in l.si ideo.
in prin.ff.de euictio.& Bald.in l.transigere, C.de transac.
circa medium. Necessariò sequitur, quòd iste magis est
bannitus propter contumaciam, quàm q̃ tale delictum
commiserit:argu. l. si repudiantis.§.fi.ff.de inofficio. testa.&
ideo iste damnaretur absque delicti probatione,quòd est
inconueniens. Vnde vt appareat,quòd ex delicto & non
propter eius contumaciam fiet executio ita acriter, quia
decapitatur:semper vtile,imò necessarium mihi videtur,
quòd bannitus confiteatur se tale maleficium cõmisisse,
vt dictum est:& ita etiam sentit Ang. & Imo. in d.l.inter
stipulantem.§.j.& hoc etiam videtur sentire Barto.in d.l.
inter stipulantẽ.§.Stichum.in fi.si rectè ponderentur ver-
ba Bar.vnde dicit,q̃ si iudex non potest hanc confessio-
nem extorquere, habeat probationes, quod iste est ille
homo qui de hoc maleficio inculpabatur, vel qui illud
fecerit. Sic ergo Bartol. vult quod probetur quod illud
maleficium commiserit:clarum quod sentit,q̃ si tu iudex
si potes & eandem confessionem ab eodem tu exigas, q̃
illud maleficium commisit. Et de materia vide per Bart.
in d.l.diuus.ff.de custo.reo.& Bal.& Imo.in l.si quis ser-
uum.§.si inter duos.ff.de leg.ij.& Ang.& Imo.in l.ij.ff.de
libe.& posthu.& Imo.in d.l.demonstratio. & vide Ang.
in l.hac consultissima.C.qui testa.face.pos. & in l.j.C.de
senten.quæ sine certa quanti.

ADNOTATIO. a ¶Sed Bald.Adde tu & vide Bald.in cõsi. lxxiiij.in v.volu,Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde,q̃ mihi videtur verior illa sententia Bar. quod ille confiteatur se esse illud corpus,& nõ sunt necessaria illa,
b quæ dicit d.Ang.h c,q̃ confiteatur[b] q̃ ipse commisit de-
lictum.& pro sententia Bar.allego Bald.in l. voluntatis.
C.de fideicommiss.& hoc dixit in terminis Bald. in l.hac
consultissima.C.qui testa.fa.pos.& Bald.in l.j. C.si vnus
ex pluribus.& Imo.in d.l.demonstratio. & licet Ang.te-
nuerit contrarium in l.ij.ff.de libe.& posthu.& Angel.&
Imo.in d.l.inter stipulantẽ.§.j.per aliquas rationes, qui-
bus faciliter respõdetur per Imo.in d.l.ij. & in d.l.demõ-
stratio.& per Bal.in d.§.si inter duos.per quẽ patet,q̃ hic
do.Ang.male loquitur. Nec est verũ,q̃ Bart. in d.l.inter
stipulantem.§.j.hoc dixerit, si rectè eius verba ponderen
tur.Sed bene verum est,q̃ cautius faciet iudex,si ipse in-
terpretetur,q̃ de hoc corpore sensit in processu & bãno:
quod quidem facere potest.l.ab executore.in prin. & ibi
hoc Bart.vult,ff.de appel.& Bal.in l.non ignorat.in fi.C.
de fruc.& lit.expen.Sed adde, quòd contra istam doctri-
nam arguit terribiliter Ange.in l.eum quem temere.ff.de
iudi.in fi.prine.vbi probat,q̃ lata sententia, ista interpre-
tatio non potest fieri per iudicem. & aliquid de materia
per Ang.in l.his verbis.ff.de hære.instit.& vide Albe.de
rosa.in iiij.parte statutorum.q.liij.qui disputat ibi:an bã-
nito capto, statim debeat fieri executio cõtra ipsum. Tẽ-
pera tamen prædicta,q̃ licet bannitus millies cõfiteretur
se esse corpus de quo in citatione & banno,tamen si tunc
opponeret exceptionem,quæ si fuisset apposita à princi-
pio,ipse bannitus iudicium suscipere nõ compelleretur:
q̃ tunc iudex declarabit iudicium & bannum fuisse nul-
lum.ita dicit Bar.in l.non videt.in fi.ff.de iudi. Quinimò
consuluit Paul.de cast.in suo consi.xxx.quòd si post ter-
minum banni, comparet bannitus, & neget se cõmisisse
delictum,quod videbatur tacitè confessus ex contuma-
cia ex forma statuti,quòd ipse est audiendus.ibi vide. Et
de materia an statim debeat fieri executio contra banni-
tum captum sine nouo processu, vel opus sit q̃ iudex fa-
ciat ipsum se recognoscere esse illud corpus. Latè posuit
do.Nellus in tract.bannitorum.in secunda parte secundi
temporis, quæstio.xxxiiij.

b ¶Confiteatur.Adde circa ista & vide Cepo.in consi.xxj.

4 *Inquisitus habens nomen singularissimum,ut est in gallopresso:non debet per alia nomina demonstrari in inquisitione.*

4 Ange. †Quæro,quid si habet nomen singularissi-
mum,vt est in gallopresso : vt not.gl.in l. hac
consultissima.C.qui testa.fac.pos.Respondeo, q̃ sufficit
in inquisitione solùm nomen suum sine alia demonstra-
tione apponi. Aliæ autem demonstrationes,& pronomi-
na apponũtur vt certus reddatur.Sed si certus est ex so-
la propria nominis appositione,non est necesse quòd alia
apponantur.ita voluit Bart.in d.l.demõstratio falsa.ff.de
condi. & demonstr.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, q̃ vera est ista cõclusio, q̃ etiam in criminalibus
opus est,q̃ persona appareat certa, quam intendit iudex
punire. Et addatis dicta Bart.in l.libellorum.in fi.princ.
ff.de accusa.qui dixit,quòd persona ita debet exprimi, q̃
certa reddatur per duas demonstrationes:vt Petrus filius
talis de tali loco:nisi esset ita singulare nomen, q̃ persona
redderetur per se certa. & allegat d.l.hac consultissima.
Nam voluit ibi Bart.loqui de gallopresso : & idem dixit
Bal.in l.certum.ff.si certum pet.de isto gallopresso.& no.
Doct.per illum tex.in l.j.& ij.ff.de liber.& posthu. & ibi
Ang.loquitur de illo qui vocabatur Papafaua.

5 *Demonstrationibus pluribus appositis in inquisitione quàm sit necessarium: si una demonstratio non necessaria,falsa sit,non vitiabitur inquisitio.*

Ange. †Quæro,quid si plures quàm sufficiãt de-
monstrationes apponantur ; puta, quia dicit
Titium Sempronij becarium de Gallutijs capellæ sancti
Blasij:& ipse non est de Gallutijs,sed de Pepolis:An ta-
lis adiectio falsa vitiet inquisitionẽ, cum aliæ omnes de-
monstrationes sint veræ.& Bart.dicit quod non:in d.l.de
monstratio.in versi.vj.quæro quomodo &c.& in versi.&
licet aliqua demonstratio : quia quicquid adijcitur vltra
necessariam demonstrationem frustra fit, & non vitiat. l.
j.§.fi.ff.de dote prælega.& l.j.in princ. C.de rei vxo. acti.
sicut dicimus in simili,quòd in summarijs potest procedi
& in executiuis sine libello. Si tamen fiat libellus & ine-
ptus,non nocet,vt dicunt glos.& Docto.in l.vinum. ff.si
certum petatur.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, q̃ nũc non intendo examinare illam difficultatẽ
quam posuerunt Doc,in d.l.vinum.quia maxima est du-
bietas

bietas de iure an sit vera conclusio,q̃ multę decisiones re
a periuntur in contrarium.Sed in princip.[a] q.adde, q̃ Bar.
idem expresse affirmauit in l.j.§.fina.ff.de dote prælega.
quia illa falsa demonstratio nõ habet vitiare.id, quod cer
tum erat per alias demonstrationes. & not. in l.si quis in
fundi vocabulo.ff.de leg.j.Sed hic adde quæ dicam infra
in sequen.quæst.in additionibus meis.

ADNOTATIO. a ¶Sed in principali.q. Adde circa hoc Rom.in consi.cccclviij.& quando vna demonstratio est falsa & ve
ræ sunt aliæ.vide Alex.in consi.lxxiij.in iij.volu.Ber.

6 *Error in nomine proprio patris ipsius inquisiti, an uitiet inquisitionem: ut si dicatur,Titius Caij,cùm esset Titius Sempronij.*

6 Ange. †Quid autem si erratum fuit in nomine
patris:vt quia erat Titius Caij, & fuit citatus
Titius Sempronij,an vitietur per hoc inquisitio? Re-
spondeo:aut sub tali & propter talem citationem & in-
quisitionem ipse comparuit, & sub tali nomine ipse liti-
gauit,& contra hoc non opposuit:& tunc talis processus
propter hoc nõ vitiatur:quia tam iudex quàm partes ha-
bent istum pro Titio Sempronij.Si verò fuit contumax,
& in contumacia processum fuit,& constat q̃ ille est ho-
mo qui fuit de tali crimine diffamatus & inculpatus:licèt
fuerit in nomine erratum,valet processus : & sic si fuerit
de tali crimine diffamatus,propter hoc, & propter pro-
cessum prædictum ipse se absentauit, & se cõtulit ad alia
territoria,& vt bannitus stabat,& capi timebat ne decapi
taretur:Tunc talis error nominis non vitiat.Si verò con-
staret hunc fuisse conuentum sub nomine Titij Sempro
nij,& constat q̃ non est Sempronij,sed Caij: tunc proces
sus vitiatur. Ita dicit Bar.in d.l.demonstratio. in versi.vj.
quæro quid in iudicijs.hoc verũ,vt dicit Bar. nisi ille de-
mõstrationes essent ita veræ,q̃ sufficerent vt s. dictũ est.
b Augusti. Tu autem[b] in hac materia adde, q̃ ve
ra videtur illa conclusio : q̃ si ille Titius
comparuit tanquam Titius Sempronij,& non opposuit,
sibi imputetur.Et ideo dixit Ange.in l.eum quem teme-
re.de iudicijs.q̃ si inquisitio est formata cõtra Titium: &
duo erant Titij in ciuitate:& vnus comparuit qui fuit ci-
tatus,in veritate non erat ille de quo iudex sensit: quia il-
le talis non commiserat illud delictum:quod faciat q̃ iu-
dex interpretetur,& declaret se de illo Titio non sensisse.

Aduerte tamen inquantum Bar. in d.l.demonstratio.
& in d.l.j.§.fi.voluit,q̃ licèt sit erratum in nomine patris:
si tamẽ per alias coniecturas appareat, q̃ ille est illud cor
pus de quo in dispositione,q̃ talis error non vitiat actum
maxime si sunt duæ demonstrationes veræ, vt in exem-
plo.Pone q̃ citatur Bartolus Petri de saxoferrato legum
doctor.Nam licèt non sit verum q̃ vocetur Bartolus Pe-
tri.sed quia erat de saxoferrato legum doctor:satis proba
tur non esse erratum in corpore. Adde tamen q̃ Paul.
de Cast.in l.testamento quidam.ff.de conditio.& demõ-
stratio. dicit prædicta non habere locum vbi essent ex-
pressæ quatuor qualitates,& duæ conuenirent, & duæ
non:quia tũc dispositio vitiatur:quia res efficitur dubia.
quod intelligo verum, quando illæ quæ conueniebant
huic rei,cõueniebant alteri: quia tunc dispositio vitiatur.
Ita voluit Paul.de Cast.in l.si in nomine. C. de testamẽ.
per ea quæ habentur in l.j.§.fi.ff.de do.præleg. Vnde ad
prædicta dico,q̃ si iudex citat Titium Sempronij becca-
rium de Gallucijs capellæ sancti Blasij:& ipse non est de
Gallucijs,sed de Pepolis,q̃ tenet citatio: quia reperiun-
tur aliæ demonstrationes veræ saltem duæ scilicet, q̃ est
Titius beccarius capellæ sancti Blasij : quia illæ duæ de-
monstrationes veræ vincunt illam falsam. Sed si citaret
Sempronium beccarium de Gallucijs capellę sancti Bla-
sij,sed non esset Titius Sempronij,sed Titius Caij : & sic
errauit in vna demonstratione,scilicet de Gallucijs:quia
volebat dicere de Pepolis.& errauit in alia:quia dum di-
xit Sempronij,volebat dicere Caij. & sic volebat dicere
Titium Caij beccarium de Pepolis capellæ sancti Blasij.
tunc isto casu citatio & processus non valerent:quia licèt
hic essent duæ demonstrationes veræ,erant aliæ duæ fal-
sæ,quæ faciebant rem dubiam. Limito tamen secundùm
Paul. de Cast. si illæ duæ qualitates falsæ alteri Titio de
Gallucijs conueniebant,aliàs non,vt dixi s.quia tunc cũ
non constaret de corpore,citatio non valuisset.& latè di-
xi in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de lega.j.

b ¶Tu autẽ.Adde tu & vide Alex.de Imo.in consi.lxxiij.in iij.volu.

7 *Error in nomine próprio inquisiti cùm constat de corpore, non uitiat inquisitionem.*

7 Ange. †Subsequenter quæro, quid si sit erratum
in nomine proprio delinquentis cum de cor-
pore constet.Respondeo, non vitiatur processus nec in-
quisitio.vt l.si in iudicijs.ff.de iudi.

Augusti. Aduertas tamen, q̃ rectè dixit, cùm de corpore constet:quia si non constaret
de corpore:quia erant duo Titij in ciuitate,& iudex cita-
ret Titiũ: ille qui fecit facere illã citationẽ illo modo, de-
bet condemnari in expensis.glo.Bald.& Ange.in l.eum
quem temere.ff.de iud.Scias tamen,q̃ ille sic citatus tene
tur comparere & allegare exceptionem, vel q̃ citatio est
obscura,vel q̃ non est ille Titius. Ita dixit Bal. in d.l.eũ
quem temere.fuisse iudicatum Florentiæ: licèt Angelus
ibi aliter loquatur.

8 *Error confinium loci delicti non uitiat inquisitionem, si constat de quo loco sensit iudex.*

8 Ange. †Quid si est erratum in confinibus delicti,
pur tamen constet de quo loco iudex hic sen
sit.dic quòd non vitiatur inquisitio.l.parronus.§. Sempro
nio.ff.de lega.iij.

Augusti. Tu adde not.per doct. in d.l.si quis in fundi vocabulo.de leg. j. & ibi latè dixi.
& doct.in l.forma.ff.de censi.per Bar.in l.eum pater.§.fi.
ff.de lega.ij.vide not.in l.si fortidianum. C.de legat.vide
Bald. in l.penul.in x.col.C.de execu.rei iudi.qui dicit,q̃
error confinium etiam non vitiat sententiam.

9 *Error loci originis uel parochiæ delinquentis non uitiat inquisitionem dummodo constet de corpore.*

9 Ange. †Quid si est erratum in terra siue loco ori
ginis delinquentis,vel erratum fuerit in paro
chia?dic q̃ non vitiatur inquisitio.l.quoties.in princip.ff.
de hæredib.instit.dummodo de corpore constet. intantũ
q̃ dicit Ange.& Imo.in l.his verbis.§.j.ff.de hæred.insti.
q̃ semel fuit Bononiæ vnus decapitatus qui non crede-
bat bannum suum valere,quia erat de alia terra quam di
ceretur in banno:quia constabat de corpore,quod not.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quòd verum est,q̃ vbi cõstat de corpore, error
in patria nõ vitiat dispositionem.Sed limito prædicta vbi
patria non esset de substantia actus,aliàs secus: quia secũ
dùm diuersas patrias, erant diuersæ pœnæ:quia tunc er-
ror patriæ vitiaret inquisitionem. Ita ad hoc allego doct.
in capit.significante.extrà de rescrip.maximè Imo.in illa
quæstio.de illo qui impetrauit rescriptum contra Titium
docto.de diocesi.Ferrariensi:& erat Reginus: quia si con
stabat per alias circunstantias de corpore Titij: tamen ra
tione patriæ propter dictas,rescriptum obtinuisset &c.vi
de.Nam communis sententia est, q̃ ille error in diocesi,
vel patria vitiat dispositionem,etiam si constat de corpo
re.vide tamen quæ dixi in d.l.si quis in fundi vocabulo.

10 *Error in nomine artificij: quia dixit beccarium,cum esset faber,non uitiat inquisitionem,si constat de corpore.*

10 Ange. †Quid si erratum fuit in nomine artificij
c quia dixit beccarium,cum esset faber[c].dic q̃
si de corpore constat,non vitiatur inquisitio.l.qui habeat
flaccum.ff.de rebus dub.ita dixit Bald.in l.si quis in fun-
di vocabulo.ff.de lega.j.

c ¶Faber.Adde & vide Lud.Ro.in consi.cccxliij.Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augusti. Tu adde quæ ibi dixi. Adde tamen ꝙ ista conclusio videtur falsa. Nam error in nomine appellatiuo, vitiat dispositionē. d.l.si quis in fundi vocabulo. vnde cum dico beccarium, cum esset faber, videtur erratum in nomine appellatiuo: & sic vt dixi, videtur vitiari dispositio, cum etiam de corpore constet. d.l.si quis in fundi vocabulo. & ideo pro plenjori doctrina & vera solutione illius tex. in d.l.qui habebat flaccum. vi de Bald. in l.si in nomine. C. de testamen. & aliquid in l.si Fortidianum. C. de lega.

11 *Error in proprio nomine iudicis non vitiat inquisitionem.*

11 Ange. † Quid si iudex errat in proprio suo nomine, an per hoc vitietur inquisitio? videtur qđ sic: quia error in suo nomine proprio videtur supinus: vt in l.fina. C. de hæredi. instituen. Tamen ille tex. vult cōtrarium: quia licèt sit supinus si tamen erretur, non vitiatur institutio, & sic non debet inquisitio vitiari, vt not. Rapha. in d.l.si quis in fundi vocabulo. in princ.

a Augusti. Tu in hac materia adde, ꝙ ista decisio videtur falsa[a]: quia Barto. Bald. Angel. & doct. in d.l.fi. C. de hæred. instit. contrarium volunt, ꝙ imò vitietur dispositio propter errorem nominis proprij. Et Roma. in l.si in nomine. C. de testamen. & Moder. & ibi latè scripsi in d.l.si quis in fundi vocabulo. ff. de leg.j. vbi etiam vltra legistas dedi aliam pulchram limitationē quando error in nomine proprio vitiat dispositionem.

ADNOTATIO, a ¶Videtur falsa, Vltra dicta hīc adde, ꝙ non solùm error in nomine proprio testantis vitiat testamentum: sed etiam in nomine proprio patris ipsius testantis vitiat institutionem. ita consuluit Roma. in consi. clxxix. dic tamen quòd error nominis iudicis vel partis, non vitiat rescriptum. ita ipse Rom. in consi. cccxliij. quem etiam vide ad. q. sequentem. Ber.

12 *Error in proprio nomine delinquentis, non autem dignitatis seu artificij, etiā vitiat inquisitionem.*

12 Ange. † Quid autem si esset error in nomine proprio delinquentis, sed non dignitatis seu artificij: vt quia inquiritur contra Titium potestatem Aretij, & Sempronius est potestas Aretij, an teneat inquisitio? dic ꝙ sic: quia attenditur artificium siue dignitas, propter quam dignitatem & artificium administratum contra eū inquiritur, licèt sit erratum in nomine proprio: vt no. Bar. per illum tex. in l.pen. ff. de reb. dub. & in d.l. demonstratio. in prin. in ver. item est aduertendum ꝙ quando &c.

Augusti. Adde, ꝙ ista conclusio est vera, per ea quæ tradidi latè in d.l.si quis in fundi vocabulo. ff. de leg.j. secutus sententiam Bal. in l.si in nomine. C. de testa. & maximè, quia vbi cōstat de corpore per alias demōstrationes, error in nomine proprio non vitiat dispositionē. d.l.si in nomine. C. de testa. cum similibus.

13 *Statutum dicit quòd pœna augeatur si quis offendit annunciatum: Titius offendit Petrum ab annunciatu remotum de proximo: dic quod augebitur pœna.*

13 Ange. † Et diligenter pōderanda sunt verba nostræ inquisitionis: quia homicida erat nobilis. Quid econtra, si offensus erat nobilis in dignitate de præsenti, vel præterito, vt puta. Pone ꝙ statutum vult, ꝙ pœna augmentetur si quis offendat ancianum, vel potestatē aliquis offendit aliquē ab ancianatu, vel potestaria remotum de proximo: an pœna augmētetur. Roma. in l.si quis in graui. §. de his. ff. ad Silla. allegat Albe. qui tenet, ꝙ sic in tractatu statutorum: pro quo allegat tex. in l.fi. ff. de decu. & tex. in l.pe. C. eo. titu. facit. l. frustra. C. de sent. pass.

b Sed Rom.[b] ibi dicit fortiter se dubitare, cùm qualitas adiuncta verbo, debeat intelligi secundùm tēpus & actum verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Cùm ergo statutum loquatur de potestate, nō debet intelligi de remoto, siue de eo qui finiuit officium. l.si verò. §. de viro. ff. soluto matrimo. & l. cui corū. §. affinitatis. ff. de postu. Nec obst. d.l.fi. & d.l. pe. quia ibi expresse fit mentio de remoto à decurionatu, non autem est ita in statuto. Et pro hoc inducit casum in c.j. de vasallo qui contra constitutionē: vbi vasallus liberatus non tenetur defendere dominum vt prius, ita nec offendere: & si dominus offēderetur à vasallo liberato, vasallus non tenetur eadem pœna, sed alia iudicis arbitrio: vt dicit ibi tex. iuncta glos.

b ¶Sed Roma. Adde tu quòd pro opin. Roma. facit quod consuluit Pau. de Cast. in consi. lxviij. vbi statutum de compromisso fiendo, non comprehendit socrum & nurum mortuo viro. Ber.

Augusti. Tu autē in hac materia adde id quod dixit Bal. not. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & lega. in vij. q. qui dicit in propriis terminis, ꝙ stante statuto, ꝙ si quis offenderit potestatem puniatur in tantū: non intelligitur de remoto, sed de præsenti. & allegat in argumentū. d. §. affinitatis. in d.l. cui eorum. & hoc intelligo procedere, & idem esse in ancianis & alijs prioribus. Limito tamen prædicta singulariter, ꝙ si statutum loqueretur de officialibus, qui finito officio tenentur stare ad syndicatum: statutum loquens puniendo iniuriantes huiusmodi officiales, cōprehendit etiam officialem remotum ab officio, qui fuit offensus durante syndicatu suo: dūmodo fuerit offensus tempore syndicatus, ratione illius officij finiti: ita singulariter dixit Bal. in d. §. proficisci. in vij. q. argu. l. j. C. vt causæ post puber. adsit tutor. Et hæc not. quia aliàs vidi de facto hanc. q. Rom. voluit allegare Alber. in ij. parte statutorum. q. xvij.

14 *Si Titius qui naturaliter est nobilis, statuto fiat popularis, & desierat esse nobilis, quomodo intelligatur.*

14 Ange. † Quid autem si quis naturaliter nobilis est, sed ex forma statuti efficitur popularis, vt fit Florentiæ: ꝙ magnas efficitur de populo, & desinit esse nobilis, quomodo intelligitur? dic ꝙ quò ad ea quæ cedunt ad eius fauorē, desinit esse nobilis, sed nō ad ea quæ cedunt in eius odium: vt not. Bar. per illū text. in l.j. C. de infa. lib. xij. facit quod ipse not. in l.j. C. de dignitatibus. lib. xij. & facit. l. actionū. §. item qui sunt. ff. pro socio. secūdùm Ro. in d. §. de his. facit quod not. Bart. in simili. in l.j. ff. de leg.j. in versi. & faciunt prædicta. quod singulariter not. quia si Florētię vnus qui erat nobilis & magnus, effectus sit postea popularis, & delinquat: tamē punietur pœna magnatū, & sic maiori: non autē pœna popularium, & sic minori: quia quò ad sui odium non desinit esse nobilis.

Augusti. Adde tamen ꝙ ista decisio videtur per tex. in l. ex ratione. ff. de excu. tut. per quē tex. dicit ibi Bal. ꝙ si comitatiuus debet tractari vt ciuis: nedū debet tractari vt ciuis quò ad fauorem: sed quo ad odium. Et idem vult Bal. in l. quod fauore. in vij. oppositione. C. de legi. & Pau. de Ca. in l.si duo. ff. de acquir. hære. & in l. nulla. ff. de legi. Sed quia ista est maxima difficultas: & multæ decisiones Bar. & Bal. & canonistarum reperiuntur contrariæ: ideo me remitto ad ea quæ dixi in

c l.j. ff. de lega.j.[c] vbi multas decisiones allegaui.

c ¶ff. de lega.j. Adde tu, quòd verba statutorum vel reformationū quibus nobiles efficiuntur populares, sunt pōderanda per ea quæ ponit Rom. in consi. lxxxiij. vbi ponit, ꝙ statutum disponens, ꝙ inter affines fiat compromissum: & alio statuto existente, quòd aliquis non intelligatur de tali agnatione esse, & habeatur vt extraneus, an hoc non obstante poterit fieri compromissum? Ber.

15 *Iudice procedente contra aliquem tanquam contra insignem latronem: & ita condemnante, cum pro sententia præsumatur, non potuit condemnatus appellare, dicendo se esse latronem, sed non insignem.*

15 Ange. † Et tene bene menti, ꝙ hīc in nostro processu proceditur tanquam contra homicidā, & ita damnatur. quod facit si iudex procedit contra aliquem tanquam cōtra insignem latronem, & ita condemnauit. ꝙ cum pro sententia præsumatur. l. Herennius. §. j. ff. de euict.

ff. de euict. non poterit condemnatus allegare ꝙ non est insignis, licet sit latro, ad hoc vt possit appellare. ita dicit Bar. singulariter in l. constitutiones. ff. de appel. & ipsum sequitur Imol. quod singulariter nota, pro inquirentibus qui solent dicere in inquisitione cōtra Caium publicum & insignē furem & latronē: & in inquisitione dicunt similia verba: vt ita præsumatur nisi in contrarium probetur.

Augusti. Adde ꝙ ista conclusio an sit vera vel falsa, pendet ab his quæ dixi in repetitione l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi disputaui, an præsumatur pro sententia quando iudex in sententia dicit, viso libello, visa litis contestatione &c.

SVMMARIVM.

1 *Statuta sunt in aliquibus locis, quòd alia pœna sit in ciue, alia in forense.*
2 *Statutum imponens maiorem pœnam forensi quam ciui, an ualeat.*

DE Bononia homicidā.

Ideo apponuntur ista verba, vt sit maior demonstratio vt supra in glo. præcedēte dictum est: & dic vt ibi. † Ac etiam, quo
1 niam in aliquibus ciuitatibus & locis sunt statuta, quòd alia pœna est in forēse, alia in ciue. Vnde, vt iudex postea in limitatione pœnarum sciat & possit pœnam de delicto secundùm qualitatem personarum commensurare. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. Ideo talia verba à iu-
2 dice in inquisitione apponuntur. † Quid autem si statutū vult, quòd maior pœna imponatur forensi &c. an valeat tale statutum? & videtur quòd non: quoniam lex, siue statutum, debet esse vniuersalis, non particularis: aliàs non valet. l. Antiochensium. & quod ibi not. ff. de priuil. credi. Præterea lex, vel statutum debet esse sancta, & honesta: vt j. q. v. c. hoc quippe. & l. ij. & iij. ff. de legib. sed non potest dici honestum statutum, quod pariter non punit delinquentes, ac etiam cum propter statutum ciues redderentur audaciores & forenses timidiores, cùm maiori pœna timerent affici: argu. l. j. §. quæ honorandæ. ff. quarum rer. actio non datur. & quod ibi Bar. In contrarium quòd valeat statutum: quoniam ciuitas potest grauare ciues suos muneribus realibus, & personalibus, & mistis, & non forenses. ff. de mune. & hono. per totam. l. incola. ff. ad municip. l. ij. ff. de iure immunita. l. rescripto. §. fi. & ibi glo. & Bar. ff. de mune. & hono. Ergo non est mirum, si ciuitas potest postea ciues suos in alio alleuiare, vt minori pœna de pari delicto afficiātur, quàm forenses: arg. l. eum qui. in princ. ff. de iureiur.

Augusti. Tu in hac materia adde, quòd vera est
a punit in plus forenses[a] quàm ciues: quia in delictis est ista vna maxima, quòd lex non debet esse tantum vniuersalis & generalis quò ad omnes, quin habeatur distinctio personarum, vt in vno eodemq; delicto maiori pœna afficiatur vnus plusquàm alter. Iste est text. in l. in seruorū. in princ. ff. de pœnis. & ideo dixit iurisconsultus in l. aut facta. in versi. persona dupliciter spectatur, eius qui fecit, & eius qui passus est. ff. de pœnis. ꝙ ad puniendum male factorem ad pœnam infligendam, iudex debet animaduertere ad conditionem personæ. Vnde non est nouum, ꝙ de pari delicto vna persona puniatur plusquam alia, vt ibi habetur: & dic vt dicam j. in seq. quæstio.

ADNOTATIO. a ¶Forenses. Adde tu & dic vt etiam per Cepol. consi. xl.

3 *Nomine patriæ delinquentis non existente in inquisitione, præsumitur quòd talis sit de loco in quo fit iudicium.*

3 Ange. † Quid autem si dicta verba videlicet, [de Bononia] non apponantur: an in dubio præsumatur de Bononia, vel Forensis? dico quòd in dubio præsumitur de loco vbi iudicium, accusatio, vel inquisitio agitatur. argum. not. in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de conditio. & demonstratio. & l. nulli. C. de episco. & clerico. quia ista qualitas videlicet, quòd sit forensis cùm non sit apposita, non præsumitur, nec subintelligitur. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. & quod ibi not. ff. de verbo. oblig. Et præsertim cùm ista qualitas sit causa fundamentalis iudicis ad imponendam maiorem pœnam. Ideo fuit de necessitate apponenda in inquisitione approbanda, & nō apposita & non probata non præsumitur: & sic solùm pœna ciuium & non forensium potest imponi: quia iudici hoc facere & probare incumbebat, cùm sit causa suæ intentionis. argu. not. per Bartol. in l. in illa stipulatione fi cal. & l. hoc iure. ff. de verb. obliga.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ꝙ vera est ista conclusio, quòd in dubio quis præsumatur esse de illo loco vbi repertus est, siue viuus, siue mortuus. Et ideo dicit Ange. in l.si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. causa. quòd stante statuto, quòd maiori pœna puniatur ille qui occidi ciuem, quàm forensem: & aliquis occidit aliquem in dubio alio non docto: ille mortuus præsumitur esse ciuis & non forensis: quia in dubio quis non præsumitur forensis. de hoc videtur esse text. in l. j. ff. ad municipa. quem text. ponderauit ibi Barto. in illa quæstio. ibi, quæro quid si est aliquis cuius ignoratur origo paterna vel materna: latè dixi in rubrica soluto matrimonio. in addi. meis.

4 *Statuto dicente quòd forensis plus puniatur quàm ciuis, quis dicetur tunc ciuis? dic quòd ciuis est origine propria, paterna, uel auita.*
5 *Ciuis quomodo efficitur quis quando hoc non consequitur origine sua, aut paterna, uel auita.*
6 *Ciuis ex priuilegio dicente quòd habeatur pro ciue: an actiuè & passiuè habeatur pro ciue.*

4 Ange. † Quæro, stāte statuto quòd forensis plus puniatur &c. quis dicatur forensis? dic vt dicit Barto. in simili. in suo tractatu repræsaliarum. in principali. q. in versi. ad tertiū quęritur an ciuibus nostris &c. & in versic. ad quartum quæritur. & in versi. ad quintum. & in versi. ad sextum. vbi in effectu concludit, quòd ciuis est origine propria, paterna, vel auita. vt l. assumptio. & quod ibi not. glos. & Bartol. ff. ad municipa. † Sinautem
5 ibi natus non sit: & tunc est effectus ciuis, & tunc si dictū sit quòd in omnibus & per omnia sit ciuis & pro ciue habeatur: & tunc debet sibi imponi pœna vt ciui originario. l.si maritus. §. lege Iulia. & ibi Bar. ff. de adult. & l.si is qui pro emptore. circa medium. ff. de vsucap. & hoc est verū, si factus est primò ciuis dicto modo ante dictum maleficium: aliàs sibi non prodesset: vt l.si quis postea quam. ff. de iudi. & facit quod plenè not. Barto. in l.j. ff. de pœnis. Si autem quò ad quid habentur pro ciuibus, & non quò ad omnia, vt scholaris: vt l. ij. C. de incolis. & tunc in his quæ ad eorum commodum spectant, habentur pro ciuibus: & sic quò ad pœnæ minorationem. In his verò quæ ad eorum damnum spectant, non habentur pro ciuibus: vt not. do. in l. quod fauore. C. de leg. & in l.j. & ij. C. vbi de crimine agi. op. Sinautem statutum diceret, quòd tales tractarentur vt ciues: animaduertendum est, quòd talia verba non faciunt eos ciues: vt ff. de verbor. significa. l. mercis loco. in princip. & quod ibi no. glo. & Iac. de Are. important tamen illa verba, quòd in ijs quæ de iure possunt consequi vt ciues: tales qui haberi debeant pro ciuibus consequantur, ita quòd intelligitur addita dicta qualitas, scilicet vt tractentur vt ciues. sicut dicimus in simili, quòd tutor loco domini habetur: intelligitur in his quę de iure fieri possunt: vt l.si fundū. §. si tutor. ff. pro empto. Alij autem omnes dicuntur forenses, & in his habet locum augmentatio pœnæ, nisi steterint in ciuitate per x. annos: quia ipso iure habentur pro incolis, & non forensibus: vt d.l. ij. C. de incolis. & ibi glo. & Bartol. in d.l.j. & ij. & ibi do. C. vbi de eri. agi opor. & in auth. quia in prouincia. C. eod. titu. quæ omnia singulariter tene menti:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia vt plurimum statuta terrarum imponunt maiorem pœnam forensibus: vt scias cognoscere qui sint forenses, & qui non.

a **Augusti.** Tu autem [a] in hac materia adde inquã tum.d.Ange.hîc concludit, q̃ stante statuto, q̃ maior pœna sit in forense quàm in ciue, q̃ ad hoc vt quis non sit forensis sed dicatur ciuis, & q̃ ciuis dicitur proprie origine propria, vel paterna, vel auita, per doctrinam Bart.post glo.in l.assumptio.ff.ad municip. Sed addatis, q̃ imò etiam si esset aliquis qui haberet incolatũ vel domicilium in aliqua ciuitate, potest dici ciuis illius ciuitatis.& ad hoc allego glos.sing. in c. statutum.§.cùm verò.in versi.eiusdem ciuitatis.& in versic.vnam dietam. in fin.extrà de rescrip.in vj.vbi glos.dicit, q̃ si aliquis habet domicilium in vna ciuitate, dicitur esse de illa ciuitate:& ideo Domini. de sancto Geminia. ibi ponderabat illam glos.ad hoc, vt ille qui habet domicilium in vna ciuitate, possit dici ciuis illius ciuitatis:& maximè in fauorabilibus, non autem strictè & proprie:& allegat.l.ciues. cum glos.ibi.C.de appellat. Et certè hoc etiam ibi voluit Bal.in d.l.ciues.per ea quæ habentur in l.ciues. C. de incol.& idem dixit Paul. de Cast. in l.in prouinciali.§.si in publico.ff.de ope.no.nunc.qui per no.in l.j. ff.ad munic. & per not.per Bar.in tracta.repręsalia.in v.quæstio.princip.dixit, q̃ si forensis subiret onera ciuitatis & ibi haberet domicilium, etiam quò ad commoda habebitur pro ciue.Ergo in proposito, cùm tractatur in casu nostro de fauore: hoc est q̃ talis delinquens habeatur pro ciue, & sic in minori pœna afficiatur: videtur q̃ forensis habens domicilium in vna ciuitate quò ad ista commoda ciuium, debeat haberi vt ciuis.Et an ista conclusio sit vera vel falsa: dic vt dixi in additionibus meis, in d.§.si in publico.

c † Et inquantum dictum est, q̃ si aliquis ex priuilegio habetur pro ciue in omnibus & per omnia[b], vel sine his verbis dictum est q̃ talis habeatur pro ciue, an actiuè & passiuè debeat haberi pro ciue, vel quò ad commoda, vel incommoda. De hac materia adde not.per Ang.in l.ij.§.furiosus.per illum tex.ff.de iure codicil.& Bal. in l.quod fauore.C.de legi.in vij.oppo.& Pau.de Cast. in l.si duo.ff. de acqui.hæred.& in l.nulla.ff.de legib.& per Bart. in l. non tantum.& in l.si emancipa.ff.de contrarab.Et Bal.in l.ea lege.C.de condict.ob cau.& Ang.in l.diuus.per illũ tex.ff.de testa.mili.& Ange.in l.si à milite.eo.titu.& adde Bal.in auth.habita.C.ne filius pro patre.in ij. col. & Bal. in procemio.ff.Et Bal.in l.si rufinus.C.de testamen.mili. per Roma.in l.adoptiuum.§.patronum. ff.de in ius vocã. Petr.de Anch.in repetitione.c.canonum statuta.extrà de iudi.in ciij.colum.& Ange.in l.j.ff.de lega.j.Ang.in l.tale.§.j.ff.de hæredi.instit.& ibi Imol.Fulg.& Roma.in d.l. si Rufinus.& Roma.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucapio. Et prædicta limitabat Paul.de Cast.in d.l.si Rufinus.& Paul.de Cast.in d.l.si duo.ff.de acquiren.hæredit. & Albe.de Rosa.in quæstionibus statutorum.in j.parte. quæst.lxx.in versi. Item quæro statuto cauetur, q̃ ciues habentes discordiam,

ADNOTATIO. a ¶Tu autem. Adde tu & vide pro confirmatione eorum quæ hîc dicuntur, quæ voluit Francis. de Aret.in consi.lxxvij.vbi al leg.glos.in dicto c.statutum. & ad illam respondet.& fortificantur per ea quæ voluit Alex.in consi.clvij.in ij.volu.& vterque alleg.Barto.in consi.quod incip.quidam est effectus ciuis.& vide Raph.Cu.in consi.clxxvj. Anto.de But.in consi.xxj. vbi alleg.dictam glo.Ber.

b ¶In omnibus & per omnia, Adde tu & vide Alex.de Imol.in l.j. ff.de leg.j.Ro.consi.lxij.xcij.& ccvj.vbi bonum verbum,& inquantum ã.Angel.dicit quòd qui stetit in ciuitate per decem annos habetur pro incola.adde Ange.de Pe.in consi.clxxviij.Ber.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitione eadem proceditur contra principalem, & præstantem opem.*
2 *Inquisitione facta contra plures, non retardatur processus contra præsentes propter absentes & contumaces.*
3 *Adulterij crimen non patitur, quòd ex eadem inquisitione & eodem processu procedatur contra masculum & fœminam.*
4 *Incestus crimen patitur, quòd contra plures delinquentes simul & semel inquiratur.*

ET Andræam Marci lanificem capellæ sancti Blasij de Bononia auxiliatorem. 1 †Nota quòd ex eadem inquisitione proceditur contra principalem & accessorem, seu opem præstantem, quod fieri potest. Et idem contra principales & opem præstantes ex eodem facto & delicto,& eodem tempore & loco commisso: vt C.de accusa.l.si quis homicidij.& quod ibi not.doct.in l.nihil. §.fi.ff.de adul. 2 † Aduertas tamen, q̃ isto casu quando inquiritur contra plures, quòd propter absentes & contumaces non tractatur processus contra præsentes & econtra: vt est tex.& ibi Bar.in l.non idcirco.ff.de iudi.† quod fallit in crimine adulterij: quia ex eadem inquisitione & processu non potest procedi contra masculum & fœminam adinuicem adulterantes.l.si maritus. §.fi.ff.de adult. Ita dicit Cyn.in l.iij.C.de sepulchro vio.& Bart.in l.hos accusare.§.lege Iulia.ff.de accu.& Bart.in l.inter liberos. §.filius famil.ff.de adul.Et not.glo.in l.si cui.C.si reus vel accusator mortuus fuerit. Et aduertendum est, q̃ dictus Andræas nihil aliud fecit, nisi quod semper astitit dicto maleficio, vt dictus Titius habilius committere posset, vt patet in dicta inquisitione: sed dicta verba, semper astitit maleficio, sunt tantæ importantiæ quantæ si dicerentur, auxilium & fauorem præstitit. Ita dicit Barto. in l.si seruus.§.fi.ff.de furt.circa fin.& in l.si in rixa.in versi. datis his regulis.ibi, tamen aduerte &c.ff.de sica. facit quod not.Bald.in l.non ideo minus.C.de accu. & Bart. in l.in furti.§.ope.ibi, quandoque quis præstat auxilium in ipso actu &c.ff.de fur.& vide quæ dicam infra in glos.in verbo, [dicto maleficio semper astitit &c.]

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Bar.per illum text.in l.de vno quoque.ff.de re iud.qui multa allegãdo, dixit idẽ quod dixit in d.l.non idcirco. videlicet, q̃ non debet retardari processus propter contumaciam aliorum: & idem econtra. & ibi vide Moder.quia ista est vera sententia. Et hoc ne delicta remaneant impunita: & hoc pertinet ad officium iudicis.l.congruit. ff.de officio præsi. Dixi etiam in l.iiij. 4 §.hoc autem iudicium. ff. de damno infec. † Et inquantum do.Angel.limitabat hoc non procedere in crimine c adulterij: quia contra plures simul & semel delinquẽtes non potest inquiri. Adde Cynum. Bald. Angel.Salic. & doct.in l.reos.C.de adult.qui ita dicunt per illum tex. & ibi Ange.dicit, q̃ est speciale in illo delicto. Limita tamen hoc non limitare in crimine incestus: quia cõtra plures simul & semel committentes illud delictum potest inquiri.tex.est in l.vim passam.§.incesti.ff.de adulte.& in l.qui pupillam.in fi.ff.eo.titu.& licèt glo.voluerit destruere illos tex. Tamen Bart.in l.hos accusare.§.j.ff.de accus. damnat illas glo. Secundò limita hoc debere intelligi quando quis vellet accusare adulterum & adulterã: quia non potest, qui commiserunt simul & semel illud delictũ sed si vellet accusare adulterum, & opem præstantem adulterio: tunc tenet processus.tex.est singul. in l.nihil.§. fi.ff.de adulter. Ita etiam dicit Sali. in l.reos.C.de adul.& hæc omnia nota: quia sunt quotidiana & pulchra.

c ¶In crimine adulterij. Adde tu an adulter & adultera posint simul & semel accusari vide Bald.in consi.cclxxxj.in iiij.vol.Ber.

5 *Opem præstare maleficio quot modis quis dicatur.*

5 **Ange.** † Quæro, quot modis dicatur quis præsta
d re opem? [d] Respondeo, q̃ maleficio præstare opem

opem dicitur duobus modis: ante maleficium, vt præstando ferramenta,& præstando domum vbi se reponant,& de committendo maleficio loquantur: vt l.si pignore.§.fi. ff.de furt.& l.qui domum.ff.de adulteriis. vel assistendo dicto maleficio. ita dicit Bartol.in d.§.ope.ibi, venio ad secundum.ff.de furt. Post verò maleficium præstando opẽ, vt puta ad euasionem homicidæ, etiam tunc non dicitur propriè præstare opem maleficio: sed alio modo, vt notat ibi Barto.circa finem.

d ¶Præstare opem. Adde tu qualiter dicatur opẽ præstare. & vide Bald.in consi.ccxx.in iij.lib.Cepol.consi.j.& Paul.de Cast. in consil.ccxxvij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, q̃ melius posuit istam materiam Ange. in l.j. C.de nisi aggeribus non rumpendis: vbi ponit quot modis dicatur præstare auxilium. Sed aduerte inquantum
a Bart.[a] & alij volunt, q̃ quis præstando auxilium post maleficium propriè non sit auxiliator. Adde quòd contra istam determinationem tenebat expresè Gandi. in tracta.malefi.sub rubri.de pœna associantis & fugere facientis: vbi expresè decidit, quòd imò dicitur præstare auxilium post maleficium commissum.& allegat text. in l.iij. §.si quisquam.ff.ad Silla.& certè ille tex.videtur destruere communem sententiam doct.Sed vide Barto.multum eleganter in d. §. si quisquam. respondentem ad motiua Gandi.Et de materia vide Alber.de Rosa.in quarta parte statutorum.q.xxxiiij. qui facit mentionem de illa doctrina Gandi. in loco supra allegato per me. Limito tamen, quòd si consilium præcessit auxilium præstitum post maleficium, quòd tunc ille talis tenetur de auxilio. Ita eleganter dixit Barto.in d.l.in furti.§.ope. puta, consulo vt occidas Titium, quia postea transfugabo te extra territorium in vna naui: & aliàs istum casum habui de facto.

Adde vnam pulchram limitationem quam ponam nunc in additionibus meis infra, in sequenti quæst. vbi præstando auxilium post maleficium perfectum propriè dicitur præstare opem.

ADNOTATIO a ¶Inquantum Barto. Adde tu quòd opin. Bar.sequitur Cep.in d.consi.j. Et pro limitatione Bart.in d.§.ope. adde Bal.in consi.ccccxvj.in j.volu.vbi dicit, quòd quidam nimis rigorosi dicunt, quòd vbi consilium coniungitur cum ope, quòd debet puniri vt principalis:& quod de æquitate putat contrarium esse tenendum. Ideo ibi refert & sequi consilium do. Philip. de regio,& quòd præstans consilium homicidio cum ope, debeat puniri pœna arbitraria. adde Cep.consi.xxvij.Ber.

6 *Statuto dicente, si quis bannito opem & adiutorium præstiterit, qualiter intelligatur.*
7 *Statuto dicente, si quis dederit auxilium alicui ad maleficium committendum, qualiter intelligatur.*
8 *Statuto puniente absolutè, operatur quòd si quis præstiterit auxilium post maleficium perfectum: ille talis puniatur ac si uerè præstasset auxilium maleficio.*
9 *Auxilium præstare an dicatur quis supplicando principi, uel aduocando.*
10 *Statuto dicente quòd bannito non possit præstari auxilium, testificans pro bannito, incidit in pœnam.*

6 **Ange.** † Si autem diceret statutum, si quis banni-
to opem & adiutorium præstiterit, qualiter intelligatur.not.Barto.in princip.d.§.ope.vbi dicit, quòd quandoque statutum punit auxilium non respectu certi actus: puta quia statutum dicit, si quis auxilium dederit bannito. quandoq; statutum punit auxilium respectu certi actus, vt quia dedit auxilium ad maleficium committendum. Primo casu auxilium intelligitur multum latè pro quolibet adiutorio, siue mutuetur pecunia, siue pariter associetur, siue quicquid aliud faciat quod ad eius vtilitatem pertineat: probatur in l.iiij. ff.ad l. Iuliam maiest. ibi, cuius de opera &c.& ibi vide Bartol. Prædicta verò non habent locum, quando procuraretur q̃ rebanniretur per superiorem per viam gratiæ vel iustitię vt ibi latè per Barto. quia non dicitur dare auxilium, taliter quòd ipse procurans puniatur. Sed aduerte, q̃ Bar. in l. post legatũ. §. sunt qui putant. ff. de his qui. vt indig. dicit per illum tex. q̃ aduocando pro bannito, est præstare auxilium & fauorem. Vnde dicit, sis cautus ne sis pro eo aduocatus, nec pro eo fideiubeas nisi mandato iudicis: aliàs in pœnã incurreres: argu. d.l. cogita. Sed de præstante auxilium ante maleficium,& in ipso,& post ipsum, vel ad euadendũ, vel per viam iustitiæ, vel per viam gratiæ, vel per viam supplicationis vel misericordiæ, vel præstando alimenta, vel repręsentando: vide latius per Salic.in l.j. C.de raptu virgi.in versic.nunc transeamus &c. dic vt ibi: quia hic est longum rescribere. Si autem † punitur auxilium respectu certi actus: distinguitur aut ante maleficium, vt scalas accommodando,& tenetur: vt l.si pignore.§.fina.ff.de furt.aut in ipso maleficio,& idem: vt d.l.j. Sinautem post perfectum maleficium vt puta ad euadendum, non dicitur propriè præstasse opem maleficio: vnde non tenetur si míli pœna sicut committens maleficium, sed arbitrio iudicis tenetur: vt l.j.& ij.C.qui latrocinio. vbi vide Bald. & Ange.& plenè not.Bar.in d.l.ope. Et istam materiam an & quando quis dicatur præstare opem & auxilium vel consilium,& qua pœna teneatur, vide infra in glo. in verbo, [dicto maleficio &c.] vbi latius dicam.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quod dixit Ang.in l.j. C.de nisi aggeribus non rumpendis.in fi.ij.col.quòd vera est illa conclusio, q̃ quãdo per statutum punitur auxilium non respectu certi actus, quòd illud auxilium capitur ibi latè: & dixit vnũ
8 notabile verbum: quòd intantum capitur late, † q̃ si quis post maleficium perfectum præstiterit auxilium, ille talis punitur ac si verè præstasset auxilium maleficio, per d.l. iiij.ff.ad l.Iuliam maiest. quod not. Et adde, q̃ vera est illa conclusio, q̃ quis mutuando pecuniam, dicitur præstare auxilium. Ita dicit Barto.in l.si sciente. ff.ad leg. Pompe. de parricid. Et inquantum supra dictum est, q̃ dubium
9 est in iure: † an quis supplicando principi, vel aduocando quis dicatur præstare auxiliũ. & reperitur quod Bart. est sibi contrarius. Adde, q̃ prima facie videtur q̃ vera sit illa conclusio Barto. quam posuit in d.§. sunt qui putant. pro qua conclusione allego glo. & quod ibi Bart.in l. post legatum. §. his verò. ff. de his qui. vt indig. in fi. qui
10 † dixit, q̃ si statuto cauetur, q̃ bannito non possit præstari auxilium, aliàs incidit in pœnam: quòd si quis testificatur pro bannito, incidit in pœnam: quia testificando dicitur auxilium præstare. Præterea in hac parte videtur text. in l.quisquis. C.ad legem Iul.maiest. vbi nec potest supplicari principi pro committẽtibus crimen læsæ maiestatis. Nec dicas q̃ ibi sic speciale: quia ad idem allego casum in l.quicunque. C.de episco.& cleri. vbi habetur, q̃ si episcopus, vel aliquis habens dignitatem spiritualem molitur aliquid contra ciuitatem suam, pro eo quis non potest supplicare principi. Sed his non obst. teneo contrariam partem:& falsa videtur illa conclusio Barto. quam posuit in d.§. sunt qui putant. & in d.§. his verò. & vera est sententia Barto. in d.§. ope.& allego pro hac parte Alber.de Rosa.in quarta parte statutorum.q.xxxij.quæ incip.item quærit ipse Gandin. qui faciens mentionem de quadam doctrina Gandi. in tracta. malefi. sub rubric. de bannitis. in versi. item pone continetur in statuto, q̃ nullus præstet auxilium, consilium & fauorem ipsis bannitis. ibi Gandi. volebat, q̃ si aliquis aduocatus, vel alius pro eo iuit corã iudice pro bannito ad allegandum causas absentiæ: quod iste talis videtur defendere & fauorem præstare ipsi bannito si hoc facit coram iudice: secus si coram alio. Et sic ibi Gandi. voluit id quod voluit Barto. in d.§. sunt qui putant. Sed ipse Alber. de Rosa. in d.iiij. parte statutorum q.xxxij. dicit, q̃ ista decisio est nimis dura & periculosa. & contra tenentes contrariam partem arguit hoc modo. Nam officium aduocationis & allegandi causas absentiæ est publicum,& publicæ vtilitatis: vt ff.& C.de postulando. & l.seruum quoq; §. publice. ff. de procur. Ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tale faciens pœnam non meretur.l.Gracchus.C.de adul. Et de talibus non debet intelligi statutum: sed de dantibus auxilium, consilium & fauorem extra iudicium. Omnia enim iura loquentia de auxilio,consilio,vel fauore,videntur loqui de auxilio extraiudiciali. C.de his qui latro.l.ij.c.sicut dignum.§.fin. extrà de homici. & ibi per Innoc.c.j.de schismati.lib.vj. Item dicit,q̃ est speciale in crimine læsæ maiestatis:quod quis pro tali non possit intercedere,vel allegare coram principe.alleg.d.l.quisquis. & istam partem puto veriorem de iure.Nec obst.d.l.quicunq; quia speciale est in illo casu: vt dicit Angel.in l.in furti.§.ope.ff.de furt. Præterea idem ibi est casus, q̃ in d. l.quisquis.& licèt Albe. multa alleget in contrarium ibi: tamen dicit,q̃ prima opi.est verior.& ideo subdit ipse, q̃ existens Romæ coram papa Benedicto. xij.pro dominis vicecomitibus de Mediolano, qui fuerant damnati de hæresi per Ioannem papam.xxij. & iniustè, cùm peteret dictos processus annullari in publico consistorio, fuit sibi dictum per vnum ex cardinalibus,q̃ caueret ne incideret in fautoriam hæreticorum: & q̃ ipse protestatus est, q̃ hoc nõ erat præstare auxilium, coram superiore defendere aliquem. Secus si extra iudicium aliter quis præstaret auxilium:& ita dicit,q̃ aliàs obtinuit Pergami.Remanet ergo defensata opi.Bar.in d.§.ope.& hæc omnia not.

11 *Principali conuento de crimine,an liberetur auxiliator,*
12 *Pluribus delinquentibus,qualiter debeant puniri.*
13 *Pluribus delinquentibus iuri alicno subiectis,quæ erit pœna.*
14 *Villa tenetur capere malefactorem sub certa pœna: si plures fuerint malefactores, & nullus capiatur:an villa teneatur pluribus pœnis,uel una tantum.*
15 *Auxiliantibus & mandantibus pluribus existentibus: an satisfactio pœnæ unius liberet alios.*
16 *Delicto uno commisso à familia seruorum, dominus tenetur tantùm pro uno delinquente:si delictum fuit commissum uniformiter,secus si difformiter.*

20 patet:† an qualitas quæ oritur ex tempore qualificata : & quæ reſpicit mandantem & mandatarium:quia vbicunque delinquunt ſimul in tempore, ibi ſequitur accuſatio, ꝙ ea qualitas aggrauet factum pariter in vtroq; : & eodẽ modo dicit,an obligentur eo loco:quia aduertendum eſt ꝙ vbicunq; obligantur ſimul in eodẽ tempore, obliganter etiam ſimul eodem loco, & ſic qualitas loci pariter aggrauat mandantem & mandatarium:& etiam ſequitur,ꝙ mandatarius debet conueniri in loco facti & delicti conſummati, non in loco mandati. Adde tamen quod dicã j.in verſi.xij.quæro &c.vbi aliter in aliquibus dicam, ſecundùm Bal.& plenius.

ADNOTATIO. a ¶ Delicti ſecuti. An tempus conſummati delicti debeat poni in accuſatione,adde tu & vide Angel.in conſi.ſuo.clxxviij.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde & limi
21 ta prædicta, ꝙ † verum eſt,& fateor,ꝙ mandans obligatur ex delicto propter mandatum, & ſic locus & tempus,delicti cõſummati inſpicitur,etiam quò ad pœnam imponendam:fateor hoc, vbi mandatum de per ſe ſolùm nõ eſt delictum,niſi ſecuto maleficio.loquor quò ad hoc,vt pœna ordinaria puniatur : ſed vbi mandatum de per ſe ſolum habetur pro delicto perfecto etiam non ſecuto maleficio vt in aſſaſino : vt eſt caſus in c.pro humani.de homi.lib.vj.& ibi glo.ſuper verbo, mandauerit.& Io.And.in regu.in pœnis.in mercu.ꝙ facto illo mãdato,in hoc delictum eſt perfectum:tunc dico,ꝙ tempus & locus mandati inſpicitur:quia mandans obligatur iſto caſu ex mandato illo iniuſto, & hoc probatur in d.c.pro humani.ibi,vel mandauerit.quanquã mors forſitam non ſequatur. & hoc eſt quod dixit Bal.in d.l.non eo minus. in ſua diſtinctione relata ab iſto authore hic.dum Bal. dicit,ꝙ vbi delictum mandantis recipit conſummationem in ipſo mandato:& tunc ex illo obligatur mandans, & locus mandati,& tempus eſſet apponendũ in inquiſitione. d.l.j.§.perſuadere.item intellige & limita dicta Bar.ſupra allegata,dum tractatur de puniendo mandantem pœna ordinaria:ſecus ſi tractaretur de puniendo ipſum pœna extraordinaria propter mandatũ tantũ:quia locus & tempus mandati inſpicitur,& nõ locus & tẽpus conſummati delicti:ita elegãter dixit Imo.in l.ſi vt proponit.ff.de fideiuſ.& omnino vide Bar.qui ponit iſtã eandẽ quæſtionẽ:ſi ego exiſtens Ferrariæ mãdo vt occidas vnũ Florentiæ,& occidiſti:an hic Ferrariæ ego mandãs poſſum conueniri:ſi obligatio oritur ex mandato, poſſum conueniri Ferrariæ.ſi oritur propter delictũ conſummatũ nõ,ibi vide:& de materia principali vide Bal. in l.ſed & eximẽdi. §.prætor.in fi.ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi eximat.

22 *Inſtigans quòd clericus percutiatur:ſecuta percuſſione,tenetur inſtigans canone,ſi quis ſuadente diabolo.*

22 **Ange.** † Octauò quæro.aliquis inſtigat & ſolicitat ꝙ clericus percutiatur, an percuſſione ſecuta teneatur etiã,canone ſi quis ſuadente diabolo.& dicendum eſt ꝙ ſic:vt no.Bal.Ang.Raph.& Imo.in l.quid ergo.§.penul.ff.de leg.j.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde text. in c.mulieres.extrà de ſen.excõ.§.j.qui tex. vult,ꝙ talis non poſſit abſolui niſi à ſummo pontifice.

Clericus

23 *Clericus ſi ſolicitat aliquem ad committendum maleficium: morte ſecuta, an ſit irregularis.*

23 **Ange.** † Nonò quæro,quid econtra ſi clericus in-
a ſtigauerit ª vel ſolicitauerit aliquem ad maleficium committendum,& mors ſequatur, an ipſe ſit irregularis?vide vt §.per eoſdem in d.§.pe.

ADNOTATIO. a ¶ Inſtigauerit. Circa hoc adde, & vide Fede.de Sen. in conſi.clxvij.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde not.per docto.in c.ſicut dignũ. extrà de homicidio.lib.vj.ſed melius vide tex.cum gloſ.in c. Petrus diaconus.eo.titu.extrà de homicidio.

24 *Mandans maleficium,eo ſecuto,nihil agit in paſſum intrinſece per ſe,ſed per cauſam extrinſecam.*

24 **Ange.** † Decimò quæro, ſi mandatur committi maleficium ſeu homicidiũ, & eo ſecuto quid mandans dicatur agere in paſſo?hanc.q.format Bal.in d. l.non eo minus.in verſi. in iſta materia procedo &c. vbi concludit,quòd nihil agit intrinſece per ſe, ſed agit per cauſam extrinſecam:quod patet: quia nihil poteſt agere per cauſam intrinſecam,niſi ſit approximatus paſſo: ſed talis agens poteſt eſſe omnino ſeparatus à paſſo,verbi gratia.ſi ille qui eſt Florentiæ mandat percuti illum qui eſt Bononiæ:nam inter illud agens,& illud patiens,nulla eſt approximatio.vnde iſte actus nõ attribuitur illi primo agenti per propriam operationem,ſed per alienam.

Auguſti. Adde & dic ꝙ iſta procedunt de facto:ſed iuris fictione aliquando mandãs dicitur verè facere,etiam in paſſo,vt in caſibus quos plenè examinabo infra in quartadecima quæſtione,[an mãdans dicatur verè facere.]

25 *Delictum mandantis & mandatarij an ſit unum numero.*

25 **Ange.** † Vndecimò quæro,an delictũ mandantis & mandatarij ſit vnũ & idem numero. iſtã.q. format Bal.in d.l.non eo minus.verſi.ſed quæro an delictum &c.vbi concludit,ꝙ quando reſultat delictũ in mãdante & mandatario,ꝙ eſt quãdo mandatũ tranſit in nomen illius delicti,ita quod nominetur mãdator talis qua le eſt delictũ:ꝙ tũc in mandante & mandario eſt idẽ delictum numero ex parte finis:quia nõ eſt niſi vnicũ delictũ igitur &c. quod patet etiam : quia vnico libello contra omnes agitur:vt l.accuſatoris.C.de accu.facit. l.ita vulneratus.in fi.ff.ad l.Aquil.quod qualiter debeat intelligi, dic vt no.Sali.in d.l.nõ ideo minus. verſi.x.quæro an mãdans &c.ſi verò non reſultat in mandante quod in mãdatario:vel aliquod delictũ reſultat in mandatario,quod nõ reſultat in mandãte,& tunc nõ obligãtur eodem delicto numero:quod patet:quia dicuntur eſſe plures obligationes numero:vt l.generaliter.ff.de fideiuſ.per d.l.nõ eo minus.vbi dicit,ꝙ quælibet perſona : ergo quilibet tenetur ex ſuo facto,& ſic ſunt plura facta numero. de quo vide Sali.per alia verba in d.l.nõ eo minus.verſi. quæro ſeptimò vtrũ delictũ mandantis.& ibidem Bal.in verſi.quęro an delictum mandantis.ſed iſtas quæſtio.magis ordinate format Bar.in l.ſed ſi vnius.in fi. ff.de iniur. dic vt ibi per eum,per Cy.& Sali.in d.l.nõ eo minus.qui in effectu idẽ dicunt quod ſupradictum eſt,ideo non reitero.

Auguſti. Tu de hac materia vide dicta Cy.in l.
j.C.ſi reus vel accuſa.mor.fuerit.& dicta Bar.in l.j.§.ne autem.C.de cadu.tol.in vlti.col. qui dicit, ꝙ factum mandantis & mandatarij eſt vnũ numero:& allegat Cy.ita voluiſſe in d.l.j. C.ſi reus vel accu.mor.fuerit.& dicit ꝙ de hoc eſt gl.valde not.in l.qui de crimine. C.de accu.ſed certè ibi glo.nihil loquitur de hoc. & ſubdit ibi Bal.ꝙ ex mandante & mãdatario compilatur vnũ & idem maleficiũ per l.ſi familia.ff.de iuriſ.om.iud.ſed vi de poſtea ibi Bal.terribiliter arguentem in contrariũ. tu non recedas ab opi.Bar.in d.l.ſed ſi vnius. Adde tamẽ domi.Nellum in tractatu bannitorũ. in ij. parte primi tẽporis.in q.viij.& ibi per multas authoritates probat.quòd delictum mandantis & mandatarij eſt vnum & idem in ſpecie,& in numero.licèt alleget Bal.alibi contrarium dixiſſe.Limita tamen prædicta & intellige:vt dixi ſupra in viij.q.in additionibus meis,in hac eadem gloſ.

26 *Qualitas quæ eſt in mandante an ſit in mandatario.*
27 *Statuto dicente quòd magnas puniatur pœna in duplo maiori quàm popularis:ſi popularis mandet magnati quòd occidat Titium:ſequuto delicto,an iſte popularis puniatur pœna dupli.*
28 *Populari mandante magnati quòd committat delictum: eo ſequuto, quando puniantur popularis pœna dupli.*
29 *Qualitas quæ oritur ex tempore qualificata,reſpiciens mandantem & mandatarium:debet in accuſatione,uel inquiſitione contra utrunq; apponi.*

26 **Ange.** † Duodecimò quæro, an qualitas quæ eſt in mandante,ſit in mandatario?hanc quęſtio.
b format Bart.ᵇ in l.is qui ope.ff.de furtis. & in d.§.ſi mandato.vbi concludit,ꝙ qualitas quæ inhæret mandatario loco & tempore delicti,intelligitur ineſſe mandanti:vt l. vtrum.ff.ad l.Iul.de parrici. qualitas autem poſt delictũ conſummatũ ſuperueniens,ſicut eſt qualitas furti manifeſti ex apprehenſione ſuperueniente:iſta talis qualitas nõ intelligitur ineſſe in mandante, datò ꝙ inſit in mandatario: vt d.l.is qui ope.Ex quo infertur gratia exempli, di-
27 cit † ſtatutum,ꝙ magnas puniatur duplici pœna quàm popularis:popularis mandat magnati ꝙ Titium occidat: quæritur an iſte popularis, delicto ſecuto, puniatur pœna dupli.& dicit ꝙ ſic:quia iſta erat qualitas inhęrens mãdatario : ideo eadem repreſentatur in mandante : vt d.l. vtrum aliâs ſecus.ſed iſtam opinionẽ reprobat Bal.in d.l. non ideo minus.verſi.hoc præmiſſo.circa.q.propoſitam. & ꝙ non ſit vera,ponit exemplum. dicit lex, ꝙ decurio non poſsit beſtijs ſubijci,ſeruí autem & aliæ viles perſonæ beſtijs ſubijciantur:modo decurio mandat vili perſonæ ꝙ cõmittat homicidiũ,an decurio beſtijs ſubijcietur? certè ſi reſpicimus propriã qualitatem ipſi mandanti inhęrentem,non ſubijcietur beſtijs:ſi autẽ inſpicimus qualitatem ipſi mandatario inhęrentẽ,& ipſam trahimus ad mãdantẽ,tunc beſtijs ſubijcitur:ſed primã partem dicit fore veram. allegat caſum in l. more. §. iſte.ff.de pœnis.ergo opi.Barto.videtur eſſe falſa. Et ſic qualitas inhærens perſonæ ſiue generet odium,ſiue fauorem, non eſt trahenda
28 ad aliam perſonam. l.j.ff.de conſtit. princ. Ex quo infert ad quæſt.Barto. † quòd falſum eſt, quòd popularis qui mandat nobili committi maleficium, puniatur pœna duplí: cum ratione iſtius qualitatis,quæ diuerſa eſt, tam in vno,quàm in altero,reſultat diuerſa ratio:ergo non debet eſſe eadem punitio in vno quæ eſt in alio : ſed quilibet puniendus eſt ſecundùm propriam & inhærentem conditionem & qualitatem. Non obſtat ſecundùm Bal. in d.l.vtrum.quia ibi eſt ſpeciale propter criminis immanitatem:vel ſecundò ibi eſt propter qualitatem, quæ eſt in offenſo, quæ aggrauat factum & qualitatem in perſona mandantis & mandatarij : ſed in quæſt. noſtra, ſolùm loquimur de qualitate, quæ ſolùm eſt in offendentibus. ſubdit tamen Bald.in dicta l.non ideo minus.quòd ſi nõ loquimur de qualitate inhærente perſonis, ſed de inhærente circunſtantijs, vel concomitantijs:dicit quòd videtur opin.Bart.concludere, quòd illa qualitas non repræſentetur in mandante,ꝙ dicit falſum ita intelligẽdo:quia ſi mandatarius deliquit de nocte, vel in platea, vt fuit in noſtra inquiſitione,iſtæ qualitates aggrauant factum in perſonam mandantis, ſicut in perſonam facientis : nec obſtat dicta l.is qui opem. quia ibi dicta apprehenſio nõ inducit qualitatem in ipſo facto propriè loquendo,ſed ſolùm in perſona apprehenſa,& ideo ad aliam perſonam nõ trahitur. Comitantia autem criminis ſunt locus, & tempus:vt ç.Abbate.de re iudi.lib.vj.& ſunt qualitates in rẽ: ideo non eſt mirũ,ſi hæ qualitates ad mandantem porrigantur.Et prædicta dicit vera,quando mandans obligatur ex eodem delicto:ſed ſi ex delictis diuerſis, tunc ſine dubio qualitas inhærens vni, non aggrauat, nec leuiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

alſum: vt eſt exemplum in d. §. perſuadere. & iſtam opinionem credo veriorem, quia mitior eſt: vt l. præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœ. ex quibus Bald. in d. l. non ideo minus. etiam infert, an mandans & mãdatarius obligentur ſimul in tempore: &, vt etiam ſupra dixi, an obligentur ex eodem delicto: & tunc obligantur ſimul in tempore, aut ex diuerſis delictis: & tunc refert an delictum mandantis recipiat conſummationem in ipſo mandato: & tunc non obligantur eodem tempore: quia ante obligatur mandans: vt d. §. perſuadere. an non recipiat conſummationem in ipſo mandato, ſed in facto poſtea ſubſecuto: & tunc ſimul & eo tempore obligantur: vt l. hæc
29 verba. ff. de adult. † Ex his patet, an qualitas quæ oritur ex tempore qualificata, & quę reſpicit mandantem & mãdatarium: quia vbicunque ſimul deliquerint in tempore, ibi ſequitur, quòd illa qualitas aggrauat factum pariter in vtroque: ſicut idem tempus debet in accuſatione vel inquiſitione contra vtrunq; apponi. Inſuper idem Bald. infert in d. l. non ideo minus. an ſimul mandans & mandatarius obligentur eo loco. & concludit, quòd omni caſu quo obligantur: eo tempore & loco ſimul obligantur. Ex quo infert, q; qualitas loci aggrauat factum in perſonam mandantis, & mandatarij.

b ¶ Format Bar. Adde quòd opin. Bart. ſequitur latè Barto. Cepol. in conſi. xxxiiij. vbi vide. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde, quòd in principali articulo quem tetigit. d. Angel. hìc in hac. vij. q. ſcilicet an qualitas quæ eſt in mandatario ſit in mandante vel econtra. Quod inquantum adduxit illam doctrinam Bartol. in d. l. is qui opem. quam omnes allegant ad hoc: quòd ibi Bar. nihil dixit de mandante, ſed potius videtur loqui de opem præſtante. Sed in propriis terminis iſtam. q. poſuit Barto. in mandante in l. vtrum. ff. ad leg. Pompeiam de parrici. Tandem concludit id quod ipſemet Barto. in d. l. is qui opem. in materia opem præſtantis. & addatis quòd Bald. in l. vnica. §. ne autem. C. de caduc. tollen. in penul. colum. circa intellectum dictæ l. vtrum. dixit, quòd in mandante & mandatario adeò nõ cauſatur vnum & idem delictum, quòd quælibet perſona decernitur de per ſe, & qualitas cuiuſque in ſe propriè decernitur. & mouetur per d. l. non ideo minus. ex verſicu. in ſua perſona. Non obſtat dicta lex vtrum. de parricidijs: quia ibi eſt ſpeciale, & ibi ponit aliam ſpecialitatem, quam non poſuit in dicta l. non ideo minus. Adde tamen quod Angel. in l. j. C. de nili ag. norum. fecit etiam mentionem de doctrina Barto. in d. l. is qui opem. & etiam reprehendit Barto. qui minus perfectè loquitur, & eſt defectiuus: quia licèt eſſet vera illa concluſio, quod vbi qualitas quæ ineſt à principio in committente delictum, quæ aggrauat delictum quò ad pœnam, & fortius punitur: ſit & eſſe debeat etiam in alio: tamen hoc verum, vbi ille alter ſcit illam qualitatem ineſſe. & hoc probatur: quia tunc ille alter ita acrius debet puniri, ſicut ille principalis, qui commiſit delictum per dictam l. vtrũ. in verbo, participes & conſcios. Quinimò ibi Ang. etiam in aliis reprehendit Bart. in d. l. is qui opem. Bene faciunt notata per Sali. in l. j. C. de rap. virgi. in v. colum. Et ſententiam Barto. in d. l. is qui opem. videtur approbare dominus Anto. de But. & Imol. in c. j. extrà de officio delega. qui ita videntur intelligere dictam l. vtrum. ſicut intellexit Barto. quia ibi illa qualitas inerat à principio. Quando autem pœna minoretur: vide per Bart. per illum tex. in l. qui ſeruo. §. j. ff. de furtis. vide doctores in l. j. C. de rap. virgi.

30 *Mandans & mandatarius an puniantur eadem lege.*

30 a **Ange.** † Tertiodecimò quæritur, an mandans & mandatarius puniãtur eadem lege? hãc queſtionẽ format Bal. in d. l. non ideo minus. verſi. vij. quæritur an mandans &c. vbi concludit, q; aut quæritur an teneatur eadem lege iuris cõmunis, an municipalis vel cõſuetudinis. ſi loquimur de iure cõmuni, videtur ſic dicendũ: quia aut conſideramus fictionem, & tunc tenetur eadem lege: vt l. j. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. aut cõſideramus veritatẽ, & quilibet tenetur ſua lege: vt l. non ſolũ. in princ. ff. de iureiur. ſi verò loquimur de iure municipali, vel conſuetudin. tunc illud eſt ſeruandum, & eius verba: vt l. j. §. is qui nauem. ff. de exerci. ſed Salic. in d. l. non ideo minus. ver. quæro ibi ad declarationem &c. ſubiungit latius iſtam quæſtionẽ, videlicet, an qui fieri mandat, cõprehendatur ſub verbis legis de faciente diſponentis: nam dicit ipſe, q; doct. dicunt: aut verba legis ſunt in rem ſcripta, & tunc tam ex proprio ſignificatu, quàm ex virtute cõprehendunt vtrunq;: vt ff. de eo per quẽ fac. eſt l. j. §. j. aut verba ſunt ſcripta in perſonam, & tũc dicunt, q; mandans nõ tenetur, nec ex verbis cõprehenditur. Sed Salic. dicit, q; aut verba legis diſponunt expreſsè & ſpecificè de vtroq;, & tunc quilibet expreſsè ex propria culpa tãtùm comprehenditur, nõ vnus ex alterius culpa: & nedũ ex ſignificatu verborum, ſed nec etiam ex mente proferentis: vt l. ſi per alium. cõiuncta. l. præcedenti, in fi. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat. Et ita dicit debere intelligi. l. liber homo. in princ. ff. ad legem Aquil. quæ dicit iubentem teneri Aquilia: quia de iubẽte damnum dari vel fieri, expreſſa erat facta mentio in verbis tertij capituli edicti: vt patet in l. ſi ſeruus ſeruũ. §. tertio capite. eod. titu. Aut verba legis ſunt prolata per verbum commune, ad vtrunq;, quale eſt verbum, committit: vt l. non dubiũ. C. de legi. & tunc ſi qua lex ciuilis vel municipalis dicat, q; ſi quis commiſit homicidium, vel adulterium: tunc dicit, q; ex proprio ſignificatu verbi, vtrunq; comprehenditur: vt d. l. non dubium. & ff. de adul. l. & ſi quis. & l. nihil. §. fi. & clarius extrà de ſenten. excom. c. mulieres. Aut verba ſpecialiter prolata pariter vtrunq; non, concernunt ex ipſorũ ſignificatu: & tunc dicit, q; ſi ex actu illius de quo quæritur finis & effectus, efficacia ſiue cõmodum, concernunt duntaxat agentem remotum vel mediatũ, non proximum & immediatũ: tunc ex proprio ſignificatũ, & ex mente declarata, ipſe mandans ex verbis legis cõprehenditur, non ipſe immediate faciens. & aſsignat rationem: quia iſte actus ſoli mediato poteſt attribui: tamen abſq; eius mandato, nõ poterat effectualiter fieri. exemplũ eſt in l. iij. §. ſi procu. coniuncta. l. j. §. fin. ff. quod quiſq; iuris.

Item in l. pater ex prouincia. ff. de manu. vin. Aut ille actus vel effectus cõcernit tantùm ipſum agentẽ: & tunc ex vi verborũ mandans non cõprehenditur, ſed interpretatur. exemplũ in l. Aquilia. cuius verba ſunt in perſonã ſcripta: vt l. ij. ff. ad l. Aquil. & mandãs non dicitur occidere, ſed mortis cauſam præbere, ideo nõ Aquilia, ſed in factum ſubſidiaria tenetur: vt l. qua actione. §. occiſum. tũc fieri faciens tenetur ex eius mente: vt l. j. §. deieciſſe. cum §. ſeq. de vi & vi arma.

A D N O T A T I O. a ¶ Eadem lege. Adde tu circa hoc Cep. in conſi. xxxiiij. ã. allegato. qui diſtinguit: aut verba legis loquuntur realiter, & punitur mandans eadem pœna: aut perſonaliter, & ſecus. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde: quia iſta quæſtio multũ dependet ab illa quæſtione quã nũc proximè examinabo. Ideo dic, & adde illas additiones quas nũc. j. proximè in additionibus proximis dicã. Adde tamẽ pro nũc, q; cõtra iſtam diſtinctionẽ Salic. videtur expreſſa deciſio in c. pro humani. extrà de homi. in vj. in verbo, vel etiam mandauerit. vbi ſpeciale introductum ex in illo delicto. de quo ibi: vt mandans fieri delictum, comprehendatur ſub diſpoſitione legis punientis facientem principaliter delictum, ergo in contrarium debet eſſe ius commune. In contrarium fortiter facit l. j. §. j. ff. de eo per quem fac. erit. in verbo, manibus ſuis. inducendo illũ rex. aliter quàm doct. induxerint. Nã illa verba, manibus ſuis, propriè comprehendunt perſonam facientis delictũ: vt not. Bar. per illũ tex. in l. per hãc. C. de eroga. mili. anno. lib. xj. & ibi Barto. ponderans ibi tex. in verbo, manu ſua. & j. dicetur in ſequen. q. & tamen illa

illa pœna illius edicti comprehendit etiam mandantem, vt eſt caſus in d. l. j. §. j. Sed, vt dixi, vera deciſio colligitur ex his deciſionibus, quas. j. in ſeq. q. adducam. Lud. de Roma. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. multas deciſiones Sali. deſtruxit, quas ipſe Sali. poſuit in hac materia in d. l. non eo minus. & adde Bal. in l. athletas. §. Põponius. in fi. ff. de his qui not. infa. per illum tex. ibi.

31 *Mandans, ſecuto facto, an dicatur uerè facere, uel interpretatiuè.*

32 *Statuto dicente, quòd ſi quis produxerit exceptionem aliquam contra inſtrumentum confeſsionatum, nec probauerit, puniatur in tantum: ſi aliquis producat exceptionem contra inſtrumentum per procuratorem habentem mandatum ad hoc, & non probet, ex uerbis ſtatuti, dominus punietur.*

33 *Statuto dicente, ſi quis proprijs manibus uulnerauerit aliquem, puniatur graui pœna: dic quòd non comprehendit, ſi quis aliquem per alium uulnerari fecerit.*

31 **Ange.** † Quartodecimò quæritur, an mandans, ſecuto facto, dicatur verè facere, vel interpretatiuè, & ſic ad videndum vtrum locum habeat in ſtatutis, in quibus habent locum verba propria non fictitia. hanc quæſtionem format Bart. in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus. ff. de iniur. in verſic. quæro circa hanc legem &c. & poſt allegationes hìncinde concludit, q; quando mando tibi aliquid, q; poſt ſuſceptum mandatum tu habes neceſſe facere, neceſſitate ciuili: quia es obligatus ad hoc: puta quia mandatur tibi aliquid quod eſt honeſtum, vel ſi dominus mandat aliquid ſeruo, quod non cadat in graue delictum tunc verè ille facit cuius mandato id fit: quoniam inſtrumentum, quo mediante agit, de neceſsitate agit. dico de neceſsitate ciuili. iſte eſt caſus in l. ſi pater. in fi. de manu. vindic. & l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſq; iuris. Licèt enim verba illius edicti loquantur in perſonam, tamen locum habent in eo qui per procuratorem impetrauit: cùm enim mandatum de impetrando ſit licitum, ille procurator de neceſsitate impetrauit. Et per hoc dixi ſemel de fa
52 cto in ciuitate † Aſſiſij. ſtatuto dicitur, quòd ſi quis produxerit exceptionem aliquam contra inſtrumentum confeſsionatum, nec probauerit, puniatur in tantum: modo aliquis produxit exceptionem contra inſtrumentum per procuratorem, habentem ad hoc mandatum, nec proba
a uit: dixi quòd ex verbis ſtatuti dominus punitur[a]. quia verè dominus produxit: quia procurator tanquam inſtrumentum hoc facit de neceſsitate ciuili: nec tunc dicit q; debeant inſpici verba ſtatuti vtrum loquãtur in rem, vel in perſonam. Si verò mandatum non ſit licitum, ideo ille per quem quis facit, non facit de neceſsitate naturæ, quia liberum arbitrium habet: nec ex neceſsitate legali, cùm rei turpis nullum ſit mandatum: tunc ille qui mandat non verè facit, ſed interpretatiuè, & ſic non habet locum in ſtatuto loquente in perſonam. ita loquitur lex prima. §. deieciſſe. & l. ſi pater. cum ſimi. ff. de his quæ in frau. credi. & iſta eſt veritas. licet Bald. in d. l. non ideo minus. vt ſupra retuli, aliter diſtinxerit. de iſta tamen quæſtione dic, vt in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. & ibi latiſſimè Ludouic. & vide notanter Bald. in l. tranſigere. circa fin. C. de tranſactio. & doct. in l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſq; iuris. & Bald. in c. ſi quis dixerit. ſi de feu. fuerit cõtrouerſia. & l. Gallus. §. quid ſi is. de liberis & poſthumis. & per Imol. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & per Sali. in l. non dubium. circa princip. C. de legi. & latius per eũdem in d. l. non ideo minus. qui in aliquibus diſcrepat à Bar. vnde ſufficit remiſſio: quia multa ſcribit in ver. quæ
33 ro quintò. † Quid ſi ſtatutum dicit: ſi quis manibus propriis vulnerauerit aliquem, teneatur grauí pœna. dic q; non comprehendit ſi quis aliquem per alium vulnerari fecit: vt eleganter not. Bald. in titu. de pace iuramento firman. in §. furtum. in fi. in vſibus feudorum. & hoc volunt Canoniſtæ in cap. ſicut dignum. de homicid. & not. Domi. de ſancto Gemin. in c. ſi quis viduam. l. diſtin. & pro hoc facit quod not. Barto. in l. per hanc. C. de ero. mili. annonæ. libro xj. ibi, manu ſua: vbi dicitur, quòd non poteſt capere per ſubſtitutum. & etiam facit text. in l. probationes. & ibi Bart. C. de diuer. offic. lib. xij. vbi vult Bar. q; ſi ſtatuto dicitur de inſtrumento ſcripto manu publici notarij, non intelligitur de exemplo manu publici notarij, ſed de primo & originali. de iſta quæſtione, videlicet de faciente manibus propriis, vide Ludouic. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapi. Et prædicta procedunt quando mandatum procedit.

A D N O T A T I O. a ¶ Dominus punitur. circa hæc an per alium faciens dicatur per ſeipſum facere, vltra poſita. l. per Angel. adde tu pro parte affirmatiua text. in l. hæc verba. ff. ad l. Iul. de adul. vide dicta Barto. ibi in verſi. pertinet. item adde & ponderа tex. in l. certè. §. j. ff. de præca. quem Bal. reputat ſing. in c. j. §. iniuria. ff. de pac. iura. firm. item tex. in c. mulieres. in fin. de ſent. excommu. item tex. in c. ſicut dignum. extrà de homi. adde tamen q; ſententiam Bart. tenent communiter doct. & Bald. in l. non ideo minus. C. de accu. & Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. de conſti. Abb. in d. c. mulieres. & Ang. in l. quem pater. de priuil. credi. Bal. Ange. & Imo. in l. ſi ſeruum. ff. de acquir. hæred. & Flo. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Item adde q; ſtatutum puniens perſonaliter facientem, non comprehendit mandantem. gloſ. eſt in clem. j. in ver. publice. de vi. & hone. cle. quam ſing. reputat Abba. in d. c. mulieres. & ſequitur. do. Iaſ. in l. id quod. ff. de iuriſ. om. iud. & in propoſito. vide Ro. in conſi. cv. vbi conſuluit. quod ſtante ſtatuto, quod vtens falſo inſtrumento puniatur certa pœna, tale ſtatutum comprehendit vtentem per procuratorem. quod adde ad id quod dicit. ã. auth. de excipiente. item adde in principali, q; ſtante ſtatuto, quod homicida capite puniatur, ita quod moriatur ſtatim, vt eſt Mediolani: & alio ſtatuto cauetur, quod nullus corporaliter puniatur, niſi lege municipali cauetur. quod mandans fieri homicidium de iuris ſubtilitate, non comprehenditur. ita Bal. in conſil. lij. in iij. volu. & ſatis in propoſito. vide etiam Alex. in cõſil. lxv. in iiij. volu. & Cepo. in conſi. xxxiiij. ſupra in præcedenti additione allegato. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia: quia materia ampliſsima eſt, ſcilicet an mandans & mandatarius eadem pœna puniantur, & an mandans dicatur verè facere: & an ſtatutum comprehendat eum.

Adde dicta Bald. in cap. j. in verbo, opizoni. de pace conſtantię. per Angelum in l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris. per Baldum in l. j. C. de ſer. fugit. per Cyn. & Baldum in l. ſi per alium. ff. ne quis eum qui in ius vocan. eſt vi eximat. per Baldum in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. in xv. colum. per Baldum in l. j. §. ne autem. C. de caduc. tollen. per Imo. in l. ſi ſeruum. §. prætor. ff. de acquirenda hæreditа. per Baldum in l. peremptorias. C. ſenten. reſcind. non poſſe, per cano. in capit. ſciant cuncti. poſt gloſ. extrà de elect. per Abbat. in cap. mulieres. extrà de ſenten. excommun. qui eleganter loquitur. per Bartolum in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. vbi facit vnum terribile argumentum, & eſt mirabilis doctrina pro deciſione iſtius paſſus. nam dixit, quòd ibi eſt caſus coniuncta gloſ. quòd licèt lex pœnalis non ſit extendenda: tamen ſi extenditur in fauorem publicum: talis lex debet extendi ſicut lex fauorabilis. Et ideo cum interſit reipublicæ, purgare ciuitatem malis hominibus. l. congruit. ff. de offic. præſi. lex, vel ſtatutum puniens delinquentem, extenditur ad mandantem. Sed aduertas, quia Moderni in l. j. in principio. ff. de verborum obligationibus. dicunt, quòd communis opinio. in hac materia eſt, quòd ſtatutum pœnale non comprehendit mandantem: quia mandans fieri delictum, hoc facit per alium, & ſic videtur fictè agere. l. j. §. deieciſſe. in verbo, videtur. ff. de vi & vi arma. l. ſi pater. cum gloſ. ff. quæ in frau. credi. Et ideo ſtatutum loquens in caſu facientis, & ſic in caſu vero: non trahitur ad fictum, & ſic ad factum per alium. l. iij. §. hæc verba. ff. de negotijs geſtis. l. j. §. hoc interdictũ de ciſterna. ff. de fonte. Vnde iſto caſu faciens per alium erit puniendus pœna iuris communis tanquam omiſſum à ſtatuto. Et vltra prædicta adde Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. & per Angelum in l. j. ff. de eo per quem fac. erit. per Baldum in l. athletas. §. Pomponius. ff. de his qui not. infa. per Bart. in l. aut qui aliter. in §. fin. ff. quod vi aut clam. per Baldum in c. j. in vlti. colũ. quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mod. feu. amit. per Bar. in l. hæc verba. ff. de adul. per Pet. de Ancha. in repetit. c. canonum ſtatuta. extrà de conſtit. in materia interpretationis. extenſiuè in verſi. hìc ſubiungitur quæſtio de mandante. Sed in hac materia allego ſingularem deciſionem Alber. de Roſa. legiſtis incognitam, in iij. parte ſtatutorum. q. lv. qui ibi refert opiniones omnium doct. Et allegat omnia quæ pro & contra poſſunt allegari. Et ſubdit, q̃ cùm iſta quæſtio ſemel fuiſſet de facto in ciuitate Bononię, fuit deciſum, q̃ ſtatutum non cõprehendat mãdatum, ſed male. & ideo ſecundùm ipſum Iacob. de Are. & Vber. de Bobio, deciderunt contrariũ. & ibi dicit, q̃ præfati doct. dicebant hanc eſſe magis cõmunem opi. & ibi Albe. reſponder ad omnia motiua, quę poſſunt allegari in contrarium, & parum mihi hoc eſſet deducere & tranſcribere. Adde tamen ea, quæ dixi in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. copioſè vltra doct. & pondera, quia Abba. in c. ſicut dignum. extrà. de homi. videtur tenere contra communem ſententiam Io. And. & aliorum. ibi, q̃ ſi ſtatutum dicit: ſi quis propriis manibus vulnerauit aliquem, tunc ſtatum non comprehendit mandantẽ. & arguit ipſe terribiliter contra doct. ſed puto ſuam opi. falſam. contra quem arguo, argumento inconuincibili. Nam lex, vel canon loquens de propriis manibus: hæc verba operantur, quòd propriè comprehendatur perſona facientis, & nõ alterius qui mandat: & iſte eſt propriè tex. coniuncta glo. in c. quicunq; extrà de hæreti. in vj. in verbo, propriis manibus. Ad hoc allego tex. in cle. j. de iureiuran. in verſi. nos itaq; ibi, per manus noſtras. vbi per illum tex. dicit domi. Cardi. in xxj. notab. quòd vbi ſunt iſta verba: hæc verba important reſtrictionem perſonæ. per hoc allegat glo. quam dicit ſingularem in cle. j. in verbo, publicè. de vita & hone. cleri. Sed pro opin. domi. Abba. in propriis terminis videtur tex. in l. j. ff. de eo per quẽ fac. erit. in princ. in verbo, manibus ſuis. & tamen in illud edictum incidit etiam ille, qui per alium facit. niſi dicamus, q̃ ibi dicitur ſolùm, de manibus ſuis: non autem, de propriis manibus. cogita. In j. q. adde domi. Abba. per illum tex. in c. vt famæ. extrà de ſenten. excom.

34 *Ratihabitio in delictis an æquiparetur mandato.*

35 *Ratum habens, licèt non ſit geſtum nomine ſuo: quando aliquid peruenit ad manus eius, tenetur de iure canonico.*

36 *Ratum habere non poſſum adulterium nomine meo perpetratum.*

34 **Ange.** †Nunc xv. quæritur. An in delictis ratihabitio æquiparetur mandato? Iſtam quæſt. format Bald. in d. l. non ideo minus. verſic. duodecimò quæritur. & ibi allegat gloſ. in l. j. §. quoties. ff. de vi & vi arma. qui dicit q̃ ſic: quando eſt delictum perpetratum nomine ratificantis, aliàs ſecus. Sed Iac. de Aret. dicit, quòd in delictis ex quibus aliquid adeſt, operatur ratihabitio: non autem in illis in quibus aliquid non adeſt: & eſt iſta opinio approbata in l. j. §. deiiçere. ff. de vi & vi arma. per glo. ibi, ſed Bart. in l. j. §. ſed cùm quis. ff. de vi & vi arma. aliter dicit. & no. illam glo. quæ cum miniſterio loquitur. Ad hoc vt quis ex ratihabitione teneatur, duo requiruntur in maleficijs, ſcilicet quòd ſit geſtum nomine meo, & quòd ratum habeam ranquàm geſtum nomine meo. & ſi aliquod iſtorum deficit ex ratihabitione, non tenetur: ex quo ſingulariter infert, & eſt menti tenendum, quòd poſſum habere ratum factum, licèt non qualitatem facti: vt l. ſi quid interdicto. C. arbi. tute. & no. in l. Põponius ſcribit. ff. de negot. geſt. & ex his tu iudex ſumas cautelam quando vis inquirere contra aliquem, q̃ maleficium ratum habuit: q̃ tu dicas qualiter fuit commiſſum delictũ nomine illius, & quòd poſtea ille ſentiens ſuo nomine geſtum ratum habuit tanquàm ſuo nomine geſtum, & ſic geſtum, aliàs autem licet ratum habuerit & tanquàm ſic geſtum: quia lætatur quòd Titius ſit interfectus: quia forte erat inimicus ſuus: ſi tamen non habet ratum vt factum nomine ſuo, nõ tenetur ex ratihabitione: quòd per petyo tene menti. Sed Sali. in d. l. non eo minus. C. de accu. in verſicu. nunc quæro de ratum habente. ponit circa hoc v. q. Prima eſt, an & quando ratum habens teneatur. Secunda, an quodlibet delictum poſsit ratũ haberi. Tertia, an ratum habens puniatur vt faciẽs. Quarta, quomodo cognoſcitur, quòd faciens nomine ratum habentis, fecerit. Quinta, an ratum habens immediatè ex ratihabitione obligetur, an ex maleficio commiſſo: de quibus dic vt ibi per eum: quia decreui non implere chartas.

Auguſti. Tu autem[a] in hac materia adde, & limita prædicta procedere in foro iudiciali: ſecus in foro pœnitentiali: quia licèt delictum non ſit meo nomine perpetratum: tamen ſi ratum habeo, ipſo facto teneor quò ad eccleſiam. Iſta eſt gloſ. ſingu. in c. cum quis. extrà de ſent. excom. libr. vj. quæ multa ad hoc allegat ibi. † Item adde, quòd prædicta etiam non militarent de iure canonico, vbi aliquid peruenìret ad manus ratum habentis, licèt non ſit ſuo nomine geſtum. Et ideo dixit domi. Anto. de But. in c. cùm dilectus. extrà de ordi. cogni. in fi. princip. quòd licèt in maleficijs requiratur, q̃ ille qui ratum habet ad hoc vt teneatur: opus eſt, quòd delictum fuerit ſuo nomine geſtum: ſi tamen non fuerit ſuo nomine geſtum, ſed aliquid peruenit ad manus ratum habentis, & ſit locupletatus: tunc iſto caſu tenetur. dicit tamen, quòd licèt non competeret directa actio, competeret alia, per ea quæ habentur in c. ſæpe. de reſtit. ſpo. & in c. reintegranda. iij. q. j. † Item adde prædicta non habere locum in adulterio: quia ſi adulterium nomine meo eſt perpetratum, nõ poſſum habere ratum, ad hoc vt puniar capitaliter. Iſta eſt glo. ſingu. in l. j. §. quoties. ff. de vi & vi arma. quam approbat Bald. in l. quid ergo. ff. de his qui not. infa. & Bald. in l. j. §. ſi procura. ff. ſi quis ius di. non obtemperauerit. licet Barto. tenuerit contrarium in l. j. §. cum quis. ff. de vi & vi arma. & Angel. in l. iij. §. j. ff. quod quiſq; iur. Adde tamen, quòd Bal. in l. obſeruare. §. profiſci. ff. de offi. proconſul. & lega. Multum eleganter arguit in hac materia, quòd impoſsibile eſt, q̃ maleficium poſsit ratificari: licèt meo nomine ſit geſtum, ad hoc vt puniar capitaliter. Nec obſt. d. c. cùm quis. extrà de ſentent. excommu. quia dicit ibi eſt ſpeciale in ſententia excommunicationis, quæ medicinalis eſt, non pœnalis. Sed aduertas, quia Bald. dicit, quòd communis opinio eſt in cõtrarium: licèt ipſe videatur ſequi ſententiam Iac. de Butr. ibi. Adde tamen & dic vt per Hoſti. Innoc. & omnes docto. in c. mulieres. extrà de ſent. excom. in antiquis. poſt glo. ibi. & dicta Bald. in l. fi. C. ad mace. & per Ange. in l. non ſolùm. §. ſi mandatum. in fi. ff. de iniur. & per Ang. in l. j. §. quoties. ff. de vi & vi arma. vide Bal. in l. ob hęc verba. ff. de his qui not. infa. ibi tenet contra Iacob. de But. & per Ang. in l. Iul. ff. qui ſatisda. cog.

a ADNOTATIO. ¶Tu autem. Adde ad principalem. q. Ro. in conſi. cv. & Oldra. in conſi. cxcix. & Franc. Areti. pulchrè in conſi. clxv. & ad limitationes quas ponit hic do. Auguſt. vide Fed. de Sen. in conſi. xxviij. vbi an clericus efficiatur irregularis: quia cum ſcijuit delictum eius nomine geſtum contradixit. deinde aliquo interuallo ratificabit. Ber.

37 *Mandans an teneatur ut principalis, uel acceſſoriè ut opem præſtans.*

37 **Ange.** †Decimoſextò quæro, an mandans reneatur vt principalis, vel acceſſoriè vt opem præſtans. Iſtam quæſtio. ponit Cyn. in d. l. non eo minus. & eam reaſſumpſit Barto. in d. l. ſed ſi vnius. §. ſeruus. ff. de iniur. in fin. vbi dicit, quòd quælibet obligatio qua iſti tenentur eſt principalis, nec obligatio cedit obligationi: licèt factum accedat facto. Et remittit ad not. per gloſ. in l. qui ſeruo. §. j. ff. de fur. Sed Bald. in d. l. non eo minus. in verſi. x. quæritur. allegat Cy. ibi, qui tenet, q̃ mandans eſt æque principalis, & magis, ſicut ipſe mandatarius. ad quod allegat Bar. in l. ij. §. non homines. ff. ví bo. rap. vbi mandãs dicitur caporalis & principalis. facit C. ad l. Iul. de vi. l. quoniã multa. & hoc dicit verũ de mandante, qui obligatur ex eodem facto cum mandatario. Sed quando mandans propriè non obligaretur vt mandans, ſed de conſilio vel ordine delicti: tunc mãdatarius debet magis dici acceſſor. l. hęc verba. ff. de adulte. & huius inueſtigationis effectus eſt. Quia qui obligatur acceſſoriè, obligat ad illam pœnam, ad quam tenetur principalis. C. de epiſ. & cler. l. ſi quanq̃. Sed qui obligatur æque principaliter, poteſt ſuo modo, & ſua pœna teneri[a].

ADNOTATIO. a ¶Teneri. Adde tu & vide Cepol. in conſilio xxxiij.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde, & dic quòd prædicta non militarent, vbi per ſolum mãdatum delictum eſſet perfectum. Secus ſi nõ perficeretur, niſi ſecuto mandato ad effectum: vt ſuprà dixi in illa q̃. vj. ſupra, an mandans teneatur ex mandato, vel ex delicto poſtea ſecuto: quia tunc mandans ipſe indiſtinctè tenetur: vt principalis, & non acceſſoriè: vt probatur in tex. in c. pro humani. extrà de homicid. lib. vj. ſuper verbo, mandauerit. & ibi gl. Quinimò, impoſſibile eſt, quod mandans teneatur vt acceſſoriè, ſed ſemper videtur tenere: vt principalis, & probo argumento inconuincibili ex doctrina Bal. in l. athletas. §. Pomponius. ff. de his qui notan. infa. quia dixit per gl. in l. ſi plures. ff. de iniur. qd' maiori pœna punitur mandans, quàm faciẽs delictum: quia mandans plus deliquit: quia illud dicitur eſſe maius delictum, quod dinumeratur inter plures perſonas facientes. d. l. ſi plures. ff. de iniur. Si ergo puniretur tanq̃ opẽ præſtans, puniretur tanq̃ acceſſorius ad delictum, & eadem pœna puniretur: vt l. ſi quanq̃. C. de epiſ. & cle. Sed multas limitationes in hac materia vide per Salice. in d. l. non ideo minus. C. de accuſa. in ver. quæro octauò. pro intelligentia text. & materiæ dic vt ibi: quia multum eleganter loquitur. Adde tamen Bal. in l. data opera. C. qui accu. in pe. char. qui videtur velle, qd' mandans ſit acceſſorius.

38 *Mandans an teneatur ex ſola attentatione mandatarij, non autem perficientis delictum.*

38 **Ange.** †Decimoſeptimò quęritur, an ſi mandatarius tantummodo tentauit, ſed non perfecit delictum, an ex ſola attentatione mandatarij mandans teneatur. Iſtam quæſtionem format Bal. in d. l. non ideo minus. in verſ. Item quæritur an mandans &c. Et primò dicit quòd non: quia l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cleri. non dicit, quòd mandans teneatur: quia mandatarius non eſt ſecutus formam mandati. Sed contrarium ibi determinat: quia qui mandat præcedentia, videtur etiã mandare ea, quæ ſunt præambula. argu. ff. de procur. l. ad rem mobilem. probatur: quia mandans tenetur nõ tãtùm quando mandatarius facit totaliter, ſecundùm mandatũ, ſed etiam quando facit iuxta mandatum. l. ita tamen. §. penul. ff. iudi. ſoluí.

Auguſti. Adde tamen contra, quod iſtam deciſionẽ facit text. in c. pro humani. extrà de homic. in vj. ibi, quanq̃ mors ex hoc forſitan non ſequat', induceñ. ibi tex. à ſpeciali. vbi ſi ſpeciale eſt, quòd ille qui mandat aſſaſſino in illo caſu vt aliquem interficiat, ſpecia le eſt ſi nõ totaliter ipſum interfecit. Sed ſi attentauit delictum, nihilominus tenetur. Ergo in contrarium eſt ius commune, niſi dicamus, quòd in hoc ille tex. non inducit iſto caſu aliquam ſpecialitatem. Sed ibi bene eſt alia ſpecialitas: vt patet ibi in tex.

39 *Mandans an teneatur, ſi mandatarius excedat fines mandati.*

39 **Ange.** †Decimooctauò econtra quæritur, an mãdans teneatur, ſi mandatarius excedit fines[b] mandati. Iſtam q. format Bald. in d. l. non ideo minus. in ver. item quæro, an mandans teneatur ſicut mandatarius. vbi concludit, quod aut ſeruare fines mandati non eſt in poteſtate mandatarij, & tunc mandans in totum tenetur: vtputa mando tibi quod gladio aliquem vulneres, & nõ occidas, hoc non potes facere: quia etiam modicum vulnus eſt mortale. Vnde mortale, & non mortale non eſt in poteſtate facientis. Nam concludit, quod iſto caſu mãdator tenetur de homicidio, ac ſi mãdaſſet homicidium fieri: vt eſt caſus in c. ſi. de homi. lib. vj. Aut ſeruare fines mãdati, & erat in poteſtate mãdatarij: vt ſi mãdo tibi vt percutias aliquem extra plateam, percutis in platea: certè nõ teneor. argu. l. diligenter. ff. mand.

b ¶Fines. Vltra ea quæ ponit j. d. Ang. audi tu & vide Bal. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis aliter. ff. de acqui. hære. & Alex. de Imo. in conſi. cxxxviij. in j. vol. & Bar. Cep. in conſil. xxxiiij. Ber.

Augu. †Tu autem in hac materia adde, qd' cõtra prædicta videtur eſſe deciſio Inn. in c. ad audientiam. extrà de homi. Et vide Hoſt. in c. Petrus diaconus. extrà de homi. Sed ego nõ recedo à deciſione Bal. in d. l. non ideo minus. quam amplio. quod fortius eſt nõ tãtùm habere locum in expreſſo mandato, ſed etiam in tacito: vnde d. Abb. in c. ex literis. extra de exceſ. præl. per illum text. dicit, qd' ibi videtur caſus, qd' ille epiſcopus de quo ibi, qui tacitè videbatur mandaſſe, quòd ille miniſter ſuus verberaret aliquem, quod ſi mors ſecuta eſt poſtea, tenetur: ad hoc extendit d. c. fin. Adde aliam limitationem quam poſuit Bal. in c. cum mandati. C. man. niſi dominus mandaſſet, vt mandatarius vulneraret cum cultel lo ita paruulo, qui non eſſet aptus ad occidendum, & ille exceſſit fines mãdati: quia tunc nõ militaret diſpoſitio d. c. ſi. extrà de homic. in vj. quod not.

40 *Sententia lata pro mandatario, an proſit mandanti.*

40 c **Ange.** †Decimonono quæro, an ſentẽtia lata pro mandatario proſit mandanti[c]. Iſtam q. ponit Cyn. in d. l. non ideo minus. & Bal. in ver. Item quæro an ſententia lata. Vbi concludit, quod cum ſit poſſibile mandatarium non teneri: quia tamen tenetur mandans, tunc liberato mandatario, non prodeſt ei. Præterea ſi non eſſet poſſibile vt in furto, tamen res inter alios acta nõ præiudicat. ff. de adul. §. quæritur. l. denunciaſſe. facit l. Lucius. ff. de his qui not. infa. facit quia poteſt agi ſimul cõtra mãdantem & mandatarium: vt l. j. C. ſi reus vel acc. mor. fue. quod fieri poſſet, ſi ſententia generaret præiudiciũ in alterum. l. j. §. fi. ff. ſi fami. fur. feciſ. dic. facit l. j. & quod ibi no. gl. ff. de fide inſtr. & ibi hoc not. omnes.

c ¶Mandanti. Circa hoc vide latè d. Alex. in l. ſæpe. ff. de re iudi. & in conſi. lxxxix. iij. vol. Ber.

Augu. Tu autem in hac materia adde, quod miror quod iſte doctor non allegauerit in terminis deciſionem Bart. qui ponit iſtam quæſtionem, referẽs antiquos in l. adultera. §. ſi eo tempore. ff. de adulter. Nam Dy. in c. ratihabitio, extrà de reg. iur. lib. vj. etiam ibi quęſiuit, vtrum abſoluto malefactore, videatur abſolutus mãdator. & ibi Dy. dixit aliter: quia aut abſoluitur: quia pronunciatur delictum non eſſe commiſſum, & tunc ſententia abſolutoria lata pro mandatario prodeſt mandanti. l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiur. Et per iſtam concluſionem limita allegata per d. Ange. hic ſecundũ dicta Cy. & Bald. in d. l. non eo minus. Sed Bar. ibi hoc reprobat in d. §. ſi eo tempore. & ita dicit Richar. Malum. determinaſſe contrarium in publica diſputatione, per d. §. ſi eo tẽpore. Nam delictum ibi erat coniunctum inter adulterũ & adulteram, & tamen abſolutoria lata pro vno nõ prodeſt alteri, niſi in caſu ſpeciali: vt ibi dicitur. Nec obſt. d. §. à fideiuſſore. quia ibi loquitur in iuramento quod habet vim ſolutionis: vt ibi dicitur. Aliud in ſentẽtia: quia regulariter ſententia lata pro fideiuſſore, non prodeſt principali. l. aduerſus. ff. de arbi. & concludit ibi Bar. ſecundùm Dyn. Idem ſi pronunciatur mandatarium non fuiſſe in culpa: quia iſta abſolutoria non prodeſt mãdanti: & vide bonũ tex. & ibi Bar. in l. denunciaſſe. §. fin. ff. de adulter. & dicta Bar. in l. j. §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. an acta & teſtes recepti pro mandante proſint mandatario, & econtra. & dicta Bal. in l. iuriſcon. C. quib. res iud. non nocet. An condẽnatoria lata contra vnum, nocet alteri. & Sal. in l. j. C. de rap. virg. & per Moder. in repe. l. ſæpe. de re iud. ff. & vide Albe. de Roſa. in iij. parte ſtatutorum. q. xlv. quę incipit, An autem ſententia abſolutoria. & ibi vide pro & contra. latè per Alb. in l. non ideo minus. C. de accu. & dicetur j. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbo. [quòd caput à spatulis amputetur.] in versicu. sed quæro an damnato dicto Titio.

41 *Mandans & mandatarius coram diuersis iudicibus conuenti, an possint petere se remitti ad eundem iudicem, & coram eodem iudice conueniri.*

41 **Ange.** †Vigesimò quæro, an mandans & mandatarius coram diuersis iudicibus conuẽti, possint petere se remitti ad eundem iudicem, & coram eodẽ iudice cõueniri. Istam q. format Bal. in d.l. non eo minus, circa fi. ver. Item quæro an mandans & mandatarius qui conueniuntur &c. & ibi primò arguit qd̃ sic, propter causæ connexitatem. ff. de iud. l. nulli. §. si quæritur. ff. de libe. cau. Et qd̃ no. Inn. in c. cùm M. ferrariensis. extrà de constit. Sed tamen dicit, quod de facto fuit determinatũ contrarium, & ratio fuit: quia isti obligant̃ de per se quilibet, & processus cum vno, non valeret cum alio. arg. d.l. nulli. & l. ij. C. de quib. reb. ad eundem iud. eatur. & l. j. C. de cri. expil. hæred.

Augu. Tu autem in hac materia adde, quod nemini dubium, qd̃ coram eo iudice non debet esse ista talis cognitio, cũ penitus ista sint separata, & sententia siue absolutoria, siue condemnatoria lata pro vno vel contra, nõ prodest, nec nocet, per ea quæ dixit Bar. in l. adultera. §. j. ff. de adul. & Dy. in d.c. ratihabitio. & Bald. in l. iuriscon. C. quib. res iudi. non noc. & not. in l. sæpe. ff. de re iudic. Nec video rationem: quare ista remissio fieri debeat. Limita tamen: vt per d. Nellum in tract. bannitorum. in ij. parte primi temporis. in q. vij.

42 *Mandans non expresè: puta quia non dixit, uolo quòd interficias Titium, sed dominus cui fuerit illata iniuria dixit famulo, non redeas domum, si ego non sentio aliquid de negotio isto, an talis dominus mandans, si famulus occidat iniuriantem, teneatur ex mandato.*

42 **Ange.** †Vigesimoprimò quæro, pone quòd non fuit mandatum expresse: puta quia non dixit nec̃ vsus fuit istis verbis quæ sunt in l. j. ff. man. quia non dixit, mando, volo, rogo qd̃ Titium interficias, sed dum quidam dominus cum suis famulis rediret domum, cui iniuria illata fuerat, vel pater dicto filio, amplius redeas domum, si ego non sentio aliquid de negotio isto. An si filius, vel famulus postea interficiat iniuriantem: dominus vel pater teneatur ex mandato. Ista quæstio fuit semel de facto Florentiæ, & quidam dominus propter dictũ mandatum fuit decapitatus: vt refert Bar. per illum tex. in l. si quis mihi bona. §. si quis mandauerit. ff. de acqui. hære. qd̃ perpetuò not. & maximè tu paterfamilias, vel domine, quod bene aduertas quomodo loquaris cum filio vel famulis quibus est illata iniuria, ne postea possit dici, qd̃ ex mandato tenearis.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, qd̃ periculosa videtur ista decisio, & maximè in criminalibus, quod illa directa verba per dominum in famulum, cũ directè dominus non videat̃ mandare, importãt mandatũ, & negare nõ possumus, quin sint dubia, & in pœnis debemus in istis ambiguis interpretari in mitiorem partem. l. interpretatione. vbi est casus, sed ego nõ recedo ab opi. Bar. quæ est cõmunis: quã sequuntur Ange. & Imol. in d. §. si quis mandauerit. pro qua cõclusione allego tex. & ibi do. Abb. ponderantẽ illum tex. ad hoc in c. ex literis. extrà de excess. præl. & fortius dixit Bal. in l. j. C. de ser. fug. in iij. co. qd̃ si loquor tibi in aure[a], & statim occidas vnũ qui sit meus capitalis inimicus, debeo puniri tanq̃ mandator illius homicidij. alleg. Bart. in l. si vẽtri. §. fi. de pri. cre. licet Bar. ibi videatur loqui, sed aduertas[b] limitando cõmunem opi. qd̃ verum est, si dico famulo, facias qd̃ nõ reuertaris quin sentiã noua de iniuria tibi illata, & tu occidas illum, qd̃ ego videor mandare, qd̃ tu cõmittas illud homicidiũ. Nã est hoc verum, si iniuria grauis fuit illata illi famulo, vtputa vnum vulnus, sed si vna alapa fuisset sibi data, vel alia iniuria nõ multũ grauis, & hoc debet esse in arbitrio iudicis: tũc si illi famulo qui habuit illam alapam: dico ego dominus, facias qd̃ ego sentiam noua, & ille famulus occidat illum iniuriantẽ, tunc nõ teneor ego dominus tanc̃ mandans fieri illud homicidium. & probatur per l. j. C. vnde vi. per gl. & Bart. in l. fi. ff. ad l. Cor. de sicar. quia si habuisti iniuriã cum alapa, debes defendere cum manu. & sic in singulis limita, vt per Bal. in l. si literas. C. man. in fi. Et limita etiã dicta Bar. per doctrinam Bal. in l. c ũmandati. C. mand. nisi dominus dixisset famulo, fac cum isto cultello sentiam noua, & ille cultellus erat ita paruulus, qd̃ nõ erat aptus ad occidendum. Et ille occidit, & sic excessit fines mandati: quia videtur solum mandasse de vulnere: vt dixi supra in xvij. q. in hac eadem gloss. Pau. verò de Cast. per illum text. cũ gloss. in l. j. ff. de his quib. vt indign. videtur habere aliam opinionem in prin. q. Bart. hic.

a **ANOTATIO.** gIn aure. Adde tu et vide Ioan. de Ana. in consi. lix.

b ¶Sed aduertas. Adde quod opin. Bart. et Ange. hic sequitur Pau. de Cast. in consi. cclxij. et ibi poteris colligere pro veritate huius limitationis, et in materia vide Alex. de Imo. in consi. cxxvij. in iij. li. Ber.

43 *Persuadens siue consilium præstans, an teneatur.*

44 *Opem præstans, licet indistinctè teneatur, etiam si malefactor erat perpetraturus delictum, tamen limitatur, nisi fauor sit simplex, & malefactor omnino maleficium commisisset sine ope uel fauore meo: quia tunc opem præstans mitius punitur.*

29 nuisse. † Item inquantum dicunt, quod inimicitia est sufficiens indicium ad torturam.Adde quòd aliàs de facto vidi allegare doctrinam Specula.in titulo, de præsumptionibus.§.primo.versiculo, sed pone. & ibi Ioannes Andreas,qui dicunt quod si vnus reperitur interfectus,& habebat aliquem inimicum, potest capi ille inimicus & torqueri: quia hoc solum est sufficiens indicium ad torturam,sed ista decisio est falsa : quia aliàs sequeretur qp vnum indicium remotum à facto, sit sufficiẽs indicium ad torturam,per doctrinã Bar.in l.fi.ff.de quæstio.& ideo Imo.in l.fi.ff.de hære.instit.videtur destruere illam doctrinam Specula.& Gandin.in tracta.maleficiorum.sub rubri.quæ debeant præceden.quæstio.qui vult, qđ concurrant alia indicia cum isto indicio, si ille qui inculpatur erat inimicus offensi:& latius dicetur j.in ea.gl. ibi,quæro reperitur aliquis occisus & ignoratur à quo.

ADNOTATI. a ¶Adde tamen quod pro opinio.Thomæ,No. quod Tho.de Piperata posuit tres casus seu tria exempla præsumptionis violentissimæ seu indiciorum indubitatorum: in quibus voluit habere locum.l,sciant cuncti.C.de proba,& in quibus ex indicijs possit quis damnari: & cum eo transit Abb.in c.tertio loco.de prob.in c.quanto.de præsump.& satis idem sentit in c.quia verisimile.eo.tit.reprehendit enim Bar.in d.l.fur.est solùm in exemplo. de adul.vt patet ex dictis ipsius Abba,in dicto cap. tertio loco. de probationibus. & in cap.tertio loco.de præsumptio.& cum Tho. transeunt multi quos hic refert. Sed est dubium an in omnibus dictis casibus & exemplis,possit quis damnari,non dico ad mortem: quia communis opi.est quod non: post Inn,in d.c.quia verisimile. & sequũntur doct.hic relati,sed ad pœnam mitiorem ordinariam: & videtur de mente sequentium ipsum Thomam quòd sic:tamen Ioan.Andr.in dicta addi.& Ange.& Imo.contra relatio. videntur sentire quod solum ad torturam,& concordantes cum eis: licet Io. And.in primo exẽplo transeat cũ Thoma quod ad condẽnationẽ sufficiat:& sic vident contra dicere,nisi dicamus saluãdo, qđ qui dicunt nõ sufficere ad condẽnationẽ sed ad torturã loquunt quãdo vellet

vellet iudex procedere ad condemnationem pœnam ordinariam, quia ad talem effectum potest torquere,et non excludant cõdemnationem mitiorem:patet quia ex præsumptionibus etiam non adeo violentis potest quis damnari ad pœnam pecuniariam vel lenem corporalem,vt suprà in.ij.limita.et nota quia hic in dicta limitatio.ij.expresse sentit quòd in secundo et tertio casu Tho. potest sententia ex præsumptionibus in pœna pecuniaria vel corporali mitiore.In primo vero exemplo Tho.licet Ioã. and.post Tho. vellet pœnam ordinariam,seu sentiret imponi posse:vt in.iij. limitatio.tamen Specu. ibi relatis Gand. Mathesi. Roma.et alij relati contra.

30 *Testis unus integer,non autem seruus aut vilis seu infamis facit indicium maleficio.*

30 **Ange.** †Et bene nota.quia dixit quod vnus testis integer de maleficio,facit indicium: quia secus si non esset homo integer,vt seruus vilis vel infamis: tunc etiam deponens de visu non facit indicium:vt.l.j.§. idem cornelio.& ibi Bar.ff.de quæstio.

Augusti. Tu adde quæ dixi supra in hac eadem gloss.in versicu.quæro qualiter probetur indicium. vbi ad hoc multas decisiones allegaui in proprijs terminis,quas non replico breuitatis causa.

31 *Particeps criminis aliquando non est idoneus testis ad indicium contra socium, aliquando sic,*

31 **Ange.** †Quæro an particeps criminis dicatur testis idoneus contra socium ad indicium. dic quod non:vt no.gl.in.l.filium.C.de lib.cau.& sic nõ fuit interrogandus de socijs:vt.l.fi.& ibi per glo.& doc.C.de accu.& ideo interrogatus etiam si sua sponte dixerit non facit indicium contra socium:vt not. Barto.in.l.j.§.si seruus.ff.de quæstio.Etiam si inculpatus sit malæ famæ, qđ est verum, nisi in casibus not.in.d.l.fi.ex quo Bart.in.l.sepe.§.j.ff.de quæstio.dat certam doctrinam, de qua dic vt ibi per eum:sed Sali.in.d.l.fi.ver.nunc oppono contra secundam quod &c.concludit quod sunt cõsiderandæ qualitates personarum & delictorum.Nam aut inquisitus est seruus & de socijs est interrogandus:vt.l.quicũque.C.de ser.fug.&.l.j.in fi.ff.de quæst.Si verò erat liber homo, & tunc in criminibus quæ regulariter sine socijs non cõmittuntur interrogari possunt:vt.l.prouinciarum. C. de fer.

Item de falsificantibus monetam:quia plures in eo ministerio sunt necessarij:vt. l. j. de fal. mo.idem in crimine læsæ maiestatis:quia vnus solus tantum committere non posset. Idem quando tendit ad salutem communem omnium:vt.l.fi.C.de malef.& mathe.vbi autem delicta non sunt ita atrocia:& sunt delicta quæ sine socijs vt plurimũ committi solent,tunc de socijs non est interrogandus, & interrogatus non præiudicat illis nominatis quæ omnia not.Sed Ant.de but.in.c.j.de cõfes.tenet simpliciter opi. Bar.sed quod socius faciat indicium contra socium:videtur tex.in.c.j.de testi.& ibi Inn.& Ant.de but.& est tex. & ibi But.in.c.veniens.el.j.eo.tit.facit tex.in.l. cùm seruum.C.de ser.fug.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod licet inueniam & glo.& doct. vario modo locutos fuisse in hac materia:tamen non recederem à sententia illorum qui fuerũt magni practici in maleficijs. Nam reperio Gand.in trac.malef.sub rub.de quæstio.& tormen.in vers.bonas quæstiones de tormentis. ibi aliquis subijcitur tormentis confitetur contra alium: nunqd statur dicto suo:concludit ibi veram esse opi.Azo. quod socius non facit indicium cõtra socium, nisi in ceteris casibus specialibus,in.d.l.fin.C.de accu.enumeratis ibi per gl.Quinimo ibi concludit quod etiam in illis casibus specialibus si non præcedant alia indicia non creditur socio. Et istam sententiam tenet Guid.de suza. in trac. malefic. sub rubri.qualiter reus subijcia.tor.in fi.j.col.& ambo præfati doc.cõcludunt quod imo si persona nominata sit malæ conditionis & famæ:etiam propter talem nominationem,non poterit subijci tormentis de iure: exceptis casibus illis exceptuatis.Et ideo Ang. & Roma. quos doct. iste non vidit in.l.& si certus.ff.ad silla,dicunt quod bene

a verum est quod socius[a] contra socium facit indicium ad formandam inquisitionem non torturam. Quinimò Ro. in dicta.l.& si certus.dicit,quod ista est communis sentẽtia.& Arch.in.c.nemini.ix.q.iij.dicit, quod præter casus exceptos:socius contra socium non facit indicium.Et de materia,adde vltra istum doct.dicta Pet.de ancha. in.c.j. de confess.in.vj.& latissimè scripsit vltra omnes doc. Abba.in.c.j.extrà de confess.& vide gl.in. c. quoniam.extrà de testi.& ibi per doc.& Bar.& Ang.in.l.fi.C. de accusa. quicquid sit in practica non recederem à gl.huius.l. fi. C. de accu.approbata & declarata ab illis summis doct. qui fuerunt magni practici in maleficijs,scilicet Gan.& Gui. de suza.Et ideo do.Abba.in.c.j.extra de confes.bene facit dum reprehẽdit in aliquibus Bar.in hac materia in dicta.l.repeti.

ADNOTATIO. a ¶Socius criminis facit indicium ad inquirẽdum.adde Sal.in.l.ea quidem.in.xiiij.col.C.de accu.& adde Ful. in consi.lxxj.& Alex.de imo.in.l.j.§.fi seruus.ff.de quæst. Et de hoc vide latè per eundem Alex.in cõsi.cxxvij.in.iiij.vol.& in cõsi. cxxxij. in.j.vo.& vide Fran.de are.in consi.lxj.vbi quòd licet socius nõ possit interrogari de socio,nisi in aliquibus casibus: tamen quando de crimine agitur ciuiliter socius semper potest interrogari.alle. Spe. in tit.de teste.§.j.versi. item quòd est socius. Et vltra prædicta vide Cep.in consi.xxxj.Ro.in consi.cliij.in fi.& Pau. de ca.in consilio. ccxxiiij.in nouis.Et plenè de hoc per Alex.in consi.lxxxix.per totum.in.iij.volu.

32 *Testis qui non debet examinari,ut pater,si examinatus fuerit non facit indicium.*

32 *Laicus licet contra clericum non posit examinari in criminalibus, tamen examinatus facit indicium.*

32 **Ange.** †Quid si quis testis[b] non debuit contra malefactorem examinari, vt pater, filius, & alij
b commensales & domestici:vt.l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu.&.l.lege iulia.&.l.inuiti. &. l. parentibus.ff. de testib.an examinati faciant indicium,dic quod nõ: vt not.Barto. in.l. j.§.idem cornelio.& in.§.diuus.&.§.seruus.&.l.maritus.ff.de quæstio. & Bald. in. l. seruos pro domino. C. de testib. & in.l.si quis ex argentarijs. §.ij.ff. de eden.

b ¶Quid si quis testis.adde Alex.in consi.cxxvij.in iiij.vol.& Ro. in consi.cliij.& Barb.in consi.xxxv.inci.scribitur præclarè apud Ecclesiastes.Et qui sunt illi testes qui examinari non debent:vide latè per Fran.bru.in tra.de indi.& tor.char.j.colum.iiij.ver.vlterius generaliter quæro.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde dicta do. Abb.per illum tex.in.c.de cætero.extrà de testib.†vbi dicit quod licet laicus in criminalibus
33 non possit testificari contra clericum,tamen facit indiciũ & vide Bald.in.c.sacramenta.de consue.rec.feu.qui dicit quod testis non legitimè examinatus, faciet indicium. quam materiam intelligo secundùm dicta Bar.in.l.admonendi.in antepe.char.ff.de iureiur.& multa dixit Bald.in d.c.sacramenta.

34 *Indicijs omnibus existentibus contra reum,tunc indicium etiam urgens facit: si verò pro eo sint aliqua indicia,tunc indicia contra reum debent esse multum urgentia.*

34 **Ange.** †Et prædicta præcedunt : quando omnia
c indicia sunt contra reum.Si autem pro se[c] alia sunt indicia reum excusantia,tunc indicia contra reũ debent esse multum vrgentia:vt superent ea quę faciunt pro eius excusatione:vt no.in.l.j.§.j.in fin. de quæstio. & ibi Bartolus.

c ¶Pro se.adde Ful.in consi.lxxj.& dicta Ang. sequitur etiam Franc. bru.in trac.de indi.et tor.char.ij.col.iiij.circa fi.

Augusti. Tu adde id quod dixit Barto.in.l.ij.C. quo.appel.non reci.in.ij.col. qui alle. Io. and.in.c.cùm in contemplatione.extrà de reg.iur.dixit qp licet vnus testis de veritate faciat indicium ad torturam: hoc verum est nisi aliæ circunstantiæ resistant illi testi. & pro hoc facit optimè id quod dixit Salice.in.l. fina. C. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

accu.circa glo.in.l.in ciuile.C.de fur.

35 *Iuramentum non est indicium sufficiens ad torturam, nisi ubi in ciuilibus faceret plenam probationem.*

35 **Ange.** †Iuramentum autem nõ est indicium sufficiens veruntamen in casibus in quibus ciuiliter agendo facit plenam probationem:vt in.l.si quando C.vnde vi.& quod ibi nota.per gloss.& doct.in.c. fi. extrà quod met.cau.in illis casibus facit indicium sufficiẽs
a ad torturam.ita dicit Barto.ª in.l.fin.in fin. ff.de in lit.iur. quod not.

ADNOTATIO. a ¶Ita dicit Bar.adde,& vide Alex.ibi in apost.qui dicit hoc esse arbitrarium.ar.no.in.c. cum in contẽplatione.extra de re.iur.& maxime per Io.an.Ber.

Augusti. Adde tamen quod ibi Barto. loquitur per verbum,fortè:& sic Bart. ita ibi clarè hoc non videtur affirmare:quia certè durũ est quod asserenti se esse vi derobatum quod sibi credatur in criminalibus in facto proprio,& ad ponendum reum ad torturam quia vbi ex dicto vnius quis torqueri potest,opus est qd ille sit omni exceptione maior:iuxta no.per Bart.in.l.j.§. item cornelio.ff.de.q.&.s.latè dixi.

36 *Indicijs non præcedentibus,licet reus in tormentis confiteatur, & postea ratificet,non poterit condemnari:secus tamen si sponte & absque tortura confessus fuisset.*

36 **Ange.** †Aduertas tamen quod si indicia non præ
b cedant & inquisitio formetur non præcedentibus indicijs,licet reus confessusᵇ fuerit in tormentis,& postea ratificauerit:non tamen ex tali confessione etiam ratificata,& processu poterit damnari,vt est tex.cum gl. singulari.& ibi Barto.in.l.pe. ff. de quæstio. secus tamen si sponte & absque tortura confessus fuisset:quia tũc etiã non præcedentibus indicijs vel etiam non data indicio-rum copia ex tali spontanea confessione, potest damnari:vt est text.& ibi nota.in. c. j. de accusatio. libro. vj.ita not.Pet.de anch.in clemen.j.de homi. quod singulariter
c tene mentiᶜ.

b ¶Confessus non præcedentibus indicijs,vide Moder.in.c.at si clerici.in princi.de iudic.& istum.j.in versicu.comparent inquisiti & confitentur totum in vlti.colum.& vide Cepo.in consi. cv. & Barba.in consi.xxxv.

c ¶Tene menti.adde tu vltra ea quæ ponit hic Augu.quòd consilio. Ro.est nume.clxvij. Et vide Alex.in consi.v.in.j.vol.in consi. j.consi.xxxiiij.& consi.lij.in.iij.volu.Cep.consi.xl.& consi.xxxiij.& ibi dicit quòd confessio spontanea non verisimilis, non est sufficiens ad condemnationem.& vide consi.Pau.de ca.in consi.cclxvj.in secundo impressis,Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, quod contra istam conclusionem expresse tenet Bal.in.l.j.C.de confes.in.iij.oppo.qui vult quod si cõfessio est facta in tormentis sine indicijs dummodo sit ratificata nocet confitenti,vt possit damnari ad mortem: & ita solet allegari qd Sali.in.l.ij.col.ij.C. de cust. & exhib. reo.& hoc idẽ tenuit:& hoc est quod voluit dicere Imo. in.c.fi.extra de confes.qui dixit quod Sali. tenuit contrarium eius quod dicit Bar.in.d.l.pen.ff.de quæsti.Sed vos addatis & teneatis opi.Bar.pro qua allego Imo.post Ange.in.l.celsus.in fi.ff.de acqui. hære. qui dicit hoc notandum esse,qa poteris lucrari multas pecunias. Et ita aliàs obtinuit in personam vnius qui vocabatur Aug.de Arimino,& libenter feci,quia proprium nomen meum habebat & erat de ciuitate Arimini sicut ego, & tunc Romæ eram,& fuit in primo anno quo fui creatus aduocatus cõsistorialis.Pro qua conclusione in terminis vltra doc. allego Ang.hoc idem voluisse in.l.j.C.de confes. & Ang. in l.ij.C.quo.appel.non recip.& Gand.in trac.malefi. in materia torturæ sub rub.an confes.per tortu.quam non præcess.indic.& Gui.de suza.in trac.maleficio.sub rub. qualireus subijcia.tormen.in ver.sed quæro aliquis. & Bal. in addi.Spe.in tit.de confes.in.j.col.& Pet. de anc. in consi. suo.xxij.incip.In Christi nomine visa inquisitione.Plus dicebat ibi Pe.de anch.quod si apparet illum talem iniustè carceratum,& postea confessum non dicitur confessio legitima:nec ex ea reus est condemnandus per bonas rationes quas allegat & sequuntur Moder.in.d.§.celsus. & Ro.in consil.cxlix.licet Pau.de eleaza.contrarium tenuerit in commento.c.grauis.de depositis.& malefic.Et vide do.Catald.in materia syndica.in.q.ccxij. qui tenet qd talis ratificatio non tenet quando per torturam est habita confessio sine indicijs. Limitat tamen ibi hoc esse verũ quando ille reus non esset repositus in suam pristinam libertatem:secus si esset repositus, & postea iret ad iudicẽ & ratificaret quia ipse ex tali confessione obligaretur,ibi vide multa quæ allegat,quæ hic non transcribo:nam mihi hoc esset parum.Et licet iste do. Catald. non dicat, tamen reperio quod originaliter hoc fuit dictum Mathe.in notabilibus dictis suis,notabili.lvj. Nec obst. dicta Salice.in.d.l.ij.quia ibi Sal.non præsupponit quod nulla indicia præcesserint:vt in casu nostro nos loquimur. Et de materia per Flora.in rubri.ff.de proba.per quæ patet veram esse sententiam Bar.in dicta.l.penul. quod confessio facta in tormentis sine indicijs : etiam si millies esset ratificata non est sufficiens ad condemnandum hominem ad mortem. Adde tamen quod in tribus casibus potest quis torqueri sine indicijs,quos glo.enumerat.xij.q.ij. in c.quæstionem.

37 *Indicia non solum debent præcedere, & esse nota reo, sed debet dari copia reo.*

38 *Indiciorum copia danda est reo,quando iudex procedit inquirendo in casibus à statuto omissis,& à iure communi permissis:aliàs inquisitio non ualet.*

37 **Ange.** †Item aduertas quod non sufficit quod indicia præcedant & nota sint iudici, nisi detur copia reo & quod contra dicat,aliàs ad torturam poni nõ potest.& etiam detur copia aduocato suo:vt.l.custodias & ibi glos.Barto.& Ang.& Imo.ff.de pub.iudic. & nota.in.c.qualiter & quando.de accusat.Si tamen indiciorũ copia non fuerit data aduocato, non tamen propter hoc ipso iure vitiabitur processus:vt not.Bar.in.d.l.custodias argumen.l.j.C.de sen.aduer.fi.la.lib.xij.Si tamen reo postulante non detur copia diffamationis,& indiciorum,& vltra procederetur ipso iure,non valet processus:vt dicto c. qualiter & quando. & .c. inquisitionis. quod vltimum singulariter limitatur per Ange.in.l.si vacantia. C. de bo. vac.post formam specialis inquisitionis quò ad personas & delicta:vbi in effectu dicit quod quando inquisitio est remedium ordinarium,quod est quando de tali crimine ex forma statuti potest procedi per inquisitionem, tunc cum procedi possit fama non præcedente non est famæ
38 & aliorum indiciorum copia danda,aliàs sic. †Ex quo bene no.quod si tu iudex vis per viam inquisitionis procedere in casibus à statuto omissis,& quí permittuntur à iure cõmuni:iuxta regulas Bart. in.l.ij.§.si publico.& ibi glo.ff.de adul.Salic.in.l.ea quidem.C. de accusat. & dixi in glo.hæc est quædam inquisitio &c.quod copia indicio rum danda est,aliàs inquisitio non valet. Secundò, in dicto loco hoc limitat Ange.esse verum,nisi quando iu-
d inquirit ex mero officio ª,& non ad alicuius quærelam, vt.s.dixi in verbo,ex mero officio.ita etiam dicit Ant. de but.in dicto.c.qualiter & quando.in.iij.colum. Velter tiò quando procedit per inquisitionem ad denũciam syndici vel officialis,tunc copia famę non est danda:vt dicit Ang.in.d.l.si vacãtia.Sed an saltem aliorum indiciorum sit danda copia:videtur q sic:& sic saluatur opinio Bar.in d.l.custodias.&.d.§.si publico.

d ¶Ex mero officio.adde quòd etiam quando iudex procedit ex mero officio quòd copia indiciorum sit danda.tenet Cepo. in consil. lxvj.& ibi quòd iudex non dicitur procedere ex mero officio, quãdo est aliquis qui instigat.& vide Alexã.de imo.in consi. xlj.in.ij volu.vbi quòd iusta causa denegandi indicia reo est, quando reus esset iurisperitus,& iudex sibi legit copiam indiciorum: & idem quando esset timor subornationis testium propter potentiam rei: vt ibi per Alexan.& per Barb.in consi.xxxv.incip.scribitur apud ecclesiastes.

Augusti.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde vnam singularem limitationem quod verũ est quod copia inquisitionis & indiciorum est danda, nisi captus aliàs sit homo malæ conditionis & famæ:ita singulariter dixit Gui.de suza.in trac.suo malefic.sub rub. qualiter fiat inquisi.in principio qui dicit ista verba formalia.

Quæro nunquid facta & completa inquisitione testes debeant publicari & de eis fieri copia illi contra quem est facta dicta inquisitio.& breuiter determinat quod sic:per l.vnius.§.cogniturum.ff.de quæst.cum multis si. Tem perat tamen hoc esse verum si ille olim fuit bonæ famæ, aliàs non.Et hoc etiam voluit Gan.in tract.maleficio.sub rub.quomo.cognosca.de malefic.per inquisitio.in versic. sed quæro facta & completa inquisitione,nunquid testes & totus processus debent publicari:& de his debet fieri copia ipsi reo:ibi concludit quod sic. Temperat tamen hoc esse verum,nisi ille contra quem est facta dicta inquisitio,sit homo malæ famæ & vitæ:& olim sic est habitus. & allegat Specu. in terminis hoc voluisse.Et ibi dicit qd illud opus Specu.multum pro authentico reputatur. Et certè voluit allegare Spec.vbi ego allegaui.ŝ.in gl. in verbo,hæc est quædam inquisitio.in illo articulo, an quãdo iudex mero officio procedit,requiratur quod testes examinẽtur super infamia. Sed certè mihi videtur ista sententia periculosa,nisi limitaremus istam sententiam secũdùm quod aliàs Gandi.dixit sub eadem rub. quomo. cogno.de malefic.per inquisitio.in.iij.colum.in ver.sed nunquid in introductione testiũ.qui dicit quod doctores Bononienses semel interrogauerunt do.Fede.qui in hac materia dixit quod licet aliàs illi qui olim sit diffamatus qd sit homo malæ conditionis & famæ,copia & inquisitionis testium non sit danda: hoc verum vbi inquisitio est formata ex mero officio iudicis:secus si ad postulationẽ alterius:& istam partem credo veram, & intelligas sanè, quia intelligo prædictos doctores quod loquantur de copia inquisitionis:& solùm de copia testium super diffamatione,non de copia indiciorum,propter quæ ꝙs postea potest poni ad torturam:quia licet millies sit homo malæ famæ & vitæ:non dubito quin dari debeat sibi copia illorum indiciorum,per ea quæ dicta sunt: quia defensio quæ est de iure naturali,nemini est auferenda.l.vtvím.ff. de iusti.& iure.cum simi.Et ideo dixerunt Gand.& Gui. de suza.qui fuerunt magni practici in criminalibus , qd facta captura de ipso reo à receptis indicijs contra reum, ad hoc vt possit torqueri,& iudex vult ipsum torqueri.Si reus captus dicit,domine potestas antequam me ad torturam ponatis, detis mihi terminũ defensionis infra quẽ possim probare de innocentia mea:quia incontinẽti sum paratus probare per testes idoneos,& tollere omnia indicia quæ habetis contra me:quod iudex non debet ponere ipsum ad torturam:imo dare sibi dilationẽ ad destruendum illa indicia quæ habet potestas in reum. Ita dicit ꝙ dixit Lamber.de rampo.& hoc dixit Gand.in trac.malefi.sub rub.an volens probare contra indicia præcedẽ. ad tortu.admit.& idem Gui.de suza.in tracta.maleficio.sub rub.qualiter reus subijcia.tormen.in versicul. sed quæro ponamus quod præcedant criminis indicia. Vnde cõcludo indistinctè copiam indiciorum ad torturã esse dandam,etiam si reus sit homo malæ vitæ & conditionis,vel etiam si iudex procedat ex mero officio. Nec obstant ŝ.allegata,scilicet quod vbi iudex ex mero officio procedit,non est danda copia,quia intelligo & inquisitionis & infamiæ:& ita intelligo dicta Angel.in.d.l.si vacantia.& Gand.& Guid.de suza.aliter docẽt.essent ipsimet contrarij. Inquantùm autem dixi quodvbi ex mero officio iudex procedit copia diffamationis sit danda:intelligas materiam,vt dixi.ŝ. in gloss. in verbo, hæc est quædam inquisitio.

39 *Minatus est Titius alicui mortem, postea die sequenti ille cui factæ sunt minæ reperitur mortuus,an præsumatur mortuus ab eo qui minatus fuit.*

39 **Ange.** †Quæro quid si aliquis minatus sit alicui post mortem:postea verò sequẽti die ille cui factæ sunt minæ reperiatur mortuus,an præsumatur mortuus ab eo qui intulit minas. Istam quæstionem format glo.Cy.& alij in.l.metum.C.quod met. cau. & per Spec. in titu.de præsump.§.ij.versicu.sed pone.& Cy.in.l.j.C.si quis impera.maledixe.& Ray.& Bal.& Imo. in.l.fi.ff.de hæred.institu.& per Barto.in.l.famosi.§.j.ff. ad legem iuliam maie.vbi in effectu concludit esse aduertendum, an minator fuerit homo malæ famæ,& consuetus sit minas suas in interfectione hominum executioni mandare, & tunc licet Rayne.dicat quod est sufficiens indicium ad condemnationem : tamen Bald. ibi quem sequitur Imo. dicit quod non, ad condemnationem, sed quo ad ponendum ad torturam est sufficiens indicium, quia nemo ex præsumptionibus debet damnari. l. absentem, ff. de pœnis,sed probationibus claris, vt. l. fina. C. de probationibus &c.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod miror quod iste doc.hìc attribuerit istam determinationem Bald.contra Rayne.Sed hoc fuit originale verbum Specu.quem sequitur ibi Ioan.and.in addi.in titu.de præsumptio.§.j.versic.sed pone.Et istam sententiam secutus est Gandi.in tracta. malefic. in rubri. an possit emendam. coram vicar. domi. potesta. in versicu. item pone quod quídam mihi minatus fuit.Et ibi in effectu concludit per bonas rationes quod solùm est sufficiens indicium ad torturam,non ad condemnandum : & vide Salic.in.l.j.C.si quis impera.maledi.Adde Anto. de but.in.c.iij.loco.extrà de probatio. Et omnino Angel. in l.fi.C.de quæstio.& per Ange.in.l.j.C.de his quib. vt indig.Adde Abb.in.c.literas. extrà de præsump. post Bal. ibi vide Abb.in.c.scribam.in fin.extrà de præsump. Domi.de sancto Gemi.in.c.secundum.xviij.dist.aliquid per Bal.in.l.j.in.iij.colum.& do.Barto.in.l.fi.in penul.q.ff.de quæstio.dum dixit quod de homicidio præsumitur contra illum qui erat inimicus occisi,& ex minis capitalibus inducitur inimicitia capitalis:vt est gloss.nota. in.l.licet. ff.de arbi.

40 *Fama debet esse talis quòd non possit tergiuersari,& quæ possit generare scãdalum:aliàs talis diffamatio non sufficeret.*

40 **Ange.** †Et bene nota.quod dicta fama de qua. ŝ.
debet esse talis,quod non possit tergiuersari, & quæ possit generare scandalum:vt dicto.c.qualiter & quando. aliàs talis diffamatio non sufficeret, vt ibi.

Quæro quæ fama esse debeat & qualiter probari de-
a bet ª : vide Bartolum in lege de minore.§.tormenta.ff.de quæstioni.& Salice.plenè in dicta. l. ea quidem.C.de accusationibus.

ADNOTATIO. a ¶Probari debet. Adde tu, & vide circa hoc Alex.in consi.xc.in.ij.vol.& Fran.de are.in consilio. ciij. Ioan. de ana.in consilio.j.Fulg.in consi.clxxxiij. Rapha. cu. in consilio. lxiij.& lxxvij.Cald.in titu.de proba.consi.j.& Panor. in consi. xiij. Ber. Adde vltra prædicta circa probationem famæ : & vide Alex. de imo.in consi.ccxj.col.pe.ver.nec etiam.in.ij.volu.& in consilio. xix.col.pe.post medium.ibi,quæ singula &c.in.iiij.vol. & in consi. xxv.col.ij.& aliquid in consi.lxvj.col.fi.versi.& sic stat.in.iij.vol.et etiam in consi.lxx.eo.vol.Et quomodo probetur per eundẽ Alex. in consi.lxxij.col.ij.ver.nec etiam obstaret in.j.vol.& vide eundem in consi.lj.eo.volu.vbi quòd probatur per testes singulares,

Augusti Tu adde & vide dicta Gan.in tra.malefi.in rubri.vnde & à quo loco possit fama procedere.qui latè examinat istam materiam. & in rub.q ad famæ proba.pos.& debe.de iure admit.qui ponit quo modo fama sit probanda:& contra Bar.tenet Bal.in.l. de quibus.ff.de legi.in fi.& Bal.in.l.testium.C.de testi. in fi. & de materia per Ang.in.d.l.ea quidem.per Inno. & do. Ant.de bu.in.c.cũ oporteat.extrà de acc.per Bar. & Bal. in lectu.& in additio.in.l.iij.§.j.ff.de testib.per Bar.in.l.fi. ff.de suppel.leg.Tancre.in compendio suo pro & contra, fol.lxxix.q.x.per Flori.in.l.si arbiter. C, de probatio. per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bal.in aut.quod locum.C.de colla.& per Bal. in additio. Spec.in tit.de senten.in vlti.col.

41 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam.*
42 *Fama est indicium sufficiens ad torturam, si est uehemens contra malefactorem.*
43 *Item si cum fama adsit denunciatio syndici cum iuramento denunciantis Titiũ occidisse Caium.*
44 *Item si cum fama, probatum est etiam esse ipsum aliàs malæ famæ, & uitæ & conditionis.*
45 *Fama an sit sufficiens indicium ad torturam. dantur multæ remissiones.*

41 **Ange.** †Et an fama[a] sit sufficiens indicium ad tor a turam: dic vt ibi.& in.l.fi.eo.titu.per Bart.& Sali.in.d.l.ea quidem.in materia famæ:& facit gl. in.l.iij. §.eiusdem.ff.de testib.quæ regulariter dicit quod nõ:sed iuncta cum aliijs indicijs valet:vt not. Barto.in.l.j.§.idem cornelio.ff.de quæstio. Tene tamen menti sing.glos.in c.veniens.el.j.de testi.quæ dicit quod fama cum vno teste in causa ciuili facit plenam probationem: & sic sufficit ad condemnationem:secus criminali:quod bene nota.de quo tamen dic vt not.Bart.in.d.§.item cornelio.ff.de quæstio. Tene tamen menti sing.glos.in c.veniens.el.j.de testi.quæ dicit quod fama cum vno teste in causa ciuili facit plenam probationem: & sic sufficit ad condemnationem:secus criminali:quod bene nota.de quo tamen dic vt not.Bart.in.d.§.item cornelio. sed melius loquitur Barto.secundum Dy.Ray.& Oldra. in l.j.vbi etiam est glo.ff.de excu.tuto.dic vt ibi.& per Anto.de but.in.c.cum oporteat.de accus.de quo dic vt dixi in gl.j.in ver.comparent dicti inquisiti & negauerunt totum &c.in versic.quæro an ex diuersis generibus probationum.& hoc tenet Barto.in.l.si quis ex argentarijs. §.j.ff.de eden.

ADNOTATIO. a ¶An fama sit sufficiens indicium ad torturam.Adde tu,& vide Alex.de imo.in consi.v.suprà in aliijs apostil. alle.vbi quòd est sufficiens indicium ad torturam in eo,genere mali,de quo imputatur puta in furto quando est fama, quòd sit fur, vbi vide;& vide etiam Fran.de aret.in consi.xiij.Ro.in consi. vij. & de hoc plenè per Pari.de puteo in tracta.syndic.in ver.tortura. ver.an fama.& adde an fama de iure canonico probet:& sit sufficiens vt quis reputetur irregularis:vt eius impetrata non teneant: & vide Calde.in tit.de proba.consi.ix.& an si fama non habet certum autorem,sit sufficiens indicium ad inquirendum.& vide per Fran.de are.in.consi.lxxiij.

Augusti. Tu autem in hac materia, quia quotidiana est,adde quod istum passum late disputauit pro & contrà vltra omnes doct.Gandi.in tracta. malefic.sub rub.de quæstio. & tormen.in illa quæstione: sed de vno quæro, pone fore probatum de crimine per publicam vocem & famam.& randem concludit quod si cum fama est vnum aliud indicium,tunc per famã potest poni ad torturam reus. Idem Gui.de suza.in tract.malefic.sub rubri.qualiter reus subijcia.tormen.in prin. qui dicit puta qui erat inimicus.puta quia iactatus est vel fugit &c.& hoc dicit Gan.secundùm iura ciuilia, secũdùm iura canonica:cùm fama faciat semiplenam probationẽ, & equiparetur dicto vnius testis.c.illud.extra de pſump. &.c.si quis.extrà de purga.cano.cum simi.tunc per solam probationem famæ quis poterit torqueri:& subdit quod communiter assessores hoc obseruant.Subdit tamẽ quod multoties vidit obseruari pro & cõtrà, per iudices & assessores secundùm varias & diuersas opiniones diuersorum.Ego autem si assessor essem hoc non facerem, quod
42 per solam famam ponerem vnum ad torturam. †Limitarem tamen prædicta secundum quod dicit Bar.in quodam consi.suo.clxxxvj.incip.Domino Paci de burgo sepulchri legum doctori. qui dixit quod si fama est vehemens contra malefactorem,tunc est sufficiens indicium ad torturam.Et ita reperio Bal.tenuisse in.c.j.de pace iu-
43 ra.fir.in.viij.col.& habetur in.d.§. tormenta. †Secũdò limitarem nisi cum probatione fama esset dictum syndici cum iuramento:qui ita denunciauit Titium occidisse
44 Caium.ita consuluit Barto.consi.clxxxvj. †Tertiò limitarem vbi contra illum malefactorem contra quem viget fama de delicto commisso probatum est etiam esse ipsum,aliàs hominem malæ famæ & vitæ & cõditionis. Ita multum copiose probauit Gandi.in tract.malefic.sub rub.ex quo tempore possit fama incipere. versicu.sed pone quod crimen,& affirmaui etiam in fin.illius,q.in versi,

45 sed de vno quæro.quam.§.allegaui. †Et an fama sit sufficiens indicium ad torturam. Adde Bal.in additio. Spec. in tit.de senten.in vlti.col.& Ant.de but.in.c.veniens.extrà de testi.in.iij.col.Abba.in.c.j.extra de deposi.pulchra verba Ang.in.l.fi.C.de quæstio.Et dixit Bal.in.l.ij.§.eiusdem.ff.de testi.in addi.quod vbi est varia opinio gentiũ, tunc fama non est sufficiens indicium ad torturam. Et omnino vide Bald.in.l.milites.C.de quæstio. Moder. in ista materia latè loquuntur in.d.c.veniens.Cõsuluit Pet. de anch.in consi.suo,vbi omnino vide.cclxiij.quod fama non est sufficiens indicium ad torturam:& ibi ponit quo modo testis debet deponere super fama. Adde do. Caral. in trac.syn. q. cxxvij. vbi tractat materiam quando fuga facit indicium:& ibi ponit etiam de fama.

46 *Fuga an faciat indicium sufficiens de maleficio: & an faciat probationem plenam uel semiplenam seu indicium.*

46 **Ange.** †An fuga[b] sit sufficiens indicium pro male b ficio.dic quod aut fugit reus antequam cõtra eum ad aliquid procedatur:quia nondum est accusatus, nec iudex aliquid præparauit:& tunc facit indicium & suspicionem contra eum:vt.l.lege cornelia.ff.ad silla. sed si postquã ipse accusatus vel inquisitus est anfugit vel stat cautus non eundo per ciuitatem propter crimen capitale sibi ascriptum,tunc non est,præsumptio propter hoc cõtra eum,quia iustè debuit & potuit timere: ita singulariter dixit Bar.in.l.j.ff.de his qui sibi mor.consci.aliàs autẽ, an fuga faciat plenam vel semiplenam probationem, vel indicium.plenè ponit Barto.in.d.l.lege cornelia.vbi dicit quandoque fuga obijcitur alicui pro crimine, & tunc ea probata probatur crimen:vt.l.desertores.C.de deser.&.l. desertorem.ff.de re mili.quandoque fuga obijcitur alicui in probationem alterius criminis non vt crimen pro se,& tunc quandoque est crimen solius suspicionis, & tunc fuga est plena probatio,quia facit quem suspectum:vt.l.in puberibus.ff.de suspe.tut.quandoque est crimen de quo requiritur plena probatio de ipso facto non de suspicione tantùm,& tunc fuga regulariter non facit plenã probationem:vt.l.j.C.de rap.vir.§.j.& ibi doc. C. de exhibẽ. reis.& in aut.§.suscepto.sed verum indicium facit semiplenam probationem:vt no.glos. in.l.in bonæ fidei.C. de re.cre.&.l.admonendi.ff.de iureiur. & ibi vide Angel. in ver.in eadem gl.ibi,per fugam.sed aduertas ad hoc, quia plenius no.Sali.in.d.l.in bonæ fidei.& etiã aduerte quod illud quod dixi secũdum Bar.in.d.l.j.de his qui sibi mor. consci.quia Lud.de Ro.in.d.l.lege.dupliciter limitat.Primò quãuis nondum interuenerit accusator:tamẽ si interuenerit libellus minatorius de accusando:quia de hoc re sultat in multis casibus effectus idem qui resultaret ex libello accusatorio:vt est tex.in.l.miles.§.sicubi.ff.de adul. Secundò nisi alia suspicio laboraret contra fugientem, quia tunc etiam fuga abrepta post accusationem vnà cùm hanc maximam inducit suspicionem.argumen. nota.in.l.fina.C.qui nume. tute. & vide gloss. nota. in aut. de exhiben. reis. §. si verò.in gloss.fina.vbi familiaris recedens fugitiuè, videtur quod si res quæ in domo de qua fugit, non reperiuntur, sit furatus: quam glos.bene nota.

b ¶Quale indicium faciat fuga.Et vltra ea quæ.j.ponit do.Ang.adde Bal.in consi.cxxij.&.cxxx.& Alexã.de imol.in consi. cxliij.in ij.volumi.Cuma.in consi.xliij.& Ioan.de ana.in consilio.j.& quod & quale indicium faciat fuga. vide etiam per Francis. bru. in tracta.de iudic, & tortu,char.iij.colum.j. versicu. Item potest esse aliud.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde omni no pulchra verba Bal.in.l.in bonæ fidei. C.de iureiuran.in penul.colum.qui ponit de officiali qui syndicatur & aufugit vel de ciuibus qui propter partialitatem aufugiunt:& vide vnum bonum verbum Bartolus in.l.quid sit fugitiuus.per illum text.in.§.primo.ff. de ædil. edic. & tene menti, quod Angel. in. l. fina. C. de quæstio, in hac materia an per fugam quis possit torqueri:

torqueri:multum magnifacit doctrinã Bart.quam posuit in.l.j.ff.de bo.eo.qui mor.sibi consci.& sequitur Ro.in.d. l.lex cornelia.& adde Bal.in addi.in.l.cum ꝓbatio.ff. de proba.& ibi indistinctè dixit quod est sufficiẽs indicium ad torturam:quæ doctrina mihi non placet.Et ideo Gui. de suza.in trac.malefic.sub rub.qualiter reus subijci. tor. voluit quod si cum fuga fuisset aliud indiciũ, scilicet publica vox & fama contra fugientem, tunc possit fugiens torqueri:quia aliàs sequeretur quod vnum indiciũ remotum à maleficio,sufficeret ad torquendum, quod est falsum,vt.§.dixi.Et de materia,adde Gan.in trac.malefic.in rub.de quæstio.& tor.in illa quæstione,quæ debeant præcedere quæstiones.Et de materia,vide Bal.in.d.l.lex cornelia.ff.ad silla.& latissimè vltra omnes posuit istam materiam Io.an.in addi.Spe.in tit.de præsump.§.ij.versi.violenta præsumptio.& Pet.de anc.per illum tex.in.c.literis extrà de pig.& Io.de imo.in. c. nullus.extra de præsum. & Bar.in.l.impuberibus.§.j.ff.de suspe. tuto.& Bar. post gl.in.l.admonendi.ff.de iureiu. & ibi in effectu approbat dicta per ipsum in.d.l.lex cornelia.& idem Ro.in.d.l.admonendi.in fi.Et adde Bal.in.l.j.C.de requi. re.& Bal.in l.si cõsiliarios.C.de assesso.Adde aliam pulchram limitationem Ro.in.d.l.lex cornelia.ff.ad silla.in.iiij.col.quãdo quis post accusationem fregit carceres & aufugit: quia potest procedi contra eum tanquam contra confessum:p l.in eos.&.l.fi.ff.de cust.reo.Et de materia,vide Old. consi.suo.lxij.quia dicit quod fuga facit semiplenã probationem:& vltra omnes doc.in hac materia loquitur do. Caral.in suo tra.syn.q.cxxvij.& in hac materia opi. Bar.quã ponit in.d.l.j.ff.de bo.eo.sequitur & magnificauit Math. in not.dictis suis,nota.clxv.

47 *Statuto an fieri possit quòd omni casu fuga faciat plenam probationem.*
48 *Statuto an possit fieri quòd stante rumore de commisso delicto in ciuitate, fugiens capitaliter puniatur.*

47 **Ange.** †Quærit Lud.in.d.l.lege cornelia. an sta tuto fieri possit qd' omni casu fuga faciat plenam probationem:& arguit quod sic.ar. c. cum dilectus. de fi.instru.& quod no.in.c.ij.de proba.& quod not. Inn. in.c.cum P.tabellio.de fi.instru.Sed contrarium tenet,quatale statutum est contra ius commune,vbi ex suspicionibus quis non debet damnari.l.absentem.ff.de pe.Itẽ non potest facere quod debitum vsurarum probetur per vnũ testem:vt no.Fede.de se.in consi.xvij.&.xviij.& Bald. in l.solam.in fi.C.de test.&.l.si non speciali. C. de testa.dicit quod non potest statuto fieri,quod per vnum testem tantum non reddentem sufficientem causam, possit probari
a cõtra bannitum,quia est contra ius commune[a]. †Que
48 rit idem in.d.l.an per statutum possit fieri quod stante rumore de commisso delicto in ciuitate fugiens capitaliter puniatur.Et breuiter dicit quod eo casu quo ex fuga nõ resultaret nisi suspicio:quod aut tractamus an possit puniri ratione delicti commissi: aut ratione alicuius actionis intentare:primo casu aut fugiens est citatus:ita quod fuit contumax,& tunc possit virtute statuti. Item etiã ratione contumaciæ quæ in hoc casu est delictũ:vt.l.omne delictum.§.contumacia.ff.de re mil.aut non fuit citatus, & tũc nullo modo valet statutum.Primò,quia citatio est de iure diuino:vt in clemen.pastoralis.de re iudica.Secũdò,quia damnaretur ex præsumptionibus quod non est dicendum,vt.§.dixi.Et hoc colligitur ex verbis Bald. in l.j. C.quomodo & quando iu.& isto casu dicit statutum non valere:quia ex contumacia non potest quis capitaliter damnari,secundùm gl.iiij.q.j.in sum.quam Bal. dicit non esse alibi in repet.l.data opera. C.qui accu.non pos. ergo multominus per simplicem fugam.

ADNOTATIO. a ¶Contra ius commune. Adde tu Cal.in consi.iiij.& quod statutum per quod crimen vsuratum possit probari per vnum testem valeat:tenet idem Cal.in tit. de consti.consi. xxij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde qd' iste ambæ decisio.Romã.videntur falsæ:quia principale fundamentum est, quod statutum contra ius commune non valet:sed de iure communi nemo capitaliter punitur ex præsumptionibus.igitur &c.quia cum supportatione sententia communis est quod statutum contra ius commune valet,& tenet.Et ita argumentãdo pro & contra determinauit Albe.de rosa.in.j.parte statuto.q. vij.qui dicit quod totus mundus ita obseruat & determinat.igitur &c.Preterea conuincitur autoritas Ro. per autoritatem Bal.in.c.j.§.furum.de pa.iur.fir.qui dicit quod statutum fieri potest quod ex sola cõtumacia quis potest capitaliter puniri:etiam non constito aliter de delicto.Et alle.Spe.hoc voluisse in tit.de fideiuſ.§.j.ver.sed pone. & Io.and.in.c.veritatis.extrà de do.& contu. & idem dixit Bal.in.c.j.qui succes.tene.Et hoc dixit melius Bal.in rubri.C.commi.vel episto.in fi.quod licet per solam contumaciam quis non potest de iure communi corporaliter puniri,per.l.diuus.ff.de cus.reo.tamen per statutum hoc fieri potest:& sic istæ decisiones sunt de directo cõtra illã gl.iij.q.j.in sum.quam etiam allegauit & sequitur Imol. in.c.ij.extra de maio.& obe.Preterea ibi præfati doc.alle. per me expresse volunt quod statutum contra ius cõmune in istis criminalibus valet, & tenet etiam ad puniendum.Sed aduerte quô ad primam decisionem Ro. mihi videtur Ro.bene dicere:quia dico tale statutum non tantum esse contra ius commune,sed contra ius diuinum.& moueor per decisionem Pet.de anch. in repe.c.j.extrà de quæstio.quam posuit in.xj.q.de quibus rebus & sup quibus rebus possunt fieri statuta in illa quæstione:nunquid valet statutum quod crimen vsurarium possit probari testes singulares vel per famã:qui in decisione illius quæstionis dicit non valere statutum:quasi annihilans speciẽ probationis,& eas adducens ad probationes reprobatas vel insufficientes:quia illud statutum est contra ius diuinum:& est in damnum plurimorum,qui possunt de facili succũbere:& ibi multas rationes allegat. Iure enim diuino ad minus dicit ipse,debet quis conuinci per duos testes:cui non potest humana constitutio derogare. vij.distin.per totum.dico ergo tale statutum esse contra ius diuinum,& non tantum contra ius commune. Quò ad secundam decisionem,credo opin. Ro. veram per rationes suas:& dicta Bald. allegata per me militabunt, si primò ille fuit citatus & non constito, aliter de delicto ille aufugiat.

49 *Testes quando pro indicijs habendis & eruendis torquendi sunt,an sit seruanda forma.l.custodias.ff.de pub.iud.*

49 **Ange.** †Quæro in quo casu[b] testes pro indicijs ha b bendis & eruendis sint torquendi:quia nõ oĩs nec omni casu testes in criminalibus sunt torquendi: vt no.Bar.in.l.ex libero.ff.de quæstio. An quando possunt torqueri sit seruanda forma.l.custodias.ff.de pub. iud.videlicet quod eorum aduocati moneantur:& quod videãt indicia quæ sunt contra dictos testes:quod ipsi testes sciunt ea quæ vult iudex ab eis,videlicet quod ipsi sciũt indicia qualiter Titius vulnerauit Seium:dic quod non:vt no.Bar.in.l.vnius.§.j.ff.de quæstio.& sic pro indicijs à testibus habendis non seruatur solẽnitas.l.custodias. secus quando agitur cõtra malefactorem.Et sis bene cautus tu iudex ꝙ quando tu perquiris pro indicijs incipias à vici
c nis[c] quoniam in dubio vicini præsumuntur cõmisisse damnum & furtum magis ꝙ alij:vt no.Iac.de are.& Bar.in.l. si ita.§.fi.ff de fun.instru.quod no.

b ¶Quæro in quo casu,adde ad propositum & vide Cepo.in consil. lxj.& dicit Fran. de aret. in suo consi.lxj.quod plus creditur consitenti de se & socio sine tormentis quam cum tormentis.Ber.

c ¶A vicinis, adde circa hoc que ponit Roma.in consi.vij.

Augusti. Tu in hac materia inquantum do.An ge.hic dixit quod non omni casu testes sunt torquendi. Adde omnino Gandi.in trac.malefic.sub rub.de quæstio.& tormen.in ver.an possit testis torqueri vbi ponit ibi melius enumerando quando persona testis possit torqueri ꝙ fecerit Bart. in.d.l.ex libero.ff.de quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stio. Et scias vnum notabile verbum quando eris iudex tu, quod eleganter dixit Bal. in repetitio. l. data opera. C. qui accusare. circa medium. quòd vbi testes torquentur, sufficit torqueri duo vel tres factum scientes, & non oēs: nam frenanda est tortura. l. quoties. C. de naufrag. lib. xj. Item inquantum do. Ang. hic dixit quod vicinus magis præsumitur commisisse furtum quam alius. Adde & intellige prædicta si vicinus alias est malæ famæ: secus si alias esset honestæ vitæ. argumen. eorum quæ tradidit Sali. in. l. fin. C. de accusatio. circa intellectum glos. l. in ciuilem. C. de fur.

50 *Indicium sufficiens ad torturam an sit, si aliquis reperiatur mortuus, & ignoratur à quo habet tamen inimicum capitalem, uel pro magna lite magnæ quantitatis in ciuitate præsentem.*

50 **Ange.** †Quæro quid si reperiatur quidam occisus, & ignoratur à quo habet tamen inimicū capitalem, vel pro magna lite magnæ quantitatis in ciuitate præsentem, an sit indicium contra eius inimicū: adeo quod ob hoc torqueri possit. dicit Spec. in tit. de præsum. §. ij. ver. sed pone quod sic. quod Ludo. in. l. j. §. hoc rescriptum. ff. ad lilla. ibi qui suspicione cedis. dicit fore verum
a de inimico capitali[a] vel si de maiori parte bonorum erat litigium inter eos. arg. gl. in. l. licet. de arb. & no. Bar. in. l. iij. §. fi. ff. de admen. leg.

ADNOTATIO. a ¶De inimico capitali. adde quod damnū presumitur datum ab inimico, ita Ro. in consi. viij.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod istam eandem sententiam tenuit do. Ange. in. l. fi. C. de quæstio. vbi dicit quod istum est maximū indicium ad torturam, si probatur illum esse inimicū occisi, qui inculpatur de delicto. Et Bar. hoc voluit in. l. fin. ff. de quæstio. ibi, vt in homicidio reperitur homo mortuus & ignoratur à quo. Sed certè non dubito istam doctrinā esse falsam: & ideo Imo. in. l. fi. ff. de hære. instit. in antepe. col. tetigit istam difficultatem in propriis terminis. & allegat Iac. de belui. tenuisse contrarium: quia vnum indiciū nō sufficit ad torturā. Nam Bar. & omnes fatentur in. l. fi. ff. de quæstio. & dixi. §. quod vbi per vnum indicium probatum est: & est remotum à facto hoc est maleficio, tunc vnum indicium non sufficit ad torturā: sed hoc est remotum à facto, vt ibi declarat Bart. igitur. Et ideo ꝓpter hoc nunq̄ ponerem aliquem ad torturam nisi alia indicia concurrerent, secundùm quod videtur velle Gan. in trac. malefi. sub rub. de quæstio. & tormen. ibi, quæ debeant præcedere quæstiones. & de hoc etiam dixi. §. in hac eadem gl. ibi, quæro an vnum indicium vel plura.

51 *Mortuo iuxta domum Titij reperto, an sit indicium contra Titium quòd eum interfecerit.*

51 b **Angé.** †Quid autem si reperiatur mortuus iuxta domum Titij[b], an contra Titium sit indicium quod eum interfecerit. Bar. in. l. fi. ff. de vi pub. dicit quod sic: quod Lud. in. d. §. hoc rescriptum. intelligit verū, si ille aliàs erat solitus committere homicidia. arg. not. per gl. in l. in ciuilem. C. de fur.

b ¶Domum Titij. Adde quod Bald. in. l. iij, ff. de offic. prefe. vig. de hoc dubitauit pro Bar. facit text. in. l. si vendita. de pericu. & commo. rei vendi. & plene per Pari. in trac. syndic. in verbo, tortura. §. mandauit. col. v. in prin.

Augusti. Tu dic vt. j. nunc dicam in additio. in proxima quæstione.

52 *Mortuo in strata reperto, si ignoratur à quo, dic quòd præsumitur mortuus ab eo qui multum frequentabat in illa uia.*

52 **Ange.** †Quid autem si quis in strata reperiatur mortuus & ignoratur à quo: dic quod præsumitur mortuus ab eo qui multum frequētabat in illa via. ita dicit Bar. in. l. fusto. in prin. ff. de vsuc. & talis viam frequentans potest torqueri: intellige tamen si ille erat malus homo: pro quo facit q̄d no. Bar. in. l. in omnibus mensuralibus. ff. de priui. cre. & per Bal. in. l. multum interest. C. si quis alte, vel sibi, & in. l. j. C. de ser. fug. facit quod no
c ta. Bar. in. l. fur manifestus. ff. de fur. & Bal. in. l. fi. ff. de hæredi. instit. & in. l. fi. ff. de proba. & Ang. in. l. j. C. si quis impe. maledi.

Augusti. Tu in his duabus, quæstionibus adde quod mihi durum videtur, quod propter locum vbi corpus mortuū reperitur, quis debeat torqueri, siue reperiatur in strata vbi quis frequentabat, siue reperiatur corpus mortuum ante domum Titij: quia dicit Bal. multum eleganter in. l. iij. §. j. ff. de of. pref. vigi. in. j. col. allegat Rich. malum quod corpus mortuum nō prebet testimonium loci, scilicet in quo loco cædes facta sit. Et ita voluit Alber. de ro. in. ij. parte statuto. qō. clxx. quæ inci. talis quæstio disputata fuit per do. Rich. Et est etiā ratio vera, quia aliàs sequeretur quod per vnum indiciū remotum à facto quis posset torqueri contra doctrinam omnium doc. maximè Bar. in. l. fi. ff. de quæsti. & §. dixi in illa quæstione quot indicia requirantur ad torturam: fateor tamen si essent alia indicia: puta quia & ille Titius talia consueuerat facere: vel ille qui ibi versabatur erat malus homo: non dubito quod stantibus istis indicijs posset torqueri per ea quæ dixit Bal. in. d. l. iij. §. j. & Albe. de ro. in loco. §. alle. quicquid dixerit Ang. in. l. fi. C. de quæstio. qui dixit quod si aliquis visus fuit ire per locum in quo quis fuit interfectus est sufficiens indicium ad torturam, maximè si ille qui inculpatur, non erat solitus ire per illū locum: & sic Ang. videtur dicere contrarium eius quod dixerunt doc. §. Adde tamen quod non reperio, q̄d Bart. in. d. l. iusto. hoc dixerit, secūdum quod allegat do. Ang. hic, quia errauit ipse: sed bene reperio quod illud fuit dictum Ray. de forli. ibi in. d. l. iusto. argu. illius text. secundum quod referunt ibi Ang. & Rapha. & ibi Ange. dicit quod verum est quod ille qui locum frequentabat presumitur occidisse illud corpus quod reperitur mortuū ibi, si ignoratur quis occiderit: sed ibi Ang. dicit, maximè si ille
c talis erat consuetus facere talia: & sic videtur velle id q̄d voluit Ro. in. d. §. hoc rescriptum. vide quæ nunc. j. dicam in additio. proxi.

53 *Mortuo reperto in una domo in qua erant quinque si ignoratur à quo, an præsumatur occisus ab illis.*

53 **Ange.** †Quid autem si sint quinque in vna domo & vnus reperiatur interfectus, ignoratur autē à quo. an præsumatur occisus ab illis. Dy. in. l. j. §. hoc autem senatusconsult. ff. ad silla. per illum text. ipsorum, tenet quod sic. Hanc quæstionem posuit Io. and. in. c. significasti. de homi. & tenet idem per. l. item mela. §. si plures. l. ad leg. aquil. idem Bal. in. l. iij. §. j. ff. de offi. præfe. vig. sed Alb. in suo tract. statuto. in. ij. parte, circa fin. tenet contrarium dicens quod. §. si plures. loquitur quando constabat vnum ex illis deliquisse, sed ignoratur quis fuerit. In quæstione autem nostra non erat certum aliquem deliquisse. Lud. autem in. d. §. allegat Io. an. in addi. ad Spe. in titu. de homici. §. j. verſic. sed pone quod aut quærītur, an omnes prædicti possunt puniri pœna capitali: & dic quod non: quia talis pœna requirit indubitatas probationes. l. fin. C. de probatio. an autem posit torqueri: & dicit quod sic, ꝓ prædicta iura. Et materiam indiciorum vide per Bal. in. l. excipiuntur. ff. ad silla, & in. l. fi. ibi Imo. ff. de hær. instit. & per Cy. & Sal. & alios doc. in. l. fi. C. de quæst. & per Bar. in. l. pen. & fi. ff. de quæstio, & per Io. and. in addi. Spec. in tit. de proba. §. fi. iuxta finem.

Augu. Tu autē in hac materia, adde de ista q̄stione quā posuit Io. an. in. d. c. significasti. allego gl. in termin⁹ quæ arguit pro & cōtra. xlij. dist. in. c. quiescamus. & vide Arch. in. c. nolite. xj. q. iij. & per Brixiē. in illa quæstione quinq̄ erant in domo per Host. in summa in tit. de homici. §. qua pœna. verſic. sed nunquid oēs. per Spec. in tit. de deleg. in tracta. dispensationis. §. iuxta. versi. sed quid si rixa. & melius in titu. de homici. §. j. versicu. pone quod quatuor[c]: homines. Adde omnino dicta Moder. in dicto capitu. significasti. non dubitarem si essent aliqui qui essent malæ conditionis & vitæ: quin iudex ab illis deberet incipere torturam: per ea quæ dixi §. in

§. in additio. proxima in præcedenti quæstione. Et adde hic quæ dixit Ro. in. l. excipiuntur. ff. ad silla. in fi. qui disputat an si quis reperiatur occisus in vna domo, & socius suus tacet & nihil dicit, tunc indicium est contra eum, & potest torqueri: & ibi disputat an poterit condemnari. Et materiam iudiciorum, vide per Bald. in. l. excipiuntur. ff. ad silla. & in. l. fina. & ibi Imo. ff. de hæredita. instituen.

c ¶Pone quod quatuor, adde quod hec dicta spe. sequitur Bal. in cō si. lxxxj. in. v. vol. Ber.

54 *Officialis uolens tenere malefactorem qui fugere uult & se armis defendere, an possit illum impunè occidere.*

54 **Ange.** †Verum quia præcedentibus indicijs deuenitur aliquando ad capturam mandato dilligenti iudicis: ideo quia hic cadit congruentius, quam in alio loco, de captura, & carceratione videamus. Et primò quando officialis vadit pro malefactore capiendo, & ipse vult aufugere seq; armis defendere, an possit per officia-
a lem & eius familiam impunè occidi[a] dic quod non: imò occidens tenetur de sicarijs: quod intelligo verum, nisi in mandatis à superiore habuerit quod si non potuerit eum capere vel ducere quod ipsum interficiat. ita videtur velle Bal. in simili in. l. additos. C. de epis. aud. vbi dicit quod miles ducens malefactorem ad supplicium timens ne ab eo auferat, quod interficiens tenetur nisi in mandatis hoc specialiter habuerit: vt. l. ita vulneratus. ff. ad le. aqui. ver. si quis igitur &c. ad hoc. ff. de regu. iur. l. non ex singulis. quia tunc non vt priuatus, sed vt publica persona facit. vide Flori. in. l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad leg. aquil. vbi videtur arguere vt officialis non videtur delinquere vulnerando resistentem: sed in. l. seruus. in prin. eo. ti. dicit quod si talis malefactor erat bannitus, qui poterat ex forma statuti impunè occidi, tunc clarum est quod occidens non tenetur: quia tali bannito non permittitur sui defensio: vt. l. fi. C. quan. lic. vni. se si. iud. vin. sta in isto casu in bannito voluit Bar. & Bal. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. sed si non reperiatur talis, tunc potest dici quod si volens capere vtatur iure suo posit eum impunè occidere. l. si seruus. C. de his qui ad ecc. confu. sed si vtatur iure publico, videtur magis dubium. & text. in. l. fi. C. de malefic. & mathe. videtur probare quod non liceat hoc: dic vt ibi per doct. quod non. Sed Sali. in. l. neminem. C. de exhibē. reis no. ex gl. quod iudex potest dare licentiā cuilibet priuato capiendi malefactorem, & tunc si capit non delinquit: facit. d. l. fi. C. de malefi. & mathe. & quod ibi per docto. & si resistentem vulneret non tenetur: vt. d. l. si seruus ff. de his qui ad ec. confu. Bar. ibidem no. quod quādo ali quis potest licite capi si se defendat & in certamine à familia occidatur quod occidens non veniet puniēdus. ar. dictę legis quod singulariter no. sed forte tale mandatum de quo dicit Bald. non excusaret cùm in quæstione p̄ me s. posita: quia in atrocioribus mandatum superioris nō excusat. l. liber homo. in prin. & ibi gl. & Floria. ff. ad leg. aquil. Non obstat dictum Bal. quia ibi loquitur quādo ali quis ducebatur ad supplicium, & sic iam damnatus erat, & sic ex sententia delictum iam erat factum notorium: vt l. emptorem. in prin. ff. de actio. emp. in casu autem nostro nondum erat damnatus, & sic de delicto plenè non constabat: ergo priusquam damnaretur de eo fieri non poterat executio: vt. l. j. C. de executio. rei iud. & l. constitutiones. & l. non tantum. ff. de appel. & l. & si non defendantur. ff. de pœnis.

ADNOTATIO. a ¶Occidi. adde & vide Bal. in consi. cv. in. j. vol.

Augusti. Tu autem in hac materia teneas & cōcludas, quod si familia potestatis vulnerat vel occidat aliquem quem volebat capere, & ille resistebat, quod familia non incidit in aliquam pœnam. Et istam sententiam tenuit Bal. in. l. fi. C. de exhi. reo. qui dicit quod vidit de facto q̄ vbicunque aliquis potest capi, si ille resistat & interueniant vulnera, quod vulnerās non punitur: & dicit quod vidit de facto quod vnus fugiebat quē familia potestatis volebat capere, & vnus biruarius eum percussit, quod ille biruarius non venit puniendus: per. d. l. si seruus. & ita voluit etiam Raph. ful. in. d. l. si seruus. & Alb. de rosa. in. iiij. parte statu. q. xxxvj. ibi dum dicit licet resistentem interficere. & de materia vide Bal. in l. j. C. vnde vi. in repetitio. penulti. char. circa intellectum dictæ legis si seruus. Adde tamen vnam pulchram limitationem quam dedit Bal. in auc. & omnino. C. nevxor pro mari. in pœ. col. qui dixit quod hæc procedunt in officiali cui commissa est captura. Sed si iudex daret licentiam creditori vt capiat debitorem: & dum vult ipsum capere debitor aufugit: tādem creditor eum vulnerare cœpit & duxit ad iudicem: nedum creditor punitur de vulnere: sed imò captus illo modo debet relaxari in pristinam suam libertatem tanquam malè captus. arg. l. extat. ff. quod metu. cau. Quinimo ibi Bal. videtur sentire quòd etiam familia potestatis puniatur de vulnere, nisi saluando dicas q̄ aut quis pro debito ciuili debebat capi, & ille talis nō potest occidi, nec vulnerari: vt videtur sentire Bal. in auc. & omnino. qui loquitur in causa ciuili, aut in criminali. Et tūc habent locum do. Bar. in. d. l. si seruus. cogita, non decido. & ad intellectum. d. l. si seruus. vide Bal. in. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & omnino vide Bal. in. l. nec timorem. ff. quod met. cau. qui allegat Inn. in hac materia & ibi expressè tenet, quod licet impunè occidere resistentem: & q̄ impunè possit familia potestatis occidere resistētē tenuit Pau. de ca. in consi. suo. cxciij. & alle. Iac. but. ita voluisse in. l. ij. C. de his qui latro. & idem dixit do. Catal. in tracta. syndic. q. ccxxvij. si ille qui volebat capi volebat se defendere. & adde quæ dixit Ange. in. l. si quis virginem. ff. de iur. quod verum est quod ille qui capitur à familia potestatis non potest se defendere: hoc verum si cognoscebat illos esse de familia potestatis: secus si illi biruarij non habebant aliqua insignia, quia eis non est credendum, vnde licita est defensio: ita dixit Ange. fuisse determinatum aliàs.

55 *Eximens de manibus officialium captum, quomodo puniatur: & eximens male factorem de carcere, quomodo puniatur.*

56 *Malefactore existente in carcere seu eunte ad supplicium, si coniuncti sui iuste appellent, & iudex nihilominus uult prosequi, potest de facto resisti iudici, & talis executio impediri.*

57 *Eximens aliquem de carcere, in causa ciuili, non tenetur in plusquam teneretur exemptus.*

55 **Ange.** †Secundò quæro quando quis iam est captus ab officialibus, & de manibus familiæ eximatur: qualiter eximens tenetur. Bald. in dicta. l. additos. C. de episc. au. dicit, quod tenetur ac si pro eo in oēm casum fideiusserit: vt. l. iij. C. de exac. tribu. lib. x. Si autem officialis iam posuisset malefactorem in carcere, tunc eximens eum de carcere
a tenetur leg. iul. maie. vt. l. iiij. ff. ad leg. iul. maie. quod intellige verum, quādo iam esset damnatus vel damnandus, quia aut confessus, vel de crimine conuictus, vt. d. l. iij. aliàs autem si nondum confessum, conuictum, vel damnatum eximat, tunc eximens punitur: iuxta. §. eripiant. in auc. vt om. obed. iud. nisi in casu. l. fi. de malefi. & mathe. vbi punitur ad mortē: ista sunt verba Bar. in. d. l. iiij. facit quod idem no. in. l. iulia. ff. de vi pu-
56 bli. †Aduertendum tamē est quod siue malefactor sit in carcere damnatus, siue ducatur ad supplicium, & coniuncti sui iustè appellent pro eo iuxta. l. non tantum. ff. de appel. & iudex non obstante appellatione iuridica vult vlterius prosequi in exequendo quod isto casu pōt iudici
b de facto resisti[b]: & talem executionem impedire impunè: quia per appellationē ablata est iudici iurisdictio: à quo secundùm Inno. in. c. si quando. extrà de offic. dele. quod est not. dignum: & hoc tamen non est mirum, quoniam quando executio non est reiterabilis, tunc faciliter potest impediri. facit. l. si quis prouocatione. & quod ibi not. C. de appe. hinc est quod licet contra tres sententias consor
c mes de nullitate opponi non posit[c]: vt in cle. j. de re iudica. istud verum est nisi executio esset irreiterabilis vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

personalis: ita ibi dicit Pau. de elea. & Pet. de anc. nam vt dicit Inn. in c. pastoralis. de offi. dele. nunquam executor pœne corporalis debet illam exequi, quando eam videt
d iniustam: sed referre superiori[d]: pro quo est casus in. l. j. in fi. ff. de quæstio.

ADNOTATIO. a ¶ Eum de carcere. Tu autem dic, vt per Cep. in consi. xiiij. & latius per domi. Alexand. in consilio. xxxv. ij. volumi.

b ¶ De facto resisti. Adde quod Alex. in consi. cxliiij. in. ij. volu. consuluit, quòd stante statuto quod aufugiẽs de carcere habeatur pro confesso de delicto: quòd aufugiens de carcere: quia tortus nõ præcedentibus iudicijs: non debet haberi pro confesso: quia illo casu licuisset de facto resistere iudici. & adde etiam Ang. in consi. cl xxij. quòd iudici volenti exeqni sententiam nullam potest de facto resisti. Ber.

c ¶ Non possit. adde tu de hoc & dicvt per Old. pulchrè in cõsi. cvj. & per Alex. in consi. lxxvij. in. iij. vol. Ber.

d ¶ Superiori. adde tu & vide Ang. in consi. cccviij.

Augusti. Tu in hac materia inquantum Bald. in dicta. l. additos. voluit quod ille qui male factorem eximit de manibus familiæ, teneatur ac si pro eo fideiussisset: secus si erat in carceribus. Adde & dic quòd mihi videtur quod non sit aliqua differentia, vel quod vnus sit in manibus familiæ, vel sit in carceribus: & hoc per doctrinam Bart. in. l. ij. §. transfuga. ff. de fica. qui hoc voluit. Et ideo Raph. in. d. l. additos. reprehendit ibi Bal. per hanc eandem rationem. Dicit tamen ibi Rapha. quod communiter isti eximẽtes hoc modo pecuniariter puniuntur: vt. l. si quis. ff. de custo. reo. & de pœna frangẽtium carceres, vide Salic. in. l. j. C. de fal. mone. in. vij. not. Ang. in. l. j. ff. de effra. vbi poteris limitare prædicta. & nota. in. l. si quis. ff. de cust. reo. & vide pulchra verba Ange. in. l. j. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. qui ponit quomodo punitur qui eximit captum à familia etiam indebitè captum: & in. l. sed eximendi. §. j. eod. titu. & Bald. ibi: vide Sali. in. l. fi. C. de malefi. & mathe. qui approbat distinctionem Barto. quam posuit in. d. l. iij. & vera est ista conclusio, quando executio est irretractabilis, potest de facto resisti ipsis officialibus & iudicibus: est sententia Cy. in. l. j. in vlti. quæstio. C. vnde vi. vbi multum magistraliter distinguit. & Bal. in. l. vt vi. ff. de iusti. & iure. & materiam latè ponam. j. in verbo, præsente Caio & appellante. in versi. quid autem si non obstante appellatione. et vide Abb. in. c. si quando. de offic. deleg. & Ange. in. d. l. j.
57 ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. †Et tene menti vnum tex. cum glo. quem ibi Ang. ponderauit in. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. quod ille qui eximit aliquem de carcere non tenetur in plusquam teneretur ipse princi palis qui fuit exemptus: hoc intelligo in ciuili, vt in plus non teneatur: sed in criminalibus non procedet hoc per prædicta.

58 *Stante statuto quòd bannitus posit impunè occidi, an bannitus existens in manibus familiæ potestatis, possit impunè per priuatum occidi.*

58 Ange. †Tertiò quæritur si bannitus & condẽnatus capiatur, & existens in manibus & fortia familiæ, an possit impunè occidi per priuatum, stante statuto quod bannitus possit impunè occidi. Dy. Iacob. de are. ponunt in. l. in laqueum. ff. de acqui. rer. do. & ibi Bar. & Bar. ponit in. l. iij. §. fin. ff. de fica. & Dy. & Imo. in. l. publius. §. j. ff. de condi. & demonst. veritas est quam ponit Bar. in. d. l. iij. §. fi. videlicet quod nõ possit occidi, aliàs occidens tenetur: quia licet sit hostis, tamẽ hostis captus est seruandus. l. seruos. ff. de sta. homi. igitur &c. & per alias etiam rationes ibi allegatas: tu dic vt ibi per eũ: & aliquã tulum latius per Sali. in. l. fi. C. de malefi. & mathema.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Io. an. in addi. Specu. in titu. de accusat. §. sequitur videre. in. v. colum. versicu. tertium membrum, fuit an bannitus captus qui per familiam ducebatur. & latè vide per Alber. de rosa. in. iiij. parte statuto. q. xxxvj. incipien. adhuc quærit. eod. titu. de banni. & malefi. videlicet vltra duas quæstiones qui faciens mentionem de doctrina Gandi. in titu. de banni. & ibi etiam facit mentionem quomodo Iaco. de are. hanc quæstionem disputauit: & est in libro magno quæstionum disputatarum. qõ. ccxxxiij. quæ incipien. quæro in statutis vel consuetudinibus alicuius ciuitatis habetur. Tandem Albe. dicit ibi quod decisio Gan. communiter obseruatur in hac materia. Adde omnino & limita per dicta Bald. in. l. libertus. ff. de statuho. & vide do. Nel. in tracta. bannito. in. ij. parte secundi temporis.

59 *Malefactor an ubilibet & sic etiam in ecclesia capi possit.*

59 Ange. †Quartò quæro an vbilibet liceat capere
a malefactorem, & sic etiam in ecclesia[a]: dic qd propter crimina atrocia: vt propter homicidium raptum
b virginum & similia potest capi in ecclesia[b], & de ea eximi: vt est tex. & ibi ple. glo. in auth. de man. prin. §. neque autem no. gl. Cy. & Bar. in. l. ij. C. de his qui ad ec. confu. quod Sali. in auf. si quis ei. C. de adulte. intelligit verum, dummodo prius requirat episcopum vt sibi tradi faciat: vt. d. auf. ipso autem annuente poterit postea extrahere: vt. §. neque in. d. auf. dic vt ibi per eum: pro aliis vero criminibus non atrocioribus de ea extrahi non potest, vel eius cemiterio: vt ibi nota. glo. & docto. quod not. in practica: & sic ostium scalarum ecclesiæ & cemiterium sunt priuilegiata, sicut ipsa ecclesia, vt aliquis de eis extrahi non possit, nec capi, sicut nec posset in ecclesia: vide quæ in simili dicam. j. in glo. in ver. in scalis sancti Petronij. Et quod dixi quod non potest extrahi de ecclesia: habet locum in hospitali constituto autoritate episcopi: ita dicit Archid. xvij. q. iij. c. diffinit. & Bald. in. l. si quis ad declinãdam. §. in omnibus. versicu. sed quæro iuxta hoc de duabus quæstionibus. C. de episco. & cle. Et prædicta procedunt de iure ciuili, de iure verò canonico, ecclesia cũ suo cemiterio habent immunitatem præterquam quando in eis aliquis occiditur, vel membrum mutilatur, & postea in ecclesia aufugit: vt extra de immu. ecc. c. si. ita dicit Sali. in. d. auf. si quis ei. tenet etiam quod sortè per rationem positam in. d. c. fi. potest extendi ad quodlibet delictum, per quod ecclesia violatur. Idem quando esset latro publicus qui homines in stratis publicis inuadit, vel quando esset agrorum populator: vt in. c. inter alia. eo. ti. & no. gl. ibidem quod dicit esse notabile propter illos qui sunt de terris ecclesiæ: quia in illis seruatur ius canonicum: vt no. glo. in. c. ij. de arbitris. in. vj.

ADNOTATIO. a ¶ Et sic etiam in ecclesia. adde tu de hoc & vide Roma. in consi. ccxxiiij. &. ccxxiiij. vbi dicit quòd non solum in laico, sed etiam in clerico habet locum dispositio. l. presenti: & non solum in delinquente in ecclesia sed etiam extra ecclesiam. allegat glo. sing. in. c. frater. xv. q. iiij. & quòd fugiens ad hospitale sit tutus, sicut fugiens ad ecclesiam, ponit idem Ro. in consil. cccix. & vide Pau. de cast. in consi. ccccl xxj. in. iij. volu. vbi habebis pulchram limitationem ad prædicta. Ber.

b ¶ Pro quibus delictis quis possit capi in ecclesia. Est text. in. c. inter alia, extrà de immu. eccle. vbi patet quòd non potest quis extrahi nisi in casibus videlicet in Publico latrone & depopulatore agrorum: etiam quantuncunque delicta grauia sint nisi deliquerit in ecclesia. c. fina. eo. tit. facit tex. in ca. rcum. xvij. q. iiij. vbi dicit reũ simpliciter indefinitè: & sic comprehendit omnem reum. facit. c. sicut antiquitus. ea. q. &. c. frater coepiscopus. ibi quòd nec potestatibus quidem vel principibus vnquam licuit perpetrare, vt hominem in sanctuarijs constitutum, captata sacerdotis absentia, relu ctantem, reclamantẽque, violenterque abstraherent: & in. c. diffiniuit. vbi dicit regia scueritate plectendum. facit. l. ij. &. l. præsenti. C. qui ad eccle. confu. vbi indefinitè datur priuilegium. In contrarium facit quòd quando delictum est commissum ex proposito & fit attox, possit extrahi de ecclesia delinquens vltra dictos duos casus comprehensos in. c, inter alia, Primò tex. in. c. j. de homi. vbi in homicidio pensato conceditur. facit doctrina Guil. de cu. in auth. licet. C. de liber. præ. & tex. in. d. §. neque autem homicidis. in auth. de man. princip. & text. in. c. j. §. prædictis. ver. sed quia. quæ fuit prima causa benefi. amit. & ibi Iaco. alua. idem tenuit Innocen. Hostien. & Anto. de but. in dicto. c. inter alia. in sua distinctio. vbi in grauibus delictis concludit confugiens non gaudere: licet do. Abb. ibidem tenuerit contrarium. idem tenuit Cy. in d. l. presenti. & Io. For. in practica in materia inquisitionis. & Old. in consi. liiij. Et maximè quãdo sumus in terris imperij debet seruari ius ciuile: vt voluit Pet. de anch. in d. c. inter alia. vt refert Ab. sicu. in l. facit. etiam optima ratio aducta per Bar. in l. si vi. de vsucap. & in l. obeso ꝙ vbi lex ponit regulam & excipit aliquos casus: tamẽ alij casus qui reperiuntur excepti vendicant sibi locũ. Et sic casus exceptuati in c. inter alia. non restringunt regulã in cæteris: quia etiã non est bona consequentia. l. canonũ. excepi aliquos casus &c. Ergo in non numeratis & excep. est lex correcta. roquo gl. in c. quoniam frequenter, vt lit. non conte. Et ita seruatũ fuit Veronæ dũ ego Francisc. à ligna. essem iudex maleficiorum magnifici do. Anto. Venerio ptãtis Veronæ die xvij. nouemb. 1481. in personã Peteroni de insula scalarum qui fuit captus in ecclesia sanctæ Mariæ insulæ Porcariticæ. & fuit pro furtis suspensus. cum consensu ipsius clarissimi domini potestatis & curiæ suæ ac curiæ consulũ ciuitatis Veronæ, excepto sapientiss. doct. do. Anto. de pelegrinis: in qua curia omnia supra scripta allegaui.

Augusti. Tu autem in materia ĩ quibus casibus quis potest capi in ecclesia, quia maxima est: pro nunc sufficiant remissiones quia doctor. diuersimodè loquuntur. Adde & vide do. Ange, in d. auth. si quis ei. & Salic. in d. l. ij. C. de his qui ad eccle. confu. & doct. in d. c. inter alia. & doct. in dicto c. fi. extra de immu. eccle. & Albe. de Rosa. in rubr. C. de his qui ad ec. confu. & longam distinctionem Cy. quam posuit in l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confu. & latè scribit Iac. de bel. in §. sed neq; in authẽ. de manda. princ. & Imo. in cle. j. col. pe. extrà de pœniten. & remiss. omnino vide Hosti. in summa sua in ti. de immu. eccle. in §. inquantum. in prin. ij. col. vbi ponit notabilem intellectum ad text. in dicto §. sed neq;. Et adde Oldra. in consi. suo lj. & glosſ. xxxv j. q. j. c. de raptoribus. & ibi Archi. & xxiij. q. v. c. reos. & xv j. q. iiij. c. reum omnino adde quæ dicam infrà, in glosſ. super ver. bo, in scalis sancti Petronij.

60 *Malefactor qui commisit atrox delictum, si habeat saluum conductum, an nõ obstante saluo conducto per iudicem concesso, possit iudex facere eum capi & punire.*

61 *Iudex an possit dare fidentiam accusato seu inquisito, quòd ueniat ad eum pro se excusando, uel pro aliqua informatione curiæ.*

60 Ange. † Quintò quæro si committens atrox de
licti habet saluum cõductũ, an nõ obstante saluo conducto per iudicem concesso iudex potest eũ facere capi & punire. & videtur text. ꝙ sic: in §. neq; aũt. in auf. de man. princ. & pro hoc facit l. j. & ij. & ibi gl. in ver. hostes & duces belli. ff. de dolo. Guil. de Cu. ibi dicit ꝙ si est talis malefactor qui potest inuitus extrahi de ecclesia, ꝙ tunc iudex põt saluum conductũ frangere: vt d. §. neq; autem. aliàs secus. Cy. verò in l. præsenti. C. de his qui ad ec. confu. dicit ꝙ semper est seruandum: quia etiam hosti fides seruãda est: vt d. l. j. §. ij. ff. de dolo. & l. cognitionem. de bo. au. iu. pos. Bal. & Ang. ibidem dicunt, ꝙ si est factũ cum causæ cognitione: & plena informatione, tunc sem per seruandũ est: vt not. gl. Bartol. & Imo. in l. is qui reus. ff. de pub. iudi. aut sine causæ cognitione, veliusta causa vel ex abrupto, & tunc non tenetur illud obseruare, quoniam concedere nõ potuit in præiudicium reipublicæ: vt l. relegati. ff. de pe. nam vt dixi hosti etiã est seruãda fides: vt not. gl. xxiij. q. j. c. noli estimari. vbi dicit quod istud est verum si ipse etiam obseruat: quia de nouo nullum malefícium committitur. hoc etiam vult Angel. in d. l. j. §. ij. & vide quod no. Ludo. de Ro. in l. tertia. §. si quis seruum. ff.
61 de acquirẽ. pos. † Sed prius esset videndum an iudex possit accusato vel inquisito dare securitatem, fidentiam, vel saluum conductum, vt veniat ad se excusandum, vel pro aliqua informatione curiæ: vide gl. & doct. & Io. de Imo. in l. is qui reus. ff. de accus. & latè Sali. in l. cum indulgentia. in ij. col. C. de sen. pas. dic vt ibi plenè.

Augusti. Tu autem in hac materia vltra docto. adde & vide istam materiam latè disputatam per dominum Nico. capocium cardinalem Romanę ecclesiæ quam disputationem refert de verbo adverbum Alberi. de Rosa. in iiij. parte statuto. q. xxxviij. quæ incip. quæro etiam aliam quæstionem, bannitus de maleficio accusatus de alio maleficio, volens se defendere petit fiduciam. ibi ponuntur & allegantur oĩa iura pro & cõtra, quæ possunt allegari in hac materia: & adde longam distinctionem quam ponit Iac. de bel. in authen. de mand. prin. in §. sed neq;. Sed omnino in hac materia, adde pulchram doctrinam Ange. in l. vtimur. ff. de sepul. vio. & ibi aliquid per Barto. & per Ange. in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inof. test. test. & per Bal. in l. libertas. ff. de sta. ho. an autem iudex possit saluum conductum facere, vel princeps debeat facere. vide doct. in locis suprà alleg. & per Ang. in l. j. ff. ad le. iul. maie. & ibi Bar. & per Bar. in l. relegati. ff. de pœ. Adde Ro. ponentem istas quæstiones & allegantem multas glo. de iure canoni. in l. recusare. §. sed si alio. ff. ad Trebellia. & vide Ang. in disputa. sua quę incip. Bononiensis suæ ciuitatis bannitus. in vj. quæstio. qui disputat, an iste saluus conductus possit dari per iudicem & quando. & vide Bald. in l. reos. C. de accusa. in antepenul. char. & omnino Albe. de Rosa. in quarta parte statu. q. lxxxviij. Et de omnibus istis quæstionibus vltra omnes posuit istam materiam do. Nellus in tracta. bãnito. in ij. parte secundi tẽporis. in xv. & xvj. q. & ibi videas an saluus conductus debeat obseruari per superiorẽ.

62 *Officiali an liceat capere in alieno territorio malefactorem quẽ incœpit prosequi in suo.*

62 Ange. † Sextò quæritur an si officialis vult capere malefactorem quem in suo territorio incœpit prosequi: ille verò in alieno postea fugiat territorio, & officialis suam prosequatur capturam, an liceat ei capere in alieno territorio. hoc posuit Bal. & Flo. in l. sequuti. §. aristo. ff. si ser. ven. vbi primò arguit quòd non liceat: vt in dicto §. aristo. In contrarium allegat. l. capite quinto. ff. de adulte. sed tenent primum dictum eà ratione: cum enim ad alienum territorium se contulit statim dominus primi territorij priuatus est potestate capiendi. pro hoc facit dicto §. aristo. quia probat quod non licet ponere pedem in alieno territorio: nam mutato territorio statim dicitur mutata potestas. ar. l. si dominiũ. ff. de fur. facit ff. de ædi. edi. quid sit seruus fugitiuus. §. idem Celsus. Nec ob. l. capite quinto. quia ibi duraba: potestas retinendi patris fami. facit. ff. de adulte. l. quod ait lex. §. quod ait lex. idem tenet Salic. in l. secunda. C. de exhi. reis. in casu autem nostro, se cus est propter territorij mutationem & cætera. Si non iustè caperetur, tunc iudex in cuius territotio iniustè captus est põt repetere talẽ captũ, & allegare quòd capi nõ potuerit. facit dicto §. idem Celsus. & quod potuerit repeti. text. est in cap. ex parte. extrà de verbo. sig. ita dicit Bar. in l. si cui. ff. de accusa. & sic capiens non posset de eo facere executionem etiam si iudex alterius territorij non repeteret: sed deberet suæ pristinæ libertati restituere: cum captura sit nulla: quinimo & capiens & retinens videtur obligari actionem iniuriarum: vt dicto capitu. ex parte. ita dicit Flo. in dicto §. aristo.

Augusti. Adde tamen quòd illa decisio est fal
a quam posuit in l. quod ait. §. quod ait. ff. de adult. & ibi eũ omnes sequuntur: qui dicit quod quoties initium est licitum & habet causam licitam, finis verò est illicitus, tunc initium inspicimus: vt est tex. ibi in dicto §. quod ait. & est tex. in l. qui cum maior. §. primo. ff. de libe. cauſ. secus quã tex. in l. qui cum maior. §. primo. ff. de libe. cauſ. secus quã do finis & initium sunt illiciti: quia inspicitur finis. Sed in casu nostro initium est licitum: ergo inspicitur locus initij: & ita decidit Angel. per illum textum. in propriis terminis quæstionis nostræ. in l. Gracchus. C. de adulte. & per hanc rationem ita decidit Roma. multa allegando in l. prima. §. occisorum. in octaua columna. ff. ad sillan. & ad hoc vide pulchram disputationem Alberi. de Rosa vltra omnes docto. in tracta. statuto. quęsti. lxxvj. in quarta parte. quæ incipi. disputauit etiam ipse Oldra. aliam pulchram quæstionem. qui in hac difficultate scripsit xij. col

Universidad de Deusto
Biblioteca

& allegat omnia quæ possunt allegari : & vide aliquid per Ioannem Andream in regu. in obscuris. de regu. iur. in mercuria. faciunt no. per Ange. in l. nemo carcere. C. de exact. tribu. & do. Bal. in l. j. C. de ser. fugit. & in pro prijs terminis istius quæstionis vide Bal. pulchrè omnino in l. j. C. de sum. trí. & fi. catho. in repeti. in vij. char.

ADNOTATIO. a ¶Falsa, Adde tu quod imò videtur vera: & allegata contra Ange, procedunt vbi est eadem ratio & conguitas terminorū: sed vbi est diuersa ratio & qualitas terminorū quicquid est licitū in termino à quo non est licitum in termino continuato, ita Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco, & cler. vnde ex diuersis nō infertur, allegat Bal. in l. quid si fugitiuus. hic alleg. & sic voluit Bal. q vbicunque esset licitū ex forma statuti offendere aliquem deprehensum in aliquo crimine & in domo: certè si ille deprehensus aufugiat de domo, poterit per totū territoriū statuentium impunè offendi: sed si sequatur in alieno territorio & offendat hoc nō poterit, quia statutū hoc nō potuisset permittere, nec est verisimile ita permisisse: & ita loquitur. l. quid si fugitiuus. & Ioan. An. in addi. Spe. in titu. de accu. §. fi in ij. parte. quia tunc est diuersitas terminorum, & per cōsequens nominis, sed si exinde sequatur extra domum per territorium statutis, inspecto q principium est licitum, & vbiq; eadem ratio, & ita loquatur Bartol. in d. §. ait. qui se fundat in hac ratiōe: & ita etiam voluit Bal. in d. l. si cuti. dum dicit q mutato territorio est mutata potestas, & ita tenet Ang. in specie in l. nec in ea. §. nec occidēdi. ff. de adul. intelligēs d. §. quod ait. vt suprà dixi: vnde nō meruit reprehendi Ange. iuxta illud Senec. Qui parcè laudandus est parcius vituperandus. & pro Ange. facit quod voluit Bal. in consil. lxxij. inci. quidam subditus. vbi consuluit pro quodā subdito ducis Sabaudiæ quæ alium subdi tū dicti ducis interfecerat & aufugerat in dominio comitis virtutū: & ibi captus p subditos ducis Sabaudiæ, & ductus eius ī domi nio, & consulit q deberet relaxari, & idem consuluit Barb. in cōsilio. xxvj.

63 *Carceratus propter unum maleficium an possit per unum alium officialem, ex alio maleficio recommendari.*

63 **Ange.** † Septimò quæro an carceratus propter vnum maleficium, possit per aliū officialem ex alio maleficio recommendari: dic q sic: facit q no. Bar. in simili in l. ij. §. fi. ff. de custo. reo. & in q. sua Lapus fuit captus. quod est verū, dummodo processus per primū officialem inchoatus nō impediatur, imò primò expediatur: ita dicit Bar. in l. si cui. §. fi. ff. de accus. Sed aduerte quia p secundam recōmendationem nō pōt impediri executio primæ pœnæ: quod tamen intelligo, vt not. Barto. in l. ij. §. fi. vbi vlterius quæro & c. ff. de cu. re. & not. Rapha. in l. nisi no. appel. penu. qui videtur aliter dicere.

b **Augusti.** Tu autem in hac materia an carceratus ex alia. Adde Barto. in l. ij. §. sed & eximendi. ff. ne quis eum qui in ius vocan. est vi. exi. vide Bal. in l. quia plericq. ff. de in ius voc. Bal. in auth. ei qui. in vj. col. C. de bo. auto. iud. pos. Bal. in l. turpia. ff. de lega. j. omnino Ang. in dicta l. ij. §. fi. ff. de cust. re. qui breuius & melius loquitur quā Bar. & Ange. in dicta l. si cui. §. fi. ff. de accusa. & Bal. in l. pen. & fina. ff. quod metus caus.

b ¶Recommendari. Adde tu, & vide Bal. in consi. cccl. xxxiiij. in ij. li. & ibi ponit cautelam ad euitandam istam sequestrationē: & etiā an carceratus pro delicto possit pro debito recommendari: & vide eundem in consi. cccl. xxv. vbi an carceratus per potestatem possit per episcopum recommendari, & adde Barto. in dispu. sua, incip. Lapus. & in consi. cxxvj. & etiā vide Ale. in cons. clix. in ij. vol. vbi quod recommendatio in carcere nō poterit fieri in die festato. vnū etiam no. q si reperiatur vnus carceratus pro delicto, & fiat proclama, q talis est in carcere. & q petit relaxari si est aliquis qui vult cōtradicere, q compareat q si nullus comparet, quod iudex debet illū relaxare; ita dicit pau. de ca. in cōs. xliij. in prima ipresiōe. B.

64 *Malefactor pro crimine quod ueniat relaxādus captis fideiussoribus, an iuste possit detineri & carcerari, ut doceat socios mandatores & auxiliatores.*

64 **Ange.** † Octauò quæro an si est tale delictū quòd debeat captis fideiussoribus relaxari : iuxta not. in l. prima. ff. de custo. reo. an sit iusta causa detinendi & carcerandi eum vt doceat socios, mandatores, & auxiliatores: dic quòd sic: vt not. Bart. per illum text. in l. secūda. §. pe. ff. de iur. fis. quòd intellige verum, quando sumus ī casu quo possit de sociis interrogari: iuxta no. l. fi. C. de ac cus. ita tenet ibi Cy. & Sal. aī's si nō posset interrogari, interrogatus etiam nō facit indictū: vt not. Bar. in l. prima. §. si seruus. ff. de quæstio. quòd videlicet quando possit de sociis interrogari: ponit Bart. suam determinationem in l. repeti. §. secundo. ff. de quæstio. quam dānat Salic. in l. fina. C. pe accusa. & suam ponit: quam suprà recitaui in ista gl. versiculo. quæro an particeps criminis &c.

Augusti. Tu autem in hac materia inquantum dictum est, an mandatarius possit in carcere retineri. Et in aliquo casu ad hoc nominet mandatorem. Adde gl. no. in l. non ideo minus. C. de accus. in glo. secunda. & ibi Bald. circa prin. in gloss. secunda. not. qui dixit quòd assassinus tenetur dominum siue mandatorē in iudicio nominare & super hoc potest torqueri : quando autem socius tenetur socium nominare latè dixi in ad ditio. in dicto versiculo. quæro an particeps criminis. & vide Angelum in l. & si certus ad silla.

65 *Iudici cuilibet competenti licet malefactorem capere.*

65 **Ange.** † Nonò nota quòd cuilibet iudici suo cōpetenti licet capere malefactorem. Vnde clericus non potest capi à iudice laico, nisi de licentia sui ordinarij ecclesiastici, vel nisi in flagranti crimine reperiat: quia tunc potest capi per laicum vt ducatur ad iudicem ecclesiasticum: ita dicit Inno. in capitulo. vt fame. de sen. excom. & not. Floria. in l. quarta. ff. ad leg. Aquil. Si clericus capiatur à iudice laico vel inquiratur à iudice laico, an possit petere se remitti, ad iudicem ecclesiasticū, si non est in habitu & tonsura: vide Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. Et not. quòd non tantum officiali licitum est capere clericum delinquentem: imò etiā laico priuatæ personæ, vt ad suum iudicem ducat: vt no. per Bartolum in l. si quis in seruitute. ff. de furt. facit l. prima. C. de ra. virg. Et hoc etiam voluit Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epi. & cle. Secundò etiam casu licitū est cuilibet capere malefactorem, vt quando aufugeret. arg. l. ait prætor. §. si quis debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. Tertiò si ex forma statuti esset casus in quo liceret ipsum reum offendere: ergo fortius potest capi, & etiā omni casu, & per quēcunq; qñ quis repertus est in flagrāti crimine, tunc quilibet habet mandatum à lege de capiē do quēlibet malefactorem: vt l. raptores. C. de epis. & cle. & l. capite quinto. ff. de adul. ita dicit Bal. in l. fin. C. de requi. re. quod no. Et aduertas q non pōt retinere captū nisi per xx. horas vt ad iudicem ducat: vt not. glo. & Bar. in dicta l. capite quinto. & ita dicit Bald. in dicta l. secūda. & idem ibi Salic. in casibus in quibus liceat priuato capere malefactorem, de quibus ibi per gloss.

ç ¶Ad iudicem. Tu adde, & vide in proposito quādo clericus deprehensus possit per laicum puniri per Alexand. in consilio octauo. in j. vol. & Cepo. in cons. xv. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia inquantum dictum est, an licitū sit capere clericum delinquentem, repertum in flagranti crimine, vel fugiētem per quemlibet laicum. Adde quod Hostiē. in summa de sen. excom. in §. quibus debet. vers. fallit. dicit quod nō vult diffinire istam quæstionem, & ibi dubitauit de vera decisione. Et eūdem recitat simpliciter Arch. in c. presbyter lxxxj. dist. quinimo Host. in c. nnper. de sen. excom. dicit se non fateri quòd vbi leges capturam permittunt, possit illo casu clericus capi nisi detur ius canonicum expressum: & vide in hac materia Laudinium. & Ioan. de Ligna. & docto. in capitulo primo. de offic. ordi. in cle. & dicta Innoc. in capitulo si verò. extra de sen. excommu. Ad de quòd istam materiam do. Card. domi. Anto. de But. & omnes posuerunt in capitulo cùm non ab homine. & ibi vltra

vltra omnes locutus est do. Abb. & ibi vide. Mod. extra de iudi. Et adde pulchra verba Ang. in l. ictus fustium. de his qui not. infa. & ibi Bal. sed Bal. ibi optimè est locutus in c. j. §. si quis. de pa. iur fir. qui dicit q clerici capi possunt vt præsententur episcopo, vt voluit Io. And. in nouel. in dicto capitulo vt famæ. sed ex interuallo nemo pōt eū capere nisi de commissione episcopi : allegat not. in c. cum non ab homine. extrà de iudi. An. autem clericum debitorem fugientem licitum sit creditori capere : vide Abb. & Mod. in c. cum non ab homine. De prima quæstione, vide Domi. de sancto Gemi. post Archi. in c. de his clericis. el. ij. in c. ante omnia. xxv. distinct. & Domi. de sancto Gemi. l. dist. c. de his vide Baldum per illum textum. in l. nec timorem. ff. quod met. cau.

66 *Captus si sponte se præsentat, an sit carcerādus uel fideiussoribus relaxandus.*

66 **Ange.** † Decimo quæro an postquam est captus, si sponte se repræsentauerit sit carcerādus vel fideiussoribus relaxandus: dic q aut ex tali delicto quod sibi àscribitur venit pœna coporalis, vel corporis afflictiua, imponenda de iure vel à statuto, & tunc ne pœna de ludatur non est fideiussoribus relaxandus. Quinimo si sit graue crimen non tantum est carcerandus, sed etiā in vinculis ponendus. l. diuus. & l. si cōfessus. ff. de cust. reo. vel si crimen confiteatur etiam in vinculis ponendus est, dato q crimen non sit graue, vel etiam si sit testibus conuictus: aliàs si crimen non sit multum graue solùm in carcere ponetur. d. l. si confessus. Si autem pœna non sit corporis afflictiua, & tunc fideiussoribus est relaxandus, etiam antequam astringatur vel cōfiteatur: vt est tex. & ibi Bar. in l. prima. ff. de cust. reo. quod singulariter not. contra aliquos latrūculatores qui antequam malefactorem captū velint fideiussoribus relaxare: casu quo sit fideiussoribus relaxandus: compellunt eum ad confitendum quòd ipsi postea tenentur syndicatu.

Augusti. Tu autem in hac materia quando aliquis fideiussoribus sit relaxādus: adde nota. per Bald. & Ange. in l. ij. C. de exhi. re. & vide illas de cis. quas allego nunc infrà in proxi. seq. q. & dicetur. infrà in gloss. pro quibus Anto. fideiuss.

67 *Pœna à principio existēte pecuniaria in subsidium ucrò corporis afflictiuæ an sit malefactor fideiussoribus relaxandus.*

67 **Ange.** † Vndecimò q̄ro si à principio pœna erat pecuniaria, in subsidium verò erat corporis
a afflictiua an sit fideiussoribus[a] relaxandus: dic quòd non quia possibile est illam pœnam corporalē imponi igitur iudicatur pœna corporalis: vt not. Barto. in l. ij. ff. de pub. iudi. & ita idem determinat in l. j. ff. de cust. reo. Aduertas tamen q cautela est, quòd si talis vult relaxari quod soluat pœnam fisco transferendo in eum dominium, sub hac conditione si condemnabitur: vt l. si sub conditione. ff. de solutionibus, non autem pecuniam deponat etiam apud fiscum : quia deposita fortè periret, secundùm Bar. ibi: sed Ange. in l. ij. C. de exhi. re. dicit hoc verum, si fuit deposita in sacculo: secus si fuerit numerata, quia tunc dominiū transfert in fiscū: & sic pire nō pōt: vt l. diē spōsalitiū & lucius. ff. depo. nec etiā fideiussores de soluēdo dāno relaxabuntur, quia poterunt effici nō soluendo: & sic possibile est q pecunia non soluatur: & sic corporalis posset imponi: non ergo depositum vel fideiussores admittūtur ne pœna corporalis sit elusoria. ita not. dicit Bar. in l. j. & l. item liberatur. §. j. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. vbi plura singularia dicit. Nam in dicta quæsti. alio modo distinguit, videlicet aut statutum dicit, quod condemnetur in certa
b quantitate quā si soluere non poterit amputetur sibi pes[b]: & tūc datis fideiussoribus vel facto depositio relaxabitur: quia non potest dici, quòd soluere possit qui fideiussores idoneos adinuenit: vt l. nemo dubitat. de reg. iur. quod intellige verum, si sunt fideiussores qui habent bona verisimiliter non peritura, aliàs secus: vt l. ij. §. j. & ibi not. ff. so. ma. Si verò statutum dicatur quòd condemnetur in certa quantitate quam si non soluerit amputetur sibi pes, tunc non debet relaxari datis fideiussoribus: quia potest esse q nec ipse nec eius fideiussores soluent, quanquam sint locupletes, & statutū requirit solutionem, ergo non sufficit satisdatio vel datio fideiuss. vt dicta l. item liberatur. §. j. & eo modo faciendo depositum non relaxatur nisi transferat dominium, vt dixi. Sed dubium est an massarij fisci cogantur talem dominij translationem in dicta pecunia recipere. Bar. in dicta l. item liberatur. §. j. in fi. dicit q non: quia nemo cogitur recipere pecuniam per quam qs obligatur ad reddendū: vt l. j. qui po. in pig. hab. Sed dicti massarij possunt obligari ad restituendum si ille veniret absoluendus: ergo non potest cogi recipere. Ex quo not. q si dicti officiales volunt recipere possunt & facere, q illi fiat gratia, quod fideiussoribus relaxetur : aliàs si non volunt facere dictam gratiam arrestabitur & carcerabitur. ita dicit Barto. quod no. quia eorum officium poterit esse venale. facit quod no. Barto. in l. ventre. circa fi. ff. de acqui. hę. quam cautelam not. perpetuo tu iudex, quando vis arrestare aliquem dicto casu q facias q camerarius communis non velit dictum depositum sub dicta conditione, & ita semel practicaui Nursiæ: de quo dic vt etiam dicam j. in gloss. in ver. pro quibus Anto. fideiussit.

ADNOTATIO. a ¶An sit fideiussoribus. Adde in materia. vide Io. de ana. & in cōs. j. & Cep. in cōsi. xl. & ibi etiam q valet cōsuetudo q quis relaxetur fideiussoribus vbi venit pœna corporalis, & adde etiam Pau. de Ca. in cōs. cccxlvj. incip. clarū est in iure. in iij. vol. in vltimo impressis, vbi q iudex ex causa pōt reū fideiussori relaxare, etiā vbi pœna sanguinis ingeritur, & ibi etiam videt ponere in iudicis arbitrio: quādo qs sit relaxandus fideiussoribus quic quid dicāt doc. in l. j. de cu. re, & subdit q cā est iusta quādo aliqs nō magnæ cōditionis accusat aliquem magnū virū de crimine, ingerente pœnā sanguinis. & ibi etiam dat cautelā iudici: vt in actis apparere faciat causam, quare reū relaxauit fideiussoribus, sicut quādo pœna anget vel minuit: & hæc no. Ber.

b ¶Sibi pes. adde an si statutū dicat q debeat soluere intra mensem cōdemnationē pecuniariam, an iudex possit intra mensem illum cogere ad soluendum : vide Cal. cōsil. ij. in tiul. de pe. & quid si appellauit à quo tempore incipiat currere mensis: vide do. Alexā. in consil. xxxvj. in. iij. libr. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde primò q licet per iura vulgata sancitum sit quòd captus in aliquibus casibus fideiussoribus sit relaxandus: iuxta not. in dict. l. j. ff. de cust. re. & quod ibi per Barto. & alios & satis suprà in his duabus proxi. quæstion. dictum fuit. Tamen limita hoc verum nisi ille qui est captus: qui vult fideiussoribus relaxari, aliàs fregerit carceres & aufugerit, quia tunc nullo modo fideiussoribus est relaxandus. Ita singulariter dixit gloss. quæ est singularis secundùm Roma. ibi in l. lex cornelia. ff. ad silla. & ibi Ro. dicit q nemo vnquam eam ponderauit: sed certè errauit Rom. quia Bal. ibi in d. l. corne. eam ponderauit, quē ipse non vidit, & infrà dicetur in hac eadem gl. in ver. quarto notandum est. & ibi latius. Et idem voluit Bal. in l. ij. C. de epis cop. audien. vbi etiam limitat istam materiam per authē. nouo iure. C. de custo. & exhib. reo. Et adde pulchra verba Bal. in l. sed si his. ff. de in ius voc. & ibi dicit q quando aliquis est inuentus cum armis non est fideiussoribus relaxandus, quia constat de delicto manifesto, licet delictū non sit graue. vide Bal. & doct. in l. si quis post. ff. de testa. Adde quod Ange. in l. moræ Romano. ff. de fer. per illam gl. ibi dicit q si quis comparet & vult dare pignora etiam de nocte pro carcerato. quia carceratus debet relaxari : & tene menti sententiam Bal. in l. eos §. super his. C. de app. q si causa est capitalis, & vnus vellet dare nedum centū: sed mille fideiussores talis non debet relaxari. ita dicit Baldus ibi secundùm Petrum. quòd not. Et de hac quæstione quam formaui hic in xj. quæstio. vide Bartolum dubitantem in l. nemo dubitat. ff. de regu. iur. vide Bartolum per illum illum textum. in l. statu liberos. §. ij. ff. de stat. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino per Ange. & Rapha. in l. j. ff. de cust. reo. per Mo der. in dicta l. item liberatur. §. j. ff. quib. mo. pig. & cætera. vide Bal. in terminis in l. data opera. circa medium. C. qui accusa. Et tene menti quod dixit Bal. in l. j. ff. qui satisd. co. & quod dixit Bal. in l. j. ff. si quis in ius vocan. non ier. q si iudex maleficiorum acceptauit fideiussores non idoneos & captum relaxauit: nihilominus potest iterum capere eum & facere q iterum præstet fideiussores: quibus: prę stitis nihilominus etiam primi fideiussores sunt obligati: & in hac materia bene faciunt not. in l. si quis ab alio. ff. de re iu. in l. iiij. §. ait prætor. eo. tit. ff. de re iud. per Bart. in l. solutionis. ff. de solu. Quintò adde do. Bal. & Angel. in l. secunda. C. de exhi. re. Et certè Bal. in dicta l. secũda notabiliter loquitur, nihilominus non recedo à doctrina Bart. in dicta l. item liberatur. §. j.

68 *Statuto dictante quòd nulla teneatur capere malefactorem & non capere, an & quomodo teneatur.*

69 *Statuto dicente quòd nulla teneatur custodire & saluare territorium suum ne incendia, robaria, & damna committantur, aliàs teneatur ad emendãdum damnum si non appareat malefactor, & maleficium puta ignis commissum fuit de nocte, & ignoratur malefactor, an nulla teneatur.*

70 *Villa tenetur pro delicto de quo supra, quomodo imponetur collecta.*

71 *Carcerari quando aliquis posit pro crimine.*

68 **Ange.** † Duodecimò circa prædicta quæritur qa suprà vidimus quando aliquis tenetur vl nõ, quando malefactor capitur vel captus est: imò videamus quando aliquí teneantur quia fuerunt negligentes in capiendo malefactorem, quoniam per Italiam communiter sunt statuta: quòd villæ teneantur capere malefactorẽ & non cœperunt: & quomodo teneatur distinguendum est, quòd si non potuerunt capere: quia fortè venit cum tã ta gente. q eum capere non potuerunt, vel maleficium in confinibus villæ commissum fuit, & incontinenti se transtulit ad alienum territorium [a] vel tertiò de nocte commissum est dictum maleficium: quòd in notitiam villæ maximè maioris partis hominum non deuenit & tunc villa nõ tenetur: ita singulariter dicit Barto. in l. j. §. occisorum. ff. ad silla. & in l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. & in l. in delictis. in prin. ff. de noxa. aliàs tenetur, vt ibi. facit quod no. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. & ibi in ver. modo iuxta prædicta. ibi, vt quia puta de nocte. &
69 cætera. † Quid si statuto cauetur vt est Bononiæ, q villa teneatur custodire & saluare territorium suum, ne incendia, robaria, & damna committantur, aliàs teneatur ad emendandum damnum passo, si non appareret maleficium ignis, siue damnum commissum fuit de nocte, vel in confinibus villæ, & ignoratur malefactor, an teneatur
b villa: & dic q sic [b]: quoniam statutum iniungit sibi custodiam: ergo si non custodit & de die & de nocte, dicitur esse in culpa, & magis debet custodire cõfinia: vt est text. in l. secunda. §. primo. C. de of. præf. aphri. ibi, vt festinent die nocteq & cætera. & quòd ille qui tenetur custodire. dicatur esse in culpa, & ita præsumatur si non custodiat. tex. est & ibi hoc vult Bart. in l. tertia. in prin. ff. de of. præfe. vigi. & tenetur quoniam lex, siue statutum mandat custodiam: ergo si non custodiat, fecit contra statutum: ergo pœna statim eidem cõtinuata est: vt est tex. in l. imperator. ff. de of. præfe. vig. ita dicit Ange. in cõsi. suo quod incip. in quæstione proposita dubium faciunt mihi plura &c. fa
cit l. ne quid. cum glos. & ibi Bartol. ff. de incen. rui. nau-
70 fra. † Sed tunc insurgit dubium casu quo villa teneatur ad pœnam vel damni emendationem quomodo imponatur collecta an per libram & solidos, an per capita: nota. Barto. in dicta l. ne quid. & l. iiij. §. actor. & Imo. ff. de re iudic. & per Barto. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. Sed in dicta l. ne quid. determinat in casu nostro, & non alibi: vbi dicit in ver. sed quæro in vniuersitate & cætera, vbi primò arguit quòd imponitur per capita, vniuscuiusq delictum &c. vt l. si quẽquam. C. de epis. & cle. in contrarium, quòd imponatur pro patrimonij quantitate. C. de patrimo. l. j. libro x. de naufra. l. fi. libro xj. & hoc sequitur Dy. & Spe. in titulo de rapt. §. j. versi. pone vniuersi. & no. plenè Bal.
71 in l. j. C. de excu. rei iudi. Vt † ergo scias quando & quis posit in carcere detrudi pro crimine. not. plenè Bart. in l. sacrilegij. §. cum eo aliàs incip. Labeo. ff. ad leg. Iul. pecu. vbi concludit, aut est priuatus qui vult capere malefactorem: aut iudex. si priuatus capere vult ob delictum commissum: & tunc si est crimen capitale vel eidem pœna sanguinis sit imponenda, tunc in flagranti crimine licet eum capere, aliàs secus: vt l. j. C. de rap. virg. & l. capite quinto. ff. de adulte. dum tamen postquam cum poterit ducat ad iudicem intra xx. horas si fieri potest: vt no. in d. l. capite quinto. aliàs priuato capere non licet: vt l. j. C. de pri. car.

Secundò casu principali, an iudici hoc liceat: distingue q pro delicto capere potest etiam in domo propria: vt C. de off. diuer. in l. prima. & nota. in lege, nemo de domo. de reg. iur. Fallit in muliere quæ committitur fideiussoribus in crimine pecuniario: vt d. l. j. C. de of. di. iudi.

ADNOTATIO¶ a Alienum territorium. Adde & vide Bart. in cõsil. cij. incip. charissime dñe isti nostri nucerini. & q syndicus nõ teneatur denunciare maleficia clandestina, tenet Ro. in cõsil. vij. Ber.

b ¶ Et dic q sic. Adde tu & vide Bald. in cõsi. xxxvij. in. j. volu. & ibi cõsuluit super statuto cremone, q villa teneatur de incẽdio facto sue clã siue palã: & vide eundẽ in consi. clxxij. & cõsil. clxxiij. vbi cõsuluit super statuto Mediola ni disponente, q villa teneatur emenda re robariam nisi intra. xxx. dies malefactorem cõsignauerit, an si fuerint quatuor malefactores quorum vnus fuit carceratus non tamẽ per villam, an villa dicatur liberata. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde inquã cũ dictum est suprà. de villa quæ tenetur capere malefactorem: & si non capit non tenetur quando villa non erat potens. Adde not. per Bal. in l. non idcirco. C. de his quib. vt indig. pro quo allego tex. in capitu. fi. de pœ. libe. vj. & ibi Io. And. super verbo, affuerit: vbi ciuitas vel vniuersitas punitur si non capiunt ibi malefactores: & tamen dicit ibi Io. An. super verbo affuerit, hoc verum: nisi malefactores essent potẽtes: & ratio est, quia verba statuti non trahuntur ad impossibilia: & ita dixit Bal. in dicta l. non idcirco. Et tene menti id quod dicit Bald. in l. fi. C. de his qui latro. quòd licet villa non possit capere malefactorem propter impotentiam tenetur tamen de nunciare. argu. illius text. Et isto casu an villa excusetur si delictum est factum clam vel de nocte. vide not. per Barto. in l. auus. ff. de calumn. per Barto. in l. diuus. ff. de custo. reo. Et dixi suprà. in versi. necnon ad denunciam. in materia an illi denunciatores & sydici teneantur denunciare huiusmodi maleficia clandestinè commissa, dic vt ibi. Item inquantum tactum est suprà an emenda quæ debet fieri per communitatẽ, an pro modo falcutatũ illorũ de vniuersitate fieri debet, vel secundũ numerũ personarũ. Adde quod videtur q fieri debet pro numero personarum, quia omnes negligentes fuerunt: ergo omnes æqualiter tenentur: vt l. si non fuerit. ff. pro soc. & ibi Albe. de Ro. in termi. hoc dixit in contrarium pro numero facultatum & patrimoniorum: probatur ex coniunctione duarũ legum: per l. fi. C. de naufra. vbi dicit quòd pro rata cõtingentis numeri: & l. primam. C. de mu. patr. per quas duas leges ita voluit Dynus in dicta l. ne quid. & ita Marti. de Fano dicit se consuluisse de facto: & pro hoc. C. de ope. pub. l. omnes. & l. forma. ff. de censi. & ita videtur determinare Alber. de Rosa. in secunda parte statuto. q. lxvj. q. incip. quæro quomodo fiet ista emẽdatio per cõmunitatẽ. Et de materia, adde dicta Inn. in c. graue. extra. de sen. excõ. & ibi per doct. Item inquantũ dictũ est suprà, quod licet persona priuata possit capere malefactorem, tñ non põt eũ retinere in priuato carcere, nisi per xx. horas. Limita prædicta, & dic q si quis posuit aliquẽ in priuato carcere & nõ erat tm ligatus nec in vinculis positus: quin de facili posset fugere nõ incidit in l. j. C. de pri. carceri. ita dicit Ange. in l. si quis in gratu. §. subuenitur. ff. ad silla.

Iudex

72 *Iudex an possit statuere præmium capienti malefactorem.*

73 *Præmium statutum capienti malefactorem, de quibus bonis sit soluendum.*

74 *Officialis publicus non debet habere præmium statutum capienti malefactorem.*

75 *Statuto dante præmium inuentori banniti, quo intelligatur.*

72 **Ange.** †Tertiodecimò quæro, an iudex possit statuere præmium capienti malefactorẽ. videtur tex. q sic: in l. si barsatorã. C. de fideiuss. & quod ibi no. per gl. & doct. Sed tu dic q aut consensu regentium ciuitatẽ hoc bannum fecit præmium statuendo, & potest salariũ constituere: vt l. j. in princ. ff. de iust. & iu. aut præter dictũ consensum, & præmium statuere nõ potest: vt l. j. C. de sala. nõ præ. lib. xj. & ibi Bart. ita dicit etiã Iac. But. in l. j. in
73 prin. & etiam ibi Bar. ff. de iust. & iu. † Et aduerte q isto casu nisi aliud in banno specificetur, tale præmium in du
a bio, primò debet solui de bonis delinquentis [a] si verò nõ sunt bona sufficientia, debet solui de bonis offensi, ad cuius iniuriam vindicandã hoc fit. Si verò ista bona nõ sint sufficientia. vltimo loco debet solui de bonis fisci: ita dixit Barto. per illum text. in l. lege. ad silla. sed etiam in isto casu est considerandum, q si quis non ex proposito, sed casu obuiauerit malefactori, & casu eum indicauerit, vl ipsum cœperit: quia non ibat isto proposito, vt eum caperet & p quireret, tunc talis non debet habere aliquod præmium.
74 Sed † nec officialis publicus [b] debet habere præmium, qa
b ex necessitate sui officij cogitur perquirere & prouinciã purgare malis hominibus: tũc etiã si ex proposito cœpit bãnitũ vel malefactorẽ, nõ debet habere p̃miũ ẽt nõ à se cõstitutũ & ordinariũ, sed vniuersali ordinariũ & à statuto deputatũ: vt not. Bart. in l. iij. §. vtrũ. ff. ad silla. & Sali. in l. ea quidem. in princ. ver. xvj. quæro &c. C. de accus. not. Barto. ff. de acqui. re. do. l. is qui. §. q si seruus. facit quod habetur in l. ij. ff. de condi. & demõ. & ibi Barto. & Imol. & Bal. in l. genero. ff. de his qui no. infa. & idem in l. si quis hæredẽ. in pe. q. C. de insti. & substi. sub condi. fac. sed idẽ Bal. tenet cõtrarium in d. l. genero. cõfundens fundamentũ Bar. primò, quia nõ est ista conditio merè potestatiua: vt patet, quia partim pendet ex fortuna vt bãnitus obuiet capiẽti: tũm quia talis conditio est difficilis in implemẽto: vnde sufficit si facto impleatur: vt d. l. ij. de con. & demõ. & l. multum. eo. tit. & hoc sequitur Lud. in d. §. vtrum cõsiderando mentẽ dicti statuti, quæ est vt bannitus capiat̃ pro executione, pone facienda: vnde cũ tale quid habeat locum in casu Bart. meritò & statuti verba. ar. l. quod dictum. ff. de pac. & sic capiens casu & fortuna ipsum bannitum, licet nõ ex proposito consequetur præmium statuti quod credo verum, quia effectu purgatur prouincia malis hominibus, & reip. interest: vt l. congruit. ff. de of. præsi. siue ex proposito capiatur bannitus, siue casu: & facit qd no. Bar. in l. omnes populi. in xij. colũ. ff. de iust. & iur.
75 †Sed aduertendum est si statutũ præmiat inuentorẽ bã
c niti, intelligitur dummodo eum apprehendat [c] nec sufficit sola inuentio: vt dicta l. si barsatorã. C. de fideiuss. facit quod not. Bar. in l. j. in prin. ff. de acquirẽ. pos. quod est verum secundùm Ange. in l. iij. §. neratius. eo. tit. si statutum præmiat inuentorẽ maleficij. Si aũt puniret quẽcũq inuẽtum cum armis, tunc etiam si nõ capiatur, punitur pœna statuti si fuerit inuẽtus aliàs sequeretur, q nisi quis apprehendatur, licet delictũ probaretur, non posset puniri contra l. j. C. de rap. virg. & d. §. neratius. & vide Imo. qui etiã per d. l. j. de rap. vir. dicit q quis satis dicitur inueniri si fuerit de maleficio conuictus. dic vt ibi per eum de quo dixi infrà eo. in gl. in ver. & dictus Andreas armatus.

ADNOTATIO. ¶ a Delinquentis. adde & vide per Rom. in consil. ccccix. Ber.

b ¶ Officialis publicus, Adde tamen quod Bald. in cõsil. cij. in. ij. vol. vult q syndicus denunciãs debet habere præmium, quod per statutum denunciãti maleficium est cõstitutum. Ber.

c ¶ Apprehendat. Adde & dic vt per Alexã. in cõsi. xxiij. vbi, an stãte statuto q inuentus in domo posit vulnerari & occidi, an sit necesse quod manu capiatur. Ber.

d **Augusti.** Tu autem [d] in hac. xij. q. in principali articulo, an iudex possit statuere præmiũ capienti malefactorem. Adde, & vide dicta Ang. per illũ tex. cum gloss. in l. q quisq iur. qui dicit q ipse vidit istã quæstionem de facto Perusij. infinitis vicibus: & dicit Albe. de Rosa. in iiij. parte statu. q. xlvij. quæ incip. item colligit Dy. q cõiter tenet q potestas sine statuto põt statuere tale præmium, capienti malefactorem: per gloss. in l. ij. C. qui ad líbe. perue. non pos. & ff. de re mil. l. non omnes. §. fi. & l. j. & ij. C. qui. ex caus. ser. pro præ. liber. acci. pos. & vide Bal. in dicta l. j. ff. de iust. & iur. De quibus autem bonis debet solui dictũ præmium, an de bonis delinquentis an de bonis offensi, vel de bonis reipub. adde q per sentẽtiam Bart. ibi in d. l. lege Cornelia. videtur approbare ibi Bal. & Raph. & dicit Ang. in l. lege Cornelia. §. fi. ff. de in iur. per illũ tex. ibi q illud præmium quod statuitur capitẽtibus vel indicantibus malefactorem, semper debet solui de substãtia malefactoris. Et inquantum dictum est q tale præmium non debetur officiali qui ex casu fortuito capit. Adde text. & ibi do. Abb. in c. ecclesijs. extrà de censi. & idem voluit Ange. in l. iij. §. fi ex stipulatiõe. ff. ad silla. & Bal. per illum text. in l. ab hostibus. la ij. C. de capti. & postli. reuer. Et pro hac quęstione bene faciũt no. per Alber. de Ros. in iiij. parte statu. q. lxxvj. quæ inci. ipse Odo. quærit aliam pulchram quæstionem. An autem quis dicatur inuenisse nisi apprehendat propter statutum præmiãtem inuentorem. Adde Do. Cyn. post antiquos in l. licet. C. de acqui. poss. & omnino pulchra verba Ang. posi Bal. in l. si bariatoram. C. de fideiuss. & Pau. de Cast. in l. j. ff. de acqui. pos. & Bal. in l. item lapilli. §. j. ff. de re. diui. qui ponit de statuto quo cauetur, q si dominæ fuerint inuentæ cum perlis soluant decem: nam si sunt vsæ per officialem & non retentæ. non debent soluere decem. De materia p Ang. in l. qui seruum. ff. de ver. obli. & per Ang. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & ista videtur vera sententia, & communis, q quis non dicitur inuenisse nisi apprehendat, licet Ro. in l. j. & Ange. in d. §. neratius. ff. de acqui. pos. aliter distinguant: & vide Bar. in l. j. C. de peti. bo. subla. lib. x. & Albe. de Rosa. in ij. parte statuto. in q. cxvj.

d ¶ Tu autem. adde tu, & vide Bald. in consi. xliij. in. v. lib.

75 *Bannitus capiens bannitum an consequatur præmium statuti.*

76 **Ange** †Quæro an bãnitus capiẽs bãnitũ cõsequatur præmiũ statuti. videt q nõ: quia statuta sunt fauorabiliora, ergo non comprehendẽt bannitũ: vt l. amissione. §. j. & ibi Bar. ff. de cap. di. In contrarium videtur veritas, quia de iure communi manifestans, & capiens socium criminis punit̃: vt l. non omnes. §. fi. ff. de re mili. Secundò, qa verba fauore reip. capiũt ampliationẽ: vt d. §. vtrũ. & est tex. in l. hoc modo. ff. de cõ. & demõ. & istud tenet
e Lud. in d. §. vtrũ. sed Bar. in l. iiij. [e] §. fi tibi. ff. de cõ. ob. tur. cau. dicit no. istũ ver. ad excusationem cõmunis Perusij, q fecit bãniri q quicũq indicaret occisores sabbati Iudęi haberet tantã quãtitatẽ. nã debet intelligi de alijs indicãtibus cũ de socijs & criminis participibus. illi enim licitè accipere nõ possunt: & ideo dicit q ille fornarolus q indicauit alios licitè fuit suspensus: qd est verũ nisi statuto dicatur expresse, q prẽmiũ detur etiã si esset de socijs criminis
f quia statutũ valet [f] & pœna remittit̃: vt auc. sed nouo iure. C. de pœ. iud. qui ma. iud. ita dicit Bar. in d. §. fi tibi.

e ¶ Sed Bart. in l. iiij. Adde tu, & ibi; vide nouis. & Alexã. in cõsilio j. in. iij. vol. Ber.

f ¶ Statutũ valet, adde circa hoc, & vide Ioã. de ana. in consil. lix. B.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde text. & ibi Sali. in l. j. C. de mulier, quæ pro ser. & Ange. & Rapha. in l. iij. §. fi ex stipulatione. ff. ad sillan. & omnes doctores in l. idem est. §. fi. ff. cõd. ob. tur. cau. & Sali. in l. pe. C. de cõ. ob tur. cau, & Sal. in l. ij. C. de noxa. Sed contrarium videtur tenere Bal. in dict. §. fi ex stipulatiõe.

& Bal. in l. j. C. de cõ. ob. tur. caus. pro quo adduco id qđ tradunt Docto. per illum text. in d. §. si ex stipulatione. q fauore reipu. generalitas statuti non restringitur ad personas habiles. Sed statutũ loquẽs gñaliter, gñalit debet itel ligi: vnde isto casu cum statutum geueraliter loquatur q cunq; indicauerit & cætera. debet tale statutum comprehendere etiam inhabiles, etiam si sit bannitus, vel socius criminis. Sed vide omnino Sali. in d. l. ij. C. de noxa. notabiliter respondentem ad istud motiuum in hac difficultate & eius verba posui suprà in gl. necnon ad denunciatio nem. in illa q. q̃ incip. quæro secundùm Sali. in d. l. ea qdẽ.

77 *Bannitus qui alium bannitum posuit in manibus potestatis, an possit per potestatem rebanniri.*

77 Ange. † An autem bannitus qui alium bãnitum
a posuit in manibus potestatis possit per potestatem rebanniri*: videtur q sic: vt homines facilius inducentur ad capiendum bãnitos: vt d. §. vtrũ. ad fill. cõtrariũ autem tenet Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & per l. j. §. fi. ff. de quæstio. facit l. relegati. & l. diui fratres. ff. de pœnis. & C. eo. tit. l. pe. & primam partem sequitur Alberi. in suo tractat. statutorum in secunda parte per d. l. nõ oẽs. §. fi. & l. ij. C. qui ad liber. procla. nõ lic. & l. ij. C. ex qui. caus. fer. præ. liber. ac. sed pro Bar. facit l. iij. §. planè. ff. qđ vi & clã. Lud. autem in d. §. vtrum cõcordat. aut potestas est assumptus cum mero & misto imperio, & tunc possit ipsum rebannire: mouetur per l. illicitas. §. qui vniuersita. ff. de off. p̃si. aut est vt communiter eligũtur, & tunc aut talis bãnitus erat certo loco relegatus ad expediẽda certa opera ciuitatis: & tunc potest saluari Alber. q potestas rebanire nõ posit: vt l. metallum. ff. de pœ. aliàs tenet opi. Bart. & hoc sequitur Bart. in l. j. circa fi. C. de præci. imp. offi. & tangit postea Gui. in l. j. circa fi. prince. ff. de iust. & iur.

ADNOTATIO. a ¶ Rebanniri. Adde, & vide Alexan. da imol. in cõsi. xxvj. in. j. volu.

Augusti. Tu autem in hac materia, ad de quod Bart. in d. l. ambitiosa. de decre. ob or. fa. nõ loquit aliquid in q̃stiõe ꝓposita, s. de potestate, an possit rebãniri: fed loquitur tm̃ ipse de decurionibus: quibus est datum liberũ arbitrium &c. an vigore dicti arbitrij possit rebãnire: & sic loquitur Bal. p illũ tex. in l. lucius. §. lucius. el. ij. ff. de le. ij. sed melius facit qđ dixit Bart. per illũ tex. in l. releganti. ff. de pœ. q solus princeps est ille q põt rebãnire, & non iudex. Nec ob. q iudex ex causa põt hoc facere: qa intelligitur, s. autoritate principis & non aliter. Idem dicit de populo qui non recognoscit superiorem.

78 *Statuto cauetur quod si villa non cœperit malefactorem teneatur ad pœnã centum: modo fuerunt plures malefactores in territorio villæ, quorum nullum villa cœpit, an debeat villa in totum in centum puniri uel pro singulo malefactore in centum.*

78 Ange. † Quæritur econtra, si statuto cauetur q
si villa nõ cœperit malefactorem teneatur ad pœnã centũ, modo fuerũt plures malefactores in territorio villę, quorũ villa nullũ cœperit: an debeat in totũ in cẽtũ puniri vel ꝑ singulo malefactore in centũ, & qđ ꝑ singulo teneatur: videtur casus in l. lege iuli. ff. ad silla. & etiã quia personarũ multiplicatio vel rerũ, inducit multiplicationẽ pœnarũ: vt l. agraria. ff. de ter. mo. & l. pen. & fi. ff. de colle. illici. Prætera quot sunt personę tot videtur esse delinquentes: vt l. si plures. ff. de iniur. & l. si familia. ff. de iu. om. iud. Si igitur plures delinquẽtes, ergo plures negligẽtiæ interuenerũt in villa non capiendo aliquem, ergo pro singulo debent puniri. pro hoc l. senatus. in fi. ff. ad Turpi. & statutum singulariter loquens pluralitatem inducit l. si quis id quod de iurisdi. om. iudi. Præterea vnusquisq; vnum maleficiorũ cõmisisse intelligitur: vt d. l. si ex familia. ergo ex maleficiorũ multitudine pœnarum numerus multipli
catur. l. nunquam plura. ff. de priua. delic. Sed contrarium tenet Alberi. in suo tract. statuto. in ij. parte. in fi. & Bart. in l. cum si exhibuissent. ff. de public. & l. ex maleficijs. §. fi. ff. de actio. & oblig. quia verum est q sunt plura maleficia, habito respectu ad ipsos delinquentes: sed quantùm ad villam quæ tenetur, dicitur vnum maleficium: vt d. l. cum si exhibuissent. Et ideo cum villa teneatur ex quasi maleficio, quia propter alterius tantum delictum, vna tãtùm pœna solutio. liberat omnes totaliter & totam villã vt l. j. §. fi. cũ duabus seq. ff. de his qui deie. vel eff. & plenè ꝑ Bart. in l. sp. §. sepulchro. ff. q. vi aut clam. & l. si plures. ff. si fa. fur. fe. di. & in l. item mela. §. si plures. ff. ad le. Aqui. not. in l. si multum. ff. de publi. iudi. quinimo dicit Bal. no tanter in l. j. C. de condi. fur. q stante statuto q quicũq; nõ cæperit malefactorem, puniatur tanta pœna q si plures fuerunt & nullus eorum cœperit: solutio facta abvno, oẽs liberat: cuius contrarium videbatur dicendum per dictionem quicunq;, quæ est distributiua: vt plenè per Bar. in l. in hoc articulo. ff. de hære. insti. & ideo hoc est, quia isti tenẽtur ex quasi maleficio: ideo solutio facta ab vno omnes liberat, vt suprà dictum est. Et oĩa ista vide per Ludouicũ in l. lege Cornelia. ff. ad silla. Et aliquid dixi suprà in glos. in verbo, & Andreã &c. i ver. ex his determinatur talis q̃st.

Augusti. Tu aduertas quia mirabar q iste Doctor tanta allegasset in hac materia: sed omnia verba sua de verbo ad verbum fuerunt Roma. in l. lege. ff. ad silla. qui allegant omnia ista: & ipse Roma. in dicta l. cum si exhibuissem. faciens mentionem de hac doctrina Bartoli dicit q de hac materia latè dixit in l. diuus. ff. ad silla. sed errauit, quia voluit dicere in d. l. lege. ff. ad silla. & ibi allegat dictã Bart. in l. si rixa. ff. de, sica. Et vide omnino dicta Bal. in l. cum rationibus. C. qui accusa. & dicta Bal. in l. prima. C. si plu. vna sen. in ij. columna. & hic potes addere ea quæ dixi suprà in glos. in ver. Andream auxiliatorem. in additio. meis, in illa quæstione quæ inci. ex his determinatur talis quæstio. Et Adde Moder. in dicta l. cum si exhibuissent. §. si plures. Et certè ille tex. multum facit pro ista quæstione: sed istam quæstionẽ melius probat text. in l. perceptione. ff. de his qui deie. vel effu. & vide Alb. de Rosa. in loco allegato à Ro. in dict. l. lege. ff. ad sil. q allegat oĩa bõa iura q̃ possũt allegari ihac materia.

79 *Officialis dicens se iussu præsidis debere aliquem capere, quòd uerum non sit, & propter hunc timorem fuit sibi aliquid datum, tenetur de concussione.*

80 *Carcer regulariter ad custodiam non ad pœnam est inuentus.*

79 Ange. † Tene tamen menti, q si officialis dicat q
iussu præsidis debeat aliquẽ capere, quòd nõ erat verũ, & propter hunc timorem fuit aliquid sibi datũ, tenetur de concussionibus: vt not. gl. in l. j. ff. de concuss. Postquam verò reus se præsentauerit, vel captus est ponitur in carcere: dicamus aliquid de ipsa carceratione, & vinculis, & custodia, qm̃ hic congruenter cadit. Et pri
80 mò sciendũ est q † carcer regulariter ad custodiã non ad
b pœnã inuẽtus est. l. aut damnũ. §. solẽt. ff. de pœ. Sed si punitio delicti non expectat aliã pœnã à lege vel ab homine
c imponendam: tunc carceratio ' à lege ordinaria datur ad pœnã: vt l. j. in fi. ff. de alea. & in casu speciali, in l. nemo. & ibi Ang. C. de exac. tri. li. x. ita dicit Bal. in l. j. C. de cu. reo.

b ¶ Non ad penam. Adde circa hæc & vide Fulgo. in cõsil. xliij. Ber.
c ¶ De carceratione.

Augusti. Adde & intellige prædicta q verum est, q carcer regulariter inuẽtus est ad custodiam, non ad pœnam. hoc verũ quando carcer nõ habet in se aliquod aliud accidens, vt est in casu declarato pulchrè per Bartol. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. Et vide Bal. in authen. si captiui. C. de episco. & cle. & dicam infrà latè in materia. Adde omnino Domi. Ioan An. & Domi. Anto. in capitulo à nobis, de apostа. extra Sed omnino ibi vide Dominum Abb. qui eleganter loquitur: & vide

& vide in c. quãuis. de pœ. li. vj. d. Catal. i trac. syn. in q. clj. qui ponit q carcer est mala mansio, & ille qui non potest torqueri non poterit etiam incarcerari: quæ conclusio an sit vera vel falsa, ibi vide.

81 *Carceratio reperto mortuo, & non cognito quomodo uel à quo, præsumitur contra ipsum officialem, uel commentariensem, qui eum retinebat in carcerem.*

81 Ange. †Secundò quæro: carceratus reperitur mor
tuus & ignoratur quomodo vel quo. Dic q præsumitur contra ipsum officialem, vel commentariensem qui eum retinebat in carceribus, qui nisi probent q non dolo vel eorum culpa sit mortuus, tenentur: de quo est glo. singularis in l. cum res. §. species. ff. de leg. ij. & est casus ibi, & in casibus per gloss. alleg.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde ea quę dixit Ang. in l. si quis ex argentarijs. §. p̃tor in fi. ff. de eden. qui dixit q hodie custodes carcerum adhibent istam cautelam q eo ipso q vnus est in carceribus mortuus adhibent medicos qui dicunt mortuũ absq; culpa ipsorum, q morte sua mortuũ, & ita faciũt notariũ esse rogatũ: & hoc probat illa prima solutio glo. ibi, & est tex. in l. fi. ff. de cu. reo. & ibi Ang. hoc etiã dixit: & ibi etiã dat aliam cautelam antequam carceratus sit mortuus.

82 *Carceratus pro aliquo crimine quod tamen non commiserat, si fracto carcere aufugiat, habetur pro confesso dictum crimen, & contra eum tanquam si dictum crimen commisisset & confessus fuisset procedi potest.*

82 Ange. † Tertiò, quid si quis positus fuit in carce
re pro aliquo crimine, etiam si dictũ crimẽ nõ cõmiserit, tñ si effracto carcere aufugerit, habetur pro cõfesso dictũ crimẽ: & cõtra eũ vt tanq̃ dictũ crimẽ cõmisisset, & tãq̃ cõtra confessum dictũ crimẽ ꝓcedi põt: vt est tex. & ibi glos. & Bart. in l. in eos. ff. de cust. reo. & l. fi. e. ti.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde, q opus est q ad hoc vt fuga de carcere inducat il
lã plenam probationẽ propter fractionẽ carceris, q opus est q fugiẽs fregerit carceres: al's si reperiret hostiũ apertũ & negligẽtia custodis aufugisset illo modo & illa pœna nõ deber puniri sc'm qđ dixit d. Ang. hic. Ita in terminis voluit Guil. de cu. in l. succurrit. ff. ex q. cau. ma. & ibi Bal. & Bal. in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & Ang. i l. j. ff. de effra. Et de materia vide pulchra verba Io. an. i ti. de p̃sum. §. ij. ver. violẽta. & vide no. in c. cũ nõ ab hoĩe. extrà de iu. & Bal. in d. l. succurrit dicit q si sine fractura aufugit, qa inuenit hostiũ apertũ nõ habet ꝑ cõfesso. Si autẽ extra muros exiuit, tũc est violator carceris: & sic tenet pœna frangẽtis carcerẽ, & tũc dico q habebit ꝑ cõfesso. Idẽ si fractis compedibus exiuit per hostium: vide ibi Bal. post Guil.

83 *Delinquens qui non ueniret carcerandus sed relaxandus fideiussoribus, si alias aufugit de carcere carcerandus est & diligenter custodiendus.*

83 Ange. † Quæro notandum est q licet quis esset
fideiussoribus relaxandus ex aliquo delicto, nec carceradus: si tamẽ aliàs semel de carceribus aufugit, carcerandus est, & diligẽter custodiẽdus: & per hoc amittit beneficiũ l. j. ff. de cust. reo. cũ si. gl. est in l. lege. ff. ad sil. ex hoc dicit ibi Lud. q insurgit intellectus ad gl. quę sem per allegat in l. si pec. ff. de cõ. ob. cau. circa med. videlicet q vbi quis est de delicto absoluẽdus nõ est diligenter custodiẽdus sicut dãnãdus: ita no. in d. l. si pecuniã. §. pe. q be ne debẽt tenere mẽti cõmentarienses: qa propter hoc multoties excusantur tñ illud est verũ nisi al's talis malefactor aufugerit, vt d. l. qa cũ semel aufugerit p̃sumit q semp aufugeret: & iõ pdidit priuilegiũ q nõ ita arctè cõfringatur: facit l. quid sit fugitiuus. in prin. ff. de q̃di. edi. qđ bene no.

Augusti. Tu autem in hac materia, circa intelle
ctum illius gl. in d. l. lege. Corne. adde qđ Roma. ibi dixit quòd illa gl. nunquam fuit ponderata ab aliquo nisi ab ipso: sed iple errauit, quia Bal. ibi eam ponderauit licet Bal. in l. nemo de inceps. in fi. C. de epis. audi. non recordatus fuerit de illa gloss. in dicta l. lege. sed ipse Bal. ibi ponderauit quòd de hoc erat tex. in dicta l. nemo. Nam dicit q licet quis non esset in carcere detinendus, si
a aliàs fugit* de palatio: tunc si iterum capitur debet incar-
b cerari propter illam primam fugam, & hoc no. b

ADNOTATIO a ¶ Si aliàs fugit. Adde tu an aufugiens de carcere habeatur pro cõfesso, adde & vide Bald. in consi. cccxx. j. volu. & Alexand. in cõsi. clviij. in. vo. ij. & qualiter puniantur plures cõspirãtes ad frangendũ carceres: vide per Raph. cu. in cõsil. cv. Ber.
b ¶ Et hoc not. adde tu, & vide Ioã. de ana. in cõsi. j. & ibi Ludo. bolo. in addit. Ber.

84 *Carceratus senex uel debilis, non sunt ita diligenter custodiendi sicut iuuenis & robustus.*

85 *Carcer quotuplex sit.*

86 *Detentus sub fida custodia, an dicatur carceratus.*

87 *Carcer quadruplex est.*

88 *Carceri perpetuo iudex ecclesiasticus potest condemnare clericos, non autem laicos, licet efficerentur fori ecclesiastici ratione delicti.*

84 Ange. † Quintò etiam aduertat custos carceris
q non ita diligenter est custodiendus senex sicut iuuenis, & non ita debilis sicut robustus: vt not. glo. in l. si vt certo. §. nũc videndũ. ff. cõmoda. Et bene notandũ est qualiter intelligatur q quis diligenter custodiẽdus sit, qa de hoc habes glo. in l. j. in fi. ff. de ser. fugi. cuius glo.
85 formã sequi debes, tu custos carcerũ, † Quotuplex aũt
sit carcer no. plenè Bal. in authẽ. si captiui. C. de epi. & cle. vbi videas de pluribus carcerũ speciebus. Nam quidã est carcer terminus pœnæ, & imponit de iure canonico pœ-
c na perpetui carceris*. Secundus carcer est, quando qs detinetur pro criminis inuestigatione: vt l. ij. ff. de exhib. reo. Tertius est carcer, quando quis iam cõdẽnatus est, & detinetur in carcere, vt soluat condẽnationem, vel de eo fiat executio: & est carcer hostium: vt in toto tit. de capti. Est & alius latronũ, vt l. nam & Seruius. in prin. ff. de
86 neg. gest. †Quæro, aliquis detinetur sub fida custodia, an dicatur carceratus vel teneri in carcere: ita q si esset ta le delictũ, ex quo prohibita esset carceratio, q iudex tenea tur in syndicatu necne: dic quòd non dicitur incarceratus vt est tex. gl. & Bar. in fi. C. de cur. & stat. lib. xij. quod bene not. pro excusatione iudicis qui ponit biruarios circa captũ ne aufugiat, q tñ non dicitur ipsum carcerasse.

c ¶ Perpetui carceris. adde & intellige hoc procedere in clerico nõ autem in laico effecto de foro ecclesiastico: ita Ro. in fi. cxciij. & adde q licet damnatus ad perpetuos carceres fugiat de carceribus nihilominus seruus pœnę remanet: ita cõsuluit Raph. ful. in cõs. xliij. Ber

87 Augusti. † Tu aũt in hac materia inquantũ di-
ctum est quotuplex sit carcer. Adde Bal. in l. imperium. ff. de iurisdi. omni. iudi. in iiij. col. qui dicit quòd quadruplex est carcer, scilicet pœnæ ꝓpetuæ: & est meri imperij, quia pro morti æquiparatur: alleg. Inn. in c. qualiter extrà de accus. Secundus est carcer modicæ coercionis, exemplum, quia baiulus non bene facit ambasiatam indicis, & iudex facit eũ poni in cippis. Tertius est carcer custodiæ. Quartus est carcer domesticus. dic vt ibi per eum, & vide Angelum in l. j. C. de priuat. car. qui dicit, quòd etiam ille qui detinetur in via & recedere nõ põt, dicitur incarceratus: & talis detinẽs illo mõ ĩcidit in pœnam de priuatis carceribus. Item qui de loco libere & tutè recedere non potest, dicitur incarceratus, vide ibi. & ibi Bal. in l. prima. C. de confess. in vndecima colũna. quòd ille qui est bene custoditus dicitur incarceratus per l. qui neque. ff. de ver. sig. & dixit Ange. in l. qui in carcerem. ff. quod me. cau. quòd carceratus est qui de loco ad sui libitum recedere non potest. Quinimò vult ibi quòd etiam dicitur carceatus ille cui assignatus est vnus locus amplissimus: vnde si vni nobili assignatur palatium totũ, à quo non recedat, vel ciuitas tota: ille dicitur incarcera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cus:& satisfactum est statuto quòd accusator ponatur in carcerem qui autem dedit fideiussores & iurauit de non recedendo,nec in vinculis,nec in custodia est. Et vide Dominum Catal.in tractat.syndic.q.ccxlvij. qui dicit q maior custodia adhibenda est illi qui debet condemnari, quàm illi qui debet obsolui.& vide ipsum ibi in quæstio. ccxlvij. & ccxlix.qui dicit quòd ille dicitur incarceratus cui locus est assignatus quem exire non potest: & ibi ponit quando quis dicatur esse sub fidà & secura custodia: & ibi dicit quòd ille dicitur esse sub fida & secura custodia qui est ligatus,& licet aufugiat commentariensis dicitur excusatus.Et quod dixit suprà de carcere quòd car
88 cer perpetuum est meri imperij. † Scias quòd licet iudex ecclesiasticus possit condemnare ad perpetuum carcerẽ: intelligas hoc esse verum contra clericos,non contra laicos,etiam quando laici propter crimen efficerentur de foro ecclesiastico:ita dixit Roma.in singul.suis secundi anni clxxxiij.quod incip.Tu scis quod de iure ciuili.

89 *Confitens delictum an possit poni in carcere,a d hoc ut consocios manifestet & mandatorem.*

89 Ange. † Quæro aliquis confitetur delictum an possit poni in carcere, solummodo propter hoc,vt manifestet consocios & mandatorem:dicit Bar.q sic:per illum tex.in l.ij.§.pen.ff.de iure fis.& in ista glosſ. suprà dixi ver.octauò quæro an si est tale & cętera.Vnde tu iudex si tu retines eum in carceribus , propter hoc vt manifestet mandatorem vel socios,excusaris:& hoc sem per facias apparere in actis : aliàs talis carceratus posset agere actione iniuriarum contra iudicem:vt not.Bar.in l. si verò pro condemnato.§.j.ff.qui satisd.cogan.

Augusti. Tu in hac materia adde & intellige p̃dicta, vbi sumus in casu quòd qs tenetur nominare socios criminis:iuxta not.in l.fi.C.de acusa. & in cap.primo.extrà de confess.Et latè dixi suprà in hac eadem glosſ.in illa q.quæro incipit ,quæro an particeps criminis dicatur ad indicium idoneus testis.

90 *Iudex tenetur uisitare carceratos & facere quod habeant necessaria sibi.*
91 *Custodibus carcerum existentibus duobus,si unus eorum ausugiat cum carcerato,alius custos non tenetur pro illo carcerato qui ausugit.*
92 *Carceratus non debet relaxari sine bulletino illius iudicis qui fecit eum incarcerare.*

90 Ange. † Et aduertas tu iudex q obligaris visitare carceratos & facere& curare quòd habeãt necessaria sibi:vt C.de epis.aud.l.iij.& si vides aliquẽ carceratum sine causa, siue sine delicto ad nullius petitionẽ
a põt ex mero officio relaxare[a]:vt not. Bart.in l.si quis vxori §.si fugitiuum.ff.de fur. Et isto casu bene aduertat custos carceris:quia si ipse sine iudicis mandato relaxaret, etiam illum qui sine causa positus est in carceribus tenet aliàs tenetur iudex,si minus quàm iustè mandauit quòd relaxetur:vt not.Bar.in d.§.fugitiuũ.& sic dictus custos semper velit de mandato iudicis præcipientis sibi quòd relaxet apparere in scriptis & cõtra. Etiam tu iudex bene aduertas qualiter mandas aliquem carceratum relaxari, ne postea tu tenearis fisco vel creditori ad interesse:& ita
91 sæpe in vrbe practicaui dum essem locum tenens senatorum. † Tene etiam menti, quòd si sunt duo vel plures carcerum custodes,& vnus ex eis aufugiat cum carcera
b to:quòd alij custodes[b] aliquo modo nõ tenentur pro illo carcerato qui aufugit:vt est text.in l. penulti.§.primo. ff. de custo.reo. Ita etiam dixit Baldus in l.filio exhe.§.eius qui.ff.de iniu.testa quod perpetuo not.quia semel habui de facto in ciuitate castelli. Adde quod dicam infrà in gl. in verbo,iudex detineri & decarcerari iussit. Sed aduertas si quis fuit iniustè captus & detentus:& ausugit, q non tenetur de fuga: nota. Bartol. in l.ius eius ,& ibi Doctores,C.de probat.

ADNOTATIO a ¶ Officio relaxare. Adde tu, & vide Pau.de cast.in cõsi.xliiij.in.j.impressis.Ber.

b ¶ Quod alij custodes. adde quod carceratus præsumitur ausugisse regulariter negligentia custodie. vnde superstes habet præsumptionem pro se.ita probat text.in.l.fi.circa medium.& ibi glosſ.fi. ff. de cu.reo ãten adde q custos carceris nõ est diligẽs, si non tenet duos carceres ad obseruandũ custodem.text.est in.d.l.fi.in princi.& ferramenta pro frangendo carcere non præsumuntur posse inferri in carcerem nisi ex culpa & negligentia custodis casus est not.in.l.carceri.in princip.ff. de cust.reo, de quo late vide per Francisc.de are.in consilio.xxxvij.

Augusti. Tu in his quæstio. adde inquantum dictũ est quòd iudex tenetur procurare quod carcerati habeant sibi necessaria.Adde quòd si carceratus non habet vnde ali,debet alimentari per eum qui fecit incarcerari eum.glosſ.in l.fina.C.de erog.mili.anno. libro duodecimo.vide Bartolum in l.sanctum. in princi. ff.de rer.diuisio.Et Ange.in l.minimè.C.de appella.& in materia adde Angelum in dicto §.si fugitiuum, qui confirmat Domi.Barto.ibi: & Bald.in l.mulier. ff.de condit. insti.quòd si iudex videt aliquem incarceratum sine cau-
92 sa,nec ad alicuius petitionem potest ipsum relaxare.† Et not.quæ dixit An.in l.plericq.ff.de in ius vocan.§.si quod carceratus non debet relaxari sine bulletino illius iudicis qui fecit eum incarcerari.Adde quæ dixit Roma.in singula.suis primi anni xxvij.quod incœpit si dicit statutum, quòd ille tex.in l.fina.§.interdum . ff.de custo. reo est singularis , scilicet, quòd si vnus carceratus aufugit cum altero custode carceris, quòd aliter nõ tenetur.

93 *Tortura quando possit adhiberi tam contra malefactores,quã contra testes, & pluribus existentibus inculpatis de uno debito, à quo debeat incipere tortura.*

93 Ange. † Nunc videamus de tortura facta post in
c dicia,capturam,& carcerationem ad torturã[c] deuenerunt hic enim congruentius ponitur quam in alia qua glosſ. huius tractatus : ideo hic de ea aliquid dicam. Præmittas primò quando ad torturam potest deueniri, tam contra malefactores, quàm contra testes quod not. plenè. Salic.in l.fina.C.de quæstio.ver.tertio. quæro quã do ad quæstiones possit deueniri,& quẽ ordinem debeat tenere iudex:vide plenè per Angelum in dicta l.finali.Et primò quæro quando iudex habet plures inculpatos de vno delicto à quo debet initium facere de torquẽdo Bartol.in l.prima.in prin.ff.de quæstio.dicit iudex debet animaduertere à quo melius sperat & citius extrahere veritatem & ab illo ĩ torquẽdo faciat initium: si autem sperat ita ab vno sicut ab alio tunc initium faciat ab eo qui magis de crimine est suspectus.Si autem omnes pariter sunt suspecti tũc incipiat à magis debili:vt dicta l.prima. coniuncta.l.vnius.in prin.eo.titu. Item si est pater & filius, à filio in conspectu patris incipiat qui magis timẽt in filium quam in se:vt l.isti quidem.ff.quod metus caus.

Item si est masculus & fœmina incipiat à fœmina quia est debilior:vt l.filio.C.de inoffic. testamen. & l. deferre. in prin.ff.de iur.fisci.primò torquenda est fœmina magis quàm masculus

c ¶ Ad torturam.adde & vide Bal.in cõsi.cclxxv.vbi q triplex est tortura, grauis grauior & grauissima, quæ cũ imponitur bene esset q adessent,quia aliquãdo ita moles q expirarent torti in tortura.

Augusti. Tu autem adde quod Gan. in tracta. suo maleficiorum in Rubric. de quæstio. & tormen.in verficulo.nunc videndum est quo ordine sint habenda tormenta dicit quod iudex sagax considerabit à quo facilius veritas eruì possit vt ab illo quæstionẽ incipiat tãquam à timidiore & à magis suspecto,& à magis debiliori,& non à fortiore per legem primã.§.j.ff. de quæstion.& dicta l.vnius.& dicit quòd cum fœmina habeat cor momentaneum & instabile.l.deferre.in prine.ff de iur.fisci.primò torquenda est fœmina magis quàm masculus

sculus.Item filius quam pater.Et certè dum d.Angel.hic allegauit Dy.in suo tracta.de quæstio.errauit ipse, & alij qui allegant Dy.fecisse illum tractatum,quia fuit Gand. qui fecit illum tractatum de quæstio.& tormentis.quem posuit in suo tracta.malefi.Et de materia ista vide Ioan. And.in terminis formantem istam quæstionem in c.cum contemplatione.extrà de regu.iur.& Paul.de liaza.in cõmento.c.grauis.extrà de deposito. Adde tamen inquantum dictum est suprà,quod post indicia deuenitur ad torturam quod glosſ.in c.quæstionem.xxij.q.ij.dicit quòd licet regulariter ad torturam deueniri nõ possit nisi p̃cedẽtibus indicijs:tamen hoc fallit in tribus casibus ibi enumeratis:vbi ad tormenta peruenitur:nullius indicijs præcedentibus.Item fallit in teste qui invilli persona,qui potest torqueri sine indicijs Baldus in l.milites.C.de quæ-
a stio.& ibi vide alios casus[a].

ADNOTATIO. a ¶ Alios casus ,adde vide Barba.in consilio.xxxv.

94 *Iudex non debet ad torturam deuenire nisi in subsidium, & quando aliter ueritas non potest ueri similiter haberi.*

94 Ange. † Secundò quæro ante omnia an liceat iudici deuenire ad torturam quando vult, dicq non sed in subsidium deuenitur vt quando verisimiliter veritas aliàs haberi non potest,aliàs autẽ si per aliam viã veritas reperiri posset:deueniendum non esset ad torturã vt est text.& ibi Bartol.in l.edictum.ff.de quæstion. Ex quo not.& cautus sis quòd facias in actis apparere quòd
b iudex non possendo aliter veritatem[b] habere,declarauit deueniendum ad torturam aliàs autem in syndicatu posses teneri .Sed aduertas quòd prædicta procedunt in causa capitali, & graui.in pecuniaria autem non tantùm q in subsidium ad torturam deueniatur: sed nõ ita faciliter deuenitur, sicut in criminali : vt l.etiam liberi.& l.diuus. ff.de quæstio.

b ¶ Aliter habere veritatem. Adde q etiam ad torturam deuenitur. quãdo causa ciuilis habet annexum delictum. ita Alexãd.in consil. lxxvij.in.j.vol.& Barba.in cõsi.xxxvij.in.c.scribitur. in lib.iudicũ.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde quę dixit Gand.in tracta.malefi.in rubr.de quęstio.& tormẽtis in prin.q dixit quòd iudex qui de aliquo quæstionem habere intendit,ante omnia habere debet iuris & humanitatis rationem,& consideratione hanc, vi delicet vt non facile & repente ad quæstionem prosiliat: si aliqua alia via leuior potest obiecti criminis veritas inueniri:quantuncunque adsint indicia vel verisimilia argumenta:alleg.l.diuus.ff.de quæstio.Et ideo dixit Angel. in l.si certus.ff.ad silla,quòd si maleficium est liquidatum per probationes veras,malè facit iudex ponere malefactorem ad torturam,& tenetur in syndicatu. & vide Bal. in l.milites.C.de quæstio.& Ange.in l.fina.C.de quęstio. Et hoc dicit Ioan.An.in terminis in c.cum in contemplatione.extrà de reg.iur.Et d.Catal.idem dixit in suo tract. syndicatus,in quæstio. cxxij.& in q.ccix. ccx.ccxj. Qui ponit quòd de facili non est deueniendum ad torturam, & quod in diebus pascalibus , an autem in causa ciuili possit ad torturam procedi:vide canonistas in ca. primo. extra de depos.i.Et maximè per dominum Anto. de But. qui dixit quòd in causa ciuili aliquando ad veritatẽ eruẽdam potest procedi ad torturam,quando ciuilis causa habet in se annexum delictum.& vide glosſ.xv. quæstion. vj.in summa.

95 *Tortus,an iterum torqueri possit.*

95 Ange. † Tertiò quæro an tortus[c] possit iterũ tor-
c queri & repeti in tormentis.Barto.in l.vnius. §.j.ff.de quæstio.dicit si primò fuit sufficienter tortus: nũ quam in tormentis potest repeti:nisi supueniãt indicia de nouo vt ibi probatur quod no.cõtra aliquos crudeles iudices qui quotidie torquent,& tormenta repetunt, & de nouo illa indicia non habent:quoniam tenentur in syndicatu quia non poterant illum in tormẽtis repetere: & idẽ tenet Sal.in l.ij.in fi.C.de cust.& exh.re.intantùm q Bal. in l.decuriones.C.de quæstio.dicit quod illa lex est in argn.q de quacunq; tortura q iudex facit dolo malo & sine causa , sit pœna capitis vt etiam ipse no.in l.j. C.de prius.car.q bene tu iudex debes considerare. Aduertas tamen secundũ Dy.in suo tractatu ver. quid si aliquis &c. vbi dicit quod assessores hoc ex consuetudine nõ seruãt. Sed iudicio meo malè faciunt, imò continuè repetunt in tormẽtis,sine nouis indicijs quousq; de obiectis criminibus veritatem eruãt pro quorum opinione saluanda Dy. alleg.in aut.vt iudic.sine quo.suffra.§.oportet.& ibi iudices torquebunt fures : nisi prius & cætera.

c ¶ An & quãdo tortus possit repeti.quid autem si sit sufficienter tortus iudex tamen propter indicia vehementia suspicetur q sit culpabilis.an debeat diffinitiuè absoluere.vide Sali.in.l.ea quidẽ. antep. col.C.de accus.in.l.si quis.C.ad leg.iul.ma.& in.l.si quis adulter. ff. de adult.Mod.in.l.vnius.§.reus.ff.de qõ.vide tamẽ dictũ do.Abb. post alios Moder.in.c.j.vn̄.chart.de offi.or. & vltra prædicta adde tu & vide Alex.de imol.in cõsi.v.in.j.vol.& Cep.in cõsi.lxvij. Rapha.cu.in cõsil.cxxxviij.& Bald.in cõsi.cclxxvj.in volu.& ibi quæ sint noua indicia.Stra.

Augusti. Adde tamen tu quòd Bald.in l. militares.C.de quæstio.dicit quòd semel tortus non potest iterum torqueri:& si faceret hoc iudex quia repeteret & tortus decederet iudex punitur acriter. Et hoc dixit Do.Catal.in materia fin.qõ.ccvj.& sequitur Bald. in dicta l.milites.& dicit do.Catal.in q.ccxx.quòd leuiter tortus non potest iterum torqueri quantuncunq; Bal.in l.obseruare.C.quorum appel.non reci.dicit, quòd semel tortus etiam insufficienter:non potest torqueri sine nouis indicijs:quam sententiam non credo veram : quia caret ratione per doctrinam Bart.in dicta l.vnius.quia Bar. voluit quod si sufficienter fuit tortus secundũ indicia nõ possit iterum torqueri :alias sic:& licet Ioan.An. in capi. cum in conteplatione.in fi.extrà de reg.iur.referat ibi opiniones diuersorum Doctor.in hac materia, & nihil affirmet.& Cy.habuit aliam opinio.in l.fi.C.de quæstio. Tamen ibi dicit Cy.quòd assessores qui repetunt tormenta sine nouis indicijs,vel sine nouis argumentis , non habẽt nec Deum nec leges pre oculis. Mihi autem in hac materia placet sententia Gandi.in tractatu maleficiorum sub rubr.de quæstio.in ver.an quæstio possit repeti.qui dicit q licet assessores qui sunt auidi honoris obseruent, vt repetant quæstionem sine nouis indicijs:tamen communis opinio doct.est quod sine nouis indicijs non potest repeti tortura.Et affirmauit Gandi.in d.tractatu maleficio . sub rubric.de quæstio.in prima columna. licet ibi dicat q de consuetudine multi assessores hoc non obseruent.& dicit Angel.in l.prima.§.si quis mortis. ff.ad silla. quod semel illata tortura caueant iudices ne iterum torquant. & dicit Bal.in c.primo.§.iniuria.de pace iura fir. semel tortus bis & ter,& sufficienter si tamen perseuerat negando , & superueniant indicia de nouo potest iterum torqueri.Et idẽ dixit Bal.in l.prima.de confessis,in septima columna. q tortus cõpetẽter nõ põt iterũ torqueri,sine nouis indicijs.

96 *Repeti non debet malefactor in tormentis,sine nouis indicijs: poterit tamen repeti etiam post publicationem processus quando sunt euidentiora primis.*
97 *Articulos formans super maleficio,& publica uoce & fama,& testis deponat super maleficio:ac subiungat se nihil plus scire, tamen super articulo de fama poterit testis repeti & examinari.*
98 *Indicia quæ dicantur noua ad hoc quod quis possit in tormentis repeti.*

96 Angelus. Sed † tu caueas : & sine nouis indicijs non repetas malefactorem tormentis : vt suprà dixi. Et potest etiam in tormentis repeti etiam post publicationem processus , quando sunt indicia euidentiora primis : ita dicit elegan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter Bartolus per illum textum.in l.vnius.§. primo.ff. de quæstio.quod no.ppetuo.Quinimo etiã si publicatus fuerit processus & nõ fuerint testes examinati sup omnibus articulis nõ obstat quin testes super articulis super quibus nõ fuerũt examinati testes,possint examinari:vt not. Spe.in ti.de notorio crimine.§.fama.versi.fi.& hoc voluit Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst.& hoc ꝓbatur secũdũ regulã & doctrinam doct.Bar.&aliorũ in aut.qui semel.C.de ꝓbat.quia super nouis articulis, vel sup aliis q nõ cõprehendũtur in publicatiõe priorũ,nõ obstat publicatio quin testes possint repeti,vt ibi[a]. † Et aduertas
97 ꝙ si feci articulos sup maleficio. Item alios super publica voce & fama:& testis super maleficio aliqd dixit,& subiunxit se nihil plus scire:tamen super articulo de fama poterit repeti & testis examinari:nõ obstante publicatiõe ꝓcessus:vt no.Spe.& Io.an.in ti.de teste.§.nũc videndum. ver.illud aũt.& no.Io.an.& Ant.de But.in c. fraternitatis.de testi.ꝙ bene no.ga vidi de facto Ferrarię †Quę
98 tis.de testi.ꝙ bene no.ga vidi de facto Ferrarię †Quę
b ro quę dicantur noua iudicia[b] ad hoc vt possit repeti in tormẽtis.Respondeo esse ea quæ differunt à præcedentibns specie vel substantia. Verbi gratia:prima indicia erant de mala fama rei,vł qd'erat inimicus &c.supuenit postea vnus testis qui dicit se vidisse reũ ꝑcutere:vł dicit quod vidit cũ gladio euaginato. Talia em̃ indicia dicuntur noua quæ a prioribus specie differũt vel substãtia sicut dicimus in capitulis nouis:vt l.per hanc.C.de tẽpo.appel.& c. fraternitatis.de test.quod bene not.ne erres:quia si tu primò habuisti indiciũ ex fama per aliquos testes, licet postea plures habeas pur super fama nõ dicuntur noua indicia: sed dicit noua probatio primi indicij:& sic ꝓpter nouos testes super fama non posset in tormentis repeti.

ADNOTATIO. a ¶Repeti vt ibi. Adde ꝙ Bald.in cõsi. cclxxvj.in.j.vol.alias est in cõsi.clij.inci.in christi nomine plura tanguntur:& quod dicit luno.in.c.cum clamor.de testi.intellige verũ quado iudex proprio motu & inquisitio est facta ex mero officio: secus vbi esset prosequutor in quisitionis.Ber.

b ¶Quæ dicantur noua indicia.adde etiam tu& vide d.Alex. de imol. in cõli.clxxxiij.colũ.fi.in princip.in ij.vol.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde inquantum dictũ est ꝙ propter indicia de nouo superuenientia reus potest iterum torqueri.dic hocverũ, intelligendo noua faciẽtia indicia verisimilia cõtra captũ nõ intelligẽdo noua:scilicet impertinẽtia & hęc sumũtur ex doctrina d.An.in d.c.fraternitatis.extrà de test.dũ tractat materiã qui dicãtur noui vel antiqui articuli: & vide Spe.in tit.de teste.§.satis vtiliter.ver.illud autẽ.& Hosti. in summa de teste in fi.bene faciũt d.Ang.in l.j.in fi.principij.ff.quod quisq; iuris. dũ tracta materiam qui dicãtur noui casus:& glosſ.in c.generali.de elec.lib.vj.in glo.super verbo de nouo.& gl.xviij.q.ij.c.quidã in gl. nouũ & vide Anto.de but.in cap.fraternitatis allegantem multa in hac materia qui dicatur nouus vel antiquus articulus, ex cuius dictis poteris arguere ad hanc materiam, quæ dicantur noua vel antiqua indicia.

99 *Delicto existente quòd pro eo reus ex forma iuris uel statutorum non possit torqueri:uel fuerit sufficienter tortus, & non supersunt indicia an si retineatur in carceribus ut siti uel famę moriatur, dicatur tortus,*

99 Ange. † Quæro quid si est tale delictum pro quo nõ põt torqueri ex forma iuris vel statutorũ: vel fuit ad sufficientiam tortus,& non supersint indicia: an si retineatur in carceribus vt famę aut siti moriatur, di
c catur tortus ‘ ſta ꝙ si virtute talis sitis cõfiteatur teneat talis sitis cõfessio:dico ꝙ nõ,nisi i ea postea ritè & rectè ꝑsueret. ita dicit eleganter Bart.in l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæstion.& facit l.secunda.§.si quis autem vsus. ff.de vi & vi arma. Et sic facit contra iudices ignorantes qui nõ possunt torquere dant carnes valde salitas ad comedendum malefactori & non bibere : quia tunc dicuntur torquere & teneri debent in syndicatu.

c ¶Dicatur tortus. Adde tu quod dicatur tormentum & vide per Alexand.de imol.in consil.xlvj.in.ij.volu.

Augusti. Tu aũt in hac materia,adde hic quę dixerunt Paul.de liaza.& Pet.de Anchar. in c.j.extrà de depo.Et hic bene faciunt no.per doc.in l.ij. C.quod metus causa.& in l.interpositas.C.de transact.& dicit Bal.in l.j.C.de his qui ad liber.perue.non pos. quòd carcer est tormẽtum & ponere in compedibus.vide Bar. in l.j.ff.de cust.re.& ideo rectè dixit Bal.per illum text.in d.l.j.C.de his qui ad liber.perne.nõ possunt ꝙ iudices nõ possent adhibere ista genera pœnarum extrà. Adde d.Io. An.in c.cum in contemplatione.extrà de regu.iur.qui dicit quòd tormentum sit etiam cum ieiunio : & ꝙ ieiunia sint tormenta.vide glosſ.in cle.j.de hære.& ibi vide doct. & ideo rectè dicit Io.an.in d.c.cum in cõtemplatione. dũ corpus habet dolorem illud est tormentũ,& voluit Bald. in l.obseruare.C.quorum appe.non re.imò aliqui voluerunt quòd solus carcer sit tormentũ . Sed hoc est falsum, quia carcer tunc est tormentum dum sibi victus denegatur.Ang.in l.item apud.§.quæstionem. ff. de iniur.idem dixit in hac principali quæstione melius Gand.in tracta. maleficiorum sub.rub.de quæstio.& tormen.in versi. dictum est suprà quòd confessio facta &c. in fi.j.col. Et d. Catal.in q.ccvij.& in q.ccx.in tractatu suo sydicatus:vbi ponit quid etiam tormentum:quid est quæstio. & Alber. de rosa.in iij.parte statutorũ.q.xxxj.qui ponit de eo q nõ dat alicui nec comedere nec bibere, vt talis dicaẽ tortus.

100 *Torqueri timens contra ius, appellet: quoniam appellatione pendente, si aliqua confessio emanauerit: erit ipso iure nulla.*

100 Ange. †Aduertas tamen eleganter ꝙ si captus timet torqueri contra ius, consilium est quod appellet:quoniam appellatione pendente , etiã si aliqua
d confessio emanauerit:talis confessio est ipso iure nulla[d]: vt argu,l.prima. ff.nil not. appella. pen. nec in hoc articu lo opus est vt iudex appellationis superior inhibeat:quia periculosum esset.ita dicit Bald. in l.prima.C. commina. vel epistо.quod not.

d ¶Ipso iure nulla. Adde tu & vide Alex.in cõsi.cxliiij.in ij.vo.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Bald. per illũ text.in l.si quis prouocatione. C. de appel.qui dixit ꝙ licet ante factũ nõ possit appellari: sed post factum.tñ vbi factũ est irreparabile ante factum tenet appel.Et exẽplũ ponit.Et ideo dicit ꝙ vbi de intentione aliqua iudicis cõprehẽdit aliquo mõ,ꝙ vult aliquẽ torquere,vel qa cõminatus:tũc añ tormẽta possit appellari:qa post factũ illud irreeuperabile est nõ nimirũ ergo si non teneret talis confessio,appellatione pendente.

101 *Tortus fuit unus contra quem uerè erant indicia sufficientia: non tamen apparebant in actis nec erant nota iudici, postea superuenerunt indicia uera ad notitiam iudicis quæ in actis apparent dicta tortura non iustificabitur ex indicijs postea notis iudici.*

101 Ange. † Quintò quæro,iudex torsit vnũ & in veritate indicia erant sufficiẽtia cõtra eũ, nõ tñ apparebat in actis nec erãt nota iudici, post torturã indicia supuenerũt & vera:& in notitiã iudicis deuenerũt & in actis apparet:an d. tortura iustificet ex indicijs postea notis iudici.dic qd' nõ vt no.Bar.ĩ l.maritus.ĩ prĩ. ẽm gl. ff.de qõ.& nõ est mirũ qa sic etiã est in ciuili:vt no.Bart. in l.hoc aũt §.j.ff.ex q.cau.in pos.ea.& ĩ l.multũ.ff. de cõ. & demõ.qd' no.ne in syndicatu postea tenearis qd' anteqũ torqueas facias indicia prius apparere in actis

Augusti. Tu adde ꝙ istã eandẽ conclusionẽ approbauit Bal.in l.ea quidem.C.de accus. Sed in proprijs terminis bal.in l.fi.C.de accu.formauit istã qõnẽ,& multũ extolit illã gl.in l.maritus. ff.de qõ, scd'm secundam lecturam,& ibi dicit ꝙ indicia superuenientia nõ iustificant torturam:& alleg.rationem quia dicit ꝙ ordo iuris est peruersus.& sic Bal.ibi tenet ꝙ est de ordine
a essentiali.& ita consuluit Rom.in consi.suo.clxvij.[a]

ADNOTATIO. a ¶Consil.clxvij. adde tu etiã Pe.de ancha.in cõsil.xxiij.& Alexand.in consi.liij.in.ij.volu.Ber.

102 *Torqueri quæ personę possint & quæ non.*

102 Ange. † Sextò q̃ro quę ꝑsonę possint torqueri dic ꝙ regulariter oẽs :& sic regula est affirmatiua nisi expresse reperiantur prohibitæ:& sic siue liberti, siue serui,siue mares,siue fœminæ,siue paterfa.siue filiusfa. vt l.vnius.§.j.& l.labeo.ff.de q̃stio.Sed excipiũtur minores xiij.an.quia debent ferula cedi:vt l.j.§.impub.ff.ad sil.Itẽ in dignitate constitutus vt decurio & eius filij. Itẽ maior
b magistratus,durante officio. Item doctor. Itẽ clericus[b] in sacris & istorũ filij.Sed milites nostri tpis cũ nõ sint milites proprie,poterãt torqueri:vt not.Cy.in l.iij.C.ad le.iumaiesta.& in l.milites.& ibi Ang.ff.de q̃stio.& no.Dyn. in suo tracta.de quæst.in ver.q̃ personæ possint torqueri. Et etiam circa fi.prædicti tracta.in ver. modo dictum est suprà qñ &c. Itẽ decrepitus nõ torquetur: vt l.iij.§.ignoscitur.ad silla.Aduertas tñ ꝙ in certis delictis etiam prædicti exceptuati:vt magistratus doctor & similes.torquẽt vt in crimine læsę maiestatis:vt l.de minore.in princ.& l. libero.§.j.de quęstio.de re milita.l.proditores.& in crimine hæresis:vt not.gl.in l.iij.C.ad l.iul.maie. Itẽ mulier pregnans dũ est grauida non torquetur:vt l.pregnantis.ff.de pœ.ex quo Bal.ĩ l.decu.C.de q̃stio.dicit no.ꝙ si potestas huius ciuitatis torqueat aliquẽ de prioribus,siue de ancianis q sunt de loco curionũ,puniet pœna capitis,excepto in crimine læsæ maiestatis, & proditionis populi.l.fallaciter. C. de aboli.

b Clericus in sacris. Adde ꝙ si clericus qui ex causa torqueri potest fuit tortus super diffinitione vnius delicti & cõfiteatur de alio vbi non essent indicia talis confessio valet.ita Card.in cõsil.xlv.& ponit etiam Ioã.ana.in consil.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde & vide Io.An.in c.cum incõtemplatione.extra de reg.iur.qui latè vltra doct.examinat istã materiã, q̃ personæ possunt torqueri,& qñ milites & senes & iuuenes & minores possunt torqueri & in quibus casibus Itẽ qñ serui siue liberi,siue statu liberi. Itẽ qñ clericus siue intelligamus de clerico,siue de presbytero. Itẽ qd si istæ personæ examinantur propter se, siue propter aliũ ſ. in testẽ quando & qũo possunt torqueri.& ibi latè loquitur Ioan. An.referens dicta antiquorum.Et de clerico& de presbytero.adde dicta Bal.in l.presbyteri.C.de epis.& cle.& ibi per alios Modee.Et de materia. vide per Gan. in tracta. malefi.de quæstio.& tormen.in rub.in ver.q̃ personæ possunt torqueri.vbi multa alle.in hac materia & bonus tex. & per Bart.in l.ex libero.ff.de quæst.& ibi latè & ꝑ Gan. in d.tracta.in ver.an testes possint torqueri.& in versicu. pulchra quæstio.dictum est suprà & ibi ponit quid de militibus nostri tpis & quid de aduocatis:& per Io.An.in c. j.extra de depo.vbi ponit quid de clericis & ibi per doct. & an consiliarij ciuitatũ nostri tpis possunt torqueri:vide Gan.in loco s.alleg.in ver.s.dictũ est;decuriones nõ possе toqueri.qui dicit ꝙ cũ isti decurionibus æquiparentur & decuriones non possint torqueri.igitur &c.sed dicit ꝙ de generali consuetudine cõtrariũ obseruat. & ita vidit Bononię obseruari,& cõsuli ꝑ sapiẽtes & obseruari auto
3 *Delinquente Titio Bononiæ:si conueniatur Florentiæ à iudice suæ originis:an imponetur pœna statuti Florentiæ an loci delicti.*

1 **Ange.** †Quid si dictus delinquens Bononiæ cõueniatur Florentiæ à iudice suæ originis an possit dictus iudex imponere pœnã sui statuti Florẽtiæ,
a an pœnã statuti loci delicti.ª istã q.ponit Bart.& Bal.in l.j.C.de sum.trini.& ibi Cy.& Bart. in l.fi.ff. de extraordi. cri.vbi concludit q pœna loci delicti & non loci in quo delictum cognoscitur est imponẽda quod semel de facto mihi occurrit Nursiæ:sed obsauai propter generalem & pinguem clausulam quam posui:videlicet super quibus omnibus & singulis &c. ex qua clausula secundùm Bar. in d.l.j.si est late concepta, tu iudex potes latè imponere etiam pœnam statuti Bononiæ & iuris communis.argu. not.per Bart.in l.j.ff.de vi bo.rapt.& dicam in glos. infrà super verbo, super quibus omnibus &c.

ADNOTATIO. a ¶Statuti loci. Adde & vide circa hoc Franc.de Are.in consi.lviij.& quod debeat puniri secundùm statuta loci delicti voluit Alex.in consi.xxj.in j.vol. Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia si velis videre veritatem istius difficultatis. Adde & vide ea quæ hîc dixi remissiuè suprà in gl.quæ incipit, hęc est quædam inquisitio. in versic.quærit hic d. Ang. an in delictis commissis per subditum extra territorium, possit formari inquisitio contra eum per iudicem originis.

4 *Tractans Florentiæ de homicidio committendo Bononiæ an possit conueniri Florentiæ de tractatu solummodo.*

4 **Ange.** †Quæro in casu nostro:an iste qui tractauit Florentiæ de homicidio cõmittendo Bo-
b noniæ possit Florentiæ de tractatu solummodo conueniri.hanc quæstionem format Bart. in l. & si amici.§.j.ff. de adult.& dixi suprà in gl.proxime præced.& in effectu dicit q sic per illum tex.quem dicit esse intelligendum q 2
puniatur de ordinatione & tractatu aliter facto, quam si in mente sua tantummodo tenuisset: quia sola cogitatio non punitur:vt l.cogitationis.ff.de pœnis. & ibi late per Bart.& prædicta dixit Bart. esse vera in d.l.& si amici. in eo qui ordinauit cum aliquo vt aliquem occideret, sed si ipsemet hoc ordinasset & deliberasset alibi Titium occidere:tunc dicit Bar.q propter sequẽs homicidium pœna tractus est extincta:vt l.illud.in fi.ff.ad legẽ Aquil. quod tamen intellige verum,si de homicidio esset punitus, vel condemnatus,vel posset puniri,vel condẽnari:sed si esset contumax in loco homicidij perpetrati:ita q ex homicidio pœna non potest habere effectum: tunc dicit q satis probabiliter potest dici, q ex solo tractatu veniret puniendus vbi tractatum & ordinationem fecit.Nam principale tunc extinguit accessorium quãdo principale habet executionem:alias secus:vt l.si hæres a debitore. §. si seruus.ff.de fideiuss.quod bene not.quia mihi semel contingit de facto hîc Bononiæ sicut dicimus de insultu qui confunditur cum vulnere sequuto vulnere: vt l.qui crimen. C. de accusa. & dicam infra in glos. in verbo, fecit insultum.

b ¶De tractatu.Adde tu in proposito,& vide consilia Philip.de regio.quod habes inter consi.Bal.nume.ccxj.in ij.Ber.

Augusti. Tu in hac materia adde quòd non est dubium quòd in istis delictis quis punitur de tractatu vbi delictũ est consummatũ.& hoc voluit Bart.in l.si vt proponitur, ff.de fideiuss. dum ponit q. sum hic Ferrariæ:ordino q tu occidas vnum Florentię:& ita mando tibi:hoc mãdare est principiũ delicti cõmittendi: & iste est tractatus contra illum qui debet occidi: & ita ibi determinauit q Florẽtiæ ille talis possit puniri:& dixi suprà in hac eadem gl.in versi. [quæro hic mandatum fuit factum Florẽtiæ.] Bar.verò in d.l.& si amici. nõ decidit quæstionem istã vt eam proponit do.Ange. hic:sed melius colliges ex dictis Bar.in d.l.si vt proponitur. posset etiam talis species tractatus esse: quod etiam delicto non sequuto ille tractans puniretur hic Ferrariæ:ac si delictum fuisset consummatum, & hîc Ferrariæ posset puniri in casu.c.pro humani.de homici. lib.vj. & dixi suprà in glos.Sempronium mandatorẽ in multis quęstionibus: maximè in ordinamento assassinamenti committendi.

Adde tamen q Angel.in d.l.amici.ff.de adult.videtur decidere contra Bar.in illo articulo quando quis est cõtumax in loco delicti consummati: an confundatur tractatus cum delicto sequuto postea: & ibi arguit contra Bartol. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus factus Florentiæ quando postea delictum fuit alibi commissum:an possit puniri Florentiæ.*

2 *Tractatu habito per Titium & Caium, quod Caius interficeret Seium si postea ipse Caius occidat,præsumitur quòd fuit sequutus ipsum tractatũ: & quòd ita fuit ordinatum inter ipsos: licet testes dicant se nescire de finali ordinatione.*

ET ad hoc colloquium & tractatũ qualiter hoc fieri posset in dicto hospitio adinuicem habuerũt: deinde prædictus Caius. †An autem de isto tractatu possit puniri Florentiæ vbi tractatũ fecerunt.dic q sic.ita determinat Bar.per illum tex.in l.si amici.§.j.ff.de adult. & dixi suprà statim in proxi. gl. & non est mirum:quia ille tractatus fuit principium huius delicti. Vnde istum delictum habet necessariam causam ad sui principium:videlicet ad tractatum igitur ad eum refertur:& de principio iudicabimus sicut de fine.l.damni.§.Sabini. ff. de damno infec. †Et no.q si inter Titium & Caium fuit habitus tractatus q ipse Caius interficeret Seiũ:& postea Caius occidat,præsumitur q fuit sequutus ipsum tractatum:& q ita fuit ordinatum inter ipsos:licet testes de finali ordinatione dicant se nescire. ad hoc facit quod not. Bar.in l. qui aliena.§.is qui.ita dicit Bal.in l.multum. in viij.colũ. C. si quis alteri vel sibi.

Augusti. Tu adde & cõsidera quòd de tractatu facto Florentiæ vt quis occidat vnũ Bononiæ: verum est q poterit de isto solo tractatu puniri Florentiæ.ita dicit Bar.in d.l.& si amici.sed an puniatur, l. Cornelia de sicarijs. vel extraordinariè vel delicto sequuto,vel nõ.Hęc omnia colliguntur ex dictis Imo.post Bart.in l.si vt proponitur.ff.de fideiuss. & dixi suprà in gl. in verbo,existens Florẽtiæ.in versi.quæro quia hoc mãdatum fuit factum Florentiæ: quia vt dixi suprà in proxima gl.in additio.finalibus.iste tractatus delicti cõmittendi æquiparatur propriè his qui mandant aliquod delictũ fieri:& tene menti quod dixit Bar.in d.l. & si amici. §.j.q ille qui præstat locum vel domum ad hoc vt aliqui habilius possint colloquium habere simul:ille talis potest puniri de auxilio:vide in l.in furti.§.ope.ff.de furt. Et de materia istius tractatus quomodo dicat tractatus in maleficijs.Adde Albe.de rosa.in quæstionibus statutorũ. in iij.parte. q.lxiiij.& Ang.in consi.suo xxij.& ibi Ang. ponit quis vocatur tractator & quis ordinator delicti.

SVMMARIVM.

1 *Locus & tempus,an necessario sint apponenda in criminalibus & etiam in inquisitione.*

DE anno præsenti & mense Nouembris. †Locus & tẽpus necessario sunt apponẽda in criminalibus & etiam in inquisitione speciali non generali: vt notat

Salic.in l.ea quidem.C.de accusa.versic.sed quia propter denunciationes &c.& versi.quæro an debeat &c.licet gl. not.insti.de publi.iudi.in princ. teneat contrarium. facit l.penult.C.de accus.vbi glos.ponit formam libelli in criminalibus.& Bartol. in l.libellorum. ff. de accusa.& hoc tenet expressè Bart.in l.ij.§.si publico. ff.de adult. secundùm Ia.bu.ibi,quæro vtrum in inquisitione &c.& Cy.in l.j. C. quod certo loco.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, Bald. in l.edita. C. de eden. in repet. in ix.opp.. terribiliter arguit q nõ est de necessitate:vt in inquisitione apponatur locus & tempus: quia hoc l.non cauetur. Nec obst.l.libellorum. ff. de accusa. & alia iura quia loquuntur in accusatore:qui non caret odio: sed non sic in iudice inquirente pro quo lex præsumit. Item limita hoc non habere locum in crimine hæresis: & rationem vide per Bald.in l.j.C.qui accusa.in iiij.col. Item nec prædicta militant in crimine falsi:vt dixit Bal.elegãter in c.j.quib. mod.feud.amit. & ibi alleg.glos. singularem. & ibi vide rationem & multas alias limitationes:& multas alias allegaui suprà in gl.hæc est quædam inquisitio,in additio. in versi.[item inquantum suprà dictum est q in inquisitione debet apponi locus & tempus.]

3 *Dies quum non sit apponendus in criminalibus,si ego imploro officiũ iudicis ut ipse inquirens apponat, uel accusatorem apponere faciat diem, quid faciet iudex.*

2 **Ange.** †Sed circa hæc plura sunt videnda. Primò quia necesse est quòd apponatur annus & mensis commissi delicti:vt d.l.libellorum. & insti.de publi.iudi.in prin.an etiam dies sit apponendus. Dic q non: vt d.l.libellorum. & dictis iuribus. Quid si ego imploro officium iudicis vt ipse inquirens apponat vel accusatorem apponere faciat diem, vt meas defensiones facere possim:vel quia dicam me fuisse absentem tota ea die:vt est gl.singu.in l.optimam.C.de contrahen.stipu. Bart.in l.ij.§.si quis Ephesi. ff. de eo quod certo loc.vel quia feci ad meam defensionẽ quid erit.Bart.in l.is qui reus. versi. sed quæro an in accusatione.ff.de public.iudi. dicit quòd æquum est quod apponatur ne reo auferatur defensio & vt libellus sit talis per quem reus plenè instruatur an velit cedere vel contendere:vt l.j.ff.de eden.quòd talis dies debet exprimi.facit l.penult.ff.de interro.act.ibi, quoties æquum iudici videbitur. Aduertas tamen isto casu quòd licet aliquando dies ad rei petitionem declaretur,non tamen de necessitate probandus est.ita dicit Bar. in dicta l. libellorum.in fi.versi.circa tempus &c. & hoc etiam not. Salic.in l.penult. C.de accusa. Si autem non vult exprimere,vel iudex non vult compellere accusatorem ad dicendum diem,quòd remediũ erit ipsi reo:tunc dicit Bart. aut delictum probatur per mei confessionem:& tunc satis est mihi,licet dies nõ exprimatur: quia probatio mea quam faciam per testes ad mei defensionem concludet necessario,quia probabit de illomet delicto de quo sum confessus, cùm confessio mea iudicialis debeat regulari & intelligi secundùm cõfitentis intentionem: vt l.si quis intentione.ff.de iudic.& sic intelligitur confessum fuisse illud crimen quod postea probatur fecisse ad sui defensionem. Si verò crimen sit negatum, & per testes probatum,tunc reus debet facere articulos quòd illo mense vna tantùm rixa interuenit inter ipsum & vulneratum in qua fuerunt præsentes tales testes. Item quòd in dicta rixa fuit primò insultatus à Titio:testes inquisitionis hoc faciliter probabunt, scilicet vulnus esse factum, si verum est: & etiam testes mei poterunt probare defensionem: vt in ca.cum Ioannes. de fide instrumen. Sed aduertas quòd in eo quod suprà dixi secundùm Barto.q quoties iudici æquum videbitur ad petitionem rei, dies sit apponendus per d.l.penult.de interrog.act. quia Imo. in dicta l.is qui reus.in versic. item adde dictis Bart. &c. dicit dictum Bart.non esse verum.quia videtur absonum quòd iudex possit arctare accusatorem ad apponendum diem in accusatione:ex quo expressè in dicta l.libellorũ. dicitur quòd non debet cogi. nec obstat l.de interroga. actio.per quam mouetur Barto. quia illa debet intelligi in casibus in quibus à iure nõ reperitur facta prouisio in specie specificata,quia clausula generalis non refertur ad specificata:vt l.doli clausula. ff. de verb.oblig.facit quod habetur in dicta l.sanctio legum.& maximè ibi per Bart. ff.de pœn.sed verius credo dictum Bart.per id quod ipse not.in d.l.libellorum.in versi.circa tempus.in fine. quòd apparet,quia accusator propter hoc non grauatur: quia licet cogatur apponere diem non tamen probare,& si nõ probat,reus non absoluetur propter hoc, & sic non grauatur in onere probandi:& istud est quod voluit dicta l. libellorum.in fi. princi. ibi neque autem diem &c Aduertas tamen quòd ita demum cogitur apponere diem si reus in iudicio exprimat diẽ, in qua vult facere suas defensiones.ita dicit Salic.in l.penul.C.de accusa.quod notene etiam mẽti quod Imo.ibi dicit q fiat vnus articulus, q vnica tantùm rixa interuenit &c. aliàs testes mei non probant defensionem:quod est verum quando delictum est reiterabile puta percussionis:secus si nõ sit reiterabile vt mortis vel amputationis membri:quia tunc testes mei etiam absque dicto articulo probando insultum factum à te de dicto mense: necessario probant quòd ad mei defensionem probando insultum factum à Titio de dicto mense.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd imò videtur q Imol.rectius loquatur:& hoc per doctrinam Bal.quam posuit in addi.in l.vbicũq. ff.de interrog. actio. qui dixit quòd d.l.vbicunque. non habet locum in casibus vbi à iure eõtrarium expresse est prohibitum:& in illis casibus iudex nõ interrogabit partem:quia æquitas ibi non dicitur adesse,vbi lex expressè prohibet.Et ideo dicit cum in lege sancitum est q nemo cogitur dicere titulum suæ possessionis.Ideo nulla æquitas debet mouere iudicem quòd interroget partem quo iure possidet.Et si expressè in dicta l. libellorum. sancitũ est quòd non dies apponatur:ergo iudex non potest cogere partem ad edendum diem:nec est bona responsio d. Ange.dum reprehendit Imo. respondendo quòd si pars apponat diem, propter hoc non grauatur in onere probandi:quia si quis nõ grauatur in hoc,tamen grauatur in alio:quia apponẽdo diẽ satis in hoc grauat: quia facilius pars aduersa probabit contrariũ. Et probando contrariũ præsumitur ille alter calũniator.l.j.ff.ad Turpil. l.Athletas.§.calumniator.ff.de his qui notan. infa. Sed aduertas his non obstantibus,puto veram esse sententiã Bart. contra Imo.quia dico quòd in criminalibus vbi æquitas potest mouere iudicem,potest iudex partem interrogare & cogere etiam ad edendum diem, quando delictũ fuit commissum,ad hoc, vt facilius pars possit probare contrarium. Et istam sententiam reperio quòd etiam tenuit Bal.in terminis in l.j.C. de re iudic.qui dixit quod si ego accuso te quòd mihi damnum dedisti, & tu vis probare negatiuam,damnum non esse datum:& sic vis reprobare de falso testes meos: quòd isto casu dies debet edi.argu. instit.de inuti.stipula.§.item verborum. Et probatur per modum traditum in l.optimam.C.de contrahen.& commit.stipu.scilicet quòd tota illa die non fuit visus damnũ dare,nec potuisse dare, quin custodes vidissent dare: vt not.in l.j.§.j.ff.de itine.actuq; priua.& dicit Bald.quòd non cogitur edere diem in libello: sed iudex ex officio interrogabit de die,per l.vbicunque.ff.de interrog.actio. Subdit tamen quòd hoc est in arbitrio iudicis, & sententiam Barto. sequuti sunt Docto. & maximè Roma.post Bart.in l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff.ad acqui. here. Nec obst.motiuum Imo.quia lex libellorũ debet intelligi quando ad petitionem partis accusator cogeretur edere diem, quia accusator non cogitur, sed nos loquimur
a an iudex ex officio suo possit hoc facere:& ista sunt penitus diuersa sicut not.in c.cum Ioannes.extrà de fide instru.& maximè per Anto.de Bu.& in c.cum causam.ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trà de iura.calum.& in d.l.vbicunque.per Docto. in cle. sæpe.de verb.sig.vbi post conclusum in causa ad petitionem partis,nõ possint fieri istæ interrogationes:quia lex ita dicit:nihilominus post conclusum in causa, iudex ex officio potest ita facere.

ADNOTATIO. a ¶Sed nos loquimur. Adde tu etiam quod iudex post cõclusum in causa possit partes interrogare: vide Lud. de Roma.in consil.clxxvij. & in consi. ccccl.xxix. vbi quòd etiam post didicita testificata potest testes ex officio interrogare.& adde quòd pro opi.Bar.facit quod voluit Abb.in consi.xxj.quòd licet quis non cogatur in libello exprimere actionẽ,tamen ex causa cogi potest:& sic etiam iudex ex causa cogitur causam exprimere in sententia.Ber.

3 *Dies cùm non sit apponendus in libello criminali apponatur per accusatorem uel inquirentẽ à principio,& reo nõ instante: & non probetur sed omnia alia probantur:an absoluetur reus.*

4 *Dies apposita in libello criminali,si postea ponatur clausula in fine libelli,nõ tamen se astringens ad probandum non necessaria, tunc accusator non astringitur ad probandum diem.*

3 **Ange.** †Secundò quæro dies de necessitate in libello criminali non est apponendus:vt dicta l.libellorum. Quid si dies apponatur per accusatorem vel inquirentem à principio,etiam reo non instante ꝙ apponatur:& tamen non probatur,omnia verò alia probãtur: dic ꝙ reus debet absolui:nam licet de necessitate hoc apponi non debuit:tamen si apponatur sibi imputet[a] si non probat:vt l.habebat.ff.de instito.& maximè cùm variatio diei faciat videri aliud delictum in substantia:vt in c.abbate sanè.de re iud.in l.fi.lib.vj.& no.Bar.in l.denũciasse. §.quid tamen.ff.de adult.ita dicit Bart.in d.l. is qui reus. versi.quæro cum de necessitate &c. de quo vide latè per Bal.in d.l.j.C.qui accusa.non pos.& latius per Salic.in l. penul.C.qui accus.versi. quæro quando dies &c.

a

ADNOTATIO. a ¶Sibi imputet, Adde tu & vide Ale.in cõs. lx.in iij.vol.vbi de clau.non se astringens & ad quæstionem Ang. vide Pau.de cast.in consilio xxvj. in secundo impressis.

ADDITIO.

¶Sequitur Hipp.in repe.rub.de fideiusso.col.xiij. in fi.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde Bal.in l.habebat.ff.de instito. Adde Bart. Bald. Ange.& Imo.& Ro.in l.Pantonius.§. rei perduellionis. ff.de acqui.hære.qui idem voluerunt. sensit Barto.in d.l. libellorum.Ang.in l.denunciasse.§.qui tamen.ff.de adul. Quinimò dixit Bal.in l.ij.C.de proba. quòd si dixisti delictum esse factum in tali hora,puta x.& probas xj. hora, sequi non debet condemnatio: quia aliud est delictum. contra istam primam determinationem videtur expresse decisio tex.& Bar.in l.circa.ff.de proba. qui dixit per illũ text.quòd ille qui in se assumpsit onus probandi id quod ipse probare nõ debebat nõ probãdo sibi non præiudicat.

4 Posito quòd sententia communis prima esset vera.† Tamen limitarem prædicta quòd licet dies sit apposita, & accusator in fine libelli diceret, non tamen se astringens ad probandum non necessaria:ꝙ tunc accusator propter illam protestationem non esset obligatus ad probandum diẽ.colligo ego ex decisione Bart.in l.diuus.ff.de re iudi. & fuit sententia Ioan. Andr. in c. licet causam. extrà de proba.qui voluit ꝙ licet proponens in libello tali modo inepte proponat,ꝙ de necessitate illa probare debeat:quę non sunt de necessitate pro victoria causæ:tamen si proponit cum clausula illa nõ se astringens &c. saluatur etiã si non probat illa:dic vt ibi per Doct. & per Bar.in dicta l.circa. Tene tamen menti quæ dixit Ang. in l. libellorũ. ff.de accusa. ꝙ licet possit cogi ad edendum diem officio iudicis:ad hoc vt possit reus se defendere. Tamen si dicit ꝙ non recordatur de die nõ cogitur: sed excusatur.& ita dicit quòd practicatur.

5 *Stante statuto quòd aliquid sit delictum in uno die,quòd non est in alio, tunc debet exprimi dies.*

5 **Ange.** †Tertiò quæro,aliqua sunt delicta ex statuto in vna die,quæ nõ sunt delicta aliis diebus:vt puta in festo sancti Donati aduocati Aretini: an illa dies sit exprimenda.dic quòd sic: & idem si vna hora esset delictum alia non: vt not. per glos.in l. eum actum. ff.de nego.gest.aliàs si tacetur non erit delictum. Ex quo sequitur quòd si pœna propter noctem augmentetur,debet illud tempus apponi:aliàs pœna nõ augmentatur:vt dicit Bar.in d.l.libellorũ.in princ.versi.circa tempus &c. Et pro hoc notanter facit statuto cauetur quòd vsque ad medium mensem Maij liceat pasculari in pascuis communis,& nõ postea sub pœna &c.si volo inquirere quòd tempore prohibito de mẽse Maij pascularsti debeo dicere quòd de hoc anno & de mense Maij vltra medium mensem,& citra eius finem pascularsti:aliàs autem simpliciter dicendo de mense Maij necessario nõ includitur delictũ, quia potuisset de mense Maij in principio:& sic tempore b permisso.[b] ita notabiliter dicit Barto.in l.non solùm.§.sed vt probari.ff.de oper.no.nuncia. & Bal.in l.matrẽ tuam. vbi omnino videas. C.de probatio.& ibi Salicet. & hoc tenuit etiam Angel.Imo.Rapha. & Ludo.in dicto §.sed vt probari.

b ¶Tempore permisso. Adde tu & vide in terminis Barto. in consil. ccix.incip.viso processu Ioan.& quòd quando qualitas deducitur in inquisitione quæ aggrauat delictum debeat sequi absolutio. consuluit Ro.in consi.clxvij. Et idem tenet d.Alexan. in consi.j.& consi.lxxxiij.in iij.volu.& ibi refert notabile dictum Io. Andr.in c.pro humani.de homic.& vide Bart.in consil.cxvij.inci.accu.fuit inst.& opi.Bar. sequitur etiam Cepo. in consi.lxij.Ber.

Augusti. Tu in hac materia considera, ꝙ omnes Doct.in locis suprà alleg.sequuntur sententiam Bart.quæ fundatur in regula iuris:qua cauetur quòd vbi certum & limitatũ tempus: vel certa seu limitata pars loci, seu alia similis qualitas habet esse fundamentum alicuius intentionis: oportet quòd illa qualitas & illud tẽpus deducatur,& specifice probetur, aliàs succumbit:ad hoc possumus etiam allegare bonum tex.in l. fi.C.an ser.ex suo fac.quẽ tex.ibi ponderauit Bal. & Salic. & Bart.in l.denunciasse.§.quid tamen. ff.de adulte. dum alleg.l.prætor.§.docere.ff.vi bono. rap. & habemus glos. not.in c.venerabilis.de senten.excom.in vj.gl.penult. & Bart.in l.si quis.§.fi.ff.de iu.fisci.& faciunt not. per Bald. in l.si quis nõ dicam rapere.C.de episc.& cle. circa iij.vel iiij.col.dum refert singulare dictum Io. And.in c.j. extrà de homici.in vj.in nouella.Et videnda sunt dicta Bart.in l.j.post prin.ff.ne quid in flumi.publi. & vide Bart.Bald. & Ang.& Rapha. & omnes in l. cum actum.ff.de nego. gest.Et certè ibi est bonus text.coniuncta glos. Nam ibi agebatur contra vnum actione nego. gest. qui dicebatur administrasse tempore quo erat seruus, & tempore quo erat liber:& ibi non est probatum de tempore,ibi dicitur quòd fertur sententia absolutoria:& principalẽ quæstionem quam suprà posuit do.Ang.hic formant Moder.repetẽtes in c.qualiter & quãdo.extrà de accu. in xxxvj.q. in ij.col.xj.q.prin.& breuiter nil aliud allegãt:nisi Bar. in locis suprà alleg.& eũ sequuntur.Adde hic not. per Ro. in addi.in d.§.sed vt probari.

6 *Accusatore plenè probante suam intentionem si per exceptiones & probationes rei: talis probatio redditur,an reus sit absoluendus.*

6 **Ange.** †Quid si accusator plenè probauit intentionem suam:sed propter exceptionẽ & probationem rei redditur dubia probatio actoris:vt puta accuso te quòd tu vulnerasti Titium de mense Nouẽbris, & probo.Tu dicis quòd de mẽse Nouembris Titius fuit bannitus:nec doces an hoc fuerit antequam tu vulnerares eum,vel postea. & dicit Bartol. quòd debet absolui, quia in delictis probationes in condemnando debet necessario concludere & clarissime. l. fina. C.de proba.sed probatio accusatoris non concludit ꝙ vulnerauit ipsum ante bannum: igitur &c. & pro hoc alleg.l.ij.C. de peti. hæredi.& istam sententiam sequutus est Salic. in dicta l. matrem.in fine.Sed contrarium tenet Bald.in dicta l.matrem.C.de probatio. quia iste accusatus excipit obscure:

nec

nec probat exceptionem suam:ergo debet succumbere. l.ab ea parte.ff.de probatio.Tu teneas opi.Bar.quam do. Ioan.de Imo.& Raph.sequuntur in dicta l.non solùm.§.

a sed vt probari.[a] ff. de oper.no.nuncia.vbi Bart.hoc dixit & non alibi per d.l.ij.C.de peti.hæred.

ADNOTATIO. a ¶§. sed vt probari. Adde tu & vide do. Alex.in dicto §. sed vt probari.Ber.

Augusti. Tu in hac materia pulchra & quotidiana in qua aliàs allegaui & cõsului: an vera sit ista sententia Barto. quòd in criminalibus dubia probatio exceptionis ipsius accusati habeat releuare probantem. Aduerte quia contra istam decisionem Bart.fortiter obstat doctrina Barto.quam posuit in l. Aurelius.§. idem quæsijt.ff.de libe.lega. quòd si accusaui Sempronũ quòd occidit Titium, & Sempronius excipiat pro defensione quòd occidit Titium ad sui defensionem:quod potest ex sua confessione condemnari. quia licet confessio prædicta sit qualificatè probata, & sub vna cõstructione: tamen quia præsumptio iuris orta ex homicidio quòd dicitur esse illicitum:& de genere prohibitorum:tunc est contra ipsum cõfitentem:& potest confessio recipi quatenus contra confitentem est, & respui quatenus est pro eo:vt ibi per Barto.& ita reperio domi.Abb.in c.auditis. extrà de præscrip. terribiliter arguentem cõtra istam doctrinam Bart. nihilominus do.Abb. ibi sequitur Bart.& respondet quòd hoc non habet obstare: quia in illo casu tractatur de exceptione fundante intentionem rei, quæ non erat prohibita:nisi per confessionẽ ipsiusmet rei,quæ confessio non releuat eum: vbi est præsumptio contra ipsum per not. in c. cum venissent. extrà de insti. Sed in quęstione nostra erat facta probatio rei per testes vel per instrumentum. Et subdit ibi Abb. vnum mirabile verbum quòd quãuis ex tali confessione sic qualificata intentio rei non sit probata:scilicet quòd ad sui defensionẽ occiderit: tamen ex illa sola confessione sic qualificata non poterit cõdemnari:saltem capitaliter & quia ex præsumptione quæ est cõtra qualificatè confitentẽ,nõ debet quis ita asperè condẽnari,per no.per Inn.in.c.quia verisimile.extra de præsum.quòd est mirabile & singulare verbum.Sed de hac materia dixi plenè post Imo.& Moder. in.l.decem.ff.de verbo.obliga. Item aduertas quòd contra Barto.multum obstat in principali articulo nostro,ꝙ præsumptio est contra delinquentem, seu vulnerantem: nisi probet ipse se fecisse in casu licito.l.si nõ conuicij. C. de iniur.not.Barto.in.d.§.item quæsijt.&.l.j.C.ad legem Corne.de sica.ergo hæc præsumptio fundat intentionem accusatoris & transfert onus probandi in aduersarium: iuxta.l.cũ de indebito.ff.de probatio.& in.l. siue possidetis.& ibi not.C.de proba.ergo clarè debet probare id qđ est fundamentum intentionis suæ:& probare de limitato tempore.d.l.matrẽ.& ibi plenè per Ang.&.l.de rebus. C.de dona.ante nup.aliàs si opinio Bar.vera esset videre tur sequi quòd cũ contingere posset,quòd homicidiũ fieri posset cum dolo,& sine dolo:& quòd ad defensionem fuerit factum,deberet præsumi factum licito modo:& sic accusator simpliciter homicidio probato nõ posset obtinere etiam dato quòd reus nihil probasset cõtra l.j.C. de sica.Nec obst.isto casu d.l.j.C.de peti.hæred.quia respõderi potest:quia licet ibi præsumatur contractũ ibi fuisse celebratum tempore permisso, & ante litem contestatã: nisi per actorem contrarium probetur. Tamen illud ideo est:quia fundamentum intentionis actoris est,quòd probet possessorem fuisse in mala fide:seu possessorem scienter emisisse post litem contesta.Contra actorẽ ipsius possessoris.l.j.eod.titu.ideo cùm illud esset fundamentũ intentionis actoris, debuit probare illud non reus: iuxta l.actor.C.de proba.& ita Bal. declarat illã l.ij. Aduertas tamen quòd licet illa l.ij.non probet opi. Bart. quam communiter Doct.sequuntur, & est communis opin.vt infrà dicã:tamen opi.Bart. satis videtur probari per alias probationes suas dùm alleg. l.merito, ff. pro socio. cum similibus.Et per quam rationem respõdet ad obiecta per Bald.in dicta l.matrem.& tenendo opinionẽ Bar.dicunt Moder.possumus respondere ad id quod dictũ est suprà quòd sequeretur quòd semper debet interpretari quòd homicidium factum fuit in casu licito: quia respondetur quòd præsumitur factum in casu licito:quando ex parte rei erat probatum quòd interuenerit causa, quæ poterit facere ipsum actum esse licitũ: vt patet in dicta l.meritò. & prout in quæstione nostra in qua apparebat de banno probatum: sed vbi causa quæ posset reddere actum esse licitum non est clarè probata nec dubia: tũc procedit.l.j. C.de sicar.Ex quibus sequitur notabilis conclusio, quòd si probatur per accusatorem,quòd Titius occiderit Sempronium,& ex aduerso Titius probat quòd Sempronius contra ipsum cum armis insultum fecerat: satis dicitur probatum esse, quòd Titius incontinenti post insultum ad defensam Sempronium occiderit, quamuis specificè nõ fuerit probatum quòd incontinenti fuerit,nõ obstãte quòd illud quod dicitur vim vi repellere posse, intelligitur si incontinenti fuerit factum.l.iij.§.vim vi. ff.de vi & vi arma.plenè no.in l.j.C.vnde vi.& in cle.j.de homicid.

Item aduertas quòd contra istam doctrinam Barto. multum obstat tex.& ibi Pet.de Ancha. & do.Anto. de But.& do. Abb. in c.constituimus. extrà de rescript.per quem tex.dicunt Docto.maximè do. Abb.ibi in j.col.ꝙ ibi erat casus in fin.illius c. quòd vbi statutũ propter aliquod inualidat actum,& dubitatur an statutum præcesserit actum vel econtra:dicenti statutum præcessisse, incumbit onus probandi:quia est fundamentum intentionis suæ. Vnde in terminis quæstionis nostrę cùm probatum fuerit contra occisorem quòd fecerit id quod à iure est reprobatum,puta homicidium.d.l.j.C.ad legẽ Corne. de sica.Si vult se excusare vigore banni opus est ꝙ asserens bannum fuisse ante actum: & sic ante homicidium probet illud.Et ideo dixit Pet.de Anch. in d.c.constitutus.quòd quando est quæstio de prioritate & posteriori tate temporis:tempus debet limitatè allegari,& probari, vt per hoc fundetur intentio rei,vel actoris,ex prioritate vel posteriõritate temporis.Et dicit quòd Bar.in hac materia multum eleganter est locutus in d.§.sed vt probari. Et sic ibi Pet.de Anch.sequitur doctrinam Bar. suprà allegatã.Cùm ergo in terminis quæstionis nostræ sit quæstio de prioritate vel posteriõritate temporis, fundans se in tempore ad excusandũ se, limitatè debet probare illud tempus,maximè coniuncta doctrina Bal. quam tradidit in d.l.ij.C.de peti.hæredi.qui dixit illam glos. esse singularem ad hoc vt ibi agens habeat intentionem suam fundatam : probatio temporis incumbit excipienti.Sed isto casu agens habet intentionem suam fundatam : quia nemo debet committere homicidium:ergo excipiens quod sibi est permissum homicidiũ propter tempus : ipsi excipienti incumbit onus probandi de tẽpore:cùm ergo probatio temporis non concludat & non releuat probantẽ. c.in præsentia. extrà de proba. Et hoc videtur de mente Pet.de Ancha.in c.cum contingat.de offic.deleg. Adde tamen quòd non recederem ab opi.Bart.in dicto §.sed vt probari. & allego do. Abb. in c.per tuas. extrà de condi. apposi.qui dixit quòd ibi erat casus quòd vbi actor plenè probat intentionem suam nisi reus illam clare confundat debet actor obtinere : nec sufficit quòd reus reddat eam dubiam.Sed dicit,fallit hoc in criminalibus:quia sufficit quòd reus clarè non probet intentionem suam:sed sufficit quòd reddat eam dubiam per mirabilem doctrinam Bart.in dicto §.sed vt probari.& cum sententia Bar.trãsit etiam Bal.in l.j.ff.solu.matri.licet in dicta l.matrem.aliter sit locutus & malè.Et idem dixit do.Abb.in c.in præsentia.extrà de proba.io iiij.col.vbi multum exclamat dicẽs ꝙ omnia iura clamant ꝙ probatio dubia nõ releuat probantem in dubio:tamen in criminalibus hoc non militat ex parte rei per doctrinam Bart. in d.§.sed vt probari. & in simili causa tenet Bal.in l.pręcibus.C.de impu. & alijs substi.in vj.col.ego verò latius etiam scripsi in addi.meis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in d.§.sed vt probari.post Moder. dic vt ibi aliter distinguo:sed in practica non recederem ab opi.Bart.

7 *Accusatore non ponente in libello quòd delictum fuerit commissum tempore punibili:& sic in libello existente inepto:an si postea illud probat, debet sequi condemnatio.*

7 **Ange.** †Quid autem si accusator nō apposuit in accusatione quòd delictum fuit commissum tempore punibili, & sic libellus est inæptus. an si postea illud probat debet sequi condemnatio:& vt refert Ro.in d.§.sed vt probari. Franciscus Accur. consuluit q̄ sequi debeat absolutoria: quia non potest sequi condemnatio super tali libello: pro quo allegat Angel. in l. si cum actor.ff.de neg.gest.& Spec.in titu.de actore & petitore. §.sequitur.versi.hoc quoque præmittendum.cum versic. sequenti.& in tit.de iurisdi.om.iud.§.deseruit.versicu.sed nunquid libellus.& in titu.de teste,§.j.versi.quid si capitula.& ibi Ioan.And.in additio.& Bal.in l.j.ff. de iurisd. om.iudi.& in l.j.§.j.ff.si mensor fal.mo.dixe.& Docto.in c.examinata.de iudi.sed d.Ludo.tenet contrarium: quia q̄n libellus inæptus ꝓpter aliquod omissum,illud postea probando conualidatur libellus,& sequi debet condēnatio:pro quo alleg.gl.sing.in l.j.§.si quis argētum.ff.depo. quam glos.sequitur Innoc.in c.j.de ordi.cogni. Præterea cum simus in eo quod est vtilitatis publicæ:vt delicta puniantur probationes factæ in vno iudicio quantūcunq̄ inualido,licet non essent quo ad probationē: tamen erūt validæ quo ad iudicē, quatenus se ex actis poterit informare:vt dicit gl.not.in c.cupientes.in versi.cęterū.in versi. excludentes.de electio.in vj.Et istud tenet Roma. quod est multum nota. facit quod not. Barto.in l. si confessus. ff. de custo.reo.

Augusti. Tu autem in hac materia adde, q̄ inuentio fuit Raph. qui ita cōsuluit in hac materia,& non Franc.Accur.sed dicit Ro.q̄ in vno casu potest saluari opi.Raph. vbi probatio resultaret ex confessione conuenti:quia hæc species probationis non inualidatur propter iudicium inualidum,casum notabilem alleg.in cle.constitutionem.de elect.in c.pisanis.extrà de de restit.spo.& facit c.j.& ij.extrà de accusa. in vj. & licet ipse non alleget.videtur determinasse Bal.in l.j.ff. de iurisdi.om.iud.qui dixit q̄ si libellus est inæptus, & probatio apta:tamen condemnatoria sequi non potest nisi probatio per confessionem fuerit facta. Sed in hac materia addatis pulchrum consilium Ang. in ordine suo ccxcvj. quod incipit visis actis prędictis.vbi ibi apparet quòd in libello non fuit appositum tempus,& tamen consuluit q̄ sententia condemnatoria non sit ferenda : quia vbi opus est q̄ tempus ponatur nedū opus est q̄ tempus probetur: sed q̄ tempus deducatur & probetur. & allega. d. l.eum actum.& d.l.matrem.& doctrinā Bart.in d.§. sed vt probari.& facit pro hac doctrina id quod dixit ipse idē Ang. in l.Claudius felix.ff.de his qui potio.in pig.hab. vbi dicit q̄ si in libello fuit actū ex causa incongrua & ex actis, apparet quòd agi potuisset ex causa congrua & apta : & nihilominus iudex non potest cōdemnare.& allegat fratrem suū d.Bald.eius præceptorē ita voluisse in l.bebius. ff.de pact.dot.& ita voluit Bald.C.de hæredi.instit.in l.fi. in xj.col. Nec obst.illa gl.quam pro singulari alleg. Ro. in d.l.j.§.si quis argentum.quia illam allegauit Bal.in l.fi. C.de anna.excep.ad hoc scilicet q̄ libellus generalis valet,& tenet si nō opponatur nihilominus in probatione debet liquidari.facit glos.in l.j.ff. de eden. & in cle. sepe. extrà de verb.sig.vnde illa gl.nihil facit, quia præsupponit libellum valere, nos verò quando libellus non tenet. Præterea ibi in illa glos.permittitur,quia verisimile est q̄ ille ignoret pondus argēti:sicut dicimus in colore:vt no. gl.& Bar.in l.in furti actione.ff.de fur.non autē esset illa gl.vera in alia inæptitudine libelli:vt voluit Bal. in l.edita.C.de eden.in versic. sed dubitatur an actoris probatio sufficiat.Quinimò hoc in terminis voluit illa gl.dū dicit q̄ illud procedit in incertitudine ponderis, non speciei: quia potius potest ignorari pondus quàm spēs. alleg.l. quisquis.C.de rescind.vendi. Item adde ad confirmationem prædictorū in terminis quæstionis nostræ in criminalibus:quando tēpus vel alia solennia quę requiruntur in accus.vel in inquisitione deficiūt,an posset sentētia condēnatoria sequi ex probatione postea valida & apta: reperio Ang.consuluisse in eleganti suo cōsi. clxxv.ª qui fortius dixit q̄ etiā si talis ꝓbatio apta esset p cōfessionē ipsius inquisiti super inquisitiōe inualida:nō potest sequi condēnatio.Et ita dicit q̄ semel in syndicatu defendit d. Ray.de pis.olim potestatem Perusij, qui semel absoluit quendā malefactorē propter inæptā inquisitionem:licet cōfessus esset se fecisse tale delictū & mouet se : quia vbi libellus est inæptus quicquid sequitur est nullū ipso iure. Et ideo dicit q̄ Guil.de cug.per illum tex.in l. si libertus patronū. ff. de iureiur. dicebat q̄ exceptio inæptitudinis libelli ex quo reddit iudiciū retro nullū:etiam post sentētiam potest opponi. Si ergo propter inæptitudinē libelli nullus processus intelligitur factus,habetur perinde ac si cōfessio sine processu emanasset:in quo casu impossibile videtur ferri sententiā diffinitiuā:in authen. offeratur.C. de lit.contest.l.j.C.de sentētia ex per.reci. & facit gl. in l. iubemus.C.de lib.cau. quæ voluit q̄ si iudicium non est legitimū,confessio non præiudicat:& est bonus tex.in c. olim.extrà de rescri.Nec huic conclusioni obst.text.in d. cle.constitutionē.quia ibi non fuit defectus circa substātiam iudicij.Nec obst.c.j.& ij.de accus.in vj.quia ibi non fuit defectus circa substantiam iudicij:sed circa ea quæ potuerūt omitti:& ideo ibi dicit Io.mo. q̄ tā in c.j. quàm in ij.extrà de accu.in vj.fuit renūciatū processui qui prę mitti debuisset si petitū fuisset. Nec ob. c. pisanis. quia loquitur quando libellus nō tenet ex aliquo defectu extrinseco,an cōfitens posset renūciare.Nec obst.quod no. Bar.in l.si cōfessus.ff.de cust.reo.quia per illū tex.allegā do Innoc.dixit q̄ si processus est validus, & reus est cōfessus crimen corā iudice ad hoc principaliter sedēte,poterit puniri:quia nō dicitur in d.l. si confessus q̄ libellus fuerit ineptus : sed dicitur ibi q̄ si reus est cōfessus stabit in vinculis donec pronuncietur : debet intelligi iudicio existente valido:& sic inchoabit nouum iudiciū:vt dicit Ang.in d.consi.Nec obst. q̄ cōfessio facit delictū notorium:ex quo non requiritur solennitas:quia respondetur q̄ licet notorium non requirat omnimodā solennitatem, tamen requirit aliqualē solēnitatē.c.ad nostram. extrà de de iureiur.& ideo requirit solennitatem libelli:ita ibi dicitur:per quæ patet q̄ pessimè est locutus Bald. in l.j. C. de re iudi. qui dixit q̄ confessus non potest opponere de inæptitudine libelli, vel de aliquo inordinato processu. alleg.tex.no.in l.ait prætor. §. permittitur. ff.de mino. & tex.in d.c.pisanis.& idem voluit in d.l.edita. in repe. Paduana.in pe.char.& Bald.in l.j.C.de iudi.qui alleg.Inno. in c.per inquisitionem. extrà de elec.& Ang. in l.denunciasse.§.quid tamen.ff.de adul.qui alleg.Innoc.in c.qualiter & quando.extrà de accus. Scias tamen q̄ Ang.in d. consi.consuluit q̄ per talē cōfessionem poterit confitens extra ordinē puniri : nō autem capitaliter & sic pœna ordinaria:& multa bona allegat : & idem voluit Ang.in d. l.si confessus.de custo.reo.& idē Innoc.in c.per in inquisitionem.extrà de elect.vide omnino Pe. de ancha.d.cle. constitutionem. extrà de elect.

ADNOTATIO. a ¶Consil.clxxv.Adde tu quod aliàs est consi.clxxviij.& est idem quod alleg. supra numero ccxvj.& quod libellus ineptus sit ipso iure nullus:adde Pau.de cast.in cōsil.cclix. & cclxj.in j.impressis.& Angel.in consi.ccxcj. & Roma.in consil. lxix.& vide Abb.consi.xxv, vbi tenet contrarium eius quod voluit Angel.& vide Alexan. de Imo.in consi. xxxvij.in j.volu. vbi quando libellus est ineptus, an probationes factæ super ipso sint aptæ.Ber.

8 *Insultus si factus est uno tempore, puta de die, & tanto tempore duranit ue fugauit, quòd de nocte percusit, quod tempus debet apponi.*

9 *Insultu facto ut supra immediatè quod tempus debet apponi de iure cōmuni.*

8 **Ange.** †Quartò quæro quid si insultus est factus vno tempore,puta de die & tanto tēpore durauit vel fugauit q̄ de nocte percusit quod tēpus debet apponi.

apponi.Bar.in l.libellorū.in prin.versi. sed quæro aliquis insultauit.dicit q̄ attendēda sunt verba statuti:aut dicit si quis percusserit & tēpus percussionis attēdatur,aut dicit si quis insultauerit vel percusserit : & tēpus insultationis attēdatur.Salic.in l.pe.ff.de accus.dicit latius nā interdū lex punit insultum : licet grauius factū sequutū : interdū ecōtra lex punit principaliter factū sequutū,sed grauius, propter insultum præcedentem:& tunc ipsum vulnus & insultus debet attēdi & poni in libello.Interdum lex vel statutum principaliter punit vtrumq̄ : & tunc si vtriusq̄ pœna peteretur vtriusq̄ locus & tempus debet assignari. Interdū dubitatur, an lex principaliter pro vtroq̄ per se puniat:& tunc insultus tendens ad finē vulneris sequuti succesiuè nō debet attēdi.d.l.illud.in fi.ff.ad legē Aquil. no.C.de accus.l.qui de crimine.non solū locus vel tēpus vulneris debet attendi & apponi, vt inquit Ray. q̄ procedit vbi vtrūq̄ fit in eodē territorio.Si autem insultus fit in eodē territorio,& fugādo vulnus, fiat in alio territorio de die vel de nocte quis locus vel tempus debet inspici. Sali.in d.l.pe.versi.quæro aliquis insultauit in vno territorio &c.eum fugando:dicit aut fumus in iure communi:& tūc locus percussionis est attēdendus sicut & tēpus & iudex percussionis exhibet iustitiā.ita not.Cy.in l.qui de crimine. C. de accus.Si autē statuta sunt in locis tunc aduertas ad verba statuti,quia si dicitur de insultu soluat centū,& de percussione ducentū:tunc iudex insultus de insultu pœnā imponet,& pro eo insultu locus in suo territorio est confinandus , & alius iudex pro percussione pœnā imponet,& pro eo insultus locus ab eo confinabitur & sutū tēpus.Si verò statutū dicat pro insultu percussione sequuta soluat centum:tunc videtur q̄ solus iudex percusionis de vtroq̄ debet cognoscere & punire : quia cū lex punit insultū principaliter sic qualificatū cum percussione,debet intelligi de percussiōe sequuta in suo territorio:quia de alio disponere nō pōt.arg.l.fi.ff.de iurisdi. om.iud.tamen latius ibi per Salic. †Sed quid si statutum nō est,sed sumus in dispositione iuris cōmunis:tūc credo q̄ cùm inconsultus cōfundatur sequuto vulnere nec insultus sit punibilis:vt no.gl.& Cy.in l.qui de crimine.C. de accus.q̄ satis est si apponatur tēpus percussionis:quia istud est punibile.Ita dicit Cy.facit l.ait lex. & l.huic scripturę.§.j.ff.ad legē Aquil.ita dicit Bar. in d.l.libellorum.in versi.quæro aliquis aliquem percusit.

9

Augusti. Tu autem in hac materia, adde not.per Flo.in l.ait lex.ff.ad legē Aquil. sed cōsidera q̄ indistincte videt dicendū q̄ vterq̄ locus & tēpus debeat apponi,scilicet insultus & percussionis:quia duo sunt delicta per text.in l. si vulnerato seruo. ff. ad legem Aquil.cū simi. Quinimò videtur q̄ in omnibus casibus locus insultus nō debet poni:quia sequuto vulnere:nūq̄ ipsum delictū insultus est in consideratione : & moueor autoritate & ratione Ang.quam adducit contra Bar.in l. qui de crimine.C.de accus.qui dicit q̄ semper fuit in ista opinione : q̄ de insultu non nascitur actio nec accusatio: quia ex quo ordinatur ad certū & determinatū finem.Et sequitur finis : ex fine sequitur actio solū & nō ex principio.casus est in l.illud.§.j.ff.ad legē Aquil. cui dicit q̄ nō vadit responsum : quia ibi dicit q̄ vna nascitur actio de occiso.Et not.quia dicit nascitur non ergo confunditur. Nec ob.leges Bart.quia loquuntur cùm obligatio accessoria nascitur, & ex ea nascitur actio & vulnus , non est quid accessoriū sed ꝓparatorium. Vnde nihil de ꝓparatorio quærendū. Sed de præparatorio d.l.illud. in vno tamen casu saluat opi.Barto.dic vt ibi. Et in hac materia bene faciūt not.per Doct.in l.j.C.vbi de posses.agi oportet & maximè per Bal.& per Ant.de Bu.in c.fi.extrà de foro compe.& per Io.And.in mercurialibus. in regula in obscuris.de regu. iur.in vj.

10 *Vulnerato aliquo uno tpe, & alio tpe sequuta morte qđ tēpus apponetur.*

10 **Ange.** †Quintò quæro si vno tēpore fuit vulneratus,alio tēpore moritur ex dictis vulneribus,dic q̄ tēpus vulneris non tempus mortis debet apponi.l.huic scripturæ.§.j.ff.ad l. Aquil. ita dicit Bart. in d.l. libel lorum.in versi. quæro aliquis aliquem percusit.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde vt dixi suprà in præcedenti additione contra istā decisionē videtur tex.apertus in l.si vulnerato seruo.ff.ad legē Aquil. vbi videtur dicendū q̄ tēpus vtriusq̄ debet apponi:quia duo separata sunt delicta. vt dicit ibi tex. & cogita.

11 *Maleficio commisso per plures dies ante natiuitatem domini si inquiritur post post natiuitatem : & dicitur quòd de hoc anno de mense Decembris : an ualeat inquisitio.*

11 **Ange.** †Sextò quæro quando maleficiū est commissum per plures dies ante natiuitatē dñi:& inquiritur post natiuitatē.& dicitur q̄ hoc anno de mēse Decembris.an valet inquisitio Iaco. But. insti. de actio. in prin.dicit q̄ sic:quia colligitur de anno legali. cclxvj. dierū:vt l.cum hæres.§.Strichus. ff. de fidei.liber.& sic est factum intra tēpus prædictū. sed Bart.in l.libellorum. in princ.in versi.quæro aliquos dies.tenet contrariū cùm in inquisitione debeāt inseri anni Christi.& sic qui apponūtur in principio quinterni notarij intelligūtur repetiti in d.inquisitione.facit l.fi quis ex argētarijs. §.initium. ff.de edē.& sic illa verba anno intelligunt hoc Millesimo: & sic concludit q̄ talis inquisitio hoc maleficiū nō comprehendit,sed pro Iaco.facit quod not.gl.Imo.Rapha.& Bart.in l.diuortio.ff.solu.matri.in prin. in versi. mēses.ibi de mense Augusti:vbi gl.vult & Doc.q̄ valeat accusatio si te accuso de mense Augusti:q̄ de eodem anno & mēse Nouēbris præteriti vulnerasti Titiū, q̄ intelligatur eodē anno,scilicet legali cclxvj.dierū. Ita in casu nostro : vel possumus cōcordare opiniones : q̄ aut ex verbis inquisitionis apparet clarè , de quo anno loquutus est. Et tunc procedit:& ita intelligatur opi. Iaco.aut non apparet, sed est ambiguum. Et ita procedat opi.Bar. nā quādo inquiritur de mense Augusti q̄ de mense Nouēbris commisit maleficiū,& dicitur hoc anno:si intelligitur de annis dñi à natiuitate vel incarnatione nō posset aliquo modo mēsis Nouēbris præteritus cōprehendi intelligitur, ergo eo modo quo potest,scilicet de anno legali:arg.l.quoties. in princ.& quod ibi Docto.ff.de verb.obl.sed q̄n de mense Decēbris dicit hoc anno,pōt illud intelligi duobus modis,scilicet de anno legali : & tunc procederet accusatio vel inquisitio,& de damno à natiuitate:& tunc non procederet,nec cōprehendet delictum. Igitur cum sit dubiū nō valet,& in pœnalibus potius deuenit ad absolutoriā, quàm ad condemnatoriā:vt l.Arianus.ff.de act.& oblig. Et vt incertus libellus non procedat:& ita intelligit opi. Bar.& imputet sibi iudex inquirēs, vel accusator qui nō cōficit libellū clarum,& maximè si oppositū fuit per reū, vt arg.l.fi.C.de ann.except.aliàs si nō opponatur valebit ꝓcessus,vt res potius valeat quàm pereat : arg.l.quoties. ff.de re.du.& ne delicta remaneāt impunita:arg.l.ita vulneratus.ff.ad legē Aquil.& sic intelligitur de anno legali vel de anno dñi nostri Iesu Christi prout iudex vel accusator declarauerit:vt l.si quis intētione ambigua. & q̄ ibi not.gl.& Bar.ff.de iudi.de qua tamē quæstione vide late per Sali.in l.pe.C.de accus.in versi. quidam commisit aliquod delictum ante festum.

Augusti. Tu aūt in hac materia inquantum iste Doctor hic allegādo l.si quis intentione ambigua.ff.de iud.dicit q̄ illa l. habet locū etiā in criminalibus,vt verba libelli accusatoris obscura interpretent secūdùm mentē accusatoris , vt si nō opponat ꝓcedat libellus intelligēdo de anno legali:& allegatur quod Bart. in hac quęstione nostra principali voluit in d.l.libellorū. in decisione huius quæstionis.Addatis q̄ cōtra istā decisionē videt expresse decisio Bald.& Imo.in l.quoties.§.si quis ita.la ij.ff.de hære.instit.& in l.aduersus.C.de furt.& in auth.sed nouo iure.in versi.si cōfitetur.C.de iur.fug.& a Bal.& Imo.in l.diuortio.ª versi.econtrario. ff.solu. matri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui dicũt per illũ tex.deciditur q si accusaui Titiũ q cõtra me insultũ fecit,& statim vel mox vulneravit me:an intelligaẽ statim per interuallũ, & sic veniat de vtroque excessu puniendus:vel intelligatur q in eodẽ actu sit factum vulnus & insultus:quia tũc nõ puniẽ nisi de vno vulnere:vt est gl.fing.in l.qui de crimine.C.de accu. quã Imo,reputat singularẽ in d.versi.ecõtrario cõcludũt pfati Doc.in locis suprà alleg.q cũ prędicta verba sunt æquiuoca,quia dictio,statim & mox,possunt accipi ex interuallo,& sine interuallo:vt l.si pater captus. & ibi no.ff.de vul.& pup.in authen.de inceſt.nup.in prin.cũ gl. & in c. quia propter.extrà de elect.debẽt intelligi incõtinenti,& sic in mitiorẽ partẽ.arg.l.præses. infrà de pœ. Et ideo per istã decisionem Ro.dicebat in d.l.diuortio. q licet verba ambigua libelli secũdùm mentẽ proferẽtis debeãt intelligi:& sic secũdùm mentẽ libellãtis.d.l. si quis intentione ambigua.Tamẽ hoc nõ militabit ĩ criminalibus per prędicta:quia d.l.si quis intẽtione ambigua.non procedit in criminalibus.Sed ista conclusio an sit vera vel falsa, dixi latè in addi.meis in d.l.diuortio.in versic. econtrario.De pricipali tñi quæstione adde q d.Bar.in effectu concludit id quod ipsemet dixit in d.l.libellorũ.& Ange. in d.§.annum.sequitur etiã dicta Bart. licet Bald. in d.l. diuortio. ponderet gl.ibi contra decisionem Bart.

ADNOTATIO.a ¶Et Imo.in l.diuortio. Adde tu & vide Alex.in d.l.diuortio.in iij.col.vbi dicit deci.Ro. falsam:quia iure non probatur.item quia in criminalibus proceditur ad instar ciui. l.absentẽ.ff.de pœnis.& decisio Bal.procedit ex eo qñ præsupponitur q probatio accusationis non aliud cõcludebat:& ideo cum probatio accusatoris debeat interpretari contra ipsum c.in præsentia.de proba.ideo dicta verba interpretantur pro incõtinenti & ita apertè tenet Bal. in d.§.si quis. & eandẽ decisionẽ sequitur Alex.in consi.cxv.in iij.vol.& ibi de muliere quæ confessata fuit dedisse aquam venenatam infirmo, & iudicio medicorũ q dicta aqua non erat sufficiens vt infirmus moreretur.

12 *Delicto durante per annum continuè, puta quia tenet aliquam terram: an menses sint exprimendi.*

12 **Ange.** †Septimò quæro quid si deliquit cõtinuè per annũ,quia tenet aliquam terrã: an mẽses sint exprimendi:dicit Bar.in d.l.libellorũ.in vers. sed pone q aliquis tenet q nõ:quia illud quod dictũ est q mẽsis est exprimendus, intelligitur in delictis momentaneis. Secus in successiuis:arg.authent.credentes. C.de hære.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde & intelligе prędicta,& limita secũdùm doctrinã Bar.in l.inficiãdo.§.infans.ff. de fur. qui videtur limitare prædicta nisi interruptũ in medio tẽpore:quia dicta Bart. hic & istius Doctoris nõ procederẽt:& vide Ang.in d.§. infans.qui videtur aliter loqui.& d.Bal.in l.quicunq. C. de ser.fug.& vide Doc.in l.nunq plura.ff.de priua.delic.

13 *Anni domini nostri Iesu Christi uel Imperatoris, an sint ponendi in libello accusatoris.*

13 **Ange.** †Quæro an anni dñi nr̃i Iesu Christi vel Imperatoris sint ponendi in libello accusatoris.Bar.in d.l.libellorũ.dicit q nõ:sed Sali.in d.l.pe.C. de accu.dicit cõtrariũ:licet dicat q nõ est ĩ vsu:nec etiã sunt de substãtia formali libellorũ accusationum:& nihilominus inquisitionũ:sed dic q anni dñi qui apponuntur per notarios in principio librorũ suorũ intelliguntur repetiti in qualibet inquisitione postea formata, donec anni dñi non mutentur.argu.l.ũ quis ex argentarijs.§.fi initium.ff. de eden.ita sentit Bar. in d.l.libellorum. circa prin.
28 **Ange.** †Nunquid socero permittatur saltẽ vilem adulterum interficere, vt patri, vel saltẽ sicut vir nõ tenetur de sica. sed leuius punitur ita & socer & videtur q; sic: & fortius cũ loco parẽtis habeatur: vt l. quia parentis. ff. solu. matri. Contrariũ videtur quoniam lex loquens in patre non habet locũ in alio ascendente: vel col laterali: vt. l. patri. ff. de adulte. ita ergo lex loquens in viro non extenditur ad socerũ: vt. l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. quod not. quia vidi de facto. Et prędicta procedũt præterquã in raptoribus monialiũ & eorum auxiliatoribus qa in flagrãti crimine inuenti: nõ tantũ à patribus monialiũ inuenti, sed etiã à consanguineis & à tutoribus & à curatoribus poterunt occidi: vt. l. raptoribus. C. de episco. & cleri.

Augu. Tu adde q; mihi videt ista quæstio nõ est dubia cũ casu legis expressum, quodãmodo habeamus in l. sic eueniet. ff. de adulterijs: vbi auo q; fortius non permittitur occidere adulteram nec adulterum quia cùm hæc potestas occidendi exorbitet à iure cõmuni: vt quis propria autoritate sibi ius dicat & vindictã fa ciat: vt not. Bar. in d. l. sic eueniet. Ideo non mirũ si nõ posumus extendere ipsam legẽ iuxta. no. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in c. canonum statuta. extrà de consti. & in d. §. de viro. & in le. commodissimè. ff. de libe. & posthu. & maximè cùm socer vxorem filij non habeat in potestate: vt not. in d. l. patri. & in d. l. sic eueniet.

29 *Marito sciente uxorem adulteram & non accusante siue ignorante: an liceat eius hęredi maximè propter dotem perdendam illam accusare.*

30 *Si uerò ipse teneat concubinam & mulier committat adulterium: non debet perdere dotes suas per adulterium.*

29 **Ange.** †Quid si maritus scit vxorem adulterã*& nõ accusat: an liceat eius hęredi maximè propter dotem perdendam accusare: dic quòd non, siue maritus sciuerit & non sit cõquæstus, quia videtur remisisse: imò videtur de lenocinio teneri: vt l. ij. C. de adul. & l. ij. §. ij. ff. eo. titu. siue etiam ignorauerit eius hæres nõ potest etiam ad finẽ vt perdat dotẽ contra vxorem agere, vel excipere de adulterio: vt. l. rei iudicatæ. §. morũ. ff. solu. ma. & ibi Bal. Ang. Rapha. & Imo. nam prout dicit ibi Bal. istud tendit ad vindictam, ergo talis actio: licet maritus ignorauerit sibi competere: non transit ad eius hæredes: vt leg. cum emancipatus. §. cum emancipati. & ibi glos. ff. de colla. bo. Sed Salic. in l. fin. C. de adult. tenet quòd si vir ignorauerit quòd eius hæredes possint excipere de adulte. vt mulier petens dotem eam perdat. Sed Bart. in l. penũ. C. de adul. dicit quòd ita iniuriatur cõsanguineus de stupro commisso in vidua: sicut de adulterio cõmisso tempore mariti defuncti. Et vide Cy. Bal. & Ange. in d. l. fi. & vide quæ scripsi. in d. l. rei iudicatæ. §. j.

¶ Allegatio in causa adulterij. d. Alex. de imo, de tarta.

☞ Mulier quæ cõmisit adulterium & maritus non est conquæstus de ea hæredes non possunt obijcere ei exceptio. adulterij ad finẽ priuandi eã dote, quia videtur ei remissum per maritũ, hoc verũ, nisi mulier cõmisisset in arti. mortis mariti: quia nõ videtur ei remissum quòd ad illum quod commisit in arti. mortis & sic potest illud per hæredes opponi ad hoc vt perdat dotẽ, vt firmat Sali. in l. fi. C. de adul. & not. per glo. in l. fidei cõ. C. de fideicõ. & argu. l. nõ est ferendũ. ff. de transac. & idẽ tenet Ro. in l. rei iudi. §. j. ff. solu. ma vbi pro hoc etiam allegat. l. j. cũ ibi not. per Bar. ff. de his qui. vt indig. idem videtur voluisse Cy. in l. j. in fi. C. de reuocan. dona. vbi dicit quòd si dñs nõ reuocauit feudũ cũ vasallus cõmisisset aduersus eũ feloniã, quã ignorauit idẽ si sciuit & nõ habuit cõmoditatẽ reuocandi: quia statim mortuus fuit, poterit hæres eius reuocare feu. alle. argu. l. vtilitatẽ. & l. in cõfirmãdo. ff. de confir. tut. idem etiam tenuit And. de iser. & Bal. in c. j. §. porrò. quæ fuit prima causa beneficii. amit. vbi idẽ dicunt si sciuit & nõ habuit cõmoditatẽ vendicãdi morte præuctus pro quo Sali. in d. l. fi. C. de adulte. allegat in argu. bonũ tex. in l. iij. C. de inoffici. testa. & idẽ etiã tenuit. do. Abba. in præalleg. c. fi. de do. & quãdo est in arti. mortis semper præsumitur ignorare vt dicunt præfati doct. in locis superius alleg. quoniã adulterium in articu. mortis cõmissum, ac etiam quia non habuit facultatem vendicandi & accusandi.

¶ Allegatio do. Alex. de tarta, de Imola.

¶ Nota in ver. Quid si maritus scit vxorẽ adulterã &c. Quòd mulieri posit per hæredes crimẽ adulterij opponi ad finẽ priuandi eã dote, probatur expresè per d. l. ex cõsensu. C. de repu. authẽ. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò plurimas. & in l. rei vẽdicatione. §. & hæredi. ff. solut. matrimonio cũ similibus. Nã hoc est verũ q; hęredes possunt de hoc obijcere nisi maritus mores mulieris adulteræ approbasset seu cõquæstus nõ esset: quia tũc est secus. Sed si improbasset mores vxoris adulteræ, aut cõquæstus esset dũ vixeret tũc etiã ad hæredes transit facultas obijciẽdi crimẽ adulterij ad finem priuãdæ mulieris, iure doris. ita voluit Io, de imo. l. cũ mulier. in viij. col. in versi. itẽ aduerte quòd hoc procedit quando vir viuit & c. ff. solu. matri. vbi dicit q; si maritus reprobauit mores mulieris adulteræ licet contra eã in iudicio no egerit hæredes possunt eidẽ mulieri opponere de adulterio ad finẽ excludẽdi eã à dote. ita dicit trãsire Ia, de bel, in prælleg. §. quia verò plurimas. & in authẽ. vt liceat ma. & ibi hoc ponit Iac. de bel. in fi. vbi pro hoc alleg. l. si vxor. in fi. ff. de adul. & in c. plerũq;, de do. inter vi. & vxo. hoc etiã voluit Ang. in l. rei iud. §. & hæredes. ff. sol. matri. ibi dũ dicit, nec sub filẽtio pertrãsiuit &c, hoc clarius voluit Pau. de cast. in d. l. cum mulier. ibi dũ dicit, q; si maritus in vita, idẽ videtur tenere Bartol. sumãdo illã. l. & l. rei iudi. §. j. in primo cõtrario, & in l. lucius. circa fi. Dũ dicit, q; si maritus nõ fuit in vita de adulterio cõquæstus, nõ põt hæres eius de adulterio opponere, per. d. l. rei iudicata, hoc aperte voluit Andr. de iser. in c. j. §. porro. quæ fuit prima causa beneficii

Universidad de Deusto
Biblioteca

cij amit,dum dixit,q̃ si vasallus offendat dominũ, tamẽ dominus eum in vita non inquietauit nõ poterit per eius hæredẽ feudo priuari per l.fi.C.de reuo.do.& l.omnimodo,cũ glo.& l.nõ tantũ.§.si mãcipatus.ff.de cõtrata.& nota in c.imperialẽ.§.insuper.de prohi.feud.alie.per fed.Subdit tamẽ hoc esse verum nisi dominus fuisset conquæstus in vita de offensa allegat.l.quæ à patre.

¶ Eiusdem allegatio.

¶ Mulier propter adulteriũ perdit dotem.l.ex cõsensu.C.de repu. & authen.vt liceat matri & auiæ.§.quia verò plurimas.c. plerũq; de do.inter vi.& vxo. Tamẽ illud verũ est si maritus accusauerit eã criminaliter de adul,& se ad pœnã taliõis inscribat tex.est secũ dũintellectũ Bar.in l.miles.§.socer.ff.de adulter.& pro hoc etiam allegat Bar.in d.§.si verò plurimas.& not.per glo.in præalleg.l.ex consensu.Præterea dico q̃ nõ esset necessaria criminalis accusatio tamẽ ex quo maritus dũ viueret,silentio vsus est nõ videtur hæredes ad retinendã dotem posse mulieri obijcere crimen adulterij.l. rei iudic.§.& hæredi.ff.solu.matr.& ibi glo.& cõmuniter scribentes & Spec.in titu.de excep.in d.ver.item quæritur ecce.& in titu. de do.inter vi.& vxo.§.ij.ver.quid si mulier.licet ibi clare non firmat & not.Sali.in l.fi.C.de adul.& ibi etiam per Bal .& ad hoc l. fi.& quod ibi not.C.de reuo.do.& q̃ legitur & no.in d.c.fin. de dona. no.C.eo.l. fin.in simili.C.de reuo.do.& q̃ no. gloss. in l. omnino in ver. si licebit.C.de inoffi.testa. quæ dicit not.quòd hæredes domini non possunt auferre feudum vasallo,propter feloniam e commissam versus dominum, si dominus nihil dixit dum vixit.

¶ Responsio contra prædictas alleg.d.Vgolini de ariminio.

¶ Non ob.in contrariũ allegata, scilicet, quòd necesse sit vt maritus lucretur dotem propter adulteriũ, vt vxorẽ accuset de adulterio criminaliter.vt hic Bar.in d.l.miles.§.socer,per illũ tex. secũ dũ intellectũ Bar,quia respondeo quòd cõmunis opi.est in cõtrarium à qua in iudicando non est recedendũ,& de hoc quòd nõ requiratur accusatio est tex.in d.l.cũ mulier.ff.solu.matri. & ibi hoc sequitur Bal.Ioan.de imo.& Pau.de cast.& etiam tex.in l.lucius. ibi etiã sequitur Ro.eo.titu.& tex.iuncta glo.in l.viro.eo. titul. & tu.& est text.clarus in præallegato.c.plerunq;.& in l.fina. cũ ibi not.C. de adul.& ita tenet etiam Ia.butt. Pet. Cyn.Bald.Salic.in authen.sed hodie.C.de adult.& Iac. bel.in §.quia verò plurimas. in authẽ.vt lic.ma.& aniæ.Et ideo patet quòd illo intellectu Bar. ad.d.§.si socer. nõ potest procedere est contra prædicta iura:nec etiam probatur opi.sua in.d.§.quia verò plurimas. quia vbi non negatur quod si maritus nõ accusat criminaliter sed aliàs per modum exceptionis opponatur de adulterio,quòd vxor dotẽ nõ perdat.& ita etiam respondetur ad no.per glo.in d.l.ex consensu confirmo p̃ dicta ex alio capite nam nõ est dubiũ quod per adulteriũ dicitur illata iniuria marito.l.si maritus sit.§.lex vilis.ff. de adulte. & l.miles.§.socer,eo.titu.& ibi probatur quòd nõ solum marito fit iniuria,sed etiã omnibus de agnatione mariti,vt probat tex.ibi in ver.vindictæ domus iuncta.l.j.in prin.in ver.domus secundũ expositionem Iac.de are.& ibi Bar.ff.ad silla.& l.cũ vnus.in princ.cum glo.in ver.domũ.ff.de alimẽ.& cib.leg.& est regulare quòd iniuria facta vni cẽsetur facta omnibus de genere suo.l.lex come. in prin. & ibi Bar.ff.de iniur.& l.j.& ibi Bal.C.si qua prædi.po.l.cũ simus & ibi Bar.C.de agri.& censi.lib.xj.& ij.ff. de lib. causa ergo similj mariti ex propria persona eorũ petant iustitiam ministrari super actione iniuriarũ aduersus mulierẽ, non potest negari quin iudex debeat dictã iniuriã vel æstimãda sit per iuramentũ actoris accedente taxatione iudicis.l.sed si vnus.§.seruus meus.& l.iniuriarũ æstimatio cũ ibi no.per.Bar.ff.de iniuris. & plenè per alios in l. si non conuicij.C.de iniurijs. ¶ Maritus qui non approbauit in vita sua mores pudorẽ adulterij cõcernentes etiã extra iudicialiter hæredes possunt contra mulierẽ repetentẽ dotem excludere propter adulteriũ cõmissum in vita mariti allegãt Io.de imo.in l.cũ mulier. in vij.col.in versi.itẽ aduerte quòd hoc procedit. & alios docto. & hanc sententiã esse cõmunem licet Bar.sentiat contrariũ in l.miles. §.socer.ff.de adul.& c.ibi requiritur inscriptionẽ &c. & sic per viã iudicij,ad quod respondetur cũ omni reuerẽtia opi.Bar.potius esse cõmunẽ quoniã cõfirmatur per tex.glo.& doc.plures majoris autoritatis:nã probari videtur per tex.expressum in authẽ. vt liceat matri & auiæ.§.quia verò plurimas.ibi si de adulterio maritus putauerit posse vxorẽ suã conuinci oportet prius virũ inscribere &c.& glo.ibi super verbo side adulterio expresse firmat ibi quòd est verius approbãs quòd l.quãuis.C.de adul. corrigatur & clarius gloss. idem cõfirmat in l.cõsensu.§.vir quoq;.in j.glo.& in glo.super ver. sibi hæredi,hãc sententiã sequitur & firmat Spe.in titu.de do.inter virũ & vxo.§.si.versi.Quid si mulier agit.& de excep.& d.ver. Itẽ sequitur ecce eũ quo ibidẽ trãsit Io.and.in addi.etiã Io.aud.omnino sequitur opi.Spe.remittens se ad eũ in c.plerũq;.de do.inter vi. & vxo.& ibi etiã But.idẽ sequit teneturq; dicẽs teneas quod nõ cõpetit exceptio,cũ non lucretur maritus dotẽ nisi accuset de adulterio & inscribat &c. Idẽ expresse voluit &cõsuluit Bal.in cõsi.incip.si vxor resedit ibi dicti forma lit.si vir dissimulauit adulterium vxoris & nec criminaliter nec ciuiliter egit & nec ius vindicatauit hæres mariti nõ potest accusare mores suos nõ accusauit maritus. ff. solut.matri.l.rei iudi.§.& hæredi.& ibi per Dyn.& ad hoc.c.de repu.l.& consensu.§.vir.& ibi glo. Et verba mariti nõ in iudicio sed extra iudiciũ nihil operantur ad transmittendã actionẽ per naturã dotis nec ad perpetuandã in successores &c. & paulo post subdit.sed cõtrariũ est cũ enim vir dissimulauit & in iudicio cõquæstus nõ fuit hæres audiri nõ deb. t.& videtur approbasse patiendo labi tps accusandi de adul.&c.hãc etiã op.sequutus est Ang.& id. l.rei iud.§.& hæredi,ad fi.ibi vltimò scias q̃ sicut licitũ est viro ppter adulteriũ retinere dotẽ,sic & hæredi viri:si modo vir expulit mulierem aliàs secus &c.magis expresius firmat in authẽ.vt lice.ma. & auiæ.§. quia verò plurimas.licet liber meus videtur intitulare Bar.sed cõmuniter dicitur quòd Bar.nõ scripsit super authen.post omnes prædictos.Rapha.cu. prædictorũ cõfirmat sententiã in d.l. cum mulier.ff.solu.ma.si igitur opi.Bar.roborat tex.gl. & illustres doc,quo colore potest dici cõtrariũ opi.esse cõmunẽ: præterea nec Io.de imo.in prædicta.l.cũ mulier.vt suprà alleg.nec Ia. de bel.& alij contradicũt licet dicãt quòd si maritus non approbauit mores vxoris & est certũ quòd hæredes possunt oppo.de adul. nõ tamen dicunt extra iudiciũ.ideo intelligentur nõ approbauit iuxta formã traditã in d.§. qa verò plurimas.& glo.& aliorũ doctorũ.suprà qui expresse dicũt de non approbatione in iudicio: vt suprà dictũ est. deinde si expresse dicerent quod sufficiat quàd maritus est querere relatus extra iudiciũ tamen plures sunt & magis digni tex.gloss.& alij supra numerati ideo magis præualere debet opi.Bar.& sequaã qui plurib» &c.c.prudẽtiã.de offi.dele.& est expressum.xx.di. c.de q̃b».& xxxiij.q.ij.hoc ipm.hac fuit alle.do.Vgolini de arimo.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd Ro.in d.l.rei iudicatæ.§.morum.tenet ex presse quod hæredes mariti possunt excipere de adulterio ad hoc vt mulier perdat dotem:per not.per gloss.in l. fideicõmissum.C.de fideicom.& per tex.in l.j. cũ ibi not. per Bartol.ff.de his quib.vt indig.facit.l.in confirmando & l.in vtilitatem.ff.de confir.tuto.& quod eleganter decidit Cyn.in l.fi.C. de reuo. dona. & quod pulchrè decidit Ioan.andr.& alij canonistæ in c.fin.extrà de dona.vbi sin gu.limi.l.fi.C.de reno.dona.procedere in donatore decedente,& sciente donatarium fuisse ingratum:secus si donator ignprauerit: quia poterit eius hæres donationẽ revocare.Sed his non obst.teneo opi.Bal.quia illa allegata in contrarium, non militant,nec tollunt rationem illam, per quam Bald.tenet suam opinionem; & hoc idem voluit Bald. in l.cum mulier.ff. solu.mat.in repe.in xv.oppo.& sequitur ibi in vij.col.Io.de imo.Limita tamẽ prædicta quãdo maritus viuẽs post adulteriũ comprobasset mores mulieris:vel esset dubiũ an approbasset: sed si improbasset.tũc dicit Iac.de belui.in authẽ. vt liceat matri. & auiæ in.§.quia verò plurimas:q̃ hæres eius posset opponere exceptionẽ adulterij:& idẽ tenet Imo. in d.l.cum mulier.in vij.col. Idẽ etiã sentit Ang.in d.§.morũ. dũ intelligit illũ tex.quãdo maritus sub silentio trãsiuit. In hac materia Bar.in d.l.rei iudicatæ.allegat Specu. in duobus
30 locis:& vide doc.in d.l.fin.C.de adulte. †Adde tamen Pau.de cast.in cõsil.suo.cxxvj. incip. In Christi nomine Amẽ.hæc mulier.nõ debet excludi à petitione dotis. qui per bona iura cõsuluit q̃ si vir tenebat cõcubinas,& mulier cõmisit adulteriũ nõ debet perdere mulier dotes suas per adulteriũ. Idẽ si maritus sciuit eã adulterã & eã carnaliter cognouit postea. Idẽ si vir nũquã est cõquæstus: dic vt ibi per eũ in d.consi. Itẽ adde prædictum cõsil. cxxix. incipiẽ. In Christi nomine Amen. reuocabatur in dubiũ: qui disputat & terribiliter arguit: an sit vera illa doctri. Bar.quã posuit in l.pe.C.de adul.q̃ si vidua commisit stuprum,an hæredes viri possint excipere de stupro,ad hoc vt ipsa perdat dotem:& in fi.approbat.d.Barto.in d.l.pe. Et adde.d.Nellum in tracta.bannitorum in secundo tempore post bannum perfectum in xxix.q.

31 *Inquisitio an posit fieri de adulterio & lenocinio.*

31 **Ange.** †Quæro an de adulterio possit per viam inquisitionis de iure procedi:dic quòd sic tam de adulterio,quam de lenocinio:vt l.ij.§.si publico.& ibi gloss.& Bar.ff de adulteris.

Augu.

Augusti. Tu adde hic ea quæ dixi.s.in glo. hæc est quædam inquisitio in princip.vbi latè disputatum fuit in quibus casibus & in quibus criminibus potest formari.d.inquisitio:dic,vt ibi latè dixi.

32 *Marito agente contra uxorem de adulterio: an posit mulier excipere de lenocinio.*

32 **Ange.** †Quid si per maritũ agatur cõtra vxorẽ de adulterio an ipsa possit excipere de lenocinio,respondeo q̃ aut agit ad vindictã publicã:& ad pœnã corporalẽ imponendã:& tũc exceptio lenocinij eã nõ excusat:nã talis exceptio solũ maritũ aggrauat vt punia tur non autem facit vt se liberet: vt d.§.si publico,de quo latè per glo.Bar.& Imo.in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.

Augusti. Tu in hac materia, adde ea quæ dixit Pau.de cast.in d.cõsil. supra allegato per me.cxxvj.qui dicit q̃ imò videt casus cõtra istã cõclusionem.d.Ang.in l.cũ mulier.ff.solu.mat. vbi si vir agit contra mulierẽ:vt perdat dotẽ,ppter adulteriũ cõmissum:mulier excipit de lenocinio excludit maritũ:sed dic q̃ ibi agitur ciuiliter,secus si ageret criminaliter:dic vt ibi per eũ.

33 *Adulterij accusationem quis facere posit.*

34 *Maritus & pater an præferãtur in accusando & an possint accusare de adulterio: quia uxor est ignominiosa: & matrimoniũ fuit contra leges contractũ.*

33 **Ange.** †Quis possit de adulterio accusare:dic cũ crimen sit publicũ:vt.l.j.ff.de pub. iud.q̃ qui libet admittitur:ar.§.cõsequens.insti.de suspe.tut.Sed aduerte q̃ si extraneus accusat & maritus & pater cõcurrat quòd maritus præfertur omnibus,etiã si pater iã accusationẽ & subscriptionẽ proposuerit, & maritus nõ fuerit in negligentia:vt l.ij.§.fin.& glo.& ibi Bart.ff.de adul.in hoc dic latius,vt not.Azo in summa de adult.circa prin. videlicet quòd maritus in accusatione adulterij præferẽ omnibus etiã patri mulieris: nisi pater doceat generũ infamẽ aut arguat eũ colludere cũ vxore magis quã animo accusandi, aliàs præferẽ maritus etiã si pater præuenerit & libellũ porrexerit:marito tn nõ negligẽte vt dictũ est: nec distinguit iustũ an iniustũ fuerit mrimoniũ,siue fuit vxor vilis & vulgaris,siue non:vt.l.si vxor.§.planè.ff. de adul. In tantum q̃ sponsus admittitur ad accusandum de adulterio in sua sponsa cõmisso,præferẽ alijs:quibus nec matrimoniũ qualecunq; nec spẽ matrimonij violare licet vt.ff.de adul.l.si vxor.§.diuus.& in.§.si minor.& tene mẽti quòd in sponso vel marito nõ attenditur vtrũ sit paterfa.vel filiusfa.quia etiã sine volũtate patris sui, quãdo est filiusfa.de adulterio accusare potest: vt.l. inter liberos.§. filiusfa.ff.de adul.Sed bene attendit in marito sit liber vel seruus:quia seruus ob violatũ contuberniũ accusare non potest.C.de adul.l.serui. Sed non cõsideratur etas mariti sit minor : quia etiã minor cũ suo curatore admittitur ad accusandũ pro suo toro violato.ff. de adul.l. si maritus.§. lex.Post maritũ admittitur pater mulieris iure mariti , id est vt alijs præferatur intra sexaginta dies à die commissi adulterij:ita dicit glos.in l.iure mariti.C.de adult.& l.patri.§.j.ff.de adul.sed ille tex.dicit à die diuortij:vnũ de iure quãdo incipiant currere dicti.lx.dies plenè not.Sali.in d.l.iure mariti.ver.quæro secundo &c. qui.lx. dies cedũt pariter marito & patri neutri ipsorum accusanti: si tamen intra lx.dies maritus occupat accusationẽ:tamen residuũ quod de dicto tẽpore restabat cũ maritus cœpit accusare posse:vt.ff.de adul.l.si maritus.in prin. Sed hoc nõ procedit de iure authẽ.quia etiã nõ facto diuortio maritus potest accusare de adulterio & tẽpora sibi currũt & non patri,quia demũ facto diuortio potest & si veniant pater & maritus ordine successiuo nõ currũt tẽpora patri,nisi marito excluso:vt not.Sali.in d.l.iure mariti.facit.j.nouo iure.C.de adul.Et bene not. q̃ illud quod supra dixi maritum omnibus preferri,etiã primò accusantibus , verũ est intra lx.dies his autẽ finitis concurrentibus cũ marito & non præuentibus : tamen etiã maritus tanquã idoneior præfertur:vt.d.l.j.in fi.& l.ij.& ibi glo.& Bar.ff. de adul. & eodem modo post maritũ datur prælatio patri:vt.d.l.j.in fin.cum l.ij. In quibus autem maritus omnibus aliis præferatur.no.glo.Bal.& latè Sali.in d.l.iure mariti. in versi. quæro modo &c.Et tene cordi quòd prædicta procedũt quando patri permittitur accusare adulterũ:sed de filia dicta iura non loquũtur.Tu autem dic idem vt tex. sing. in l.quòd si maritus.cũ glo.ff.qui & à quibus.& no. Salic.in d.l.iure mariti.vers. quæro dixi quãdo pater &c. scias tamen quòd hodie correctũ est quòd siue constante matrimonio,siue postea,siue maritus,vel pater,vel alij cõiũcti fuerint negligẽtes, vel non: tamen nunquã extranei admittũtur ad accusandum de adulterio vxoris alienæ licet fit publicum crimen:vt no.glos.& ibi Bart. quãuis se non firmet in l.miles.§.volenti.ff.de adul.Sed clarius Richar.malũ.Cy.& Sali.in l.quãuis.la.ñ.C.de adul.in versi. oppono cũ glo.iiij.cũ ver.sequenti.& ibi assignant rationem quare &c.Et quia dixi de cõiunctis quòd admittũtur.dic siue sint ex latere coniuncti mulieris, siue viri: vt not.Sali.in d.l.quãuis.quòd not.

Augusti. Tu autẽ in hac materia,adde.q̃ intantum marito permissa est accusatio mulieris de adulterio , q̃ imò si extraneus accusauerit mulierẽ de adulterio,& mulier fuerit absoluta:& maritus vult iterũ ipsam mulierẽ accusare de adulterio: q̃ poterit : vt est tex.in l.si maritus.§.fi.de adul.dũ tamen ipse probet à principio quod iusta causa fuerit impeditus:quòd intra tẽpus legitimũ nõ potuit accusationẽ instituere. Itẽ adde q̃ Ange.in l.quãuis.ff.de adulte. & Ange.in l.si maritus.in prin.ff.de adul.vult.q̃ falsæ sint glo.quę dicũt q̃ d.l.quãuis non corrigat iura antiqua: quia imò hodie extraneus non põt accusare vxorẽ alterius de adulterio:quia non licet fedare matrimonia aliena.Et ideo dixit Angel.in d.l. si maritus.q̃ si vxor fuit repudiata à viro,ex quo maritus eã cõtemnit,nemo poterit eã accusare de adulterio.Quæ autẽ personæ possunt accusare sancitũ est in d.l. quãuis. Itẽ inquantũ dictũ est q̃ maritus & pater præferuntur in
34 accusando & possent accusare mulierẽ de adulterio.† Limita nisi vxor fuerit ignominiosa quia non poterunt hoc facere:vel fuerit vxor:sed matrimoniũ cõtra leges fuerit factũ.ita voluit Bar.in l.marito.§.illud.ff.de adult.casum allegat in le.si vxor.§.planè.& §.sed in ea.ff.de adulte.Et hoc intelligas quãdo iure mariti vellet accusare. aliàs secus.vt ibi habetur: & quãdo dicatur accusare iure mariti vel non:& quæ priuilegia habeat:vide Cy. in l.iure mariti.C.de adul.ibi vide doc.& vide Bar. in d.l. marito.§.illud.qui dicit q̃ si maritus & pater sunt infames, viles, & ignominiosi repellunt ab accusando:hoc intelligo si iure mariti,aliàs secus. Itẽ inquantũ Sal.in d.l.si iure mariti.& d.Ange.hic allegauerũt illum tex.pro singulari in l.sed si maritus.qui & à quibus . quòd pater ita potest accusare filiã adulterã sicut adulterũ.& Sali.ibi dicit q̃ ille tex.alibi non reperitur.& ita pertransit.d.Ange. Aduertas q̃ certè miror de istis clarissimis docto. qui luminaria iuris erant & ignorauerũt tex.magistrales.nam ille tex. in d.l. sed si maritus.non probat nisi cõinncta glo.sed ego in indiuiduo allego in terminis in leg.is cuius.§. marito.ff. de adul.vbi expresse tex.hic dicit q̃ pater põt accusare filiã adulterã intra.lx.dies & nemo alius extraneus præfertur, sicut in ipso marito dicitur. Quinimò contra istam sententiam videtur tex.in l.nec in ea.§.j.ff.de adulte.vbi dicitur quòd pater in accusando filiam adulterã præ ceteris nullũ ius præcipuum habet. Vide ergo quomodo ille tex.in l. sed si maritus est sing. cũ reperiamus multa iura de ista materia loquentia.Sed responde ad text.in d.l. nec in ea.quia loquitur in patre qui vult accusare filiã viduã quæ commisit stuprum.& ita dixit ibi glo.aliàs secus. Et tene menti quod dixit Ro.in singu. primi anni. cclvij.q̃ incip.scis q̃ adulter . qui dixit q̃ in eod.libel. adulter . & adultera non possunt accusari . tamen ibi limitat no.hoc.

35 *Pater & maritus si intra lx. dies non probant accusationem an condemnentur de calumnia.*

35 **Ange.** †Quæro si pater & maritus intra . lx. dies non probant accusationem an condemnen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur de calũnia.die quòd non nisi sint in euidenti calũnia. C.de adult.l.quãuis.de quo tamen vide latè per gloss. & Sali.in l.absolutione.C.de adulte.

Augusti. Sed adde quòd contra istam decisionẽ est tex. in lege pater.& in l. is cuius.§. fi.ff.de adul.vbi expresse dicit q si vir iure mariti accusat, tenetur de calũnia:faciunt ea quæ habentur in l. auxiliũ. ff.de mino.& ideo vide glo.in d.§.fin.& ibi Barto.expresse dicit quòd si intra sexaginta dies accusat non tenetur de calumnia si probat:secus si accusat elapsis lx. diebus. quia tenetur de calũnia:de euidẽti vero calũnia tenetur. dicit ibi Barto.& ita intelligatur.d.§.fi.

36 *Pater & maritus licet intra.lx. dies negauerint se uelle accusare de adulterio:tamen intra quatuor menses utiles admittuntur iure extranei.*

36 **Ange.** †Scias tamen quòd licet intra lx. dies negauerint se velle accusare de adulterio, tamẽ iure extranei admittuntur intra.iiij.menses vtiles: vt.d.l. iure mariti.C.de adulte.& l.ij.§.hoc si maritus . & l. maritus si negauerit.ff.eo.titu.

Augusti. Tu adde quòd vera est ista conclusio, quòd maritus duplici via potest accusare vxorem suam & iure mariti,& iure extranei: vt est casus in lege secunda in primo.§.de adulte.& in leg. si vxor.in prin.& in.§.sed si ca.ff.eo. titu . Priuilegia autẽ quæ magis dantur in vno casu quam in alio satis supradictum fuit.& in l.iure mariti.per Cy.& alios.C.de adul.

37 *Maritus si intra.lx.dies incœpit accusare & non finiuit & non prosequatur ultra,an consideratio fine teneatur de præsumpta calumnia.*

37 **Ange.** †Quæro an si maritus incœpit accusare intra .lx. dies & non finiuit , & non prosequatur vltra & nõ probet an cõsiderato fine teneatur de præsumpta calũnia.Sali.in d.l.iure mariti.in versi. quæro an maritus &c.dicit quòd non tanquam principium sit spectandum:vt.ff.de bo.liber.l.qui cum maior.§.j.

Augusti. Tu adde quòd mihi videtur quòd satis pulchrè dixit Bartol.in l.is.cuius.§.iure mariti.ff. de adult. inquantum diffiniuit præsumptam & veram calumniam: nam dicit quod si maritus accusat intra lx.dies excusatur à præsumpra calumnia:à vera verò calumnia quis non excusatur.

38 *Pater frater uel auunculus an admittantur etiam iure mariti.*

38 **Ange.** †Quæro an pater , frater, vel auunculus, admittantur etiam iure mariti : quia vtile est iure mariti accusare propter præsumptã calumniã:& vt præferatur.Azo in summa de adult.in ij.colum. dicit forte quòd sic p.r.l.quãuis.C. le a lul.

Augusti. Tu adde quòd dubito de ista decisione.Et primo scias quòd quãdo pater accusat propriè non dicitur accusare iure mariti sed iure patris dicitur accusare. vt est ext.in lege marito.§. illud. ff. de adul.ibi iure patris maritiue.Sed in hoc cõsidera quòd imò iure patris etiam pater semper non potest accusare: nisi concurrant certa quæ de iure concurrunt:vt est text. in lege nec in ea.§.in accusatorem.ff.de adul. Si ergo pater non potest accusare semper iure patris: quantominus & frater & alij coniuncti separati. Et maxime requiritur quòd ille qui accusat iure patris & mariti, habebat adulteram in potestate : vt est text.in lege is cuius.§. marito. ff.de adulteriis. Nec obst.quòd maritus nõ habet vxorem in potestate : quia respondeo quòd imò est falsum hoc:quia pater habet filiam in potestate quò ad reuerentiam: sed maritus habet vxorem filiam familias in potestate:quæ ad opera & debitum carnis.ita eleganter tradidit Bar.in l.rei iudicatæ.§.socero.ff.sol.ma. Et not. gloss. insti.ad tertul.§.ij.& l.si vxorem.C.de condi.incertis.

39 *Extranei post quas personas admittantur accusare in crimine adulterij.*

39 **Ange.** †Et post has personas coniunctas extranei admittuntur cum sit crimen publicum:vt dicta lege quanuis. & licet olim aliud esset :hodie etiam constante matrimonio potest fieri accusatio: vt in authẽ. vt lic.mat.& auiæ.§.quia verò plurimas.

Augusti. Tu adde hic quæ supra dixi in tribus proximis additionibus.

40 *Capitula in adulterio quomodo formabuntur ut concludant.*

40 **Ange.** †Quomodo formabũtur capitula in adulterio vt concludant: & sic vt sciam quæ probationes sunt necessariæ : & sic vides modum & formã practicandi de adulterio dic quòd aut proceditur per accusationem factam ab extraneo:& tunc sufficit quòd capitulet quod talis scilicet berta habebatur & reputabatur vt vxor Caij ergo idem , quando per viam inquisitionis proceditur , quoniam iudex succedit inlocum patris extranei non autem inquirit iure mariti : vt habetur maximè per Bartol. in lege secunda. §. si publico .ff. de adulte.Sinautem maritus iure mariti accusat:tũc non sufficit ita capitulari nisi capitulet quod verè sit vxor nõ autẽ capitulet quod habebatur:& vt vxor reputabatur.

Sed aduerte quia etiam maritus quando ita capitularet & probaret, sufficit quò ad hoc vt præsumatur vxor & onus probandi in reum transferatur:vt lege in verbis. ff.de ritu nup.vnde si reus faceret capitula quòd illa non poterat esse vxor, non releuat se : sed capitulare debet q berta non habebat nec reputatur vt vxor : quo probato etiam absoluetur . Et sic ex his habes capitula pro parte inquirentis:& pro parte accusatoris & rei: & ita elegãter dicit Bartol.per illum text. in lege si vxor.§. sed in ea. ff. de adult. Adde quòd idẽ ipse not.in lege si vxori.§. quòd si in vxorem.ff.eod. quod bene not . quia non omnis scit bene capitulare:& consequenter minus bene probare in adulterio:ex parte verò committentis adulterium non refert:an credat eam veram vxorẽ Titij & sciuerit an eam in animo reputauerit & tenuerit pro vxore Titij quia Titio iniuriam inferre volebat.ita dicit Bartol.in le.de iure. §.fi.ff.ad municip.quod not.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd Angel.in l.si vxor.§.plane.ff.de adul.posuit istam materiam & refert istam materiam aliter : nam Bart.dicit quòd vir accusans de adulterio , vt vir, debet probare matrimonium verum quod probat eoipso quòd probat se tractasse & tenuisse illam in vxorem per dicta lege in verbis.Sed quãdo accusat simpliciter sufficit probare matrimonium putatiuè:quod probat probando tractatum:& quod licet aduersarius probet quòd illa vxor esse non potest,non eximitur à pœna nisi probet negatiuam scilicet quod non tractabat ea vt vxorem.Et subdit ang.quòd si inspiciantur verba Bartol. quòd sibijpsi videtur contrarius.Nam dicit primo matrimonium vere debere probari:& deinde subdit quòd non sufficit probare reo quòd ista vxor esse non potest:vnde secũdum Ange. dic quòd vbi maritus accusat vt maritus matrimoniũ debet probari verè.Et ideo si aduersarius probet q ista vxor esse nõ potest,absoluit quantũcũq illa tractareẽ vt vxor: quia præsumptio matrimonij insurgens ex tractatu tollit per contrariã probationẽ suã.s.q ista vxor esse nõ potest. Et certè plus mihi placet ista sententia Ang. Nec obst. tex.quẽ Bar.alle.s.tex.in d.§.sed si in ea.quia ille tex.rectè intuẽti nõ probat id quòd ipse dicit.& not. id quod dixit Bal.in l.non igno.C.qui accusa . quod efficacior est probatio matrimonij, quòd vir tractabat Bertam in alimentis & vestibus præciosis quã quòd vir nominaret Bertã vxorem suam quia parum curamus,dicit ipse de solo nomine:cum sepenumerò ista dant per fictionem:quod no.

41 *Capitula seu probationes de adulterio qualia esse debeant.*

41 **Ange.** †Visis capitulis de vxore:nunc succedsiuè quæramus qualis debet esse probatio de adulterio:& per cõsequens etiã illa capitula de actu venereo: quia post capitula sequi,debet probato , dic q adulteriũ nõ põt probari directo*& quia si videres duos nudos in lecto nescires directò quid verè facerent : vnde dic q ex præsumptionibus probaẽ vt c.præterea.de testi.& c. tertio loco.extrà de pba.vt quia vidisti eos nudos in lecto: vel q vidisti per scissuram ostij eos solos in camera clausa:& erãt iuuenes & luxuriosi & nihil parẽtela cõiungebanẽ & alia similia probãdo & deducẽdo:ita dicit Bar.in l.ij.§.fin.ff.de adul. Itẽ dico q ex actibus venereis probatur & præãbulis:vt no.glo. & Bart. in l.j.ff.de var. & extraordi.cri.& l.q ait lex.in prin.& ibi Bar.ff.de adulte.& l.capite quinto.& ibi Bar.ff.de adulte.& supra dixi.

ADNOTATIO.a ¶Probari directò. Adde tu & vide Ro. in consil.cccclj. vbi etiam an ex quod mulier vadit de nocte ad domum A masij præsumatur adultera.Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia , adde ea quæ dicit Barto.in l.ij.ff.de fur.in princ.q aut probatur adulteriũ : si in domo alicuius pulchrè puellę est aliquis inuẽtus de qua doctrina ego dubito in istis pręiu dicialibus q iste dicatur manifestus adulter, quia poterit esse q ex alia causa fuerit in domũ illius mulieris : vel qa erat frigidus & nõ potuit fornicari.Sed vide do. Abb.in c.præterea . extra de testibus approbantẽ illã doctrinam Bar.in d.l.ij. sed ipse vult q vir & mulier in latebris domus reperiantẽ. Aduertas quia reperio.d.Abb.in c.tertio loco.extra de proba.in vj.col.facientẽ mentionem de de hac doctrina Bar.in d.l.ij.& dicit q illa doctrina Bar. est falsa:quia ad probandũ adulteriũ nõ est verũ q sufficiat probari q aliquis fuerit inuẽtus in domo vnius pulchrè mulieris:qa poterit esse q ille ingressus illã domũ, & tamen ignorauerit ibi mulierẽ habitare. Et ideo dicit q illa doctrina Bar.in d.l.ij. debet intelligi quãdo aliquis in latebris domus fuerit inuentus:& erat in actu præambulo veneris:puta quia se osculabanẽ.& vide Bal.in l. ne q natales.C.de probatio.qui dicit q si mulier admittit viros passim de nocte & de die in domo præsumitur meretrix.Et ideo scholaris qui ingreditur in similẽ domũ non
42 est præsumendũ q dicat pater noster.†Tene mẽti quę dixit Ang.in l.si qui adulterij.C.de adul. & in l. ij.§.si.sic.ff. de adul.q adulteriũ directò probari non potest verè: sed ex præsumptionibus vt supradictũ est:dicit tamen quòd illa præsumptio excluditur per aliã præsumptionẽ puta ratione cõsanguinitatis. Subdit tamẽ q licet ratione consanguinitatis sententia absolutoria fuerit lata cõtra adultẽ rũ,tamen si verè postea probaret adulteriũ potest iterum procedi cõtra adulterũ nõ obst. illa sententia absolutoria tex.allegat in l.si qui adulterij.C.de adul. ita dicit Ange. in d.§.si sic.Et omnino vide quę dixi supra in hac eadem glo.in versi.quid in patre in addi. vbi examinaui an prædicta militent in clerico osculante vel alloquente mulierem. An autẽ criminaliter ex istis præsumptionibus liceat criminaliter & ad mortẽ condẽnare aliquẽ: vide.d. Abb. multa allegantẽ in c.quãto.extra de prẽsum.& melius in
43 c.afferte.eo.titul. †Adde tamen q licet per istas præsumptiones probaret adulteriũ: tamẽ videretur q mitius debeat puniri per doctrinã Bal.in l.si quis nõ dicam rape re.C.de episc.& cle.in illa sua distinc . quando distinguit qualiter vnus puniatur : quãdo vnus fuit inuẽtus cũ vna muliere iacente in terrã:vel quãdo fuit inuentus osculari mulierem,& allegat gloss.in l.j.ff.de var.& extraord.cri. qui dicit quòd mitius punitur:& illa fuit doctrina Iac.de are.& Guil.de cu.ibi: nisi dicamus q ibi constabat q illi ad vlteriora non processerãt cogita:& vide quæ late dixi in gloss. fama publica præcedente in ver . quæro an vnũ iudicium vel plura requirantur in illa addi . magna mea vbi examino istam materiam.

44 *Pœna adulterij quæ sit.*

45 *Adulterij pœna licet uiro sit capitis iudex tamen illã ex causa minuere põt.*

46 *Muliere committente fornicationem cum sacerdote iudex ecclesiasticus non laicus cognoscet quia effecta est fori ecclesiastici.*

44 b **Ange.** †Quæro quæ sit pœna adulterij quia facta probatione & liquidatione adulterij sequitur pœne impositio arg.l.j.§.j.ff. ad turpil. dic q masculo est pœna mortis naturalis:vt.l.quãuis la.ij.C.de adult. & ibi vide latè per Sali. In fœmina autẽ est pœna de qua in authẽ.sed hodie.C.de adul.quia clauditur in monasterio & alia patitur de quibus ibi . De iure aũt canonico sententia lata cõtra fœminã adulterã licet emendata fuerit si maritus non vult ipsam recipere, tradi debet in monasterio in perpetuũ ad pœnitentiã peragendam:vt c.gaudemus.de cõuer.coniugatorũ. Et prædicta intellige quãdo est simplex adulteriũ. Si aũt esset adulteriũ cũ incœstu vel cum nefario coitu:tunc etiã in fœmina est pœna capitis & sic punitur fœmina vt masculus:vt est tex.in.d.l.si adulteriũ cum incœstu.in princ.ff.de adulte.& ibi gloss. & Bartol. nec hoc hodie corrigit per authẽ.positã.in l.quãuis.C.de adul.ita dicit Bar.in d.l.si adulteriũ.q no. De iure verò canonico si maritus vult:est pœna adulterij vt habeẽ & no. in c.gaudemus,extra de conuersione coniugatorum.

b ¶Pœna adulterij, vltra ea quæ ponit hic aug.& vide Fulg.in cõsi. cliij.& Fed.de senis.in consil.lxij.vbi si mulier fuerit fornicata cũ vno sacerdote iudex ecclesiasticus & non laicus cognoscet.& ade quòd licet cum muliere nupta inhoneste viuente committatur adulterium. tamen committens non punitur , sed ipsa mulier. ita Pau de castr.consil.cccvij.

Augu. †Tu autẽ in hac materia,adde quòd Ioan fab.insti.de pub.iud.post gl.ibi latius loquit. Et considerat in hac materia quatuor iura.primũ ius diuinũ quo adulter & adultera occidunt : vt deuteronomij . xxj.c.& xxxiij.q. v.c.hęc imago.cũ c.sequẽ. Itẽ sed'm ius digest.quo iure videtur q nõ esset certa pœna statuta. Itẽ nõ videtur q esset capitalis:vt no.glos.in l. qui cũ vno.ff. de re mili.§.adulterio.& de his qui no.infa.l.cũ miles. Itẽ de iure.C. fuit statuta pœna capitis tã in masculo quã in fœmina:vt.l.quãuis.C.de adul. Itẽ de iure authẽ. est ordinatũ & statutũ q in muliere mutaẽ pœna vt nõ sit pœna capitis sed alia pœna:de qbus in d.authẽ.sed hodie. Solũ est pœna capitis i masculo cõmittẽte adulterium : & ista est cõmunis sententia.Et ita tenet gl.& oẽs do.& maximè Ant.de bu. Abb.&Imo.in c.tuę.extra de ,pcu'. vbi Imo. dicit q ita legistæ communiter tenẽt. Et de materia vide Ro.in singularibus suis secundi anni sing.cxlvj.q incip. nos sumus in materia adulterij qui dicit q hodie sunt sta tutæ tres pœnæ.Et ibi ponit quis erit iudex. Adde. d. Bar.in l.inter liberas.§.j.post glo.ff.de adul.& Bar. in l.si quis iudiciũ.post glo.ff.de quæst.& Salic.in l. castitati.& in l.eũ qui duas.C.de adul.& Ange.in authẽ.vt nulli iudi.§.adulterã.& Iacob.de bel.in l.raptores.C. de episc.& cler.& §.necessitatẽ.in authẽ.vt nulli iudi.col.ix. & glos. inic.de benedicto.xxxiij.q.j.& Bartol.in leg. Claudius.ff. de his quib.vt indi. ex quibus dictis possumus colligere
45 vnam pulchrã limitationẽ†quòd licet in viro sit pœna capitis,tamẽ ex causa iudex potest minuere illã pœnã : per l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.& vide Pau.de cast.cõsil.suo. cccliij. ponentẽ an si mulier nupta, quæ vsuit inhoneste adulteriũ cõmittit: an ipsa & masculus adulter debeant capitaliter puniri:& ibi alleg. Ange. no.loquentẽ.Adde Fed.de se.in cõsil.clxij. q incipit mulier accusata: qui dicit q mulier quæ cõmisit adulteriũ credens maritũ mortuũ nõ debet puniri de adulterio sed
46 de simplici fornicatione.† Item dicit ibi quòd si vna mulier fecit fornicationẽ cũ vno sacerdote iudex ecclesiasticus nõ secularis puniet ipsam quia effecta est de foro ecclesiastico:& ibi dicit quòd si mulier respondẽdo inquisitioni dicit se cõmisisse adulteriũ vel incœstũ & in veritate non sit:nõ debet puniri de adulterio vel incœstu: quia forte erat fornicatio ibi vide:& dixit.d.Abb.in cõsil.suo. iiij. q quædã mulier quæ fuit vi coacta facere adulteriũ cũ quodã officiali cũ dolose non cõmiserit crimẽ adulterij nõ incidit in pœnã:nec perdit dotẽ,nec alimẽta : & tene menti q dixit glo.in c.tuæ.extrà de procur.q mulierẽ dannatã de adulterio põt vir secũ reconciliare & ipsam retinere,& ita dicendũ est ecõtra in viro respectu mulieris:est tex.in d.authen.sed hodie.quinimò fortius dico q etiã inuita muliere dãnata de adulterio,potest maritus ipsam retinere penes se:est gl.no.in c.ex literis. extra de di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uortijs.quã approbãt ibi doc. maximè. Abb.licet d. Ant. de butr.cum aliquali distinctione ipsam approbet & ita illam glo.intelligit do. Anto. sed hodie de iure canonico clericus committens adulterium in monasterium detruditur & laicus excommunicatur:per tex.in c. si quis clericus lxxxj.dist.ita dicit Ioan.fab.instit.de publi.iudi.§.ij.

47 *Fornicationem committentes: an eatent pœnas si dicant se contraxisse matrimonium,*

47 Ange. †An autẽ postea dicti tales cõmittẽtes fornicationẽ euitare possint pœnas si dicant & confiteantur se contraxisse matrimoniũ.not.per.Bald.in vsib.feu.in titu.de pa.iur.fir.dic vt ibi per eum.& dicã infra eo.ver.pone quòd est iuuenis.

ADNOTATIO. a ℊConfiteantur. Adde & vide do. Alexã. in consil.j.in iij.volu.

Augusti. Tu adde & dic vt dicam ibi in d. ver. pone quòd iuuenis.

48 *Concubina alicuius si cognoscatur carnaliter à Titio: an Titius puniatur, & quomodo.*

48 b Ange. †Quid si cõcubina [b] alterius carnaliter cognoscitur dic ꝙ aut talis concubina perdidit nomen matronæ & honestę mulieris:& tunc talis coitus est impunitus aut tamen matronæ & honestæ mulieris retinet vt quia liberta stat cum suo patrono:& tunc talis coitus est punibilis:vt est tex.& ibi gl.& Bar.i l. si vxor. circa prin.ff.de adul.Et prędicta procedũt si est libera mulier quę passa sit adulteriũ sinaũt seruа sit habet locũ iniuriarũ actio & de seruo corrupto.l.act.ff.de adul.l.miles.§. §.pe.& l.pe.Et si vis scire quis coitus sit permissus & etiã ꝙs dãnatus.vide Bar.gl.& ll.quas allegat in l.si adulteriũ cũ incœstu in prin.ver oppo.d.l.qui cõtra.ff. de adul.

b ℊConcubina. Adde quæ propriè dicatur concubina Paul.de cast' in consil.cccclxvj.& do.Lud.fardum in tra.legi.

Augusti. Tu in hac materia, adde & dic ꝙ cum hodie de iure canonico nullus cõcubinatus sit licitus:vt voluit Ioã.an.sequendo opi.Hostiẽ.in q. lator.extra qui fi.sint leg.tex.in c.nemo.xxxij.q.iiij. Quinimo secundũ Hostien.etiã hodie de iure nouiss. videtur dicendũ ꝙ leges dãnant illũ coitum cõcubinatus illicitũ quia leges nouæ dãnant fornicationẽ. & omne peccatũ: vt in authẽ.de lenonibus,col.ij.& scen. mulieres &c. col. v.& vt nõ lux.contra na.col.vj. vnde & dicit imperator castitatis sumus amatores:vt in authẽ.qui. mo.na.col. vj. §.illud.& l.si qua illustris.C.de orficianũ. & in talibus potissimè vbi de peccato agitur leges sequuntur canones in authẽ.quomodo opor.episcopos.col.j. & de ec.titulis. col.ix.tenent ꝓ has rationes:& Io.an.& Host.hodie indistinctè saltẽ de iure cano.quòd omnis cõcubinatus est illicitus.Si ergo omnis cõcubinatus est illicitus: ita potest impunè haberi accessus ad omnẽ concubinã sicut potest haberi ad illã quæ vulgariter meretricatur ad quã impunè sine dubio habeũ accessus per tex.in l.si vxor.§. plane. ff.de adul.& l.quæ adulterum.C. de adul.& ideo dicebat Ange.in d.l.si vxor.in princ. Not.tu scholaris qui quotidie habes accessum ad cõcubinas Bonoñ. quæ non sunt sclauæ:sed fantolastræ: vnde de tali accessu nõ debes puniri considerato ꝙ talis cõcubinatus est reprobatus de iure ciuili,& fortius de iure cano.etiam si sit libera Bonoñ, cõsiderato ꝙ de iure prædicto omnis cõcubinatus improbatus est:nisi dicas ꝙ ex quo omnis fornicatio est prohibita iure canonico etiã talis accessus debet puniri in terris ecclesiæ in quibus habet tẽporalẽ iurisdictionẽ; & sic iura canonica sunt spiritualia:vt no. Io.an.in c.ij.extra de reg.iur.in vj.Sed tu vide omnino Bart.in l.j.ff.de concu. optimè saluantẽ in quo cõcubinatus de iure canonico est approbatus vel reprobatus:sed vide tex.cũ glo.in c.concubina.xxxiiij.dist.qui videtur velle ꝙ de iure canonico quadoꝙ cõcubinatus sit permissus:& xxxiij.dist.in summa.vide omnino Abb.in c.cũ sit generale.extra de fo.cõpe.disputantẽ an hodie de iure ciuili cõcubinatus sit prohibitus:vide Matthe.in singu.suis singulari.cj. qui ponit materiam de qua in j.q.hic tracta.dicit tamen ibi in fin. ꝙ si filius habet rem cum concubina patris est iusta causa exhæredandi eum ibi allegat bona iura.

49 *Mulier accusata de adulterio quas defensiones facere potest.*

50 *Maritus approbans mores mulieris:an uideatur approbare futuros.*

49 Ange. †Quæro quas defensiones potest facere accusatus vel accusata de adulterio:dic ꝙ plures facere permittit. Primò si dicat ꝙ iure mariti post.lx. dies accusare nõ potest vel si dicat ꝙ plures accusatores de adulterio habere nõ potest,licet secus sit in crimine in cœstus:vt.l.si maritus.§.pe.& l.vim passam.§.duos.ff. de adul.Itẽ opponi põt exceptio perẽptoria:vt si dicat transactum est quinquẽniũ, quia quinquẽnio accusatio adulterij tollitur:vt.l.si maritus.§.scriptione.ff. de adult. ꝙ tamen intellige:vt not.glo.& latè Sali.in l.adul.C.de adul. & etiã in l. querela.C. de fal. Secũdò si dicatur maritũ defititisse:vt.ff.de adul.l.j.§.j.& l.absolutiõe. vel si mulier dicat adulterũ esse absolutũ:quia amplius in æternũ accusari nõ potest:vt.l.denũciasse.§.j.& quod not.gl.& Bart. ff.de adul.Et sic cõdẽnatoria facta de adulterio nõ nocet mulieri:sed absolutoria facta de adulterio prodest mulieri:vt.d.§.fi.Ratio autẽ est quia in absolueñ.sumus promptiores:vt.l. arriani.ff. de act. & obl. Tertiò si vir dicat fuisse autor malorum morũ:iudex enim inquirere, debet an maritus pudicè viuens mulieri quoꝙ colendi bonos mores autor fuerit:aliàs per iniquũ est ab vxore alios mores exigere quos ipse maritus nõ habet:vt.ff. de adul.l. si vxor. si iudex. Quartò opponitur ꝙ maritus eius mores approbauit vt si eã propter adulteriũ de domo expulit,postea verò eã reassumpsit:vt.l.si vxor.§.fi.ff. de adul. Et cõsequenter dicit approbasse mores vxoris nõ tantũ præteritos:sed etiam futuros:vt vult glo.in l.castitati. C. dõ adul.& ibi Sali.in pe.q.qui remittit ad not.per ipsum. in d.l.quoniã Alexãdrũ. Vltimò quòd maritus fuit leno:vt.l.quoniã.& l.ita.C.de adul.& dicit leno multis modis:vt ibi plenè per Sali.quod est verũ, si opponat anteꝙ nomen suũ recipiatur inter reos,postea aũt vir non repelitur:mulier tamẽ obijciens viro eũ aggrauat:sed se nõ liberat:vt d.§.si publico.& quod ibi per glo.& Bar.de quo tamẽ latè qui Imo.& Bar.in l.is qui reus.ff.de pub.iud.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde & dic quòd ad.iiij.& v.& vj.defensionẽ tex. in l. quæsitũ.§.fi.ff.de adul.per quẽ tex.colligit quòd licet maritus desistat ab accusatione ante condemnationẽ,ꝙ non potest amplius eam accusare quãdo in veritate cognoscebat mulierẽ forte nõ culpabilẽ:& dicit glo. ibi quòd licet desistat,nõ tamen crimine lenocinij punit:intelligas hoc verũ,quãdo non erat dãnata de adulterio:quia si erat dãnata de adulterio ipsa mulier vel maritus in verũ eã cognoscebat culpabilẽ & mulierẽ reducat punit ipse maritus pœna lenocinij per text.in l.sine metu.C.de adulte.

Aduertas tamẽ ꝙ hodie per text.in authen. Sed nouo iure & in corpore vnde sumit,licet marito sine pœna etiã mulierẽ dãnatam de adulterio reducere ad domũ eius: vt de doc.in l.castitati.maximè Ia.de are.Cy.& Ang. qui dicunt ꝙ cũ hodie maritus pœna lenocinij puniretur si reduceret mulierẽ ad domũ suam quãdo mulier meliorem vitam nollet facere sed vellet esse meretrix quicquid dicat in d.l.sine metu.& vide Sali.in locis prælallega.† Sed aduertas inquantũ dns Ang.hic post Salic.in d.l. quoniã Alexandrũ.videntur tenere ꝙ maritus approbans mores mulieris non modo præteritos:sed etiã futuros videt approbare. Addatis ꝙ imò credo ꝙ futuros non videtur approbare,nec etiam posset & hoc probo per tex. cõuncta glo.c.quẽadmodum.extra de iureiuran.ibi tutius ergo in hoc casu videtur, vt propter iurisiurandi religionem vir accusare desistat vxorem ad diuortiũ celebrandũ. vbi fortius dicitur ꝙ si maritus expresse per pactũ etiã cum iuramento promittat non accusare, mulierem de adulterio futuro ;& sic videatur approbare mores mulieris , quod hoc

hoc pactũ inquantũ venit contra publicã vtilitatẽ, quòd dolus de futuro remittatur,ꝙ hoc fieri nõ potest.per tex. in l.si vnus.§.pacisci.& §.illud.ff.de pac.& ideo dicit do. Abba.hic tex.coniuncta glos.probat ꝙ nõ valet pactum per quod maritus promittat mulieri non accusare ipsam de adulterio futuro, inquantùm hoc pactum venit cõtra vtilitatẽ publicã:& sic maritus posset ipsam accusare pacto non obstante & etiã iuramẽto non obstante : vt vult ille tex.bene valeret illud pactũ & iuramentũ inquantũ contineret vtilitatem priuatam ipsius mariti:vt voluit ille tex.coniuncta glo.& sic voluerunt Hostien.Ioã.andr. & In no.ibi:& ideo si rectè ponderaꝛ ille text.in d.c.quẽadmodũ.cõiuncta glo.& dicta doct.ibi.& d. Ant.de bu. & Imo.Sed melius per Abbatẽ ibi vbi multum elegantissimè loquitur habemus maximã limitationẽ in hac materia.& ita reperio clarissimũ patrem meũ in allegatione sua.xlvij.multum extollentem dicta.d.Abba.ibi ad limitationem dictorum Salic.in loco præallegato: & ita dicit obtinuisse de facto:quæ omnia no.

51 *Stuprum quando dicatur committi.*

51 Ange. †Quæro quãdo dicatur cõmitti stuprum: dic ꝙ cõmittitur siue cũ masculis: siue cũ fœminis viduis vel virginibus solutis : siue vna fœmina cũ alia:siue mulier sit agens & puer patiens & per cõsequẽs semper etiã quando contra naturã coitus cõmittatur dũmodo in quas cõmittitur sint personæ liberæ:non autem seruæ:vt l.inter liberas.ff.de adul.insti.de publi.iudi.§. itẽ lex iulia.de adulte. & dommodo etiam non sint meretrices:vt l.stuprum.primò responso.& §.j.ff.de adulte.

Augusti. Tu adde in hac materia quòd ille tex. in d.l.inter liberas.& ille.§.insti. de publ. iudi.nõ probat ea quæ dicit.d.Ang. hic. Quinimo ille tex.insti.de publi.iudi.videt probare ꝙ nõ fit stuprũ quãdo cũ masculo cõmittitur coitus.Sed ista conclusio probatur de directo in l.stuprũ.§.j.ff.de adul.vbi iurisconsul. hoc expresse dicit: & bonus tex.in l. quæ domum.ff. de adul. Quando verò fœmina cũ masculo & fœmina agit: vt masculus ꝙ sit stuprũ vide in l.fœdissima.C. de adult. & tex.cum glo.xxxij.q.iiij.c.nemo.vbi gl. ponit quid est stuprũ.& dicit ꝙ ista procedũt de iure ciuili. Alio modo capitur stuprũ de iure canonico:vt.xxxvj.q.j.§.j.vbi propriè dicitur quid est stuprum pro adulterio & aliquando econtra:vide doct.in locis.suprà.allega.& glo.in d.§.j.

52 *Stuprum committens quomodo teneatur domino serui & quando stupri accusantio fieri possit.*

52 Ange. †Quid autẽ cũ serua stuprũ cõmiserit tenetur dño serui corrupti iniuriarũ.l. aquil. vt d.l.inter liberas . & põt extra ordinẽ puniri vt ibi. & l.si. ff.de offi.præsi.ita dicit glo.& Sali.in l.serui.in prin.C.de adulte. Itẽ accusatio de stupro potest intra quinquenniũ institui:si tamẽ stuprũ per vim cõmittitur in masculo vel fœmina sine tẽporis præfinitione , accusatio potest institui semper.ff.de adul.l.maritò.§.quinquẽniũ.& §.fin.

Augusti. Tu adde docto.in l.serui.C.de adulte. & in d.l.fi.ff.de offi.præsi.

Augusti. Tu autem in hac materia adde text.cũ glos.in l.in mulierem.ff.de accusa.qui tex. videtur velle quòd infames admittãtur , & ibi gl.in casu l.famosi.ff.ad legem Iul.maiest.Et sic vult illa gl. infamẽ posse accusare de crimine læsæ maiestatis. Aduertas tamen quod ille text.iuncta glos. non dicit quãdo est infamis propter sententiam : quia si damnatus de publico iudicio. Sed ad hoc allego Angel. in terminis vltra suprà allegata in l.qui iudicio. ff. de accusa. vbi expresè dãnat illam glos.ibi,& dicit quòd illa glos.est falsa,quæ dixit q in omnibus casibus vbi reperitur infamem posse accusare, debemus intelligere de illo qui non sit infamis per sentẽtiam:& sic sit damnatus de iudicio publico. Et ideo dicit Ang.illam glos.falsam,& gl.& Bart. allegat dixisse contrarium in d.l.qui accusare. & ideo dicit q in crimine læsæ maiestatis & hęresis isti tales qui sunt damnat etiam propter publicũ crimen possunt accusare in crimine lęsæ maiestatis,vide quæ dicta sunt suprà in glos. necnon ad querelam.in materia accusationis , in illo articulo,an infamis possit accusare.

10 *Crimen læsæ maiestatis an committatur per illum qui in simplicem scientiam incidit.*
11 *Scientia simplex facit aliquem teneri crimine læsæ maiestatis si illa scientia est probabilis,id est si illud quod ipse scit probare potest.*

10 Ange. †Quòd crimen læsæ maiesta.committitur etiam ab eo qui in simplicem scientiam incidit licet nulla operatio,vel factum interuenerit:vt l. quisquis.in fi.& ibi Doct.C. ad legem Iuliã maiesta.& quod sola scientia quis teneatur ex tali delicto,& pluribus alijs not.Bar.in l.vtrum.ff.de parricid. & plenè Salic. in dicta
11 l.quisquis.§.ad quòd. †Quod tamẽ limitat Bal. in quodam suo cõsilio,quod incipit quãquam allegata sint mul-
c ta &c.esse verum si talis scictia esset probabilis per l.qui accusare. C. de eden.ad quid enim tenetur quis reuelare quòd probare non possit:certe nemo debet se submittere tormentis quæ hoc casu delatori inferuntur:vt l.iij. C. ad l.Iul.ma.& squaliori carceris:vt l.fin.C.de accus.nulla enim culpa est in vitæ discrimine se nõ ponere:vt voluit glos.in l.neminem.C.de infa. qui enim solum audiuit & non reuelauit : quia probare non poterat, immunis est à delicto per text.in l.nostris.in fi.C.de calum. Ex hoc infert Bald.quòd assessores sequentes Bart.in d.l.vtrum.& occidentes homines solummodò : quia non reuelant secretum nõ probabile,omnes sunt homicidæ : quia visus, vidit,velit,nolit,auris audit,quia sensus corporis & primi motus non sunt in potestate nostra : vt not. in glos.in l.j.§.ius naturale. in versicu. coniugatio. ff. de iustitia & iure.Et propter hoc ipse Bal.in dicto consi. deplorat memoriam fidelissimi militis domi. Donati de barbadoris qui ob hanc causam cum aliquibus suis sequacibus fuit decapitatus. Ita refert Ioan.de Platea Doct. Bono. institu. de public.iudic. §. publica autem. pro quo facit ij. quæ-
d stione septima.capi.quia plerunque.quod nota. Opinio tamen Barto. & Salicet. obseruatur in practica,vt etiam dicit Bald. Ex quo sequitur quòd quilibet quamprimùm audiuit , vel notitiam habuit de aliquo tractatu contra suum Principem vel contra rempublicam, illico

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet reuelare,& reuelans statim prẽmium consequitur.
Si autem ex interuallo reuelauerit priusquam dictũ delictum fuerit executioni mandatum, & antequam per alium fuerit reuelatum,tunc sibi parcitur,& nõ punitur, sed prædmium[e] perdit:vt dicta l.quisquis. & ibi Cy. Bart. & Bald

c ¶Si talis scientia. Adde tu pro hac parte ꝙ sola & nuda scientia non sit digna hac pœna.facit qa l.quisqs.punit principales fautelli tes & consocios ac ministros,cõscius videtur accipi pro participe, non autem pro simplici sciente de quo scripsi in c.j.de rest.spolia. vel de offi.deleg.& ꝙ ita sit confirmatur ex text.cũ gl.& ibi Ioan. mona.Ioan.and.& alij omnes in c.fœlicis. in §. illud. de pœ. in vj. vbi simplex & nudum consilium fauor nudus non punitur pœna qua principalis,sed minore & arbitraria .& tamen nudum consilium & fauorẽ prastãs sciebat:vnde dicunt ibi Ioan. mona. & alij quòd punitur:quia debuit reuelare, & tamen illud delictum censetur vt crimen læsæ maiest. vt ibi in principio. imò magis secundùm An.in l.quisquis.pro his faciunt quæ no.Ioã.And. & Dominicus ibi in princ.de e o qui prastat consilium & fauorem non nudum nisi dixerimus aliud esse in casu illius c. in quo non punitur conscius simpliciter,vt patet in prin.& aliud in casu d.l.quisquis. Ad hoc etiam pondero dicta Car. & Imo. in cle. pastoralis, de rejudi,dum tractant post antiquos quomodo committatur crimen læsæ maiestatis: & nullo modo in enumeratione casuum ponunt simpliciter scientem sine participio coniurationis, imò videtur ex qualitate casuum inclusorum ipsum excludere. facit etiã c. sicut dignum.de homicidio,vbi mitius puniuntur etiam consulentes dũ modo non induxerint regem ad homicidium, & similiter opem ferentes,vt ibi cum ergo l.quisquis.conscios eadem pœna puniat, debet intelligi de participibus,aliàs &c. In facto etiam vidi de vocato ad impediẽdum occultẽe dominus occideretur credentibus alijs coniuratoribus ꝙ iuuare deberet:an retenta opin.quòd nuda scientia puniatur,debeat puniri,& videtur quòd non:quia nõ fuit conscius,nec à coniuratoribus vocatus,sed ab impedire volẽte:tamen quia omnino sciuit qualitercunque & vidit coniuratores persecurare in machinatione retenta dicta opin.non fuisset tutus.

d ¶Opinio tamen. Adde tu & vide Ioã.And.in c.pœnas.de homic. & Spec.in tit.de lega.§.iuxta.versi.quid si amici.& consuluit Bal. in consi.xxxiiij.ij.li.quòd non reuelans crimen proditionis quòd effectum non habuit:quia sciens contradixit debeat relegari maximè si erat affinis.Ber.

e ¶Sed prædmium.Vide Bal.in l.testa.ff.de hæred.instit.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd aliàs vidi istam quæstionem in practica, & fui iudex in illa causa contra vnum potentem dominum,qui suo principi non reuelauit tractatum cõmittendum contra principem & superiorem suum : quia erat ciuis suus:vnde feci ipsum decapitare sequutus sententiam Bar.in d.l.vtrum. quam sententiam sequutus est Barto.ipsemet in l.j.§.occisorũ.ff.ad Silla. & ibi expresse Ange.& sequitur do. Abb.in c.j.extrà de restit. spolia. & vide dictum domi. Abbatis in c.j. extrà de offic. delega.

Dicit tamen Roma.in l.j.§.occisorũ.in fi.quòd contra istam sententiã Bart.consuluit Bal.Florentiæ in personã illius militis,& ita obtinuit. Quod non credo verum, quia propter exorbitãtiam istius criminis iura ita voluerunt:vt voluerunt in §.alia.instit.de publi.iudic. & in d.l. vtrum. & canonistæ in d. c. j. maximè dominus Abbas.

Adde tamen quod dixit Angel. in l.frater.ff.ad legem Iul. de parricid. ꝙ vidit decapitari plures ciues qui non reuelauerunt tractatũ ciuitatis suæ qui sciebant solũmodo tractatum,& non fuerunt participes, & hoc malè fuit factum & inique:quia iura hoc non patiuntur:quia dicit ꝙ si filius sciebat futurã mortẽ patris,& non reuelauit nõ decapitari,sed relegari debet:ergo & ciuis debet relegari pœna capitis, est solum quando fieret tractatus contra principem & Papam,& sic cõtra ecclesiam vel imperiũ. Et dicit Ang.hoc esse menti tenendum:quia quotidianũ est.Et subdit quod vnus forensis qui non esset de populo,& sic ius populi non debet tueri, licet sciat conspirationem,tamen non debet puniri ex hoc quòd nõ reuelauit,& dixit ꝙ hoc tenet glos. in dicta l. vtrum. in verbo, conscios.dũ subaudit de participibus:quia de sola scientia iste talis non punitur in forense:credo istam sententiã Ang.veram:sed credo sententiam Angel. falsam dum se restringunt tantùm in personam Papæ vel Imperatoris, per ea quæ suprà dixi.& not.bene ista.

12 *Crimen læsæ maiest.commissum per patrem siue per matrem facit quòd non solùm delinquens sed etiam filij masculi puniantur.*

Ange. †Et aduertendum est quòd propter tale delictum commissum per patrem vel etiam per matrem,quia licet d.l.quisquis.loquatur in patre,habet etiam locum in matre,& sic in fœmina, licet sit exorbitans & pœnalis : vt not. glos.in d.l.quisquis. in verbo, ausuras.& non est mirandum de dicta glos.quoniam aliquando lex exorbitans loquens in fœmina ex rationis identitate extenditur ad patrem:vt not.glos.in l.fœminę. C.de secund.nupt.quòd non tantum punitur delinquẽs, sed etiam filij masculi , prout habetur in dicta l.quisquis. quod no.licet videatur inusitatum quòd mulier tale crimen committat:tamen vidi semel de facto Bononiæ:filię autem fœminæ de bonis matris , & non patris delinquẽtis habent falcidiã:vt l.pe.C.ad legem Iuliam maiest. & vxores delinquentiũ dotes non perdunt:vt d.l.quisquis. §.1.Sed Salic. in dicta l.j.§.j. dicit quòd licet Pe. & Cyn. teneat d.glos.quæ dicit idem in matre:tamen sibi nõ placet,quia materia est odiosa & pœnalis : ideo ex rationis identitate extendi non debet,& maximè si pater esset viuus tunc filij domicilium patris non perderent. tamẽ gl. communiter tenetur.

Augusti. Tu autem in hac materia , adde quòd videtur ꝙ gl.in d.l.quisquis.sit vera:quia extat Doc.Bar.per illum tex.in l.quemadmodum. C. de agri.& censi.qui dicit quòd statutaª pœnalia sunt fauorabilia,& possunt extendi vbi faciendo extensionem delicta non remaneant impunita , & ciuitas purgetur malis hominibus. Non mirum ergo si lex quisquis loqueretur in patre si possumus extendere ad matrem,sed hęc ratio est nimis generalis & periculosa. Sed vltra Doct.gl. ordinaria de iure canonico allego in hac materia quæ vult idem ꝙ gl.nostra iuris ciuilis:quia gl.in c.statutum. el ij.extrà de hære.lib.vj. expresse hoc dicit in terminis ꝙ lex quisquis habet locũ in matre & in filijs,& licet huic sententiæ sit tex. in contrarium in c.vbicunque. extrà de pœ.in vj.Tamen gl.in d.c.statutũ.respondet ad hoc contrarium , sed eius responsio non mihi placet , & credo in puncto iuris falsas esse illas glo.Quinimò gl.in c.si quis. vj.q.j.voluit ꝙ text.in l.quisquis. loquatur solùm de filijs qui sunt in potestate non in emancipatis. Sed mater non habet filios in potestate:igitur in practica non recederem à gl.propter enormitatem criminis:vide Imol.in materia nostra principali in l.ex facto.§.si qs rogatus. ff.ad Treb. ibi vide.Tene tamen menti ꝙ ista pœna non afficit filios si sint clerici.Ita dicit gl.in c.latis peruersum. lvj. distinc. contra facit text.in c.statutũ. extra de hære. &ibi Pet.de Anch.si crimen hæresis æquiparatur crimini læsæ maiest. & ibi vide quid in matre.& vide Arch.in c.si quis.vj.q.j.

ADNOTATIO.a ¶Statuta pœnalia. Et quòd statuta pœnalia debeant extendi fauore reipublicæ, tenuit Roma.in consil. cccxxxviij.& an criminæ læsæ maiestatis masculinum concipiat fœmininum.Vide Franc.de Aret. in consi.xxxix. & an delictum matris in criminæ læsæ maiestatis noceat filijs:vide Pet. de Anch. Ioan.and.mona.in d.c.statutum.Ber.

13 *Crimine læsæ maiest.commisso per filiumfamiliàs : an pater puniatur : & an l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiesta. habeat locum in filijs nascituris.*

Ange. †Quærit ibi Salic. si filiusfamil. commisit dictum crimẽ,an pater teneatur & puniatur, & dic ꝙ non:vt d.l.quisquis.§.ratio successionis sanguinis improbati.ergo &c.Cy.ibi quærit an habeat locũ d.l. ita in filijs nascituris.& dicit ꝙ sic:quia ratio d.l. ita in eis sibi locum vendicat sicut in iam natis. argu. l.adigere. §. quamuis.de iure patro.& hoc tenet ibi Salic.

Augusti. Tu autẽ in hac vltima conclusione,an illa l.quisquis.habeat locum in iam natis vel nascituris.sępius ego fui interrogatus de hac quęst.& adde

adde gl.magistrã in c.si quis.vj.q.j.quæ decidit istã quæstionem in terminis,& omnino vide Doct.maximè Ioã. Andr.in c.quibusdã.de pœ. in fi.ij.col.& Ang. in dicta l. quisquis.& vide not.per tex.& gl.Bar.Bal.& Sali. in l.ij. C.de libertis & eorum liberis.

14 *Crimine læsæ maiesta,d.l.quisquis.an habeat locum in filijs naturalibus tantùm & spurijs,& usquequo extendatur,& quomodo sint incapaces.*
15 *Lex in materia pœnali loquens de filijs an comprehendat naturales.*

Ange. †Quærit Cyn.& Salic. in d.l.quisquis.§.j. an illa lex habeat locum in filijs naturalibus tantùm,& dicunt ꝙ sic:arg.l.iij.C.de interdi. ma. cõsuncta rubr.licet Cyn.in d.l.iij.videatur tenere contrariũ:vt refert Bar.in l.ex facto.§.si quis rogatus.in fi.ff. ad Treb. vbi ipse non decidit,sed Ang.tenet ibi opi.Cy. in dicta l. quisquis.ne plus videatur habere luxuria quàm castitas, & hoc videtur velle gl.in c.statutũ.in verbo, volumus. de hære.in vj.& idẽ erit in spurio vbi eadẽ viget ratio. & hoc etiã sequitur ibi Imo. Item in d.l.quisquis. Sali. & cõiter omnes Doct.cõcludunt ꝙ ob quandam constitutionem Fede.de qua ibi Cy.in fi.facit mentionem, ꝙ filij etiã in infinitũ vsq; tamen ad secundã generationẽ comprehendãtur ꝙ quidã restringunt in patre:in matre autẽ dicũt ꝙ delictum nõ transit vltra primum gradũ ad similitudinem hæresis ꝙ crimini læsæ maiest.æquiparatur:vt no.gl.& Sali.in l.ij.C.ad legẽ Iul.maiest.& pro hoc alleg. c.statutũ.el ij.de hære.in vj.Et notandũ est ꝙ tales filij nõ tantùm ex testamento , sed nec ab intestato sunt aliquo modo capaces , imò ab omni successione sunt alieni.ita dicit tex.in d.l.quisquis.ibi ꝙ à successione proximorum habeantur alieni.& sic etiã non capiuntur ad commodũ fisci:filiæ autẽ fœminæ extraneis ex testamẽto, & proximis ab intestato succedere possunt etiã ad earũ vtilitatẽ, quia non reperitur cõtrarium iure cautum.ita dicit Salic. in dicta l.quisquis.§.ad filias.

15 **Augusti.** †Tu autem in hac materia an appellatione filiorum contineantur naturales & bastardi. Iste passus habet multa capita,sed passus noster est iste an in materia pœnali lex loquens de filijs cõprehendat naturales,[a] sed in casu d.l.quisquis. mihi videtur ꝙ gl.in d.l.quisquis.videtur tenere quòd bastardi nõ cõprehendantur dum glos. vult ibi quod ille tex. loquatur de filijs in potestate , non de emancipatis. Et in terminis hoc voluit alia gl.de iure cano. in c.si qs.v.q.j. Quinimò ibi Archi.dixit vnum stupendũ verbum quod d.l. quisquis.nõ comprehendit filios clericos.Si ergo vera est ista conclusio:vt d.l.quisquis. nõ comprehendat nisi filios in potestate : ergo non comprehendet spurios & naturales qui non sunt in potestate.§.fi.insti.de nup.sed Doc.communiter in d.l.quisquis.tenent contrarium.& Ioã.Andr. cõsuluit pro hac parte cum quam plurimis Doct. vt ipse refert in d.c.statutũ.de hære.in vj.quem sequitur ibi Dominic.de sancto Gemi.licet Cy.videatur tenere cõtrariũ in l.libertinum.C.de libertis & eorum libe.per l. fi. C.de naturalibus libe.quæ lex nihil facit : quia ibi quærebatur an auus qui posset relinquere substantiam suam nepotibus per dispositionem legis, posset etiã relinquere nepotibus naturalibus,& dicitur quòd non : ibi enim non resultat absurdum vt beneficium quod cõceditur legitimis non extendatur ad nepotes naturales. Sed in quæstione nostra si sententia pœnalis non comprehenderet naturales , sed legitimos tantùm contineret absurdum , ꝙ est contra tex.in authẽ.de restit.& ea quæ parit,post prin. Et in hac materia vide per Moder.in d.§. si quis rogatus. & dicta Cy.in hac materia ampliauit Ang. in cõsilio suo xxix.quod incipit domina Francisca.in vulgo autẽ conceptis qui patrem demonstrare nesciunt non habet locũ d.l.quisquis.vt ibi not.Cy.& Ioan.Ang. & Dominic.de sancto Geminia.in.d.c.statutum.Et dixit Roma.in singularibus secundi anni.clxiij.ꝙ incipit tu scis quòd in condemnatione patrisfamiliàs filius clericus habens beneficium ecclesiasticum non priuatur illo beneficio propter delictum patris.

ADNOTATIO.a ¶Naturales. Et an filiorum appellatione veniunt naturales & bastardi.vide Bal.in consi.cxix. & in cõsi. clxiij.in quinto.Fulg.in consi.clx.& quòd filius legitimus ex patre spurio non venit appellatione coniunctorum.& idem voluit Petr. de Anch.in consi. cccx.Ber.

16 *Crimen læsæ maiestatis quamprimum quis tractare incipit statim perdit administrationem rerum suarum,& omnis alienatio interim facta est ipso iure nulla.*

Ange. †Et bene scias quòd quãprimùm quis incipit tractare dictum crimẽ,statim perdit suarum rerum administrationem,& omnis alienatio interim facta in bonis suis ipso iure nõ valẽt est tex. in.l. fi. & ibi Cy.C.ad.l.iul.ma.& no.Bar.plenè in.l.post contractũ.ff. de dona.non tamen ipso iure bona sunt cõfiscata : vt. d.l. pe.ad fi.licet gl.in.c.cùm secundũ.de hære.in.vj.dicat cõtra.ſ.quod intelliguntur confiscata ipso à die commissi criminis hęresis.ita dicit Bar.in.l.si debitor.ff.quę in frau. cre.quod bene no.

b **Augusti.** Tu adde quod dixit Ange.in.l. memi-nisse[b].C.ad.l.iul.maie.vbi videretur ęqui parare reum criminis læsæ maiestatis & hæresis in hoc.ſ. quod postquã deliquerunt non possint alienare quicquã de bonis vendendo,donando , vel dotem constituendo, & dicit quòd illa distinctio ꝙ ipse ibi posuit in reo criminis lęsæ maiesta.per omnia dicendum est idem in reo cõmittente hæresim[c] & ibi limitat materiam istam in duobus capitibus.Primò per text.in.l.qui à debitore. ff. quæ in frau.credi.& per tex.in.l.si fraudator.§.j.ff.quę in frau. credi.sed vide Moder.in.d.l.qui à debitore.& in.d.l. post cõtractum. Et vide quod dictum est infrà,in glo. & eius bona publicamus in penultima additione mea.

b ¶Meminisse. Adde vt per Pet.de Anch.in consi.clix.Ber.
c Hæresim. Adde Pet.de Anch.in consi.ccxciij.in fin.& quòd licet quis non priuetur beneficio ipso iure nisi propter crimẽ hæresis & simonię,quòd tamen si Papa mãdat prouidere alicui de beneficio criminoso constiterit crimen commisisse , quòd in vim talis cõmissionis executor poterit prouidere.Ber.

17 *Crimen læsæ maiesta.etiam post mortem delinquentis potest intentari.*

Ange. †Et bene aduertas quòd tale crimẽ etiam post mortem delinquentis potest intẽtari , & quomodo intentetur no.gl.in.§.per contrariũ.insti.de hęredi.quæ ab intesta.defe.& dicam infrà,in glo.in verbo, qui iudex.vídens quòd dicti inquisiti non comparent:& bene nota quòd in hoc crimine Caius qui iam mortuus est non potest citari & condemnari:vt.l.j.C.si reus vel accu.mor.fue.& l.de qua re.§.j.ff.de iu.sed memoria[d] Caij est damnanda:vt no.gl.in.d.§. per contrarium & contra eius defuncti memoriam formanda est inquisitio & processus debet agitari.ita dicit Angel.in.l.ij.C.ad.l.iul.maiesta.Et fiet isto modo videlicet:hæc est quædam inquisitio quæ fit &c.contra & aduersus memoriam Caij proditoris in eo de eo &c.Postea citentur filij & successores coniuncti qui veniant ad contradicendum quicquid voluni & possunt ne memoria domini Caij damnetur virtute & occasione cuiusdam inquisitionis contra eius memoriam formatæ & eius bona cuius inquisitionis in effectu tenor est iste videlicet &c. Et non est mirum quare isti citentur quia eorum interest:vt. l.j.ij.iij. & . iiij. de libe.cau . & etiam propter bona: vt . l. fi. C. si re.vel accu. mor.fue.& l.j.& per totum.C.si pen.app.mors interuenerit:sententiæ autem formam vide per glo.in.d.§. per contrarium quod nota:quia sæpe de facto contingit.No.etiã quòd tali iuri damnandi memoriam delinquentis prescribitur quinquennio.arg.l.ij.C.de apost.

d ¶Sed memoria. Adde tu & vide Cep. in consilio xvij. vbi in facto consuluit quòd memoria posit damnari.& vide Angelum in consilio ccxxiiij.& Bald.in consilio lx.in iij. voluni. vbi etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit practicam & dicit quòd prædicta procedunt cum crimen committitur contra principem vel rempubli. Romanorum.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia conſidera & adde ꝙ canoniſtæ habent vnam bonam gl.in ſumma. xxiiij.q.ij. quæ dicit ꝙ canoniſtæ non permittunt poſt mortem aliquem accuſari niſi in tribus caſibus.Primò in hæreſi,per c.fin.de hære. Secundò quando quis hæreticum inſtituit hæredem: vt in c.ſi quis epi.extrà de hæreti.Tertius caſus eſt ſi quis in notorio crimine deceſſerit.lxxxviij.diſt.c.neq. Sed dicit illa gloſ. in dicta ſumma,ꝙ leges dicunt aliter:nam non permittunt aliquẽ accuſari poſt mortem,niſi propter bona tantùm non alia pœna ſibi imponatur:& dicit ꝙ in crimine læſæ maieſta. hoc ſtatuit per l.ſi.C.ad legem Iul.maieſt. & per alia iura & multos caſus enumerat etiam ibi gloſ.illa:& ſimilis eſt gl.in c.accuſatus.de hære.in vj.coniuncto tex. in verbo, poſt mortem.& illa gl.in d.c.accuſatus.dicit vnum ſingulare verbum ꝙ licet poſt mortem poſsit agi:& hoc etiam vt bona hæredum cõfiſcentur & applicentur fiſco. Tamẽ hoc verum ſi intra xl.annos hoc ſit,aliàs non.& illã gloſ. ſemper teneas menti quàm gl.intelligo etiam in crimine læſę maieſtatis:& ita illam gl.intelligit Ioan.Andr.ibi in nouella. & etiam Dominic. de ſancto Gemi. Quinimò expreſsè hoc voluit gloſ.illa dum allegat tex. in l.ſi.C.ad legem Iul.maieſt. Adde quæ dicã infrà in gl.in verbo, quæ incipit, qui iudex videns ꝙ prædicti inquiſiti non cõparent.& vide Roma.in ſingularibus primi anni cccx. qd incipit de crimine leſę maieſtatis qui ponit quantùm durat iſtud ius accuſandi poſt mortem rei. & allegat illã gloſ. xciiij. q.ij. in ſumma. & videtur ibi tenere ꝙ durat quinquennio:dic tamen vt ibi per eum.

18 *Sacerdos qui in confeſſione audiuit confitentẽ crimen læſæ maieſt,an teneatur uel poſsit confeſsionem ſibi factam reuelare.*

18 **Ange.** †Quæro an ſacerdos qui audiuit aliquem in confeſsione qui confeſſus fuit aliquod crimen læſæ maieſta.teneatur vel poſsit dictam confeſsionem ſibi factam reuelare. Iſta eſt materia cano.& non licet mihi immittere falcem in meſſem alienã:vt in c. venerabilem.de elec.attamen vt aliquid dicam,& vt materiam aliis melius dicendi tradam ſubmittendo me canoniſtarum & theologorum determinationi videtur quòd aliquo modo ſacerdos dictam confeſsionem non debeat propalare:vt in c.omnis vtriuſq; ſexus.de pœni.& remiſ. in verſi.caueant autem &c.& quod ibi not.per Innoc. & Ant.de Bu.hoc etiã confirmatur:quia crimen læſæ maie. hæreſis & ſimoniæ æquiparantur:vt not. gl.in ſi.in c.j.de cenſi.in vj.ſed ego habeo in crimine ſimoniæ quod ſi plures confeſsi fuerunt dictum crimen, & vnus inducat dictum ſacerdotem in teſtem poteſt contra illum confitẽtem qui ſacerdotẽ inducit in teſtem ſuper dicto crimine procedere:alios autẽ dictum crimen cõfitentes clarè debet:vt in c.nemo.de ſimo. & ſic loquitur c.ſignificaſti. de adult.Et ſic habeo ꝙ etiam in crimine ſimoniæ illum qui non inducit ſacerdotẽ in teſtem, nõ poteſt ſacerdos procedere:ergo eodem modo in crimine læſæ maieſt.quæ vt dixi æquiparantur,& qñ duo æquiparãtur ſtatutũ in vno de æquiparatis trahiẽ ad reliquum:vt l.ſi quis ſeruo.C.de furt.meritò ergo &c. Et pro iſta parte ꝙ oĩno celari debeat,facit ꝙ habetur in c.ſacerdos.de offic.ordi.facit etiã quod no. Inn.in c.oĩs.ꝙ quícquid facere põt bono modo ſacerdos vt peccatũ quod in confeſsione audiuit impediatur ſine expreſsione perſonæ vel ꝓditione confitẽtis, & confeſsionis põt ſacerdos facere,aliàs aũt quodcunq; malũ exinde ſequi poſſet hoc ei denegaẽ ne pãdat. Caue tibi,quia etiã nullo caſu ſacerdos põt reuelare delictum, ſiue crimẽ ſibi in pœnitẽtia confeſſum ſecundùm Archi. de pœn.diſt.vj.c.ſacerdos.ga illud peccatũ ſcit vt Deus, de offi.ordi.ſi ſacerdos bene facit de re iudi. c.oĩs res. de hoc etiã no.de exceſ.præla.c.dilectus. vnde ſacerdos iudici quærẽti etiã per iuramẽtũ põt rñdere nihil ſcio oĩno, ſcilicet vt homo,& etiã nihil ſcio per confeſsionẽ,ſubintelligendo nihil ſcio tibi reuelandũ ſicut dicit Matthæi xiij. de die & hora illa nemo ſcit, neque Angeli in cœlo neq; filius,ſ.vt reuelẽt.In cõtrariũ videt facere, videlicet qd ſacerdos poſsit illud manifeſtare, quod not.Anto.de But.in d.c.oĩs.verſi.Sed quæro qd ſi aliquis confiteꝰ &c. vbi dicit ſecũdùm quoſdã ꝙ ſi quis cõfitetur ſe velle occidere aliũ vel aliud malũ cõmittere dicens ꝙ non poteſt tẽtationi reſiſtere an ſacerdos poſsit reuelare.& ibi quidã dicunt ꝙ põt hoc reuelare illis qui ꝓdeſſe & non obeſſe allegat xxx.di.c.hic videtur.cũ ſimil. pro hoc etiam facit ſecũdùm eundẽ ibi ꝙ nõ eſt vera cõfeſsio, vbi quis non cõfitetur peccatũ cõmiſſum.ſed cõmittendũ,de quo etiã pœnitẽtia dari poteſt,& ꝙ quilibet teneꝰ impedire:vt no. in c.quẽadmodũ.§.fi.de iureiur.vbi aũt peteret pœnitentiam præteritæ volũtatis:tũc bene eſſet cõfeſsio.alleg.de pœ.& remiſ.c.cùm quidã.poſſet fortè ex prædictis ſic diſtingui ꝙ aliquis cõfitetur crimẽ læſæ maieſt. iã perfectũ & cõſummatũ: vt putà ego cõfiteor ꝙ in tali tractatu iã eſt annus per tales celebrato etiã ego interueni,& omnia ſciui & omnia tractaui,licet de me dictũ & rationatũ nõ fuerit,& petit pœnitentiã,& ſibi iniuncta eſt,& tunc tale crimẽ nõ poteſt per ſacerdotes propalari: quia eo ipſo ꝙ pœnitentiã iniũxit,& peccatũ eſt iam cõmiſſum & perfectũ,& ex hoc ſciat vel non cõmunitas lædi non põt,& res publica nõ debet reuelari:vt d.c.ſacerdos. & c.nemo. & c.ſignificaſti.& c. qd quidã. de pœ.& remiſ. & idem ſi cõfitetur ꝙ actualiter eſt in tali tractatu, & ipſum pœnitet,& præteritæ volũtatis petit pœnitentiã quę ſibi iniũcta eſt,& tunc etiã hoc non poteſt propalare:vt d.c. cùm quidã.Si aũt dicat ꝙ habuit & habet tractatũ,& quotidie exercet cõtra rempu.& tali tentationi reſiſtere nõ poteſt, & nullo modo poteſt habere animũ deſiſtendi, & quòd oĩno quantùm in ſe erit cũ ceteris aliis executioni mãdabit:tũc ego credo ꝙ ſi ſacerdos manifeſtet illis ꝗbus prodeſſe & nõ obeſſe põt non ſpecificãdo perſonã, videlicet caueatis quia tali die oĩno & tali loco debet fieri tumultus,vel aliquod ſcandalũ in populo:tũc ego credo ꝙ hoc facere & ꝓpalare poſsit:vt d.c.hoc videt. xxx.diſt. Et quia nõ eſt cõfeſsio illa ex qua non recipit nec recipere põt pœnitentiã:vt d.c.cùm quidã.Et prædicta ſunt vera ſi tantummodo dicat de ſe:ſi verò etiã dicat conſocios in ſpecie,vel dicat ꝙ in hoc tractatu ſunt plures alij,tũc ſiue etiã pœnituerit de ſuo malo propoſito,& pœnitentiã petat,tunc credo ꝙ ſacerdos nõ malè faceret notificare illis quibus abeſſe & non prodeſſe poſſunt ꝙ tractatus eſt in ciuitate contra rem publicã:vt c.hoc videtur. non autem nominet aliquo modo dictũ confitentem : vt d.c.omnis. nec etiã alios qui cõfeſsi nõ ſunt, ſed tãtùm nominati ab illo cõfitẽte:arg.d.c.nemo.de ſimo. ga ipſe ſacerdos illos nominãdo videtur eos accuſare,ꝙ ei nõ permittit. igitur &c.Ego vt legiſta hęc dico quę extraxi ex dictis Ant.de But.& Inn.in d.c.omnis.cogita & corrige tu vt iuris eſt.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde ꝙ mihi videtur ꝙ nullo modo ſacerdos debeat reuelare confeſsionem per id quod dixit ſanctus Thomas in quarto ſententiarum diſtinct.xxj.nam dicit quòd in ſacramentis illud quòd geritur exterius eſt ſignum eius quod geritur interius : vnde ſicut Deus peccatum hominis texit, ita confeſſor debeat tegere exterius : & ideo tanquam violator ſacramenti peccat qui reuelat cõfeſsionem : quia per cælationem etiam homines magis ad confeſsionem attrahuntur, & ſimplicius confitentur. vnde etiam dicit ſi aliquod periculum futurum immineret,& hoc fatetur ſolùm per confeſsionem, vt de hæretico qui corrumperet fideles,vel de matrimonio illicito ꝙ aliquis vellet facere, vel aliquid magnum temporale damnum, non propter hoc reuelare debet, ſed potius monere eos qui confitentur vt obuient, vel deſiſtant, & prælato dicere quòd vigilet ſuper gregem,& huiuſmodi ſine vlla reuelatione per c.ſacerdos.de pœniten. diſtinct. vj.& d.c.omnis. Quinimò dixit dom. Abb.in c.dilectus. extrà de exceſsio. prælato. quòd etiam per Papam non poteſt

poteſt quis cogi ad reuelandum confeſsionem alterius limitat tamen præfatus doctor in loco præallegato niſi ſacerdos alio modo ſciret quã per confeſsionem ea quæ audit & ſcandalum immineret quia poteſt reuelare. Et ad hoc vide Abba.in d. c. dilectus. Materiam autem iſtam & iſtam diſtinctionem do.Ange.vide latius per Archid. quem ipſe non vidit in c.ſacerdos.de pœ.diſt.vj.per Ioã. And.in d.c.omnis.& per doct.in d.c.nemo.in d.c.ſignificaſti.& in c.ſi ſacerdos.extrà de offic. ordi. pro nunc iſta nota,& materiam latè vide in piſanella in litera C.in verbo,confeſſio.ibi confeſſionis celatio.

SVMMARIVM.

1 *Falſum quid ſit.*

1 **Falſario.** Videndum hoc cenſeo de crimine falſi. † eſt autem
2 falſum veritatis mutatio*a*:vt in auth.de inſtru.cau.& fi.in princ.& not.Azo.in ſumma de fal.in princ. quotieſcunq; ergo quis dolo & nõ alio modo immutat veritatẽ incidit in pœnam falſi:nam ſine dolo & proposito, tale delictum nõ cõmittitur:vt l.nec exẽplum.C.de fal.& ibi Cy. & à dolo quis excuſatur quibuſcunq; excuſationibus vel præſumptionibus etiam iniuſtis:vt l.igitur.§.j.ff.de libe.cau. & in l.j. in fi.& ibi Bart.ff.de abige. ꝙ tamen qualiter intelligatur not.plenè & eleganter Salic.in l.ſenatus. C. de his qui ſibi aſcri.Ex quo ſequitur ꝙ ſi aliter reperiatur ſcriptum à notario quam fuerit dictum à partibus, tamen non propter hoc ſolum præſumitur falſum nec de falſo debet dãnari niſi appareat ex aliis circunſtantiis quòd falſum commiſit.ita ſingulariter dicit Bar.in l.quoties.§.j.ff.de hære. inſtitu.Et non eſt mirum quia Bal. in l.j.C. de ſacroſanc. eccle.dicit quoties eſt vnum verbum quod poteſt importare falſitatem & non falſitatem facimus coniecturam ꝙ falſitatem non importet,pro quo facit quod not. Bald.in l.errore.C.de teſta.vbi propter officium pulchrum præſumitur quòd magis errore quam falſo fecerit: vt l.ij.C. de offic.iudi.pro quo facit quod not.Bar.in l.gerit. in vj. col.ff.de acquiren.hæred.quoties poteſt capi coniectura quod quis delinquat & non delinquat capimus illam, vt in delictum non incidat:vt l.meritò.ff.pro ſo.

ADNOTATIO. a ꝙVeritatis mutatio. Adde quid ſit falſum,& an committatur ſine dolo. vide Cepol.in conſil. xxj.& ibi quid ſi teſtes dicunt quòd aliter ſcripſit notarius quàm fuit dictũ, an præſumatur falſarius.& per Sapha.Cu.in conſi. cxlviij.vbi & in quibus rebus falſum committatur & quomodo committatur, & qua pœna puniatur.& per eundem in conſi.cxxxv. & in conſil. xcj.& ibi ponit an teſtis deponens non verum ſine dolo puniatur: & quot modis dicatur falſum.vide Alex. in conſi.lxxiij.& conſil. lxxiiij.& conſi.lxxvij.in j.volu.& quid ſi eſt ſine dolo & ſi non nocet,nec poteſt nocere.per eundem Alex. in conſi.lxx.eo.vol.col.ſi. & in d.conſi.lxxij.col.ij.& quando falſitas præſumatur in teſte: & quid in ſcribente in libro proprio.vide per do.meum Soci.in cõſi.ciiij.per totum & an in notario præſumatur potius error quam dolus per Alex.in d.conſi.lxx.Franc.de Aret.in cõſi.xlvij.& Pau. de Caſt.in conſi.clj.& per do.meum Soci.in cõſi.xciiij.& vltra prædicta quid ſit falſum.vide Barto.in conſi.cxcix.inci.tudertinus.& Ioan.de Ana.in conſi.xij.dic tamen quòd licet in notario præſumatur potius error quam falſitas:tamen ſi ex aliis præſumptionibus appareat de falſitate poteſt torqueri.ita voluit Barb.in conſi. xxxvij.incip.ſcribitur lib.iudicum.

Auguſti. Tu autem in hac materia inquantum autor iſte hic loquitur de excuſatione notarij. Adde nota.per Bald.in l.ij.C.de fal.ibi dum dicat quia notarius erat perſona fide digniſsima. & vide Bald. in l.pe.C.de his qui ſibi aſſcribunt qui dicit quòd ille text. eſt melior tex.de iure qui probat quòd vbi ignorantia eſt tolerabilis,ſemper preſumitur error potius quam malitia limitarem tamen prædicta ſecundùm doctrinam Salice. in l.in exercen.C.de fide inſtr.in pe.col. quia ſi qs per teſtes probaret notarium falſum dixiſſe putà per tres vel quatuor teſtes etiam non deſcriptos in inſtrumento quod inſtrumentum non coadiuuaretur aliis teſtibus, quòd tunc poteſt ex illiſimet teſtibus notarius condemnari de falſo quòd ſi ſolum per duos teſtes non deſcriptos in inſtrumento probaretur contra inſtrumentum quod non aliis teſtibus coadiuuaretur,& illi teſtes etiam reprobatorij eſſent omni exceptione maiores. tũc etiam notarius non poteſt propter hoc condemnari de falſo,ſed bene eſſet præſumptio & ſuſpicio falſi.Ita intelligo dicta Bar.in d.l.quoties.& adde Tancre.in viij.rubrica in xij.quæſtio. qui dixit quòd ſi notarius omiſit ſcribere protocollum in totum vel in partem vel ſolennia vel ſubſtantialia omiſit ſcribere, potius præſumitur quòd ex ſimplicitate quã dolo hoc fecerit. Adde dicta docto.in l.ſi quis decurio.C. de falſis.in illa quæſt.quando nuncius dicit vnum & notarius aliud an magis credatur, & an potius præſumatur quòd nuncius dicat falſum quam notarius. & vide Bart. in l.prædia.ff.de acquir.poſſeſſio.licet teſtes dicant aliud quam inſtrumentum excuſatur notarius à falſo. An autem tunc ſi teſtis contradicat notario,quia teſtis dicit nũquam dixi id quod ſcripſit notarius & ipſe notarius dicat contrarium cui magis credetur & in ciuilibus & in criminalibus materiam vide per Specu.in titu.de teſte.§.j.ver. ſed pone ecce vbi dicit quod crederetur notario niſi teſtes accuſarentur de falſo quod putat notabile do. Abba. in cap.cum cauſa.de teſti.iſta eſt maxima materia de qua ibi per Ioan.And.in addi. & per Salic. latè in l.ſi quis decu.C.de falſis.licèt aliter ſentiat do. Anto.de But.qui no tanter loquitur in c.ad audientiam. extra de præſcrip. & ibi domi.Anto.limitat materiam & per Innoc. & Imol. in c.cùm Ioannes.extrà de fide inſtru.& Roma.in l.j.§.fi. ff.de verbo.obliga.qui notanter loquitur & duas limitationes. vide per Angel.& Imol.in l.j.§.ſi quis neget.ff. quemadmodum teſtamen. aperiantur per Abba. in d.c. ad audientiam.per Bal.in c.literas.extrà de præſumptio. & Imol.& domi.Card.in clemen.j.§.fin.de hæredib. Petrus de Anchar.in cap.cum ab vno.de re iudic. per Floria.in l.de ætate. ff. de probatio. per dominum Abbatem in cap.ſicut.extrà de teſtib.per Bald.in apoſtil.in l.ob carmen.ff.de teſtibus.

2 *Falſum quot modis dicatur.*
3 *Falſi crimine quis puniri non poteſt:niſi talis falſitas alteri noceat uel nocere poſsit.*
4 *Crimine falſi tenetur qui manu ſua ſchedulam ſcripſit in ſui fauorem ſi probari poteſt quòd illa ſcriptura ſit falſa.*
5 *Falſum largè non comprehenditur per ſtatutum mentionem faciens de falſo.*
6 *Falſi crimen quomodo conſuetudine excuſetur.*
7 *Scriptura falſa uel inſtrumento aut dicto teſtis quibus nullum præiudicium paretur alicui quamuis pœna falſi non adhibeatur attamen pœna extraordinaria erit exercenda.*

2 **Ange.** †Quæro quot modis dicatur falſum reſpondeo: vt dicit Barto. in l.quid ſit falſum. ff.de falſis.qui concludit quòd vno modo dicitur largiſſimè,& iſtud eſt illud quod non eſt verum ſiue dicatur doloſè ſiue nõ.iſtud probatur per l.ſi is qui ducenta. §.virũ. ff.de rebus dubijs. Secundo modo dicitur falſum largè, ſcilicet omnis veritatis mutatio, quæ in ſe habet dolum: vt in dicta auth.de fide inſtrumento.& ſupra dictum eſt. Et hoc modo loquendo omnis ille qui dolum committit poteſt dici ꝙ falſum committat & hoc eſt verum quantum ad accuſationem de falſo. Tertio modo dicitur falſum ſtrictè quod incidit in aliquod capitulum.l.cor.vt d. l.quid ſit falſum. ex quo Barto.infert quòd non ex omni dolo nec ex qualibet deceptione quis incidit in falſum:vt puniatur d.l.cor.de fal.niſi in certis capitulis expreſſis.C. & ff.de fal.& tamen idem ſequitur Salic. in l.nec exemplum.C.de fal. quæ capitula enumerantur per Azo. circa princ.in ſumma de fal.in ij.quæſt.dic vt ibi per eum & per Sali.in l.j.C.de fal. Ex quo ſecundo loco etiam infert Barto.in d. l. quid ſit falſum. quia cùm ſtatuta debeant propriè intelligi,& non verba latiſſima vel larga:vt l.cõſtitutionibus.ff.ad municip.quod ſi ſtatuto cauetur quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

damnatus de falsitate non admittatur ad honores, intelligitur de condemnato de falsitate ex aliquo c. quod enumeratur in ff. & C. de fal. quod not. vnde si esset damnatus ex aliquo statuto, vel reformatione inducente falsitatem, non repellitur ab honoribus [a]. Et aduertendum q̃ consuetudo communis scribendi aliter quàm sit veritas rei excusat à falso [b] vt pone perusij est officium conseruatorum qui sunt tres numero quando duo faciunt aliquid est consuetudo q̃ licèt alius absens sit scribitur sub nomine omnium trium q̃ tamen propter talem consuetudinem excusatur scribens etiam scienter à falso: vt not. eleganter Bal. in c. obertus. in fi. j. col. de feu. da. in vicem legis cõmisso. & etiam in dicto loco ponit exẽplum, si cõsuetudo est q̃ notarius massariorum, licèt vltima die sui officij reperiantur solutiones ponat in alia die, q̃ propter dictam consuetudinem excusatur à falso. quod notat.

3 †Habeas tamen pro fundamento vero q̃ de falsitate quis puniri non potest nisi talis falsitas sit alicui nocitura: nam si alteri damnum non inferat licèt falsum commissum sit & dolosè, tamen talis falsitas non punietur: vt est text. cum glo. not. & ibi Cy. Bar. Bal. & Salic. in l. damus. C. de fal. quod nota perpetuo. [c] Sed q̃ dixi nisi noceat supple, vel nocere possit: quia tunc teneretur de falso. ita dicit Bald. per illum text. in l. si falsos. C. de fal. quod tamen limita: vt not. Salic. in l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. & statim dicam in sequenti. q. Ex quo Bart. in l. si quis legatum. in princ. in ver. hoc præmisso hæc l. & c. ff. de fal. quærit an notarius teneatur de falso quando suum instrumẽtum falsum est nullum ex defectu solennitatis & ibi concludit quandoq; instrumẽtum est nullum defectu ipsius instrumenti tunc si quidem est nullum ita q̃ ex eo nullũ præiudicium potest alteri parari: tunc de falso non punitur: vt d. l. si quis legatum. prout dicit de testamento non signato & allegat rationem quia notarius noluit cùm posset perficere: ergo non præsumitur: vt l. qui falsum. ff. de fal. Sed si ex hoc posset aliquod præiudicium parari, vt quia licèt non esset publicum esset tale quod peti posset, q̃ publicetur vel si procederet ad comparationem ad aliquod aliud. tunc talis notarius de tali instrumento punietur de falso: vt d. l. damus. cum glo. Et quod dixi de tali tabellione videtur sequi Bal. in l. j. C. de sepul. vio. Sed ibi Sali. aliter dicit & late distinguit. dic vt ibi per eum quia sua distinctio esset valde longa. Aduertas tamen ad vnũ quod dixit Angel. per illum text. in l. qui veluti. C. de fal.

4 q̃ † si quis manu sua scripserit schedulas in sui fauorem: nam licet dictæ scripturæ scribentibus non prosint: vt l. instrumenta. & l. exemplo. C. de probat. tamen si probari possit q̃ ista scriptura sit falsa qui scripsit eam tenetur de

d falso: [d] & pro hoc facit quia quãtum in eo fuit fecit quod potuit. arg. l. j. ff. de extraor. cri. ita dicit glo. Bar. & ibi Angel. in d. l. damus. quod nota ibi, & in l. pen. eo. titu. vide Salic. in d. l. j. C. de sepul. vio. hoc idem voluit Bart. in l. si quis legatum. in iij. col. ff. de fal.

ADNOTATIO. a ¶ Ab honoribus. Adde q̃ dictum Bar. sequitur Alex. in consi. lxxiij. in j. volu. & vide Pau. de Cast. in consi. ccvij. in j. impressis. Ber.

b ¶ A falso. Adde Alexand. in consi. lxx. j. volu. & Barba. in consilio xlvij. Ber.

c ¶ Not. perpetuo. Adde do. Alex. in consi. lxx. in j. volu.

d ¶ De falso. Adde & dic vt per Paul. de Cast. in consi. clj. & seq. incip. videtur dicendum q̃ dictus præsbyter. & per Bald. in consilio ccxxxj. in j. lib. & consi. ccxxiij. in iij. lib.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde inquãtùm supra tractatum est quid sit falsum. adde Barto. in consi. cxciij. & adde quod Salic. in rubric. C. de falsis. in hac materia approbauit dicta per ipsum in d. l. nec exemplum. & etiam Ange. in d. l. nec exemplum.

5 tripliciter distinguit quid est falsum. † Sed addatis q̃ inquantùm supra dictum est secundùm Barto. q̃ si per statutum fit mentio falsi, q̃ illud falsum largè non sumitur, sed stricto modo, q̃ contra istam doct. allego text. & ibi Bal. per illum text. in l. si non verum. C. de do. inter virum & vxorem. vbi Bal. dicit quòd cùm instrumentum simulatum largo modo dicatur falsum stante statuto, q̃ nulla exceptio possit opponi contra instrumentum: nisi exceptio falsitatis quòd isto casu exceptio simulationis poterit opponi: quia largo modo simulatio est falsitas. Sed dicatis veram esse sententiam Bar. & falsam illam Bal. per rationes Barto. in d. l. quid sit falsum. quibus Bal. non respondet. † Item inquantùm dictum est q̃ consuetudo excusat à falso: addatis non mirum quia consuetudo operatur etiam quòd locus loci sit de substantia instrumenti, aliàs instrumentum præsumitur falsum. Ita dixit Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo. non in lectura sed in repetitione dixi latè in l. iij. §. qui nunciet. ff. de oper. no. nuncia. Et ideo Bal. in l. j. C. de confessis. in xj. colum. dixit quòd generalis consuetudo excusat iudicem & notarium à falso. Et hoc dixit in illa. q. quam ponit de eo qui fuit tortus, postea notarius confitetur ipsum sponte confessum fuisse. Item inquantùm dictum est quòd falsitas committitur etiam si alicui damnum inferatur. adde q̃ ista quæstio potest etiam adaptari in teste deponente nulliter. de qua materia vide Ioan. And. in regula, non est sine culpa. extrà de regu. iur. in mercu. Et vide Bal. in l. fin. C. si ex falsis instru. qui dicit quòd si testis deponit nulliter, & nullum præiudicium paratur aduersario nec aliqua vtilitas adducitur illi qui produxit quod nihilominus punitur de falso. per l. iij. §. j. de falsis. sed possumus dicere quòd ibi Bald. loquitur de teste qui punitur ex eo quia offendit aures iudicis nos in notario qui cõficit instrumentum in camera. & vide Bal. in l. si post. C. de iuris & fact. igno. & vide Pau. de Cast. in consilio suo cxlix. incipiente in Christi nomine amen. videtur dicendum quòd dictus præsbyter veniat puniendus, qui dicit quòd vbi scriptura nullam fidem seu plenam seu iudiciũ facit quis non punitur de falso. allegat glo. quam dicit ordinа. in l. diuus. de falsis. & dicit ita tenere Bartol. in l. j. §. qui rationibus. ff. de falsis. Adde Bal. in l. iubemus. in fin. C. de testa. qui ponit materiam quando reperitur instrumentum notarij falsum quod nullum est. & Gandinum in tractatu maleficiorum sub rubrica de falsarijs. q. cxxj. qui latè disputat hoc & ibi mirabiliter loquitur. Adde tamen quæ dixit Cyn. multum eleganter in l. j. C. de sepul. vio.

7 † qui dicit quod licèt ex scriptura falsa vel instrumento vel dicto testis nullum præiudicium paretur alicui licèt pœna falsi regulariter puniri non debeat tamẽ pœna extraordinaria punietur crimine stellionatus: quã sententiam credo veram quia iura multùm contra istos falsarios laborant magis specialiter eos puniendo. quæ omnia nota. Adde Bal. in rubrica. C. de fide instrumẽ. qui ponit de illo qui falsificat literas alicuius & allegat l. Titio cùm esset. ff. ad municip. & hoc nota inquantũm d. Ange. hîc tetigit materiam quam tractat Angel. in l. qui veluti. C. ad leg. Falc. Et adde Bal. in l. si quis decurio. super verbo, priuatis. C. de fal. vbi colligitur quòd pro scriptura priuata falsa imponitur pœna falsi: & hoc etiam apparet in testamento in scriptis, quæ dicitur scriptura priuata: vt notatur in l. ij. ff. quemad. testa. aperi. & tamen scriptor tenetur de falso & apparet etiam in d. l. qui veluti. licèt ibi scriptura priuata contineret veram nominis mutationem: quia erat formata in personam eius qui nunquã scripserat: & omnino vide Ange. & Bar. in d. l. damus. & Bartol. in l. j. C. de sepul. vio. & doct. in d. l. diuus. & hæc omnia nota quia quotidiana sunt.

8 *Aduocatus procurator aut solicitator unius causæ aut unus depositarius scripturas unius partis alteri ostẽdens an ex sola ostensione incidat in falsum.*

9 *Lacerans, comburens, uel celans scienter scripturas publicas uel priuatas alteri spectantes ita quòd amplius non appareant: an incidat in falsum.*

10 *Aperiens & dissigillans literas alienas ut ostendat aduersario scribentis an incidat in falsum.*

8 Ange. † Quæro si aduocatus, vel procurator, siue solicitator vnius causæ vel etiam vnus depositarius scripturas vnius partis ostendat alteri parti an ex

a sola ostensione incidat in falsum [a]. dic q̃ sic. vt est text. & ibi Bar. in l. j. §. is qui deposit. ff. de fal. Ex quo Bart. in l. qui testamentum. eo. titu. refert q̃ ille qui aperuit literas priuatas alienas an incidat in falsum: nam aut ostendit aduersario scribentis & incidit in falsum aut ipse tantùm aperuit & solus legit nemini alteri ostendendo & tunc de falso non tenetur sed extra ordinem punitur: pro quo

9 allegat c. cùm olim magister. extrà de offic. leg. † Et bene aduertas q̃ scienter lacerans comburens vel celans, ita q̃ amplius non appareant scripturæ publicæ vel priuatæ quæ ad alium spectant incidit in falsum vt est casus. & ibi Bar. in l. paulus. ff. de fal. quod nota contra, aperientes literas alienas & omnibus ostendendo & lacerando. Incidit etiam in falsum qui etiam de literis do. Papæ aliquid amouit vel bullas vel aliorum dominorum sigillum vel plumbum: vt not. Bar. in d. l. paulus.

c notario vnam schedulam [c] falsam vt registraretur in actis & notarius bona fide registrauit: & ob hoc obtinuit sententiam an propter hoc possit de falso puniri & concludit quòd iste aut accusatur quòd fecit falsum instrumentum & hoc est verum: quia notarius cùm fecerit bona fide ipse non fecit falsum instrumẽtum: ergo nec ipsa pars fecit fieri: vt l. si is qui. §. te & Titium. ff. de fur. aut conuenitur quia obrepsit iudici quia virtute talis schedulæ falsæ obtinuit sententiam, & tunc tenetur de falso: vt d. l. si quis obrepserit. quod nota quia virtus consistit in modo

13 practicandi. † Nota tamen & tene menti quod quotidianum est in istis mercatoribus qui vulgariter dicuntur falliti quòd si aliquis coniunctus, vel amicus, vel quilibet qui etiam de conscientia & debitoris voluntate faciat, siue fingat se creditorem cùm non sit vel sibi solutum non esse asserat, cùm tamen in veritate sibi solutum esset quia tenetur pœna falsi: ratio quia hoc tendit ad damnum alio

d rum creditorum: [d] vt est tex. not. & glo. Salic. & ibi doct. in l. si creditor. C. de fal.

c ¶ Schedulam falsam. Adde & vide per Alexand. in consil. lxxiij. in j. volu. & consi. lxxvij. col. ij. circa princ. et in consi. lxx. col. ij. Bar. in consi. cxix. incip. tudertinus. Ber.

d ¶ Creditorum. adde tu Bald. in consi. ccxx. in iij. volu.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde q̃ Barto. in consil. suo incip. tudertinus quidam & est in ordine suo cxciiij. consuluit idem quod supra, scilicet de illo qui comparuit coram notario, & dicit vnà cum nuncio scribe tu notari: vt in ista schedula in tali relatione, & iste talis qui fecit scribere falsum notario existente in bona fide obtinuit sententiam. ibi disputat Bart. an notarius debeat puniri pœna falsi & in hac materia ad de quæ dixit do. Abb. post glo. in c. quanto. extrà de his quæ fiunt à præla. in fi. qui dixit q̃ ille text. cum glos. debet intelligi secundùm quòd multum eleganter dixit Barto. in l. si quis obrepserit. ff. de falsis. quia notarius scripsit secundùm quòd partes dicebant: nam instrumẽtum tunc nõ est falsum neq; partes possunt accusari de falso. Sed de obreptione quia offendat propter hoc aures iudicis. Et ideo dixit ibi Abb. substantia instrumenti fundatur super ipso notario per c. cum Ioannes. extra de fide instru. Et ideo dic vt ibi an isti puniantur tanquam falsarij. & etiam adde Bal. in l. iubemus. C. de testa. in fin. qui in effectu concludit. idem quod Bart. in l. si quis obrepserit. Et vltimò in hac materia tene menti d. l. si creditor. C. de fal. & ibi quam sequuntur omnes doct. de debitoribus qui volunt decipere creditores, vt incidant in falsum.

11 *Dictans scripturam & scienter aliquid omittens: si notarius bona fide scribat an dictans teneatur de falso instrumento.*

12 *Dans notario schedulam falsam: ut registretur in scriptis quam notarius bona fide registrauit si ob hoc sententiam reportet an possit de falso puniri.*

13 *Asserens se creditorem mercatoris falliti cùm non sit incidit in falsi crimen quia illud ad damnum aliorum tendit.*

11 Ange. † Quæro aliquis dictat aliquam scripturã & scienter aliquid omittit: notarius tamen bona fide scribit an dictans teneatur & de falso instrumento & Barto. in l. si quis obrepserit. versic. quæro cùm pars dictaret & c. ff. de fal. dicit quòd sic: quia delictum radicatum est in ipso dictatore, ergo ipse tenetur: vt l. præsbyteri. C. de episco. & cleri. facit l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. emptio. Quærit Bart. in d. l. si quis obrepserit.

12 in versicu. quæro de quæstione &c. † quid si pars dedit

14 *Procurator uel pars in causa ostendens iudici statuta uel reformationes correctas ut secundùm ea decidat causam: an incidat in falsum.*

14 Ange. † Quæro procurator vel pars in causa ostẽ

e dit iudici statuta vel reformationes correctas [e] vt secundùm ea decidat causam: an incidat in falsum, dic quod sic: vt est casus in l. fi. & ibi Bar. ff. de fal. q̃ perpetuo nota contra procuratorem qui ostendit iudici statuta aliqua reformatione sublata vt pro eo ferat sententiam quia tenetur de falso.

e ¶ Correctas. Adde tu de hoc & dic vt latè per Fely. in c. canonum statuta. extrà de constit.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quæ dixit Bald. in l. j. C. de institit. C. de confirmando qui dixit quòd verum est quòd ille qui allegat leges corruptas incidit in pœnam falsi. Sed ibi multum eleganter limitat istam materiam & dat aliam limitationem nisi allegaretur ex eo: quia illa causa per antiqua & vetera statuta debebat decidi, nisi per statuta noua hoc expressè esset vetitum: & ibi omnino vide eleganter Paul. de Castro limitantem prædicta.

15 *Verbum, produxit, intelligitur de actuali: non uerbali, & ideo si notarius*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribat produxit: & tamen productio fuit solum uerbalis incidit in falsum.

15 **Ange.** † Quæro in actis reperitur scriptum per notarium actorum q̃ Titius instrumentum sui mandati produxit: & in veritate realiter nõ produxit: sed allegauit verbo tãtùm: an incidat in falsum: dic quòd sic. quia nunquã notarius debet dicere quòd aliquid produxerit nisi sit vera, & non verbali productione: vt not. Bal. in l. fi. C. de eden. quod est notãdum contra notarios actorum.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd cum supportatione ista conclu. videtur falsa quia ad excusandum notarium à falso verba notarij intelliguntur etiam in actu ficto & non vero: vt est sentẽtia Bar. multùm elegans in l. prædia^a. ff. de acquiren. possessio. & Bal. in rubr. C. de contrahen. emp. Vnde illa verba posita in instrumento Titius enumerauit pecuniam possunt intelligi de numeratione ficta, scilicet de confessione de recepto. & istam partem credo veram.

a ADNOTATIO. a ¶In l. prædia. Adde & vide ibi nouisli. & in l. singularia. ff. si cert. pet. Bal. in consi. xxvij. in ij. volu. & quãdo sufficiat verbalis productio. vide Roma. in consi. cclxxvj. Ber.

16 *Notario damnato quia falsum commisit in arte notariæ: an iudex possit reseruare in sententia instrumentorum confectionem.*

17 *Notarius infamis etiam aliter quàm ex ministerio artis notariæ an possit exercere officium tabellionatus quod in se habet dignitatem.*

18 *Notarius infamis uel quia alius sit condemnatus de falso: an possit conficere alia instrumenta.*

16 **Ange.** † Quæro aliquis notarius damnatus est quia cõmisit falsum in arte notariæ an iudex possit sibi reseruare in sententia instrumentorum confectionem dic q̃ non: vt est glo. ordinaria in auth. de tabel. §. pen. secus autem si esset damnatus de falso ex alio quã in suæ artis ministerio vt not. docto. in l. ex militaribus. C. de testa. mili. & not. Barto. in l. non potest. ff. de fur. Ex quo Bar. in l. eadem. §. hac. l. ff. ad leg. Iul. repe. multùm late & in l. iij. §. item videamus. ff. de suspe. tu. quærit & in-
17 fert † q̃ notarius infamis etiam aliter quam ex ministerio artis notariæ non potest exercere officium tabellionatus quod habet in se dignitatem: vt l. ij. C. de digni. vt est esse cancellarius principis: vt l. j. C. de man. princ. & l. laudabile. C. de offic. diuer. iu. vel aliud officium sibi de publico iniunctum, vt quòd esset notarius ad banchum actorum: vt l. ij. §. miles. ff. de his qui no. infa. secus si à partibus assumatur vt de aliquo conficiat publicum instrumentum, quia dicitur munus publicum: ipse etiam dicitur seruus publicus quod munus infami non interdicitur: vt l. neq; infames. C. de decu. lib. x. coniuncta. j. fin. in princ. C. qui mili. non pos. lib. xij.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Cy. in l. & militibus. C. de testa. mili. qui dicit id quod do. Angel. supra dicit, tamen q̃ etiam ex causa iudex potest reseruare sibi confectionem instrumenti etiã si sit damnatus ex eo quia confecit instrumentum falsum per l. diuus. ff. de iniu. & istam q. vide ibi per Cyn. Bar. & Angel. idem voluit Ray. & Barto. in d. l. & militibus. & Ang. in l. & si seuerior. C. de his qui not. infa. & per Ray. & Barto. in l. si quis. in princ. testa. ff. de lega. iij. §. miles. licet aliter dicat Ange. in l. quid ergo. §. pe. in vlti. col. ff. de infa. & Oldra. & Bald. in d. l. & militibus. & Bal. Ang. & Fulg. & Paul. de Cast. in d. l. & militibus. Ro. vero ibi aliter dicit & Ange. in dicta l. & militibus. † Adde Bald. in
18 titu. de pace constan. in verbo, in criminalibus. an notarius infamis vel quia alias sit condemnatus de falso possit conficere alia instrumenta. adde Bald. in l. si quis decu. C. de fal. per illum tex. & Innoc. in c. fraternitatis. de hære. Bald. in l. j. C. de testa. Bald. in l. in exercendis. C. de fide instrumen. & in l. cassius. ff. de senа. & Bal. in l. ij. C. de sententijs. & Bald. in auth. habita. in x. col. C. ne filius pro patre. & Bald. in c. inter pares. de lege conradi. & per Spec. in titu. de instru. edit. §. instrumentum. versi. item opponi-

tur quòd tabellio. & in §. testis. versi. quid si tabellio. Ang. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. Bar. in l. ad testiũ.
b ff. de testib. de istis quæst. vide Bart. in consilio^b suo incipiente Ioannes Bal. in l. qui depositum. ff. de depos. Bal. in l. ij. C. de fide instrumen. Bald. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanc. eccle. per Iaco. de Bel. in auth. de tabellio. in princ. in vij. q. per Imol. in l. infamen. ff. de publi. iudi. & vide Pau. de Cast. in consi. ccvj. qui ponit etiam an vtilitas & infamia notarij vitiet instrumentum. & de materia per Pau. de Cast. consi. suo ccij.

b ¶Consi. suo. Adde quòd est numero clxxiiij. & consi. Pau. de Cast. est numero ccix.

19 *Testis accipiens pecuniam ut dicat testimonium etiam uerum, an incidat in falsum.*

20 *Testi dare palam pecuniam ut uerum dicat an liceat, & etiam in iudice.*

19 **Ange.** † Quæro aliquis accepit pecuniam vt di-
c cat testimonium etiam verum^c an incidat in falsum. dic q̃ sic: vt est text. & ibi Bart. in l. j. in princ. ff. de fal. quod nota contra dantes & recipientes pecunias pro ferendo testimonio.

c ¶Etiam verum. Adde q̃ testis tacens verũ punitur de falso. Cep. in consi. lxj. col. ij.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde dicta Barto. in l. præsbyteri. C. de epis. & cleri. & etiam vide ibi Moder. Adde tamen vnam mirabi-
20 lem limitationem † quòd si do pecuniam testi palam vt
d dicat veritatem, possum hoc facere idem in iudice^d. Mirabile dictum Bald. per bonas rationes in c. fi. extrà de appel. hæc nota nedum incognita domi. Angel. hic, sed etiã legistis & ita limito etiam Barto. in l. diuus. ff. de re iudic. qui idem dixit & Specu. in titu. de teste. §. j. versicu. quid si testes. licèt Innoc. teneat contrarium in c. licet. extrà de probat. & intellige hoc verum si pars sponte offerat pecuniam testi. secundùm Iacob. de Bel. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. j. & vide Bald. in d. l. præsbyteri. dicentẽ quòd qui celat veritatem tenetur pœna falsi, & istam cõclusionem credo verissimam per text. in auth. de fide instrumen. in principio.

d ¶Iudice, adde tu an iudex possit accipere pecuniam pro punitione alicuius qui verè sit culpabilis & puniendus ab inimicis illius. vide Pau. de Cast. consi. xvij. in secundo impressis. Ber.

21 *Testis dicens falsum cuius dictum non ualet: an incidat in falsum.*

21 **Ange.** † Quæro testis dicit falsum sed eius dictũ non valet an incidat in falsum. dicit Bartol. q̃ si suum dictum non valuit, quia non iurauit punitur de falso: vt notat Barto. in l. si quis obrepserit. ff. de fal. in versicu. iuxta hoc quæro, aliàs secus. dic vt ibi per eum de quo tamen vide Bal. in l. j. C. de sepul. vio. Sed Sali. ibi in fi. dicit latius dic vt ibi per eum.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde illas decisiones hic quas, suprà dixi in ista gl.
e in illa quæst. [an producens instrumentum falsum nullũ punitur pœna falsi:] & vltra suprà dicta adde^e Gandi. in tractatu maleficiis. sub rubr. de falsarijs. qui latè tractat istã quæstionem. & ibi dicit Gandi. quòd communis conclusio doct. est quòd testis non punitur pœna falsi: sed bene punitur crimine stellionatus hoc est pecuniariter dicit ipse: & dicit Alber. de Ros. in ij. parte statutorum. q. cxlv. vbi multa allegat pro & contra, & multos doct. allegat q̃ communiter vidit teneri quòd testis non punitur pœna falsi sed pœna extraordinaria. Idem dicit in tabellione cõficiente instrumentum falsum, aliàs nullum. & Ioã. And. in rgula, non est sine culpa in mercurialibus. extrà de regulis iuris. Bal. in l. data opera. in xij. colum. C. qui accusare. qui allegat glo. in c. ne quis arbitretur. xxij. q. ij. Bald. in l. præsbyteri. C. de epis. & cler. dum dicit, quòd falsum punitur crimine stellionatus. Bald. in l. iurisiuran. C. de

testi. in fi. & in rubri. si de inuesti. feu. controuer. fue. in fi. & Bal. in l. fi. C. si ex fal. instru.

e ¶Adde Gandi. adde tu vltra prædicta Fulgo. in consi. xcj. in fin. & quod dixit Alex. de notario conficiente iustrumentum nullum in consi. lxx. in j. volu. Ber.

22 *Statuto cauetur quòd inducens falsos testes incidat in falsum, an inducens unum testem tantùm incidat in falsum & in pœnam statuti.*

22 **Ange.** † Quæro vt plurimum statuto cauetur q̃ inducens falsos testes incidit in falsum si vnicum testem tantùm induxerit, an incidet in falsum & in pœnam statuti: & dic q̃ sic. vt not. Bal. in l. ij. §. si vnus. per illum tex. ff. vi bo. rap. quod est not.

a **Augusti.** Tu adde^a Bal. in l. j. ff. de procur. Bal. in l. gallus. §. j. ff. de lib. & posthu. & quod ipse not. in l. iubemus. §. penul. C. ad Trebel. & omnino vide Bald. in l. j. C. de condi. inse. adde Barto. in l. iij. §. j. ff. de negot. gest. & Alber. de Ros. in ij. parte statutorum. q. xxvj. & Gandi. in tractatu maleficiis. in rubric. de falsarijs & falsitatibus. Pet. de Anch. in c. j. de litis conteſt. Petr. de Anc. in c. relatũ. extrà de test. el ij. Bal. in l. diuus. §. diuus. ff. de peti. hære. glos. & Domi. de sancto Gemi. in c. pen. de restit. spo. in vj. faciunt nota. per ipsum in c. quamuis. de præben. in vj. Imol. in cle. ij. de rescrip. facit glos. in c. si compromissarius. de elect. in vj. Angel. in l. j. §. j. ff. de dolo. & in d. l. ij. ff. de neg. gest.

A ADNOTATIO a ¶Tu adde. vltra hic addita vide Fely. in c. humanum genus. j. dist. & ibi quando pluralitas resoluatur in singularitatem. & adde Card. in consi. cix. Bal. in consi. x. in v. volu. & an statutum loquens in singulari verificetur in plurali vel contra. vide Pau. de Cast. in consi. clxij. in nouiter impressis. Ber.

23 *Testis dicens unum in iudicio & aliud extra iudicium, an incidat in falsum.*

23 **Ange.** † An testis qui dicit vnum in iudicio & aliud dixerit extra iudiciũ, incidat in falsum Bart. in l. eos. in princ. ff. de fal. tenet q̃ sic per d. l. eos. ij. responso. Contrarium autem notat glo. fi. in c. causam. quæ de testib. & Spec. & Io. And. in titu. de teste. §. j. versi. q̃ si idem testis. & versi. sequen. Bal. in l. iurisiuran. & in l. fi. C. de testi. & est tex. contra Bar. & ibi Bal. in c. j. §. j. quid sit inuesti. & not. Flor. in l. qui falsa. ff. de testib. & istud com
b muniter tenetur quia primum dictum extra iudicium cũ non fuerit præstitum cum iuramento, non valuit: sed standum est secundo dicto in iudicio facto cum iuramento.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q̃ sententiam Bart. tenet do. Anto. de But. in c. cùm in tua. extrà de testib. & est text. quem ibi ponderat do. Cardi. ad hoc in c. per tuas. in princ. extrà de probatio. & do. Abbas in c. inquisitioni. §. iij. extrà de accusatio. & Pet. de Anch. in cle. iij. in fi. de testib. Sed contrariam^b partem tenet Angel. in consi. suo clxxxix. & Ange. in l. quidam tabularum. ff. de fur. & Ro. in l. qui bona. §. si quis sti pulatus. ff. de dam. infect. & Imol. in d. c. cùm causam. & Ang. in d. l. eos. & Bal. & do. Abb. in d. c. per tuas. ita consuluit Bal. in quodam consi. suo quod incipit licet accessores pos. Bar. & Bald. in l. nullum. in princ. C. de testib. Bal. in c. j. §. cùm autem. in fin. de controuersia inuesti. & Bal. in c. j. §. notandum. de notis feudorum istam partem credo veram nõ obst. c. per tuas. quia do. Abb. ibi optimè respondet: & vide Abba. in consi. suo lij.

b ¶Sed contrariam. Adde quòd Ang. in consi. ccxxiij. quòd licet debeat stari dicto secundo cum iuramento quòd tamen ei non tanta fides est adhibenda quantum si contrarium non dixisset extra iudicium. & ita resultat dictum Bar. in casu suo, scilicet in quo dictũ testis extra iudicium sit aliquod propter subiectam materiam, & quòd stetur secundo dicto iudiciali firmat Alex. in consi. lxxiiij. in iij. col. in j. volu. vbi dicit hanc esse magis communem opi. & Fran. de Aret. in consi. xiij. tamen dicit non decidere. quia dubium & opi. proximè relatam firmat Roma. in consi. ccccv. & Bal. consi. clxv. in v. vol. limita tamen communem cõstitutionem procedere nisi cum primo dicto testis concurrent aliæ coniecturæ. Ita Abb. in consi. lij. allegat Ant. de But. in c. cùm in tua. de testi. Et Inno. in c. præterea. de testib. cogen. & quòd quando præsumptio est pro primo quòd ei stetur, & non secundo, tenet Ro. in allegato consil. ccccv. per c. per tuas. & allegatum. & aliquid etiam vide per Cep. in consi. lxj. in fi. & per Tyndarum in suo eleganti tracta. de testibus variantibus. & Soci. in consi. ccliij. col. j. circa princ.

24 *Testis dicens falsum coram arbitrio uel arbitratore: an possit puniri de falso & per quem.*

25 *Iudex ex suo officio potest punire quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice, uel à parte, uel à notario, uel à teste, uel ab aduocato.*

24 **Ange.** † Quæro testis dixit falsum coram iudice arbitro vel arbitratore an possit puniri de falso & per quem vide Ang. in l. si vacantia. C. de bo. vocãt. lib. x. in versic. Sed tunc quæro, licèt possit iudex contra testem. & c. cum versic. seq. & concludo q̃ si iudex habet imperium potest ordinariam pœnam imponere vel extraordinariam: vt not. gl. in l. nullùm. C. de testi. si non habet imperium potest extraordinariam tantùm imponere nisi consulto principe: quia tunc etiam ordinariam imponet: vt l. pen. ff. de fal. nisi sit clericus testis q̃ tunc licèt gl. in d. l. nullum. velit q̃ etiam per iudicem laicum possit puniri: tamen ibi doct. dicunt contra per auth. statuimus. C. de epis. & cler. & c. si diligenti. de foro compet. Si autem coram arbitro vel arbitratore falsum deponat per eos puniri non potest, quia nõ habent imperium sed per iudicẽ competentem: vt l. fi. C. de testi. ibi aduersus eos reseruato & c. coniuncta glo. ita dicit Ang. in d. l. vacantia. versi. sed tunc dubitatur compromissum & c.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde q̃ de hac materia dicetur etiam. j. sequenti charta in illa quæst. quæ incipit quæro an quilibet iudex de falso commisso corã se possit puniri. & vide omnino Pet.
c de Anch. in consi. suo^c clxxij. & vide quæ dixit Bart. in l. diuus. ff. de fal. la ij. qui dicit q̃ ibi videtur esse tex. contra text. nullum. C. de testi. nam videtur probari in d. l. nullũ. q̃ omnis iudex coram quo talis falsitas est facta, potest punire testes illos. Sed text. in d. l. diuus. videtur velle q̃ tunc demum ille solus potest punire qui habet facultatẽ & autoritatem puniendi, aliàs debet remittere ad maiorẽ iudicem: & dicit Bart. istam partem text. in auth. de testibus. in ij. col. & sic Barto. videtur sibi contrarius his quæ dixit in d. l. nullum. Adde tamen in hac materia & vide Salice. in d. l. nullum. vbi multum eleganter loquitur. & dixit Barto. in l. si quis obrepserit. in fi. ff. de fal.
25 † quod quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice, vel à parte, vel à notario vel à teste, vel ab aduocato: tũc iudex ex suo officio poterit punire: vt l. athletas. §. j. ff. de his qui. not. infa. & per alia iura quæ ipse ibi allegat. Adde tamen dicta canonistarum in hac materia & vnam gl. in c. illi. v. q. v. & in terminis. Ant. de But. in c. verum. in viij. col. extrà de foro compe. & Bal. in l. si lis. C. de falsis. & quid in clerico deponente falsum coram laico. & per Inno. & doct. in c. ij. extrà de falsarijs. & per Inno. in c. dilectus filius. extrà de pœnis. & ibi per doct. & latè ponit Ange. vbi videtur saluare Barto. à contrarietate in l. quoties. in fin. C. de iudi. vbi multum eleganter loquitur qui videtur velle q̃ saltem extraordinarie potuerit semper puniri ille testis falsarius, qui falsum deposuit coram illo iudice, qui aliàs punire non potest criminaliter. & ita voluit Francis. de ramponibus, in l. iij. C. de condi. ob turpem cau. & hæc omnino bene nota quia sepe in practica veniunt.

c ¶Consilio suo. adde Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de competẽ. iudi. adi. vbi ponit de cremonense examinato ad instantiam potestatis per me. si dicit falsum à quo debeat puniri. Ber.

26 *Producens falsos testes an possit una cum eis eodem libello accusari & condemnari eodem iudicio.*

26 **Ange.** † Quæro an producens falsos testes possit vnà cum eis eodem libello accusari & condẽnari eodem iudicio: dic q̃ sic. vt l. j. & ibi Cy. C. si reus vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

accu.mor.fue.& est casus.& ibi Bart. hoc dicit in l.nihil. ff.de adulte. Scias tamen q̃ sententia lata de falso contra producentem falsos testes non nocet testibus: & econtra
2 lata contra testes nõ præiudicat producenti [a]: vt l.lucius. & ibi Bar.Bal.& Ang.ff.de infami.& not.Cy. & doct.in l.j.C.qui accu.non pos.& facit l.j. & quod ibi not. glo.& Sali.C.de fal.vnum etiam scias q̃ si quis testes suborna-uerit,vt falsum dicant,licèt postea eorum attestationibus non vtatur:tamen pœnam falsi non euitabit:vt colligitur ex l.si falsos.C.de fal.& hoc not.ibi Sali.in fi.

ADNOTATIO, a gProducenti. Adde Alex.in l.sepe.de re iudi.& Bal.in cõsi.xxxv.in v.vol.& in consi.lxxxix.in fi. in iij.vol.

Augusti. Item adde quæ dixit Bart. in l.hos accusare.§.j.ff.de accu. & ibi latissimè vltra omnes vide Ang.an in eodem libello pars & testes possunt accusari.& doct.in d.l.j.C.si reus vel accu. mor. fue.

Adde tamen quod Ange. in l.lucius.ff.de his qui not. infa.dicit q̃ si testes sciunt processum de falso agitari cũ parte tunc illa sententia nocet testibus. vide de materia Moder.in l.sepe.ff.de re iudi. & Bart. in l.ij.§.si publico. ff.de adul.in vlti.col.& doct.maximè Ant.de But.in c.ij. extrà de ordi.cogni.aliquid in c.ij.extrà de confessis. per do.Ant.de But.Bar.in l.si vteris.C.de fi.instr. Bal. in l.ij. C.de eden.qui allegat Inno.& Specu.in hac materia.

27 *Plures testes dicentes uaria & adinuicem discrepantes: an sint reducendi ad concordiam ne incidant in falsum.*
28 *Limitatio Pau.de Cast.l.ij.ff.ut quis eum qui in ius pro concordia testium uariantium.*

27 **Ange.** † Quid si sunt plures testes dicentes varia & adinuicem discrepantes: an sint reducendi ad concordiam ne incidant in falsum dic q̃ sic:sed non vt probent:vt e.cùm tu.de testi.& not.Bart. in l.in insulam. §.fructus.ff.solu.matri.& ibi Imol.& Bart.in l.ij.§.pe.ff.si cert.pet.& Bart.in l.si finita.§.si ante.ff.de dam. infect.& Ang.in l.qui sententiam.C.de pœn.Flor.in l. de etate.ff. de proba.Imol.in l.inter partes.ff.de re iudi.& per eundẽ latè in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.oblig.& Barto. in l.Labeo.§.quid si testis.ff. de supel. leg. quod intellige verum in pluribus testibus eiusdem partis: si autem sunt testes varij diuersarum partium statur dignioribus & plurib̃ numero:vt l.ob carmen.§.j.ff.de testi. & ibi glos. & Flo.Et prædicta procedunt quando plures testes eiusdẽ partis sunt inter se varij. Si autem vnus & idem testis sibiipsi sit contrarius vel varius: tunc non habent locum prædicta: imò vt falsarius punitur. ita singulariter dicit Bar.in d.l.eos.quid not. Item aduertas q̃ testes cum dicto partis nunquam reducuntur ad concordiam: vt in c. cùm contingat.& ibi Inno.de offic.deleg.& not. Bart.in d.l.j.ff.si cer.peta.Et aduertas: quia prædicta sunt vera in se secundùm ea quæ dixit Barto. in l. si quis intentione ambigua.ff.de iudi.vbi dicit hoc fore verum,nisi pars dicat ego intellexi & intelligo dictum meum:prout dicunt testes quod singulariter no.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde do. Anto.& Abb.in d.c.cùm tu.qui ponũt quãdo vnus testis contradicit sibiipsi.& per Iaco.de But.in l. optimam.C.de contrahen.& committen.stipu.& Iacob. de But.in l.cum ætate.ff.de proba.& Iacob.de Butr.in l. sed si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.& Bart.in l.j.in princ.ff.de oper.no.nuncia.& Bar.in l.j.in fin. C.de vsufru.& Specu.de notario crimine.§.fama.in fi.& gl. & do.Anto.de But.in c.in nostra.extra de testi.& contra ea quæ dixit Bar.in d.l.eos.in hac materia contrarium videtur tenere.ff.de minoribus.in l.de ætate.qui videtur tenere q̃ vnus & idem testis reducitur ad concordiam:etiam vt probet qui saluat testem deponentem Caium maiorẽ ex aspectu. Interrogatus quid est aspectus,nescivit respõdere.& idem Bal.in l.data opera.C.qui accus. in xvj.col. Nec aliter videtur sentire Spec.in d.§.fama. Et ita voluerunt quidam Moder.in d.c.cum tu.& idem Bal.in l.si defensor.ff.de interroga.actio. facit quod voluit Imol. in l. qui bona.§.si quis stipulatus.ff.de dam.infect.Si vnus testis contradicit alteri reducuntur ad concordiam vt periurium euitent:non autem vt probent secundùm Specu.& Ioan.And.in titu.de teste.§.iam de interrogatorijs.ver.in addi.incipiente hinc autem.& secundùm do.Ant.de Bu. & Abb.in d.c.cùm tu.sed q̃ imò etiam vt probent tenet Bar.in l.Gallus.§.ille casus.ff.de liber.& posthu. & Imo. in d.l.inter stipulãtem.§.j.& Bar.in l.in insulam.§.j.ff.Iolu.matri.sed cõcorda opi.secundùm do.Abb.in d.c.cum tu.distinguendo vtrum reducendo ad concordiam testes remaneant singulares,vel non.Quando autem plures cõtradicunt pluribus & sunt inæquales glos. videtur velle q̃ fiat concordia etiam vt probent:non tantùm vt euitent periurium. vt sentit glo.iiij.q.iij.§.si testes. & glos. in c.in nostra.extrà de testib.& ibi do. Anto. de But. & Abbas in d.c.cùm tu.& Imo. in d.l.inter stipulantem.§.j.dicens q̃ forte in practica seruaretur ista opin.propter autoritatẽ glo.& Inno.in c.cùm contingit. exrrà de offic. delega.& idem Imo.in d.cap.cùm tu.qui dicunt q̃ fit concordia vt euitent periurium,non vt probent : quia statur pluribus & digniorib̃ secundùm glos. in d.c.cùm contingat. & ibi Imo.in iij.col.& Barto.in d.l.j.ff.si cert.pet. & Barto. in d.§.ille casus.& Bald.in j.constit.C.§.quibus.& Bald. in d.l.in insulam.& Pau.de Cast.in d.l.ij.& Flo. in d.l.cũ de ætate. Quando autem sunt plures testes & æquales & discordant possunt reduci ad concordiam:vt probent secundùm do.Angel.in l.in ambigua.ff.de legi. & Bald.in rubr.C.si ex falsis instrumentis.in vlti.colum. sentit glos. in d.c.in nostra.& do.Anto.de But.in c.ex literis.in vlti. colum.extrà de sponsa.& Bal. & Imol. in d.c.cùm tu. & idem Abbas ibi,& Barto.in l.in exercendis in prima cõbinatione.C.de fide instru.& Bart.in d.l.ij.§.pen. & in d. l.Labeo.& in d.§.ille casus.& Bart.in d.l.in insulam. sed q̃ tamen concordentur: vt probent tenet Barto.in l.j.in fi.C.de vsufruc.& Bal.in auth.qui semel.in iiij.colum. de proba.& Flo.post Iaco.de Butr.in d.l.cum ætate. Secus dicens de iure canonico cum Barto.in d.l.inter stipulantem.& Iaco.but.in l.sed si possessori.§.sed si iurauero.ff.de iureiur.& Roma.in l.si finita.§.si autem plures.ff.de dam. infec.primam partem credo de iure veriorem & procedit quando testes producuntur ab eadem parte sine ab vtraque & varient testes vnius partis siue alterius:ita indistincte vult glo.in d.c.in nostra.& ibi Abb.in glo. in d.§.si testes,iiij.q.iij.& Imo.in d.c.cùm tu.& in d.§.j. licèt Anto. de But.teneat cõtrarium in d.c.cùm tu. licèt ergo fiat ista concordia inter testes vnius partis,non tamen fit inter dicta testium & confessionem partis:vt voluit Abb.in cap. cùm Ioannes.extrà de fide instrumen.in vlti. notabili. & Imo.& Abb.in d.c.cùm tu.Pau.de Cast. post Bar.in d.l. ij.§.pe.Inno.in c.cùm contingat.de offi.deleg.Flo.in d.l.
28 cùm de ætate.Bal.in d.j. constit.C. † Adde tamen hic vnam pulchram limitationem Paul. de Castr. in l.ij.ff.ne quis eum qui in ius voc.est vi exi.qui alleg. Bart.in quibusdam lecturis latè ibi.& idem videtur tenere Bal. post Cy.in l.cum falsa.in fi.C.de iur.& fact.igno. Salic.in l.cũ precum. C.de libe.cau.& hæc bene nota,quia singularia sunt & bene collecta. Adde hîc omnino quæ dixi in d. l.inter stipulantem.post Moder.ibi latissime videbis materiam.de hac materia per Pet.de Anch.in consi. suo cccIxxxvj.& ccclxxxix.& per Bar.in consi. suo cxj.incipiẽ. accusatio fuit instituta.in fi.& vide Rom.in singularibus secundi anni xlviij.quod incipit.si testes qui ad cõcordãdũ testes vt falsum euitent, dicit vnũ notabile exemplũ.

29 *Aurifex qui facit aurum uel argentum de minori liga quàm sit statutum uel ordinatum in sua ciuitate an incidat in falsum.*
30 *Expendens falsam monetam an teneatur crimine falsi.*

29 **Ange.** † Quæro an aurifex qui facit aurum vel
b argentum de minori [b] liga quam sit statutum: vel ordinatum in sua ciuitate incidat in falsum:dic quod sic.ita

30 sic,ita dicit Bart.in l. lege Cornelia. ff.de fal. † Quæro
c an ille qui expendit falsam monetam [c] teneatur crimine falsi.Barto.in d.l.lege.dicit quod aut expendit nummos plumbeos vel stagneos & incidit in falsum: vt d.l.alias.si aliter moneta sit falsa non incidit in falsum sed extraordinariè punitur:vt l.saccularij.circa prin. de extraordi.cri.

b gMinori liga.vide Oldr.in consi. lxxiiij. & ibi quòd ille qui facit de stagno argentum & ære aurum non peccat : nec debet puniri, & an obligans scienter æs pro auro teneatur de falso.

c gMonetam falsam. Adde quæ dicatur moneta falsa per Bald.in consi.xxxiiij.in v.volu. Et qualiter intelligatur statutum puniens falsificantem monetam,& qualiter intelligatur & de qua moneta quæ sit pœna, & an comprehendat vilissimam: vt sunt bagatini. vide per Alex.de Imol.in consi. ciiij. in j. volu. & Cepol. in consil. lxxviij.& ibi an maiori pœna puniatur falsificans monetam auream quàm alterius materiei.& de falsificante monetam vide Cu. in consi.cxxxviij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde q̃ licèt expendens falsam monetam incidat in illam pœnam de qua s.tamen adde q̃ ille expendens illam monetam falsam excusaretur si docet à quo habuit: nec est necesse secundùm Iac.But.q̃ doceat se habuisse à Titio vel Seio:sed sufficit q̃ doceat se ab alio habuisse per testes qui hoc viderint:licet non nominet per quem ita multum singulariter dixit Iac.de Bu.in l.maiorem. C.ad leg. Iul.de falsis.quam conclusionem multum singulariter limitat Ang.ibi si persona est honesta & bonæ famæ aliàs non. Namde facili quidam ignotus posset submitti,& tẽpore submissionis testes adhiberi: & pro hoc allega casum in l.inciuilem.C.de furtis.

31 *Vendens scienter eandem rem duobus an incidat in falsum.*

31 **Ange.** † Quæro an vendens sciẽter eandem rem duobus,incidat in falsum: dic q̃ sic : vt l.qui duobus.ff.de falsis.q̃ Bar.ibi intelligit strictè, quando in diuersis cõtractibus eandem rem duobus vendidit:secus si in diuersis cõtractibus eandem rem duobus donat, vel alio titulo quàm titulo per venditionem alienat:quia non pœna falsi,sed crimine stellionatus tenetur: vt l.iij. ff.de cri.stellio.quod est verum secundùm Bart.ibi si dixit verum:aliàs si interrogatus dixerit se non donasse vel non obligasse alicui parti prius & mentitur, tunc incidit in pœnam falsi,propter mendacium: vt l.si à debitore ff.de fal.& ideo Bar.ibi dicit aduertendum q̃ si in instrumento apposita sunt illa verba q̃ de dicta re nemini ius dedit q̃ præiudicium fieri posset, tunc si alteri etiam donauerit vel alio titulo quàm venditionis ius cesserit,tenetur pœna falsi:vt dicta l.si à debitore.quod not.

Augusti. Tu autem in hac materia inquantùm tractatur hic de eo qui vendidit rem duobus,an incidat in crimen falsi. Primò limita non habere locũ in eo qui vendit in casu.l.à diuo pio.§.si emptor. de re iud.& ita not.ibi Moder.scilicet de iudice vendente rem in executione sententiæ: quia si primus emptor qui offert præcium non soluit illud præcium,potest iudex sine pœna falsi vendere illam rem duobus, scilicet alteri secundo soluenti præcium:& hoc vt finis sit executioni rei iudicatæ:& quia iudex non potest vendere habita fide de præcio.Et ideo dicebant Odof.& Bal. in reportatis antiquis in l.venditor ex hæreditate.ff.de hæred. vel ac.ven. l.qui duobus.ff.de fal.non militat in illo qui vendidit secundo loco,quando primus emptor emit non habita fide de præcio,nec offerendo præcium:& ita voluit Bal. in c. si facta.sub rub.si de feu.fue. contro. inter do. & agna.& in l.quoties.C.de rei vendic. Item limitarem prædicta nisi ille qui vendit rem secundo emptori non tradidisset actualiter rem venditam,per doctrinam Bald.in c.j.§.aut si liuellario.quib.mod.feu.amit. & Bal. in c.j.§.fi.quæ sit pri.cau.benefi.amit.& in c.imperialẽ.de prohib. feu.alie. per Fede.qui dicit quod l.qui duobus. de fal. non habet locum in pignorãte rem duobus.& idem Bart.in l.si quis in pignore.§.j.ff.de pigno.actio.& hæc not.

32 *Ascribens sibi in testamento in scriptis uel nuncupatiuo, incidit quasi in falsum.*
33 *Hæres scribens totum testamentum manu sua, & se hæredem instituens, & postea dans notario qui eum legit coram testatore & testibus & fuit rogatus,an incidat hæres an illam pœnam.*
34 *Notarius quando non possit notarius esse in facto proprio.*
35 *Notarius licet non possit notarius esse in causa propria: tamen si testes adhibiti in instrumento affirmarent totum contentum in instrumento isto casu probarent omnia quæ in tali instrumento continetur.*

32 **Ange.** † Qui sibi in testamento in scriptis vel nũ-
a cupatiuo ascribit, incidit quasi in falsum [a]:vt l.j.§.& illa quoq̃.ff.de fal.& ibi Bar.quod autem dixi de testamento nuncupatiuo qualiter debeat intelligi: vide Salic.in l.j.C.de his qui sibi ascri.etiam si sit filius qui sibi ascribat dummodo in testamento patris sibi plus ascribat quàm esset portio quam habiturus esset ab intestato: vt not.Bar.in l.j.§.j.ff.de fal.& not.glo.& Sali.in filio & patrono in l.quanquam.C.de his qui sibi in testa. ascri. siue sit pater qui etiam ascribat pro filio in potestate etiam hodie in aduentitijs: vt not. Barto.in l.impuberem §.j.ff.de fal. secus autem si scriberet instrumentum vel in testamento alicui pro filio emancipato vel econtra filius emãcipatus pro parte,quia valet instrumentum , nec incidit in falsum:vt est text.& ibi Bart.in l.si pater. & in l. filius. in princ.ff.de fal.in prin.Et maritus potest scribere in alteri testamento vxori suæ & valet:vt l.ea lege.§.maritus. & ibi Bart.& not.Salic.in l.quæ in testamento. C. de his qui sibi ascri Sed filius potest esse rogatus de instrumento in vtilitatem matris & ascribens matri non incidit in
33 falsum:vt est text.& ibi Bar.in l.si pater.ff.de fal. † Quid autem si hæres scribat totum testamentum manu sua : & se hæredem instituat & postea dedit notario qui eum legit coram testatore & testibus & fuit rogatus,an incidat hæres in illam pœnam.Salic.in l.j.in fin. ff. de his qui sibi ascri.dicit q̃ non:quia hæredis scriptura non probat sed conficienda à tabellione.

ADNOTATIO, a gIn quasi falsum. Adde tu & vide Fran. de Aret.in consi.lxxxviij.vbi pulchre & an notarius possit de proprio contractu instrumentum facere, vide Bald. in consi. xliij.in j. volu.& intellige quod dicitur hoc non habere locum in eo qui sibi aliquid ascribit causa mercedis vel alia causa quam expressa in illis de his qui sibi ascribunt.ita consuluit Cu. in consi. lxxviij.vbi etiam tenet quòd ascribens in testamento nuncupatiuo non patitur penas à scribentis in testamento in scriptis:& an prædicta habeant locũ in clerico sibi ascribente:vide Barb.in consi.lxiij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia per prædicta videtur q̃ do. Ange. attingat illam difficultatem quòd filius potest esse rogatus de contractu facto in vtilitatem patris:& econtra quòd pater potest cõficere instrumentum in vtilitatem filij, & an quis vltimò potest conficere instrumentum in vtilitatem suam, dum attingit illam difficultatem quid si quis scripsit testamentum manu propria &c. De prima quæstione an pater potest esse rogatus de actu qui tendebat in vtilitate filij vel econtra: adde vltra dicta Bart. in l.si filius.ff.de fal. quod voluit Bal.in l.instrumenta.C.de probat. in consil.incip. filiusfa.notarius & præsbyter.per Spec.& Ioan.And.tit. de instru.ædi.§.instrumentum.versi.quid ergo. per Bart. in l.quod dicimus.ff.de auth. tut. in §. si pater. & Imo.in c.ex literis.extrà de transac.qui aliqualiter impugnat dicta Bar.in d.l.si pater.quem allegat do. Ange.hic & eum sequitur.& Moder.videntur approbare in l.sciendum.in princ.post Ro.ff.de ver.obli.& vide Salic.in l.quæ testamenta.C.de his qui sibi ascri.& do.Anto.in c.super eo.el ij.in fi.extra de testib. & ibi aliqualiter per Abba. & per Flori.in l.testis idoneus.ff.de testi.& per Ang. in l. quòd adhibitus. C.de his qui sibi ascri. & in materia ista vide latissimè vltra doct.per Ange.in l.j.C.de his qui ascri. & etiam per prædicta videtur q̃ quis in causa vbi consequitur commodum potest esse notarius. Et de materia, adde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ange.in d.l.j.& latissimè vltra doct. scripsi in d.l.scien-
34 dum.in repeti.mea.ff.de verb.obli. †Tene tamen men
ti singulare verbum q̃ licèt iura dicãt q̃ in facto proprio
notarius non potest esse notarius:hoc verum quando no
tarius immediatè tractat de sui commodo à principio cõ
fectionis instrumenti:quia tunc in causa propria non po
test instrumentum conficere,secus si mediatè: putà quia
fuit rogatus de quadam donatione facta Titio & succes-
sit Titio: quia tunc poterit releuari tale instrumentum:
hoc voluit singulariter Dy.per illũ text.in l. de eo.§.illud
35 constat.ff.de fal.& ibi Bar.†Scias tamen vnum mirabile
verbum q̃ licèt in causa propria quis non possit esse no-
tarius:& tamen illud instrumentum non facit fidem si in-
strumentum est factum:tamen si illi testes adhibiti in tali
instrumento dicerent & affirmarent totum id quod dicit
instrumentum.Tamen isto casu probarent omnia quę in
tali instrumento continentur, in hoc multa possunt alle-
gari.Sed expressius hæc colliguntur ex notabili doctrina
Sali.in l.j.C.de his qui sibi ascri.in testa.in fi.Adde tamen
vnum notabile verbum q̃ licèt ascribens sibi in testamen
to incidat in pœnam. l.Corneliæ. Tamen ad istam pœnã
euitandam est inductum remedium: vt ipse ascribens re-
pudiet legatum,& q̃ probet q̃ propter iuris ciuilis igno-
rantiã hoc fecit,q̃ ius iustè potuit ignorare. Ista sunt ver-
ba doct.maximè Sali.in l.senatus.circa med.C.de his qui
sibi ascri.in testa.Et tene menti q̃ Odof. tenuit istam sen
tentiam q̃ in testamento nũcupatiuo principaliter facto
coram testibus non militat illud ædictum de his qui sibi
ascribunt in testamento: quia cessat præsumptio fraudis
propter testes quod non est ita in testamento in scriptis:
& hoc voluit Spec. in titu. de instru. edi.§.instrumento.
versi.quid ergo si testator:quod limitat Dy. vt dixit Sali.
in d.l.j.C.de his quæ sibi ascri.& vide Sali.in d.l.j.qui di-
cit q̃ ad excusandum illum qui ascripsit sibi in testamen-
to duo testes sufficiunt qui erant præsentes quando testa
tor sibi legauit:secus ad petitionem legatarij:quia septem
testes requirerentur: & hoc bene not. Reliqua vide per
Azo.in summa.C.de his qui sibi ascri.

35 *Quilibet iudex an possit de falso coram se commisso punire.*

36 a Ange. †Quæro an quilibet iudex possit de falso
coram se commisso punire[a]: videtur q̃ sic: vt
l.nullum.C.de testi.& pro hoc est glo.ordi.in l.si lis.C.de
fal.sed Bar.in l.diuus.la ij.in fi.ff.de fal.tenet contrarium,
q̃ imò ille iudex potest de tali falsitate punire, qui aliàs
habet potestatem de tali falsitate puniendi & cognoscen
di:aliàs debet ad maiorem remittere iudicem. allegat in
auth.de testi.ij.col.& c.penul.& antepe.de pœ.per Inno.
sed Bal.in d.l.si lis.nititur concordare opi. licèt de Barto.
non faciat mentionem.de quo etiam not.Ange.in l.si va-
cantia.C.de bo.vac.sed communiter sunt statuta q̃ talia
delicta per iudicem maleficiorum puniantur: vbi autem
non esset statutum:ab opi. Bart. in practica non recedas:
quia glo.loquitur quando incidenter quęstio facti euenit
& non fuit principaliter.

A DNOTATIO. a ¶Punire,Adde & dic vt per Pet.de An-
cha.in consi.clxxij.& ibi vide specialia in crimine falsi.

Augusti. Tu autem in hac materia adde Ange.
in l.quoties.C.de iudi.qui latissimè loqui
tur in ista materia & facit mentionem in hac materia quo
modo Bar.reperitur contrarius: & tamen ibi videtur sal-
uare Bar.à contrarietate:& ibi concludit q̃ saltem extra-
ordinariè poterit ille iudex punire testem falsum deponẽ
tem,licèt aliàs ille iudex criminaliter non possit procede
re. Et in hac materia omnino vide additiones quas feci
ś.in hac eadem glo.in versic.subsequenter quærit hic do.
Ange.testis dixit falsum coram iudice vel arbitratore,an
poterit puniri de falso,& per quem : & ibi posui materiã
quid si clericus coram iudice ecclesiastico vel seculari,&
sic non suo iudice falsum deposuit, an poterit puniri de
falso.dic vt ibi dixi:& hic nota & vide Spec. in tit. de te-
ste.§.j.versi.quid de arbi.& versi.seq.& sequen. & Sali.in
l.si quis decurio.C.de falsis.

37 *Inquisitio uel accusatio de falso non exigit de necessitate locũ uel tempus cõ
missæ falsitatis: ex an locus iuramenti uel depositionis debeat poni in accusa
tione testis, qui falsum deposuit.*

37 Ange. †Et tene menti tu iudex inquirens de fal-
so vel etiam in accusatione non est necesse q̃
b apponas locum vel tempus commissæ falsitatis [b]licèt re-
gulariter in delictis debeant apponi:vt est glo.ordi.insti.
de publi.iud.circa princ.& not.Bal.in c.j.circa princ.qui.
mod.feu.amit. sed in teste qui iurauit in vno loco & in
alio falsum deposuit quis locus ponetur, in accusatione,
secundùm Barto.in l.damni.§.fabini.ff.de dam.infe.quia
depositio trahitur ad iuramentum,videtur quòd locus iu
ramenti debeat apponi. & vide Bald. C. de sacro sanct.
eccle.in l.ij.

b ¶Falsitatis.Adde tu quòd Bal.in consi.liiij.in iij.volu. voluit con-
trarium:& dicit Alex.in consi.lxxvij.in j.volu. quòd in occultis iu
dex debet esse pronior ad torturam.Ber.

Augusti. Tu in hac materia in accusatione fal-
si,vel inquisiti non,an sit necesse q̃ locus
apponatur.Adde q̃ illa glo.instit.de publi.iud.non vide-
tur dicere id ad quod allegatur:de qua glo.dixi suprà hęc
est quædam inquisitio.in verfic.illo vbi tractatur quę sint
necessaria pro substantia inquisitionis.Et adde in illa con
ditione an locus iuramenti vel depositionis testium de-
beat poni in libello falsitatis. aliqui allegant Barto. teti-
gisse istam quæstionem in l.j.ff.de bon. pos.ex testa.mili.
quam allegat etiam Ro.in l.damni.§.fabini. ff.de damno
infec.qui dicit quòd hoc reperitur in quibusdam lecturis
Bart.& pondera quod Bald. in d.l.ij.clarè in hac materia
non videtur aliquid affirmare.

38 *Falsi cognitio quinque modis fieri potest.*
39 *Falsi cognitio per multas & diuersas uias fieri potest.*

38 Ange. †Et de falso potest cognosci pluribus mo
dis:vt est glo.& ibi doct. in l.si ex falsis. C.de
transac.& not.plenè Imo.in l.diuus.de reg.iur. versi. ex-
tra glo.&c.& ibi vide latè per eum : & etiam est glos. &
ibi Salic.in l.quærela.C.de fal.in quibus dicitur q̃ quin-
que modis. Vno modo per accusationem, vt d.l.quære-
la.Secundo per actionem in factum:vt l.damus.eod.titu.
Tertio per modum exceptionis. Quarto per modum re-
plicationis:vt not.glo.in l.si ex falsis. & in dicta l. quære-
la.Quinto officio iudicis:vt l.sciant.C.de proba.& l.nul-
lum.C.de testi.

39 Augusti. †Tu autem in hac materia adde text.
& ibi doct.in c.lator.extrà de re iudic. &
vide Spec.in titu.de senten.§.fina. versic. in summa nota
q̃ sententia lata per falsos testes. qui dicit q̃ de falsitate
procedi potest per multas & diuersas vias inter quas
enumerat quòd etiam per quærelam falsi: per d.l.quære-
lam.& per actionem in factum allegat. Item vel secundũ
canones per iudicis officium quando ecclesia est læsa per
d.c.lator.extrà de re iud. Item prætextu falsi per in inte-
grum restitutionem:per d.l.diuus.ff.de re iudi.& ibi vide
Spec.in dicto versi.

40 *Cognitionem falsi fieri per uiam exceptionis, an sit uerum simpliciter & semper.*

40 c Ange. †Sed vnum nota in eo quod dixi,quia etiã
per modũ exceptionis[c] & replicationis potest
cognosci de falso,vtrum illud sit verũ simpliciter & sem
per,an sit opus primò impetrare restitutionem in integrũ
not.Cy.& vltramõ.in d.l.quærela.& ibi latè Salic.& not.
Bar.Ang.& Imo.in l.diuus.ff.de reg.iur.vt ibi.

c ¶Exceptionis.Adde tu an crimen obiectum per modũ exceptio-
nis possit puniri:vide Oldra.in consi.lxxvij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde glo.sin
gularem in l.qui agnatis. ff.de inofti.test.
latè

latè per Ioã.And.& doct. in c. cùm venerabilis. extrà de
exceptio.& in c.licèt causam.extrà de probat.Bal.& Iac.
But.in l.sub prætextu. C.de transac. & in l.si ex falsis.C.
eod.titu.& in l.fina.C.si ex fal.instrumen.Sed Moder.la-
tè posuerunt istam materiam dictæ l.diuus.ff. de re iudic.
vbi multa allegant: quia diuersæ opiniones fuerunt in
isto passu,vt ibi videre potestis.

41 *Quærela falsi usque ad quantum tempus duret.*

41 Ange. †Quæro vsq̃ ad quantum tempus duret
quærela falsi: dic q̃ vsq̃ ad xx. annos potest
de falso cognosci:vt d.l.quærela.& qd' ibi no. gl.& doct.

a Augusti. In hac materia[a], adde Specu. multùm
eleganter loquentem in titu.de senten.in
§.fi.in versi.nota q̃ secundùm canones & per canonistas.
in c.licèt causam.extrà de proba.

c tem debeat dari producenti[c] terminus ad deliberandum
an velit eo vti vel non. Aduerte quia Salic. in l.si falsos.
dicit q̃ hoc dictum Bar.non procederet nisi doceretur q̃
de falsitate foret instructus vel instrui noluit cum potuit.
Et scias quod do.Ant.de But.dicit in d.c.imputari.quòd
idem in testibus dicit limitando prædicta q̃ ista non pro-
cederent quando ille qui vtitur falsis testibus vel instru-
mento falso procurasset,ipse illam falsitatem faciendam.
allegat Bart.ita dixisse in dicta l.diuus. Adde tamẽ in hac
materia dicta Bal.in l.fina.C.si ex fal.instru. & Gandi. in
tracta.maleficio.sub rub.de falsarijs.in quæstione, an pro
ducens falsos testes cui denunciatur.

c ¶Producenti. Adde & vide Bald.in consi.lxviij.in v. vol. vbi si in-
terrogatus respondeat q̃ vult vti in pasibus & punctis pro eo fa-
cientibus & non aliter quòd debet intelligi q̃ nihil respondit.Ber.

42 *Falsum an ita committat ille qui utitur falso instrumento: sicut ille qui fabri
cauit uel dictauit.*
43 *Falsum an quis incidat in testibus si non uult uti illis.*
44 *Falsum an incidat Titius qui mecum utebatur uno instrumento cum prote-
statione quòd non uult eo uti si apparebit falsum: ego dixi quòd erat falsum
& assignaui causas falsitatis:postea quasi in fine causæ uult desistere.*

42 Ange. †Et scias q̃ ita cõmittit falsum qui vtitur
falso instrumento, sicut ille qui fabricauerit,
vel dictauerit,vel fieri fecerit : vt l.si falsos. C. de fal.sed
differentia est, quia ille fuit autor falsitatis abstinendo,
postea ab vsu non excusatur : quia falsitas fuit commissa
b in eius fabricatione. Sed vtens [b]simpliciter falso instru-
mento & postea abstinens releuatur ab ea pœna:vt dicta
l.si falsos.& ibi glo.& doct.& Salic.vbi etiam glo. & do-
cto.& Sali.ponunt qua pœna puniatur vtens falso instru
mento vel rescripto:& quàm primùm vtitur illis verbis,
videlicet q̃ non vult vti statim:tale instrumentum caret
viribus & effectu:vt C.de fide instru.l.si aduersarius.Sed
cautela est secundùm Bart.in d.l.diuus.ff.de fal. q̃ ad in-
stantiam partis statuatur terminus producenti an velit
vti dicto instrumẽto:& ita in testibus & attestationibus.
argu.l.mancipiorum.ff.de optio.lega. & l. Titia.ff.de ac-
cu.in quo termino debet respondere clarè & apertè. vbi
43 per Bar.& Sali. in d. l.si falsos. †Sed diligenter aduer-
tas:quia in testibus si non vult vti non incidit in falsum,
nisi posuerit aliquid falsum super quo petijt testes exami
nari tenetur eo ipso q̃ testes super dictis capitulis produ
xerit,licèt postea non velit vti dictis attestationibus, ta-
men incidit in falsum.ita vult subtiliter intelligendo Bar.
44 in l.si falsos.C.de fal,quod est not.dignum. †Sed pone
Titius vtebatur mecũ vno instrumẽto eũ protestatione,
q̃ nõ vult eo vti si apparebit falsum:ego idem dixi q̃ erat
falsum & assignaui causas falsitatis : postea quasi in fine
causæ vult desistere an excusetur de falso.hanc quæstio-
nem format Gand.in suo opere malefic.titu. de falsar. &
falsita.& concludit q̃ falsitatis pœnã non euitat: quia cer
tioratus & statim non desistens nõ caruit dolo:vt ff.de li-
be.exhi.l.iij.§.si is. Secus si probetur instrumentũ suspe-
ctũ tantum,non autem falsum , nisi producens dicto in-
strumento fidem astringat:vt C.de proba.l.iubemus.

b ¶Sed vtens simpliciter.Adde tu q̃ vtens instrumento debiti iam
soluti siue per se,siue per alium tenetur cri.stellio.ita Ro.in consi.
cv.& quòd vtens falso instrumento cum protestatione non tenea-
tur falsi.tenet Alex.in consi.lxxxix.in iij.vol.& vide Rap.Cuma.
consi.cxxxv.& Fulg.consi.clxxvij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia , adde q̃ do-
cto.mod.maximè do. Ant.in c.imputari.
extrà de fid.instru.circa fi.de verbo ad verbum.refert ver
ba Bart. quæ posuit in hac materia in dicta l.diuus.ff.de
fal.& in omnibus approbat & sequitur Bart. sed adde q̃
contra ista faciunt originalia verba Guid.de Suza.in au
then.si quis in aliquo.C.de eden.vbi dicit Io.And.in ad-
di.Spec.in titu.de instru.edi.§.videndũ restat. circa prin.
versi.quid si velis.& ibi Spec. hoc etiam voluit vbi dicit
q̃ producens instrumentum quod dicitur falsum debet
dicere:ego talis fateor tale instrumentum scriptũ etiam
manu talis notarij:& dico tale instrumentum verum esse
sed si apparebit esse falsum,tunc nolo eo vsus esse:& per
inde volo ac si eo vsus non fuissem: & dicunt ibi quod iu
uabit eum talis protestatio:si dicat aduersarius , certifica
me an velis eo vti,non tenetur aliter certificare. Adde q̃
idem vult Bal.in l.si aduersarius.C.de fide instru. licèt cõ
trarium tenuerit Lapus allega.cix.quæ incip. quæro po-
ne.Et aduerte quia licèt Bar.in dicta l. diuus. dicat q̃ fal-

d Augusti. Tu adde dicta doct. maximè Bald.&
Pau.de Cast.in c.si ex falsis[d]. C.de tran-
sac.glo.& doct.in l.ij.C.de vere.iu.enuc. Innoc. in c.fra-
ternitatis.extrà de hæreti.& ibi per doct.glo.iuncto text.
in l.ij.C.de fal.glo.ix.distin.in c.si ad sacras.Ioan.And.in
c.eccle.el ij.extrà de elect. Tancre. de corneto in opere
suo,rubr.vij.q.x.Vide omnino Sali.in dicta l.si ex falsis.
Bald. & Imol. in l.j.§.si quis.simpliciter post Ange.ff.de
verb.oblig.& ibi per Moder.vide docto.in c. quanto.de
his quæ fiunt à præla.sine consen.capitu. Oldra.in consi.
xxxvj.Gandi.in tracta.maleficio.sub rubri.de falsarijs.&
Spec.in titu.de instru.edi.§.instrumentum.versic. quid si
aliquid.limita per Archid.in c.si papa.de priuile. in vj. &
Inno.in c.cùm in iure.extrà de offic. deleg. limita secun-
dum Iaco.Butr.& Bal.in l.iubemus.C.de testa. in fin. &
Bal.eleganter in l.quãuis.C.de fideicom.liber.per Bal.in
l.nec exemplum.C.de fal.& in l.fina.de conueni. fisci de-
bi.libro x. & in l.fina.C.de edic.diui.in iij. oppos. Mo-
der.latè ponunt in dicta l.si ex falsis. & quid in teste, dic
vt ibi.

d ¶Si ex falsis.Adde quod Bal.in consi. xcvij. incipien. in quodam
instrumento. & ibi an si instrumentum contineat plura capitula
separata,& in vno est falsum ratione loci vel in tota substantia
ipsius, an vitietur. & vide Paul.de Castro,in consi.ccv.in nouis.&
quòd instrumentum continens plura capitula in vno falsum,sit in
omnibus falsum eum ex parte notarij causetur fallitas. vide do-
mi.Alexand.in consilio xliij.in iiij.volu.qui alleg. text. in cap.ad
scripturas.lxx.distinct. & idem voluit Bald. in allegato consilio
quid autem teste. vide Oldrad.consilio xxxvij. vbi quòd si est circa
substantialia in totum corruit, ex quo iuramentum est vni-
cum. Si verò sit falsitas circa extrinseca,solum vitiatur falsum,&
non verum: & ibi ponit an princeps possit facere quòd stetur di-
co testis deponentis partim verè, & partim falsè. Et qualiter tale
rescriptum intelligi debeat.Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 c Tabellio scripsit instrumentum super re illicita extra casus à iure permissos, an incidat in pœnam falsi.

46 **Ange.** †Quæro tabellio scripsit instrumentum super re illicita extra casus à iure permissos an incidat in pœnam falsi.not.Bar.in l.j. C.de pœ.ho.subla. lib.x.dic vt ibi per eum.

Augusti. Adde quòd cum illa decisione Barto. ibi transeunt omnes doctores: ibi ego aliter non me extendo: quia opinio Barto. approbatur ab omnibus,ibi,in ista materia.Adde Bald. in l.si post.C.de iuris & facti ignoran.

47 Tabellio in instrumento dicit & hoc pro centum quòd præcium totum dedit & numerauit &c. & testes in instrumento descripti dicunt quòd non est uerum quòd numerauerit:sed quòd uenditor tantùm confessus fuit habuisse:an instrumentum dicatur falsum,ita tabellio dicatur falsarius.

47 **Ange.** †Quæro tabellio in instrumento dicit: & hoc pro præcio centum quod præcium totũ dedit & numerauit &c.& testes in instrumento descripti dicunt ꝙ non est verum ꝙ numerauit,sed quòd venditor tantummodò fuit confessus habuisse, an instrumentum dicatur falsum,ita quòd tabellio sit falsarius:dic quòd nõ: quia illa verba habuit & recepit, possunt verificari ex actu ficto:videlicet per dictam confessionem, de qua testes deponunt: ita dicit per illum text.Barto.in l.prædia. ff.de acquir.possess.quod nota: quia semel habui de facto Bononiæ.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde ꝙ ista quæstio sepe accidit de facto: & vide ꝙ Barto.in hac materia videtur sibi contrarius:nam contrarium videtur dixisse in l.singularia.ff.si cert.peta. & contra Bart. in dicta l. prædia.expressè tenuit Ange. scilicet
2 ibi in dicta l.prædia.[a] qui dicit audacter teneas contrariũ, per glo.in l.si ex cautione.C.de non nu.pecu.vbi glo.decidit quòd notarius nunquam debet apponere hæc verba nisi videat verè pecuniam actualiter interuenisse in præsentia sui & testium:& idem videtur tenere glos.in l. si ex præcio.C.si cer.peta.Et respondent ad illum text. in d.l.prædia.quia loquitur in scriptura priuata. Et omnino in hac materia adde do. Anto.de But.& ibi omnino Moder.qui multum eleganter loquuntur in c. si cautio.extrà de fide instru.& Ro.reducit omnes ad concordiam in dicta l.prædia.& in dicto c. si cautio. & Moder. in dicta l. prædia.maximè Ro.multa allegant.

ADNOTATIO. a ¶In d.l.prædia. Adde tu ꝙ Moder.in d.l. prædia.communiter tenent contra Bart. & de hoc vide etiam per Alex.in consi.xxxv.in j.volu.& Bal.in consi.xxviij.in iij.volu.qui examinat dicta Bar.in d.l.prædia.& in l.singularia. ff.si cert.pet. & vide Pau.de Cast.in consi.cxij.in ij.impressis.Ber.

48 Statutum cauetur quòd falsans instrumenta puniatur pœna manus: aliquis falsificauit acta an incidat in statutum.

48 **Ange.** †Quid si statuto dicatur ꝙ falsificans instrumẽta incidat in pœnam manus,& aliquis
b falsificauit acta an incidat in statutum: dic ꝙ sic[b]: vt not. Bar.in l.fraudem.§.necꝙ.ff.de iure fisci.& sic appellatione instrumentorum continentur acta etiam in materia pœnali,quod not.Et aduerras quòd sicut ille qui committit falsitatem circa acta perdit causam: ita & qui committit falsitatem in causa: ita dicit Barto. in dicta l.in fraudem. §.quoties.

b ¶Quod sic. Adde Bal.in consi.cxxvij.in ij.volu. Et an appellatione actorum veniat sententia.vide Bal.quòd sic in cõsi.cccxxxviij. in j.volu.& an acta possint per testes probari.vide per Pau.de Ca. in consi.xj.in j.impressis. Petr.de Anch.consi.cclxxxvij.& omnes concludunt quòd sic:& an instrumentorum appellatione veniant acta:vide Pau.de Castr. in consi.ccxlvj. & consilio ccccxxvij.in ij. impressis,Ber.

Augusti. Tu in hac materia, adde ꝙ glo.in l.j.§. editiones. ff. de eden. videtur sentire ꝙ appellatione instrumentorum non continentur acta. Et ideo Bar.rectè ibi ponderauit in hac materia illam glo.ad hoc:quia Barto.ibi dicit illa glo.ponit ibi tanquam separata acta & instrumenta,ergo sunt diuersa.Sed Bar. in fi. approbat dicta per ipsum in hac materia in dicto §. necꝙ. in vlti.quæstio. Adde ꝙ hic caderent bene not. per Bart. in l.si quis obrepserit.ff.de fal. & per Bal. in l.fi.C.de pœ. iud.qui malè iudi. Adde text.contra Bart. in c.cùm olim. de rescript. vbi dicunt ꝙ falsificans literas absolutionis perdit causam:& ibi vide Imo.Et adde glo.in c.venerabilis.de religio.domi.& Bal.in l.testamenta.C.de testi. Ad quod contra Barto.tenet Iac.de Aret.vt refert Gandi.in tract.malefic.sub rubri.de falsarijs.in versi. sed pone statu to cauetur in ciuitate Paduæ.& approbat Alberi.de Rosa.in ij.parte statuto.q.xxxvj.ibi Gandi. dicit ꝙ licèt appellatione instrumentorum veniant acta: tamẽ statutum puniens facientem falsum instrumentum non comprehendit notarium falsificantem acta: & ideo pœna falsi de iure communi debet puniri.Subdit tamen Gandi.ꝙ cùm hodie deportatio,quæ est pœna falsi, non sit in vsu ꝙ bene faciet potestas punire notarium falsantem acta pœna statuti.Et aduerte quia dicit Gandi.bene faciet potestas: sed non cogit potestarem:ad hoc quinimo audiui aliàs à quodam doctore & vidi ꝙ aliàs Bald. consuluit contra Bar.& dicit ibi Bald.ꝙ Bart. non ponderauit dictum §. necꝙ.pro hac sententia bene faciunt dicta Pet. de Anch. in c.peruenit.de testib.& Salic.in l.j. ff. de fide instru. qui volunt ꝙ statuta punientia producentem falsum instrumentum,non comprehendat producentem falsos testes, licèt testes veniant appellatione instrumentorum. Et sic bene not.quæ sit pœna falsi cum hodie deportatio non sit in vsu:dicit Gandi.ibi si est statutum serua illud:quod statutum puniat delictum quòd cum deportatione punieba tur:sinautem non est statutum pœna erit arbitraria.Et ita videtur esse de mente Imo.in l.ij.ff.de publi.iudic.Quinimo dicit Gandi.quòd in notario est pœna manus de iure Lombardorum: & ita dicit quòd hodie nos obseruamus:sed Roma.in singu.primi anni. cccxij. quod incip. Pone quòd notarius scribat falsum instrumentum. qui dicit quòd est pœna ignis, si notarius scribat falsum instrumentum immunitatis, est etiam pœna manus si scribat instrumentum simulatum:& ibi bona iura allegat,ibi vide:sed Roma.in singu.secundi anni. xlvj.incip. Scis ꝙ relegati. dicit ꝙ in locum deportationis hodie successit decapitatio:sed sua conclusio est falsa per prædicta: licèt Ange.in l.iij.§.legis.ff.ad leg. Cornel. de sica.videtur innuere quod dixit Roma.ŝ.

49 Aduocatus recipiens salarium ab una parte uel cui pars reuelauit secreta sua causæ & ille patrocinium promisit si reuelat iura uel secreta partis alteri parti,incidit in falsum.

49 **Ange.** †Sis etiam cautus tu aduocate quòd si tu recipis salarium ab vna parte, vel etiam pars ipsa reuelauit tam secreta suæ causæ, & tu postea promisisti patrocinium,si tu alteri parti reuelas iura alterius par
c tis,& sua secreta incidis[c] in falsum.l. penul. ff. de postul. & not.Bar.in l.ij.ff.de preuari.

c ¶Incidis.Adde tu & vide Roma.in consi.cccbxxxiiij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia omnino adde Fulgo.in rubri.C.de procur. qui quærit ibi an titulus.ff.de præuari. habeat locum in procura. Et adde ea quæ dixit, suprà domi. Angel. & ego addidi in additio.meis in hac eadem glos.in versicu.quæro si aduocatus, procurator, vel solicitator vnius causæ. dic vt ibi scripsi.

50 Testis uacillans an ut falsarius puniri possit.

50 **Ange.** †Quid si testis vadit vacillando an vt fal-
d sarius possit puniri:dic quòd.sic[d]:vt est gl.j.q. iiij.in c.testimonium.& est tex.iiij.q.iiij.c.qui falso facit.l. qui falsa.ff.de testi.& ibi Flo.vnũ tamẽ tene menti in ista materia

materia ꝙ licèt accusator suam intentionem non probet, tamen reus non debet absolui.iuxta l.qui accusare. C. de
e eden.nisi reus suam purget innocentiam[e]:vt est text.in l. vbi.C.de falsis. Et idem in pluribus casibus in l.fallaciter.C.de aboli.Aduertas tamen ꝙ talis purgatio innocentiæ sufficit per iuramentum.ita dicit Pet.& Cy.in dicta l. vbi.quod nota.

d ¶Quòd sic,Adde circa hoc & dic vt per Alexã. in consi.xx.in iiij. volu.& ibi quid si testis dicat quòd ea quæ primò dixit sunt falsa.Ber.

e ¶Innocentiam.Adde tu pro hoc quod not. Roma. in consil.ccclj. vbi voluit quòd accusatus de crimine qui obtinuit tres sententias absolutorias,eo quia non probatur: debet tamen se purgationi subijcere:quia remansit suspectus allegat casum in cap.omnibus. xj.q.iiij.& vide in dictis consi.quæ sunt sufficientia ad inducẽdam purgationem.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia inquantum dictum est ꝙ in accusatione falsi si actor non probauit intentionem suam, tamen opus est ꝙ reus purget innocentiam. Adde quòd hoc est verum,vbi ipse actor aliquid probasset: puta licèt non plenè nec semiplenè:tamen aliquid verisimile probasset contra reum accusatum de falso: quia tunc reus saltem debet purgare id quod aliqualiter est probatum contra ipsum. Si autem nihil fuisset pœnitus probatum contra ipsum accusatum non est necesse ꝙ ipse reus se purget:sententia est Pet. & Ange.& Sali.post doct. in d. l.vbi. An autem fiat hodie de iure canonico purgatio per sacramentum,videnda essent not.in rubr.& in nigro.extrà de purg.cano.secũdùm Ang.& Sali.in d.l.vbi.

51 Notarius qui in actu aliquo de quo est rogatus non adhibuit debitam solennitatem an incidat in falsum.

51 **Ange.** †An autem notarius qui in acto aliquo
a de quo est rogatus non adhibuit debitam solennitatem[a] incidat in falsum: & videtur præsumptione iuris & de iure ꝙ sic:vt est tex.cum glo. notab. in l.iubemus.C.de testa.Sed Bar.in l.si librarius.ff.de re. iur.& in versi.sed contra hoc facit.dicit ꝙ est speciale in testamentis ꝙ non adhibens solẽnitates debitas incidat in falsum. & hunc intellectũ sequitur Bal.& Imo.in l.quoties. ff.de hære.instit.& sic in contrariũ est ius commune: vel dicit Bar.in d.l.si librarius.ꝙ in d.l.iubemus. non fuit solennitas seruata nec scripta,tunc notarius falsarius est: aliquãdo in actu seruauit solennitatẽ,sed postea non scripsit: & tunc de falso nõ punitur,sed errorẽ suũ corrigere poterit, iuxta ea quæ habentur in d.l.si librarius.quod no. Quando autem notarius errauit in aliquo de substantia ipsius instrumenti,an & quomodo possit corrigere & emendare.vide latè per Dy.& Bar.in d.l.si librarius.& no. Cy.in l.imperatores.ff.de sta.ho.& Bal.C.de no. co.confir.in fi. & Bar.Bal.& Ang.in d.l.imperatores.

ADNOTATIO. a ¶Solennitatem. Adde tu Io. de Ana. in consi.xxxij. quod notarius omittens aliquod necessarium ad validitatem instrumenti præsumitur falsarius,adeo quod non potest probari in contrarium allegat quæ habentur in l. actuarijs.C. de actua.lib.xij.& in l.iubemus.hic allega.& quãdo notarius plus vel minus scribit præsumatur falsarius vel potius pro errore. vide Raph.Cu.in consi.cxxxv.adde tamen ꝙ notarius præsumitur rogatus,apponere clausulas consuetas:vt latè tenet Alex. in consil. lxxxix.in ij.volu.& ibi etiam vide quando & quomodo notarius possit errorem suum corrigere,de quo etiam per eundem in consi. xxvij.& in consi.cv.in ij.vol.per Bald. in consi. cxxvij.in v.volu.& per Ang.in consi.ccxcj.& adde ꝙ licet notarius etiam rogatus nõ debeat conficere instrumentum de actu inutili: tamen si confecit cogitur illud in publicam formam redigere;ita dicit Ang.in consi. clxxxiiij.& an instrumentum reddatur suspectum ex eo ꝙ notarius solitus est errare in suis instrumentis vel facere instrumenta discordantia.vide Pau.de Cast.in consi.xix.& de princip. q. vide Barb. in consi.xxxvij.incip.præclarè scribitur in libro Iudicum. Et vltra prædicta an in notarijs præsumatur potius error quam falsitas:vide dominum meum Soci. in consi. xciiij. colum. iij.& ibi quando possit corrigere errorem suum.

Augusti. Tu autem in hac materia de notario omittente solennitatẽ debitã, an sit falsarius,materia est lata. Adde ꝙ ita cõmittitur falsum omittendo scribere verũ sicut exprimẽdo falsum.per text.in c. j.extrà de cri.falsi.& in l.præsbyter.C.de epis.& cle.Adde Bar.in l.si post.C.de iur.& fac.igno. qui dixit ꝙ testamentũ nõ solẽne habetur pro falso quantũ ad puniendũ tabellionẽ,nõ quo ad altàs: & quia hoc nõ reperitur iure cautũ.adde Bal.in l.si veritas.C.de fideiuss.& Bald. in l.fi. C.de ædi.di. Adria.in ver.sexto oppono.& Pet.de Anch. in cõsi.suo cclxxviij.inci. In Christi nomine tria principaliter &c.Et ibi dicit Pet.de Anc.ꝙ si notarius omittat scribere instrumentũ secundũ ordinẽ cõsuetũ,nõ per hoc est suspectus de falso.Nec obst.d.l.iubemus.quia dicit ꝙ loquitur de solennitate substãtiali omissa. Adde Bar.per illum tex.in l.nulli.C.de nu.& actu.lib.xij. Adde Bal.in l. iubemus.§.sanè.C.de sac.sanc.eccle. aliquid per Bald. in rub.C.de fide instru.in x.col. & in l.super chyrographis. C.si cer.pet.cõmunis sentẽtia doct. maximè mod. in l.iubemus.C.de testa.dicunt post Sali.ꝙ nisi in casibus à iure expressis notarius solennitatẽ omittens non punitur de falso,aliàs sic & optimè vide Moder. colligentes omnia in d.l.iubemus. Adde quæ dixi.ŝ.in hac ead.glo.in princ. in addi.quam feci ad dicta Bar.in d.l.quoties.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius qualiter puniatur.*
2 *Incendium dolo commissum qualiter puniatur.*
3 *Statuto dicente si quis incenderit domum,an comprehendatur capana.*
4 *Incendium lata culpa commissum qualiter puniatur.*
5 *Incendium leui culpa commissum qualiter puniatur.*
6 *Incendium negligentia commissum sine leuissima culpa qualiter puniatur.*
7 *Statutum puniens comburentem domum an comprehendat capanam.*
8 *Statuto dicente si quis combusserit domũ puniatur in tanta pœna an continebatur comburens paruam domum.*

1 
Incendiario. †Qualiter autẽ incendiarius punia
tur no. Bart. in l.iiij.ff.de offic.præfe.vigi. Cy.in l.data opera.C.qui accu.non pos.& ibi latius Bal.& Salic.& hoc quãdo crimi naliter agitur & punitur. Qualiter autẽ incendiarius ciuiliter teneatur.no.Sali.in l.quæ fortuitis. C.de pig.act.& in l.si vendita.de peri.& cõmo.rei vẽ.qui Bal.in effectu dicit aduertendũ esse ꝙ cõmittitur incendiũ dolo malo quandoq; quandoq; lata culpa quandoq; leui:item quandoq; committitur in ciuitate vel infra oppida quandoq; committitur in villa. †Quòd ad primũ
2 quando committitur dolo & in ciuitate vel oppido & delinquens siue incendiarius sit vilis persona & quod domus sit actualiter accensa,vel aliud ædificium,vel aceruũ frumenti positum iuxta domum:quia quod fit iuxta ædificium in ipso ædificio factum dicitur & ꝙ incendium sit magnum:& sic omnibus his copulatiuè concurrentibus, tunc incendiarius debet igne comburi:vt est tex.cum gl. in l.qui ædes.ff.de incen.rui.nau. Et est ratio quare igne comburat,quia incendium in ciuitate vel oppido mortẽ ignis multis præparat:& ideo incendiarius mortem quã alijs proparauit recipiat.argu. ff.de extraor.cri.l.sacularij in ratione sui.si autem omnia prædicta quatuor cõcurrunt:& incendiarius sit in aliquo gradu constitutus,tunc non concremabitur sed decapitabitur,vt est tex. in l.capitalium.§.nonnunquam.ff.de pœn.vel dic secundùm Bal. in d.l.data opera.quòd iudex arbitrabitur an eum decapitet,an furcis suspendat, an igne concremari faciat attenta delicti qualitate & personarum statu. argumen. not.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de insa.Si verò incendium fiat extra mœnia ciuitatis vel castrorum, & tunc aut incendium est magnum & dolo malo factum, & tunc etiam est pœna mortis, nisi delinquentis persona sit in tali dignitatis vel status gradu quòd vita deberet ei concedi ex benigna dispensatione: quia tunc debet deportari: vt l.fina.ff.de incen.rui.nauf. Et prædicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

procedunt quando dolo scienter & appensatè incendium immissum est: & semper præsumitur dolus si inimicitia præcesserit inter immittentem ignem & illum cui immittitur: vt est text. not. in l. capitalium. §. qui ob inimicitias. ff. de pœn. † Quid si statutum dicat si quis incenderit ædes vel domum, an comprehendatur qui incenderit capanam ad vsum hominis: dic q non: vt not. Bal. de fra. de not. benefi. inuest. c. ij. pro quo facit tex. in l. senatus. §. ma 3
ritus, ff. de leg. j. & quod no. Bar. in l. cetera. §. hoc senatus. eod. titu. † Secundo casu princ. quando incendium cō 4
mittitur lata culpa: & tunc secūdùm Iaco. pro magno incendio imponitur pœna corporalis, tamen mitior quam pro dolo: vt l. si fortuito. ff. de incen. rui. nau. & secundum eū speciale est. nam pœna mortis vel quasi mortis naturalis, vt cū membrum truncatur regulariter non imponitur nisi pro dolo: fallit secundū eundē nisi in incēdiario quod verū intelligitur in vili persona. Sed Bald. in l. data opera. dicit q forte. d. l. si fortuito. non cogit nos dicere de pœna mortis siue mēbri mutilatione: & ideo intelligēda de alia pœna corporali vel pecuniaria grauissima. ar. l. j. §. diuus. ff. de sica. vt iura iuribus cōcordentur, nā si lata culpa nō infamat: vt not. insti. de suspe. tu. §. suspectus. ergo multominus inducit pœnam mortis vel mutilationis membri, quia iudicio meo ista æquiparantur: vt est tex. in auth. de colla. §. & hoc prohibemus. Intelligit tamē Bal. q semper per incendiariū etiā lata culpa tantū damnū debeat etiam ex eadē instantia inquisitionis vel accusationis refarciri: quia ciuilis & criminalis veniunt eadē. l. ideo non sunt necessarij duo processus: vt l. qui ædes. ff. de incen. rui. nauf. 5
† Tertio casu princ. qñ incendium fit leui culpa tantū dicit Cy. in l. data opera. q isto casu nulla pœna criminaliter punitur: sed bene punietur in dāni emendatione tantū: si tamen damnū emēdare non potest luit in corpus: vt d. l. qui ædes. vnde ex leui culpa nō oritur duplex via agē di: videlicet ciuiliter & criminaliter: sed vna tantū, scilicet ciuilis. & idem not. Cy. in l. si quis nō dicam rapere. C. de epis. & cle. Ex quo sequitur q pro leui culpa nō pōt procedi per inquisitionē: quia respub. non reputatur offensa, nec eius interest: quia iudex inquirere nō potest ad priuatorū cōmodū: vt no. per Inno. in c. ad nostrā. de iureiu. Et ex hoc multæ inquisitiones possent impugnari: quia si cōstat & dolū & latam culpā abesse secundū Cy. accusatio vel inquisitio formari non potest. pro quo facit. l. j. in fi. ff. de arbi. & l. igitur. §. fi. ff. de libe. caus. Sed Bald. in d. l. data opera. in versi. nunc de tertio qñ incendiū &c. dicit q contra Cy. videtur casus in d. l. si fortuito. vbi punitur criminaliter ex culpa dolo proxima, ista est lata culpa. Itē punitur culpa proxima latæ culpæ, ista est leuis culpa: ita dicit tex. in d. l. si fortuitis. Non obst. d. l. qui ædes. quia loquitur ibi de culpa leuissima: dicit enim si non casu: vnde ibi loquitur de culpa quæ est proxima casui fortuitio. s. de culpa leuissima quæ nō punit criminaliter: vel dicit Bal. aut leuis culpa est in faciēdo & punitur criminaliter: aut negligendo, & nō punitur criminaliter: nā est grauior culpa facere quā omittere: vt ff. de vsufr. l. si eius. §. de præterítis. sed Bar. vult q etiā ex leui culpa quis puniatur criminaliter. alleg. l. respiciendū. §. delinquūt. ff. de pœ. sed secundū Bal. in d. l. data opera. ibi loquitur de lata culpa cū quis delinquit propter ebrietatem: nā lata culpa est propter ebrietatē delinquere: & sic nō loquitur ibi de leui culpa: vnde dicit q d. §. nihil facit: ad hoc alleg. l. omne delictū. §. pœ. ff. de re mili. nimia ergo ebrietas delictum attenuat: non autē in totū tollit, sed parua ebrietas delictū nō minuit: & allegat exemplum in diuina scriptura qñ filiæ Loth eum vna inebriauerūt. & tex. ibi nō dicit culpa &c. sed dicit impetu. i. nō appensatè & deliberatè, sed subito motu: nā istud est minus delictū quā si esset appensatè cōmissum: vnde dicūt q. §. delinquūt. loquitur in tribus casibus, scilicet in dolo præmeditato, & maiori in dolo non præmeditato & in minori, & in casu fortuito: & sic nulla culpa: & sic nō facit pro Bar. sed dicit q pro Bar. facit d. l. si fortuito. sed pro Cy. alleg. vbi lex loquitur in pœna figit pedē in dolo & lata culpa: vt l. j. §. non autē. & ibi Bar. ff. si quis testa. lib esse. iust. fue. Sed potest respōderi secundùm Bal. ibi q edictū prætoris ibi requirit dolum: & ideo culpa dolo remota vel leuis culpa nō continetur: sed vbi lex simpliciter punit factū nec facit doli mentionē, tūc punitur culpa nisi sit leuissima quæ criminaliter nō punitur & dicit q hoc est verū q leuis culpa punitur pœna pecuniaria non autē capitali: vt l. in lege. ff. de sica. quia nulla culpa leuis est crimen capitale: & sic in effectu tenet opinio. Bar. q etiā ex leui culpa possit inquiri & damnari: licèt nō corporaliter sed pœna pecuniaria quod not. & idē dixi s. in glo. super ver. sciēter dolosè &c. in versi. aduertas tamē q Bart. &c. Ex quo potest inferri ad incendiariū q ipse ex culpa etiā leui potest per iudicē criminaliter dānari ad pœnā pecuniariā applicandā fisco, & ad emendā dānum passo. † Quarto casu qñ incendium est immissum 6
negligētia, siue culpa etiā leuissima, tūc isto casu nō loquitur Cy. nec Bal. in d. l. data opera. Sed ego vidi vnū consi. Sali. quod incip. Saluatoris nomine inuocato ad quæstionē propositā &c. vult q quis teneatur ex leuissima culpa nō aliquā pœnā, sed tantūmodo ad damni emendationē. alleg. l. capitaliū. §. qui ob inimicitias. ibi, ex negligētia eorū &c. ff. de pœ. & sic punit negligentiam, ergo leuissimā culpam. pro hoc facit. l. iij. §. j. & quod ibi not. ff. de offic. præfe. vigi. & in l. si vēdita. ff. de peri. & commo. rei vend. ibi, si seruorum negligentia &c. & ibi, negligentiam &c.

Augusti. Tu autē in hac materia adde de pœna incēdiarij q tex. in l. j. ff. ad le. Cor. de sica. in prin. voluit q etiā pœna leg. Cor. de sicar. teneatur quę est pœna capitis ille qui dolo malo fecit incendium sicut tenetur etiam pœnā ignis: vt voluit text. in l. qui ædes. ff. de incē. rui. nau. & ideo glo. in dicta l. qui ædes. dicit tenere leg. Cor. de sicar. Bart. tamen ibi in d. l. qui ædes. & ibi Ang. approbant in hac materia dicta Cyn. quæ posuit in hac materia in d. l. data opera. licèt Bart. in l. iij. ff. de offic. præfe. vig. videatur approbare Dy. Iac. de Are. in hac materia. Adde tamen in hac materia glo. in c. cùm deuotissimam. xij. q. fi. in versi. incendium. quæ dixit q alia est pœna iuris canonici: quia incendiarius est ipso iure excōmunicatus, nec prius absoluitur quam satisfaciat & iuret q nunquā amplius talia faciet: hoc probatur in c. si quis mēbrorum. xxiij. q. viij. c. si quis membrum. & si talis incendiarius fuerit denunciatus excōmunicatus, nemo potest ipsum absoluere nisi papa: vt in c. tua. extrà de sen. exc. dicit tamen illa glo. q secundùm ll. puniuntur per l. capitalium. §. nunnunquam. ff. de pœ. vbi dicitur q si quis intra oppidū vel propter inimicitias vel præde causa cōbusserit igne cremetur: sed si villā combusserit leuius punitur per l. qui ædes. ff. de incen. rui. nau. & subdit illa glo. q nō reperitur q incendiarius sit ipso iure excōmunicatus, nisi sit incēdiarius ecclesiæ: de qua. q. vltra illā gl. in hac vltima cōclusione: vide Io. And. in c. cōquestus. extrà de for. compe. in vlti. gl. & per Ant. de But. & Abb. in c. tua nos. extrà de sen. excom. & not. in c. conquesti. eo. tit. Et de materia ista latè per Host. in sum. in tit. de rap. sub rub. de incendiarijs. §. & qua pœna. quèm alleg. Io. And. in d. c. tua nos. vbi Host. latè distinguit: & vide not. in d. c. in literis. extrà de rapto. Et adde glo. xxij. q. fi. c. pessimam. in glo. quæ incip. damno. quæ dicit quòd pœna canonica incendiariorum practicatur in c. si quis domum. extrà de iniur. & dam. dat. Et pondera glos. in dicto c. si quis pessimam. quæ disputat an episcopi vel archiepiscopi possint consulere de interficiendo incendiarios. Et breuiter illa glos. dicit quòd iuxta legis tenorem incendiarij variè plectuntur, si sunt incendiarij spontanei, vel cum nouissimo infortunio notatur vel deportantur vel alio modo fortè puniuntur: postea glo. ibi videtur distinguere, aut est nobilis vel ignobilis: quia si nobilis, capite nō punitur: si ignobilis, supponitur bestijs bonis proscriptis: & hoc quando dolo incendium fuit factum: aliàs sufficit damna restituere: vt l. qui ædes. ff. de incen. rui. nau. Adde, quæ dixit do. Anto. de But. in c. tua nos. extrà de sen. excom. in j. colū.

qui dicit

qui dicit q tex. in l. capitalium. §. nonnunquā. ff. de pœn. vult q incēdiarij capite puniūtur debet intelligi ille text. secundùm doct. quando incendiarij sunt dolosi: sed quando sunt in culpa, puniuntur ciuiliter, id est tenentur leg. Aquil. & in d. c. tua nos. ibi doct. disputant an incendiarij ecclesiarum vel aliorum locorū sint ipso iure excōmunicati, & quis possit ipsos absoluere, & an papa vel legatus vel epūs possit ipsos absoluere: vide ibi omnino do. Abb.

Item in hac materia adde glo. in l. si mora. ff. solu. matr. quæ inducí potest q licet leuissima culpa veniat, in leg. Aquil. l. in lege Aquil. ff. ad leg. Aquí. tñ hoc verū si est in faciendo: secus si negligendo: pro qua conclusione vide tex. aureū secundùm doc. in l. si auus. §. de præteritis. verdenicq. ff. de vsufru. & Bar. ibi dicit q ille text. glos. totum tit. ff. ad leg. Aquil. & Ro. allegat illū text. pro singulari in l. diuus. ff. ad Silla. & Imo. in l. fluminum. §. quanquam. ff. de dam. infect. & no. Bar. & alij in l. qui bona. §. cùm inter. ff. de dam. infec. licet Ro. in d. l. mora. & in l. cùm quis. ff. de dolo. limitent illum tex. & ideo dato q per prædicta possimus inferre ad materiam nostram q si aliquis cōduxit domum quæ incendio sit combusta vt ipse cōductor non teneatur in dubio. Nam licet dicatur incendiū præsumi ortū culpa inhabitantium. l. si vendita. in prin. ff. de peri. & commo. rei ven. l. nam salutem. §. cognoscit. ver. & quia plerunq. ff. de offi. præfe. vigi. tamē in dubio illa culpa præsumitur leuissima. glo. est valde notabilis in §. præterea. insti. quib. mod. re contrahi. obli. glo. in versic. vnde furtum. quā pro singulari allegat Sali. in l. quæ fortuitis. in vlti. col. ver. vnum. tamen singulariter est notandum. C. de pig. act. cùm ergo conductor non teneatur de leuissima, sed de leui. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cōmod. cum ibi plene not. & insti. loca. §. pe. Ideo non videtur teneri de incendio, nisi expressè appareat de dolo suo, vel lata culpa, vel leui: & si obijciatur q talis culpa licet præsumatur leuissima, tamen potest puniri leg. Aquil. d. l. in lege. Potest respondere q & culpa leuissima incendij præsumitur in non faciendo: vt sentit glo. in d. §. præterea. & videtur tex. in l. qui ædes. in versi. negligant. ff. de incen. rui. nau. qui tex. intelligitur de leuissima, vt not. Bal. in d. l. data opera. in prin. iiij. col. C. qui accu. non pos. Cùm ergo sit leuissima culpa in non faciendo non venit in leg. Aquil. per s. dicta, & hæc tene mēti: & hæc adde ad ea quę superius dicta sunt. Adde tamē quæ dicam nunc j. in prox. addi. mea, in leq. q. vbi examinabo istū passum etiā qñ conductor tenetur de incēdio: & vide Pet. de Anch. in cō 7
si. suo cccxlix. † Item adde inquantùm dictū est q si statutum punit cōburentem domū non comprehendit illū qui comburit campanā. & ad hoc adde vna glo. insti. de rer. diui. in §. cū in tuo. in ver. appellatione. Addatis tamē q contra iltam decisionē in terminis allego Ang. in l. j. ff. de tig. iniun. qui dicit q appellatione domus venit cāpana etiam in statutis: & ideo ipse infert q statutum in domibus habet locū in cāpanis: & ideo dicit q sicut domus constructa de alieno tigno non potest destrui ita nec cāpana constructa de alieno tigno. Nec obst. illa glo. in d. §. si quis in suo. quia Ang. ibi respondet. Sed aduerte quia pro prima conclusione faciunt ea quæ dicunt doct. in l. certa. §. marcellus. ff. de leg. j. qui dicunt q si statuto cauetur si quis domum comburit puniatur tanta pœna. † Ta- 8
men si quis comburit vnam paruā domum non incidit in illā pœnā statuti: pro qua conclusione faciunt quæ dicūt canonistæ in summis, q licet res ecclesiæ non possint aliena ri sine solennitate. de qua in auth. si quis porrectum. C. de sacr. sanc. eccle. & in c. sine exceptione. xij. q. ij. tamen fallit in re parua seu minima in cuius alienatione nō est necessaria tanta solennitas: vt est tex. valde not. in c. terrulas. xij. q. ij. & posset etiam pro hac parte allegari id quod dixit Bal. in l. ij prædium. C. de edil. edic. vbi dicit statutū puniens inferentem vulnus non vendicat sibi locum in faciente vulnusculum: per l. qui clauum. §. fin. ff. de euic. Adde tamen vt dixi contra iltam decisionem videtur decisio Ang. in d. l. j. ff. de tig. iniū. & in terminis allego Bal. in l. j. §. de executoribus. ff. nau. cau. stab. per illum tex. in ver. lintearijs. cum glos. qui dixit q stante statuto si quis comburit domum incidat in tantam pœnam habebit locum etiam in eo qui comburit domum paruam. Nec obstat quod dicitur q solennitas alienationis in re ecclesiastica non militat in re parua alienata: quia de directo est in contrarium tex. in c. casellas vel mancipiola. xij. q. ij. nam casa reperitur in iure. l. si areæ. vsus fructus. ff. de vsufru. ibi, me posse casam ædificare. nam casella est diminutiuum casæ: ergo dispositio in domo militat in domuncula. de qua tamen materia an illa solennitas ecclesiæ in alienando requiratur in re parua vel minima vltra s. allega. vide per Io. And. in regu. qui tacet. in mercu. Et not. Ange. in auth. de alie. & emphy. & §. hoc etiam. in fin. & per glo. in c. vt super. extrà de reb. eccl. non alie. & ibi Ant. de Butr. & Imo. per Pet. de Anch. in consi. cxvj. & Io. An. in addi. Spec. in rub. de reb. eccl. non alie. in fi. & Feder. de Sen. in consi. lj. tex. & Abb. in c. continebatur. de his quæ fiunt à præla. si. consen. cap. Si quis tamen vellet tenere contrariā partem quę fortè est verior cum loquamur in pœnalibus possumus respondere ad illum tex. in l. j. ff. nau. cau. sta. super quo Bal. se fundat, quia ibi quò ad terminos illius edicti vtroq casu erat eadem ratio: secus in q. nostra. vide quæ latè dixi in d. §. marcellus.

9 *Incendium quando casu fortuito incœpit in una domo & uicinas combussit an dominus primæ domus teneatur alijs ad emendationem.*
10 *Incendium cuius causa fuit paterfamilias quomodo punitur.*
11 *Incendium cuius causa fuit habitare, non tamen dominus neque paterfamilias quomodo puniatur.*
12 *Incendium quando dubitatur à quo fuerit immissum quomodo puniatur.*
13 *Incendij culpam apud se non fuisse, quomodo probabitur inhabitates domum ubi ignis fuit.*
14 *Statuto dicente quòd damnum datum per incendium debeat emendari quomodo emendabitur.*

9 **Ange.** † Cuius rei gratia quoniam vt plurimum incendium cōmittitur ex negligentia non cu
a stodientis a bene ignem, & sic ignis incipit in vna domo & alias vicinas comburit an dominus domus in qua incē dium habuit exordium teneatur ad emendationem domorum vicini. Sali. in d. consil. & in d. l. quæ fortuitis. C. de pig. actio. sic dicit, aut incendium fit casu fortuito, & dicitur factum casu fortuito quando est factum taliter q præuideri non potuit: & sic culpæ non ascribitur: vt d. l. quæ fortuitis. Et sic vt dicatur factum casu fortuito oportet quòd sit factum à latronibus vel ab hostibus: vt ff. pro soc. l. cum duobus. §. damna. vel etiam subita vis ventorum ignem longius produxit: vt fit sepe quando quis incendium mittit in stipulas pro seminando: & ille qui imposuit omnia quæ oportuit obseruauit ne ignis longius procederet: ita quòd culpa ei imputari non potest: vt ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. in hac. tunc etiam isto casu fortuito casui ascribitur. Et isto casu quando incendium sit casu fortuito omni respectu est impunibile, nec etiam ad aliquam emendationem tenetur ille in cuius domo incendium habuit exordium: & sic determinatus est quartus casus, suprà positus, videlicet quādo incendium casu commissum est. facit l. penul. ff. de incen. rui. nau. & hoc vult Cyn. & Iac. de Aret. in d. l. data opera. in fi. vbi autem prædicta cessarent casui fortuito non ascriberur: licet quandoq dominus rei siue domus in qua incendium habuit exordium non teneatur ad emendationem dam-
10 num passis. † Vnde pro huius rei declaratione Salic. in dicto consil. & in dicta l. quæ fortuitis. facit tria membra: nam quandoque constat quòd paterfamil. dominus domus fuit causa incendij: quandoque constat quod aliquis habitator non dominus vel paterfa. quando dubitatur siue ignoratur quis fuerit causa dicti incēdij. Primo casu non est dubium & ipse in cuius domo incendium habuit initium tenetur de damno ex incēdio alteri dato: vt ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. & §. si furnū. An autē ille qui est tertius in ordine possit propria authoritate medias ędes vicini decidere pro suarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruptione:& dic quòd sic:vt l.si quis fumo.§.j.& ibi Flo.ff. ad leg.Aquil.& l.ij.§.q ait prętor.ff.de incen.rui.nau.qđ intelligas verum si illa domus media omnino erat cõbustura,aliàs destruens tenetur:vt est text. in l. si alius.§.est autem & alia.ff.q vi aut clam.ibi,æque periturís ædibus.

11 † Secundo casu distinguit aut ille alius est de familia inhabitantis,tunc quædã glo.videtur tenere q dñs tenea tur:vt not.glos.in l.ne quid. ff. de incen.rui.nau.in princ. per tex.insti.de oblig.quæ ex quasi deli.na.§.fi.sed illa gl. reprobatur ibi per Bar.quia domínus domus,tunc de facto familiæ tenetur si familia deliquit officio seu ministe rio in cuius opera vtitur dñs: vt ff. de pub.l.j.§.familiæ. pro hoc videtur casus in d.l.si vẽdita.ff.de peri. & cõmo. rei ven.nam ibi de seruorum negligentia dñs non tenetur si debitam diligentiã adhibuit:sed ille seruus vel famiiaris tenetur:vnde dñs dando seruũ pro noxa liberatur: vt d.l.si vendita.vel ille familiaris erat homo liber, eo ipo q dñs vel paterfa.eum denunciet,& exhibet damnũ passo liberatus est:vt not.Bar.in simili in l.j.§.quod nouissimè.ff.de pub.& Bal.in l. obseruare.§.proficisci.in prin.ff. de offi.procon.& leg.& vide tex.Bar.& Flo.in l.si seruus seruũ.§.proculus. ff.ad leg. Aquil. quod not. quía semel vidi de facto.Si verò fuerit prorsus extraneus qui ignem immiserit:quía non de familia,nec de habitantíbus in dicta domo,tũc videtur q dñs domus ad emendã nõ teneatur: quía culpæ suæ nõ potest ascribi : facit.ff.loca.l.qui insulã.§.fi.

12 † Tertio casu princ.aliqñ dubitatur à quo ignis fuerit immissus,& tũc videtur præsumptione iuris pręsumi immissus ab habitantíbus & eorũ culpa factũ incendiũ fuisse,siue fuerit vnus siue plures;vt d.l.iij.§.j.ff,de offic.præfe.vig.& ibi docto. adeo q si nullus inhabitat,ista præsumptio cessat aliquo autẽ inhabitante præsumptio est de aliquo ibi habitante : sed non de certa persona ex eis,sed de incerta & indeterminata ex illis : vt probatur in d.l.si vendita.veruntamen nisi doceatur à qua persona inhabitantiũ hoc processerit culpæ patrisa.ascribitur:cuius imperio ceteri obediunt quasi minorem diligentiã iuris præsumptione adhibuerit quã debuerit: hoc probatur in d.l.si vendita.quã pondera ibi circa princ.videlicet ibi respondet &c.quia facit generalẽ regulã præsump. scilicet q incendium siue culpa patrisa.fieri nõ potest:postea ab illa regula & generali præsumptione recedit in casu certo,scilicet si cõstat quís fecerit:& sic cõstat q paterfa. omnem diligentiã requisitam adhibuit, ita q culpæ eius nihil possit imputari. Aduertendum tamen est ad intellectũ d.l.iij.§.plerunq.quía per illud verbũ plerũq, datur intelligi regula in contrarium:quod regulariter nõ præsumitur negligentia siue culpa inhabitantis,nisi probetur q circa ignem erat solitus versari, & versatus fuit: ita dicit tex.in d.l.si vendita. aliàs autem agens cõtra habitantem nisi deducat & probet negligentiã solitã : & etiam tẽpore incendij adhibitã non potest de igne condẽnari habitator quod not.singulariter.Et pro hoc facit q culpæ patrisa. incendiũ ortum in domo ascribatur. C. de peri.tu.l.si res pupillares.& ff.loc.l.qui insulã.§. colonus. & d.l.capitalium.§.qui ob inimicitias.vnde cùm incendiũ dicatur ori ri apud patremfa.illius domus, tunc eius negligentia dicitur ortũ.Et est ratio, quía ad ipsum principaliter diligẽtia & custodia domus,& eorũ,quę in domo sunt spectat: & si alteri diligentiam & custodiã dimisit in culpa fuit si minus diligẽti commisit:ideo de incẽdio proueniente ex eius negligẽtia teneretur:vt l.si seruus seruũ.§.si fornicarius.ff.ad le. Aquil.& l.videamus.in prin.ff.loca.& insti. de obli. quæ ex quasi delic.§.pe.Non obst.quod quilibet præsumatur bonus & diligẽs:vt l.cùm quidam. ff.de leg. ij.quía verum est quadam præsumptione generali cui derogatur per quandã præsumptionẽ iuris : vt c. generi per speciem.de re.iur.in vj.præsumptio enim specialis q minus diligẽs fuerit in custodiendo ignẽ, colligitur ex incẽdio orto in ipsius domo:vt d.l.iij.§.j.nam ibi dictio plerũque,facit regulã in præsumptione : vt ff.de iure do.l.plerunq.& ideo paterfa.tenetur vicinis ad emendam dãni: vt d.l.si seruus seruũ.§.qui insulam.& §.si furtum. & d.l. capitaliũ.§.qui ob inimicitias.vide Bar.in l.j.in prin.ff.ad leg.Rho.de ia.non autẽ ad aliquã pœnã applicandã fisco tenetur,vt ṡ.dixi quæ omnia not.Et q dñs domus in qua incœpit incendiũ teneatur & eius culpa factũ præsumatur.determinat etiã Ang.in suo consi.quod incip. in quæstione proposita dubiũ faciunt mihi plura. & ibi allegat pro casu.l.imperatores.ff.de offi.præfe.vigi.vbi dominis domorum indicitur à lege sub intimatione pœnæ vt sint solíciti & attenti,ne in eorũ domibus incendia committãtur:qui igitur non fuit solícitus & attentus nedũ q reus sit culpæ,sed transgressor legis: quapropter meretur mori:vt in c.ij.de maio.& obe.& in dubio præsumitur in culpa & negligentia cùm incendia,vt plurimum culpa accidant:vt dicta l.iij,& dicta l.si vendita.

ADNOTATIO, a ¶Non custodientis. Adde an ignis præsumatur processisse culpa inhabitantum & teneantur ad emendam damnorum.& vide Ioan.de Ana.in consi.lxxj.& Ludo.bolog.in addi.& vide Bald.in consi.xiij.in j.vol. & in consi. ccclxxxij. incip.quidam magister grammaticæ.& consi.cxx.in v.vol.Pet.de Ancha.consi.cccxlix. Cepol.consi.lxx. & Angel. consil.cxcvij.& Alex.de Imo.in consi.l.in j.volu.vbi plenè quando sunt plures habitantes in domo: & ignis incœpit à parte inferiori.& vide etiam Roma.in consi. cccc. vbi si erant duo habitantes eandem domum & ignis exortus sit:& nescitur à quo quòd propter incertitudinem vterque erit absoluendus.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q Bal. in l.si res.C.de peri. tu. dicit q ignis semper veniet culpa inhabitantium:per.l.iij.ff. de offi. præfe. vigi.& certè hæc est periculosa decisio q ignis semper dicatur euenisse culpa inhabitantium.Sed doct. in l.si vendita.ff.de peric.& com.rei ven.maximè Fulg.non dicunt affirmatiuè q culpa inhabitantiũ semper veniat.Sed dicit q in dubio præsumitur q culpa inhabitantiũ eueníat : & ideo ibi quærit an in dubio præsumatur q culpa patrisfa. hoc euenerit:nã potest esse q culpa tertij vel alterius ibi inhabitantis vel fulgure:dicit tamen quod hoc debet probari & per quos ibi vide: & ideo Ang.in l.si quis ex argẽtarijs.§.pe.ff.de eden.dicit multũ eleganter q sunt aliqui casus qui non solent euenire nisi cum culpa & exẽplificat in casu ignis.Nam dicit q ille talis qui cõburit aliquid si vult dicere q non culpa sua hoc euenerit,debet illud probare:quía præsumptio culpæ degenerat cõtra ipsum per l.creditor.C.de pig.act.cum si.& sic volunt præfati doct. q ista est præsumptio q culpa inhabitantium ignis euenerit contra quã præsumptionem admittitur probatio in contrariũ.Et scias q Bald.multum eleganter docet in l.si creditor.C.de pig. act. quomodo probatur culpã abesse in igne: & quomodo inhabitantes in domo probabunt ignem fuisse sine culpa ipsorum.Nam dicit maximè probando ortum & principium ignis,scilicet vnde ignis habuit principium:puta ab hostium incursu idem dicerem si ignis habuit ortum in loco non consueto communiter, quía nõ potuit imputari q non adhibuerint inhabitãtes curam diligentem in igne custodiendo ne ignis euagaretur:& hoc est quod voluit dicere Bal.in propríjs terminis in l.j.C.depos.per ea quæ habẽtur in l.si seruus seruũ.§.si fornicarius.ff.ad leg.Aquil.& ideo Bal.ibi voluit quòd si ignis est in loco q de raro contingentibus ibi solet esse, tũc enumeratur casui fortuito,quia est casus insolitus,& ideo non enumeratur culpæ:vt ff.pro soc.l.cum duobus. §.dãna.& l.fistulas.§.qui frumenta.ff.de contrah.emp.Et ideo si vis defendere illũ qui cõburit domũ in qua inhabitat:videas probare q ignis habuit principium in loco vbi de facili ibi ignis non debebat adesse:quía hoc modo probatur culpa inhabitantium non affuisse:& ita non fuerunt in negligentia q ignis nõ euagaret: & certe ista fuit sentẽtia Bal.in d.l.j.C.depo.dicit tamen Bal. in l.si creditor.C.de pig.actio.vnum periculosum verbum q si non apparet q incendium habuerit culpam à famulis hospítis vel à forensibus ibi inhabitantibus vel ab ipsomet hospite q tũc sententia non potest ferri contra reũ tanquam res sit

res sit dubia per l.si verò.§.quod si ex media.vbi text.not. ff.de his qui deie. vel effu. & dicit q de facto fuit semel

3 Bononiæ in hospítio leonis. † Item adde quæ dixit in hac materia Sali.in l.in iudicio. C. loca. vbi ipse etiam ibi quæsiuit multum eleganter ad accusandũ illos qui inhabitant domum, vbi ignis fuit quomodo probabũt se non fuisse in culpa imò diligentẽ diligentiã adhibuisse:& ideo ibi quęrit,locaui Titio domũ:regatius eius tenuit minus diligẽter lucernã in stabulo propter quod domus est cõbusta,quæritur an Titius teneatur ex locato.Et aduertas antequã vlterius procedam ad decisionem Salic. q istam quæstionẽ etiã tetigi. ṡ. in proxi. addi. mea in hac eadem glo.dum disputaui an cõductor teneatur de culpa leui & leuissima:& ideo adde etiã hic ea quæ ibi dixi. Reuertendo ergo ad dicta Salic.in d.l.in iudicio. dicit Sali.q in hac quæstione videtur prius inuestigandum, an ex facto vel culpa huius regacini: & tenet q sic per ea, quæ dixit in dicta l.quæ fortuitis. Secundo an Titius tenendo talẽ regacinum vel ei cõmittendo tale officium fuerit in culpa leui an solum leuissima,quía si in leui, videtur teneri. argu.eorum quæ.ṡ.dicta sunt:& pro hoc accedit.l.videamus.§.fi.l.seq.ff.loca.& l.ex conducto.§.fi.eo.tit. Postea quærit ibi Sali.in d.l.in iudicio.quid si ipse conductor domus minus diligenter ignem tenuit vel lucernam dicit q si ista minor diligentia cadit in leuissimam culpam:quía solum diligentissimus prouidisset,& tunc non teneatur: aut cadit in leuem culpam,quía non tantum diligentissimus,sed etiam quílibet diligens prouidisset, & tunc teneatur,vt hìc:dicit tamen q in dubio glo. singulariter notanda.insti.quib.mo.re contrahi.obli. §.præterea. dicit q culpa quæ præsumitur incendium præcessisse iudicanda est leuissima: quæ glos. menti est tenenda. de qua glo.latissimè per Sali.in l.si vendita.in fi. ff. de peri. & commo. rei ven.& ibi latè examinat quid de conductore cuius domus est combusta,quando teneatur,ibi vide: & ibi ponit q ex his habemus quid si habitatio gratis est concessa, vt tunc recipiens teneatur de leuissima culpa in minus custodiendo diligenter adhibita.l.si vt certo. §.nunc videndum.ff.commo.& quía hæc etiam pendet ab illa conclusione an aliquo casu leuissima culpa veniat in actione locati.Adde quæ dixit Sali.in l.si nulla. C.de pig. act. & in d.l.in iudicio.Et an in actione locati veniat leuissima culpa:vide Salic.in l.quod nerua.post doct. ff. deposi. Et in hac materia adde quæ dixit Sali.in l.si vendita.ff.de peri. & commo.rei vend.qui etiam multa ibi dixit, scilicet q non est culpa tenere ignem in domo,scilicet quía est vnũ de elementis: sed tenere ignem magnum & immoderatũ est culpa & etiam vagantem: & dicit q dicitur immoderatum habere tribus modis,re,loco,& tempore: re ex nimia quantitate lignorum super igne positorum per quod ignis fuit nimis excessiuus : ita q nimis in altum flammã extendat. Item culpa est in loco quãdo in loco incõgruo ignem tenet & periculoso propter tolerãtias vel propter seipsum:puta si ignis fiat in taxello & ibi nulla sit rola.Itẽ tempore quía flante vento ignem immisit seu accendit in loco aperto,& ibi ponit quando aliquis non tenet ignem velatum vel coopertum : & ibi etiam ponit qñ famulus vel fœmina in coquina faciunt minus diligenter in custodiendo ignem in coquina: vel si fuerunt diligenter aliter familiaris nõ deputatus ad coquinam discooperuit ignẽ: & postea non bene cooperuit ignem an paterfamílias teneatur: & quid si hospes receptus in domo posuit candelam vel alius in loco periculoso quis tenetur ad istud dãnum & an paterfamilias teneatur de facto familiaris vel alterius ibi vide eleganter & an conductor teneatur: & quid de eo qui domum incensam conducebat : & quid si incendiũ ab intrà vel extrà habuit ortum: & quid si vnus inhabitat in domo vel plures:& quid si agitur.l.Aquilia. Item quid si mandato magistratus vel alterius propter alias ædes líberandas aliæ domus prosternuntur quis tenetur ad illud damnum: ibi vide Sali.in d.l.si vendita. Et in hac materia incendij vide pulchram limitationem Ro. in consi.suo cccc.Et in hac materia incendij. adde Albe. de Ros.in ij.parte statu. q.lxxvij. qui ponit statuto cauetur † q damnum datum per incendium debeat emenda-

14 ri:domus alicuius est combusta, ipse petit emendationẽ, nunquid teneatur probare ignem immissum:dicit q sic:licet non teneatur probare necessario certã personam,quæ immiserit: per l.j.§.si scribi.ff.ad silla.& ibi Albe.de Ros. & ibi quærit quid si vnus destruxit domũ suam propter quod aliæ domus sunt saluatæ:an illi quorũ domus sunt saluatæ teneantur emendare remittit ad not.per ipsum in l.j.ff.ad leg. Rho.de iac. & ibi etiam ponit si ignis est in domo mea & aliæ domus sunt combustæ an tenear emendare illud damnum : & in ij.parte statuto q. lxxviij.quærit si incendium oriatur casu fortuito putà per fulgur, an commune teneatur emendare illud damnum:& concludit q nõ:& ita Paduæ fuit determinatum propter quoddam incendium fulguris in montagnana: & ij.parte statuto. q. xc. dicit multa allegando q si statuto cauetur q commune debeat emẽdare damnum propter ignem, qui ignis clam impositus fuit,& in vna domo ignis clam impositus est & vi ventorum multæ aliæ domus postea cõbustæ sunt,q illud incendium secutum ex primo incendio dicitur clandestinum incendium: vnde commune tenetur & ibi etiam ponit per statutum q omnes debent currere ad ignem extinguendum: turba superuenit & destruxit plures domos ne ignis longius euagaretur quis teneatur emendare hoc damnum an vicínia vel ciuitas. Et de hoc quis teneatur emendare hoc damnum domorum destructarum.vide Ange.in consi.suo cxcvj. q incip.incendium ortum in domo Titij Fabri. & ibi vide culpa.Adde Alber.de Ros.in ij.parte statuto.q.xc.& xcj. Et vide pulchrum consi.Pet.de Ancha.in consi.suo cccxlix.ad excusationem conductoris vt non teneatur de incendio domus conductæ:& dixit Rom. in singula.primi anni,singu.xxvij.q incip.si quis permiserit. qui dicit q si quis fecit pactum,q non vult teneri de incendio,tenetur si sua culpa hꝫ siue per eius familiam.

15 *Statuto dicente quòd uilla teneatur custodire territorium suum si ignis fuit immissus & ignoratur à quo de die uel de nocte,an uilla teneatur ad emendã.*

15 **Ange.** † Sinautem statuto cauetur q villa teneatur custodire territorium suum, & ignis fuit immissus,ignoratur autem à quo de die vel de nocte, an villa teneatur ad emendam:vide quæ dixi ṡ.in glos.super verbo,fama publica &c. versic.xij.circa prædicta quæritur &c.cum versi.seq.

Augusti. Hic aliud non addo, quía latè scripsi in dicta glo.fama publica præcedente.Et omnino hìc adde ea quæ dixi supra in ista eadem glos.ṡ. in additio.proxi. Pro nunc ista sufficiant. Sequitur alia glo.quæ est bona glos.

SVMMARIVM.

1 *Ludens cum falsis taxillis punitur pœna falsi.*
2 *Ludus in quo luditur pecunia uel alia res,quomodo sit prohibitus.*
3 *Clericis quomodo licèt ludere ad scachos.*
4 *Clericis & Laicis quando sit licitum ludere in istis ludis qui consistunt in ingenio.*

METidore de mali dadi,tu non poi scampare, io te ne pagaro : & ipsum Titium. † Not.quod dicitur q iste intromittebat & ludebat cum taxillis falsis: nam ludens cum falsis taxillis punitur pœna falsi.arg.l.arbitrio. §. de eo autẽ. & quòd ibi not.ff.de dolo.& etiam tenetur de furto:quía non efficitur dominus pecuniæ quam vicit. arg. l. falsus.

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

in princ.ff.de fur.vel saltem extra ordinem punitur,& pecuniam restituet:quia turpitudo est solius vincentis : ita dicit Bald.in rub.C.de condi. ob turp.caus. quia tenetur crimine stellionatus cùm certum criminis nomẽ non sit. facit l.ij.ff.de cri.stel.Et si velles hoc probare vel etiam q̃ fama sit quòd luserit, & vicerit tibi cum taxillis falsificatis , potest probare etiam per homines barros & similis conditionis & vitæ:quia in tali ludo non conuersan
a tur homines bonæ famæ: vnde quamuis fama prædicta[a] habeat exordium à personis infamibus & malis. Isto tamen casu valet:ita dicit Salic.in l.ea quidem.C.qui accu. in materia famæ.in versi. ad quintam quæstionem vnde & à quibus &c.Et pro hoc optimè facit quod not. Inno. in c.cùm I.& A.de re iudic.in fi.vbi voluit q̃ in causa inquisitionis etiã criminosi recipiantur,cum inquisitio non fiat nisi contra criminosos: vt extrà de accus.c.qualiter &
2 quando. †Secundò aduertas q̃ omnis ludus in quo ludit pecunia vel alia res est prohibitus,vt j.dicam:& nõ tantum ludus azardi sed etiam alearum est prohibitus etiam si cum taxillis iustis & idoneis ludatur: vt est text. in auth.alearum vsus.& ibi not.C.de relig.& sump.fu.& in auth.interdicimus.C.de epis.& cler. & in corpore vnde sumitur.in auth.de san.epis.§.interdicimus.sic enim ludus in quo perditur pecunia,& versatur fortuna, vt in taxillis siue fortuna & industria , vt in aleis & chartis est prohibitus; vt not.glo.in l.j.ff.de alea. & in l.si filiofamilias.§.j.ff.qua.re.ac.non da. Ipse nanq; ludus prohibitus est eo maximè: quia in ludis blasphematur Deus & eius sancti: vt d.authen.alearum vsus.Et prædicta procedunt quando est talis ludus in quo versatur fortuna & ingenium siue hominis industria, vt in ludo alearum vt dixi. Si autem esset ludus in quo versatur tantummodo ingenium siue hominis industria,vt in ludo scachorum: tunc glo.in d.auth.interdicimus.vult q̃ non tantum laicis sed etiam clericis talis ludus non sit prohibitus: & idem voluit glo.in c.quoniam.de vi.& ho.cle.vbi vult q̃ non tantùm laici sed etiam clerici possint ludere ad scachos. Sed Iac.de Aret.in l.si quis cum sciret.ff.de vsucap. pro emp. & Pet.& Cy.in d.auth.interdicimus.dicunt q̃ laicus potest ludere ad ludum scachorum non autem clericus:quoniam ludus in clericis maximè vetitus est, ne vacent a diuinis officijs.Sed magis vacarẽt à diuinis officijs propter ludum scachorum , quia longius tempus requirit quam alius ludus:igitur dictus ludus etiam clericis est prohibitus:sed etiam bene nota,quia etiam isto casu quo dixi q̃ laici possunt ludere ad scachos vel alios ludos in quibus simpliciter versatur hominis ingenium:& sic ad ludum licitum aduertas , & tene menti q̃ laici tamen ludere non possunt nisi paruam quantitatem pecuniæ: vtputa nisi vnum solidum etiam si ludentes essent milites,doctores, siue diuites,ne ex tali ludo permisso grauem casum sustineant:quia possent isto ludo omnia ludere: iste est casus in d.auth.alearum vsus.ver.sed nemini permittimus &c. Aduertas quia ego intelligo ibi vnum solidum secundũ quod ll.apellant.videlicet quorum lxxij. faciũt vnã librã auri:vt l.ij.C.de fusce.& arc.lib.xj.nõ tamen ruditer intelligo vt pro omni vice & ludo possit ludi vnus solidus: sed pro tota illa die qua duo adinuicem ludunt nõ facto
c aliquo interuallo:quoniã pro toto dicto tempore dicitur vnus ludus & non plures:vt not.Bart.in l. infuciando.§.si infans.ff.de fur.alias autem si pro singula vice posset ludi vnus solidus posset sequi q̃ grauem casum sentiret cõtra casum d.auth.facit l.non dubium.cum ibi not. per gl. & doct.C.de legi.cogita tamen.

ADNOTATIO.a ¶Fama prędicta.adde tu & vide Rom. in consi.cccl.xxj.vbi fama potest habere initiũ à maliuolis quæ est sufficiens ad purgationem indicendam dummodo apud graues viros sit diuulgata.Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia , adde quantũ ad primã conclusionẽ q̃ ille qui ludit cũ falsis taxillis teneatur indistincte pecuniã restituere:quia ista est vera conclusio.tenet Io.An.& alij maximè Imol. in c.clerici.extrà de vi.& ho.cle.& sanctus Tho.secunda secundæ.q.xxxij. & Pisanella in litera I, in verbo ludus. in ver.vtrũ qui fraudulenter ludit.& multa allegat Imol. in d.c.clerici.Sed quia do.Ang.hic allegãdo Bal. in rub. C.de cõdi.ob tur.cau.dicit q̃ tenetur etiã furti:ego credo q̃ directo furti nõ tenetur tanq̃ latro vt possit furca suspendi.Sed teneatur saltẽ in hoc vt extra ordinẽ possit puniri aliqua pœna:& ideo Bal.in d.rub.dixit: vel extrà ordinariè potest puniri. Istã partẽ credo verã sicut faciunt isti barri qui dant alicui ęs affirmando hoc esse aurũ:nam hoc nõ est furtũ propriè:sed cõtra tales potest agi tanquã contra dolosos : vt est casus in l.si id quod aurũ.& ibi dixi.ff.de verb.obli.idẽ qñ isti barri suppignorãt æs pro au
3 *Vnico actu & ictu inferentis si plura resultant uulnera, puta cum bidẽte: quo modo punietur inferens.*

a **Ange.** †Quid si ex vno ictu & actu inferentis resultant plura vulnera: vt quia cũ bidente[a] percussit. Barto.in l.si gemma.ff.arbo.fur.ces.dicit, qd' verba statuti sunt aduertenda: quia aut dicit, si quis admenauerit, & tunc si vno ictu & admenatione plura vulnera inferuntur pro vna tantum tenetur. Si vero considerat actum prout infertur in aliquem, vt quia dicit si quis aliquẽ percusserit, tunc Iaco.de Are.dicit aut statutum dicit, quod pro percussione, aut pro vulnere. Si pro vulnere, & tunc quot sunt vulnera pro singulis tenetur, aut dicit, si quis percusserit, & tũc pro vno tantum tenetur: quia vnus est actus percutiendi. Sed Bart.ibi in hoc casu dicit, qd' imò pro pluribus punietur: quia statutum considerat actum qui infertur in alium qui non potest considerari ex parte agentis, quin consideretur ex parte patientis: & ideo pro pluribus tenetur. Sed opi.Iacob.de Are.communiter tenetur: vt no.Floria.in l.iiij.ff.ad legem Aquil.vide omnino Ioan.Andr.in mercur.in c.delictum.de regul.iuris. in vj.vbi videtur aliter loqui quã Bar. Ego autem in practica semper vidi obseruari opi.Iacob.Et prædicta secundũ Barto.ibi sunt vera quando fiunt vno ictu: secus si successiuè: vt si percussi in capite descendit in spatulis postea in crure, licet sit vno ictu tantùm: quia successiuè fit: pro omnibus tenetur: vt l.ter enixa.ff.de verbo.signifi. Et idem si vno ictu in pluribus digitis: quia pro pluribus delictis: quia loca sunt distincta tenetur: vt l.de pupillo.§.qui nũciat.ff.de oper.noui nunc. Si autem percussit aliquem & fregit os fractum facit vulnus, an de vtroq; teneatur. Respond.quod duo sunt vulnera & duobus potest puniri, si autem de osse fracto & non de simplici vulnere inquireretur nõ posset postea de præcedenti vulnere puniri: quia vulnera præcedentia tendunt ad frangendum os, ideo de solo illo tenetur. l.si seruus seruum.§.si illum.coniuncta l. illud.ff.ad leg.Aquil.

ADNOTATIO. a ¶Cum bidente. Tu adde & vide Bald.in consi.clxvj.in v.vol.& si quis vno ictu cum instrumento non bifurcato faciat duo vulnera, an debeat de ambobus puniri. vide Angel. in consi.cxc.vbi ponit de illo qui fuit inquisitus à iudice Pisano de vulnere in supercilio dextro si soluit cõdemnationem, an posset ab alio iudice inquiri de vulnere in supercilio sinistro.& vide Bald.in consi.cix.in ij.vol.

Augusti. Tu autem in hac materia adde qd' Angel.in dicta l.si gemina.indistinctè appro bat dicta Barto.in hac materia. Sed adde Alber.de Rosa. in ij.parte statut. q.xxxviij.& qd' latius examinauit istam materiam Alber.de Rosa.in ij.parte statut.q.xxxviij.que incip.septima quæstio est, si quis vulnerauit aliquẽ cum forcipe vel furca, qui dicit in hac materia qd' docto.antiqui communiter tenent, quod pro vno vulnere tantum quis debet puniri, quando cum forcipe vel furca vulnerauit: quia vnus est ictus & ab eodem instrumento processerunt, per d.l.si gemina.& quod ibi glo.& alleg.Gandi.in tracta.maleficiorum. hoc voluisse in titu.de pœnis percussis & insultu.vers.cu.sed pone aliquis percussit.& quia ab vna radice ista processerunt, ergo vna l.tollun tur &c.l.fi.C.de nuptijs. Sed dicit ibi Alber. quod putat, quod puniatur pro duobus vulneribus: constat enim qd' sunt duo vulnera & quo ad dolorem & quo ad expensas, per ea quæ ipsemet Alberic. disputauit in ij.parte statuto.q.xxix.quæ incip.statuto cauetur, quòd si quis aliquem percussit condemnetur in centum. Si verò percusserit in capite in cc. Modo aliquis percussit aliquem in capite & in manu simul vno ictu, an debeat cõdemnari bis, & in quæstione nostra princip. dicit Alberi. qd' aliàs daretur materia fabricandi arma, ex quibus vno ictu plura vulnera possent inferri. Non obst. d.l.si gemina. quæ dicit, qd' si iunctura duarum arborum apparet supra terrã, vna est arbor ex quo arguitur qd' forpex vel furca bifurcata est vnum instrumentum ex quo concludunt quod vnum est vulnus: quia ista consequentia est falsa: quia licet sit vnum instrumentum bifurcatum, tamen sunt duo vulnera. Nam etiam ex vno ense vno ictu possunt fieri duo vulnera, vnum in capite aliud in brachio, qd' exponeretur pro defensione capitis, & idem posset contingere in vna sagitta qua percuteretur quis in brachio tenente clypeum & sagitta vltra penetraret & transiret ad aliã partẽ corporis, & sic essent duo vulnera. Si ergo ista sunt in instrumento non bifurcato multo magis bifurcato, dicit tamen, quod ista sua conclusio est contra communem opinionem cogita. Adde etiam dicta Bald.in l.quicunq;. C.de seruis fugi.& limita per Ang.in consi.suo.clxxxiij. inci. Titius fuit inquisitus per iudicem Pisanum.

4 *Fugiens si cadat & se uulneret, an insequens teneatur de uulnere, & si percussi te in cerbelleria, & ex tali percussione sit uulnus in fronte, an percutiens dicatur uulnerasse, & quid si eodem loco bis percutiam.*

4 b **Ange.** †Quid si insequar te, & tu in fuga cecidisti[b], & te vulnerasti non teneor de vulnere, sed teneor quasi fecerim te vulnerare.l.qua actione.§.pinde.ff.ad leg.Aquil. Si quis percusserit in cerbelleria, & ex percussione cerbellerię feci vulnus in frõte dicor vulnerasse te: vt l.item mela.in princ.ff.ad leg.Aquil. Si verò eodem loco bis percutiam consideranda sunt verba statuti: quia aut punitur vulnus, & vnum vulnus est, aut percussiones, & plures sunt: & isto casu pro pluribus tenetur: vt l.nunq; plura.ff.de priua.delict. ita dicit Bar.in d.l. si gemma.quod nota.

b ¶Cecidisti.adde Cepo.in consil.xxix.vbi ponit de illo qui fugit & cecidit in terra & fregit caput.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quę dixit Bald.in l.quicunq;.C.de ser.fugi.& in terminis nostris vide omnino Angel.in d.l.si gemma. ff.arbor.furt.cæsar. qui videtur limitare illam conclusionem quando percussi aliquem super cerbelleria: postea cerbelleria fecit vulnus: dic vt ibi per eum, & etiã ibi tangit aliam quæstionem, quando quis eodem loco aliquem percutit, an teneatur percussione bina vel de bino vulnere, & ibi expresè tenet contra dicta Bartoli, in dicta l.si gemina.& allegat bonas rationes & in effectu approbo dicta Angel.ibi contra Bartolum, quando ex secunda percusione illud idem vulnus ampliaretur, aliàs secus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in sua inquisitione debet dicere sanguis exiuit: quia tunc uerificabitur, etiam si gutta sanguinis exiuerit: secus si dixerit cum sanguinis effusione.*

Sanguis exiuit & ipsum percussit. Isto modo debet iudex loqui in inquisitione: quia tunc sua inquisitio verificabitur etiam si gutta[c] sanguinis † exiuerit: secus c 1 autem si dixerit cum magna sanguinis effusione, vel cum effusione sanguinis: vel intulit tale vulnus sanguinolentum: quia tunc est necesse ad prædictorum verificationẽ quod magna & non parua sanguinis copia fuerit & exiuerit & probetur: aliàs sequi debet absolutoria. ita dicit Bald.in l.ij.C.de iure emphy.& est gl.ordi.in c.cùm illorum.in verbo, effusionem.extrà de senten.excom.& in c. ro.in verbo, effundendum.de elect.in vj,& est tex.xvj.q. ij.c.reuertimini.quòd tu latrunculator tene bene menti in formatione tuæ inquisitionis.

c ¶Gutta.adde & vide tu Bart.in consil.cix.

Augu. Tu in hac materia adde quæ dicit domi Abb.in dicto c.cùm illorum.extrà de senten excommu.qui etiam nota.illam gloss.in dicto c.ibi.& de Ange.de malefi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa gloſſ.facit mentionem Ioan.Andr.in additio. Specu. in titu.de accuſa.in rubri.in fi.in vlt.parte.& ibi infert ad quæſtionem ſtatuti imponentis pœnam de vulnere cum ſanguine & tempera prędicta ſecundùm doctrinam Bal. in l.ſi prædium.in fi.j.col.C.de ædil.ædict.& vide quod not.Bald.in l.j.§.ſed & ſciendum.ff.de ædil.ædicto.in lectura antiqua.Nec inuenio Bal.in l.ij.C.de iure emphy. tangentem iſtam difficultatem: vt allegat iſte autor hic, niſi liber meus ſit corruptus.Et dicit Ro.in ſingularibus ſecundi anni,ſingul.xlj.quod incip.excapillans aliquem. quod excapillans aliquem in pilis vel in barba ſine effuſione ſanguinis tenetur in libris decem parti, & in xx.ſiſco.allegat caſum ſingularem in c.j.§.ſi quis aliquem. de pace tenen.Et dicit do.Catal.in tracta.ſyndica.q.cxxxv. quod ſi probatum eſt, quod ſanguinis exiuit in modica quantitate non præſumitur de percuſſione cum ſanguine.& idem Catal.in q.cij.an appellatione ſanguis veniat aliqua gutta ſanguinis.allegat gloſ.in c.cum illorum.extrà de ſenten.excommu.omnino pro intellectu iſtius gl. vide do.Nellum in tract.bannito.in ij.parte ſecundi tem poris.q.liij.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerato aliquo mortiferè, an poſit contra delinquentem inquiri de occiſo.*
2 *Vulnerato aliquo mortiferè, an ex proceſſu de uulnere ſimplici ſequi poſſit condemnatio de homicidio.*
Vulnus quod ſit mortale quando ſtetur dicto unius.
4 *Inquiſitione facta de uulnere, ſi poſtea mors ſequatur, an poſit in eadem inſtantia ſententia ferri ſuper morte.*

VNa alia percuſsione & vulnere. †Si autem quis eſt mortiferè vulneratus, an poſ-
1 ſit contra delinquentem inquiri de occiſo.Et primò bene notes quod dicitur vul nus letale iudicio medicorum, & ſi potes habere plures,
2 nunq; permaneas vnius iudicio^a.ita dicit Bar.in l.ſi rixa. in fi.ff.de ſicar.Iſtam quæſtionem ponit Bart.in l.damni. §.Sabini.ff.de damn.infect.& Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& cleric.& x.col.quibus modis feud. amit.c.j.in princip.vbi concludunt, quod non poteſt inquiri de occiſo:quia dum ille viuit, non poteſt dici mortuus: vt l.qui duos.ff.de manumiſ.teſtamen. Item quod mortiferè vulneratus dicatur mortuus eſt fictè, & per fictionem quæ non habet locum in ſtatutis: vt l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.geſtis. Idem no.Bal.in l.non quecunq;. ff.de iudic.& vide omnino eundem in c.j.§.furtum.in pe nul.col.de pace iuramen.firman. Quæro hic loquitur,
2 quando ex vulnere non dubitatur de morte. † Sed quid ſi vulnera erant mortalia,an ex proceſſu de vulnere ſimpli
b ci ſequi poſſit condemnatio de homicidio^b.Barto. in dicto §.Sabini.dicit,quod ſecundùm ſtatuta quæ actualiter requirunt mortem, tunc non poteſt ſequi condemnatio etiam ſi in inquiſitione dicatur de vulneribus mortiferis: quoniam illa inquiſitio non fuit ad hoc propoſita.Si autē fuerit ad hoc propoſita:vt quia dicit quod intendit etiam de morte inquirere,tunc ex eodē proceſſu poſſet de morte condemnari & puniri:quia ius ſuperueniens actori ex
4 cauſa de præterito confirmat ius & iudicium ſuum: vt l. ſi rem alienam,§.fi.ff.de pign.actio.

ADNOTATIO.a ¶Vnius iudicio.Adde tu quod imò ſtatur iudic.vnius medici concurrentibus aliquibus coniecturis, quæ adiuuent eius dictum:vt puta ſi vulnus non eſt in loco mortali,& qđ poſt vulnus vulneratus ſuperuixerit aliquibus diebus.ita conſuluit Bald.in conſil.cix.in ij.volumi.incipien.proponitur qnod Titius percuſsit, & quando vulnus dicatur mortale, & quid ſi medici referant quod vulnus erat aliqualiter mortale,vel aliquantulum periculoſum,& qui ſint præferendi cum aliqui viderunt corpus mortuum,& dicunt vulnus non fuiſſe mortale, & illi qui viderunt vi-
num dicunt,quod erat aliqualiter mortale.vide latè Cepol.in conſilio lxij.& adde quod ſtatur dicto vnius periti cùm plures haberi non poſſunt,& quod ſufficiat ſi talis deponit de credulitate.ita Roman,in conſil.xxij,& ibi etiam quod ſufficit vnus,licet ſta tutum requirat plures, quando procederetur ſola facti veritate inſpecta, & quando ſtetur peritis vel ſaltem dicto vnius.vide Alexan.in conſilio xv,col.penulti.& in conſi.xxxvj.in primo volumi.& in conſil. cxlix.in ij.volu & videad materiam quæ la tē ponit do.Bartho.Socin.in conſil.clxxviij.

b ¶De homicidio.adde tu & vide Cepo.in conſi.xlj.

Auguſti. Tu autem in hac materia,adde inquātum incidenter dominus Angel.hic dixit,quod nunquàm ſtandum eſt dicto vnius, an vuluus ſit mortale,vel non.Sed duo medici ad minus debent haberi.Adde quod Angel.in l.qui luminibus.ff.de ſeruitu. vrbanorum prædiorum.multum exclamat dans cautelam iudicibus maleficiorum, vt nunquàm iudices ſtent dicto vnius medici, & ſic vnius periti. Sed ad minus duos medicos eligant quorum fama ſit præclarior, & ibi dicit, quod ſi ſint in loco periti non tenetur mittere pro eis extra locum.Sed aduerte,an ſtandum ſit dicto vnius periti,vel an plures debeant haberi.vide doct.in §.fi.in l. j.ff.de verbo.obligationib.per Barto.& Bal.in procemio Digeſtorum.in fin.princip. Adde quæ dixi in additio.& in tex.j.in gloſſ.in verbo,cicatrix.vbi tractatur etiam iſta materia medicorum:& in l.j.ff.de ventre inſpicien.& per Bald.in l.rationes.in vj.quæſtio.C.de fide inſtrumento. & ibi Salice.& Barto.in l.quoties.C.de ponde.auri.libr. x.per Bald.in l.iudices.C.de ſenten.per Angel.in authē. vt propona.no.impera.in fin.per Anto.de Butr.& Abb. in cap.propoſuiſti.extrà de probationibus.per Bald.in l.
3 directas.C.de manumiſ.teſtamen.† Et breuiter communis concluſio eſt quòd ſtetur dicto vnius ſi eſt electus à partibus.Idem ſi eſt de publico deputatus. Idem ſi in ciuitate non eſt,niſi vnus quantuncunq;.do.Abb.in d.cap. propoſuiſti.teneat contrarium & malè: quia Bartol.in l. idem quæ.ff.pro ſoc.hoc voluit quod ſi non eſt niſi vnus in ciuitate nō eſt neceſſe, quod extra locum mittatur pro alio, Idem Barto.in tracta.de teſte.in verbo, lata culpa. Limitat tamen Bald.in procemio Digeſtorum, niſi ſtatutum in loco requireret plures: quia tunc etiam ſi vnus tantum eſſet in ciuitate non ſufficeret: quia ille numerus taxatus eſt per ſtatutum.Limitat etiam Bald.in additio. Specula.in titu.de homicid.quia ſtatur dicto vnius,quando ſolus eſt in ciuitate: hoc verum ſi bonus homo eſt.

Item adde in princípa.quæſtione,quam tangit hic dominus Angel.quòd pronunc nihil addo, niſi illas additiones quas multum eleganter in hac materia fecit Ludouí.de Ro.in l.damni.§.Sabini.ff.de damno infecto.qui multum eleganter loquitur. Et omnino Imol.poſt Angelum in l.in ratione.§.ſi ſeruus.ff.ad legem Falcidiam. Et vide vnam pulchram quæſtionem Richar. Malumb. quæ incipit, Titius vulneratus extitit à Sempronio. qui pro & contra, multum eleganter loquitur.& Gandinus in tractatu maleficiorum.in quæſtio.quæ incip.an ſuper accuſatione de vulnere inſtituta moriēte accuſatore &c. Et ad hoc vide Speculato.in titu.de accuſatore & accuſato.& ibi Ioan.Andr.in additio.§.primo,in verſi.ſed pone.& verſicu.quid ſi vulneraſti.& verſicu.quid ſi primo actum fuit de vulnere.Adde Alberi.de Roſa.in ſecunda parte ſtatutorum.q.xlvj.† vbi etiam diſputat an inquiſi-
4 tione facta de vulnere, ſi mors poſtea ſequatur poſſit in eadem inſtantia ferri ſententia ſuper morte, & bene faciunt notata per Alberic,in ſecunda parte ſtatutorum.in quæſt.lj.vbi diſputat ſi vulneratus conſecutus eſſe centum nomine pœnæ impoſitæ per ſtatutum propter vulnus,& poſtea mors ſequatur & hęres agit de morte,quid erit de illis centum,& quæſtio,liij.diſputat idem Alberic. an lata ſententia abſolutoria ſuper vulnere poſſit agi de morte.Et iſta etiam adde infrà in quæſtione proxima.vbi nil addam.Et adde Albericus de Roſa.quæſtio.liij,in ſecunda parte.vbi diſputat, ſi aliquis eſt mortiferè vulneratus,an poteſtas poſsit procedere de morte non expectata

morte.

5 *Punito aliquo de uulneribus, ſi poſtea mors ſequatur ex dictis uulneribus, an poſit puniri de morte.*

1 Ange. †Quid ſi quis ſit punitus de vulneribus an ſi poſtea mors ſequatur ex dictis vulneribus poſsi puniri de morte:dic quòd non:vnde ſit cautus iudex q; licet aliquis vellet accuſare ſimpliciter de vulnere quando dubium eſt de morte quòd non permittat: ita etiam quando ipſe inquirit q; nunquam inquiſitionē formet niſi certus ſit de morte vel de vita:vide Bar.in l.nunquā plura.verſic.quæro circa hoc.ff.de priua.deli.& in l. ſenatus.ff.de accuſ.& in l.prætor. edixit.§.fi.ff.de iniur. quod no.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde quæ dixi.ſ.in proxi.additio.mea:ſed aduerte:qa dubito de iſta deciſione,quia ſi hodie de cōſuetudine totius mundi quis non punitur de morte niſi quis verè occiderit:vt dixit Spe.quam allegat & ſequitur Ang.in l.j. §.hæc autem verba.ff.quod quiſque iur.& Ro.in l.damni.§.fabini.ff.de dam.infec.& interim pendente proſſeſſu de vulneribus parte inſtante ad ſententiam iudex nō potens,nec videns condemnare de morte per ſupradicta ſi puniret ſolum de vulneribus non dubito quin poſtea de morte poſſet condemnare iuxta notata per Bar.in d.l. damni.§.fabini.ff.de dam.infec.

6 *Statuto puniente uulnus ſimpliciter,an de omni uulnere intelligatur.*

6 a Ange. †Quæro ſtatutum punit vulnus ſimpliciter:dic quòd intelligitur de magno ^a non de qualibet ſciſſura,ſiue ſcorticatura, ſiue graffignatura: vt eſt text.in l.j.in fi.ff.ad ſilla.& in l.j.§.ſciendum. &.§.vitium.ff.de ædil.edic.& no.Bal.in l.fi.C.de ædil.ac.& no. Ange.in l.ſi pignore.§.furem.ff.de fur.quod bene nota: quia vt plurimum ſtatuta dicunt quòd pro quolibet vulnere facto in tali parte perſonæ ſoluat tantum,quia ſi fecit vnam ſcorticaturam,licet ſanguis exiuerit nō tenetur pœna dicti ſtatuti,ſed extra ordinem arbitrio iudicantis conſiderata qualitate ſciſſuræ,& aliis qualitatibus quod eſt notandum:& ita ſemel vidi in practica Peruſij me aſſidente.

ADNOTATIO.a ¶Magno.adde Alexan.in conſilio.ciij. in.j.volu.

Auguſti. Tu adde Ang.in l.extat.ff.quòd met. cau.qui dicit quòd verbum ferire & vulnus non differunt,quia verbum ferire eſt vulgare tuſcorum.Et dicit quòd etiam licet multa iura faciant mentionem de vulnere,tamen etiam de iure habemus mentionem de vulnuſculo:per.l.j.§.admonet.&.l. fabricula. ff.de ædil.act.& ideo pona ſtatuti loquētis de vulnere nō habebit locum in vulnuſculo:loquitur tamen per verbū forte.Sed dicit quòd pœna forſan erit arbitraria:ſed vide quæ dixi.ſ.in alia gloſſ.in verbo,& ipſum Titium per cuſit & vulnerauit.in addi.j.q.

SVMMARIVM.

1 *Facies quæ dicatur.*
2 *Statutum quòd pro furto quis debeat in facie bullari,eſt contra formam iuris.*
3 *Accuſatio uel inquiſitio an debeat declarare in qua parte corporis percuſsio aut uulnus ſit illatum.*
4 *Statuto dicente quòd pro uulnere in facie illato quis puniatur in centum: & in alia parte corporis in xxv.ſi probata fuerit percuſsio ſed non in facie: ſequi debet abſolutio ab accuſatione.*

INfacie ſupercilio ſiniſtro cum ſanguinis effuſione, & cum fractu
1 ra oſsis ex qua. †Quæ dicatur facies vt poſsit ſciri de pœna grauanda quoniam vt plurimum ſtatuta grauiorem pœnam imponunt de percuſsione in facie quam in alia parte corporis quòd de iure fieri pōt:vt eſt tex.inſti.de iniur.§.atrox. ibi,veluti in oculo.&.ff.eo.l.itē apud Labeonem. §.fi.cū. l.ſeq.Et eſt ſciendum quòd Ange.in l.ſi quis in metallū. C.de pœn.dicit quòd facies protenditur deſcenſiue vſq; ad barbam excluſiuè,& incluſiuè,ſiue ſuperius ad capitis capillos excluſiuè.Nam tota frons eſt de facie ex trāſ uerſo vſque ad aures incluſiuè totaliter maxillas ex parte apparenti:& dicit quòd hoc ſentit tex.cum gloſſ. rectè intuēti.ff.ad leg.aquil.in l.item mela.in prin.&.d.l.ſi quis
2 in metallum.† Ex quo etiam ibi no. Ange.quòd contra formam iuris eſt ſtatutum quòd pro furto quis debeat bullari in facie,quia non debet:vt.d.l.ſi quis.quia tale ſtatutū nō valet,quia facies hominis nō debet maculari. igi
3 tur &c.ſed contrarium de facto ſeruatur. †Quæro an debeat declarari & apponi in accuſatione vel inquiſitione in qua parte corporis percuſsio vel vulnus ſit illatum & dicit Iac.bu.quòd ſic de iure communi:quia eius varietate variatur pœna:quia aliàs eſt grauior pro percuſsione facta in facie quā in alia parte corporis: vt.d.§. atrox. & idem ſi per ſtatutum variatur pœna ſecundùm diuerſas partes corporis.† Ex quo infertur q; ſi ſtatuto caueē.
4 q; pro vulnere illato in facie qs puniatur in centum:& in alia parte corporis puniatur in.xxv.Si quis alium accuſauerit quòd ipſum in facie percuſerit & percuſsionem probauerit,ſed nō in facie quòd debet ſequi abſolutoria: ita refert Sali.in l.pe.in fi.C.de accu.ſed de hac vlti.q.vide Bar.in l.ſenatus.ff.de accu.& in l.denunciaſſe.§. quid tamē.ff.de adul.Sali.in l.qui de crimine.C.de acc.& ego dixi.ſ.in glo.ſuper ver.in platea cōmunis &c.&.j. gl.qui iudex addidit vel detraxit.

Auguſti. Item in hac materia adde inquantum do.Ange.loquitur de facie & allegauit Ang.in.d.l.ſi quis in metallum. dic quòd iſta fuerunt originalia verba Bal.in rub.C.de vind.liber.qui dicit quòd homo conſtat ex ſeptem membris,ſcilicet maioribus,id eſt pedibus,tibijs,coſsis, inguine, ventre, cum ſuis interioribus:collo & capite in quo eſt facies quę eſt ad imaginem Dei: quia ibi eſt forma pulchritudinis & decoris:& ideo dicit quòd iudicibus non eſt licitum pro aliqua pœna mundi faciem hominis cicatricibus deformare,vel naſum amputare,vel extrahere oculos,vel amputare auriculas:quia quicquid eſt diſcooportum facies appellatur.alleg.l.ſi quis in metallum.C.de pœ.Et aduerte quia ſi rectè ponderentur verba Bal.ibi Bal.non videtur ſe concordare cum Ange. quia Bal.ibi multum talè loquitur dùm dicit quòd quicquid eſt diſcoopertum facies appellatur:ſequeretur ergo quòd guttur & collum quæ ſunt diſcooperta dicerentur eſſe de capite & facie hominis.Sed Ange.in.d.l.ſi quis in metallum.dùm diffinit faciem aſcenſiuè & deſcenſiuè ex trauerſo,nullo modo vult quòd guttur & gula & collum contineantur in faciem: niſi dicamus quòd ſi rectè verba Bald. pōderentur in dicta rubri.Bal.ibi voluit quod dixit Ang.in.d.l.ſi quis in metallum.vt gula & collum non veniant appellatione faciei.Item inquantum do.Ang.hic tetigit illam vlti.q.adde quæ ego dixi in additio.meis,in illa gloſſ.ſuper verbo,in platea communis.in gloſſ.ſuper verbo, qui iudex addidit vel detraxit. & quia ſatis ibi dictum fuit: ideo amplius me non extendo: & bene notetis ea quæ ibi dicta ſunt quia ſepe veniunt de facto: ſequitur alia gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Cicatrix duplex eſt.*
2 *Cicatrix dicitur excecans faciem,id eſt deturpans.*
3 *Stante ſtatuto quòd ſuper cicatrice non poſsit fieri condemnatoria niſi medicis adhibitis qui ita iudicent ſi cicatrix eſt notoria iudici: & cuicunque poterit fieri condēnatio medicis adhibitis uel non.*
4 *Iudex ſemper debet mittere medicos peritiores in loco ad uidendum, & reſeredum cum iuramento ,an cicatrix ſit remanſura uel non.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Statuto puniente euidentem cicatricem, pœna illius statuti an habebit locum in percutiente in tibijs uel cruribus.*

6 *Medicus an unus uel plures sint adhibendi ad uidendum an ulnus sit letale, & cicatrix sit remansura.*

7 *Iudex eligens medicum imperitum ad uidendum an cicatrix sit remansura, si malè referat medicus an iudex teneatur in syndicatu.*

Cicatrix & signum perpetuum erat remansurum: & non contentus prædictis dictum Titium. Vide l. fin. ff. de noxa. & ibi Flori. qui dicit per illũ text. in ver. & cicatricum per illã disiunctiuã aut, quæ debet poni inter diuersa. quòd ibi vi
1 detur probari posse †duplicem esse cicatricem, vnam deformãtem faciem, aliam non deformantem: pro quo est etiam casus in l. ex hac. ff. si qua. pau. fe. dic. ibi, deformitatis. & ibi Flori. & sic vbi per statuta augetur pœna propter cicatricem deformantẽ non sufficit inquirere de cicatrice simpliciter nisi addat deformante &c. facit. ff. de
2 vsufru. l. locum. §. j. †Et not. q cicatrix dicitur excecãs faciem, id est deturpans, & quæ post sanatũ vulnus remaneat: vt. j. q. j. accusatus. & Bal. in l. si qs in metallo, C. de pe. dicit q cicatrix est quædam scissura apparens in exteriore parte cutis: ex quo segtur q per cicatrices & signa dicuntur homines dignosci: vt. l. j. §. j. ff. de ser. fugi. de ista
3 cicatrice vide consi. do. Fran. de alberg. de are. †Quæro dicit statutum quòd super cicatrice non possit ferri cõdemnatoria, nisi medicis adhibitis qui ita iudicent & cicatrix est notoria oculis iudicis & cuiuscũq; medici sunt vel non sunt adhibiti: potest tamen fieri condẽnatio, quia in notoriis iudex potest supplere etiam in facto: & ita di
4 cit Bal. in l. j. circa prin. C. vt quę des. a duo. †Et aduertas tu iudex vt semper mittas medicos peritiores in loco ad videndum iudicandun & referendũ cum iuramento, an cicatrix sit remansura vel non: vt no. Bar. in proœ. ff. in prin. ver. itẽ nota q illis &c. & ibi Cy. & Bal. in. iij. col. & stabitur dicto medicorum: vt. l. qui semel. C. de re mili. Et mẽti habeas q si plures haberi possunt in loco medici q nõ sufficit q vnus referat, nisi plures haberi nõ possent: vt in auẽ. de non alie. §. quòd autem. facit quod no. in. l. j. in prin. ff. de ven, inspi. & l. quid tamẽ. §. si arbiter. ff. de arbit. ita dicit Bart. in. l. si in rixa. circa fi. ff. de arbit. ita dicit Bar. in. l. si in rixa. circa fi. ff. de fica. & idem dicendum an vulnus sit lætale, an membrum sit debilitatum: quod no. de quo dixi. s. in verbo, vna alia percussione. & hæc etiã no. Bal. in. c. j. in prin. qui. mo. feu. amit. in ver. quid est q ibi dicitur. & Spe. in tit. de baptis. §. fi. in ver. & hoc quoque no. facit. l. quoties. C. de ponde. au. lib. x. Si tamen isti medici iniquè fuerint arbitrati & retulerint iniquè ab eorum relatione poterit appellari vel etiam per iudicem qui eos elegerit, poterit eorum arbitrium corrigi: vt est casus secundùm vnam lectu. & ibi Bar. Bal. & Ange. in. l. arbitro. ff. qui satisda. cogan. & Imo. in. l. fi. in prin. ff. à qui. appel. non lic. Sinautem in eorum relationibus discordant statur peritioribus. arg. gloss. c. vt veterũ. ix. dist. si sunt pariter periti statur his qui verisimiliora dicunt: vt. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. ita dicit Bal. in. d. c. j. sinautem in omnibus sint pares pro reo capietur sentẽtia: vt. l. fauorabiliores. de reg. iur. ita dicit Lud. in. l. j. §. fi. de verb. obli. de quibus dic latius vt ibi per eum.

Augusti. Tu autem in hac materia de cicatrice vide do. Nel. in tracta. bannitorum. in. ij. parte secundi temporis. q. lij. qui eleganter loquitur. Et adde quæ dixit Ange. in. l. extat. ff. quòd met, cau. in. j. co. qui dicit quòd de cicatrice habemus text. in. l. quæro. §. fin. ff. de ædil. edic. & dicit quòd duplex est cicatrix, quædam est euidens & periculosa quædam tacta à vestimen
1 tis: vt probatur in dicto. §. fi. iunctis bis quæ dicũtur per Cyn. in. l. j. C. de ædil. edic. quem ibi vide per quod dicit

5 Ang. †q si statutum punit facientem euidentem cicatricem pœna illius statuti non habebit locum in percutiente in tibijs vel in cruribus quæ calcis teguntur vel in capite quod caputio tegitur. Sed in eo qui infert cicatricẽ in vultu vel in manu quoniam hæ partes corporis non sunt tectæ & omnibus euidenter apparent videre volentibus: & nota. Et de ista cicatrice vide Ange. omnino in consi. suo. cxliij. inci. super primò dico sententiam fore nullam. & ibi vide si dubium est an cicatrix sit remansura vel non: non adhibitis medicis quando sententia sit nulla: & vide ibi differentiam inter cicatricem & signũ vituperabile: & vide Ange. in. l. si vẽditor. §. j. ff. de ædil. edic. & dixit do. Catal. in trac. syn. q. cxxix. quòd nunquã quis potest condemnari de cicatrice nisi ibi perpetuo sit remansura: & an opus est quòd medici hoc referant licet milies reus hoc confiteretur & nõ statur dicto vnius me
6 dici nisi sit salariatus de publico. †Et inquantum. s. dictũ est quòd medici debeant adhiberi, an vulnus sit lætale vel cicatrix sit remansura an vnus medicus vel duo. Ad de ea quæ latè dixi. s. in glo. quæ incip. vna alia percussione & vulnere. in prima addi. mea: & aliqua pulchra dixi in glo. quæ inci. ex interuallo dictus Titius. in addi. mea. in. q. ij. quę inci. quero qd si ex interuallo. Itẽ in quantũ. s. tactum est quando medici & periti in arte se discordant quid faciendũ est. Adde tu dicta Spec. in tit. de proba. §. fi. ver. hoc quæro. & Spe. in tit. de homi. §. j. ver. sed pone A. & ibi Io. an. & do. Ant. de but. in. c. proposuisti. extra de proba. & Bal. in proœ. digest. qui dicunt quòd stabitur peritoribus. Si autem scientia & numero essent æquales stabitur illis qui fauorabilius deponunt: etiã si illi qui fauorabilius deponunt deponerent negatiuè, licet dicatur magis credi duobus affirmantibus, quã mille negãtibus: est & glo. no. in. l. diẽ proferre. §. si plures. ff. de arbi. tamẽ hoc fallit in criminalibus, vbi testes deponunt negatiuè fauorabiliter. tex. est sing. cum gl. sua. lxxxj. dist. in. c. cle. vel continentes quẽ tex. primò reuelauit legistis Bal. in l. data opera. in pe. char. C. qui accu. non pos. & sequũtur mod. in. l. j. §. fi. ff. de ver. ob. Et in hac materia adde q̃ hic dixi in glos. quæ inci. interuallo dictus Titius. in addi. q. vij. & Bal. aliter videt loqui in. c. j. q. mo. feu. ami. Et tene
7 mẽti quæ dixit Ang. in l. vtique. §. culpa. ff. de rei vẽ. †q si iudex elegit medicum imperitum qui habet referre an cicatrix sit remansura vel non, & refert quòd non, & male, & iudex eum sequatur, q iudex in syndicatu tenetur, quia elegit medicum imperitum cum peritiorẽ posit habere: & idem dixit in. l. quòd si nolit. §. mancipium. ff. de ædil. edic. & intelligo medicum imperitum quando est medicus nouellus: vt dixit Ange. in. l. j. §. puerit iam. ff. de post. & de illa glo. in. d. c. vt veterum. facit mentionem Imo. in. l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. in. xv. colũ. & illum tex. cum glo. in. d. c. clerici. multum magnificat Abb. in c. cum P. manconella. extra de accu. & do, Abb. in. c. ex literis. extra de proba.

SVMMARIVM.

1 *Verba pluribus & pluribus percussionibus intelligũtur de quatuor percussionibus.*

2 *Verba multis uicibus pecusit, quomodo uerificẽtur & intelligantur.*

Pluribus & pluribus percutionibus & vulneribus percussit & vulnerauit in dextro brachio ex quibus. †Dic quòd intelligitur de quatuor percusionibus: nã vnũquodq; verbũ pluribus de per se importat pluralitatem, & sic ad minus duo:

duo: vt l. vbi. numerus. ff. de testib. ita dicit Bar. in l. si gemina. in si. ff. arbo. fur. Cæsar. sed propriùs loqueremur si diceretur pluries percussit: quia tunc intelligitur de di
2 uersis ictibus. ita dicit Bar. in d. l. si gemina. in fi. † Quid si dicatur multis vicibus percussit: dic qd etiam intelligitur & verificari potest in dubio & fauorabiliter in pœna de duabus: vt no. Bar. in. l. licet] imperator. de leg. j. per illum tex. in. §. hoc rescriptum. ff. ad Silla. facit gl. insti. de iu. per so. §. fi. licet prædicta vera sint, possunt verificari in. xl. vel maiori multitudinæ vt est tex. in. c. latores. de cleri. excõ. ministran.

A DNOTATIO. ¶ De quatuor. Adde & vide Roma. in consi. ccj. vbi quòd si aliquis in capitulo dicat q Titius posset per plures & plures annos, q debet intelligi de quatuor: & si testis interrogatus super capitulo, respondeat q posset temporibus in capitulo annotatis, quod debeat intelligi de quatuor mensibus: vt saluetur à falsitate rationibus, de quibus tibi per eum: & posset etiam adduci quòd dicitur si fiat compromissum cũ potestate prorogandi semel & pluries quot vicibus possit prorogari. de quo per Bald. in consi, cxxcix. & seq. in. j. volu. per per Lanfr. de brixia in trac. de arbitr. Char. iiij. col. j. vbi quòd poterit prorogari per duas vices.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Bal. in. l. fideicõ. §. si quis. x. ff. de leg. iij. qui dicit, quòd si quis in libello dicat se pluries percussum, q intelligitur de duabua percusionibus: & hoc per illum tex. & vide Ange. in aut. de tri. & semis. §. & q sæpe. qui dixit, q cùm verba testis propriè debeant intelligi, q si testis deponit q vidit Caium percutere Titiũ plu
3 ribus vicibus q debet fieri condemnatio de tribus percussionibus. Sinautem dixisset de plurimis, tunc debet fieri condemnatio de duabus: quia dictio pluries verificatur in duobus: vt. l. vbi numerus. ff. de testi. Et adde no. in. l. si post tres. ff. de curatio. Et inquantũ tactum est quid comprehendatur appellatione multorũ. Adde no. in. c. ad nostram, extra de reb. ecc. non alie. Et adde tex. cũ glo. in. c. vidua. xxxiij. di. qui tex. dicit. q vidua est illa, quæ patet multis. nam glo. propter illud verbũ multis, dicit q opus est q excedat numerum. xl. personarum: & Albe. de rosa. in. j. parte statu. q. xxiij. Adde gl. in. l. j. ff. de leg. j. & ibi per doc. & ego latissimè dixi ibi in addi. meis post moder. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Membrum quòd dicatur.*

2 *Digitus an sit membrum.*

3 *Barba an possit dici membrum.*

4 *Membrum aridum an possit dici membrum.*

5 *Membri permutatio an fieri debeat propter membri sterilitatem & debilitatem.*

6 *Statuto imponente pœnam amputationis manus dextræ. si illa sit arida, an illa erit amputanda uel sinistra.*

7 *Inquisitione dicente quòd Titius Caium percussit in barba: eum barba accipiatur dupliciter alio non docto non condemnabitur percussor tanquam pecusserit in facie.*

8 *Digito debilitato an dicatur debilitatum membrum.*

9 *Digitus an si membrum.*

10 *Iudice condemnante aliquem quòd amputetur sibi manus, an intelligatur de dextra uel sinistra.*

Membrum prædictum remanet debilitatum in dextro brachio.

1 †Quid dicatur membrum ad hoc vt dicamus mẽbrum debilitatum: & membrum dicitur à metior, ris, quod est diuidere & partiri secũdùm Hug. & sic membrum dicit: quia corporis est pars secundũ Bar. in. l. ij. ff. de pub. iud. vel secundùm Bal. Ang. & Imo. ibi membrum propriè dicitur quod in corpore nostro habet propriam & distinctã operationem: vt tangit Arist. iiij. metaphy. ad fi. vide omnino Bal. in. l. iij. C. de accu. in versi. quæro hîc quid est
2 membrum. & in versi. quæro an pœna &c. †Quæro igitur primò an digitus sit membrum: nam videtur tex. in l. non sunt liberi. coniuncta glo. ff. de sta. ho. q non, sed officium membri. dic. vt ibi per doc. & plenè per Barto. & Imo. in. l. ij. circa fi. ff. de pub. iudi. pro hoc videtur casus in. l. offilius. ff. de ædil. edic. quia inter membrum & digitum ponitur alternatiua. finaliter ibi Bar. concludit quòd propriè membrum est illud: & sic quod habeat locum in statutis quãdo habent diuersa officia vt pes ad ambulandum. manus ad palpandum &c. alia autẽ quæ coadiuuãt ista: vt digitus propriè appellantur officia membrorũ nõ autem mẽbrum secundũ Bal. & Ang. ibi nisi de mẽte stantis aliud appareat: vt puta si statutũ dicit si quis abscinderit alicui membrum similiter sibi abscindatur: qa si digitum abscidit similiter ei abscindetur ex relationibus quarum tatum: vt. l. nonunq̃. ff. ad treb. vel dic clarius secundùm Bal. Ang. & Imo. in. d. l. ij. q sicut membrum propriè dicitur q in corpore nostro propriam & distinctã habet operationem: vt tangit Arist. in loco præalleg. sicut etiã videtur in oculo qui est ad videndum: & secundũ hoc etiã virilia dicuntur membrũ: facit. l. si quis seruum. ff. de sica. & idẽ no. Bal. de mẽbro virili i. l. iij. in fi. ij. col. C. de accusa.
3 †Quæro an barba possit dici membrũ. respondeo secũ dum Ang. & Imo. in. d. l. ij. in fi. q hoc potest accipi duobus modis: vno modo pro pilis: vt. l. item apud Labeonẽ. §. generaliter. ff. de iniu. & hoc modo sumpta non dicitur mẽbrum, quia licet pili adhereãt capiti: tñ reuera sunt qd separatum à corpore & nullam operationẽ habent in eo. Secundo modo accipitur barba pro mento: vt. x. col. de pa. te. & eius vio. §. si quis aliquem. & similiter non est mẽbrum quia distinctã non habet operationẽ in corpore intelligit secundũ eum q nõ est mẽbrum instrumẽtale, sed bene formale, qa dat formã corpori, & sine illa parte corpus esset deforme & imperfectum: vt. l. si rem. §. j. ff. de rei ven. vide Bal. in. l. iij. C. de accusa. in ver. quæro qd sit mẽbrum. Idem de labijs secundũ eũ in dicto loco quia labia sunt ianua gutturis & palati: & idẽ iudicatur de ianua q de anterioribus: vt. l. si vitẽ. §. ad ianuam. ff. q vi aut clam. Idẽ dicũt de dente vt non sit mẽbrũ, sed existat intra mẽbra & nõ habet per se operationẽ ꝓpriã sed mediãtibus
4 alijs bẽbris: vt. l. cui dens. ff. de ædil. edi. †Vtrũ mẽbrum aridum dicatur membrũ: dic q non: qa nõ habet vitã mẽbri sicut nec oculus lympositus: si autẽ habet vitã mẽbri, sed est sterilis tũc dicit mẽbrũ sicut dicit mulier, licet sit sterilis: vt. l. quæritẽ. §. fi de sterili. ff. de ædil. edi. Ex qbus Ang. in. d. l. ij. infert q si quis debilitat alicui digitum nõ debet puniri de mẽbro debilitato nisi in cõsequentiã manus esset debilitata propter digitũ debilitatũ: de quo latius. j. di
5 cã. †Et per prædicta inferi an ꝓpter sterilitatẽ & membri debilitatẽ debeat fieri mẽbri permutatio in alio. de quo re
6 mittit ad no. per do. in auẽ. sed nouo iure. C. de ser. fu. † Et sic videtur velle q si statutũ imponat pœnã amputatiõis manus dextræ q si illa sit arida: & nullã habeat vitã q illa non debeat amputari sicut si illã non haberet: sed alia sit amputanda: vt. l. ij. C. vt intra cer. temp. sed si habet aliqua lẽ vitã membri: & sic etiã videt ibi sensisse Bal. Sed Imo. ibi dicit quòd imò videtur quòd ex quo habet manum dextram illa amputetur. arg. l. pe. ff. de pœn. & pro hoc facit quod dicitur in. l. j. ff. ar. fur. ce. quia vitis arida an dicatur vitis ibi habetur. & ibi vide Barto. & similiter si statutum dicat q debeat manus amputari sufficit illam amputari: licet Cy. contra in. d. auẽ. sed nouo iure. Sed Iaco. & Barto. ibi tenent contrarium. quia negari nõ potest quod quãuis sit arida, tamẽ est ad corporis decorẽ. & vide Bal.
7 & Flor. in. d. auẽ. Ex quo † Ange. infert q. si inquiritur cõtra Titium quòd percussit Caium in barba cum barba dupliciter sumatur: vt supradictum est: alio non docto cũ ruditer sit probata inquisitio non condemnabitur percussor tanquam percusserit in facie. ita dicit q de facto vidit Perusij. Quod autem supra dixi q debilitato digito non
8 dicatur debilitatum membrũ, esset primò aduertendũ † an

Universidad de Deusto
Biblioteca

digitus dicatur mẽbrum:& vt dixi:ꝛ.l.videtur dicere ꝙ non:sed officium membri:vt.ff.de statu ho.l.non sunt liberi.in fi.& ibi Bart.& alij doc.&.ff.de ædil.edi.l.offilius. In contrarium videtur.c.presbyterũ.de cler.egro.& in.c. thomas.de cor.vitia.quid enim si precioso pictori vel scriptori pollex sit abscissus vel debilitatus:certè tota manus debilitata videtur,l.idem neratius.§.iulia.&.l. ad le. aql. Ex quibus videtur inferri ꝙ largo modo sumpto vocabulo in totum debilitato tali police vel simili:& manus siue membrum per consequẽs tanquã cõnexum debilitatum esse videtur:& hoc si rigorem vel asperitatẽ qs vellet sequi:verum si quis vellet æquitatem sequi:tunc iudicio meo esset aduertendũ ad supra dictam distinctionem qualis esset ille digitus qui debilitatus esset:nã si esset ille qui reddit quasi totam manum inutilem:tunc tenetur tãquã mẽbrum sit debilitatum,aliãs secus:vt patet per prædicta.ar.l.peculiũ.§.quadrigæ.ff.de leg.ij.Et ideo isto casu tu iudex habeas iudicium medicorũ:& in arte experторum cui stare debeas, & scribi facias in actis:vt.l.ij.C. de re.milit.li.xij.qui digitus sit ille qui remanet debilitatus.Et per consequens scire poteris:an ex debilitatione talis digiti dicatur manus debilitata:& etiam scribi facias in actis:an percussus sit scriptor.vel pictor.vel similis,vel non:vt patet ex prædictis.Et de ista materia vide Bal.in l.iij.in fi.ij.col.C.de accusa.vbi etiam dicit ꝙ membrum genitale:quia habet distinctam operationẽ dicitur membrum.quod not.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde ꝙ Bal. in rubri.C.de indi.liber.dicit ꝙ homo habet.vij.membra.ſ.pedes,tibias,coxas,inguẽ cum ventre cum suis interioribus:collo & capite in quo est facies:& dicit ꝙ ista appellantur membra maiora. & sic Bald.ibi sentit & in hoie aliqua sunt membra maiora aliqua minora cum qua doctrina possemus saluare omnia supradicta. Sed Apostolus rectè locutus est de istis membris ad Corinth.j.c.xij.quẽ alleg. Ange.in.l.publicorum.ff.de pub iud.& Bal.in.l.data opera.C.qui accu.in antepeñ.col.& ibi Bald.dicit ꝙ in corpore nostro multa membra habemus non autem eundem effectum habent:& dicit ꝙ illa propriè sunt membra quæ habent in corpore nostro per seipsa principaliter actum:vt manus,pedes,oculi, nasus & aures:dũ ergo Bal.ibi ponit oculũ pro mẽbro:vel nasum illa ꝓpriè sunt parua mẽbra & nõ maiora mẽbra per ea q̃ supra dixi:& dicit ꝙ mãmillæ mulieris sunt mẽbrũ: non autem mãmillæ hominis:quia mãmillæ mulieris habent officium suũ non autem mãmillæ hominis. Item genitalia hoïs sunt membrũ:& de barba,& de labijs:an sit membrum dicit cogita:dicit tamẽ ꝙ digitus hoïs non est membrum.Sed debilitat membrum digiti mutilatio per. l.quæritur.ff.de sta.ho. Sed aduerte in ista materia in-
9 quantum doc.videntur dubitare:†an dignitus sit membrum ꝙ Barto.in.l.non sunt liberi.ff.de sta.ho. dicit ꝙ si statuto cauetur,ꝙ si aliquis alicui aliquod membrum amputauit,quòd idem membrum sibi amputetur. Modo aliquis abscidit alicui digitum: an puniri possit ex forma statuti:& dicit ꝙ non:per text.illum cum glo.quia digitus non est mẽbrum:sed officium membri per tex.in.l.of filius.ff.de ædi.edic.& dicit ꝙ iam semel de facto fuit interrogatus:& ita consuluit de facto:& licet doc.hoc non dicant. Adde ꝙ Barto.hoc cõsuluit in consilio suo excvj. qd̃ incipit quẽriẽ nũquid digitus vocetur mẽbrum. vbi cõcludit ꝙ digitusnon est membrũ & multum se fundat super illo tex.in.d.l.itẽ offilius.ff.de ædil.edi.vbi dicit.ꝙ si cui digitus abscissus sit videtur qdem mẽbri diminutio: nam dicit ꝙ regula est ꝙ vbi copulatiua oratio ponit̃ inter diuersa:diuersa tm̃ habet copulare per gl.in rub.ff.de iur.& fa.igno.Sed sic est in.d.l.idem offilius.igitur. nam dicit,siue ponatur in vim disiunctiuæ:siue copulę. quòd habet in tantũ suum:quia necessario concluditur esse diuersum membrũ.Et dicit ꝙ ita tenet Mar.sil.& Odof. in d.l.non sunt liberi.Et istã sententiã tenet Rapha.fulg.& Sali.in.d.l.idem.offilius.Ang.verò in.d.l.idẽ offilius. fa-
cit mẽtionẽ de doc.Bal.in aut.sed nouo iure.C.de ser. fu. & ibi in.d.aut.Bal.etiã approbat doc.Bart.in.d.l.ij. ff. de publi.iudi.qui limitando prędicta voluit ꝙ si de mẽte statuẽtis aliud posset cõiecturari:tũc appellatiõe mẽbri veniret digitus & etiam dens.Puta quãdo statutũ diceret si quis abscinderet alicui mẽbrum simile membrũ sibi ascindatur:qa si quis alicui abscinderet digitũ sibi digitus tũc abscidetur.Et ita etiam voluit Ang.in.d.l.idem offilius. approbans doctrinam Bar.in.d.l.ij.&.sic semper doc.secuti sunt & magnifaciunt doctrinã Bar.de qua doctrina semper dubitauit:quia si in statutis verba propriè debent capi:vt dicũt do.in locis prealleg.quomodo in istis odiosis extendemus homini statuta contra regulã,odia.de regu.iur.Et non credo ꝙ in puncto iuris posset sustineri ꝙ si digitus est abscissus alicui ꝙ ꝓpter statutũ ille digitus debeat abscindi. Adde etiãAlbe.de rosa.in.q. statutorũ in.ij.parte.q.xxiiij. quæ incipit,quid si statuto cauetur ꝙ debilitans aliũ in membro qui dicit etiam quòd digitus non est membrum:dicit tamẽ quòd si ex debilitatione digiti debilitaretur tota manus,ꝙ contingit sepe ex debilitatione pollicis:tunc locus esset pene statuti.Et hoc etiã voluit Ang.in.d.l.ij.& de materia per Bald.in.c.j.de no. for.fideli.& tene menti ꝙ appellatione membri intelligitur de manu.Vnde si statutum dicit ꝙ amputaretur alicui membrum intelligitur de manu: vt dicit Bald. in.l.data
10 opera.circa medium.C.qui accusa.†An autem intelligatur de dextra vel sinistra si iudex cõdemnat aliquem ꝙ amputetur sibi manus:vide omnino per Ang.in.l.ab executore.ff.de app. Adde Moder.de materia in.c.cum ex iniuncto.extra de hære.Adde tamen ꝙ de materia ꝙ prius dicatur membrũ habeas recursum ad dicta Bal.in.l. publicorũ.ff.de publi.iudi.licet pauci doct.habeãt illam lectu.qui Bald.allegando Barto.in tracta. minoricarum multum eleganter loquitur de naso,ore,tibijs, capite, labijs,barba,dente, digito:& quid est membrum instrumẽtale,& quid formale, & quid de membro debilitato: an dens sit membrum dic ꝙ no.Bar.in consi.suo.cj. & quid de manu an sit membrum.ibi vide etiam Barto.in consil. excvij.qui ponit de digito,an sit mẽbrum.& dicit ꝙ non: & ibi dicit ꝙ si digitus ex percussione mutauit formam, propter hoc nõ dicitur ꝙ digitus sit deperditus:de oĩbus istis latissimè posuit materiam.d.Catald.in tracta. syndica.q.cxxxiiij.& idem.d.Catald.qõ.cxcj.dicit appellatione capitis cõtinetur collũ.in statutis etiam pœnalibus & alleg.Bal.ibi vide.& vide do.Nellũ in tracta.bannitorũ, in secunda parte secundi tẽporis,in.q.lj.& ibi quãdo digitus dicatur mẽbrum:& quid de mẽbro arido & de alijs mẽbris.& vide in.q.lxij.in dubio quid contineatur appellatione membri de quo membro intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Defendere seipsum non tantum est licitum sibi:sed etiam cuilibet de populo licet defendere offensum.*
2 *Defendens alium si uult euitare opiniones doctorum:quid facere debeat.*
3 *Defensio pro rebus an sic sit licita sicut pro persona.*
4 *Defendere consanguineum,an liceat.*
5 *Defendere offensum an quilibet cogatur qui illum tueri potest.*

ET dictus Titius se defendendo percussit dictum Caium cum vno cultello in manu dextra ex qua sanguis exiuit.

†Adduertas ꝙ nõ tantũ sibimet licet defendere:vt.l.vt vim.ff.de iust.& iur.& ibi Bar.& Bal.& alij.& in.l.sciẽtiã. 1
§.qui

§.qui cum aliter.ff. ad.l. aquil.& ibi Flo.cũ modramine tamẽ inculpatę tutelæ:vt.l.j.C.vnde vi.& ibi gl.Cy. Bar. Bal.& Sali.sed qualiter intelligatur istud cum moderamine,statim infra dicã. Sed etiam cuilibet de populo licet defendere offensum:vt eleganter not.Bar.in.l.si quis in seruitute.in fi.ff.de fur.& in.d.l.vt vim.in versi. quærit gloss.quid &c.& ibi glo.&Cy.& Pet.in.d.l.j.C.vnde vi. facit optimè tex. in.c. dilecto. extra de sen. excõi.in.vj.
2 ver.& quidem cum liceat.†Sed aduertas ad tollẽdas oẽs opi.Barto.consuluit in.d.l.vt vim.in.d.versic.quærit glo. ꝙ ille tertius defendens faciat sibi mandari ab iniuriã passo quòd ipsum defendat siue etiam acclamando & dicen
a do accurrite accurrite adiuuate & similia verba.vt not. Bal.in.l.j.C.vnde vi & tunc defendendo secundũ oẽs defendens nõ tenetur.arg.l.grachus.C.de adul. quod dicit
3 Bar.esse notandum in practica. †Quæro an sic sit licita
b defensio pro rebus meis sicut pro persona:dic quòd sic: vt.l.j.& ibi glo.& doc.C.vnde vi.& Bar.in.d.l. vt vim.
4 †Quæro an liceat defendere consanguineũ:dic ꝙ sic: vt.l.lex corne.in prin.ff.de iniur.& ibi glo.Bar.& in.d.l. vt vim.& doct.in.d.l.j.C.vnde vi.Flo.in.d.l.sciẽtia.§.qui cum aliter.& Sali.in.l.j.C.de rap.virgi.quod est intelligẽ dum etiam si mihi non mãdatur per consanguineũ meũ:
5 quia mea interest.l.j.&.ij.&.iij.C.de libe.cau. †Quæro
c cum licitũ sit cuilibet extraneo defendere quemlibet de populo vt supradictum est:an quilibet qui potest cogat adiuuare & defendere illum cui infertur iniuria.Bart.& doct.in dicta.l.vt vim.dicunt ꝙ non:pro quo allegant gl. in.c.quanto.de senten.excõ.& tex.in.c.dilecto.eo.titu.in vj.& est casus etiam.& ibi doc.in.l.metum.§.sed licet. ꝙ met.cau.nec si ille potuit opem ferre & non tulit dicitur te offendere:vt est tex.& ibi Bal.& Rapha.in.l. filio pater.ff.de lega.j.licet non præstando auxilium cum possit & negligit videatur iniurianti fauere ac esse particeps huius culpæ:ita dicit ad literam tex.in.c. dilecto. de sententi.excõ.in.vj.

ADNOTATIO. a ¶Accurrite. adde Barto. in.l. deuotum. C.de de meta.libr.xij.vbi quod si aliquis vult me expellere de possessione mea vel amici mei quòd vicini & peregrini possunt percutere volentem me expellere.& vide Paul.de cast.in consi,cxciij. in primo impressis.vbi quòd non permittitur defensio amicis nec vicinis quando offensio est licita.Ber.

b ¶Quòd sic.adde tu tex.in.l.iiij. §.l.duodecim tabularum.ff. ad leg. aquil.& Bal.in.l.si allegas.C.de sicar.adde tamen quòd pro re non licet occidere sicut nec pro persona quando res est valoris à duobus aureis infra ita in specie Mathe.no.cxl.& limita etiam vt per Bart. in furem nocturnum.Item limita non habere locum in clericis: nec personis ecclesiasticis:quia non licet occidere pro defensione rerũ suarum.tex.in ca.suscepimus.extra de homi.& sunt verba Ias.in.l. ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.vide Francis.de are. in consilio. lxxx. vbi quòd pro defensione rerum non licet occidere: & si occidatur puniatur quis de excessu.de quo etiam per Cep.in consil.xix. Ber.

c ¶Cuilibet extraneo.Adde tu & vide in glo.in.§.iuri prætextu. institu.de iusti.& iu.per Modern.in.c.j.de off.deleg.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde Bar.in.l. prohibitum.C.iure fisci.lib.x. qui dicit ꝙ ibi videtur casus ꝙ illi tantum possunt resistere insultanti quando eorum interest:dicit tamen ꝙ si sunt amici:insultatus potest ipsos conuocare & etiam sine conuocatione possent venire amici,& vicini per.l.ij.§.igitur.ff.de vi & vi armata.dicit tamen ꝙ ad hoc vt oppressis citius succurratur consuetudine inuctum est vt oppressi exclamẽt succurrite succurite:ex quo videtur omnes audientes cõuocare.Et de materia vide Inn.in terminis qui ponit qd de consanguineis,& quid de extraneo in.c. si verò. lo.j. extra de senten.excom.& ibi per Moder.& per gloss.bonam.xxiij.q.iij.c.non est inferenda.vbi bonus text. quæ gloss.ponit an cogatur quis defendere:& Barto.in.l.metum.§.sed & licet.ff.quod met.cau.& vide doc.in.c. dilecto.& dicit Bal.in.d.l.vt vim.ff.de iusti.& iure.quòd etiã inimicum meum possum adiuuare si est insultatus ab alio:& allegat istam rationem quia propter iniuriam quę fit inimico meo offenditur res publica: ergo quilibet de populo potest propulsare illam iniuriam.& vide Bald.in l.raptores.C.de epis.& cler.qui dicit quòd si adiuuando consanguineum meum occidam aggressorem quòd non teneor & remittit ad no.in.c.j.de pace tenẽda.vide aliqd per Ang.in.l.j.§.serui.in fi. & in. §. occisorum.ibi in.§.si sibi manus. ff. ad silla. Et omnino in hac materia adde pulchra verba Ange.in.l.j.in.j.col.C.de rap.vir.qui dicit quòd illa clamatio requiritur propter extraneos qui veniant ad adiuuandum,sed non requiritur in propinquis. Adde Bald.in.l.j.§.si in eo.ff.ad sillani. Adde.d. Abbatẽ in.c.olim.extra de resti.spo. Aliquid per Ang.in.l.is qui aggressorem.C ad leg.cornel.de sicar.

6 *Statuto permittente uulnerato competentem uindictam contra uulnerantẽ: an tale ius uindictæ possit alteri demandari.*

6 **Ange.** †Quæro statutum permittit vulnerato cõtra vulneratum cõpetentem vindictam:an tale ius vindictæ possit demandari.Bal.not.in authent. de pace iur.fir.in.§.iniuria.dicit quòd non.& idem not.in.l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Et pro hoc facit æqua ratio quia si statutum demonstrat specialem personam à qua debet fieri vindicta: ergo ius specialiter concessum tali personæ alteri cedi non potest:pro quo facit tex.opti mus in.l.seruus si hæredi.in ratione sui.ff.de sta.libe.facit quod notat Cy.in.d.l.j.circa vlti.q.C.vnde vi.vide quòd notat Barto.in simili in.l.j.in fi.cum.l.qui viam.in princi. ff.de oper.no. nuncia.&.l.gracchus.C.de adult. & quòd not.gloss.in.l. cum fundum.in fin.ff.de vi & vi ar. & dixi supra in gloss. super verbo,che hai adulterato la mia dona.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde Ro.in l.si quis in graui.§.si maritus.ff.ad silla. & Bald.in repetitio.l.j.C.vnde vi.in.xv.col.& Bal.in.l. accusationis.C.quòd met.cau.& Bal.in.l.ad officium. post Cyn.C.communi diui.& Pau.de cast.in.l.fi cùm dotem. §.transgrediamur.ff.solu.matri.Sed aduertas. quòd Bal. in.l.gracchus.C.de adulte.per illum text. dixit contrarium vbi pater qui potest propria author.occidere adulterum potest hoc mãdare filio qui impunè interficiet.Sed aduerte quia potest responderi ad illum tex.vt respondet Barto.in.l.non solum.§.si mandato.ff.dè iniur.in versicu. secundò quæro quia verum quòd non potest alteri demãdari nisi filijs.Sed adde Ro.in.l.j.§.fin.ff. de ope.no . nunquí pro opi. Bald.alleg. casum in.l. metum. la grande.§. sed & licet.ff.quòd me.causa.Sed in hac materia non recedas ab opi.cõi.Nec.ob.ille tex.alleg.à Roma.quia latè respondeo in addi.meis quas dedi in.l.j.§.fi.ff.de ope.no. nun.dic vt ibi & dixi supra in illa glos.che hai adulterato la mia dona.

7 *Defensio quando dicatur eum moderamine inculpatæ tutelæ.*
8 *Fugere non potens quin percutiatur ab aduersario:an licitè possit aduersarius interficere.*
9 *Probari quomodo possit aliquid factum fuisse ad sui defensionem, & quomodo faciet articulos.*
10 *Articuli ad probandum quòd fecit ad sui defensionem.*
11 *Præsumitur quis in discrimine uitæ constitutus eoipso quòd sibi terror inferatur cum armis,*
12 *Probato quòd cum armis fecisti insultum contra me.lex præsumit quod erã constitutus in discrimine uitæ.*
13 *Probato quòd tu cum armis insultasti me.satis dicor probasse quòd occidi te ad mei defensionem.*
14 *Coniecturis probatur quòd quis fecerit ad sui defensionem.*
15 *Insultatum posse cum armis offendere insultantem,intelligitur quando insultus factus fuit cum armis euaginatis.*
16 *Defensio satis est probata,si testes dicant & deponant quòd uiderunt Titiũ occidisse Caium ad sui defensionem.*

Ange. Dixi quòd licita est defensio cum moderamine inculpatę tutelę quomodo intelligaẽ dicta verba glos.in.l.j.C.vnde vi multũ laborat,sed Bar. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibi & in.l.furem.in fi.ff.de sica.dicit quòd dicitur inculpata tutela quando aliter se defendere non potest: vt est text.in dicta.l.scientiam.§.qui cùm aliter.& in dictis locis per dictā.l.leges intelligit si aliter se defendere nō potest sine periculo rerum siue personæ: vnde non debet pati quòd damnificetur in aliquo si damnum esset irreparabile,aliàs secus:vt.d.l.furem. †Ex quo etiam infert ꝙ si non possem effugere quin me percutias nisi te interficiā licitè possum te interficere quía cum quælibet iniuria personalis sit maior quacunque reali: vt.l.in seruorum.ff.de pœn.& propter realem irreparabilem possum te interficere:vt.d.l.furem.ergo fortius propter personalem: facit glosſ.de resti.spo.c.olim lo primo ad finem glosſ.fi.& extra de homi.c.significasti.de quo ibi omnino vide,& istā etiam dicit Flo.in.d.§.qui cum aliter.in princ. †Quomodo autem posset probari factum ad sui defensionem. de hoc habes glosſ.ordina.in clemen.j.de homici.in glo. j. & ibi Pet.de ancha.qui videtur velle quòd necesse sit quòd articuletur & probetur quòd iste erat arctatus & angulatus.ita & taliter,quòd neque clamare:neque fugere vel aliter se iuuare poterat, & per circunstantias debebit hoc probare:quía in foro contentioso sibi asserenti nō creditur.Sed etiam aliud articulare & probare debet:videlicet quòd non potuit cum suo honore & saluatione euitare insultum:aliàs imputaretur ei cur non euitasset: vt maius malum euitaret:vt.ff.ad leg.aquil.l.quemadmodum.§.si nauis alteram.& ibi Flor. †Ex hoc infertur quòd etiam debet articulare quòd per illam aggressuram fuit in discrimine vitæ constitutus:tunc videtur ei statim licere aggressorem occidere: vt in.l.is qui aggressorem. C.de sica,& ibi not.& Barto.in.d.l. scientiam.§. qui cum aliter.dicit facias articulum ad probandum defensionem cautè:quía non sufficit dicere quòd ipse fuit aggressus. vnde tu percusisti eum.Sed dicas quòd tu aliter te tueri non poteras: nec ab eo euadere [b] nisi eum vi repelleres: quod bene no. †Et aduertas quòd quis præsumitur in discrimine vitæ constitutus:eoipso quòd terror infertur cum armis.ita sentit notabiliter glosſ.in.l.v.ff. ad.l.aquil. & ibi Bato.not.dicit in princip.ꝙ eoipso quòd probo ꝙ aliquis veniebat cōtra me cum cutello:ꝙ ego occidi eum statim probata est mea defensio:vt ibi est casus cum glo. & hoc etiam tenet Bald.in.l.j.C.vnde vi.in lectura ordinaria illius.l.si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad legem aquil. & ibi etiam Barto.dicit quandoq; ego percutio te anteq̄ me percutias quando es in actu percutiendi:tunc in dubio videor facere ad defensam: & hoc modo potest intelligi ibi glosſ.quandoque quis est percussus:& tunc non licet repercutere etiam incontinenti.quia hæc essent vindicta:quía iam habita offensa euadi non potest, nisi fortè percuteret euadens alias offensas,quas aduersarius volebat infligere de nouo.Si verò non quæ percussio ‘ præcesserit:dic vt not.in.d.l.j.C.vnde vi.Et hoc casu potest intelligi quando præsumatur culpa in eo qui prouocauit:facit.l.j.§.cum arietes.ff.si quad.paupe. fecis.dic. De hoc etiam vide Sali.in.l.ij.C.de sica. In tantum ꝙ Innoc. in.c.si verò. de senten.excom. dicit ꝙ sufficit probari ꝙ probabiliter dubitari poterat de offensione,vt defendēs se excusaret:arg.d.§.qui cùm aliter.&.l.sed & si quæcunque.in prin.ff.ad.l.aquil.&.C.quando lic.se si.iu. vin.l.j. &.d.l.is qui aggressorem.quod no.Et prædicta procedūt nisi sit miles insultatus à rustico vel robustus à debili:ita ꝙ sine dedecore fugere nō poterat,si occidat illum rustico cum nō punietur.ga videtur se aliter tueri non posse[d]:argu.ff.de cōdi.institu.l.si filius.& ita dicit Dyn.& Bart.& Cy.& Ang.& Bal.in.l.j.C.vnde vj.

ADNOTATIO.a ¶Moderamine inculpatæ,Adde tu an licitū sit cum moderamine offendere cardinalem pro tuitione corporis. Ioan.and.in.c.fina.de pœnis.dicit quòd sic & Angel.in.l.vt vim.ff. de iusti & iure.& quando dicatur fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ,vide Cep.in consil.xlij.& consi.xliij.Bald.in consil.ccij. in.iiij.volu.ybi dicit quòd defendens dicitur potius pati quā agere.& videtur.d.Alex.in consil.cix.in.j.vol.vbi ꝙ non requiritur necessario quòd testes dicant quòd aggressus non poterat euitare mortem:sed sufficit quòd dicant quòd non poterat euadere iniuriam personalem.& ibi allegat Bart.in consi.incipi.vanutius et ꝙ etiam sufficit si testes deponant de credulitate:licet in alijs non valeat dictum testis de credulitate.Ber.

[b] ¶ Euadere.adde et vide Ias.et Moder.in.d.l.vt vim.de iusti.et iur.

[c] ¶ Quæ percussio.Adde et vide Cep.in consi.xlj.vbi ꝙ habens plura vulnera præsumitur ꝙ passus fuerit aggressuram. allegat ea. in cle.j.de homi.Ber.

[d] ¶ Tueri non posse.Adde quādo quis teneatur fugere.et vide Bal. in consilio.ccij.in.iiij.volu.Cep.in consil.xlij.et do. Alexā in consi. lxxvj.et consil.cix.in.j.volu.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd in theorica & in practica melior decisio non potest allegari quam decisio Bald.& Ang.in quodā suo consilio:vbi ambo in ciuitate Venetiarum consuluerunt & victoriam obtinuerunt,quía captiuus euasit à pœna mortis: vt de omnibus istis fecit mentionem Angel. in.l.is qui aggressorem.C.ad legem cornelíam.de sica.q dixit quòd ibi erat text.& glosſ.sing.not.quæ coniuncto text.tradit aduocati formam practicandi cùm volunt defendere accusatum prætendētes eum non debere puniri eo quòd omnia fecit ad sui defensionem. Deberet em articulare quòd accusator armatus tali loco & tempore cum talibus armis,insultum fecit,& impetum contra ac cusatum,causa eum percutiendi cum dictis armis:& tūc dictus accusatus videns se sic insultatum , & in vitæ discrimine constitutum: eisdem loco & tempore vulneribus in dicta accusatione descriptis percussit accusatorē: & dicit quòd ista est rectè practicandi forma: quía te coarctas ad locum & ad tempus & vulnera in accusatione descripta:& ita te coarctando deducis quòd cum eras in discrimine vitæ constitutus per dictum insultum:tu percussisti,& dicit quòd ista practica est bona quando accusatus percussit post insultum antequā percuteretur. Sed si accusatus fuisset primò percussus non licuisset ei repercutere percussorem: nisi propter timorem geminandæ percussionis: & ísto casu ista est practica articulandi ꝙ accusator armatus insultauit & percussit:& cum se iterum ad percutiendum pararet:dictus accusatus dictum accusatorē percussit vulneribus in dicta accusatione descriptis. Et hoc modo habebit practicam ad defensionē quā aduocati nesciūt articulare:qa dicit Ang.ꝙ nesciunt eam concludenter deducere. Et subdit ꝙ nō debemus illud intueri ꝙ insultatus poterat fugere.nam sufficit solū sibi ꝙ insultatus est & ꝙ erat in periculo:& dicit ꝙ de hoc est casus in.d.l.is qui aggressorem.& in.l.proxi.quæ hoc clarius probant quā aliqua lex quæ sit in iure. Vnde dicit ꝙ non sentit illis tenentibus ꝙ tenetur fugere si fuga nō est verecūdia sibi:qa nullo casu tenetur per has.ll. cū sibi suffecerit esse in dicto discrimine.& alleg.Bar.hoc voluisse.& dicit ꝙ hoc putat verū & æquū . Et dicit ista mēti esse teneñ.qa lucraberis multā pecuniā. Et sic mirabiliter no.†ꝙ eoipso ꝙ probo ꝙ cū armis fecisti insultū contra,me lex præsumit ꝙ eram cōstitutus in discrimine vitæ:& ista etiam approbauit Ang.in.l.j C.vnde vi. Tene tamen menti ꝙ ille qui primò percussit me & insultauit videtur habere animum repercutiendi in dubio.hoc optimè ꝓbat Sal.in.d.l.is q aggressorē.& Bal.in.l.vt vim. ff.de iusti.& iure.& dicit Bald.in.l.j.C.vnde vi.ꝙ hoc est verū durāte rixa ꝙ ille qui percussit videtur habere animū repercutiendi. Et nota ea quæ dixit Bar.in.l.sed si quacūq;.ff.ad le.aquil.qui dixit ꝙ si occido aliquē venientem cōtra me cū cultello:dicor fecisse ad mei defensionē.

Plus dixit Bal.in.l.in lege.ff.loca.in addi.ꝙ si video inimicū meū parantē se vt me offenderet possum ego prorumpere ad offendendum ipsum anteq̄ aggrediatur me.

Sed istam doctrinam Bal.nō puto veram pro nunc.& gl.xxiij.q.j.in summa vult ꝙ si quis vim factā repellat:potius præsumi debet ꝙ causa defendendi quā vlciscendi hoc fecerit.Iura enim multum persequūtur autorē rixæ & illum

& illum qui primò insultat alium:adeo quòd Bal.in.l.is qui aggressorem.C.ad le.corne.de sica.dicit quòd ille qui est insultatus in dubio lex semper præsumit quod quicquid facit faciat ad sui defensam.& ita dicit Bal.per illū
13 tex.in.l.j.§.cum arietes.ff.si qua.pau. fe.di. †Ex quibus colligo quòd eoipso quod probo ꝙ tu cum armis insultasti me: satis dicor probasse defensionem meam:scilicet ꝙ occidi te ad mei defensionem:quia ego qui sum insultatus habeo præsumptionē iuris pro me:quòd postea ego insultatus quicquid facio:facio ad mei defensionem:& hoc modo lex præsumit quod insultatus erat in periculo. iuxta illud vulgare. [Homo assaltato mezo perso o morto.] Vires enim multomagis excellunt & excedunt in persona illius qui aggreditur alium quā in persona illius qui aggressus est:quía insultans est præuisus insultatus verò non.Et ideo recte voluerunt doctores quòd contra insultantem alium & autorem rixæ ista præsumantur.

Et si diceretur quòd do.Ant.de butri.in.c.olim.in . xv iij. col.dum disputat istam materiam.extra de restitu.spolia. dicit allegando Bartol.quòd ad probandum defensionē illius qui occidit alium : testes non debent deponere ꝙ aliter euadere non poterat : sed quòd aliter non poterat iniuriam defensare:nisi illum percussissēt. Et Bald.in
14 l.j.C.de confess.circa medium.dicit †quòd ad probandum quòd quis fecerit ad suam defensionem , probatur per coniecturas.& ita dicit.d.Pet.de anch.in cle.j.de homi.& dicit quòd ibi est glosſ.quía intelligo prædicta militare vbi non apparebit quis primo fuit ille qui aggressus est alium quía tunc opus est quòd ista probentur:sed vbi apparet de aggressore:eoipso quòd probo quòd tu in illo loco & tempore quibus aggressus es me cum armis euaginatis: ego offendi te:probato insultu tuo cum armis licet in illo loco & tempore,statim vulnerauerim te, vel occiderim te:statim dicitur probari defensio mea: qa signum est ꝙ in loco & tempore insultus eram in periculo vitæ vel alicuius iniuriæ personalis per prædicta:dicat Bato.quicquid velit in.l.scientiam. §. qui cum aliter. ff.de leg.aquil.quía expresse contrarium dixit in l.sed & si quacunq;.ff.ad le.aquil.& in terminis hoc dicit Pet. de anch.in clemen.j.de homi.qui dixit ꝙ glosſ.Accur . Bernar.& Io.in decret.hocvoluerunt & sic no.tu ꝙ in practi
15 ca à glosſ.non est recedendum. †Et hæc intelligo vera quando insultus est factus cum armis euaginatis:vbi autem quis aggressus est me sine armis sed cum pugno: & ego habebam arma & percussi eum:dic vt dicam infra, in sequenti.q.quæ incipit,quidam insultauit me cum baculo.& hoc est quod dixit.Bal.in.l.j.C.vnde vi.qui dicit quod aduocati volentes probare defensionem alicuius faciunt vnum articulum de arctatione loci, scilicet , ꝙ ille erat ita arctatus in illo loco quòd aliàs non poterat euadere.nam dicit allegando Barto.qd hoc non est necessarium:quia sufficit probare insultum & terrorem:armorū: quía quicquid postea est factum dicitur factum ob defensam.licet Bal.in.l.prima,in fi.C.quando licet.se sine iudi. vindi.dicat ꝙ ille qui minatur mortē alicui potest in ipso actu ab ipso occidi:quía non debet expectare primò percuti:melius, est enim occurrere in tēpore quam post exitum vindicare:& quía illata percussio non potest reparari.intelligo ergo ista quando ille erat in actu percutien-
16 di:quem cum difficultate illæ poterat fugere. †Et adaduerte quia satis est probata defensio.si testes dicunt & deponunt ꝙ viderunt Titium occidisse Caium ad sui defensionem:vt voluit Barto.in consi.suo quinto quòd incipit,quidam Massiolus.& de illo consil. facit mentionē Sali.& eum approbat in.l.solā.C.de testi.quod not. sing. Et de omnibus istis vide Sali.in.l.j.C.vnde vi.& vide,d. Catal.in trac.synd.q.cxcvij.qui dicit in fi.illius. q.quòd probatur ꝙ quis fecit ad sui defensionem,etiam per cōiecturas.Et allegat Bal.ita dixisse in.l.j.C.de confes. Dicit tamen Roma.in sing.sui primi anni.xxvj.allegt. Bal.ꝙ licet quis probet sed occidisse Titium ad sui defensionem: debet probare ꝙ ad sui defensionem necessariam hoc fecit:& si non probatur necessaria defensio,non obtinet.& alleg.Bal.hoc voluisse.

17 *Insultatus modum excedens in se defendendo:ut puta vulnerando potuit se defendere & tamen occidit:an puniatur de occiso uel de excessu.*
18 *Inquisitus potest probare per fratrem proprium quòd fecit homicidium ad sui defensionem,triaque sunt quæ requiruntur in defensione.*
19 *Excedens modum in se defendendo,quando puniatur in tantum quantum excessit.*
20 *Defensio quomodo intelligatur fieri incontinenti.*
21 *Insultus factus fuit contra me sine armis:an possim me cum armis defendere.*

17 Ange. †Aduertas etiam qa supra dixi cum moderamine inculpatæ tutelæ qd si insultatus modum excedit se defendendo vt puta vulnerando, potuit se defendere,& tamē occidit:an puniatur de occiso:
a & dicas qd debet puniri solum de illo excessu[a].casus est singularis in.l.si adulterium cum incestu.§. imperatores. ff.de adulter.&.C.eo.titu.l.gracchus.& hoc vult Io.and. in specu.de homicidio in rubri.& in.c.significauit.de pœniten.& remiss.& Bal.in titu.de pace te.& eius vio.in vsi. feudorum.Quod est verum quando excessus est punibilis:vt in.d.glosſ.in.d.c.olim. Debet etiam talis se defendens articulare & probare ꝙ hoc fuit incontinenti & nō ex interuallo,qa aliter diceretur vltio non defensio : quæ vltio non est permissa:vt not.in dicta.l.vim.Et dicitur fieri incontinenti vel ex interuallo iudicis arbitrio iu.attenta qualitate iniuriæ & facti personarum:vt.l.iij.§.cum igitur.ff.de vi & vi ar. Ac etiam debet articulare & probare ꝙ ante factum & non post factū se defendit:vt not. text.de homi.extra in.c.significasti. & Bal.in.d.l.j.C. vñ vi.versi.extra op.ꝙ ante &c.intelligitur quando esset tale factum:quod reuocari non potest nec in pristinum statum reci possit qa tunc incontinenti post factum licet,sed non
18 ex interuallo,vt.d.§.cùm igitur. †Et tene mēti & nunquā exeat mentem tuam ꝙ etiam iste ingsitus potest probare per fratrem proprium ꝙ fecit homicidium ad sui de fensionem,ita dicit Bal.& Salice.in.l.parentes.C.de testi. qa fiscus tractat de pœna & lucro odioso cum aliena iactura igitur:vt.l.si quis vxori.§.j.ff.de fur. Quæro ergo quid importent dicta verba cum moderamine &c.glo.& docto.in.d.l.j.C.vnde vi.dicūt multa.Sed Bal.ibi in versicu.quærit glosſ.in quo consistat &c.concludit & dictz glosſ.triplicem conclusionem.Primò ꝙ in defensione requiratur factorum æqualitas:ex quo sequitur ꝙ aggressus in ne armis non potest vti armis nec armis percutere.Secūdò requiritur temporis vicinitas vt dictum est.Nam vt simul fieri dicantur oportet vel simul fieri in ipso congressu vel successiue immediate vel quasi immediate: vt.d.§. cum igitur.Tertiò ꝙ talis & tanta sit expulsatio quāta est necessitas defensionis:hæc nanq; moderata defensio nō plus faceret quā oporteat &c.

A DNOTATIO. a ¶De illo excessu,adde.d.Frā,de aret.in cōsi, lxxx.Pau.de ca.in consil.cxc.inci.in causa carceratorum. Petri. de anch.in consi.cclxxxv.Bald.in consil.cccxxx.in.j.volu.& consilio cij.in.j.volu.& Fran,de aret.etiam in consil.xxxiij.& cep.late in consi.xxix.&.d. Alexan.in consil.lxxvj.& in consi.cix.in.j.volu.& in consil.xxiiij.& in consil.cxxxviij.in.ij.vol.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd vera est ista conclusio quòd si insultatus modum excedit in se defendendo punitur de excessu tā tum:& sic de quanto & non de toto : & sic pœna extraordinaria punitur & non ordinaria , & hoc pulchrè declarat Bal.in. l. vt vim. ff. de iust. & iur. qui dicit quòd quis potest excedere modum:aut ex dolo & tūc plus punitur , aut culpa lata , & tunc minus : aut leui & minus. Aut culpa leuissima , & hoc voluit Bald.in.c.j. de pace iuramen.firman.quia ille qui est in instati periculo & pœna magna & metu quicquid facit non dicitur facere ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo, deliberato: quia motus dolore non est in plenitudine intellectus & do. Bald. in d.l. vt vim q̃ ille qui est agressus non potest habere steteram in manu & ideo si excedit modum in se defendendo: non punitur nisi in tantum inquantum excedit, & sic extraordinariè punitur: & hoc etiam voluit glos. xxiij. q.j. in summa. & Pet. de anch. in cle. j. de homicidio & But. in c. significastti. de homicidio.

Et hoc expresè declarabitur per exẽplũ infra in illa. q. quæ incipit. quare Titius vulnerauit Seium & statim
19 ausugit. Tene tamen menti prædicta & tempera † q̃ verum est quòd ille qui excedit modum in se defendendo punitur in tantùm quantùm excesit. Hoc verum si ex proposito excesit. secus si culpa sic si insultatus fuit in dolo. ita reperio Pet. de anch. hoc voluisse in dicta cle. j. de homicidio. in fi. tertij notabilis. licet Bald. alle. dixerit in d.l. vt vim. In dubio autem non præsumitur dolus: sed culpa in eo quia faciendo actum licitum excesit modum ista est pulchra theorica Sali. in l. graccus. C. de adul. in illa. q. quando iudex torquendo occidit aliquem. Sed quis se defendendo facit actum licitum: quia vim vi repellere licet dicta. l. vt vim. ergo si excesit modum defendendo potius præsumitur culpa quam dolus. Credo tamen quòd in dubio ista remittuntur arbitrio iudicis qui diligenter omnibus consyderatis iudicabit an ex
20 culpa lata vel leui vel ex proposito per doctrinam Bald. in dicta. l. vt vim. cogita. †Adde etiã inquantũ tanctũ est quòd opus est quòd incontinenti fiat defensio quod Ro. in dicta. l. j. §. qui præsens. ff. de verbo. oblig. dicit. quod illa iura quæ dicunt vim vi repellere licet, dumodo incontinenti fiat aliquando si fiat post sex menses dicitur incõtinenti per decẽnium puta si vnus magnus dominus vel potens expellat vnum inferiorem. nam licet etiam in decennio recuperare possessorem suum, & dicetur facta incontinenti. alleg. Hugo. ita dixisse. j. di. in. §. ius naturale. de quo dicto facit festũ Bal. in. l. sina. C. de his qui à non domino: de ista dictione incontinenti dic vt latissimè vltra omnes doct. dixi in dicta. l. j. §. qui præsens. ff. de verb.
21 oblig. †Et inquantùm supra dictum est quomodo dicatur factum cum moderamine inculpatæ tutelæ & dictum est quòd si sine armis in me insultum feciśti ego armis non debeo me defendere: & ita limita istam materiam vt dicam infra in sequenti glos. in tex. & additio. qa potest esse quòd defensio licita erit cum armis: licet sine armis in me insultum feceris: vt ibi videbis: & de istis vide. d. Abbatem in. c. olim. extra de resti. spo. qui disputat in quo consistat istud moderamẽ inculpatę tutelę. Sed do. Ant. de but. ibi latius disputat. Concludit tamen ibi. d. Abb. tandem quòd ista relinquuntur arbitrio iudicis. Et vide ea quæ multum elegãter scripsit Ro. in sing. suis primi anni sing. iiij. quod incipit, an si quis excesserit modum.

22 *Insultauit me quis cum baculo ego ne percuterer eum cum gladio feriui unde mortuus est quæritur ad debeam puniri.*

23 *Insultum fecit Caius contra titium à cuius facie poterat ausugere, non ausugit: imò Caium percussit: an teneatur Titius.*

24 *Pisanus uel Perusinus qui sunt bellicosi & quibus esset uerecundia ausugere si fuerit insultatus & fugere posit: an fugere debeat.*

25 *Robusto uolente percutere debilem cum pugno, an debilis contra robustum poterit uti gladio.*

22 **Ange** †Ex his infert ibi Bal. adi. q. Quidam insultauit me cum baculo ego ne percuterer eum cum gladio feriui: vnde mortus est, quæritur an debeam puniri: in quo concludit secundùm glo. in. dicta. l. j. videlicet aut insultatus poterat aliter quam cum gladio se defendere: & tunc punitur aliàs non alleg. nota. in. l. ij. C. de fica. In dubio autem cum ferit insultatus cum armis quia fustes sunt arma præsumitur quòd sine armis se defundere non potuit. Et etiam Bald. ibi infert. pone quidam fecit contra me insultum sine vllo genere armorum volens mihi dare vnam maxillatam manu vacua: ego ne percuterer: gladio ipsum interemi: an puniar. Et distinxit aut cõstat quòd poteram aliter me defendere, & tunc tenor quia non seruaui modum defensionis: sed vindictã assumpsi: aut constat quòd ego non poteram euadere quin cum vituperio percuterer & tunc licitè feci: nam si hoc licet pro rerum defensione: vt dicta. l. j. ergo fortius propter personas & corpus nostrum quod dignius est: vt. l. in seruorum. ff. de pœn. aut dubitatur, & tunc in dubio præsumitur quod alia via patuerit defensioni inter
23 pares. Sed si insultans esset robustus, & ego senex: tunc præsumitur propter annoru m inæqualitatem quòd non poterim aliter me defendere secundùm. d. glos. vnde multæ circunstantiæ sunt ponderandæ: vt ex prædictis patet. †Quærit Bald. in dicta. l. j. versi. pone quidam fecit insultum &c. quidam contra: me fecit insultum à cuius facie poteram ausugere: non feci, imò eum percussi: an teneat. Et concludit aut violentia infertur circa res ad earum occupationem vel destructionẽ, & non debet quis fugere: quia fuga trahit secum periculum circa res: vt. l. j. §. si quis autem. ff. de vi & vi ar. aut circa personas: & tũc aut fuga importat periculum salutis: quia inimicus est sibi ad spatulas & terga vertendo de facili posset vulnerari, & non debet fugere: imò salutẽ suam tueri: vt. d. l. sciẽtiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. aquil. aut fuga importat
24 periculum honoris: & tunc idem secundùm Iaco. de are. quia quilibet honorem suum debet tueri: & cum lucro preferre: vt. ff. si quis omis. cau. te. l. iu. Ex quo etiam Bar. in dicta. l. j. C. vnde vi. & ibi Cyn. dicunt †. quòd si esset vnus Pisanus vel Perusinus qui sunt bellicosi & verecundia esset ausugere: quòd non debet fugere: secus si esset alterius patriæ vbi homines non sunt ita bellicosi: qa non esset dedecus ausugere: & tunc aut fuga periculum non importat: sed cautelam quandam: tunc debet quis ausugere: quia sibi non nocet & alteri prodest: vt. ff. de aqua plu. arcem. l. ij. §. item nauis. Et bene aduertendum est quòd illud quod dixi supra, de honore intelligitur etiam de leui: quoniam leuis honor est curandus. facit. ff.
25 de iniurijs. l. iniuriarum. §. si quis de honore. † Quid si robustus vtitur contra debilem tantumodo pugno: nunquid debilis posit vti gladio. gloss. in dicta. l. j. dicit quòd sic. & idem tenet ibi Cyn. Barto. & Bal. in versic. sed pone robustus.

Augusti. Tu autem in hac materia adde inquãtum supra tactum est: an si me insultasti sine armis sed cum pugno an posim te occidere impunè cum armis. Aduerte quòd dico quod posibile est quòd impunè cum armis possem te occidere isto casu, & dicor feciśe ad mei defensionem: & hoc est si accusatus probaret per testes quòd ipse occidens aliter non poterat euitare illum pugnum: quia si aliter illam iniuriam non poteram euitare: nisi te occidam hoc possum: & hoc collígo ex doctrina, Bartoli, in. l. furem. ff. ad legem corneliam, de sica. qui voluit quòd si probo feciśe ad mei defensionem si interfeci te, probando quòd aliter non poteram euitare illam iniuram realem: nisi te interficerem: quia si pro rebus hoc licet: multo magis pro personis: & hoc est quod dixit etiam multum eleganter Antonius de butrio in capitulo, olim. extrà de restitutione spoliatorum. qui ipse examinat istam materiam qui dicit ex his apparet quòd Bartolus vult quod testes ad probandam defensionem non debent concludere & deponere, quòd aliter euadere non poterat: sed quòd aliter non poterat iniuram defensare, vel euadere illam iniuriã personalem. Vnde si sum in vno augulo vbi perstrinxisti me, & vis dare vnã maxillatam mihi: & ita prope me eras q̃ cum pugno poteras me percutere: nec poterã euadere quin me percuteres: ego ne me peuteres capio vnũ gladium quem habebam ad latus & te percutio & interficio: tunc isto casu dicor feciśe ad mei defensionem per prædicta. Bene verũ est quòd isto casu opus est quòd ista probentur quòd aliter non poteram euadere illam in iuriam: nisi te gladio percusissem: vt dictum est, & in hoc facio

facio differentiam inter illum casum, quando tu insultasti me cũ armis euaginatis: & ego occido te: quia isto casu non opus est quòd ista probentur, sed sufficit probare & articulare id quod suprà dixi in addi. in hac eadem glos. quæ incipit dixi quòd licita est defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ: secus quando occido in casu. q. nostræ. quia opus est probare hoc per testes quod dixi suprà: & hæc nota. Nec huic conclusioni obstat quòd ego dixi suprà quòd ad hoc vt quis dicatur non excesisse modum opus est quòd arma sint æqualia pugnus cum pugno, si cum armis paruis & non inhastatis tantũdem debet esse ex parte defendentis se: qa p̃dicta non militant vbi offensus esset ita coarctatus ab autore rixæ & sic ab insultante: quòd nisi insultatus gladio se defendisset & percusisset illum autorem rixæ: licet aggressor arma non habuisset & voluisset cum pugno dare sibi vnam maxillatã, aliàs insultatus non posset euitare illam iniuriam personalem: & hoc probatur ex his quæ suprà manifestè dicti, & maximè per docto. Bartol. in l. furem. & melius in l. j. C. vnde vi. & domi. Anto. de But. in d.c. olim. vbi domi. Anto. etiam multùm eleganter disputat: an quis teneatur fugere si est insultatus ibi vide. & per Ang. elegantissimè in l. j. C. vnde vi. & ibi. per Salice. vltra omnes. & per Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & probat in l. j. C. vnde vi.

26 *Insultatus an debeat expectare se percuti.*

26 **Ange.** † Quærit ibi glos. an debeat expectare se percuti & respondeẽ q̃ non, quam sequuntur doct. ibi, & Bald. in versicul. quærit glos. vtrum quis &c. quia melius est ante causam vulneratam occurrere quam postea remedium quærere: vt l. j. C. quando licet vnicuiq̃ se si. iu. vin. & l. fina. C. in quib. caus. in integrum restituti. non est ne. Item non est remedium cùm nec reparari possit: vt C. de appel. lege si quis facit quod not. Bart. in l. v. in princ. etiam l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. aquil. & supra dixi. Quærit etiam ibi glos. an debeat expectare aliquem actum fieri ab offendente. & glos. dicit quòd sic, debet enim expectare se insultari & armis & clamore terreri: nec potest præuenire omnia ista quia q̃ primò incœpit rixam, ille est qui primò potest offendi: vt ff. ad l. aqui. in d. §. tabernarius. & ibi Bal. & Flo. & ita dicit. Bal. in d. l. j. ver. sed nunquid debeat expectare &c.

Augusti. Tu adde an quis debeat expectare se prius percuti quod Bar. per illum textũ. in l. idem est. §. armis. ff. de vi & vi ar. dicit quod nõ. & idẽ Barto. & Ang. in d. l. j. C. vnde vi & ideo dominus Anto. de Bu. in c. olim. extrà de resti. spol. in xix. col. quod Gosno laudat quòd quis patiatur se primò percuti: quia potest esse quòd si expectaret primum ictum non esset postea locus defensioni per l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad le. aquil. & l. j. §. cum arietes. ff. si qua. paupe. fecis. dica. sufficit enim terror armorum secundùm Gos. & dic quòd de hoc habetur xxiij. q. j. in summa, & in c. significasti. extrà de homici. dicit tamen do. Anto. quod Cyn. in l. j. C. vnde vi. temperabat hoc, quia dicit quod quidam sunt qui minantur antequam percutiant & percutiunt, & isti nõ sunt expectandi: quidam verò sunt ita timidi quòd non percutiunt, & isti sunt expectandi: vt l. j. C. si quis impe. ma. Refert tñ d. Ant. q̃ Bart. aliter dicebat, scilicet quòd si verisimilia præcedunt indicia: & actus manifesti q̃ ille intẽdebat offendere, & aliter iste se defendere nõ poterat, potest aliàs nõ. Et conclude tu in hac materia q̃ an debeam expectare me prius percuti, vel non: patet ex supradictis de cisionibus proximis. q. in tex. & in addi. quia si tu aggressus es me armis euaginatis nõ debeo expectare me prius percuti idem si tu eras sine armis: & ego habebam arma: sed aliter non poteram euadere illam iniuriam personalẽ: & vide Abba. in dicto capitu. olim. qui dicit quòd omnia ista relinquenda sunt arbitrio iudicis.

27 *Minis solis interuenientibus: an alter posit minantem percutere.*

28 *Iniuriosis uerbis si, aliquis protractus fuit in rixam & uulnerauit iniuriantem an debeat puniri de toto uel de excessu.*

29 *Iustum dolorem temperare est difficillimum: & ideo nesciens temperare mitius punitur.*

27 **Ange.** † Queritur an ex solis minis [a] posit percu-
a tere minantem glos. in d. l. j. sentit quòd sic: si minator suas minas consueuit exequi. ar. l. j. C. si quã. p̃ditus pote. Sed Bal. in d. l. j. versicu. sed nunquid. ex solis minis &c. tenet contrarium: quia licet quis minetur non incipit delinquere facto: sed verbo, nec ad actum proximũ procedit: & ideo dicit quòd verbis contra verba debet resisti: non autem ad manus & ferrũ allegat Spe. tit. de acc. ver. quòd si te vocaui latronem. Dicit tamẽ q̃ si in mora expectationis esset periculũ: ex quo liquet de animo, tũc tenet gloss. quod melius est aduersus iniuriam præparare quàm se in discrimine coarctare. Quid autẽ si ille qui minabatur expectabat socios venientes: certe poterit præuiniri quia si expectaret fortè non posset se defendere quòd tamen intelligit quòd hoc facere debet si aliter euadere non poterat: vt patet ex prædictis.

A D N O T A T I O. a ¶Minis. Adde quòd committens delictum per iram mitius punitur: ita Fran. de Are. in cons. xxxiiij. B.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q̃ ideo videtur quòd ex solis minis quis posit aliũ percutere: nã suprà sæpe dictum est q̃ sufficit q̃ quis habuerit iustũ metum: sed minæ inducunt instum metũ gl. Bar. & omnes doct. in l. metũ. ff. quod met. cau. l. igitur Et no. per Doct. & maximè Sal. in l. j. C. si quis impe. male di. sed nõ recedo à doctrina Bal. in l. j. C. vnde vi. Adde ta
28 men vnã mirabilem limitationem. † q̃ si quis minatus est mihi & propter ista verba iniuriosa illata cõtra me vel propter alia verba iniuriosa, ego hoc modo ptractus sum in rixam & ego vulnerauì te nõ, debeo puniri de toto sed de quanto ego excesi: ista est singularis doctrina Ange. quã tradidit per illum tex. in l. si adulterium cum incestu. §. itẽ imperatores. ff. de adul. qui Ange. dixit ista verba formalia per illũ tex. Nota † q̃ difficillimum est tẽperare iustũ
29 dolorem & ideo nesciens temperare punitur mitius, & allegat pro illis qui incidunt in aggressurã cõtra alterũ infe rentẽ verba iniuriosa: punitur em̃ tunc quia plus fecit nõ quia se nõ debuit vindicare: verba em̃ iniuriosa sunt illa quando quis minatur mihi mortem. Idem etiam quia proferuntur cõtra honorem meum: vt probatur in l. j. ff. de in iur. coniuncta. l. prætor edixit eo. tit. & hæc bene not.

30 *Pater & mater an filium tam legitimum quàm nõ legitimũ defendere possint*

31 *Filius an possit & debeat defendere patrem & matrem.*

32 *Maritus uxorem, sponsus sponsam, amasius concubinam, an defendere possint.*

33 *Consors consortem, socius itineris socium, cohabitans socium cohabitationis. aut uitæ, dominus seruum uassallum ascriptitium familiarem conductum: abbas monachum, monachus abbatem, an defendere possit, & an insultatus sociũ insultãtis offendere ualeat mediator quoque an offendi possit.*

34 *Familiaris an dominum armis & clamore, ac quocunque modo potest debeat adiuuare.*

30 **Ange.** † Quæro sicut potest quis semetipsum defendere an possit etiam filiũ defendere Bald. in d. l. j. ver. expedita est glos. & c. dicit q̃ Doctor. dicunt q̃ sic, per l. isti quidem. ff. quod met. cau. q̃ Bal. intelligit si ue sit legitimus siue non, quia natura communis est: vt l. hos accusare. §. fi. ff. de accu. nec potest constitutio naturam immutare: & sic siue sit in potestate siue nõ, & sic mater potest impunè & sine mandato defendere filium: vt l.
31 quia mater. ff. de in ius vocan. † Quærit etiam Bal. in dicta l. prima. an filius [b] possit defendere patrem & matrem b & in ver. ij. quæstio. est an filius & c. dicit quòd sic: imò etiã dicit quod si filius non defendat patrem & matrem punitur: vt l. vtrum. ff. de parri. Item carnen suam quis nunquam habuit odio: vt not. in l. secunda. ff. de in ius vocan.
32 † Quæro an maritus possit defendere vxorem suam: vel ecõtra Bal. in versiculo. secunda quæstio. an maritus & cætera. dicit quod sic: quia duo sunt in carne vna xxiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q.ij. c. admonere. Idem de concubina & amasio propter amicitiã non leuem quę inter eos extat. ff. de verb. signifi. l. inter amicissimos. & quia domestici sunt & quadam societate iunguntur. ff. de diuor. l. quòd ait. & ff. de adul. l. si vxor §. si minor. ver. quòd si in concubinam. & C. de bo. quę lib. l. non sine. Idem de sponso & sponsa quia eodem zelo amoris adinuicem cõnectũtur: & quia de sponsa & vxore idem debet esse iudicium. ff. de spõsa. l. oratio. & in d. §. si minor. ita dixit Bal. in d. l. j. ver. quinta est an spõsus &c. & etiam amici mei & vicini mei & peregrini possunt percutere volentem me expellere de possessione mea: ita
33 dicit Bart. in l. deuotum C. de meta. libr. xij. † Idem & cõ
c sortes: quia iniuria quę fit vni fieri videtur toti cõsortarię: & ideo omnes prosequi possunt eorum iniuriam: ita not. dicit Bart. in. l. cum scimus. in prin. ij. columna. C. de agri. & censi. libro xj. & etiam socius itineris potest defendere socium, quia iniuria est communis: vt ff. de iniur. l. item apud. §. tenetur. & idem in socio cohabitationis vel vitæ. xxiij. q. iij. c. hac rõne per totũ, & etiam possum offendere socium criminis qui criminoso & criminis aggressori socius est: vt l. j. C. de rap. virg. & l. raptores. C. de episco. & cle. ita dicit Bal. in dicta l. in versi. sexta est an quis & cætera. quãuis socium criminis possim offendere, non tamen possum offendere mediatorem vel alium circunstantem qui se de crimine non impedit, alias teneor: vt dicto §. qui cum aliter. An Dominus possit defendere seruum & ecõtra Bal. in d. l. j. dicit q̃ sic, vt l. lucius. ff. de appel. & ibidẽ dicit idem in vasallo & ascriptitio: & idem dicendum est de abbate in monachum & econtra: nam pro iure q̃ quis habet in istis sua interest pecuniariter eos nõ lædi: & idẽ dicit in familiari cõducto: qa est de dñi familia: vt ff. de
34 vsu & hab. l. ij. † Et idẽ qa familiaris debet adiuuare domi num armis & clamore & quocunque modo potest: etiam cum sui corporis periculo: vt l. j. §. eodem autem tecto. ff. ad silla. & l. cum Dominus. eo. titu. & ita etiam tenet Flo. in dicto §. qui cum aliter.

b ¶ An filius. Adde & vide Bald. in consi. viij. in prima parte incip. in causa vertente inter Christophorum: vbi quòd filio naturali licet defendere patrem. Ber.

c ¶ Consortarię. Adde & vide Ale. in consi. xcvij. in j. vol.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde hic q̃ Doct. maximè Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. videtur approbare omnes istas conclusiones. Et aduerte: quare si licitum est ivni extraneo defendere vnum insultatum multo magis istis personis: de quibus suprà q̃ conclusio, an sit vera vel falsa: dixi suprà hac gl. in j. addi. Sed aduerte quia Dñs Ang. tangit hic vnã pulchrã conclusionem an licitum sit mihi offendere nõ insultantẽ me: sed socii illius qui aggressus est me vel mediatorem. Et in hoc allego vnã mirabilem doctrinam Ang. quã posuit in l. ij. C. ad l. corne. de sica. per quã doctrinã poteris limitare prædicta: Nam dixit Ang. ibi per illã gl. fi. Nota mirabiliter hanc gl. quæ decidit q̃ cõstitutus in vitæ discrimine propter insultũ: nedum q̃ impunè possit offendere insultantem & occidere: imò socium ipsius & alium si p illud euadit ab illo discrimine. Sed dicit Ange. inquãtùm dictum est de non socio. intellige si hoc non fecit, ex proposito: vel si ex proposito non tamen puniendus. l. Cornelia quia fecit ob tutelam sui nõ autem principaliter ob iniuriã: & ponit exemplũ si vnus ex bono ꝓposito venit ad mediãdũ: & cœpit forsitan insultantẽ & insultatũ & qa vires insultantis prȩualebant: nisi insultatus talem mediãtem percussisset fuisset occisus, nullus dixerit talem occidentem teneri de homicidio: & dicit Ange. quod illa glo. in dicta l. ij. hoc voluit sing. & allegat pro hoc quia igne immisso in vnam domũ licitum est destruere domum vicini vt ignis conuolans non comburat meam: ita licitum est percutere ne occidat arguendo de rebus ad personas quòd est not. dignum secundùm ipsum. Si autem percutiens alium non esset in tali discrimine constitutus, Tunc dicit Ange. ibi quòd tunc percutiens teneretur de tali Rº cussione: etiam si ipsum occidisset præter propositum: licet tunc non teneretur. l. Cornelia de sica. quia non dolo. allegat text. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legẽ aql. Et hęc certè no. quia pulchra & singularis ad euadẽdum hominem à morte.

35 *Defendere aliquem promittens an teneatur illum defendere.*

35 Ange. † Quid autem si quis promiserit aliquem protegere & defendere: non dico in contractu: de quo loquitur. l. fi. C. de act. emp. istam quę. format Bart. in prima cõstitutione. ff. & ibi determinat quòd potest & tenetur etiam ipsum defendere cum armis & allegat text. cum gl. in l. desertorem. §. fi. ff. de re milit.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd
a potest esse q̃ in contractu etiam verbum defendere intelligitur cum armis: & hoc quando vnus superior venderet vni priuato, ita per bonas rationes consuluit multùm eleganter Pet. ª de Anchara. in consilio suo lxxxiij. incipien. in Christi nomine. omisso primo dubio quæ conclusio an sit vera vel falsa: latè ego dixi de omnibus istis post Moder. in l. stipulatio ista. ff. de verbo. obli. dic vt ibi latè dixi.

ADNOTATIO. a ¶ Pet. de anc. Adde Pau. de ca. in consil. cxcvij. in j. impressis. Ber.

36 *Vulnerato Seio à Caio statim aufugiente, si Seius post Titium aufugientem curat & illi uulnus inferat nunquid Seius punietur.*

36 Ange. † Quæritur Titius vulnerauit Seium & statim aufugit: Seius post eum currens vulnerauit eum q̃ non licuit, vt patet ex prædictis: nunquid punietur ac si primò offensus non fuisset. Bal. in d. l. j. ver decimò q̃rit̃ titius &c. ſm Ia. dicit q̃ debet puniri, qa difficillimũ est iustum dolorem temperare: vt l. si adulteriũ. §. imperatores. ff. de adulte. Mitius tamen punietur non tanquam dolosus sed tanquam culposus: & quia incon-
b sultus calor ᵇ caret vitio doli: vt ff. ad Turpilli. l. prima. §. quæritur. quod nota.

b ¶ Inconsultus calor. Adde tu & vide Fra. de are. in cõsi. lxxx. qui idẽ dicit, Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd dum essem aduocatus vidi multos aduocatos refricates in dubium: an ista conclusio sit vera vel falsa: sed semper mihi placuit ista sententia Iaco. de Aret. pro qua allego in terminis Anto. de But. eam approbasse in c. olim. extrà de rest. spolia. in xix. col. & ita pro hac opinione consuluit Bal. Papiæ: vt in terminis nostris & refert & sequitur Pau. de Cast. in consilio suo cxc. in fi. & vi de Salice. in l. prima. C. vnde vi. adde Alb. in secunda parte statutorum. q. xlv.

37 *Vulnerauerunt se duo simul & ignoratur quis fuerit aggressor, quid fiet.*

37 Ange. † Querit gl. in d. l. j. quid si dubitetur vtrũ sit factũ ad defensam vel nõ: quia duo simul percusserunt & ignoratur quis fuerit aggressor. gloss. in l. j. §. cùm arietes. ff. si quadr. pau. fe. dica. dicit q̃ vterq; absoluitur. & Bal. in d. l. j. ver. duodecimò quæro cũ gl. &c. dicit sic. nõ em̃ videtur maleficiũ probatũ, quia defensio nõ est maleficii: & certũ est q̃ alter eorum cõmisit maleficiũ. Iniustitia igitur esset si vterq; condẽmaret: qa innocens propter peccatorem periret: vt not. gloss. C. vti pos. l. prima. Sed contrarium videtur quòd ratione dubij vterque condemnetur. ff. vti poss. l. fi. duo. in princi. melius facit. ff. ad legem aqui. l. scientiam. §. qui cumstramenta. Si verò constaret quis esset in culpa ille condemnaretur. ff. ad legem Aquil. l. quemadmodum. §. si nauis. Si autem constaret quòd vnus fuit in culpa alter non: sed non appa ret quis iste & quis ille dicit Bald. quod quidam tenent gloss. alij quod nulla defensio est probata cum probatio sit incerta & obscura: ideo non releuat. capit. cum in præsentia. de probat. & defensio tanquam exceptio peremtoria liquidò est probanda. Si autem cõstaret quod vnus alterum

alterum & alter alterum offendit nec quicquã aliud probatum est ad defensionem, tunc vterq; punitur: nec ob. §. qui cùm stramenta. quia ibi dãtur opera rei licitæ ideo facilius recipitur excusatio, quia non ita præsumitur dolus sicut in factis illicitis. ff. de iniur. l. illud. & l. seq. quod not. quia semel habui de facto: & istam opinionem sequutus
c fui. ‘ licet Barto. teneat gloss. in d. §. cùm arietes. Sed veriorem credo opinionem Bal. ne delicta remaneant impunita per rationes suas. Et adde prædictis quod no. Bartol. in l. ii seruum. §. sequitur. ff. de verbo. oblig. & in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. Sed in simili elegãter no. Bal. Ange. & Imo. in l. si mora. ff. solu. matri. quia facit differentiã an quò ad se dicantur rupisse pacem, an quò ad vindictam publicã. dic vt ibi: quia est bona determinatio. & ibi videas Ludo. qui plenè & bene loquitur & Io. And. latè in additio. ad Spec. titulo de treu. & pace, in rubr. & Bald. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & in l. qui fidem. de transact. & in l. cum proponas. & l. petens. C. de pac.

c ¶ Sequutus fui. Adde q̃ opi. Bal. saluari põt per tex. in l. ita aũt. qui dicit pro publica vtilitate cõtra subtilẽ disputãdi rõnem multa in iure ciuili recepta fore: & per illũ tex. dixit Ro. in cõs. cccj. q̃ iudex põt testẽ punire de falso qui dixit q̃ Titius possedit per tpa & tẽporibus in c. annotatis cũ capitulatũ esset q̃ Titius possederat per plures & plures annos, et reuera nõ possederat nisi p quatuor menses. licet de iuris subtilitate posset dictũ talis testis saluari. et q̃ do ctrina Bar. in l. si in rixa faciat ad doctr. Bal. nõ videtur verũ quia in d. l. si in rixa. apparet de princip. et fine delicti et certũ est q̃ oẽs deliquerũt: sed in casu proposito nõ apparet de principio nec fine delicti nec certũ est q̃ ambo deliquerũt imò incertũ: vnde propter incertitudinẽ videtur q̃ opi. gl. et Bal. procedere debeat: et per ea vide q̃ voluit Ro. in cõs. cccj. vbi vult q̃ si incendiũ exoriatur in domoin qua duo habitãt et ignoratur cuius culpa processerit: q̃ propter incertitudinem ambo absolui debent. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde q̃ Bal. in dicta l. j. §. cũ arietes. dicit q̃ inquantũ illa gl. voluit quòd sequi debuit absolutoria. Nam dicit ipse q̃ Docto. tenent contra illam gloss. Et ideo dicit q̃ si duo inuicem se percusserunt vnus alterum: & alter alterum in nullo fit absolutio, sed vterq; condemnabitur. Et hoc voluit etiam Bal. ibi in addi. in dicto §. cùm arietes. & expressius in l. vt vim. ff. de iust. & iur. qui dicit quod illa gloss. in dicto §. cùm arietes. quæ voluit q̃ neuter puniatur debet intelligi q̃ nemo punitur sub nomine delicti insultus: sed si interuenit cædes & vulnera de istis vterq; punitur: vel dicit dic verius quod ad interesse partis nemo punitur: sed bene puniuntur criminaliter: quia ambo delinquunt contra rempublicam. & ista conclusio probatur p doctrinam Barto. in l. si in rixa. ff. ad legem Corne. de sica. qui dicit q̃ si plures vulnerauerunt aliquem & erat vnum vulnus mortale tantum: & ignoratur quis fecerit: illud q̃ in dubio tali omnes debent decapitari. Non ergo est inconueniens quod vnus patiatur pœnam pro alio cum quis dat operam rei illicitæ etiam inquantùm Dominus Angel: hic incidenter tangit illam materiam quando ruperunt pacẽ & ignoretur qui fuit aggressor ad hoc vt pax dicatur rupta. Adde & dic vt ego latissimè dixi vltra Doctores in addit. meis post Moder. in l. mora. ff. soluto matrimo. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Lege Corneli. de sica, quis teneatur siue liberum hominem, siue seruum interemerit.*

ET ex interuallo dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus fuit & est & vt votum suum iniquum di-

1 ctus Caius adimpleret. † Et quis teneatur de sicarijs, siue liberum hominem, siue seruum interemit: vide l. j. §. j. ff. de sic. iustit. ad l. aqui. §. liberum. ff. ad l. aqui. l. idem neratius. §. si dolo. & ibi not. gloss.

Augusti. Quia hic non intendo tractare istam materiam, sed infrà dicetur in hac eadẽ gloss. in versiculo. & aduerte quia pœna homicidij est pœna capitalis: dic vt ibi dicam.

2 *Vulneratus si ex interuallo moriatur: an intelligatur mortuus ex præcedentibus uulneribus.*

3 *Vulneratus intra quod tempus præsumatur mortuus ex uulnere.*

4 *Iudex in electione medicorum adhibendorum uulnerato: quando debeat se intromittere.*

2 Angelus. † Quæro si ex interuallo moritur p̃sumatur mortuus ex dictis vulneribus. Istam quæstionẽ format. Bart. in l. si in rixa. ff. de sica. & allegat gloss. sing. in l. prima. C. de emen. seruo. quæ dicit q̃ si vsus fuit ambulare etiam cum baculo post tres dies à die vulnerum non præsumitur mortuus ex dictis vulneribus: sed Barto. dicit ibi q̃ standum est iudicio medicorum: vt l. semel. C. de re milita. & si plures possint haberi plures adhibeantur: alias sufficit vnus, vt in authen. de nõ alie. aut permu. §. quod autem. vide clarius per Bartolum in prooemio. ff. in fi. princip. & ibi Cyn. & Bal. in tertia columna. versi. & ideo an vulnus sit mortale &c. & ibi Cyn. & Bal. in c. j. quib. mo. feu. ami. versi. sed quid est quod ibi dicitur &c. & Bart. in authen. de non alienan. §. q̃ autem. per illum text. & ibi Ang. & Spe. titu. de prob. §. fi. versic. hoc quoque not. vbi plenè facit quod not. Barto. in l. j. §. j. ff. de ven. inspi. & Pet. de Anch. in c. presbyterum. de homici. & Bal. in c. j. in prin. quib. mod. feu. amit. in ij. colum. versi. quidem quod dixit &c. & Ang. in l. j. C. de emẽ. ser. & pro hoc est tex. in cap. significasti. lo. ij. ibi, iudicio peritorum. de homic. & ibi Ioan. And. & istud puto verum: licet Sali. in dicta l. j. C. de emendatio. seruo. aliter distinguat: quoniam tex. variè loquuntur. Nam dict. gloss. dicit de tribus diebus. ad idem c. si qua fœmina. l. di. sed in c. cõtinebatur. de homi. videtur dicere de octo diebus: facit d. c. presbyterum. vbi dicit intra paucos dies: & c. ad audiendam eo. titu. dicit aliquandiu. facit quod nota. Floria. in l. ait lex. ff. ad legem aquil.

d Augusti. Tu autem in hac ª materia adde quòd certè reperio Docto. & text. vario modo locutos esse. Nam Angel. in l. prima. C. de emen. seruo. dicit not. istam glossam, quæ est singularis & non alibi secundùm quod hic loquitur de triduo. Nam dicit loquitur secundùm legem Mosaicam. Sed in foro contentioso, tam in canonico, quàm ciuili, non sufficit: licet percussus post triduum ambulet super grabatum suum: sed si ambulauerit post dies xl. quia nullus vulneratus secundùm sententiam medicorum potest viuere vltra xl. dies post vulnus: vnde si per vnam diem viuit & postea decedit præsumitur mortuus non ex vulnere: eodem modo dicit si vulnus non esset mortale. & hoc probaret per medicos: quorum sententiæ debet stari dicta l. semel. Adde tamen quod Dominus Antonius de Butrig. in capitulo. præter
3 ea. de cle. percuss. dicit not. ex isto text. cum gloss. † quòd si in breui post percussionem secuta est mors præsumitur quòd sit mortuus ex percussione vulneris secus si post longum tempus est mortuus quia præsumitur quòd non ex vulnere sit mortuus: & hic text. declarat quantum sit longum tempus scilicet post octo menses. Limitat tamẽ ibi hoc Domi. Anton. de Butrig. dicens hoc credo arbitrarium attenta quantitate & qualitate vulneris. Aliam limitationem dat etiam ibi Dominus Abb. in dicto capitulo præterea. qui dicit quòd licet quis superuixerit per octo menses à die vulneris vt non præsumatur mortuus ex vulnere. Nam dicit hoc verum quando percussus post octo menses conualuit. vt sentit glossa, in l. prima. C. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

emen.ſer. Secus verò ſi vulneratus ſemper in deteriùs ſe habuit:& tandem deceſsit. Subdit tamen q hæc regula ſatis poteſt relinqui arbitrio iudicis. Gan. verò in tracta. maleſi. ſub rub. de homicidiaris. in q. quæ incipit. Quæſtio etiam dubitabilis ſubſequitur ibi videtur velle q ſtatur iudicio medicorum. Iſtam partem credoverã. Et ideo Alber. de Roſa. in ſecũda parte ſtatutorũ. q. xxxvj. q̃ incipit, item quid ſi aliquis vulnerauit aliquem. vbi Alb. facit mentionem de omnibus iſtis, quando aliquis etiam ſuper uixit poſt vulnus per octo mẽſes & multa allegat, & multos Doctores. tandem Albe. ibi dicit q in hoc caſu ſemp vidit ſtari dicto medicorum: & dicit q ita de facto obtinuit. Et inquantum dictum eſt, an vnus medicus vel plures adhiberi debent, ad videndum: an vulnus ſit mortale, vel non. Adde quæ ſuprà latè dixi in gloſſa. quæ incipit, [vna alia percuſsione & vulnerę.] in prima additi. mea: & quid ſi iſti medici diſcordant quid faciendum eſt.

Adde quæ latè dixi ſuprà in gloſſ. in verbo, [cicatrix.] in fi. Bal. tamen in capitulo primo. qui. mo. feudum amit. videtur velle q ſi medici ſunt variꝫ & ille mortuus eſt q præſumitur mortuus ex vulnere. & Gan. in loco ſuprà allega. dicit q ſi medici dubitant an vulnus ſit mortale vel non: & ille moriatur q dicitur mortuus ex vulnere. tene
4 tamen † menti quæ dixit Gan. in loco ſuprà allegat. q in electione iſtorum medicorum iudex non debet ſe intromittere ſi amici vulnerati & vulnerantis concordant ſe in electione medicorũ. Si verò diſcordant iudex eliget ipſe. Et hoc etiã videtur velle Io. An. in addi. Spe. in titulo, de homi. §. j. in prin. & Do. Anto. de Butr. in dicto c. propoſuiſti. licet non ita clarè loquatur ſicut loquitur Gan. vide pulchrum conſilium Pet. de Ancha. in conſilio ſuo. cclxxx. qui dicit q ſi quis poſt vulnus vixit poſt tres dies non dicitur mortuus ex illo vulnere ſecundùm gloſſ. vel aliter ſecundùm Dynum. ſi dicimus eſſe arbitrarium dici iudex habet arbitrari quòd poſtvulnus in breui debet mori iſtud breui debet arbitrari intra tres dies: vel melius ſi vnus medicus dicat q mortuus eſt ex morbo ſuperueniente: licet milies conſtaret de morte, talis occiſor nõ debet mori: ſicut dicimus in ciuilibus ſi per duos teſtes conſtaret de debito, & per vnum teſtem de ſolutione: tamẽ per vnum ſolum teſtem idoneũ de ſolutione elidítur illa plena probatio: ita criminalibus dicendum eſt, ibi vide.

d Tu autem in hac. Adde tu hic quæ poſui ſuprà in verbo cicatrix.

ADDITIO.

¶ Tu adde do. Boniſa. Vitali. in ſuo opere maleſi. in rub. quid ſit accuſa. nume. 131. ver. ſed quid vulneraſti aliquem &c.

5 *Vulnerato mortuo ex negligentia uel mala cuſtodia ſua aut imperitia medicorum reus tenebitur de uulneribus non de occiſo.*

6 *Vulnerans unum debitem propter quòd uulnus regulariter ſanua non moreretur: ſi ille debilis moriatur, an tenebitur de occiſo.*

5 a **Ange.** † Quæro quid ſi mortuus [a] eſt negligentia ſua, vel mala cuſtodia vel medicorum imperitia: dico q reus tenetur de vulneribus & non de occiſo: vt l. qui occidit. in fi. & ibi Flor. & in l. ſi ex plagis in prin. ff. ad legem aquil. Sed ſatis dicam in verſiculo. quæro ali
6 quis fuit vulneratus & cætera. † Quid autem ſi percuſsit vnum debilem & intulit vulnus quod regulariter in ſano non eſſet mortale & ille debilis vel infirmus mo
b ritur, an teneatur de occiſo, dico q ſic [b]: vt l. qua actione. §. ſi quis ſeruum ęgrotum. ff. ad legem aquil. & ibi Florẽ. & in l. ita vulneratus. quod bene not. quia vidi Nurſiæ aliquos errare volẽtes defendere homicidas: qa capitulant q vulneratus erat debilis & cętera. et capitulant cõtra ſe, vt patet in dictis iuribus.

ADNOTATIO. a ¶ Mortuus. Adde & vide do. Bar. ſozi. in conſi. clxxiij. quaſi per totum. vbi de vulnerato qui deceſsit poſt octo menſes quando dicatur deceſsiſſe ex vulnere.

b ¶ Quod ſic. Adde tu & vide Raph. cu. in conſilio. cxxxiiij. & Cepo. in conſi. lxij. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde de hac prima concluſione quam tangit hic Do. Ange. dicvt infrà dicam in additio. meis, in illa quæſtione quæ incip. Sed quæro aliquis vulneratus fuit vbi tangam materiam. De hac autem ſecunda concluſione conſidera q Docto. in locis ſuprà allegatis voluerunt q vbi vulnus eſſet mortale, tunc mortuus dicitur ex vulnere: poteſt ergo eſſe q vulnus quod non eſt mortale in vno erit mortale in alio per d. §. ſi quis ſeruum egrotũ. & ideo not. quæ dixit Bal. ibi in §. ſi quis egrotum. Adde tamẽ q maiora & grauiora vulnera ſuſtinet fœmina quam maſculus, vt eſt gloſſ. nota. in l. nihil intereſt. ff. de adult. quæ allegat bonam l. & adde hic illud conſilium Pet. de Anc. in conſilio ſuo cclxxxv. de quo ſuprà in addit. proximè præcedenti feci mentionem.

7 *Statuto an poſsit imponi pœna pecuniaria pro homicidio.*

8 *Conſuetudo quandoque excuſat à pœna homicidij.*

c **Ange.** Et aduerte quia pœna homicidæ eſt pœna capitalis [c]: vt l. ij. ff. de ſica. † Et ideo quæ-
7 ro an per ſtatutum pro homicidio poſsit imponi pœna pecuniaria. Bart. in l. j. in fi. iij. col. ff. de publ. iu. videtur ſentire q per ſtatuta pœna homicidij poſsit alterari. Contrarium verò tenent Hoſtien. & Ioan. An. in c. fi. de conſue. quia ta le ſtatutum videtur dare materiam delinquendi. & ita tenet Tancredus de Corne. in ſua compendioſa. Sed quod valeat ſtatutum. & ſic pro Bartol. poſſet allegari quia de iure. ff. pro homicidio non erat ſemper pœna decapitationis: vt l. tertia. in §. fina. & quod ibi nota. ff de ſica. Ergo & per ſtatuta idem poteſt induci. niſi fortè dicas q quia p legem Corneliam puniebatur affectus etiam ſi effectus non conſequebatur: vt l. diuus. ff. de ſica. cuius contrariũ faciunt hodie ſtatuta: & ideo. l. Cornelia. tolerabat aliam pœnã quam mortis quod ſingulare eſt, ſecũdùm Imo. in dicta l. prima. in fine. ff. de publi. iudi. facit quod nota. Bal. in capitulo primo. §. iniuria. de pa. iura. firman. in x. colũna.

c ¶ Capitalis. Adde q quando lex vel ſtatutum ſimpliciter imponũt pœnam capitis intelligitur de ciuili non naturali. ita Alex. in conſi. ciij. & conſi. cxvj. an j. volu.

d **Auguſti.** Tu adde q Docto. noſtri videntur tenere q tale ſtatutum [d] valet. Nã præſupponunt tale ſtatutum valere. Et ita videtur eſſe de mente Bar. & Do. in l. trãſigere. C. de trãſa. & Bar. in l. j. ff. vbi borap. faciũt no. per Bal. in l. reos. C. de accuſ. & vide Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iura. firmã. & in c. j. §. ſi qs aliũ. de pa. tenẽ. Adde Albe. de Roſa. in ſecunda parte ſtatuto. q. cxx. vbi allegat multa quòd tale ſtatutum non valet. dicit tamen q totus mundus obſeruat contrarium, quòd talia ſtatuta obſeruẽtur quod pro pœna corporali ſoluatur pecunia. Item ſcias q pro homicidio non imponitur pœna capitalis vbi multorum iacet ſtrages. Ita dicit multum eleganter Angel. in l. penul. ff. ad legem corne. de ſica. qui etiam dixit multum not. in l. tertia. §. legis. ff. ad legẽ corn. de ſica. q hodie indiſtinctè, ſiue in nobili ſiue in humiliori cõmittẽte delictum imponitur ſemper pœna mortis. & allegat bonam gloſſ. inſti. de publi. iudi. §. item lex cornelia. & illæ alię pœnę vbi viles ſubiiciebãtur beſtijs, & digniores deportabantur in inſulam non ſunt in vſu: ſed in locũ etiã imponiẽ pœna mortis: & an pro homicidio imponaẽ pœna mortis: vide Bald. in l. data opera. in prima charta. C. qui accuſare. & text. in l. nemo. C. de epiſ. audiẽ. Adde omnino Angel. ponentem. pœnas. l. Cornelię de ſica. in l. is qui cum telo. C. ad legem Corneliam de ſica. & ibi facit mentionem de ſtatuto Peruſino quòd imponit pœnam pecuniariam pro homicidio. Dicit tamen Baldus in capitulo primo. §. furtum. de pace iura firman. in fine. ibi format quæſtionem quòd pro homicidio imponatur pœna. x. ducatorum: ſed dicit quòd Arch. xxiij. q. iij. in c. duo. dicit q non valet ſtatutum imponens pœnam contentibi

lem pro homicido: hoc dixit verum Bald. niſi ſubſit alia
8 iuſta cauſa. † Adde tamen quòd conſuetudo quandoq excuſat à pœna homicidij. Ita conſuluit Petr. de ancha. in conſi. cclxxxv. qui euaſit vnum puerum. xvj. annorum qui in vna bataiola occidit alium: ſi ibi ita erat conſuetudo quòd bataiola fieret idem ſi eſt bataiola hominum ibi vide.

d Tale ſtatutum. Adde Franci. de are, in conſil. lviij. qui idem tenet cum ſit ex cauſa.

9 *Occidens hominem monſtruoſum: an ſubſit ſtatuto punienti interficientem hominem.*

9 **Ange.** † Quid autem ſi hominem monſtruoſum interfecit an puniatur ex ſtatuto quod punit interficientem hominem. Bald. in l. quod dicitur. ff. de lib. & poſthu. dicit per illum tex. quòd ſic: quia ſatis eſt q habeat ſpiritum & animam: quòd Ange. & Imol. dicunt ibi eſſe verum quando habet plura vel pauciora membra quam debeat: ſecus ſi habeat caput animalis quia tũc nõ eſt homo: vt l. non ſunt liberi. & quod ibi no. per gloſ. & doc. ff. de ſtatu homi.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quòd illa corpora quæ aſsimilãtur animalibus vocantur prodigioſa: vt not. gl. in dicta l. non ſunt liberi. & tex. allega. in l. oſtentum. ff. de verb. ſignifi. ſed imò videtur quòd talis occidens huiuſmodi prodigia teneatur. l. corne. de ſica. tex. allego. in l. quæret aliquis. ff. de verb. ſign. vbi dicit quòd imò iſti ſunt liberi & filij, & prorſus matri. Sed ſolue vt notatur in dictis iuribus: non dubito ſi habent animam rationalem licèt ſint corpora contra naturam edita: quòd talis tenetur. l. cornelia de ſiccar. aliàs non per prædicta.

10 *Aborſum qui facit ut fœmina faciat an comprehendatur in ſtatuto puniente qui hominem interficit.*

11 *Prægnantem filiã repertam in adulterio ſi pater occidat: nulla pœna tenetur.*

10 **Ange.** † Quid ſi quis faciat quòd mulier abortia-
tur an teneatur pœna dicti ſtatuti. Bal. in d. l. quòd dicitur. dicit quòd non: quia qui eſt in vtero non eſt homo: ſed homo effici ſperatur, vt l. apud veteres. C. de ſi deicommi. liber. qua autem pœna talis puniatur habetur in c. ſicut. lo. ij. de homici. quia diſtinguit aut fecit abortũ antequam eſſet perfectè creatus & haberet animam: & tunc punitur iudicis arbitrio: vt d. c. ſicut autẽ poſteaquã fuit in ventre viuificatus & ſic factus homo: & tunc licèt nõ teneatur pœna dicti ſtatuti quod imponit pœnam interficienti hominem cùm in veritate de præſenti non ſit homo, ſed futurus homo: & ſic nõ ſunt propriè verba ſtatuti verificata, ideo non tenetur pœna dicti ſtatuti ſed tenebitur de ſicar. vt dicta. l. diuus. & ibi gloſ. de extraordi. cri. & l. Cicero. ff. de pœn. & tenetur. l. aqui. l. ſi ſeruus. §. ſi mulier. ff. ad le. aquil. Sed iſta originaliter ſunt verba Bu. de quo tamen tu dic vt habetur & ibi latè Salic. in l. pen. C. de ſiccariis.

a **Auguſti.** Tu aũt in hac materia, adde quod licet iſte doctor hoc dicat quod ſi mulier [a] fecit aborſum ante partum animatum quòd non debet decapitari. Adde quòd hoc non militat vbi faceret propter pecuniam quia decapitaretur per. l. Cicero. ff. de pœ. pter pecuniam quia decapitaretur per. l. Cicero. ff. de pœ. ita voluit Bar. in l. diuus. ff. de var. & extraor. cogni. & ibi Bar. in l. diuus. Bar. quærit poſt gloſ. quando partus dicatur animatus: nam dicitur animatus poſt. xl. dies quod verum eſt in maſculo, quia citius habet animam quam fœmina. nam vt dicit Ang. ibi poſt glo. & docto. per xl. dies dicitur habere animam: & contra prædicta eſt text. in l. ſi mulier. ff. ad leg. cornel. de ſicca. vbi videtur quòd non ſit pœna mortis in dicta. l. diuus. ſed dic vt dicit Barto. in dicta. l. diuus poſt gloſ. quando partus non erat animatus. Secus ſi animatus quia pœna mortis. Et intellige prædicta ſi ille qui fecit quod mulier faceret aborſum ſciebat ipſam prægnantem. aliàs ſecus: vt not. per docto. in l. pen. C. de ſicca. maximè per Ange. Sed vide ibi Sali. qui aliter loquitur: hæc vera in extraneo. Secus ſi eſſet pater vel

mater qui occiderent partum in ventre: quia non tenerẽtur l. cornelia de ſicar. ſed pœnam parricidij incurrerẽt: vt
11 voluit Bald. in dicta l. diuus. † Limito tamen hoc nõ procedere in patre occidente filiam prægnantem repertam in adulterio: quia iſto caſu nulla pœna tenetur, nec cornelia nec parricidij: quia lex ipſum excuſat. Ita dixerunt Bart. & Bald. in l. imperatori. lo. ij. ff. de ſta. homi. Et de iſta materia vide bonum tex. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis ff. de pœnis. & in materia iſta vide bonum tex. in c. moyſes. xxxij. q. ij. & tex. & gloſſ. in c. conſuluiſti. ij. q. iiij. & l. j. & l. necare. ff. de libe. agnoſcen. Aduerte tamen ſi tu vis videre iſtam. q. latiſsimè vltra omnes diſputatam: habeas ſemper recurſum ad Albe. de roſa. in iij. parte ſtatutorum q. lix. quæ incipit, ſi ſtatuto cauetur quòd homicida occidatur vertitur in dubium ſi quis percuſſerit mulierẽ prægnantem cum pede. & ibi allegat infinitas deciſiones in iſta materia: & cum iſta quæſtio nunc ad præſens eſſet in conſilio ſecreto Illuſtriſsimi ducis Herculis, feci vnum pulchrũ cõſilium collegis meis pro deciſione huius quęſtiõis quòd incipit [Ego Auguſtinus de bonfrãciſcis de Arimino doctor & aduocatus conciſtorialis & conſiliarius ſecretus: dico in præſenti quæſti. qua quæritur &c.] & multa allego, Tandem non recedo ab Alber. in d. quę. & ibi ponit quid in dubio an præſumatur quòd ille ſciuerit mulierem eſſe prægnantem vel non.

ADNOTATIO. a Quòd ſi mulier. Adde Ioan. de ana. in conſi. j. & ibi ponit qualiter puniatur clericus qui dedit poculum moniali vt faciat aborſum. Ber.

12 *Vulneratus culpam committens in non adhibendo medicos uel alio ſimili ſi poſtea moritur: an percutiens teneatur de occiſo uel de uulnere.*

13 *Medici ad hoc ut præſtare poſſint bonũ iudicium debent multa conſiderare.*

14 *Vulneratus præſumitur mortuus ex uulnere, niſi negligentia uel malã cuſtodia uulnerati probetur.*

12 **Ange.** † Quæro aliquis fuit vulneratus & proba-
b tur quòd ipſe commiſit culpam vel in non adhibendo medicos [b] vel in non curando ſe, vel in non parẽrendo medicis, vel quia concubuit cum vxore, ſiue aliam culpam commiſit & poſtea moritur: an percutiens teneatur de occiſo vel de vulnere. Bal. in l. ſi. ab hoſtibus. in §. j. ff. ſolu. matri. concludit quòd non: adhibendo medicum præſumitur ſua culpa mortuus quando cura medicorum poterat ſe iure habere & ad vitam & ad mortem quòd dicit eſſe no. Et etiam iſtam quæſtio. format in c. j. quiſb. modis feu. amit. in iiij. col. verſic. ſexto quæritur vtrum dominus &c. vbi dicit quòd quoties culpa vulnerati admiſta eſt cum vulnere: non dicitur mortuus ex vulnere: qa non dicitur ex ſimplicibus prouenire quòd cum alio prouenit: vt l. j. ff. de aqua quoti. & æſti. Et ſic concludit quod ille qui vulneravit non debet teneri de toto. Facit etiam quod not. idem ibidem in ſeq. col. verſi. & no. quod difficilius &c. & quòd de vulnere tantùm teneatur. facit l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus vulneratus. & l. item mela. §. celſus. & l. qui occidit. §. finali ff. ad legem aquiliam. vbi Baldus dicit no. tex. quòd quando vulnus non eſt mortale & aliquis propter ſuam culpam deceſsit, vel cum vxore concubuit, vulnerans non tenetur de occiſo, ſed ſolum de vulnerato & de hoc ſtabitur iudicio medicorum qui habent conſiderare vulnerum qualitatem. Et ibi etiam ſubdit q præſumitur ſua culpa deceſsiſſe ſi medicis noluit obedire & ita tenet Floren. vbi etiam dicit not. iſtum text. ad articulandum defenſam vulnerantis. & hoc etiam tenet glo. & Ioan. and. in c. ij. de cle. percuſſo. iſtud etiam voluit Dynus & Gui. de ſuza. quos refert Tancredus in ſua compẽdioſa in xj. rubrica. q. ix. vbi plene de hoc diſputat. & de hoc videtur caſus in c. ad audientiam de homi. & de illo qui non eſt obediens medico not. plenè. Io. andr. in c. tuanos & facit. c. ſignificaſti. lo. ij. de homici. Si autẽ quis fuerit mortiferè vulneratus licèt nullam adhibuerit diligentiam, tamen hoc non minuit homicidium dicta. occidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§.si.a contrario sensu.ita dicit Baldus in quodam suo con-
13 silio quòd incipit Sapientissimè allegatum est. †Et tene
ne menti vt medici possint præstare bonum iudicium de
bent ad multa aduertere, videlicet ad robur percutientis
& debilitatem percussi.l.j.cum glo. C. vnde vi & l.quas
actiones.§.fi quis seruum.ff.ad leg.aqui.& qualitatem ac
vulneris profunditatem de homicid.d.c.significasti. in fi.
locum & magnitudinem vulneris fluxum immoderatũ
sanguinis de sententia excommu.c.cum illorum.an vul-
nus medio tempore consolidatus:ita quòd habeat formã
sanitatis vel infirmitatis.l.maritus. ff. locati cum glos. ita
dicit Bald.in d.suo concilio.& ibidem subdit quòd inspi
ciatur si vulneratus perdit loquelam:quia similis mortuo
l.iubemus.C.de testa.vel si perdit sensum vt intellectum
quia grauius morbum corporis inducit exilium mentis.
ff.de ædil.edict.l.ob quæ secundò respon.& ff. de testa. l.
in aduersa.

b ¶Medicos adde quod licèt in loco insigni præsumatur quod sint me
dici, tamen non præsumitur quòd inueniatur homo qui velit tota
die stare impeditus pro alio, nisi probetur.ita dicit Francis. de are.
in consil.xvj.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde Gand.
in tractatu maleficiorum sub rubrica si su
dicetur per medicos vulneratum non moriturum & fe
bre adueniente dicunt cõtrarium,& moritur vulneratus,
an vulnerans teneatur de occiso ibi latè vide: & vide etiã
ipsum ibi in sequenti quæstione quæ incipit, Sed quæro
quidam vulneravit alium nõ mortiferè:postea ille vulne
ratus mortuus est non ratione vulneris: sed propter ma
lum & imperitum medicum qui medicatus est. Quæ
ritur nunquid vulnerator teneatur de occiso: & certè di
cendum est quod vulnerator teneatur de vulnerato tan
tùm.alleg.rex.in dicta l.qui occidit.§.penulti. & ita dixit
14 quòd ita scripsit domi.Odofr.& ibi dicit †quod in dubio
vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere nisi negligẽ
tia vel mala custodia vulnerati probetur. Nam tunc tan
tum tenetur de vulnerato & non de occiso: & ponit exẽ
plum de rustico qui modicum in capite vulneratus in æs
tate ad laborandum cum bobus ad solem & est iratus cũ
bobus & calefactus venit domum & mortuus est: nam
tunc vulnerans non tenetur de occiso: & ita dicit tenere
domi.Alber.de papia:& in hac materia allego casum quẽ
isti non allegant in c.tua extrà de homicidio voluntario
ibi qui spreto præcepto.Et no.q Bal.in d.l.si ab hostibus
§.fi.non dicit de directo id quod hic dixit domi. Angel.
Sed omnino vide quæ dixi in d.l.si ab hostibus.§. fi.in ad
ditio.meis.& ibi Bal.etiam voluit quod licèt medici non
adhibeantur,& tamen vulnus fuisset mortale quod nihi
lominus occidens teneretur.Nam dicit quòd tunc hoc fu
e at:medicum non fuisse adhibitum,quando ex vulnere
dubitatur:an esset mortale vel non. & ibi vide Angel.&
Imo.dicentes paria esse nõ adhibere medicum,vel adhi
bere medicum imperitum quòd not.Et in hac materia ad
de omnino elegantia verba Angel.in l.quòd si nolit. §.si
mancipium.ff.de ædil.edict.vbi in ista q.multum elegan
ter loquitur;& ita tempera & limita prædicta:vt ibi habe
tur.Et adde quod opus est qd probetur medicos potuis
se adhiberi:quia erant in ciuitate:vt dicunt doct.in d. l. si
ab hostibus.& ibi latè dixi & doctores in dicto §. si man
cipium.

a5 Statua per Italiam puniunt factum non animum:unde nisi quis interficiat li
cet etiam mortis causam animo præbuerit:non tenebitur de ficca.sed alio
modo castigabitur.

a6 Venenum tenens ut daret alteri,licet non dederit punitur ac si dedisset.

15 Ange. † Sed aduertas ne erres, quia is qui cum gla
dio deuenit ad actum proximum animo occi
dendi,licèt non occiderit tenetur de ficca.ac si interfeci-

set;vt l.j.§.j.ff.de sicca.& l.is qui cum telo.cũ ibi not. per
docto.C.eodem sed statuta per Italiam puniunt factum
a & non animum[a] Vnde ad similitudinem.l.aquil. dicunt si
quis interfecit vnde nisi interficiat licet etiã mortis caus
sam animo prebuerit non tenebitur de ficca.sed alio mo
do castigabitur.ita dicit not.Barto.in l.j.§.diuus.ff.de sic
b ca.& qualiter comprehendatur animus occidẽdi[b] vel nõ
vide ibi glos.& Bar.vt puta si habeat in manu giauerinã
& noluit percutere cum ferro sed cum hasta percussit:
vel etiam respicias in qua parte corporis cum bastono
percussit:quia si in spatulis non præsumitur animus occi
dendi sed sic in capite:alleg. glos.in dict. c.significasti. in
fin.Et pro hoc est bonus tex.in c. omne delictum. §. qui
16 non militat.ff.de re mili.& in l.j.C.de emen.ser.† Vnum[c]
c tamen singulare nota,quòd si quis emerit venenum vt da
ret alteri licèt non dederit punit ac si dedisset: vt est casus
singularis & ibi Bartol.in l.j.in fi.ff.de patri.& in l.j.C.de
malefi.& mathe.& in l.eiusdem.in prin.ff.de sicca. vbi e
tiam punitur qui retinet & qui facit venenum causa ho
minis occidendi:quod tamen intellige vt not.Sali.in d.l.
§.de male.Et prædicta procedunt quando interficitur ex
traneus:si autem interficiatur ascendens vel descendẽs in
d infinitum,tenetur de parricidijs[d]. vt l.pe.§.j.cum gl.ff. de
parri.& not.glos.in l.j.C.de his qui pa.vel li.& glos. in. §.
alia.insti.de publi.iudi.in §.alia approbat ibi opinio. Pla.
de qua in glo.ibi in verbo,præparauerit.vt teneatur.l.cor
nel.de sicca.ille præparauit venenum alicui causa vene
nandi:& sic tenet op.Barto,quam tenuit in l.j.ff.de parri.
licèt Angel.ibi nihil affirmet.& Sal.in d.l.j.C.de male. &
mathe.videtur etiam tenere istam opinio.Barto.licèt An
ge.aliter videatur loqui in l.j.§.fit iniuria.ff.de var. & ex
traordi.cogni.Nam videtur velle ibi quòd opus est quod
mors sequatur quicquid sit hodie cum statuta requirãt fa
ctum. Credo opi.Barto.non procedere:& quando non es
sent statuta vt dixi de generali consuetudine totius mun
di, hoc

a ¶Fuit determinatum. adde Abba. in consi.
cliij.vbi quòd bannitus nõ habet filios in potestate: & filij possunt
testari.& idem Ange.in consi.ccxxiij.Ber.

ANOTATIO.a¶ Et non animum.
b ¶Animus occidendi, Adde Alexan.in consil.cxxxviij.in j.volu.
Cepo in consi.xxxix.Rapha.cu.in consi,cxxxiij.& Fran. de aret.
in consi.lxxx.Ber.
c ¶Vnum tamen, Adde tu & vide Cepo.in consi.vltimo qui consuluit
in terminis & Bal.in consi.cxxj.in v.volu.& consi.ciij.in iij.vol. vbi
quod occidens veneno est proditor & homicida,ideo scelus grauis
simum.Ber.
d ¶Parricidijs,adde & vide Io.de ana.in consi,lxiij.Ber.

Augusti. Tu autem in materia,adde quòd etiam
si non essent statuta per Italiam ; sed ius
commune hodie de generali consuetudine totius mundi
derogatum est l.is qui cum telo.C.de sicca.& similibus le
gibus quia etiam cessante statuto nemo debet decapitari
nisi propriè occiderit alterum.nec propter animum tan
tum debet puniri,nec propter conatum tãtum mirabilis
est doctrina Specu.in titu.de accusa.in.j.parte.in §.j.vers.
e sed pone primo[e] quem refert & sequitur & ipsum magni
ficauit Ang.in l.j.§.hæc verba.ff.quod quisque iur.& Bal
dus in l.iij.C.de ser.fugi.Et Ro.multũ elegãter loquitur
in l.damni.§.fabini.ff.de dam.infec.Fallit in crimine lesæ
maiestatis & in assassino vt dicunt Bal.& Ange. in di. §.
hæc verba.& adde Ange.in l.is qui cum telo.C.de sicca.
qui dicit quòd habens hastam cum ferro & percussit ali
quem cum hasta & non cum ferro non dicitur habere a
nimum occidendi:vnde non tenetur.l.cornẽ.de sicca. al
leg.text.cum glos.in l.iij.§.pe.ff.ad leg.cornel.de sicca.&
glos.in dicta.l.is qui cum telo. Item adde quod Ioã.fa
bri.insti.de publi.iudi.in §.alia approbat ibi opinio. Pla.
de qua in glo.ibi in verbo,præparauerit.vt teneatur.l.cor
nel.de sicca.ille præparauit venenum alicui causa vene
nandi:& sic tenet op.Barto,quam tenuit in l.j.ff.de parri.
licèt Angel.ibi nihil affirmet.& Sal.in d.l.j.C.de male. &
mathe.videtur etiam tenere istam opinio.Barto.licèt An
ge.aliter videatur loqui in l.j.§.fit iniuria.ff.de var. & ex
traordi.cogni.Nam videtur velle ibi quòd opus est quod
mors sequatur quicquid sit hodie cum statuta requirãt fa
ctum. Credo opi.Barto.non procedere:& quando non es
sent statuta vt dixi de generali consuetudine totius mun
di, hoc

di,hodie nemo debet mori: licèt deuenerit ad conatum
nisi sequatur effectus mortis per illud dictum Specul.
de quo supra. Et illud dictum Specul. sequitur etiam
Cyn.in d.l.is qui cum telo.aliquid per Bal.in l.data opera.C.qui accusa.in penul.char.

c ¶Sed pone primò. A dde quòd dictum Specu.refert & sequitur A.
lex.in consi.xv.in j.volu. & Cep.in consi.xxx.

17 Pater occidens filium spurium: an incidat in pœnam parricidij.
18 Filius interficiens patrem bannitum an erit sine pœna.

17 Ange. † Quid si pater occidit filium spurium an
incidat in dictã pœnam:dicit Bal. in c. j.si de
feu.fue.contro.inter domi.& vasal.quòd sic,quia natura
omnibus est communis.Si verò interfecit quem poterat
exhæredare,dic quòd nõ tenebitur de parricidijs sed alia
pœna castigabitur vt l.diuus.& ibi Barto.ff.de parricid.
18 †Quid si filius interficiat patrem bannitum an impunè fe
cerit.Dy.tenet quod nõ:quia patris persona filio semper
debet sancta haberi:vt l.liberto.ff.de obse. liber. In con
a trarium fuit determinatum[a] per collegium Perusij: per l.
minimè.ff.de relig.& sump.fune.coniuncta.l.postliminij.
§.filius.ff.de capti.& postli.reuer.ita dicit.Sali.in d. l.j.C.
de is qui pa.&c.

ADNOTATIO. a

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd
Alb.de rosa.in q.statutorũ.in q. vj. in iij.
parte.quæ incipit.item quid si statuto cauetur quòd ban
nitus possit impunè occidi:nunquid filius possit occide
re patrem:& ibi sequitur opin.Dyn.quòd non.respondet
ad.l.minimè scilicet quod loquatur in casu speciali , licet
in patre oppugnante patriam & liberos:& de materia vi
de etiam Albe.de rosa.in iiij.parte statutorum q. xxvij. q̃
incipit,item præsupposito prædicto statuto quòd banni
tus possit impunè offendi.qui allegat etiam Gandi. in tra
cta.maleficiorum. tetigisse istam quæstionem. dic vt in prædi
ctis locis.

SVMMARIVM.

1 *Rapina proprie dicitur quando aliquis abstulit uestem illi quem uulnerauit & an dicatur crimen publicum.*
2 *Statutum loquens de roboria quomodo intelligatur.*
3 *Rapina non est licita in bannitis post mortem ipsorum:licet ex statuto possit impune offendi in ære, & persona.*
4 *Fur manifestus & non manifestus: quomodo puniatur de iure.*
5 *Fur quãuis puniatur de iure in duplum siue quadruplum pro uarietate casuum attamen etiam officio iudicis puniri potest extra ordinem.*
6 *Delictum quodlibet siue publicum siue priuatum parit duas rationes unã quæ competit parti læsæ, alteram quæ competit reipublicæ.*
7 *Rapere an dicatur crimen publicum.*
8 *Banniti an post mortem derobari possint.*
9 *Bannitus si post mortem fuerit derobatus cum hæreditas non est adita derobãs committit crimen expilatæ hæreditatis.*
10 *Fur manifestus an in pœnam quadrupli: & non manifestus in pœnam dupli incidat.*
11 *Iudices an possint condemnare fures ad furcas & ad restitutionem eorum & sic an in uno libello ciuilis & criminalis intentari possint.*

ETiam vestem cœlestem foderatam de armelinis dicto Titio abstulit.

1 †No.quod hæc est propriè rapina:& ideo vi bono.rap.
b in triplum potest puniri[b] de iure:vt l.j.&.iij. & per totum.
ff.vi bono.rapto.& cum regulariter pro rapina etiam cõ
petat accusatio,l.iul.de vi publi.& priua.vt.ff.ad l. iul. de
vi publi.& priua.l.j.per totum,meritò dicitur crimen pu-

blicum,& cuilibet potest cõpetere accusatio.vt l. j. & iij.
ff.de publi.iudi.ita dixit Imo.in rub.ff.de publi.iudic. &
Cyn.in rub.C.vi bono.rap.& Salt.ibidem in l. fin. in fin.
2 & ibi Bar.ff.de priua.delic. † Si autem dicatur statuto
c vel alia dispositione de roboria[c] qualiter intelligãtur dicta
verba dicit Bald.in authen.sed nouo iure. C.de ser. fugi.
versi.quæro quomodo accipitur istud verbum &c. quòd
dicta verba grosso modo intelliguntur secundum videli
cet quod vulgus intelligit.l.labeo.ff.de supelle.leg. quòd
perpetuo tene menti,propter statuta quæ faciunt mentio
nem de robaria.Sed in casu nostræ inquisitionis non fuit
furtum:nã propriè furtum dicitur à furuo, id est à nocte
& sic non potest dici furtum:vt l.j.ff.de fur.Est autẽ fur
tum rei alienæ contractatio fraudulenta, inuito domino,
animo lucrandi facta:vt in §.furtum.insti.de obli.quę ex
quasi delic.nascun.not.quod est contractatio vt ibi dici
tur sine contractatione:& sic absque amotione de loco ad
locum non committitur furtum:licet scriptura voluntas,
vel verbum interueniat:vt.l.j.cum l.seq.& l.si quis vxori.
§.neque verbo.ff.de fur. Alia autem verba apposita in ista
diffinitione declarantur per Azo.in summa in tit.de fur.
in prin.& hæc contractatio sufficit siue verè siue interpre
tatiuè,vt si falsus procurator volens debitum exigere alij
delegauerit soluendum se præsente:nam contractasse vi
detur propter præsentiam:vt ff.de fur.l.fallsus.§.si ius. Et
ne nimium prolixius videar aliquas quæstiones & dicta
quæ quotidie de facto eueniũt & de quibus dubitatur di
cam:reliqua ad furti materiam spectantia causa breuitatis
omittam:remittens me ad nota.per Azon.in summa de
fur. Vnde prosequor materiam nostram:& dixit q̃ in ca
su nostro propriè loquendo:non est furtum sed propriè
3 rapina vt dixi †quæ non est licita non tantum in perso
nis quæ stari & morari in ciuitate absque aliqua prohibi
tione possunt,sed nec in bannitis etiam post ipsorum mor
d tem[d]:nam licet ex statuto bannitus possit impunè offen
di in ære & persona,illud tamen intelligitur in bannitis,
scilicet viuis existentibus:secus si iam mortui sunt: quia
licentia morte finitur:vt l.si qua.ff.de pœn.Et ideo capiẽs
vestem bannito mortuo,tenetur crimine expilatæ hære
ditatis.ita dicit Sali.in d.l.qui sepulchra. C.de sepul. vio
4 la.& est tex.& ibi nota in d.l.diuus.ff.de bonis dam. † Si
autem esset furtum:de iure loquor debet in duplum fur
non manifestus & rei subtractæ restitutione condemnari
parti læsæ.Si autem esset fur manifestus debet restituere
rem furatam & vltra ea quadruplum.insti.de oblig. quæ
ex quasi delic.nascun.§.final. quod est verum , nisi dam
num passus duxerit furem,vel fuerit causa quòd fur du
ceretur ad præsidem:tunc videtur remittere pœnam du
pli vel quadrupli.Iste est tex.in l.interdum. §.qui furem.
ff.de fur.Et ideo latrunculatores simpliciter condemnãt
furem ad furcas & restitutionem rerum ablatarum, non
autem ad restitutionem ad duplum vel quadruplum. Et
fur dicitur manifestus quando fuit visus post furtum fu
gere & post eum fuit acclamatum vt l.si quis in seruitute.
§.fina.ff.de fur.& no.Cyn.in.l.falsus.C. de fur. in iiij. op
po.nec requiritur apprehensio siue captura vt ibi habe
5 tur:& Bart.in l.ij.& iij.ff.de fur.†Et bene aduertas quòd
licet parti læsæ ita debeat condemnari:tamen etiam con
demnari potest & puniri extra ordinem officio iudicis ad
vindictam publicam:vt est tex.singularis in l.si. ff.de fur.
6 †Sed tamen non est mirum quoniam scire debes quod
in quolibet delicto priuato vel publico oritur duplex ac
tio,siue duplex modus agendi,siue vindicãdi:vnus qui
parti læsæ competit pro suo interesse reficiendo & ad pœ
nam applicandam sibi.alius qui competit reipublicæ pro
e vindicta publica de crimine publico[e] casus est in l.qui no
mine.& ibi glos.& Barto.ff.de fal.de priuato,casus est in
l.fina.ff.de priua.delic.& sic fur ex re furtiua tenetur con
dictione furtiua ad ipsam rem subtractam:vt l.si pro fure.
§.j.& toto tit.ff.de condic. furti. quare ista condictione
furtiua hæres furis non potest conueniri etiam lite conte
stata contra furem iam defunctum, nec etiam quod ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid pertenerit ad eius hæredem: quia ſpeciale eſt in cõ
dictione furtiua: vt l.ſi pro fure §.fi.& ibi Barto.& in l.in
condictione.in prin.ff.de condi.furt.tenetur etiam actio
ne furti, ſcilicet ad duplum & quadruplum & etiã ad vin
dictam publicam: vt dictum eſt.

b ¶Puniri.adde & vide Alex.de Imo.in conſi. ciij.in j.vol.

c ¶Robaria.adde tu quæ differentia ſit inter rapinam & robariam.
& vide Bal.in c.j.§.ſi duo.de pa.iu.fir.& quod ſtatuta ſint intelligẽ
da ſecundum communem vſum loquendi & vulgatum non autem
ſecundum peritos, vide quod voluit Ro.in conſil. iiij. & in conſil.
xxxij.& an furti appellatione veniat rapina vide Roma.in conſil.
cl.& conſi.cxliij.Ber.

d ¶Ipſorum mortem.adde tu quòd ſi fuit formatus proceſſus de fur
to poteſt fieri condemnatio de crimine expilatæ hæreditatis.ita
Cepo.in conſi.lxviij.

e ¶Crimine publico.adde Ro.in ſuo conſi.cccv.in vltimis verbis.

7 **Auguſti.** Tu autem in hac materia in prima cõ
cluſione inquantum dictum eſt†quòd ra
pina eſt crimen publicum: adde quòd imò videtur crimẽ
priuatum eſſe: tex.allego in l.infamem.ff.de publ.iudi. &
text.in l.ſi quis ex domo.ff.de furt.ſed vide Bart.in d.l.in
famem.& in d. l. ſi quis ex domo.qui dicit quòd ſpeciale
eſt in d.l.ſi quis ex domo.vbi rapina eſt crimẽ priuatum.
& ita dixit Barto.in d.l.infamem.per quæ potes limitare
iſtam primam concluſionem:& inquantum dictum eſt ſu
pra quid eſt robaria.adde quòd Bald.in c.j.§.ſi duo.de pa
ce tenen.ponit differentiam inter rapinam & robariam i
8 bi vide†. Item inquãtum tactum eſt an bãnitus poſt mor
tem ſuam poſsit derobari.adde Bal.in l.ſororẽ. C.de his
quib.vt indi.qui tenet illud idem quod tenet.Sali.in dict.
l.qui ſepulchra.Et adde Albe.de roſa.in queſtionibus ſta
tutorum.in iiij.parte.in q.xcj.incip.ſi ſtatuto cauetur, q
bãnitus poſsit impunè occidi:& ſic ſequitur quòd multo
fortius derobari:qui arguit pro & contra.Tandem con
cludit quòd aliàs Piſtorij fuit determinatum ſpoliatorem
fore bannitum de robaria quaſi robaria fuit commiſſa de
rebus hæreditatis ad filios banniti pertinentibus. ſed ipſe
Alberi.non ſtat in ipſa opinione: quia allegat quòd rei
hæreditariæ non poteſt dici commiſſa robaria:ſicut nec
furtum:ex quo in hæredes non tranſit poſſeſsio ſine ap
prehenſione:& hoc probatur in l.cum hæredes. ff. de ac
quiren.poſſeſsio.coniuncta l. hæreditarij. ff.de acquiren.
poſſeſsio.An autem prædicta militent quando incontinẽ
ti & in flagranti crimine fit dicta ſpoliatio. vide dicta Al
be.de roſa.in d. q.ex cuius verbis poteris habere deciſio
nem: & certè in iſta materia placet mihi iſta ſua deciſio.

9 †Et tene menti quòd ſi bannitus derobatur poſt mor
tem cum hæreditas non eſt adita talis committit crimen
expilatæ hæreditatis.vt dixit Salicet.in dicta l.qui ſepul
chra. Dicit tamen Bald.in l.de his.C.de fur.quòd talis ni
hilominus debet furca ſuſpendi ſicut famoſus latro. ſed
Salic.in d.l.de his. reprobat Bald.ibi & Ludo.ro.in l.ge
rit.ff.de acquiren.hæredita.dicit quòd cum hæc quæſtio
fuiſſet de facto iudices ſecuti ſunt opinio. Bald. propter
authoritatem ſuam:ſed dicit Ro.quod opinio. Bald. non
eſt vera de iure:& ſic Rom.ibi reprobat Bal.& bene quia
cum ſupportatione rationes Sali.concludunt contra Bal
dum,& dicam.j.in vltima q.in addit.meis vltimo loco fa
ctis in hac eadem gloſ.Et ſi rectè ponderenturverba Al
be.in d.q.ibi Alber.ſentit quòd alia pœna datur expila
tori,hæreditatis & alia pœna datur furi, ſeu robatori: &
ſi ſtatutum loquitur de vno crimine non infertur ad a
liud.& vide.Pau.de caſt.in conſilio ſuo. xxxj.in fi. qui di
cit limitando prædicta quòd ſi bannitus qui occiditur ſta
tim derobatur,hoc poteſt fieri:ſecus ſi ex interuallo ante
quàm deueniant ad illos actus:& ibi concludit quòd ca
ſu quo quis ante hæreditatem aditam committeret crimẽ
expilatę hereditatis quòd iſta eſt pœna extraordinaria.&
a faciunt pulchre nota.per Bart. in conſi.ſuo clxxiij.ª quod
incipit ſtatuto caſtri plebis cauetur, qui ponit de ſtatuto,
ibi vide an furtum dicatur maleficium perſonale & bene
faciunt nota.per domi.Catal.in tractatu ſyndicatus.quę.
cxlviij.qui ponit an corpus mortui poſsit furari vel vul
nerari vel in delinquentem habeat locum pœna furti vel
per quod bannitus poteſt offendi quòd poterit occidi: &
ſtatuti.& dicit quòd non.& vide domi.Nellum in tracta.
bannitorum.in ij.partevltimi temporis.q.iij.vbi latiſsimè
loquitur & ibi diſputat an rectè Albe.de roſa.in quæſti.
10 ſtatutorum ſupra allegata locutus ſit ibi omninò vide. †
Et adde in hac materia inquantum dictum eſt quòd fur
ſi eſt manifeſtus incidit in pœnam quadrupli:fur verò nõ
manifeſtus in duplum. Adde quòd contra iſtam doctri
nam eſt tex.in l.mancipia.C.de ſer.fugit.vbi fur non ma
nifeſtus aliter punitur:ſed gloſ.dixit ibi quòd erat ſpecia
le in illo caſu ſicut eſt etiam ſpeciale in alio caſu in l. chri
ſtianis. C.de paganis.& etiam glo.inſtit.vi bono.raptor.
allegauit illam.l.ibi in d.l.chriſtianis.& gloſ.inſtit.de obli
ga.quę ex delic.in §.pœna quadrupli. Item inquãtum di
ctum eſt quòd ad hoc vt quis dicatur fur manifeſtus non
requiritur apprehenſio. Adde quòd de hac concluſione
non opus eſt allegare docto.ſed tex.in propriis terminis
habemus inſtitu.de fur.in §.furtum. vbi imperator diffi
nit ibi furtum manifeſtum à non manifeſto:& in effectu
concludit quòd fur dicitur manifeſtus ſi fuit repertus cũ
re furtiua:vel fuit viſus ire cum re furtiua & ſic ibi tex.lo
quitur per diſiunctiuam vel, & ibi habemus meliorem
textum de iure. Item circa intellectum.l.interdum.§.qui
furem.ff.de fur.quare ibi illa pœna dupli vel quadrupli
remittatur ex eo quia duxit furem ad præſidem omnino
vide dicta Salice.in lege prima.C.quando ciui.actio.præ
iu.cri.in vltima columna.vbi multum eleganter loquitur
declarando ibi illam gloſ.in dicta l.j. quæ allegauit dict.
11 §.qui furem,† ſed conſidera quòd videtur quòd deciſio d.
Ange.hic ſit falſa inquantum voluit quòd iudices poſ
ſint condemnare furem ad furcas & ad reſtitutionem re
rum quia in vno & eodem libello non poſſunt ciuilis &
criminalis intentari.dicta lege prima, ſed vide ibi Ange.
in fin.multum eleganter loquentem qui allegando.dic. §.
qui furem.dicit quòd licèt ciuilis vel criminalis non poſ
ſit intentari in eodem libello, tamen bene poteſt quis in
iudicio criminaliter accuſari.& officio iudicis petere re
ſtitui damna & intereſſe & expenſas:vt lege qui crimen.
C.qui accuſa.non poſſunt. & lege quòd cuiſtandi. C. de
condictio.ob turpem cauſam.& l.pe.ff.de calum.& lege
medicos.ff.de var. & extraordi. cogniti. & in corpore de
quæſti.§.ſi verò aliqui. in corpore de manda.princip.§.ſi
verò delinquentes.& incorpore vt litigantes iurent. §. &
hæc quoque.& allegat etiam§.qui furẽ.& ita dicit quòd
practicatur quòd in libello criminali concluditur delin
quentem ex delicto condemnari & puniri ſecundùm for
mam iuris & ſtatutorum cum reſtitutione damnorum &
intereſſe & expenſarum & cum reſtitutione rerum abla
tarum.Et adde text.in l.ſi res.C.vi bono.rapto.& ibi glo.
Salicet.& docto.vbi ponunt etiam an condictio furtiua
competat contra hæredem defuncti.Et adde Mode.in lo
cis ſupra allegatis per do.Ange.hic vbi multum elegan
ter loquuntur.

ADNOTATIO.a ¶Bar.in conſi.ſuo.clxiij.Adde quòd alias eſt
nume.cxxxviij.Ber.

12 *Fures de iure mortti an damnari debeant.*

12 **Ange.** †Et not.bene quòd de iure non reperio q
b pro furto quis debeat mori[b] niſi fures craſſato
res & inſignes latrones:vt l.capitaliũm. §.famoſos. & ibi
c Barto.ff.de pœnis.vel ſi eſt fur nocturnus[c] & aliter non
poteram defendere aut perſonam meam vel familiæ meę
vel bona mea vel etiam furem diurnum qui ſe telo defen
dat:& ſine diſcrimine perſonæ meæ vel familiæ defende
re non poteram:tunc licet mihi eum impunè occidere: vt
eſt text.& ibi gloſ.in l.furem.ff.de ſicar.& in l. itaque. §.
lex.ff.ad l.aquil.& ibi Florian.& Salice.in l.ſi vt allegas.
C.de ſicar. quod eſt verum ſi immineret perditio rei ma
gnæ:ſecus autem ſi rei vilis quia tunc mihi non liceret oc
cidere

cidere furem nocturnum etiam telo defendentem imò
nec vulnerare:caſus eſt ſingularis & peregrinus vbi hoc
probatur, in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad.l.aquil. Pro
quibus omnibus & maximè pro craſſatoribus & furibus
inſignibus,iudex pati non debet aliquem aduocare,quo
rum fera & periculi ſui neſcia feruet inſania.l.per omnes.
C.de defenſori.ciui. Et ſic regulariter de iure communi
pro furto non eſt pœna mortis niſi vno caſu videlicet in
l.pe.ff.de condictio.ob cauſam.ſed fortè illud fuit de fa
cto vel fortè ibi ſpeciale quia fur erat vilis perſona ſcili
cet ſeruus:vel dic vt ibi not.docto. & vno alio caſu ſcili
cet in authen.de pa.tenen. §.ſi quis quinque ſolidos. ſed
ibi dicitur eſſe ſpeciale propter fractionem pacis. & alio
caſu quando miniſtrator publicus pecuniam publicam,
vel quis rem ſacram vel religioſam furto abſtulerit qui
capitali pœna punitur:vt eſt tex.in ſtit.de publi.iudi. §.
item.l.iuli.pecul.ſed de iure nouo ſit membri abſciſio:vt
in authentica.ſed nouo iure.C.de ſer.fugiti. ſed commu
niter per Italiam vigent ſtatuta quæ ſeruanda ſunt:vt no
tat etiam Bald.in dicta authentica,ſed nouo iure.ver. ſed
adde quòd furta & alia &c. Nam vtplurimum ſtatuta di
cunt quòd pro primo furto fuſtigetur: pro ſecundo fuſti
getur & mitretur vel bulletur: pro tertio autem ſuſpen
datur.

b ¶Debeat mori.adde tu quæ ſit pœna furti de iure communi.& vi
de Cep.in repet.authenticæ ſed nouo iure.C.de fur.& in conſil.ſuo
xxxvj.& conſi.xlj.& ibi qualiter puniatur furto qui ſubtrahit pe
cuniam communis,& vide Raph.Fulgo.in conſil.ci. et clvij. Ale.
in conſi.v.et in conſi.cxxxv.in j.volumi.& in conſi.cxiij.in iij. vo.
Paul.de caſt.in conſi.cccl.in ij.parte,in ij.impreſsis.

c ¶Nocturnus. Adde tu & vide Alex.de imo.in conſi.cxxxviij.in j.
volu.Ber.& de hoc etiam per Alex.in conſilio. cxlj.colum. j. verſi.
iiij.non videtur.in ij.volumine.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quòd
Gandi.in trac.maleſi.ſub rubrica de furi.
& latronib.vltra omnes diſputat iſtam materiam inverſi.
nunc videamus quæ pœna ſit furibus imponenda. & ibi
dicit quòd de iure communi ſi fur non eſt famoſus & clã
furtum faciat:dicit quòd fuſtigatur: vt in authenti. vt
nulli iudi.§.pe.& vide doctor. quæ autem ſigna ineſt in
authenti.ſed hodie.C.de ſer.fugit. Si autem eſt famoſus
& tunc debet ſuſpendi,dicta l.capitaliũ.§.famoſos.ff.de
pœnis.Si autem palam quis furatur & eſt famoſus, tunc
furca ſuſpẽdatur.dict. §.famoſos.vt ſunt derobatores ſtra
tarum.Si autem palam delinquat derobando & non eſt
famoſus:& tunc aut ſemel tantum derobauit & tunc pu
nitur.l.iul.de vi publi.vel priua.vt inſti.de publi.iudic.§.
item.l.iulia.Si autem bis aut ſępius & tũc punitur furca:
vt l.capitalium.§.trangreſſores.ff.de pœnis. & dicit hoc
eſſe ſeruandum de iure communi & Romanorum: dicit
tamen quòd de iure Lombardorum aliter fit,quia pro pri
mo furto fur amittit oculum,pro ſecundo naſum, pro ter
tio ſuſpenditur:dicit etiam in penul.colum.quòd furtum
aliter punitur.Et tertiò modo per.l.Federici imperatoris:
quia ſi quis quinque ſolidos fuerit furatus laqueo ſuſpẽ
di & ſic vt vides per tres leges criminaliter furtum puni
tur.Primò per leges Romanorum. Secundò per leges
Lombardorum.Tertiò per l.Federici.Sed ſubdit ibi Gã
di. hodie quas leges ſeruabimus.dicit quòd gloſ.ordi. in
c.j.de pace iura.firmã.in.§.iniuria ſeu furtum. dicit furtũ
puniri ſecundùm iura communia:non ſecundùm legem
Lombardorum,vel dicit dic quòd hodie punietur ſecun
dum formam d.§.ſi quis quinque ſolidos.Sed dicit quòd
hodie de conſuetudine hoc non ſeruatur quòd fiat puni
tio per iura communia:ſed fit ſecundum leges Lombar
dorum & hoc tam in Lombardia quàm in Tuſcia: licèt
multæ ciuitates ſuper hoc habeant multa ſtatuta quæ ſer
uanda ſunt:& hæc Gand.Bal.verò in authẽ.ſed nouo iu
re.C.de ſer.fugit.dicit quòd hodie de conſuetudine non
ſeruatur.d.§.ſi quis quinque ſolidos.& hoc eſt verum:qa
ſtatuta ſunt hodie per totam Italiam aliter punientia fur
ta:vide docto.maximè dominũ Abb.poſt gloſ. in c.inter
alia.extra de immu.eccle.in xj.col.& do. Catal.in tracta.
ſyndi.q.cxlix.qui ponit intellectum di.§.ſi quis quinque
ſolidos.Adde tamen omnino bonam gloſ.in c. j. de pace
iura.fir.in d.§.iniuria ſeu furtum.& Angel.in l. fina. ff. de
furt.qui dicit quòd latè poſuit iſtam materiam in authen.
ſed nouo iure.C.de ſer.fugit.in repeti. Paduana.& vide
Ange.in di.authen.ſed nouo iure.notabiliter loquentem
in lectura ſua & Ioan.and.in addi.Spe.in tit.de fur. in ru.
& vide glo.xxiij.q.iij.§.ſi quis fortitudinem.Et in hac ma
teria multa allegat Alber.de roſa.in d.authẽ.ſed nouo iu
re.& multas deciſiones allegat:& allegat bonum text. de
iure cauonico & ibi vide do.in c.tua nos.§.ſi. extrà de ho
mici.& vide quomodo reſpondet ad illum tex. in quibus
tamen caſibus licet occidere furem: vide Ange. omnino
in d.l.ſi vt allegas.& doct.maximè domi.Anto.de bu. in
c.olim.extrà de reſtitu.ſpolia.in xvij.colum.& Ange. in
l.j.C.vnde vi.qui dicit etiam quòd in his caſibus in qui
bus dictum eſt licere occidere furem:habet locum ſi fur
tum erat magni valoris.ſecus ſi parui quod dicit relinquẽ
dum arbitrio iudicis.De materia vide aliqua per Paul.de
caſt.in conſi.clxxx.in fi. An autem prædicta militent
quando vnum furtum eſſet enorme:dicam infra in ſeq.q.
& ibi vide qui dicantur fures latrones.Et qui dicantur fa
moſi latrones & Barto.in d.§.capitalium. melius per An
gel.in d.auth.ſed nouo iure.in reportatis Paduæ.Angel.
in l.aduerſus.ff.de ſepul.viol.do.Catal.in tractatu ſyndi.
q.cxlix.in illa q.vbi tractat materiam quando fur in vna
ciuitate fecit furtum:& in alia poſtea furatur vbi videtur
velle quòd pro multis furtis paruis non dicitur famoſus
fur.Sed ad hoc vt dicatur famoſus requiritur quòd cum
armis hoc fecerit.ibi vide.

13 *Furtum quando dicatur unum: & ſic quando dicatur primum ſecundũ & ter
tium furtum.*

13 **Ange.** †Nunc ſumpta occaſione aliquid de furtis
dicamus ad ſtatutorum declarationem.Et pri
mo quando dicatur primum, ſecundum,& tertium fur
tum.Reſpondeo vnum furtum dicitur quod de vno lo
co vno contextu ſiue vno tempore fit,etiam ſi plures res
furentur tamen dicitur vnum furtum:ita dicit Bartol. in
l.eum qui.§.idem reſpondit.ff.de furt.& ſic tanquam v
num furtum commiſerit punietur,licet plures res ſit fura
tus.Tamen ſingulariter dicit glo.in di.l.capitalium. §.fa
moſos.quòd iſto caſu pro vno furto veniam meretur à
furca.& not.Bald.d.authen.ſed nouo iure.in verſic.vlte
rius quæro nunquid &c.quod eſt verum ſecundùm Bal.
niſi furtum ſit magnũ quod aliàs prævaleat pluribus fur
tis paruis:tunc licet ſtatutum prohibeat furem ſuſpendi
niſi pro tribus furtis.Iuridicè tamẽ pro vno magno pote
rit ſuſpendi:ita ibi dicit in verſi.tertio nota de pœna &c.
& alleg.l.ſi qais.ff.de excuſa.tuto. & etiam quia propter
delicti enormitatem permiſſum eſt leges trãſgredi: vt no.
In.in c.j.de conſti.quod no.quia ita ſemel practicaui Pe
ruſij dum ibi aſsiderem.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quòd
iſta ſententia Bald.mihi non placet: & ſi
rectè conſiderantur omnia iura quæ dicunt quòd fur fur
ca debet ſuſpendi:non habent reſpectum ad quantitatem
furatam:& ſic ad ipſum furtum.Sed ad alia extrinſeca:&
ideo Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.in verſi.vlte
rius quæro,nunquid plura furta in eodem loco & tempo
re.dicit quòd ſtatutum quod punit furem furca pro ter
tio furto quòd mens ſtatuti eſt vt grauius puniat furem,
propter conſuetudinem delinquendi & ſic doct.non ha
bent reſpectum ad quantitatem:ſed ad animum delinquẽ
tis hoc eſt ad reiterationẽ delicti quod grauius punitur
propter ipſam reiterationem vt in furto dicit gloſ. de pa
ce iura. fir.in.§. iniuria ſeu furtum. & ita obſeruarem ſi i
ſte caſus mihi obueniret de facto.Nec obſtat doctrina In
no.in d.c.j.qa iſta non eſt ita vrgẽs cã quòd imponaẽ pœ
namortis vbi aliàs imponi non debet.an ſit vnũ furtũ vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

plura furta vide Barto. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. Sed Bal. in c. j. §. furtum. in prin. de pace iura. fir. videtur velle quòd pro primo furto enormi fur poſsit furca ſuſpẽdi: & ſequitur dom. Abb. in c. inter alia. extrà de immu. eccle. in x. colum. quia ex cauſa licitum eſt tranſgredi leges & ſtatuta: & ita econuerſo conſuluit Lud. ro. in conſi. ſuo ccccl xix. quòd ſi per ſtatutum quis pro leui furto debet ſuſpẽdi: tamen ſi iudici videbitur poterit iudex minuere illam pœnam ſtatuti & commutare in aliam pœnam minorem citra mortem.

14 *Fur aliàs paſſus pœnam primi & ſecundi furti puta quia fuſtigatus mitriatus uel bullatus poſtea facit tertium furtum: an pro iſto tertio poterit ſuſpendi.*

14 **Ange.** †Quæro ſi aliàs fur paſſus fuit pœnam primi & ſecundi furti quia fuſtigatus, mitriatus vel bullatus: poſtea fecit vnum furtum quod eſt tertium in ordine an pro iſto tertio poſsit ſuſpendi: & videtur q̃ non: quia pro primis iam punitus eſt. igitur &c. vt l. licèt. §. j. ff. nau. caupo. ſtabu. & l. ſenatus. ff. de accu. In contra-
2 rium videtur quòd debeat ſuſpendi quia in crimine perſeuerauit. igitur &c. vt l. ſeruos. C. ad leg. iuli. de vi publi. & l. iij. C. de epiſco. audien. & l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœnis. & ita tenet Vbertus de bobio. Idem credo ſi de dictis primo & ſecundo furto habuerit gratiam à domino loci: quia priuilegium non meretur qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate lxxxiij. diſt. c. vbi. &. ff. de pec. le. liberè. & ff. de nego. geſt. l. qui ſine. & l. iudeos. & ibi gloſ. C. de iudæis. Et pro hoc facit quia prima furta fecerunt eum notorie & manifeſtè furem: vt l. emptorẽ. in prin. ff. de actio. emp. Ergo vt publicus & manifeſtus fur poteſt furcis ſuſpendi: vt d. §. famoſos. Nam furta vel aliàs vel alibi commiſſa qualificant furtum factum hicvt acrius puniatur & ſuſpendatur: ita dicit Bar. in l. ſi cui. §. fi. ff. de accu. Et hoc etiam vult Bal. in authenti. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. in verſi. ſed dubitatur. Sed contrarium tenet Ioan. and. in addi. Spe. in rubri. de fur. & Salꝫ. in dic. l. ſeruos. dicit plus quòd etiam furta & numerus furtorum hic commiſſorũ. vt ſi ſtatuto cauetur quòd pro tribus furtis ſuſpẽdatur & alibi commiſit duo furta & hic vnum tantum: tamen verum eſt dicere quòd tria furta commiſit: & ſic ſuſpenderetur. quod nota.

AD NOTATIO. a ¶Suſpendi. adde quòd imò duo furta punita aggrauant tertium. ita Ro. in conſi. ccxxxvj. vbi dicit eſſe text. no. in auten. qui ſemel. limitat tamen quòd prædicta non procedunt vbi de duobus primis furtis fuiſſet penitus abſolutus: quia hoc caſu non aggrauaretur tertium. & ibi quòd ſtante ſtatuto quòd notarius pro trina annotatione dicatur priuatus quod ſi fuit bis annotatus & abſolutus: quòd pro tertia annotatione non priuabitur: & quando furta alibi commiſſa aggrauent tertium furtum in loco fori. vide Bal. in conſi. cccclxxiij. in iiij. vol. & quòd tertium furtum aggrauetur per duo alia furta præcedentia vide Pau. de ca. in conſi. ccl. in nouis.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde Gand. in trac. maleſi. ſub rub. de furibus & latronibus in illa q. quæ incipit, ſed pone pœnam fore impoſitam furi pro primo & ſecundo furto. qui allegando dictũ Ober. de bobio tenet quod licèt fur ſit punitus pro primo & ſecundo furto: tamẽ pro tertio debet mori: quia lex dicit quòd pro tertio moritur non pro primo & ſecundo. & ibi etiam Gand. ſubdit illam aliam quæſtionẽ de eo qui alibi commiſit duo furta & hic tertium, an furta alibi cõmiſſa aggrauent delictum: & in effectu concludit quòd non: & exclamat cõtra poteſtates ita feroces: qui pro furtis alibi commiſsis volunt punire furem in ſuo territorio. Ange. autem in d. l. ſi cui. §. fi. dicit quòd de conſuetudine ſeruatur quòd furta alibi commiſſa aggrauant delictum. Et de materia, adde dicta Bald. in l. fin. ff. de iuriſdict. omiud. & per Iacob. de bel. in auten. vt nulli iudicum. §. ſi quis vero comprehenſorum. & videtur eſſe de mẽte Bal. in auten. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. Adde Albe. de roſa. latius diſputaſſe iſtam materiam in tertia parte ſtatutorum. q. xxxix. Pet. de ancha. in cle. j. extra. de pœnis. expreſsè approbat dicta Bar. in d. l. ſi cui. §. fin. ff. de accu. & vide Sali. in l. iij. C. de epiſco. audien. Et in hac materia teneo ego opini. quã tenui. ſ. in gloſ. in verbo, [exiſtens Florentiæ.] in add. primæ q. & certè rigoroſa eſt opi. Bar. dicit tamen do. Catal. in tract. ſyndi. q. cxlix. quòd cum aliàs habuiſſet iſtam quæſtionem de facto euaſit furem qui in alieno territorio alia furta fecerat vt illa furta alibi facta non connumerentur in numero furtorum.

15 *Fur commiſit furtum Florentiæ furtum Bononiam portauit: an poſsit de tali furto puniri Bononiæ.*

15 **Ange.** †Quæro quid ſi fur furatus fuit Florentiæ & furtum huc ſcilicet Bononiã portat: an hic poſsit de furto puniri. Bar. poſuit in pluribus locis iſtam ſuam opinio. quæ multos ſuſpẽdi fecit, & quam ego ſemper ſecutus fui in practica videlicet quòd ſic, & ita dicit in d. l. ſi abducta. C. de fur. & in l. ſed nec. ff. de condi. furt. & in l. ſi dominium. ff. de fur. nam ſicut mutatione dominij noua naſcitur actio furti: vt d. l. ſi dominium. ita etiam mutatione territorij ad vindictam publicam facit. l. ſi furem. ff. de ſtatu homi. Sed cum caſus occurriſſet de facto do. Bononiẽſes conſulerunt contrarium quod conſilium incipit quidam ſcholaris &c. & mouetur ipſis his rationibus. Primò ex regula vulgata: ſcilicet quòd ex aſsídua cõtractatione non naſcitur noua actio furti: vt l. ei qui. ff. de fur. & ibi Bar. non obſtat. l. ſi dominium. quia ex mutatione dominij tunc ex noua contractatione naſcitur noua actio furti quia in perſona noui domini naſcitur in quem cadit furti diffinitio quæ eſt vt res aliena inuito domino non contractetur, ſed in caſu noſtro non contractatur niſi proprie poſſeſſore & domino inuito, cui non poteſt naſci noua actio furti: vt d. l. ei qui. Tertiò quia à dicta regula. l. ei qui. recedetur ex mutatione dominij: vt d. l. ſi dominiũ. ergo eſt caſus exorbitans igitur contra regulam non debet extendi ex mutatione territorij. Quartò per di. l. ei qui. non datur patri ex aſsídua contractatione noua actio furti ergo nec reipublicę: ſi non parti ergo nec reipublicę vt l. non ſolum. §. quanquam. ff. de iniurijs. & ibi Bartol. Quintò fur non viſus ad locum deſtinatum portare res non eſt manifeſtus licèt poſtea mutato proposito alio res transferat & videatur: vt l. iij. cum l. ſeq. ff. de fur. ita in caſu noſtro ex mutatione loci noua actio non naſcitur nec perſona mutatur nec qualitas furti. Sextò poteſt adduci in authenti. vt nulli iudic. §. ſi quis verò comprehenſorum. vbi fit remiſsio ad locum delicti quæ non eſſet neceſſaria ſi in loco in quo portauit furtum poſſet puniri. Sed domi. Franc. de albergotis de aretio ſolennis doctor tenet opi. Bar. pro qua alleg. l. inficiando infans. ff. de fur. ita etiam refert & tenet Anto. de but. in c. j. de rapto. & iſtud eſt tenendum & obſeruandum & maximè vt vitium furti non frequentetur & etiam videtur ſequi Bal. in c. j. §. iniur. de pa. iura. fir. col. x. & in d. l. ſi abducta. & in autẽ. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. & pro opi. Bar. adducit. d. Salustius de Peruſio eius nepos ex filia in d. l. ſi abducta. text tũ. in l. verum. in prin. ff. de mino. & in l. j. C. de noxa. & in. l. iij. in prin. ff. rerũ amota. & gl. in d. l. de his. C. de furt. in quibus probatur quòd ex noua mutatione perſonæ qa de ſeruo fit liber & de vxore deſinit eſſe vxor: tunc ex noua contractatione oritur noua actio furti: ita in caſu noſtro inſurgit mutatio ſtatus furis ex mutatione territorij. non obſt. rationes doctor. Bonon allegatæ contra Barto. quia prima ratio tollitur per eundẽmet Barto. quæ regula d. l. ei qui. non habet locum niſi mutetur dominium nec etiam facit ſecunda ratio quia negatur quòd lex quæ dicit ex noua contractatione oriri actionem furti ſit contra regulas iuris. imo dicit do. Saluſtius quòd eſt contra regulas iuris. Propterea poteſt extendi quantuncũque pœnalis: quia hoc facit lex antiqua: ſcilicet regula d. l. ſi furti.

Item

Item tertio poteſt dici quod nulla fiet extẽſio ſi reſpectũ habes ad vniuerſum dominium quod eſt vniuſcuiuſq; ciuitatis & in qua furatus eſt & in quam poſtea ſe contulit fur: nec obſtat tertia ratio nam nihil repugnat vt dicamus furtum eſſe factum: quia facta eſt contractatio inuito domino & tamen actio furti non datur ſibi propter nouam contractationẽ, ſed datur reipublicæ vbi fur tum portauit cum ex illa noua contractatione nouiter offenditur cũ regula ſit quòd actio furti detur illi cuius intereſt furtum non fieri: vt l. manifeſtiſsimi. C. de fur. nec ob. no. in §. quanquam. quia negari poteſt aſſumptum, qa videtur contra. l. falſi. C. de fal. & Bal. tenet oppoſitum in l. ſi. C. de fur. Nec obſt. quinta ratio quia tollitur ex elegãti doctrina Bal. in d. §. iniuria de pace iur. fir. Nec obſt. §. ſi quis verò comprehenſorum. quia poteſt dici quòd non habeat locum in fure qui nouiter contractaſſet: nam à iudice loci in quo eſt facta noua contractatio nõ poteſt peti quod fiat remiſsio inuito ſuo iudice nouiter offenſo, cũ ipſe velit ex delicto cõmiſſo in ſuo territorio punire. Sed in §. ſi quis verò. in ſecundo loco nullum delictum commiſit merito debet facere remiſsionem vt puniatur per iudicem quem offendit. Et tamen bene aduertas quòd prædicta procedunt ſi huic apportaret rem furatam: ſecus ſi apportaret eius prædium quia de dicto prædio non dicit committere furtum nec tenetur furti: vt eſt tex. & ibi no. in l. qui vias. §. fi. ff. de fur. quod ſingulariter no.

a **Auguſti.** †Tu autem in hac materia, adde q̃ in quantum opi. Bar. eſſet vera. Tamen primò limitatur vt procedat ſi intermedio conditio furis mutata fuerit quia de ſeruo liber fuerit in itinere. Ita limitabat Ange. iſtam materiam in d. l. ſi dominium. Aliam limitationem dabat Ang. in. l. ſi dominium. vt opi. Bar. procedat ſi in ipſo initio fur ſuit propoſiti, vt in alium territorium ſe tranſferet ſuæ ſecuritatis cauſa: exemplum ponit. Pone in ſubtrahentibus in confinibus Bononiæ vt tranſferant ſe Ferrariam ibidem ergo maleficium conſummabitur: vnde ibi poterit puniri & per rationes ſuas concludit ita Ange. ibi. Tertiò limitat ibidem Ange. vt opin. Barto. procedat quando in initio furti actio non eſt nata: & ita in his caſibus poterit procedere op. Bar. aliàs ſecus. Item quartò addit alium caſum vt opi. Barto. procedat vt ſi furtum eſt factum Bononiæ bannito: qui ſecũdum formam ſtatuti licitè poteſt offendi: nam ſi fur ſe tranſtulit Ferrariam ibi puniri poterit poſtquam Bononiæ puniri non poterit obſtãte ſtatuto. Item adde aliam limitationem quam tradit Ange. in l. ſi abducta. C. de fur. vt procedat opi. Bart. in vagabundo fure: quia ſcriptum eſt vbi te inuenero ibi te iudicabo: vt l. j. C. vbi de cri. agi opor. Idẽ & ſexto reſtringitur opi. Bar. vt procedat ſi fur proroget
16 iuriſdictionem iudicis. †Vnde dicit ſi eris aſſeſſor ne poſſis conueniri tempore ſyndicatus, ſi vides quòd expediat reipublicæ vt ſuſpendas furem repertum cum re furtiua alibi derobata ne damnũ poſsis pati: facias quòd fur proroget iuriſdictionem per. l. quæro. ff. de ſolu. & l. j. ff. de iudi. & hic dicit Ange. in d. l. ſi abducta. & ibi etiam Angel. facit mentionem de illa limitatione quam. ſ. dixi vt opin. Bar. procedat quando fur mutauit conditionem perſonę in itinere. Item ſexto loco reſtringas opi. Bart. vt opinio ſua procedat quando fur fuiſſet inuentus cum re furtiua: putà quia Florentiæ fecit furtum & hic Ferrariæ inuenitur cũ furto. Secus ſi rẽ vendidiſſet poſtea Bononiæ & hic Ferr. fuiſſet inuctus cũ p̃cio qa in iſto p̃tio hic Ferrarię non cõmittitur furtũ qa in re ſua furtum nõ cõmittitur per. l. pe. ff. de condi. ob tur. cau. Ita ſingulater dixit Bal. in. l. j. C. de confeſ. in xij. col. quod tene menti. Item ſeptimò intelligas dictum Bar. procedere ſi fur qui furatus eſt Florentiæ & venit Ferrariam vt poſsit hic Ferra. puniri hoc verum ſi fecit hic Fer. reſidentiam per ſpatiũ vnius diei: aliàs nõ poterit hic puniri: ita dicit Bald. multũ ſingulariter in l. qui furere. ff. de ſtatu ho. per. l. quo deſtinauerat. ff. de fur. Et ita dicit quod intelligi debet opi. Bar to in d. l. ſi dominium. alias ſecus quod no. Octauò reperio Raph. fulgo. in l. ſiue manifeſtus. §. tandiu. ff. de cõdi. furt. dicentem quòd opi. Bar. non procederet tanquam iniqua ſi hoc Ferrariæ foret ſtatutum propter quod pro leui furto eſſet impoſita pœna mortis: nã tunc dicit quod opi. Barto. tanquam iniqua non eſt ſequenda: quæ no. qa alibi pulchrè ita collecta nõ reperies: ſed quia multoties vidi refricari in dubium an opi. Barto. ſit vera vel falſa omiſsis his fallẽtijs ſcribam quod ſcriptum reperio in hoc paſſu terribili: dico paſſum terribilem quia hęc opi. ſua vt dicit do. Maria. in. c. j. de rap. fecit ſuſpendi decem milia hominum: & id quòd dixit ipſe Bart. in d. l. ſi dominium. approbauit etiam in l. ei qui furti. ff. de fur. in fin. & Bart. in l. ſed nec legatarius. ff. de cond. furti. & Bar. in l. ſi abducta. C. de fur. Bal. verò ſecundùm do. Ioan. de ana. in ca. fi. extrà de furt. ſemper videtur approbare iſtam opi. Barto. nam Bald. tetigit iſtam difficultatem in pluribus locis & maximè in c. j. §. furtum. de pace iura firmã. arguit pro & contra in hac difficultate. Tãdem videtur approbare opi. Barto. & Bal in. l. cunctos populos. C. de ſumma trinita. & fide catholica. in xvij. colum. & Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer fugi. in verſiculo vlterius quæro nunquid plura furta. Idem fecit Bal. in l. qui fure. ff. de ſta. homin. Idem dixit Bal. in l. j. C. de confeſ. in xij. col. & ſequitur opinio. Bar. ipſe. Bal. in l. ſed nec legatarius. ff. de cõdi. furt. & Bal. in l. ſi abducta. C. de fur. Et aduertas quia licèt doctores allegent Bal. ſemper ſecutum fuiſſe opinionem bar. Tamen vt infrà dicam allegabo bald. non indiſtinctè approbaſſe opini. bartoli. Franciſ. de areti. tenet etiam opini. quam tenet domi. barto. per l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & ipſum refert domi. Anto. de but. in capitulo j. extrà de raptori. & iſtam ſententiam tenuit ipſe domin. Anto. de butr. in capitu. fina. extrà de furtis. & licèt pro hac ſententia ſoleat allegari quòd hoc etiam affirmauit dominus Anto. de but. in capitu. j. extrà de raptori. Dicatis q̃ hoc eſt falſum: ibi domi. Anton. de butri. hoc non affirmauit: ſed dicit quòd in iſta quæſt. ſunt opiniones inter legiſtas & hoc relinquendum eſt legiſtis: & ſententiam barto. eſt ſecutus etiam Pet. de ancha. in d. cſi. na. extrà de fur. & licèt docto. non allegent domi. Pet. de ancha. in clement. j. extra de pœnis. approbauit etiam dicta. barto. in d. l. ſi dominium. & hoc fecit. in xvij. notabili. ſed põdera quia domino Petro de anchar. ibi propriè non infert ad quæſtionoſtram domi. Ioan. de ana. etiam in c. fin. extrà de fur. refert domi. Pet. de ancha. in ſuo reper. ſub rubri. de furt. tetigiſſe iſtam difficultatem: ſed ibi etiam nihil affirmat: ſed bene hoc affirmauit domi. Pet. de anch. in l. qui furere. ff. de ſtatu homi. in reportatis iuris ciuilis. d. cõte. in di. l. qui furere. & in d. l. ſed nec manifeſtus. tenet illam opi. quòd vbique ipſe fur poteſt ſuſpendi. & alleg. Iaco. de are. hoc voluiſſe in d. l. ſi dominium. & ita refert Ioan. de ana. in d. c. fina. extrà de fur. qui dicit quod Pau. de caſtr. in d. l. ſed nec legatarius. ff. de condi furti tenet etiam opinio Barto. in collectis quas habet: & ſententẽtiam Bar. approbauit etiam Rapha. Fulgo. in d. l. ſi abducta. & in d. l. ſed nec legatarius. Temperabat tamen hoc verum ſi pœna erat cor reſpondens delicto in ſecundo loco vbi fur fuit captus: quia ſi pro modicis florentis quis debet ſuſpendi non ſeruaretur opi. Barto. & ita dicit quod conſuluit cum ſemel iſte caſus ſeltri occurriſſet. & dicit Ange. in di. l. ſi dominium. quòd opi. bar. per multos aſſeſſores obſeruatur. & Ange. in l. de his. C. de fur. in lectu. Florentina dicit quod fauore publicæ vtilitatis opi. bar. approbatur. & Angel. in lectu. Perufina in dicta. l. ſi abducta. dicit quod vidit ſępius practicari opin. barto. & multos ad furcas deduci. & Angel. in l. ſi abducta. in lectu. Paduana dicit quòd aſſeſſores ſeruant opi. barto. tanquam vtilem reipub. Et dicit dominus Floria. in dicta lege ſi abducta. quòd aſſeſſores tenent opinio barto. pro Euangelio. Et aduerte quod licèt iſta allegentur pro iſta opinio. barto. tamen reperio quod multi tenuerunt contra opinio. barto. & melius: nã Franciſ. tigri. tetigit iſtam difficultatem in l. qui vas. ff. de furtis. in §. finali. & ibi expreſsè tenet contra bartolum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ita etiam eum refert domi. Ioan. de ana. in dicto c. fi. extra de fur. contra Bart. etiam tenuit Ray. de forli. doc. profecto maxime autoritatis. per tex. in l. j. §. fina. ff. de noxa. & per l. de his. C. de fur. & ita eum refert Ludo. de Corteſijs de Padua in ſuo repertorio in verbo, furtum in princ. & ipſum etiam refert domi. Ioan. de ana. in dicto c. fi. extrà de fur. & licèt ipſe do. Ioan. de ana. crediderit allegare omnia quæ poſſunt adduci in iſta materia in d. c. fi. addatis quòd Angel. in l. ſi is qui. in §. ſi cui rem. ff. de furt. qui ſummando illum tex. dicit quòd mutatione dominij cõmittitur nouum furtum noua contractione ſecuta: dicit quòd hoc eſt verum ratione intereſſe dominij commiſsi in perſona ſecundi domini. Et dicit quòd iſta ratio ceſſat cum locus & territorium mutatur, quia non mutatur dominium, quia intereſſe nunquam renouatur: & ideo dicit quòd opi. Barto. in d. l. ſi dominium. non eſt vera. Et certè ille tex. multum deſtruit opi. Bart. & ideo rectè Ange. in d. l. ſi dominium. dixit quòd iſta opi. Bart. de rigore cõmuniter reprobatur. & ideo Ange. in d. l. ſi ab ducta. in lectura Paduana per multas rationes dicit iſta verba opin. Barto. ſalua eius reuerentia non poteſt ſuſtineri. Et licèt doc. allegent ſemper Bal. tenuiſſe opi. Barto. Tamen allego Bal. quem doc. non referunt nec allegant nec viderũt in lectura ſua quam pauci habent ſuper. ff. nouo. quæ lectura parua eſt: quæ commentauit certas leges. Nam Baldus in d. l. ſi dominium. dicit quòd licèt opi. Barto. ſeruetur de conſuetudine: tamen ſua opinio videtur eſſe contra tex. in c. j. extrà de rap. & dicit quòd opinio ſua nõ poteſt ſaluari niſi in duobus caſibus quando ille qui furatus eſt Bononiæ furtum fecit vni bannito: & ſic actio furti non eſt nata ibi: & poſtea venit Ferrariam: & hic reperitur vel etiam alio caſu quando furatur in confinibus Bononiæ: vt furtum portet in ciuitatem Ferrariæ & hic Ferrariæ reperitur cum furto aliàs opi. Bar. nõ eſt vera. & ſic Bal. ibi indiſtinctè non approbauit ſententiam Bartol. & quòd opi. Barto. non ſit communis opinio nonne do. Anto. debut. in d. c. j. extrà de rapto. dicit quòd de hoc eſt opinio inter legiſtas, imò fortius eſt domi. Abba. in c. j. de rapto. dicit iſta verba formalia quod communis opi. docto. vſque ad tempora Barto. fuit quòd fur repertus hic Ferrariæ cum re ſubtracta non poſsit hic Ferrariæ puniri: licèt Barto. tenuerit contrarium in d. l. ſi dominiũ. pro qua opinione dicit quòd multi & multi ſunt ſuſpenſi. Quinimo dicit quòd Moderni adhuc dicunt quòd deſtricto iure illa opi. Bart. non procedit & reſpondit ad d. §. infans. q adiũcit quòd ille. §. de neceſsitate non concludit & dicit q vltra non procedit: quia opi. eſt periculoſa. Et ideo rectè dixit Floria. in dicta l. ſi abducta. quòd licet aſſeſſores obſeruent opi. Barto. tamen ipſe arguit contra Barto. finaliter dicit quòd dubium eſt argumẽtabile: vnde dicit tene quod vis. Sall. verò in l. ſiue manifeſtus. §. j. de condi. furt. tenet expreſſe contra Bar. in d. l. ſi abducta. per multas & multas rationes concludit contra Bar. & arguit terribiliter oſtendens opi. Bart. eſſe falſiſsimam: & iſtam ſententiã vt ipſe refert tenuit etiam Richar. de Sali. & etiam Ioan. de lig. conſuluit pro iſta parte. Quinimo dicit Salic. ibi q collegium Paduæ conſuluit contra opi. Barto. & ita referebat Richar. de Sali. tẽpore quo legit Paduæ: vnde multum exclamat contra aſſeſſores: qui ſequuntur opi. Bart. quòd ipſi debeant ſe præcauere. Quinimo Odofr. fuit in contraria opinione Barto. & ita ipſum allegat Bal. in dicta l. j. C. de confeſ. in xij. colun. & per hæc reprehẽdo domi. Ioan. de ana. qui in c. fi. extrà de fur. reprehẽdit domi. Ab. qui do. Abb. in c. j. de rapto. dixit quod communis opinio vſque ad tempora Barto. fuit in contrariam ſententiam Barto. quia domi. Ioan. de ana. dicit ibi libenter ſcirem ab Abb. vbi inuenit iſtam quæſtionem tractatam ante Barto. quia ſalua reuerentia domin. Ioan. de ana. Bald. in loco. s. alleg. refert Odof. tetigiſſe iſtam queſtionem. & ipſe domi. Ioan. de ana. refert quòd Fran. tigri. & Ray. de forli. fuerunt in contrariam ſententiam Bar. quinimo Rapha. fulg. in d. l. ſi abducta. & in d. l. ſed nec legatarius, refert quòd ſeptem doc. Bononienſes ſubſcripſerunt ſe illi conſilio Ioan. delig. & licet d. Ioan. de ana. referat Pau. de caſtr. tenniſſe opi. Bartol. tamen non eſt verum hoc: quia Pau. de caſt. in d. l. ſiue manifeſtus. §. j. dicit quòd licèt hodie communiter iudices ſequantur opinio Barto. Tamen dicit quòd docto. Moder. reprehendunt iſtam opinionẽ: & dicit quod re vera opi. Barto. eſt falſa: & ibi arguit terribiliter contra Barto. dicit tamen quòd de iure & conſuetudine inoleuit opi. Barto. Et ideo do. Nellus in tractatu ſuo bannito. in ſecunda parte. q. v. dicit quod aſſeſſores ſequentes opi. Barto. de iure non rectè ſe fundant. Sed dicit quod ſequẽtes opi. Barto. in ſyndicatu ſuo defendunt ſe ex varietate opinionum per not. in l. cum prolatam. de re iudica. & fortè ex conſuetudine: dicit tamen quod ſi fur eſt vagabundus: poteſt in omni ſuſpendi: & Pau. de caſt. in d. l. ſiue manifeſtus dicit quod opin. Barto. per vniuerſum mundum ſeruatur: ſed dicit quod eius opinio nõ eſt vera: & arguit contra Barto. & reſpondit ad motiua ſua & dicit quod illis rationibus quas adducit Ealdus contra Barto. in d. l. ſi abducta. poteſt reſponderi pro certo: ſi tot illuſtres doc. tenuerunt contra Bar. & dicunt doct. quod de puncto iuris falſa eſt opi. Barto. quomodo iſti iudices ſitibundi ſanguinis humani in iſtis cõtrarietatibus & ſubtilitatibus iuris volunt magis comdemnare quam abſoluere contra text. in l. ſi præſes. ff. de pœnis & alio die cum iſte caſus occurriſſet hic Ferrariæ quod vnus Mantuanus furtum commiſit in ciuitate Bononiæ & venit huc Ferrariam cum furto & fuit captus Illuſtriſsimus dux Hercules cum ſim de ſuo cõſilio ſecreto interrogauit me Auguſtinum de arimino quid agẽdum eſſet reſpõdi ſententiam Barto. penitus fugiendam eſſe tanquam iniquã quam tot illuſtres doctores damnauerint: licet aliqui latronculatores ſitibundi ſanguinis humani obſeruẽt opin. Barto. & malè: & ita obſeruatum fuit & hæc not. quia nõ ita bene collecta alibi reperies: poſſem ego adducere omnes ratiões quas ſcriptas reperio ſuper libris & à me viſis. ſed hoc eſſet longum tranſcribere: hæc ſufficiant.

ADNOTATIO. a In hac materia. Adde tu vltra ea quæ ponit hic dictus Auguſtinus. quòd pro opinione Bartoli, facit quod voluit Specul. in titul. de compe. iudi. adi. §. j. verſiculo ſed quid ſi Lucanus. & ſequitur Paulus. de caſtro in conſi. cccclxxj. incipit viſo caſu propoſito in nouis. vbi quòd ſi fur res furatas exponat venales prope aliquod cœmiterium quod ratione mutationis territorij dicitur ſacrilegus: & confugiens ad eccleſiam poteſt extrahi. adde tamen quod Fulgoſius. in conſilio cxlviij. refert pluries conſuluiſſe contra Bartol. vbi vide & adde q Bal. in conſi. clij. in j. volu. dicit opi. Bartol. de iure veriorem: licèt de facto non ſeruetur. & vide Cepo. in conſilio. lix. in pe. col. qui etiã tenet contra. Bar. Ber.

17 *Furto commiſſo an poſſit torqueri actor rei ſubtractæ etiam ſine indicijs: & quando plures unam rem furto ſubtrahunt an ſit unum furtum uel plura.*

17 Ange. †Et etiam tu iudex aduertas quando furtũ committitur potes torquere cuſtodẽ rei ſub-
b tractæ etiam ſine indicijs[b] vt indicet furem & non teneris in ſyndicatu de tortura: ita dicit Bar. in l. j. ff. de offici. pręfect. vigil. & etiam menti habeas tu iudex quod ſi plures furantur eandem rem, licèt ſint plura furta quia alia contractatio vnius alia alterius, & tot ſunt cõtractationes & furta, quot ſunt delinquentes. tamen vnicum furtum eſt
c propter rei ſubtractæ vnitatem[c] ita dicit Bartolus in lege ſi familia. ff. de iuriſdi. omni. iud. & pro vnico furto debet reputari.

b Sine indicijs. Adde Alexã. de Imo. in conſilio quinto in iij. volumine.

c ¶ Vnitatem. adde Fulgo. in conſilio cl. vbi dicit quod etiam data opinio Bartoli pro vera quòd etiam ſi furta fiant in pluribus locis & cum rebus inuenti fuerint in alio loco quòd cenſetur vnum furtum arguendo de loco ad tempus. Ber.

Auguſti.

Auguſti. Tu autem adde q Bart. in d. l. j. ff. off. præfect. vigi. non dicit q ſine indicijs ille poſsit torqueri: vt dicit d. Ang. hic. Sed aduerte quia etiã ſi Barto. diceret q ſine indicijs poſsit quis torqueri: intelligerem vt ille tex. loquitur quando cuſtos eſſet vnus homo vilis vt ſeruus, aliàs ſecus. & ita Barto. loquitur ibi in ſeruis dum dicit hoc ꝓbatur ibi in tex. in ſeruis cuſtodiẽtibus & hoc corroboratur per ea quæ dixit Sali. in l. fina. C. de quæſti. qui dicit q licet iura velint q ſi res furata reperitur penes vnum, eſt ſufficiens indicium vt ipſe poſsit torqueri: hoc verum ſi ille eſſet perſona non bonæ famæ aliàs ſecus. Item de ſecunda concluſione adde Bal. in l. cum rationibus. C. qui accuſ. & Pau. de Caſt. Moder. in d. l. ſi familia. qui ponunt an ſit vnicum furtum vel plura.

18 *Fur confitetur ſe abſtuliſſe mihi certa bona, & antequam condemnaretur moritur, an ex tali confeßione habeam actionem contra illius hæredes.*

18 Ange. †Quid ſi fur confiteatur ſe mihi furto abſtuliſſe certa bona & antequam cõdemnaretur moritur: an ex tali confeſsione habita: habeam contra eius hæredem actionem: vide Barto. in l. j. cir. fi. ff. de prima. deli. & in Spec. qualiter in accuſatione procedatur. in prin. ver. quid ſi latro famoſus, qui dicit q ſic: quia: in iſtis indicijs quaſi contrahitur: vt l. iij. §. idẽ ſcribit. ff. de pecul. & quia ex confeſsione oritur actio in factum ſicut ex ſententia: vt l. proinde. §. ſi procurator. ff. ad l. aqui. igitur &c.

Auguſti. Tu adde q Auge. in d. l. j. hoc idem tenet quod Barto. & hanc eandem ſententiam tenet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de accuſ. in addi. quæ incipit, quid ſi latro. qui limitat prædicta. Nam dicit q ſi iudex procedit per viam accuſationis: ſcilicet Titij cõtra Caiũ qui Caius confitetur ſe plura furta feciſſe à Titio & multis alijs, illa confeſsio Caij nocet hęredibus tantùm quo ad Titium qui accuſauit q non aljs prodeſt: ſecus ſi per viam inquiſitionis: quia illa confeſsio nocet hæredibus quò ad omnes & iſtam limitationem magnificat Imo. in d. l. defuncto. ff. de pub. iudi. Et limita prædicta procedere niſi hæres contra confeſsionem probaret contrarium: vt dicit Bal. in l. j. C. ne ex delict. defun. qui tẽperat hoc modo dicta Bart. & Spec. & dicit idem ſi non eſt facta confeſsio: ſed eſt concluſum in cauſa. & vide bonã glo. in §. pœnales. inſti. de perpe. & tempo. actio. quæ dixit fortius & bene faciunt no. per Bar. in l. interdum §. qui furem. ff. de fur.

19 *Emens pignori accipiens rem furtiuam à fure an teneatur furti.*

19 Ange. †Quid ſi quis emit ſcienter rem furtiuam à fure dic quòd tenetur furti: vt l. inciuilem. & quod ibi no. gl. & doc. C. de fur. & idem ſi rem furtiuam à fure ſcienter pignori accepit: vt eſt caſus in l. ſi ſeruus cu iuſdã. ff. de cõdi. inde. & ita dicit Bal. & Raph. ful. in di. l. eos. C. de fur. ſecus ſi ignoranter emeret vel pignori acciperet vt in dictis iuribus: debet tamen nominare furem ne ipſe incidat in ſuſpicionem quòd ipſe fuerit ille qui furatus ſit: vt d. l. ſeruus. & tunc etiam quando recipit ignoranter, cogitur rem furatam reſtituere domino, ſine reſtitutione prætij: vt eſt caſus in d. l. inciuilẽ. quod bene not.

Auguſti. Tu adde inquantum tangitur hic an ſi res furata reperitur penes vnum: an præſumatur tur certè variæ fuerunt ſentẽtiæ & licèt Accur. variauerit ab opi. Placen. in d. l. inciuilem. ga illa glo. ſemper allega. tamen de materia vide Sali. in l. fi. C. de quæſtio. & pulchra verba poſuit Baldus in l. finali ff. de hæredibus inſtituendis vltima collum. qui ſequitur opin. Cyn. & omnes doc. cõmuniter videntur hoc approbare: quia ſi perſona erat bonæ famæ non præſumitur: ſecus ſi malę famę dic tamen vt dicam infra in q. quę incipit, quæro an eoipſo quòd res furtiua reperitur. & ſic vir bonæ famæ emit ab illo quem non cognoſcit non credo ipſum præſumi furem, nec credo debere cogi nominare, & indicare furem ſi iurat ipſum non cognoſcere per prædicta: & de receptãte furtum in domo quomodo puniatur ne erres: vide Barto. in l. furtum. ff. de tur. & j. dicetur.

20 *Pignorans unum librum, & poſtea alium ſubmittens: an teneatur furti.*

20 Ange. †Quid autem ſi quis conſtituit mihi vnum librũ pro pignore, & poſtea aliũ ſubmiſsit tenetur, dic quod tenetur furti: ſecus ſi in pignore conſtituendo vnam rem pro alia ſumittat quia furti non tenetur: ſed crimine ſtellionatus: vt l. ſi pignore. in prin. & ibi Barto. ff. de pig. actio.

Auguſti. Tu de iſta materia, adde quòd verum eſt quòd teneẽ crimine ſtellionatus ille q perſuaſit hebreo aurum eſſe cum æs eſſet & ſic extraordinarie puniretur: vt eſt tex. in l. j. in fi. ff. de pigno. act. & eſt tex. in l. pe. ff. de crimi. ſtellio. & vide gl. in d. l. j.

21 *Furem uel furtum receptans: an teneatur furti.*

21 Ange. †Quid ſi rẽ furatam quis ſcienter recœperit & recœptaculum dederit dic quòd tenetur furti: vt eſt tex. in l. eos. & ibi Barto. & Bald. C. de fur. Et bene aduertas quòd recœptans furem vel rem furatã dicitur præſtare auxiliũ furi & furto, ita intelligit illã l. eos. Barto. in l. furtum. ff. de fur. & ſic non dicitur propriè fur: & non tenetur propriè ac ſi furtum cõmiſiſſet: ſed ac ſi furti opem præſtiterit quod no. pro intellectu vidi dubitari Bononiæ cum caſus occurreret, & etiam prædicta nota pro ſtatutis quæ debent intelligi in verbis propriis quæ puniunt aliter furem vel alium præſtantem opem: de quo in ſimili per Bart. in l. ſed ſivnius. §. ſi ſeruus. ff. de iniur. & in cle. j. ff. de reſcrip. Et de iſta receptatiõe vide quæ ſcripſi infra in glo. & dicto maleficio ſemper aſtitit circa finem.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde q Bal. in d. l. eos. dicit quòd vidit Bononiæ q vna mulier ſemel fuit ſuſpenſa quæ præſtabat furibus domũ & ibi receptabat maleficia, & certe iſta doctrina videtur falſa: quia hoc auxilium poſt factum maleficiũ & conſummatum præſtatur: & ideo extraordinarie debet puniri vt pulchrè declarat Barto. in l. furti. §. ope. ff. de fur. Sed Bar. optimè reſpondet huic motiuo in d. l. furtũ. ff. de fur. ibi vide: & de recœptante furem. Adde Bal. in l. pe. C. ad l. Iu. de vi. & tex. in l. j. C. de his qui latro. & ibi do. Adde tñ q latiſsimè iſtã materiã vltra omnes diſputauit. Gãdi. in trac. malefi. ſub. ru. de recœptato. furiũ & latronũ. q ponit omnes caſus quando recœptator in omnibus maleficijs banniatur & qua pœna & quando & ibi multa bona dicit & eſſem nimis longus ſi omnia ponerem. Ade de omnino quæ dicam. j. in glo. ſuperverbo, [& dicto maleficio ſemper aſtitit.] in verſi. quæro. qa dixi. s. quòd poſt maleficium ibi omnino vide. & de materia vide per Ro. in conſi. ſuo. cccclxxiij. & ibi concludit q in dubio præſumitur recœptans ignoraſſe.

22 *Furem indicere: an quis cogatur.*

23 *Iudex negligens in faciendo reſtitui res furto ſubtractas damnum paſſo: an teneatur.*

a Ange. †Quæro an quis cogatur indicare[a] furem Bart. & Ange. in di. l. inciuile. C. de fur. & ibi Raph. tenent quòd non: etiam de iure canonico vnde dicunt quòd epiſcopi hodie faciunt excommunicationes:
13 & ſic non cogitur indicare. † Quid ſi iudex fuit negligẽs in faciẽdo reſtitui res furto ablatas dãnum paſſo an teneaẽ udex: dic quòd ſic, vt not. Bal. in l. ſi mancipia in pri. C. de ſer. fugiti.

ADNOTATIO. a ¶ Cogatur indicare. Adde tu & vide Io. an. in addi. Spe. in tit. de fur. & ibi an valeat peccatum quòd ſit inter furem & dominum rei furatæ ne ipſum accuſet. Ber.

Auguſti. Tu adde quę dixit d. Ant. de but. in c. nemo. extrà de ſimonia. qui dicit etiam quod ad inſtantiam partis nemo cogitur indicare furem: ſed ad inſtantiam iudicis ſic, vt prouincia purgetur malis hominibus, per l. congruit de officio præſidis. Et de materia omnino vide doctores in dicta lege inciuile, & per gloſſ. in lege, ſi ſeruus, C. de his qui ad eccleſiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confug. Et ibi Docto. & I.iij.§.fin.ff.de condict. ob turpē cauſam. & in c.dilectus. extrà de exceſ. præla. & j.q.j.c. q̄ quidā §.ex his. in gl. & illa gl. allegat bonas cōcordantias.

24 *Furtum de quo non poteſt cognoſci temporis præſcriptione, uel quia ſit commiſſum extra territorium: an aggrauet furtum de nouo commiſſum: & in numero furtorum connumeretur.*

24 Ange. † Quæro nunquid furtum de quo non poteſt cognoſci temporis præſcriptione: vel ga extra territorium ſit commiſſum, aggrauet furtum quod de nouo committitur: & in numero furtorum connumeretur. Iſtam quæſtionem format Barto. ſecundùm Iaco. de are. in l.ſi cui.§.fi.ff.de accu. & Bal. in d authē. ſed nouo iure. verſi. ſed dubitatur nunquid furta &c. vbi dicūt q̄ ſic quia ratione aliorum furtorum remanet infamis: & ideo q̄ principaliter cognoſci non poteſt: cognoſcitur per conſequentiam: arg. l. quoties. C. de iud. & quod no. ibi Doct. & ſic furta alibi commiſſa qualificant & aggrauant furtū commiſſum nouiter hic: quia faciunt furem manifeſtum: ita dixit Bar. in d.l.ſi cui.§.fi. & ſic tanquam contra furem manifeſtum agi poteſt. Quinimo fortius dicit Sali. vt ſuprà dixi in l. ſeruos. C. ad l. iul. de vi publ. q̄ vnum furtum alibi commiſſum nō tantùm facit q̄ aggrauet furtum hic commiſſum: ſed facit quod illud furtum in numero furtorum connumeratur. Vnde ſi nō poſſet mori niſi ex tribus furtis, illud furtum alibi commiſſum computatur in numero furtorum & habetur pro vno furto etiam hic.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde q̄ reperio Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de fur. tenuiſſe contrariam partem: ſcilicet q̄ furta alibi facta nō aggrauent furtum factum hic Ferrariæ, & hoc per bonas rationes. Et ad idem reperio Gan. in tract. maleſi. ſub rub. de furib. & latronib. in pe. col. in verſi. ſed iterum pone aliam quæſtionem de facto. qui allegando Vbertum de Bobio hoc idem vult & multum exclamat contra poteſtates & officiales: quí ſunt ita feroces q̄ pro furtis alibi commiſsis volunt punire furem in ſuo territorio. Ange. tamen in dicta l.ſi cui.§.fina. dicit q̄ opini. Barto. ſeruatur de conſuetudine: etiam dicta Bartol. approbauit Petr. de Anchara. in cle. j. de pœnis. Et de materia vide Sal. in l.iij. C. de epiſ. audien. & Bal. in l.fin.ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & per Iaco. de Bellui in authen. vt nulli iudi.§. ſi qs verò comprehenſorum. & videtur eſſe de mente Bal. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Sed latius vltra omnes Doctores diſputauit iſtam materiam Albe. de Roſa. in ſecunda parte ſtatutorum quæſtio. xxxix. & adde quæ dixi ſuprà in verſi. exiſtens Florentiæ. in addi. j.q. & certè rigoroſa eſt opi. Bar. & vide quę dixi etiā ſuprà in hac eadem gloſſ. in illa quæſtione quæro quid ſi fur. paſſus fuit pœnam primi & ſecundi furti.

35 *Confeſſioni confitentis ſe plura furta diuerſis temporibus & locis commiſiſſe an ſtetur.*

26 *Furto apparente, ſed iudice neque fure cognoſcēte perſonam cui furtum dicitur factum, an furti puniatur fur.*

25 Ange. † Quid ſi quis confiteatur ſe plura furta diuerſis tēporibus & locis commiſiſſe, nūquid a ſtandum ſit huic ſuæ confeſsioni. Reſpondeo q̄ non[a] gratalis confeſsio eſt generalis cùm non coſtet de rebus ſubtractis: argu. l.ſi illud §.j.ff. ad trebel. ita dicit Bal. in dicta authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. ſed pone q̄ quis &c. Et ſic tu iudex ſis bene cautus ne damnes animam & corpus ſuum quando fur confitetur coram te maria & montes & plura furta commiſiſſe q̄ velis dicta furta hic & alibi cōmiſſa verificarevt in deſtinando nuncium ad habēdum informationē pro veritate & in reperiendo furta, ita quod appareant quæ diſtraxerit & quæ pignorauerit & quæ penes ſe vel alium habeat aliá: ſæpe innocentem cōdemnares qui metu tormentorum multa & non vera confitetur cōtra l. abſentem. ff. de pœ. Et eodem modo ſi quis confitetur ſe multa furta commiſiſſe eodem loco diuerſis temporibus: quia iſta verba diuerſis temporibus ſunt obſcura quia poteſt intelligi diuerſis temporibus cōtinuatis & ſic non reputantur plura furta: argument. ff. de action. & oblig. lege nūquam actiones. niſi dicatur in inquiſitione cum temporis interuallo, quæ verba videlicet cum tēporis interuallo faciunt iudices apponi: ita dicit Bald. in dict. authen. ſed nouo iure. in verſi. quid ſi confitetur &c.

26 † Quæro quid ſi apparet de furto: ſed pſona cui factū eſt non eſt cognita neque iudici neque furi: an nihilominus furti punietur dic quòd ſic, argument. ij. q. ix. c. libellorum. ita dicit Bal. in dict. authen. ſed nouo iure ver. ſed ſi apparet de furto.

ADNOTATIO. a ¶ Quòd non. Adde tu & dic vt per Paul. de caſt. in conſi. cclxvj. in nouis. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quę dixit Angel. in l.j.C. de confeſ. in.ij.col. qui dixit quòd vidi de facto Peruſij obſeruatum eſſe per egregium virum dominum Nicolaum de locellis ibi poteſtatē qui fecit mori quoſdam derobatores mercatorum & occiſores eorum qui confeſſi ſunt occidiſſe ipſos mercatores & deroboraſſe & proiecisse corpora in quodā flumine: & tamen non apparebat de rebus ſubtractis & de corporibus occiſis, & ſic illa confeſsio generalis præiudicat in criminalibus ipſis reis. Sed aduerte quia Ange. ibi dicit q̄ ideo hæc militant de iure: quia illi inquiſiti aliàs erant homines malæ vitæ & famæ & habiliter potuerunt proijcere illa corpora in flumine illo: quia ſtabant iuxta illud flumen in committendo & perpetrando illa delicta: dicit tamen q̄ ſi non eſſet veriſimile vel propter hoc diſtantiam f. fluminis vel, ppter bonā famā inquiſiti q̄ nō credit ex tali confeſsione quis ſit damnandus. Colligitur ergo rectè ex hac doctrina Ang. q̄ dicta Bal. in dicta authen. ſed nouo iure. non militarent vbi confeſsio furis qui generaliter dicit ſe derobaſſe Ferrariæ & Paduæ & in illo loco in quo eſt captus, q̄ tūc illa delicta nō debēt verificari ſemq̄n fur aliàs eſſet malæ famæ & conditionis, quia tūc confeſsio illa generalis ſe feciſſe plura furta abſq̄ eo q̄ cōſtet de rebus ſubtractis preiudicaret confitenti. & ita Aug. in d.l.j.C. de confeſ. videtur limitare iſtam materiam: & eā q̄no. in c.j.l.illud. ff. ad trebel. Sed aduerte quia etiam ſi fur eſſet malæ vitæ & conditionis non dubito q̄ ſemp iudex debet facere q̄ conſtet de rebus ſubtractis: & de delicto petrato per tex. in l.j§..item illud. ff. ad ſilla. Et latiſsime dixi ſuprà in verbo, fama publica precedente. circa fin. in addi. in ver. poſtquam aliquis fuit captus & incarceratus aliquando ſine tortura cōfitetur. Præterea ego reperio Angel. expreſsè damnaſſe alibi illum Dominum Nicolaum poteſtatem Peruſi. qui propter illas confeſsiones generales occidit illos inquiſitos cum nō conſtaret de rebus ſubtractis: & de corporibus mortuis: & hoc dixit Angel. in l. certum. ff. de confeſ. & adde Bal. in addi. Spec. in ti. de ſenten. in xviij. columna. in ſimili qui dixit q̄ ſi quis confiteretur ſe hominem occidiſſe & corpus proieciſſe in mari q̄ cū non conſtet de corpore mortuo ille nō poteſt occidi ſaltem niſi probetur per famam illum eſſe mortuum. ſed dic vt dixi in d. addi. in verbo, fama publica.

27 *Statutum dicens quòd accuſatus de furto non comparens ponatur in bando furcarum, an ualeat.*

27 Ange. † Quæro an valeat ſtatutum[b] quòd accuſatus de furto non comparens ponatur in bā no furcatum, dic q̄ ſic: vt arg. in authē. de lenonib. §. ſi qd in verſi. expellatur. ita dicit Bal. in d. authen. ſed nouo iure. verſic. dubitatur de ſtatutis diſponentibus &c.

b Statutum. Adde & vide Pau. de ca. in conſi. cccl, in nouis. Ber.

Auguſti. Adde tñ tu q̄ hæc militarent in contumacia vera. In contumacia aūt ficta nō datur bannum vel multa: ita dicit Bar. in l.j. in fi. ff. ſi quis ius dicen, non obtempe. & ibi in materia vide Modern.

Furtiua

28 *Furtiua res eo ipſo quòd reperitur apud Titium, an præſumatur Titius, illam furto ſubtraxiſſe.*

29 *Furtiua res eo ipſo quòd apud Titium reperitur: an præſumatur Titius particeps furti.*

28 Ange. † Quæro an eo ipſo q̄ res furtiua reperitur penes aliquem, pręſumatur illam ſubtraxiſſe. Iſtam quæſtionem format Bal. & Imo. in l.fi. ff. de hære. inſt. Et concludit ibi Bal. quod aut erat malæ famæ & pręſumitur ſubtraxiſſe, niſi doceat à quo habuit: vt l. ciuile. C. de fur. ſecus ſi erat bonæ famæ: vt l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Sed Imol. ibi dicit q̄ etiam ſi eſt malæ famæ hoc ſolūmodo facit indicium, nō tñ q̄ propter hoc
a poſsit damnari ſed poni poteſt ad torturam[a]: vt l. abſen-
29 tem. ff. de pœ. † An autem eo ipſo q̄ habet penes ſe rē furtiuam pręſumatur ſaltem particeps furti. Iſtud ponitur in l. inciuilem. & l. ciuile. C. de fur. & ibi concluditur q̄ ſi cō ſuetus erat emere res furtiuas præſumitur q̄ ſcienter emerit & ſic q̄ fuerit particeps & ſic tenetur furti niſi aliter ſe excuſet. Si autem non erat ſolitus emere tales res, tunc ſecundùm Bal. in d.l. inciuilem. debent attendi aliæ circunſtantiæ vt quia emit pauco prætio & clam: & tunc præſumitur contra eum: ſecus ſi palam vel iuſto prætio ſatiſ. & ita etiam dicit Imo. in d.l.fi. ff. de here. inſtit.

ADNOTATIO ¶ a ¶ Ad torturam. Adde Alex. de imo. in cōſ. v. in primo vo. & poſita ſuprà in ver. quid ſi q̄s emit ſciēter.

Auguſti. Tu in hac materia adde quæ dixit Alber. Roſa. in d.l. inciuilem. C. de fur. qui per bonas rationes concludit quas mihi hic adducere & tranſcribere parum eſſet, quod etiam ſi res furtiua reperitur penes aliquem in loco abſconſo, & licet perſona aliàs ſit conſueta furariq̄ per iſtas præſumptiones non inducīt etiā vera probatio quæ ſit ſufficiens ad condemnandum Barto. verò in l.fin. ff. de quæſt. in prin.ij.col. dixit q̄ ſi res furtiua eſt penes aliquem, quod eſt ſufficiens indicium ad torturam. allegat. l. ciuile. & l. inciuilem. C. de furt. dicit tamen q̄ iſte præſumptiones poſſunt elidi. Verbi gratia, ſi res furtiua eſt penes me & reperitur penes me & oſtendam à quo habui: & tunc non eſt ſufficiens indicium ad torturā: dūmodo attendatur qualitas perſonæ. Quid enim ſi vir aliàs bonæ opinionis vt ſunt ſtrazaroli qui ab ignoto conſueuerunt emere. Nā dicit q̄ tunc hic non eſſet ſufficiens indicium ad torturā: ſed certè ſi rectè doctrina Bar. ponderetur in d.l.fi. Bar. hęc etiam voluit q̄ ille aliàs eſſet homo malæ vitæ & opinionis vel famæ: & dic etiam vt dictū eſt ſuprà. in addi. in illa qnæſt. quid ſi quis emit ſciēter rem furatam.

30 *Accuſari uel inquiri de furto uel alio delicto, an poſsit ſimul & ſemel ciuiliter & criminaliter.*

30 Ange. † Quæro an ſimul & ſemel poſsit accuſari vel etiam inquiri de furto vel alio delicto ci-
b uiliter & criminaliter.[b] Bart. in l. interdū. §. qui furē. ff. de fur. dicit q̄ aliquando ciuilis & criminalis proponuntur principaliter & tunc non poſſunt ſucceſsiue intentari vl nec ſimul proponi eodē tempore: vt l. interdum. ff. de pub iudi. & ibi Bar. & Imo. & Bart. in l. prætor. §.j. ff. vi bo. ra. vbi Bar. plenè. Aliquando criminalis proponitur principaliter & ciuilis incidenter: & tunc vtriuſq̄ cōcurſus admittitur & toleratur, vt d. §. qui furē. quod confirmatur p tex. in l.iiij. §. ſi dicatur. cū gl. ff. finium reg. Vnde ſecundū Bart. ſuſtinetur libellus in quo dicitur peto talem puniri de rapina vel furto rei meæ mihi ſubtractæ & rem mihi reſtitui: nam hic reſtitutio venit incidenter officio iudicis. Vnde ille qui fuerat prius iudex ſolius cauſæ criminalis: vt l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudi. erit etiam eius incidentis competens iudex: vt l. medicus. ff. devar. & extra

b ¶ Et criminaliter. Adde in hoc & vide Barto. in conſ. cvj. & Paul. de Caſtr. in conſi. cccxlvj. in nouis. Ber

Auguſti. Tu in hac materia adde Bart. in l. pe. ff. de calū. qui examinat iſtā materiā & damnat illā limitationē eorum qui dicūt q̄ in publicis iudicijs non pōt cōcurrere ciuilis & criminalis, per c. interdum. ff. de publi. iud. ſecus ſi in iudicijs priuatis per d.l. pe. quæ cōcluſio eſt falſa: vide tamen doctrinam Bar. ibi qui aliqualiter videtur cōtrarius iſs quæ dixi in d.l.ij.§.j.ff. vi bono. rapt. in hac materia. & adde pulchram concluſionē Bal. in l.j. C. de appel. in ij.col. qui dixit limitando prædicta q̄ illa iura quæ dicunt q̄ ciuilis & criminalis non poſſunt ſimul concurrere limitantur vt non habeant locum vbi pœna mortis venit imponenda: quia tunc poſſunt cōcurrere & certè eſt concluſio noua & ibi latè ponit materiam & intellectum dic. §. qui furem. in d.l. interdum. & ſi vis videre iſtam materiam latius. Adde hic ea quę latiſsimè ſcripſi ſuprà in verbo: iudicem maleficiorum. vbi latiſsimè poſui vbi docto. examinant intellectum d. §. qui furem. & an iudices ſimul & ſemel ſuper ciuili & crimina li poſsint ſimul pronunciare.

31 *Furti an teneatur ille qui reperiens boues in ſuo prædio ſibi damnum dantes ſi illos ad domum ſuam conducat & domino inuito retineat.*

31 Ange. † Quæro quidam reperit boues meos dānum dantes in vinea ſua quos cōduxit ad domū ſuam & retinet me inuito, an teneatur de furto: videt q̄ ſic: vt l. tertia. §. fina. ff. de acquiren. poſſeſ. & ff. de furt. l.iiij. §. fi. ſed contrarium eſt veritas, quia furtum non fit ſine dolo vt ſupradictum eſt, facit l.j. ff. de furt. ſed iſte nō fuit in dolo, quia iuſtam cauſam habuit capiendi & retinendi quouſque emendaretur ſibi damnum: igitur non dicitur eſſe in dolo & ſic furti non tenetur pro quo vide bonum text. in l. quāuis. ff. ad l. aquil.

Auguſti. Tu in hac materia adde quod d. Ang. videtur malè loqui: quia imò eſt ſententia Oldra. & Barto. in l. prætor ait. §. de his. ff. de damno infect. qui dicunt quod imò non poſſunt retinere illam pecudem vel beſtiam dantem mihi damnum & ibi Roma. dicit quod ſaltem poſſum retinere illam beſtiam ad hoc vt Dominū cognoſcam. Adde Gan. in tracta. malefic. ſub rubr. de furib. & latronib. in tertia columna. qui dicit de cōſuetudine poſsū ducere ad domū meā donec dānū emēdetur: ita dixit Domi. Ant. de But. poſt Ioan. Andr. in c. ſi læſerit. extrà de iniur. & damno dato. Et vide gloſſ. in terminis. in l. de pecoribus. C. ad l. aquil. Ego latiſsimè vltra omnes Doctores examinaui iſtū paſſum multas de ciſiões allegādo in addi. meis in d. §. de his. dic vt ibi dixi.

32 *Commodaui tibi librum ut ſtudeas: tu ad alium uſum retines: cōmodo tibi equū ut uadas ad uillam, tu uadis Florentiam commodo tibi argentum ut utaris & tu pignoras hæbreo: an tenearis furti, idem quæritur de re pignorata.*

33 *Furtum aliquando fit & res uitio furtiuitatis afficitur & tamen non oritur actio furti, filius patri, ſeruus domino, ſi furtum committant: an teneantur furti.*

34 *Famulus furto ſubtrahens res domino: quando debeat ſuſpendi furca.*

32 Ange. † Quid ſi cōmodo tibi librum vt in eo ſtudeas & tu ad aliū uſum retines puta pro exemplari: an tenearis furti. Vel pone cōmodo tibi equū meū vt vadas ad villā & vadis cū eo Florentiā me inſcio. Vel cōmodo tibi argentū vt vtaris & tu pignoras hæbreo: an furti tenearis: & dic q̄ ſic: vt l.ſi. vt certo. §. deniq̄ ait. ff. cōmo. & l.ſi furtū. ff. de cōd. fur. Et idē ſi quis accepit rem in pignore & ipſe creditor re vtatur vel vēdat añquā poſsit vēdere vel pacto vel de iure: vt l.ſi is q̄ pignori. ff. de fur. q̄ oīa vera ſunt ſi veriſimiliter vtens re ad aliū vſum quā

Universidad de Deusto
Biblioteca

deſtinata ſit ſciebat,vel ſcire,vel credere veriſimiliter debebat dominum non permiſſurum.vt no.gl.in d.§.denicꝙ ait.quod not.aliàs nõ tenetur furti:vt ibi not.Si autem res
c ſit cõmunis[c] cum alio,& ſocius in ea cõmittat furtum an teneat furti.Vide l.rei cõmunis.cũ l.ſequẽ. & l.merito. ff. pro ſocio.& l.ſi ſocius.ff.de fur.Si autẽ res ſit mea & alius habeat ius in re, vel quía creditor vel bonefidei emptor eſt,& ego eam accípio,cõmitto furtum & teneor furti,li cet non afficiatur vitio furtiuitatis.ff.de fur.l.cũ æs.§.j.&
33 l.is qui rem pignori.† Aliquando econtra ſit furtũ: & res vitio furtiuitatis afficitur,& tamen nõ oritur actio furti, vel cũ filius vel ſeruus patri vel domino furtũ faciũt.ff.de fur.l.ſeruí & filíj.& ſic filius vel ſeruus pro furto facto ab
d eís patri vel domino nõ tenẽtur,quod eſt verũ ſi ſit lene[d]. Si aũt eſt magnum tenentur.Et dicitur magnũ vel paruũ ſecundùm perſonarũ qualitatẽ & rei ſubtractæ quantitatem:vt eſt tex. & ibi Bar.in l.reſpiciẽdũ.§.furta.ff.de pœ.
e Et idem eſt in vxore[e] ꝙ ex leui furto facto viro ſuo non tenetur.Secus ſi furtum magnum commiſerit quia iſto caſu etiam iſtæ perſonæ poſſunt criminaliter teneri. Et idẽ not.Barto.in l.prima.ff.rerum amota. & eſt text.gloſſ.& Barto.in l.ſi libertus.ff.de furt.quod no.

c ¶Communis cum alio. Adde & dic vt per Alexand.in conſilio.ciij. in primo volu.Ber.

d ¶Leue.Adde & vide Alexan.in conſi.cxv.in j.vol.& Cepo. in cõſil.xxvj.qui in facto conſuluerunt in ciuitate Brixiæ.Ber.

e ¶In vxore.Adde & vide Pet.de Anch.in conſi.ccccix.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia,adde ꝙ licet vera ſit iſta concluſio ꝙ ſi commodo tibi vnam rem ad vnũ vſum & tu vtaris ad aliũ vſum quòd tu cõmittis furtũ ꝙ vera iſta eſſe intelligo niſi ille qui vtitur illa re ad alium vſum dominũ rei crediderit permiſſurũ ꝙ ille vtatur illa re in longiorẽ vſum.Et ideo Ang.in l. inter omnes.§.rectè.ff.de furt.dicit, ꝙ ſi cõmodo tibi vnũ equum per decẽ dies,& tu tenes illũ equũ p viginti,& aſſeris ideo hoc feciſſe qa credebas dñm equi faciliter hoc permiſiſſe ꝙ hoc non eſt furtũ:quia nõ animo lucrandi in uito dño hoc facis:aduertas ꝙ licet gl.inſti.de obl. quę ex quaſi delic.in §.placuerit.ꝙ ſi fur habuit ab initio animũ cõcurrentẽ:quía inuito dño ab initio nõ habuit rem furatam:ſed dominus ab initio ſibi dedit illam rem,puta quía cõmodauit librũ & equũ hęc præcederent.Secus ſi fur nõ habuit ab initio animũ domini: quía inuito dño ſurripuit rem tuã.Nam fur iſto caſu nunquã põt dicere ꝙ dominus potuit hoc nõ cõſentire:quía hoc nõ p̃ſumitur,licet Bar. in d.§.rectè.aliter videat loqui quã illa gl.tamẽ Angel.ibi dicit & melius ꝙhæc relinquũtur arbitrio iudicis:dicit tamen Ang.ibi vnum verbũ periculoſum:ꝙ ſi cõmodo tibi vnũ equum:vt vadas in villã:& tu ires ad bellũ nũquam te excuſabis ꝙ crederes dominũ realiter hoc permiſſurũ: ſecus ſi cõmodo tibi per duos dies equũ & tu teneresp de
34 cẽ dies ibi vide.†Item inquantũ dictũ eſt ꝙ ſi famulus furatur domino,& furtum ſit leue & non debet furca ſuſpẽdi:nec agi poteſt furti.Et tẽpera & limita hoc procedere quando ſemel hoc feciſſet,ſed ſi hodie ſurriperet rẽ vilẽ: & cras aliã,& alio die aliã,& pluries plures res viles furaretur:tunc deberet furca ſuſpendi. Ita voluit Bal. in l.pe. C.de fur.qui ita limitat & temperat tex.in l. reſpiciendũ. §.furta domeſtica.ff.de fur.

35 *Furtum ad hoc quod committatur quomodo ſit neceſſe quòd aliquem ſpectet.*

35 **Ange.** † Et aduertas bene, quía in inquiſitione dicitur dictam veſtem ſpectantem & pertinentem ad dictum Titium.Nam ad hoc vt furtum committi poſſet,oportetꝙ res quę aufertur ſit alicuius vel ab aliquo poſsideatur,vel aliquis in ea vſumfructũ,vel aliquod ius habebat , vel ſua interſit ex aliqna iuſta & probabili cauſa.ſ.ratione dominij vel quaſi,vel ratione poſſeſsionis,vl
a detentionis[a] vel cuſtodiæ.Alias autem ſi res eſſet hæreditaria & iacente hæreditate furtum committatur nõ punitur:nec tenetur furti.l.hæreditariæ.cum l.ſequen. ff.de furt.& l.manifeſtiſsimi.C.de furtis. in princ. & quod ibi not.gl.& omnes doct.& non mireris ſi ſuprà dixi in diffinitione furti:ꝙ non ſit ſine contractatione vel amotione. Ex quo ſequitur quòd rei immobilis non ſit furtum quía contractari non poteſt:vt inſti.de vſuc. §.quod autem. Si autem cretam aufero de tuo fundo,furtum committo : vt l.ſi cretæ.ff.de fur. Vnde de fundo meo auferens lapides vel cretam me inuito,fur efficitur.

ADNOTATIO. a ¶Detentionis. Adde tu ꝙ ille qui capit fructus ſuſundi non committit furtum in quo aliàs fuit miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto:ita Ro.in conſi. cl.& ibi vide & in conſi.clxiij.qualiter rei immobilis non ſit furtum: & ibi qualiter ſit formanda inquiſitio de furto & vide eundem in conſil. cxŋ.de ſubripiente falconem.

Auguſti. Tu in hac materia,adde pro intelligẽtia horum quæ dixit gloſſ.& Ange.in l. conquerebatur.C.vnde vi.& ibi per doct.& per glo. inſt. de vſuc.§.ꝙ autem.& in l.j.ff.de cri.expila.hæredi.vbi habetur ꝙ licet rei hæreditariæ non fiat furtũ ſi tamẽ hæres poſtea adeat hæreditatẽ:& ipſi hęredi nullo modo poſsit cõpetere actio furti:tamen ibi competit cõdictio ex d.l. cõquerebatur.C.vnde vi.ad recuperandum dictã poſſeſſionẽ quía dicitur quodãmodo ſpoliatus:eo quod ſpoliatus fuit defunctus,ꝙ cõcluſio an ſit vera:vel falſa omnino vide Ang.poſt gl.quí iſta declarat in d.l.cõquerebaꝫ. Et vide omnino Ang.in d.l.hæreditariæ.& ibi vide Ang.aliter loquẽtẽ quã Bar.quare rei hęreditariæ nõ ſit furtũ vt agí poſsit actione furti. De ſecundo tene mẽti & not.bene illã gl.in d.l.ſi cretæ.ff.de furtis.quæ dicit ꝙ ſi à principio ego fodio cauſa faciendi cretam & amoueo illam cretam ab loco ad locum:licet non abſtulerim illam cretam nihilominus furtum eſt:quod not.

36 *Furtum an committatur quando aliquis putat aliquid facere domino inuito & tamen dominus erat volens.*

36 **Ange.** †Sed quíd ſi aliquis putat facere aliquid in
b uito domino ſed tamen dominus erat volẽs[b], dicas ꝙ furtum propter furantis affectionẽ committitur ſed tamen quía nõ facit inuito domino nõ oritur actio furti & ſic de tali furto nõ poteſt puniri.l.inter.§.pe.ff.de fur. Et dicitur domino volente fieri ſi ſemel dedit licentiam aliquo modo:vt ff.de furt.l.falſos.§.ſi qs.& l.cum creditore. niſi in caſu .l.ſi quis ſeruo.C.de fur.vbi eſt caſus ſpecialis quòd quando ille actus ibi fit in ſeruo violente , tamen furtum ibi committitur propter corruptelam illius perſuadentis.

b ¶Volens. Adde ꝙ pro hac deciſione facit quod voluit Ro. in conſi. cccxc.vbi quod auferens lapides de palatio qui habebantur pro derelictis non committit furtum;nec quaſdam cannas quas dominus erat permiſſurus:licet ipſe ſubtrahens confiteatur furtum feciſſe quia in ptãte ſua non erat per ſuam confeſsionem facere furtum id quod verè non eſt furtum.Ber.

Auguſti. Tuautem in materia,adde quæ dixit Bar.inl.inter omnes. §.rectè. ff.de fur.in vlti.col.dixit ꝙ ſemper contra furem eſt præſumptio furis dominũ nõ permiſſurum ſe velle derobari: quía nemo præſumitur iactare ſuum.l.qui vas.§. vetare.ff. de furtis. Et ideo dicit,ꝙ opus eſt ꝙ probet ipſe fur dominum rei ſubtractæ conſenſiſſe ipſo furto,per aliquas p̃ſumptiões veriſimiles.Et omnino vide Ang.in dicta l.inter omnes. §.rectè.ff.de furtis,quí ponit vnam pulchram concluſionem:& vide Abb.in cap.dudum.el ij.extrà de elect.in vj. columna.qui in hoc approbat dicta Barto.in dicto §.rectè.& vide Roman.in conſilio cccxc.qui conſuluit quòd oblatio lapidum ex palatio, vel alio loco quæ habẽtur ꝑ derelictis, & quæ capiuntur ſub confidentia voluntatis domini non inducit furtum.

37 *Furtum quòd ſit contractato animo lucrandi intelligitur reſpectu rei uel poſſeſſionis uel uſus rei.*

38 *Fur habens animum lucrandi non totum ſed partem,an commitat furtum totius , uel partis.*

Ange.

37 **Ange.** †Et aduertas quòd illud quòd dicitur ꝙ furtum eſt contractatio animo lucrandi , intelligas quòd habebat animum lucrandi rem vel poſſeſſionem:vel etiam tantummodo vſum rei : tunc de furto tenetur:vt l.j.ff.de fur.Si autem non haberet animum lucrandi aliquod commodum pecuniarium:ſed tantũmodò damnificandi dominum , vel cauſa libidinis hoſtium frangendo,vel amouendo:tunc nõ tenetur furti:vt l.verum.& quod ibi not.gloſ.& Barto.& in l.fullo.ff.de furt.
38 eod.tit.†Sed pone quòd fur habet animum lucrãdi par-
a tem[a] & non totum quod abſtulit : & dic quòd quandoqꝫ totũ contractatur:ſed pars exportatur:& tunc illius partis tantùm ſit furtum ſiue totum , quòd conſtat ex pluribus ſeparatis:vt l.vulgaris.in prin. & in §.ſi de naui.ff.de fur.ſiue ſit totum integrale conſiſtens ex partibus cohærentibus.l.ſi apes.in fi.ff.de fur. quãdoqꝫ totum exportatur , ſed animus non eſt in toto. & tunc aut animus erat in qualitate rei,& totius ſit furtũ:vt d.l.vulgaris.§.ſi quis æs.aut erat totum indiuiduum, & tũc aut erat totum integrale & totius ſit furtũ : vt dicta l.vulgaris. §.idẽ Iulia. verſi.ſed ſi cauſam.aut illud totum cõſiſtebat ex partibus ſeparatis.& illius partis tantùm in qua eſt animus,ſit furtum:vt ff.ea.l.ſi quis æs. ita ibi Bartol.

ADNOTATIO. a ¶Partem. Adde Cep.in repe.authen.ſed nouo iure.C. de ſer.fugi.

Auguſti. Tu autem in hac materia , adde quæ pulchrè declarando dixit Ang.in d.§.ſed ſi damni.in d.l. vulgaris. qui dixit quòd qui diſſoluit inuolutum vel curſellum pannorum, vel aperiendo armarium librorum , vel doleum vini , vel granarium vbi eſt aceruus frumenti , vel etiam ipſum aceruum manu tangendo,vel etiam ipſum granum in ſaculis ponendo : tũc in totum committitur furtum:licet ipſum integrale totũ deferre non potuit,& de hoc eſt caſus in terminis in d.l. vulgaris.in princip.& ſi tu diceres iſta videntur expreſsè contra dicta per Bar.in d.§.ſi quis æs.Reſpondeo ſecundùm Angel.quòd iſta procedunt de rigore.Sed de æquitate in tantùm committitur furtum,inquantum exportatur,& non in plus.Et certè iſta fuit ſententia iuriſcõſulti cum gloſ.ſua in d.l.vulgaris.in prin.& ratio eſt iſta ſecũdum Ang.quía licet fur habuerit animum lucrandi totũ: quía tantummodo ſemel lucrari nõ potuit, ſecundũ propoſitum propter grauitatem rei quàm in totum exportare non potuit:dici opotet furtũ non conſummatum perfectè:& ideo ſolùm de exportatis tenetur:ſed vbi potuit ſolidum exportari:ex quo à principio habuit animum lucrandi totum,& interuenit cõtractatio:licet poſtea eum pœniteat portare totum per pœnitentiã nõ purgatur delictum perfectè quoad hoc voluit gloſ.in d.l.vulgaris. in §.item ſi quis.& in d.l.vulgaris.verſi.tutius.& verſic.licet. quos ſimul iunge,& multo fortius ſi non pœnituit facere , ſed non voluit portare torſellum : dubitans ne propter eius magnitudinem ab alijs videretur : vt d.§.item ſi quis. in verſicu.quid ſi totum. Si autem à principio fur diſſolueret turſellum pannorum quam poterat ſemel portare totum:non videtur habuiſſe animum , nec ſemel nec inter plures vices totum portare, ſed vnam rem voluit portare:tunc illius rei tantùm ſit furtum, vt colligitur in dictis gloſſellis.& ita dicit hæc menti eſſe tenenda. Adde tamẽ quæ dixit Angelus , in l.ſi apes. ff. de furtis. in §.j.quòd actio furti poteſt competere etiam illi qui tantùm hoc interesſe habeat, quòd ſperabat habere dominiũ illius rei: quæ fuit ſubtracta , & de hoc recordor patrem meum in allegatis habuiſſe maximum honorem.hoc dico quía ſuprà dominus Angelus dicit , quòd ſufficit ꝙ ſit intereſſe reſpectu rei,aut poſſeſsionis, vel vſus rei.

39 *Auferens animo lucrandi,ſi poſtea pœnitentia ductus uoluit reſtituere, an teneatur furti, & quid ſi à principio abſtulit animo reſtituendi domino rei.*

39 **Ange.** †Sed quíd ſi aliquis aliquid abſtulit animo lucrandi,& poſtea pœnitentia ductus voluit reſtituere tenetur furti:dic tamen vt habetur in l. qui ea mente.ff.de furt. Si autem à principio abſtulit animo reſtituendi ei cuius eſſet non committit furtum. l.falſus. §.qui alienum. ff.de furt.

Auguſti. †Tu autem in hac materia , adde quía iſta eſt maxima materia:quę pulchrè ſcripſit Ioan.And.in c.cùm laici. extrà de iure patro. ad quã doctrinam omnes recurrunt quando pœnitentia excuſat in delictis vel nõ aliquid per Bal.in l.j.C.de plus petitio. Et bene faciunt ea quæ ſcripſerunt Cyn.Bartol. Bald.& Salic.& Moder.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc. & clericis.

40 *Furtiua condictio non infamat: actio uerò furti infamat etiam ſi iudex diceret condemno cùm hoc quòd non ſit infamis.*

40 **Ange.** †Et aduertas quòd condictio furtiua non infamat.l.ceſſat.ff.de actio. & oblig.ſed actio furti infamat etiam ſi iudex in ſententia diceret condẽno te ex tali furto cùm hoc quòd non ſis infamis : vt l. non poteſt.& ibi Bartol. ff.de furtis. Vnde cautela eſt quãdo vis etiam conſequi pœnam,& quòd nõ infametur quod agas certi condictione generali ad duplum vel quadruplum,& in dicta conditione includi debet quid certum, & conſequeris etiam pœnam,& fur non infamabitur.ita dicit etiam gloſ.& Bartol.in l.certi condictio.in princip. ff.ſi certum petatur.& facit ad prædicta inſtitutio de pœna teme.li.§.penul.& quando eſt ſemper furtum nõ manifeſtum,clarum eſt quòd ciuilis pro furto manifeſto eſt prætoria:& tamen vtraq; licet pro manifeſto ſit prætoria durat xxx.annis,vt inſti.de perpe.& tempo.ac.§.j.& hoc propter odium tanti ſceleris.Vnum tamen ſcias quòd licet tanto tempore duret : tamen ipſo iure tollitur etiam pacto nudo:vt l.ſi tibi.in princ.& l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.& vtrobiq; gloſ. & Bart.

Auguſti. Tu adde hìc vnum notabile verbum quòd licet omnía iura dicant, & affirmẽt iſtam concluſionem quòd actio furti infamat,ſed condictio furtiua non.Tamen ſcias quòd ſi quis per cõdictionem furtiuam eſſet condemnatus ad reſtituendum mihi res derobatas,illa condictio furtiua aggrauat opinionem illius penes bonos & graues homines.gloſ.eſt ſingu.in l. ſed ſi.§.prætor.in verbo,ſigillat. ff.de in ius vocan. quam gloſ.ſemper teneas menti.Et de his quę ſuprà dicta ſunt, adde omnino:& vide Moder.in l.ſi tibi.& in l.ſi vnus.§. pactus.ff.de pact.poſt gloſ.Barto.& Ioan. fab.inſtitu.de perpe.& tempo.ac.§.j.

41 *Furandi animo quis acceſſit ad banchum Titij,ſed non potuit: quia uiſus fuit per eum,tamen non ſtetit:an teneatur pœna furti.*

41 **Ange.** †Quæro, aliquis acceſsit ad banchũ Titij animo furandi,& non potuit, quía viſus fuit & per eum nõ ſtetit quin furtum committeret:an teneatur furti:dic quòd pœna furti non punitur,ſed pœna extraordinaria : vt eſt text.& ibi Bartol. in l.ſaccularij.ff.de extraordi.crimi.

Auguſti. Tu adde quòd Bartol. expreſsè hoc idem videtur affirmare in l. vulgaris. §. furti. ff. de furtis. & vide quæ not. dixit Bald. in l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleric. qui attingens iſtam difficultatem de fure qui fuit viſus ingredi domũ & captus nondum delicto conſummato , qua pœna puniri debet : dicit quòd alibi melius non probatur quàm in dicta l.penult. & multum exclamat de illo text.& dominus Cataldi. in tracta. ſyndica. quæſtio. cxcvj. ibi dicit quòd talis poteſt fuſtigari vel puniri , iudicis arbitrio.Et vide Alberic.de roſa.in ij.parte ſtatutorum. quæſtio.clxv.qui ponit de illo qui cogauit facere delictum, & venit ad actum proximum, & non perfecit qua pœna puniatur.

Angel.de maleficijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

41 *Petens & exigens ut procurator Titij scienter, & sciens se nullum habere mandatum, an ex hoc dicatur fur.*

42 **Ange.** †Quæro aliquis vt procurator Titij sciẽter petit & exigit, & in veritate nullũ mãdatum habet: & ipse procurator bene scit se nullum mãdatum habere: an ex eo quòd scienter exigit, dicatur fur, dico quòd dicitur fur & manifestus: [a] vt not. Bald. titu. de pace iuramen. fir. in c. j. versi. in rubrica &c. quod nota. facit. l. falsus cum materia. ff. & C. de fur. l. falsus.

A DNOTATIO. a ¶ Manifestus. Adde tu vt per Ioã. And. in addi. Specu. in rubrica de falsu. & per Ang. in consi. ccxcj. Ber.

Augusti. Tu adde quòd dubito quòd iste Dector errauerit: quia Bald. in dicta l. j. in §. furtum. de pace iur. fir. in ij. col. ibi quæro an falsus procurator faciat furtum manifestum: expresse Bald. ibi dicit contrarium: quia dicit quòd bene committitur furtum: sed dicit quòd non punitur pœna furti manifesti. & Bal. non potuisset dicere contrarium: quia de hoc est casus in terminis d. l. falsus. C. de furtis. quem tex. colligit Bal. ibi.

43 *Furto rebus mihi subtractis, si suspicer illas esse penes aliquem: an possim petere officio iudicis quòd fiat mihi copia perquirendi in domo illius.*

43 **Ange.** †Et bene nota quòd de rebus mihi subtractis quas suspicor esse penes aliquẽ, possum petere officio iudicis, quòd mihi fiat copia perquirẽdi in domo illius, & iudex hoc facere debet: vt l. j. §. hoc autẽ. & l. diuus. ff. de fer. fugi. & l. requirendi. C. eod. ita tenent ibi Docto. quòd etiam est verum non tantùm in vno territorio in quo factum est furtum: sed etiam sit Aretij sit mihi factum furtum, & fur cõuolauit Bononiam, & assignauit vnam rem subtractam, possum petere hoc autoritate legis quæ suum vbicũ extendit vigorem: vt l. ij. C. de cur. & coar. lib. xj. inquirere in domo illius de re mihi furata: ita dicit Bald. in dicta l. requirendi.

Augusti. Sed adde tu vltra Dock. quia iste passus est dubius: sed Rapha. fulg. in dicta l. requirẽdi. Altius exorditur istam materiam dicens quòd glos. nostra tenet quòd imò pro furto non licet inquirere & perquirere in domo aliena: & istam sententiã sequuti sunt Iaco. de ra. & Pet. sibi eam ascribentes: & istam sententiam sequuti sunt secundùm eum Bar. Bald. & Ange. adiscientes duas exceptiones: prima fallit gratia publicæ vtilitatis per l. facultas. C. de iure fisci. lib. xj. Secunda est nisi essent indicia per quæ euitetur suspitio, q̃ res furtiuę essent in domo illius: & dicit quòd hoc modo potest saluari opinio Odofr. qui tenuit quòd imò licebat inquirere furtum in domo aliena: quam sententiã tenebat Frãc. accur. & Nicolaus matharelli, & Ray. nam dicit intelligamus opi. horum in illis casibus duobus: & subdit quòd cùm tractatur de modico præiudicio, sufficiunt indicia leuia, secundùm Bald. ibi, & ideo dicit Rapha. solum iuramentum sufficere: & hanc sententiam approbat Pet. de Anch. in clemen. j. de vsu. in §. j. dicens quod ista fuit originalis opin. Marti. de fano, scilicet q̃ vbi iusta præsumptio mouet iudicem, possum inquirere in domo aliena de furto: & certe hæc fuit sententia Specu. in titu. de instru. edi. in §. dicendũ. text. in versi. pone instrumenta. & Iaco. fabri. insti. de oblig. quæ ex delictis. in §. cõcœptum. vide tamen Sali. in d. l. requirendi. qui videtur restringere istã communem sententiam, & ibi vide eum ponentem: an requiratur citatio in alieno territorio.

44 *Crimen rerum amotarum non comprehenditur sub præcedenti uersiculo, nec crimen expilatæ hæreditatis: quod crimen hæreditatis expilatæ largo modo est furtum.*

45 *Procedendum non est de similibus ad similia, ut statutum loquens de furto comprehendat crimen expilatæ hæreditatis.*

44 **Ange.** †Et prædicta non procederent in crimine rerum amotarũ, nec in crimine expilatæ hæreditatis. l. j. & ij. & ibi Bar. ff. rerum amotarum. & in toto titu. C. & ff. de crimi. expila. hæreditatis. Sed largo modo sumptum crimen expilatæ hæreditatis dicitur furtum [b]: & sic est improbus fur: vt no. glos. & Dock. in l. si te. C. de insa. quod Bal. in d. l. de his. C. de fur. dicit esse notandũ, & vtile ad statuta quæ loquuntur de furtis, vt contineatur publicus & famosus expilator hæreditatis, procedẽdo de similibus ad similia: imò de minoribus ad maiora: seu de positiuo ad comparatiuum: & per locum à maiori & minori, vt talis possit furca suspendi, vel alia pœna affligi vigore statuti loquentis de furto, quod non est no. secundùm Bald. ibi, & quod dictum est de actione rerum amotarum [c] est verum, nisi post solutum matrimonium mulier contractet: & tunc etiam furti tenetur: vt est text. in l. iij. in princip. ff. rerum amotarum. quod nota contra mulieres quæ in vita mariti aliquid amouent, & eo mortuo contractant de loco ad locũ: quia etiam furti tenẽtur.

b ¶ Furtum. Adde tu quòd Cep. in consi. lxviij. sequitur opi. Bald. & quòd in criminalibus possit procedi de similibus ad similia: vide Bar. in consi. xj. Ber.

c ¶ Amotarum. Adde tu, & dic quòd constante matrimonio non potest de furto accusari. ita Pet. de Anch. in consi. cecix. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia actionis rerum amotarum, adde ea quæ dixerunt Specu. & Io. and. latissime in titu. de fur. in §. j. versi. pone constante. qui dicunt etiam quòd actio famosa furti, non potest esse inter virum & vxorem. Et ideo propter res contractas datur actio rerum amotarũ. & ibi vide Specu. ponentem formam libelli. & ibi Ioan. And. dicit q̃ octo requiruntur ad hoc vt dicatur rerum amotarum, quę numerat Rofre. in summa sua tit. rerum amotarum. Et latè posuit Hostien. sub rubrica de dote post diuort. restituta. sub §. fi. & etiam ibi dicit Ioan. And. quòd si diuortio facto, vxor illa quę fuit vxor amoueret, teneretur furti, per d. l. iij. ff. rerum amotarum. & ibi disputat etiam an cum hodie matrimonium non possit separari ne fiat diuortiũ, an hodie de iure canonico ista actio cesset [a]: ibi vide. & per Dock. in rubri. C. eo. & per Bar. in locis suprà allega.

Item adde quòd Salic. ibi multum terribiliter arguit per sex rationes contra illam decisionem Bal. quam fecit in d. l. de his. & idem fecit Salic. in d. l. si reprobans. †quòd non est procedendum de similibus ad similia, vt statutũ loquens de furto comprehendat crimen expilatæ hæreditatis. & dixit Roma. in l. gerit. ff. de acqui. hæred. quòd opinio Bald. in dicta l. de his. est falsa de iure, & reprehẽdit assessores qui eã sequuti sunt: dixi etiam suprà in principio huius glos. & certe miror de domino Bal, quòd in re tam periculosa ita errauerit.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio & inquisitio an debeant continere ualorem rei subtractæ.*

Valoris & cõmunis æstimationis florenorũ decem, & de loco ad locũ contractando: quo voluit asportauit: & vt prædictus Caius omnia huiusmodi committere posset. †Ista verba cum ministerio apponuntur, & apponi debẽt in inquisitione & accusatione: vt simus certi quæ pœna veniat imponenda maior vel minor: nã si valor rei non apponitur: tunc assumimus pœnam quæ est mitior seu minor: vt l. interpretatione. ff. de pœnis. & l. præses. eod. titu. & ita dicit Bar. [a] in l. Pedius. §. diuus. ff. de incend. rui. nau. quod dicit esse no. ad statuta communiter

niter per Italiam quæ disponunt furibus esse imponendam maiorem vel minorem pœnam secundum valorem rei subtractæ. quod no.

A DNOTATIO a ¶ Ita dicit Bart. Vide tu ibi domi. A lex. in apostil. & ibi dicit quòd æstimatio est apponenda in inquisitione vel accusatione, allegat Ro. in l. si familia, & in l. magistratibus. ff. de iurisdi. om. iudic. quinimò si in inquisitione diceretur vestem cœlestem valoris florenorum decem: saluo errore calculi talis inquisitio non procederet: vt voluit Barb. in consil. cvj. j. volu. incip. verba accusationis. & licet Bartol. in dicto §. diuus. dicat de processu parti. dicit de libello qui est processus. c. quoniam contra. de probatio. & de prædictis vide Barb. in consilio xvj. in secundo volumine. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd dominus Angel. hic nimis se arctat dum dicit quòd opus est quòd in accusatione, vel inquisitione, valor rei subtractæ apponatur. Nam dico quod idem erit si in processu hoc appareat: licet in inquisitione seu accusatione non sit appositus valor: per ea quæ habentur in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & ideo si rectè ponderentur verba Bartol. in d. l. Pedius. Barto. ibi dixit q̃ opus erat q̃ in processu hoc appareat: nec Bar. ibi dixit quòd in accusatione ista apponãtur, vel in inquisitione: & ideo sufficeret quòd in accusatione diceretur, accuso te quod talem vestem mihi surripuisti, quæ est talis coloris & talis magnitudinis, iuxta formam traditam in l. si cum rem. ff. de rei vendica.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium cum armis præstare an dicatur astans armatus: licet non euaginet, & an insultum & uiolentiam facere dicatur.*

2 *Associans aliquem ad delictum committendum: an præsumatur præstare opem.*

3 *Armatum stare cum aliquo: & tamen ei opem non præstare, quomodo est possibile.*

4 *Assistens delicto, an præsumatur assistens ad auxilium, quando aliud non apparet.*

5 *Bastono aliquem percutiens, gente congregata, si illum occidit quem bastonare uolebat: an astantes teneantur de occiso.*



1 †Nota quòd iste Andræas armatus non euaginauit cultellum, nec manus posuit ad arma, & tamen dicitur præstitisse auxilium cum armis. Nam sufficit quòd quis habeat arma ad latus, licet nunquã manum ad arma ponat, vt dicatur insultus, vel violentia, vel præstare auxilium cum armis: quia propter arma quæ habet ad latus & ad sui petitionem ipse redditur audacior, & aduersarius timidior: ideo de insultu, violentia, vel auxilio cum armis præstito punitur. ita singu. dicit Barto. in l. ij. §. j. ff. de ui & ui arma. quod not. quia semel illud dictum habui de facto nurſiæ: nam armatus præsumitur de rixa & bello cogitare: vt not. gl. l. licet. C. de pact. Bal. & Sali. 5 in l. j. C. de ser. fugi.

Augusti. Tu adde ea quæ dixit Bald. in c. j. §. si quis rusticus. de pace tenen. & eius violato. & vide Alb. de rosa. in ij. parte statutorum. q. xxxiij. qui allegat Iaco. But. tenere q̃ si ille nõ euaginauit arma, non dicitur aggressura facta cum armis: vide tamen ibi Alber. qui allegat quod in contrariũ faciat. Et in hac materia adde quę dixit Bald. in l. non ideo minus. in vlt. col. C. de accusa. qui dixit quòd licet quis stet à remotis: tamẽ si offendens redditur audacior, & offensus timidior: te2 netur de ope. †Et tene menti quæ dixit Innocen. in cap. cõtinentia. de clerico percusso. quòd ille qui associat aliquem ad delictum committendum, præsumitur præstare opem, & maximè præsumitur si erat armatus: sequitur Bald. in l. j. C. de ser. fugit. in ij. colum. & Bald. in cap. j. de benefi. fra. & quod dixit Innocentius in dicto cap. continentia. quòd ille qui stat armatus cum aliquo, dicatur præstare auxilium: licet nullum actũ faciat: voluit Baldus in l. raptores. C. de episcopis & clericis. & vide Baldum in repetitione. l. j. in fine. C. vnde vi. Vide tamen pulchra verba Bald. in l. data opera. C. qui accusare. in fi. in penul. colum. qui docet quomodo possibile †est quòd aliquis stet armatus cum aliquo: & tamen non dicitur præstare auxilium. Et in hac materia mihi placet sententia Bal. quam non posuit in lectura: sed in additionibus suis in l. j. ff. de seruo corrupto. qui quærit nũquid quilibet assistens dicatur fauere maleficio, & dixit q̃ non: nisi ad hoc assistat: vt l. prætor. §. homines. vi bono. rapto. dicit tamen quòd ille qui est cũ aliquo, & ex hoc ille redditur audacior & securior ad maleficium perpetrandum: licet ille nullum actum faciat: tamen ipso iure dicitur præstare auxilium: vt not. in glos. de facto in l. ij. §. etiam quis. ff. 4 vi bono. rap. †nũquid autem præsumatur ad hoc assistere si aliud non apparet. Respondet ibi Bal. videtur quòd non: quia non constat de effectu assistentis, & voluntas, & propositum distingunt maleficium. concludit tamen Bald. quòd iudex debet hoc arbitrari ex circunstantijs. argumẽ. l. j. §. si quis in villa. ff. ad Silla. & §. cũ dominus. & hæc no. tu quia pulchra. & dicit Baldus in l. ob hæc verba. ff. de his qui notan. infa. quòd ille qui stat armatus cum aliquo, & à remotis stat, vel ex incidenti superuenit non dicitur præstare auxilium, & de associante quando dicatur præstare auxilium ad maleficium: vide Bald. in l. penult. & vlti. colum. & in l. non ideo minus. C. de accus. Et per prædicta patet an vera sit sententia Roma. in l. j. §. sed in eo. ff. ad Silla. qui dixit quòd licet probatũ sit Titiũ fuisse præsentẽ tempore maleficij perpetrati, tamen propter hoc non videtur probatum esse Titium præstitisse auxilium maleficio: quod tamen duobus modis limitat secundùm Baldum. Primò nisi probatum sit ipsum associasse delinquentem ad maleficiũ perpetrandum: per doctrinam Bald. quam posuit in cap. j. in verbo, cum do. de pace iur. fir. Secundò nisi probatum sit Titium fuisse præsentem maleficio, & armatum cum armis: licet nullum actum fecerit per doctrinam Innocen. in dicto cap. continentia. quę doctrina an sit vera vel falsa: patet ex suprà dictis & dicetur infrà in glo. dicto maleficio semper astitit in quæstione quæ incipit, quæro quando duo simul stant. Et adde omnino multa pulchra verba quæ posui suprà in glos. in verbo, Andræam auxiliatorem. in antepenult. colum. dum tracto an vera sit conclusio Bart. quã posuit in l. si in rixa. ff. ad legem Cornel. de sica. ibi vide quomodo potest esse quòd vnus armatus præsens non teneatur de auxilio. Et vide vnum pulchrum consilium Roma. in consil. suo cxvij. quod incipit, quòd præmissa statuti particula loquẽs de pœna. & vide pulchra verba Pet. de Anch. in regula, accessorium. extrà de regulis iuris. in vij. quæstione principali. in versi. sed iuxta prędicta quæro ex quibus actibus quis dicatur præstare opem. Intellige tamen prædicta secundùm quòd cõsuluit Paude cast. in consilio suo cxc. quod incipit, in causa incarceratorum per potestatem Mantuæ, qui dixit †quòd si bastonaui aliquem, & congregaui gentem, & nihilominus ego occidi illum quem volebam bastonare, quòd illi astantes congregati non tenentur de occiso: quia ad hoc propositum ipsi non erant coadunati: scilicet ad homicidium perpetrandum. hoc dixit Pau. de cast. ibi in ij. colũ. illius consilij. & allegat Angelus hoc voluisse vt ibi. & ideo consuluit Petrus de Ancha. in consilio suo ccxvij. in fin. illius consilij: quod si sunt tres in vna rixa, & vnus occidat, alij duo non possunt puniri tanquam socij & auxiliatores: quia ad hoc principaliter non erant coaduna-ti. Vnde omnes censentur principales, & prout deliquerunt puniendi sunt. Et ideo dicit quòd non debemus dicere quòd ibi affuerint causa præbendi auxilium & fauorem illi occisori: sed tanquam principales censentur: & hoc est quod dixit Baldus in l. non ideo minus. C. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusa.in vlti.col.quòd quando plures sunt in aliquo loco congregati:& quilibet facit,quilibet tenetur prout facit,& propter hoc nō probatur quòd alter alteri præbeat auxilium: licet probetur quòd ipsi fuerint simul in illo directo:nisi probaretur clarè,quòd vnus impendisset auxilium alteri:vide quæ dicentur infrà in sequenti glos. & vide Roma. in singularibus primi anni. ccxlij. & domi. Cataldi.in tracta.syndica.quæstio.cxciij, qui dixit quòd in vna adunatione gentium nemo tenetur de auxilio:nisi quatenus tulit.allegat Innocen. in capitu. sicut dignum. de homicid.

6 *Statuto puniente uiolentiam factam cum armis,uel sine:an comprehendat etiā mulieres quæ committunt etiam uiolentiam cum armis,uel sine.*

6 Ange. †Quid si statutum punit violentiam factā cum armis,vel sine,an cōprehendat etiā mu-
a lieres? quæ etiam committunt violentiam cum armis vel sine. Die quod sic. ita not. Bald. Ang.& Imo. in l.si constante.§.fi.per illum tex.cum glos.ff.solu.ma.

ADNOTATIO. a ¶ Mulieres. Adde & vide Alex.in consil. cxxxv.in j.vol.& Cepol.in consi.xxvj.& ibi an statutum quòd fur famosus furca suspendatur, comprehendat mulieres, & quando in statutis masculinum comprehendat fœmininum. vide dominū Alexand.in consilio lxxx.in primo volumine.& in consilio xxiiij. secundo volu. Ber.

Augusti. Tu adde quòd ista quæstio dependet ab illa quæstione : an in statutis masculinum concipiat fœmininum.de quo per Doct.in l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.& per Docto. in c. canonum statuta.de constitu.Bar,in l.j.ff.de verb.sig. & in l.iura.ff. de legibus.& in l.si quis in tantam.C.vnde vi.

7 *Statuto dicente quicunque inuentus fuerit cum armis, uel inuentus de nocte, uel ludere ad azardum,intelligitur inuentus supple & apprehensus.*

8 *Statuto dante præmium officiali inuenienti,puta aliquem cum armis:an intelligatur de inueniente & apprehendente.*

9 *Statuto puniente mulieres inuentas cum perlis : an sufficiat eas esse uisas, uel oportet esse apprehensas.*

7 Ange. †Et facit si statutum dicit quicunq; inuē-
tus fuerit cum armis, vel inuentus de nocte, vel inuentus ludere ad azardum : quia tale statutum intelligitur inuentus,supple,& apprehensus : vt l. si barsatoram.C.de fideiusso.& ibi glos. Cy. & Bal.& not.Bart. Ang.& Imo.& Ludo.de roma.in l,j.in prin.ff.de acquir. pos.aliās autem licet inuentus fuerit cum armis,si tamen non fuerit apprehensus non tenetur pœna statuti. Sed Ang.in l.iij.§.Neratius.ff.de acquiren.possess. dicit quòd
b imò tenetur pœna ordinaria statuti:ᵇquia statutum non videtur considerasse apprehensionem personæ, sed inuētionem delicti:aliās autē convicto ludente potest impoⁿi pœna statuti:qui dicitur inuentus deliquisse : quia de
8 delicto conuincitur:vt l.j.C.de raptu virgi. †Sed si statutum præmiaret officialem inuenientem:dic quòd cum statutum exorbitet à iure communi officialis non consequetur præmium , nisi ludentes vel portantes arma , vel euntes de nocte personaliter reperierit , & apprehēderit: ita loquitur dicta l.si barsatoram.sed Imo. in dicto §.Neratius.& fortè verius dicit quòd fortè hoc casu satis dicitur inuentus si conuincitur:vt l.j.ff.de rapt.virg.& in c.j. ad fi.de dila.nec obst.dicta l.si barsatorem. quia promiserat inuenire barsatorem latronem : & sic verisimiliter videtur intellexisse de actuali,& reali inuētione , & apprehensione:ideo non sufficit tunc doceri vt ibi. Sed in casu nostro statutum solum considerasse videtur odium delicti , quæ ratio locum habet vniformiter, quandocunque & quomodocunque delictum patefiat , vt possit puniri: & ideo videtur sufficere si familia vel officialis inueniat eum ludentem , vel de nocte euntem , vel arma portare: licet actualiter non apprehendat : dummodo possit hoc probare per testes ibi assistentes:quia talis inuētus fuerit per officialem,licet apprehensus non fuerit vt delinquēs teneatur pœna statuti & officialis habeat præmium statuti. dicit tamen ibi Imo. quòd propter autoritatem Cy. & Barto.fortè eorū opinio seruaretur in practica,& quia in pœnalibus mitior via eligitur:vt l.si præses. & l. interpretatione.ff.de pœ. Ego credo opinionem Imo. veriorē per rationes suas.& adde quæ dixi suprà in gl.super verbo , cum vno stocho.

b ᵍStatuti. Adde & vide Alexand.in consilio xxiiij.in secundo volumine,Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia , adde quod Cy.Guil.de cug.& Jac.de aret. in l.licet. C.de acquiren.possess. expresè tenent quòd non dicitur inuentus nisi qui fuit apprehensus : & ad hoc possunt allegari multi tex.licet etiam in cōtrarium possent allegari alij casus:& istam partem tenet etiā Paul. de cast.in d.l.j. ff.de acquiren. possess. & Bald. in l. item lapilli. in fi.ff.de rerum diui.& Angel.in l.qui seruum.ff.de verbo.obliga. & allegant etiam Angel. hoc voluisse in l. si fugitiui. C. de ser.fugi.Sed in lectura mea hoc non habeo,sed potest hoc esse alia lectura Ange. quia duæ lecturæ reperiūtur: vna Paduana,alia Perusina.& ita etiam tenuit Alber. de rosa.in l.quòd ait.ff.de adult. Adde Albe.de rosa.tetigisse istam difficultatem in ij.parte statutorum.q.cxvj.quę incipit si statutum dicit si quis fuerit inuentus ludere ad taxillas &c.vbi arguit ad partes : & tandem concludit q Jacob.de aret.expresè tenebat quòd non sufficit quem esse conuictum per probationes in isto casu:sed opus est inuentum esse.& idem Albe. in alphabeto in lectura j.in verbo,inuentus.Sed pro decisione huius quæstionis nō omitto ea quæ singulariter tradit Angel.per illum tex.in authent. de sanct. episcop. in §.reuerendissimus. vbi per illum tex.in verbo,inuentus.dicit quòd tex.probat quòd ille dicitur inuentus qui non est inuētus : sed tantūmodo per probationes est conuictus. Et ideo si statutum punit inuentum facere homicidium,non opus est quòd inueniatur in persona & in materia flagranti. Sed sufficit si est conuictus per probationes.Sed Ange.mirabiliter dat istam regulā q vbi inuenio non est crimen:sed factum de per se est crimen absque inuentione. Tunc sufficit si fit probatio per testes:putà quia occidere hominem est homicidium sine inuentione : & iste est casus in dicto §.reuerēdissimus.cum similibus. Secus vbi delictū non esset delictum sine inuentione. Et dat exemplum de statuto puniente arma portantem, puniatur in tantūm: quia isto casu statutum non punit portantem simpliciter:sed inuentum portare arma : quia sine inuentione crimen non est,quoniam statutum, crimen facere voluit.Et idem dicit in statuto dicente, si quis fuerit de nocte, & fuerit inuentus : nam ire de nocte non est maleficium cum vadit de nocte:& ideo necessaria est inuētio, & ita practicatur.

Adde tamen inquantum dicit quòd portare arma nō est prohibitum nisi sit inuentus : hoc videtur esse contra ea quæ habentur per text.& Bal.in c.j.§.si quis rusticus. de pace tenen. vbi dicitur quòd ille qui portat arma vetita perdit arma.& maxime secūdùm Bal. ibi portat præsumitur habere malum animum.Et ideo ille tex. videtur permittere quòd possim portare arma in itinere : sed non
9 per ciuitatem. Et ††tene menti quæ dixit Bald. in dicta l. item lapilli. quòd statutum puniens mulieres inuentas cum perlis, si sunt visæ mulieres cum perlis per officialem & non apprehensæ : non poterunt puniri tales mulieres:nec incidunt in pœnam statuti:& teneo istam partem tanquam mitiorem.

SVMMARIVM.

1 *Astare maleficio committendo per alium nihil aliud est quàm præstare opem dicto maleficio.*

2 *Iudex quæ uerba debet ponere in inquisitione si uult quòd ille qui percussit nō letaliter teneatur de occiso.*

3 *Vulnerans potest teneri tanquam principalis & tanquam opem præstans.*

4 *Libellus continens quòd quilibet sibi adinuicem præstiterunt auxilium & fauorem quomodo procedat.*

Vulnera

5 *Vulnerauerunt Titium duo, quorum intulit in cute uulnus mortale, alter non, moritur Titius,an ille qui intulit uulnus non mortale debeat mori.*

6 *Vulnerauit dominus unum mortaliter,famulus postea de facto occidit illum: an dominus debeat decapitari.*

Dicto maleficio semper astitit, & prędicta : & quodlibet prædictorū facta cōmissa & perpetrata fuerunt per prædictos inquisitos, & quemlibet eorum singula singulis referendo supradictis mo-
1 dis locis,& potissimum. †Nota[a] bene
a ista verba: quia astare maleficio committendo per alium nihil aliud est quam præstare opem dicto maleficio:quoniā propter talem assistentiam quàm facit ille Andræas , iste Caius erat audacior,& vulneratus timidior, igitur dicitur præstare opem. Ita singulariter dixit Bart.in l.si in rixa.in pe. col.ff.de sica. & l.qui seruo.§.fin.ff.de fur.& dixi suprà in verbo,Andræam auxiliatorem.in princ.& not.Innocen.
2 in c.cōtinentiam.de cle.percus. ex quo no. †quòd quādo sunt plures vulnerātes, quorum vnus intulit vulnus lætale:si tu iudex vis quòd illi qui prius percusserunt non lætaliter teneantur de occiso , apponas post illationem vulnerum cuiuscunque,q dicas & vnus alteri dicto maleficio vt habilius cōmitti posset semper astitit. Ita sing. dixit vt habilius Bart. in dicta l.si in rixa.tunc qui primo intulit vulnus non lætale , licet ex suo vulnere nō deberet teneri de occiso:tamen quia astitit vulneri lætali consocij,tenetur de ope præstito homicidio. Non autem dicatur in dicta inquisitione ad prædicta cōmittenda præstiterunt auxilium & fauorem. Nam ex tali inquisitione non potest sequi condemnatio de auxilio:quia nō exprimitur qualiter auxilium & fauorem præstiterunt:& ideo dicta verba debēt intelligi in benigniorem partem:vt d. l.si præses.intelliguntur ergo si percutiendo ego præstiti auxilium tibi , & tu percutiendo præstitisti mihi , & sic actus meus fuit auxilium tibi , & tuus mihi : sed de isto meo actu punior vt principalis , ergo de eodem vt præstans opem non debeo teneri : sed vt dixi in inquisitione debet dici quòd vnus alteri , & alter opem præstitit assistendo dicto maleficio,vt habilius committeretur , & sic vnus præstitit auxilium per alium actum , quàm per illū de quo principaliter punitur:quę omnia singulariter nota in practica.Et vide etiam circa hoc quod not. Salic.in in l.j.C.de rap.virg.ver.quæro vj.si plures &c.Quod intelligas:vt dicam infrà ead.glos.in ver.[& aduertas bene &c.] aduertas tamen si tu adderes in inquisitione & diceres:& dictus Andræas præstitit auxilium , consilium, & fauorem:& sic adderes prędictis consilium tunc ex eo quòd dicit consilium posset puniri vt pręstans opem,etiā si in inquisitione non sunt dicta verba,vt habilius committeretur semper astitit dicto maleficio : quia præstans consilium dicitur præstare opem : vt dicta l.qui seruo.ff. de fur.& sic istud consilium de necessitate præsupponit alium actum quàm illum de quo ipse inquisitus est , & quod ipse manibus propriis cōmisit : meritò etiā tenetur de ope & auxilio.ita singu.dixit Bar.in d.l.qui seruo.§.fi.

ADNOTATIO. a ¶ Nota bene. Adde tu & vide latè domi. Alex.in consi.xv.in j.volu.& in consi.xiiij.in iiij.volu. Pe.de anch. in consi.cccxvij.& Cep.in consi.j.consi.ñ.& consi.xxxiiij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd in hoc ego non discordo me ab his quæ dicta sunt hic per do.Ang. inquantum dixit q possibile est q in vno homicidio quis teneatur tanq; principalis,
3 & etiam tanquā opem præstans. † Et ideo Bal. multum elegāter in l.non ideo minus.de accus.in antepenult.col. dixit q aliās quidam Perusinus qui cū vno famulo suo occiderunt Titium:qui Perusinus ille cum vno cultello vulnerauit Caium:famulus verò cum alio cultello intulit aliud vulnus,adeò quòd ille mortuus est. Modo quærebatur an iste Perusinus teneatur tanquam principalis, & etiam tanquam opem præstans , effectus est magnus: quia si tenetur tanquam principalis pœna non erat capitalis propter statutum,si tenetur tanquam opē præstans, pœna est capitalis.dicit Bald. q breuiter fuit allegatum, quòd cū essent duo vulnera illata,vnum ab illo Perusino in capite:alterū à famulo in fianco q ipse de suo vulnere teneretur tanquā principalis, & de vulnere illato per famulum teneretur tanquam opem præstans:quia iste malefactor nō eodem,sed diuersis respectibus teneretur:sed respectu diuersorum vulnerum , & si diceretur q ex istis vulneribus nō sequitur nisi vnus effectus,scilicet mortis. Ergo debent pro vno reputari. Respondet Bald. hoc est verum quando essent illata ab eodem : sed quando duo vulnera inferūtur à diuersis cuilibet attribuitur ius insolidum ac si ista vulnera essent illata in persona diuersorū, alleg.l.ita vulneratus.ff.ad legē Aquil. & dixit quòd ita fuit de facto iudicatum. & dicit Bald. quòd credit quòd ista sententia fuerit iusta:quia in inquisitione continebatur distinctè & clarè quomodo vnus intulit vni vulnus mortiferum,& alter intulit aliud vulnus mortiferum:ita quòd vnus alteri iuper diuersis potuerunt prestare auxilium & fauorem , & dicit quòd ita etiam fuit visum aduocatis.& putat Bald. quòd ista sit veritas. Vnde subdit concludendo dico quòd constat quem posse teneri : vt principalem & de auxilio & fauore. & allegat dicta per
4 Bart.in dicta l.qui seruo.§.fi.ff.de furt.†Sed aduerte:quia in hoc non sto cum opi.do.Ange. inquantum voluit sequendo Barto. in dicta l. qui seruo.§.fin.qui dixit quòd si duo accusantur de duobus vulneribus , quilibet de suo subnectitur quòd quilibet sibi adinuicem præstiterunt auxilium & fauorem non procedit libellus respectu auxilij & fauoris:quia possibile est q quilibet alteri præstitisset auxilium per suam percussionē quam fecit : de qua percussione & vulnere cum puniatur vt principalis non est possibile quòd puniatur:vt opem ferens. Sed adde q Angel.expresè tenet contrarium in dicta l. qui seruo.§. fi.quia dicit quòd actus sui vulneris & percussionis fuit ordinatus secundùm proposita in accusatione ad duos disiunctos & separatos effectus inter se contingentiam nullam habentes.Cùm igitur ex vno facto resultent plura crimina,plures tituli criminis, plures agēdi formæ:nō video,dicit Ang.cur de isto eodem vulnere , duæ pœnæ sibi non possint inferri:sicut dicimus in eo qui commilit adulterium cum incœstu : vel etiam rapuit cultellum de manu alterius cum sanguinis effusione:vt no.idem Bart. in l.senatus.ff.de accusatio.& inscriptio. nō tamen negat Ang.quin alia forma libelli sit tutior.& certe ista sententia Ang.est verior de iure. & ideo Ang.in l.reos.in j.col. ff.de duob.reis.faciens mentionem de hac doctrina Bar. in dicta l.qui seruo.§.fin. pungit etiam Bart. ibi:& si certè considerentur verba Bald. in dicta l. non ideo minus. in verbis suis , videtur velle quòd sufficit si in inquisitione dicatur quòd vnus præstitit auxiliū alteri : maximè quia negare non possumus quando sunt duo qui aggrediūtur vnum hominem , illi duo sunt magis audaciores , & ille solus est magis timidus propter duos & propter existentiam illorum duorum vnus non dicatur quin præstet auxilium alteri:quia plus valent duo quam vnus, vt not.in l.j.C.vnde vi.& argu.nota.in l.vbi numerus. ff.de testib. Tamen in practica seruatur opi.Bartol.& an ille qui dat consilium dicatur præstare auxilium. Adde Bart. in l.in furti.§.ope.ff.de fur.& dicitur infrà in hac eadem glos.in q.quæ incipit,si autem quis persuadens. & vide dominū Catald.in materia syndica.q.cxxxvij.qui allegando Bal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit quòd non tenet inquisitio, cùm iudex dicit vnus alteri, & alter alteri præstitit auxilium, consilium, & fauorem. Et an ille qui stat armatus cum alio dicatur præstare auxilium. Adde ea quæ latissimè dixi suprà in glos. super verbo, dictus Andræas armatus. Adde tamē quòd eleganter consuluit Cy. in consi. suo incip. Alber. & Bartho. fratres: qui dixit † quòd si duo insultauerunt Titium, & vnus dedit vnum vulnus mortale: alter verò intulit vulnus non mortale, licet vulneratus moriatur: tamē ille qui intulit vulnus non mortale, non debet mori, sed debet puniri inquantùm deliquit: per l. j. in fi. ff. de extraord. crimi. quinimò dicit si iudex vult punire ex eo quia homicidio præstitit opem inferendo vulnus non mortale, & dictum sit in inquisitione sibi dederunt auxilium & fauorem, vt habilius dictum homicidium committeretur, tunc iste debet decapitari sicut alter. Secus si dicit iudex in inquisitione sibi dederunt auxilium & fauorem: quia cum non sit dictum quòd ad homicidium dederūt auxilium, intelligitur quòd ad vulnerandum tantùm, & non ad interficiendum: vt l. interpretatione. ff. de pœ. Et vide Roma. in singularibus suis primi anni ccxlij. quòd incipit, quidam fuit vulneratus mortaliter, qui dicit quòd † licet vnus dominus mortaliter vulneraret aliquem, & famulus postea de facto occidat: quòd dominus nō debet decapitari. Et de ista principali quęstione vide do. Catal. in tract. syndicatus. q. cxxxvij. qui approbat dicta Bart. in l. qui seruo. §. fi. ff. de fur.

7 *Accusantur tres uel plures, siue inquiritur contra eos, & in accusatione, aut inquisitione dicitur quòd alter alteri præstitit auxilium, consilium, & fauorem: an ista pars inquisitionis procedat.*

7 **Ange.** † Vnum tamen tene menti perpetuò quòd quando tres vel plures accusantur vel inquiruntur de vno maleficio, & in accusatione vel inquisitione dicatur quòd alter alteri præstitit auxilium, cōsilium, & fauorē: quòd ista pars inquisitionis non procedit: quia est contra propriam significationem illorum verborum, vnus alteri &c. vt l. ancillę. cum glos. C. de fur. ita dicit ibi Bald. & Salic. in prin. quod tamen videtur mihi durum, cum ad hoc vt libellus saluetur verba impropriantur: vt l. si olei. & ibi Bar. C. loca. & l. si possessor. §. j. & ibi Iacob. but. & Barto. ff. de iureiurā. tamen in practica seruaretur eorum opinio propter eorum autoritatem.

a **Augusti.** Tu adde quòd pro sententia do. Ang. faciunt not. per Ant. de but. in c. cum ecclesia lutrina. extrà de cau. pos. & proprie. qui dicit quod in libello omnia veniunt quæ etiam non secundùm propriam significationem trahi possunt. & idem videtur voluisse in c. querelam. extrà de electio. & in c. examinata. extrà de iudi. Sed adde quòd ista in ciuilibus militarent, non in criminalibus, propter periculum maximum per ea quæ habentur in l. h. C. de proba. cum similibus.

ADNOTATIO. a ¶ Tu adde. Adde tu vltra quæ hic ponit Ang. Bal. in consil. ccxxviij. in ij. volu. Ber.

8 *Præstans opem his enormitatibus factis per Caium, an teneatur de eis.*
9 *Præstans opem homicidio uel persuasor, an dicatur homicida.*

8 **Ange.** † Quæro primò an præstans opē his enormitatibus factis per Caium teneatur de eis-
9 dic quod sic: vt l. is qui opem. ff. de furt. † Secundò posito hic quæro an persuasor vel præstās opem homicidio dicatur homicida: ita quòd si statutum punit homicidam verificetur etiam in præstante opem. Respondeo, aduertas ad verba legis vel statuti. Nam si statutum loquitur in personam: vt putà si quis homicidium commiserit, vel si quis vulnerauerit, tunc præstans opem non dicitur homicida, vt pœna homicidij teneatur, sed alia pœna extraordinaria tenebitur: aut statutum loquitur in rem: vt putà si homicidium fuerit cōmissum, vel pro homicidio vel vulnere sit tanta pœna, tunc præstans opem tenetur dicto statuto: arg. l. aut qui aliter. §. fi. ff. quòd vi aut clam. & ibi Barto. in l. hæc verba. & ibi Bar. ff. de adult. ita singulariter dicit Bartol. in dicta l. is qui opem. in princ. & l. nihil interest. ff. de adulte.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd ista doctrina Bart. semper visa mihi fuit periculosa propter nimiam generalitatē: quia dico quòd infinita iura reperientur quæ loquuntur in personam: & tamen qui per alium facit, vere dicitur facere: vt comprehendatur in verbis legis. est casus in c. mulieres. extrà de senten. excōmu. coniuncto tex. in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. est alter tex. in l. si quis per alium. vbi est casus in terminis coniuncta rubrica. ff. ne quis eùm qui in ius vocat vi exi. Et alia iura alleg. do. Abb. in dicto c. mulieres. & Ro. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. Et certè iste passus q. propositæ per do. Ang. hic, & per Bart. in dicta l. is qui opem. dependet ab illa in materia fictionis, Vtrū ille qui præstat auxilium maleficio dicatur verè vel fictè facere maleficium, quòd fit per alium: quia in hoc est maxima vtilitas: vt dictum est per Doct. in locis suprà allegatis Et licet Bartol. in ista materia voluerit respondere ad tex. d. c. mulieres. in dicta l. is qui opem. dum dicit canonistæ aliter loquuntur. & non allegat tex. dicti c. mulieres. dicatis quòd illū text. in d. c. mulieres. bene allegauit Bart. in hac materia in l. sed si vnus. §. seruus. ff. de iniur. Nam dicit quòd ille tex. loquitur quantum ad peccatum. dicatis quòd non est verū, quòd imò loquitur quantum ad pœnā, scilicet excōmunicationis. Et ideo Roma. in dicta l. si is qui pro emptore. & do. Abb. in dicto c. mulieres. reprehendunt Barto. sed etiam solutiones ipsorum non mihi placent. Præterea ista doctrina do. Ang. est defectiua, quia in hac materia Doctores etiam subdistinguunt sequentes Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. De quo Moder maximè Roma. in dicta l. si is qui pro emptore. facit mētionem. & Abb. in dicto c. mulieres. Et in hac materia conclude ea quæ dicta sunt in mandante: an mandans dicatur verè vel fictè facere: quia idem est in isto passu: de quo articulo satis dixi in verbo, Sempronii mandatorem. Et vltra Docto. late dixi in l. j. ff. de verborum oblig. & in terminis istius quæstionis adde dominū Anto. de but. Imo. in c. j. extrà de offic. deleg. qui sequuntur opinio. Barto.

10 *Opem præstans qua pœna puniatur.*
11 *Condemnato principali in plus propter eius contumaciam, idtud non nocet opem præstanti, ita si acrius punitur principalis: quia confessus est non proderit hoc præstanti opem nisi etiam ipse confiteatur.*
12 *Pœna minori existente in ciue quàm in forensi, si forensis opem præstat ciui, an qualitas ciuis prosit forensi ad minoritatem pœnæ.*
13 *Opem præstare maleficio quando quis dicitur.*
14 *Ignorantia nunquam est in consultatione ubi quis dat operam rei illicitæ.*
15 *Præstantes opem an puniuntur pari pœna sicut principalis quando præstantium opem magna erat multitudo.*
16 *Præstans auxilium & fauorem, an sit arbitrio iudicis puniendus, & non ut principalis quando auxilium & fauor est simplex, id est maleficium ita est executum ac si non interuenisset.*
17 *Præstans opem an puniatur sicut principalis, quando fert opem per actum remotum, non autem proximum facto.*

10 **Ange.** † Quæro qua pœna puniatur præstās opē. Respondit Dy. quòd punitur media siue minori pœna eius qua puniretur principalis, per l. is qui opem. ff. de fur. Sed Barto. ibi dicit quòd regula est quòd
b eadem pœna qua principalis tenetur, teneatur etiā præstans opem: vt dicta l. is qui opē. & dicta l. nihil interest. fallit in casu l. j. C. de rap. virgi. & in l. j. C. de nili. agge. nō rumpen. & ibi Angel. Item fallit quando præter positum aliqua qualitas plus est in vno, quàm in alio: tunc præstans opem non punitur secundùm qualitatem principalis: quia qualitas vt putà quòd hoc vt efficiatur fur manifestus, non fuit ex eorum proposito: vt dicta l. is qui opem. secus si à principio talis qualitas erat, tūc propter delinquentis qualitatem, vt quia est nobilis cuius maior est pœna, in plus tenetur præstans opem: argu. l vtrum. ff. de parricid. ita dicit Barto. in l. is qui opem. Sed Salice. multum latè in dicta l. j. de rap. virg. in versi. quæro ad declarationem prædictorum. tenet opinionem Dy. & dicit quòd illa est regula quæ dicit quòd pro minori pœna teneatur, & vbi est aliter prouisum, est fallentia: dic vt ibi per eū: quia sufficit remissio ne nimis longus videar. & vide etiam omnino Salic. in dicta l. j. de raptu virg. in versic. quæro si propter qualitatem inhærentem &c. Sed Bal. in l. non eo minus. C. de accus. in versi. hoc præmisso circa q. &c. tenet contra Bart. dicens quòd dictum Bart. est cōtra l. moris. §. iste ferre. ff. de pœnis. vbi etiā decurio mandat vili personæ homicidium committi, an teneatur pœna vt tenetur vilis, an vt nobilis, & tenetur vt decurio: vt ibi, & sic non subijcitur bestijs, licet vilis subijci posset. Nō obst. d. l. vtrum. quia ibi esset specialis propter criminis immanitatem, vel secundò dic quòd ibi est propter qualitatem quæ est in offenso, quæ aggrauat factum & qualitatem in personam mandantis & mādatarij. Sed in q. supradicta solùm loquitur de qualitate quæ est tan-
c tum in offendentibus. igitur &c. & istud teneo. ' Ex quiu bus infertur secundùm Barto. in dicta l. is qui opem. † q̄ si principalis condemnatus sit in plus propter eius cōtumaciam, quòd istud non nocet præstanti opem: quia ista qualitas superuenit præter eius propositum. Facit pro Barto. in l. j. & quod ibi not. per glos. Bar. & Bald. ff. de in litem iuran. cum similibus. & idem dicas ecōtra si minus punitur propter suam confessionem ex beneficio statuti quod certam partem remittit confitenti: tunc talis minoritas pœnæ propter principalis confessionem nō prodest præstanti opem nisi etiam ipse confiteatur. ita eleganter dicit Bartol. in l. libertos quos. §. penult. ff. de ali. & ciba. lega. Et prædicta procedunt quando qualitas quæ est in
12 principali auget pœnam. † Quid ecōtra si minorat, puta minor est pœna in ciue, quàm in forensi, & forensis præstat opē ciui: an qualitas ciuis prosit forēsi ad minoritatē pœnę: dic q̄ nō: vt expresse probatur in l. j. ff. de parric. & in l. qui seruo. §. idē placuit. ff. de fur. ita dicit ibi not. Bar. & sic forensis præstans opem ciui tenetur pœna forensiū, & patet in filio præstante opem extraneo vt patrem occidat, qui punitur vt parricida, & extraneus occidens, vt simplex homicida: vt dicta l. j. in fi. ff. de parricid. ita dicit Sali. in dicta l. j. de rap. virgi. versi. quæro enim si qualitas &c. & ratio est quia opem præstans nō dicitur accessoriè obligari, vel venire obligationi principali, qui si ita esset teneretur omnino eadē pœna, & non plus: vt §. fideiussor. instit. de fideius. sed dicitur accedere factum suum facto principalis. Nam si principalis cōmittat factum vel maleficium nunquam præstās opem tenetur: vt l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupto. ita dicit Bart. in dicto §. itē pla-
13 cuit. † Quærit Barto. in dicta l. is qui opem. in fi. & in l. in furti. §. ope. ff. de furt. quando dicatur præstare opem maleficio. & dicit quòd aliquando ante maleficiū, vt præstando ferramenta ad furtum: vt l. si pignore. §. ferramēta. ff. de furt. vel domū vt se reponat ne videatur ab aliquo, vel vt de maleficio possit loqui: vt l. si amici. §. j. & ibi Bart. ff. de adult. Et iste dicitur præstare opem maleficio, vt dictis iuribus, & punitur ea pœna qua principalis.

Secundo modo dicitur præstare opem ipsi maleficio assistendo, vt habilius committatur vt in nostra inquisitione: & tunc etiam simili pœna tenetur: vt l. j. C de raptu virgi. Primò tamen casu nō est necessarium quòd ponatur tempus auxilij ante præstiti: sed sufficit locus & tempus delicti principalis: quia tunc commisso delicto ille obligatur: vt l. qui seruo. & ibi Barto. & l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de fur. ita not. dicit Bar. in dicta l. in furti. §. ope. Tertio modo dicitur præstare opem post maleficiū commissum: vt putà associando eum, vel præstando auxilium ad euadendū: & iste non potest puniri vt præstās opem maleficio, quoniam non præstitit ad maleficium committendum, sed ad euadēdum: ideo tenetur ex tit. de his qui latro. l. j. & ij. vide Barto. in l. furtum. §. non committit. ff. de furt. & Barto. & Angel. in l. j. de his qui latro. & in l. non eo minus. C. de accusa. Et prædicta etiam videas: vt dixi in glos. super verbo, & Andræam auxiliatorem &c. circa princip. Prædicta procedunt nisi per prius datum esset consilium: vt putà facias quòd ego adiuuabo te ad euadendum: tūc ex illa spe data videtur datum auxilium ad maleficium committendum, & tenetur eadem pœna.

b ¶ Eadem pœna. Adde circa hoc & vide Cepol. in consil. xxxiij. Ber. & tu vide circa hoc latè per dominum meum Socinum in cōsilio clxxxviij. col. iij. versi. sed iterum. & in col. seq. & seq. in versi. confirmatur ista responsio.

ADDITIO.

¶ Tu adde quòd cum Dy. tenet do. Bonifa. vitalinus, in suo opere malefic. in rubri. quid sit accusatio in forma accusæ porrectæ per syndicum. nu. ciiij. versi. sed pone quòd quidam fuit accusatus &c. Fely. verò in c. j. de offic. delega.

c ¶ Teneo. Adde Cep. in consi. xxxvj. col. iiij. & Barto. in consil. lxv. incip. ad declarationem. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd canonistæ hanc difficultatem tetigerunt. in c. j. de offic. deleg. post glos. & licet communiter canonistæ sequantur opi. Bart. in dicta l. is qui opem. maximè do. Anto. de but. Abb. & Imo. in dicto c. j. qui approbant omnes suprascriptas opin. Bart. de quibus suprà. Tamen aduertendum est in hac materia, quòd licet etiam Ange. in dicta l. is qui opem. sequatur Bar. ibi. Tamen ipsemet Ange. in l. j. C. de nili. agge. non rumpen. aliter loquutus est vbi reprehendit hæc dicta Barto. dicens quòd nunc præstans opem punitur eadem pœna qua faciens: procedit quando sciuit, vel scire debuit illam qualitatem inhærere delinquenti: putà quia sciebat illum fore nobilem, vel fore filium eius quem occidere volebat. & allegat l. vtrum. ff. de parricid. & l. fi. ff. de recepta. subdēs q̄ cū hæc quæstio aliàs Perusij fuisset de facto contra doctri. Bart. fuit iudicatum, & pœna mortis non fuit imposita illi opē præstāti: & sic præstans opem euasit à pœna mortis: quia non fuit probatum nec articulatum quòd præstās opem sciret illum esse filiumfa. vel esse nobilem, & certè secundùm ipsum rectè fuit iudicatum. Sed tu in hac materia,
14 adde quòd dubito quod pessimè fuerit iudicatum. † Et arguo sic, ratione incōuincibili: quia regulam in iure habemus quòd nunquàm ignorantia est in consideratione, vbicunque quis dat operam rei illicitæ. hæc fuit elegans doctrina Bar. per illum tex. in l. eum qui nocentem. §. pe. ff. de iniur. Sed negari nō potest quin in hoc præstans opē daret operam rei illicitæ: igitur &c. quia principalis maleficium volebat committere: ergo ignorantia non attenditur. Præterea, & secundò vbicunque ignorantia non venit ex defectu iniuriati, non excusat iniuriantem. l. itē apud. §. fi quis virginem. ff. de iniur. Sed in casu Bart. ista ignorantia nō habuit ortum ex defectu occisi, vel ex defectu occidentis: ergo non excusat præstantem opem. Et per consequens male dixit Ang. nec obst. d. l. vnum. quia si rectè ponderetur, loquitur de eo qui est cōscius delicti, sed nō qualitatis delicti. Nec ob. l. j. ff. de recepta. quia ibi receptans non dabat operam rei illicitæ. Item adde in hac materia Bald. in l. hæc verba. ff. de his qui not. infa. in vlti. col. facit mentionē qualiter fuit altercatio inter Dy. & Bar. & alleg. do. Bart. in d. l. is qui opem. Adde etiā q̄ Gandi. in tracta. malefi. sub rubr. an mandās, & fieri faciens homicidium, puniatur vt homicida. in quæstione quæ incipit, item pone Titius cōmisit homicidiū, aliqui alij fuerunt accusati quòd dicto Titio dederunt auxiliū & fauorem &c. dicens quòd cùm ista quæstio fuisset de facto trāsmissa fuit Bononiā do. Dy. de musello, & domino Bonagratiæ, & quibusdam alijs legisdoct. quòd ipse Gand. cognoscebat dubitarūt prędicti Doct. de decisione: quia videbatur quòd dicti auxiliantes deberent puniri eadem pœna qua homicida, iuxta illud, agentes & consentientes pari pœna puniuntur: vt l. item mela. §. is qui. ff. ad legem Aquil. l. diuus. ff. de iure fisci. & quia in maleficijs voluntas ipectatur. l. qui ea mente. ff. de fur. ex alia parte videbatur prædictos auxiliatores non tam graui

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœna debere puniri: quia constat eos minus deliquisse.
Item quia inter criminis reos, & fraudis participes, multum interesse iura constituerunt. l.si multi. ff. de publica. Nam de ope quis nõ tenetur nisi crimine consummato: vt l.sæpe.ff.de verb.oblig. & de hoc est decretalis, q̃ non tamen punitur in c. sicut dignum. extrà de homicidio. Demum post multas altercationes & allegationes, dicit Gand. quòd fuerunt dicti Doct. in concordia, quòd dicti auxiliantes puniantur media pœna, qua dictus homicida debeat puniri, vel ex forma iuris communis, vel ex forma statutorum. Et idem affirmauit Gandi. in rubr. de pœna asso. & fugere facientis homicidam. Limitabat tamen non habere locũ quòd si dicti auxiliantes fuissent causa homicidij, vel dederunt causam mortis: quia tunc tanquam homicidæ tenentur, & puniri debẽt, per l.nihil interest. ff. de sica. Ita dicit Gandi. in d.q. sub rubrica, an mandans vel fieri faciens. Item adde quòd inquãtum
15 vera esset doctrina Bart. in dicta l.is qui opem. † Tamen Ioan. de Imo. in c.j. extrà de offic. deleg. limitat nisi esset magna multitudo præstantium opem: quia tunc posset procedere quòd principales magis punientur quàm alij. allegat c.latores. extrà de cleri. excom. vbi etiam videtur expressum q̃ quando non est magna multitudo, omnes pariter puniuntur. Nec distinguitur de præstantibus opẽ ad ipsos principales: sed certè miror quòd d. Io. de Imol. in hoc non allegauerit Angel. in terminis hoc dicentem in dicta l. is qui opem. qui dixit, quòd si faceret strages multorum, quòd soli corporales punirentur. & allegat d.c.latores. Item adde in hac materia vnam mirabilem
16 limitationem, † quòd licet præstans opem, pari pœna deberet puniri secundùm doctrinam Bart. vbi suprà. Tamẽ Ioan. Andr. in c.felicis. de pœnis. lib.vj. dicit q̃ vbicunq̃ auxilium & fauor est simplex, eo quòd maleficium non est actum: sed ita est executioni mandatum sicut & si nõ interuenisset, quòd tunc auxilium & fauor arbitrio iudicis puniendus est, & non pœna ordinaria, qua punitur principalis. Et istam mirabilem doctrinã sequitur Ange. in l.in furti. §.ope. ff. de fur. & Ange. in dicta l.is qui opẽ. vbi multum exclamat de ista doctrina, & dicit istam doctrinam esse menti tenendam. Et adde quòd similis est glos. in cle.j. de pœ. in glos. super verbo, defensauerit. circa mediũ. Tamen dicit quòd nudus fauor est quãdo &c. & per hoc alias defensaui à pœna furcæ vnum qui præstiterat auxilium quinq̃ latronibus, qui noctis tempore furati sunt vnã apothecã à qua exportauerunt vnã petiã veluti qui acceperunt vnum alium qui præstaret sibi auxilium. Nam iste qui præstitit auxilium nihil fecit: quia non aperuit apothecam, nec asportauit illam petiam veluti: stetit tamen super viam cum alijs quatuor: interim q̃ ille alter surripiebat illam petiam veluti: & apothecam illemet frangebat. Nam dicebat quòd iste sextus præstitit fauorem simplicem: quia omnino illi quinque illud delictum executioni mandassent sine isto sexto. Vnde dicebam quòd pœna ordinaria nõ debeat puniri per præ-
17 dicta, & ita fuit iudicatum, & hæc not. bene. † Item adde aliam mirabilem limitationem quam tradit Bald. in l.j. C. de crimine pecul. qui per illum tex. dicit quòd licet Doct. dicant quòd præstans opem punitur eadem pœna qua principalis: hoc est verum quãdo fert opem per actũ proximum facto: putà assistẽdo facienti delictũ. Sinautẽ fert opem per actum remotum à facto, tunc mitius punitur, & quomodo fit illud mitius, dicit quòd est arbitrariũ, & dicit quòd ita consuluit Dy. & dicit quòd de hoc etiã not. per Cy. in l.j. C. de nili agge. non rumpen. & dicit q̃ facit c. sicut dignum. extrà de homic. & dicit quòd ratio differentiæ inter opem proximã facto, & remotam à facto est: quia mitius punitur factum remotũ, quàm factũ proximum in l.j. ff. de extraord. cri. Et subdit quòd nescit quid dicat Cy. in d.l.j. C. de nili agge. non rumpen. Et dicit q̃ ista est veritas: quia dicit quòd cum opem ferẽs agit in actu, æquè deliquit, & tunc punitur sicut principalis: cum verò non agit in actu, sed aliquid præparatorium facit: putà quia ferramenta accommodauit. Iste non æquè deliquit sed mitius. Et ideo mitius punitur. facit ff. ad legem Cornel. de sicar. l. infans. & hoc est quòd affirmauit etiam Salic. in l.j. in col. viij. C. de raptu virgi. qui dixit q̃ si præstans opem est causa delicti, ipse punitur ea pœna qua principalis. & dicit Sali. quòd istud probatur de iure canonico in dicto c. sicut dignum. Et subdit Salice. q̃ vbi est maior culpa, debet infligi maior pœna. l. diuus. la secunda. ff. de falsis. cum similibus. Sed non est dubium q̃ est maior culpa in eo qui opem præstando, præstat causam mortis vel alterius delicti, quàm qui causam nõ præbet, licet opem præstet. Et hãc rationem dicit ponderasse theologos etiam canonistas in dicto c. sicut dignum. Et ideo dicit quòd opinio Barto. quam iudices immitantur, occidit animos ipsorum. Et pro hac opinione est casus in terminis contra Barto. in c.j. extrà de offic. deleg. vbi tũc præstans opem punitur eadẽ pœna qua principalis quãdo præstat opem cooperatiuam ipsi delicto. & ita illum tex. ponderauit ad hoc ibi do. Cardi. non ita rectè ponderauit illũ tex. in cle.j. de pœnis. & ita in practica limitarẽ dicta Bar. licet cõtra dictam limitationem fortiter obstet text. insti. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun. in §. at vbi ope & consilio. vbi ille qui præstitit ferramenta ad delictum committendum, & sic præstitit auxilium remotum à facto, nihilominus incidit in illam pœnam in quã principalis incidit, nisi dicamus quòd ille tex. & alia iura quę similiter hoc dicũt: quia multi tex. etiam reperiuntur qui hoc dicunt, loquuntur de pœna quadrupli. Nos verò loquimur de pœna capitali.

18 *Persuadens uel consulens maleficium, dicatur opem præstare, & ut præstans opem maleficio posit puniri.*

18 a **Ange.** †An autem quis persuadens a maleficium committi, vel si consuluit, dicatur opẽ præstare, & vt præstans opem maleficio possit puniri. dicit Bar. in l.in furti. §.ope. in fi. ff. de fur. §. quòd nõ. quia proprie consulere non est præstare opem: de quo plenè per Salic. in l.j. de raptu virgi. in ver. ideo ante omnia quæro &c. Et an ex consilio quis teneatur. vide latè per Bald. & Salic. in l.j. C. de ser. fugi. Dic omnino vt ibi per eos, qui ibi plenè & perfectè loquuntur.

ADNOTATIO. a ¶Persuadens. Adde tu circa hoc quæ ponit d. Alexan. in consi. lxix. in j. vol. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quę dicta sunt suprà in hac eadem glos. per do. Angel. in j.q. & quæ dixi in additione. Aduertas tamen quòd non dubito ista esse penitus diuersa, & nõ credo q̃ ex inquisitione formata de eõsilio posset sequi condẽnatio de auxilio, vel ecõtra: quia ista sunt penitus separata. d.l. qui seruo. §. fi. Præterea diuersæ sunt pœnæ. est casus in terminis, instit. de obl. quæ ex delic. nascun. in §. at vbi ope. ibi, sed tantùm consilium dedit. & multi sunt tex. qui etiam hoc dicunt. adde in materia consilij pulchrũ consilium Bart. clx. quòd incipit, in quæstione qua quæritur, vbi ponit quando quis tenetur de consilio.

19 *Maleficio commisso per unum ex duobus simul stantibus: an ex hoc solo quòd stat secum, dicatur præstare opem.*

19 **Ange.** †Quæro quando duo stant simul, quorum vnus committit maleficium: an ex hoc solo q̃ stat secum, dicatur præstare opem. dicit Inno. in c. contingentia. extrà de cle. percus. dicit quòd sic: & idẽ not. Bald. in tit. de benefi. fra. c.j. in vlib. feud. quod tamen intellige vt infrà dicetur in hac ead. glos. in ver. & aduertas bene. & est not. doctrina Bal. in l. non ideo minus. de accusa. & in l. data opera. C. qui accusa. non pos.

Augusti. Tu autẽ in hac materia aduertas, quia ego latè posui istam materiã suprà in glo. quæ incipit, dictus Andreas armatus. super prima quęst. in additio. meis: ideo hic aliter non me extendo, ibi latissimè dixi.

20 *Procedi si non debet contra opem præstãtem: necesse est probare cõtra opẽ præstantem factum principale, & operis præstationem.*

ADNOTATIO. a ¶Principalis. Adde quòd idẽ dicit Bal. in consil. ccxxix. in iij. volu. Petr. de ancha. in cõsil. ccxvij. in fi. & Bal. in consi. xxxv. in j. volu.

Limita

21 *Limita uerſiculũ præcedentẽ niſi ſimus in caſibus in quibus aliq̃ principalis punitur, tñ aliter nõ poteſt cõſtare de delicto, niſi per confeſſionẽ principalis.*

20 **Ange.** †Quæro ad hoc vt procedi possit contra opem præstantem, necesse est primò quòd constet opem præstantem deliquisse, & delictum factum fuisse verè, vel per testes vel per confessionem principa-
a lis a. nam si est cõtumax & ex forma statuti habeatur pro confitente: tamen talis confessio non obest opẽ præstanti nec per hoc contra opem præstantem potest procedi. ita no. dicit Bar. in l.si is. §. si tu titium. ff. de fur. & in l. denunciasse. §. fi. ff. de adulte. Sed si procederetur cõtra præstantem opem necesse est probari ipsum principalem cõmisisse maleficium siue nõdum principalis esset damnatus siue iam damnatus erat: ratio quia cum ipsum factum accedens non posset esse sine principali: vt d. §. si tu titium. opem prius constare de eo vt ibi. & tene tamen mẽti quòd quamuis probatio facta esset contra principalem non habet obesse præstanti opem nec etiam sententia lata contra eum: vt C. de fide instru. l.si veteris. est ergo necesse probare contra præstantem opem factum principale & operis præstationem. Ita dicit Sali. in l.j. C. de rap. virg. in ver. quòd succesiuè &c.

ADNOTATIO a ¶Principalis. Adde quòd idẽ dicit Bal. in consil. ccxxix. in iij. volu. Petr. de ancha. in cõsil. ccxvij. in fi. & Bal. in consi. xxxv. in j. volu.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd nedum opus est quòd constet de delicto ad hoc vt possit procedi contra præstantem auxilium per illum. §. si tu titium. Sed Bald. multum eleganter in l.j. ff. de seruo cor. in addi. per illum. §. si tu titium. dixit quòd testis qui vult probare auxilium non poterit probare nisi probet factum: quia à cuius sensu & cognitione remouetur principale & eius accessorium necesse est vt remoueatur. & allegat. dicto §. si tu titium. & qui vult probare aliquid debet probare illud sine quo illud esse non potest: & à quo remouetur cognitio antecedentis remouetur cognitio consequentis. l.j. in princip. ff. de iusti. & iur. l. illud. l. antiqui. ff. si pars hęre. pe. Et ideo debet testis de quolibet deponere & fortius ibi dicit si testis faceret incidentem mentionem de crimine principali, fortè non sufficeret arguendo à simili de verbis testis & instrumenti, quę non probant id de quo incidenter tangit: vt not. Innoc. in capi. illud. de præsumpt. Et dicit quòd ista. q. modo est de facto Florentiæ: sed dicit quòd contrarium credit per. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. Adde etiam Barto. in consil. suo. clxxxiij. quod incipit tudertinus quidam veniens coram iudice &c. per illum. §. si tu titium. dixit quòd ille qui venit tanquam accessorius ad delictum non punitur nisi constet
21 principalem deliquisse. † Limitarem tamen prædicta nisi simus in casibus in quibus aliquando principalis punitur tamen aliter non potest constare de delicto nisi per confessionem principalis vt latè dixi supra in glo. in verbo publica fama. in versi. tanquam aliquis est casus q̃. vbi dixi quòd si aliquis confitetur se plures homines occidisse & eorum corpora proiecisse in mari & in eadem glos. in xij. q. principali: quæ conclusiones an sint veræ vel falsæ dic vt ibi. Adde tamen quòd Ange. in d. §. si tu titium. dixit quòd assessores non intelligunt dicta Bartol. b in d. §. si tu titium. Nam qui dixit ibi non posse procedi de auxilio & fauore, nisi constet de maleficio in processu auxilij & fauoris: & ideo credunt assessores quòd absoluto principali non poterit fautor condemnari. sed malè dicunt. dicit Angel. ibi. Nam dicit concedo quòd de maleficio oportet constare in dicto processu. Constare autem potest dupliciter. Primò per testes. Secundò per cõfessionem veram impetiti de fauore. Tertiò per confessionem factam eisdem, putà quia contumax est & patitur banniri, ita quòd ex forma statutorum haberur pro confesso & conuicto. & propterea si accusatur principalis & fautor & principalis comparet & absoluitur quia maleficium non probatur, & fautor est cõtumax & bannitur, satis probatum est maleficium contra eum. Vnde ipse condemnabitur sicut dicimus defuncto autore criminis contra quem non potest probari maleficium propter mortem cùm non possit contra eum esse iudicium. Nam poterunt fautores accusari & condemnari & sic cũ eis maleficium, probari. casus est in terminis in l.ij. ff. ad turpil. quem text. dicit esse menti tenẽdum. Si autẽ principalis esset absolutus eo quòd esset probatum maleficiũ non esse commissum, tunc non potest fautor condemnari propter suam contumaciam: quia non posset plus operari illa ficta confessio quàm vera: sed doct. quòd maleficium nõ fit commissum cum vtriusq̃ eadem sit causa defensionis: probationes tunc tendentes ad absolutionem rei prosunt etiam fautori. l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adulte. Et ideo nõ est standum illi confessioni tanquã falsæ: si non staretur veræ. l. confessionis. ff. de interroga. acti. etiam dicit quòd si tu assessor maleficiorum pur times consulas superiorem vt possis tali contumaciæ gratiam facere. l.j. §. fi. ff. de quæstio. & hæc bene nota in practica: & doctrinam Barto. in d. §. si tu titium. in terminis approbat Pet. de ancha. in consi. suo. ccxvij. in fi.

22 *Proceſſus in quo inquiritur ſpecialiter contra Titium & in genere contra eius auxiliatores an ualeat.*

22 **Ange.** †Quæro an valeat processus si inquiritur specialiter contra Titium & in genere contra omnes eius auxiliatores & mandatores. dic quòd sic, vt est text. in cle. pastoralis. de re iudi. & ibi Pe. de ancha. tu dic vt ibi per Modernos.

Augusti. Tu adde & dic vt ibi per Moder.

23 *Receptans malefactorem quando teneatur.*

23 **Ange.** † Quæro quia supra dixi quòd post maleficium etiam dicitur præstari opem. Quid de eo qui ipsum malefactorem excipit, & vide text. quis dicatur recipere siue receptãs in l.j. §. quod autem ait prętor. ff. de ser. corrupto. & in l.j. §. j. ff. de recepta. & ibi Bal. & vide eũdem in l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. & per Bald. & Ange. in l.j. C. de his qui latro. Et primò aduertendum est quòd necesse est quod receptans sit sciens, q̃ ille maleficium commiserit aliàs non tenetur. Et dicitur sciens si erat publicum: ita dicit glos. & Barto. in l.j. ff. de receptato. Secundò quòd si receperit consanguineũ: tunc licet teneatur eadem pœna: tamen iudex ex iusta causa potest minuere pœnam: ita intelligit Barto. in l.ij. de recepta. & aduerte ad id quod not. Barto. in l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. nam si recipio furem etiam scienter non sum fur sed opem ei præsto post maleficium vt supradictum est. Si autem recipio ipsum cum re furata & scienter committo furtum secus si ignoranter: vt l. eos. C. de fur. & illud quod dicitur per d.l. est intelligendum, quando omnino nondum erat perfectum delictum vel habitum pro perfecto vel absoluto, aliàs autem si post delictũ habitũ pro perfecto recipit rẽ furatã vel aliquid auxilij præstiterit furi, nõ dicit auxiliũ præstitisse furto & sic
b furti nõ teneẽ. Ita singulariter b dicit Bar. in l. furtũ. ff. de fur. quod nota pro intellectu d.le. eos. Et ita isto anno allegaui & practicari vidi: vide etiã quæ dicta sunt supra de ista receptatiõe in gl. super verbo, & vestẽ cœlestẽ &c.

b ¶Ita singulariter. Adde an pœna quæ imponitur furi possit imponi receptatori stante statuto quòd fur certa pœna puniatur. vide Bald. in consil. ccxlvj. in j. volu. Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde quòd inquãtum do. Ang. hic allegauit dicta Barto. in d.l. furtum. quòd dubito quòd minus bene alleget inquantum. §. dictum est q̃ receptores furum debent puniri eadẽ pœna qua fures puniũtur. Adde quæ dixit Bar. in l.pe. C. ad l. iul. de vi. Et dixit Bal. in l. data opera. C. qui accusare. in iij. charta q̃ receptores furũ pœna mortis debẽt puniri. & allegat. d.l.pe. & in l.ij. C. de his q̃ latr. & idẽ voluit gl. de pœni. di. j. c. aut facta. & ideo recte dixit Bal. in d.l. eos. C. de fur. q̃ bononię vidit semel quãdã mulierẽ suspẽdi quæ dabat receptaculũ furibus. Adde tamẽ, q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gandi.in tractu maleficiorũ sub rubrica de receptatoribus maleficorum furium latronum & aliorũ videtur restringere prædicta dicens quòd licet iura dicãt ꝙ malefactores & receptatores puniantur pariter. Dicit ipse intelligo ꝙ perinde & pariter, sed nõ simili pœna vel æquali sed pariter: ga malefactor punit & receptator similiter. Et dicit quòd gl. ordinaria in l.j.ff.de recepta.videt istud velle:pro hac parte faciunt ea quæ latè dixi in l.j.ff.de le.j.vbi licet lex dicat legata sunt per omnia adęquata fidei cõmissis. Tamẽ hoc fallit in multis:& ideo dicit quòd extraordinariè debẽt puniri:& sic videt intelligere le.j.& ij. C.de his qui latro.& l.j.de recepta.& esset limitatio ad d. l.eos.Et subdit ꝙ debemus intelligere illũ receptare malefactorem qui scienter recipit in suo loco:vel alieno prę stando causam abscondendi:vt.ff. de ser.corrupto.l.j.§.ꝙ autẽ.nã si ignorãs sit nõ tenet:& dicit ꝙ semper pręsumit ignorãtia nisi probetur scientia.ff.de probatio.l.verius.ni si esset notoriũ in l.j.C.qui & aduersus quos. quæ cõclusio an sit vera vel falsa ꝙ opus est ꝙ receptator sit sciens, ipse Gãdi.ibi vltra oẽs disputauit.Et omnino adde pulchra verba Bar.in l.oẽs. vbi latissimè disputauit istã materiam.C.in quibus casibus colo.censiti.lib.xj. per Bar.in l.metrodorum.ff.de pœ.de omnibus istis vide per glo.& doc.in c.j.§. receptatoribus. de pace iura.fir. Vide bonum tex.in l.j.C.de rap.vir.& disputauit latissimè Flo.in q.sua incipiẽte inquisitus.in ij.dubio.Bal.in l. quicũqꝫ. in j.col.C.de ser.fugiti.Bar.in l.j.§.ij.ff.de incen.rui.& nau. per Do.de sancto Gemi.in c.quicũqꝫ.de hære.in vj. vide tex.in c.ij.de hære.& noto etiã quę dicit Bal.per illũ tex. in l.ij.C.de adul.quòd si receptans bannitũ suspiceatur ipsum esse bãnitum nõ aũt haberet notitiam veram ipsum esse bannitum ꝙ tunc nõ punitur. Itẽ adde quæ dixit Bal.in c.j.§.conuenticulas.Limitando ibi glo. quæ dixit quòd nõ licet receptare attinentem vel cognatum banni tum propter violẽtiam pacis. Et omnino vide Gandi. in
a loco suprà allegato vbi multum eleganter loquitur[a].

ADNOTATIO. a ¶Loquitur. Adde.d. Nellum in tractatu bannitorum in iij.parte secundi temporis,in xx.& xxj.q.

24 *Præsens maleficio non dicitur præstare opem nisi astitat ut ille habilius committere posit & hoc probatur.*

24 Ange. †Et aduertas bene ꝙ licet quis sit præsens maleficio nõ tamen dicitur præstare opẽ maleficio nisi ibi assistat: & hoc probetur vt ille habilius cõmittere possit:vt est tex.& ibi Bar.& Ludo.in l.j.§.sed in eo.ff.ad silla.Et idẽ voluit Bal.in d.l.nõ eo minus. in vlti. charta.ver.iuxta hoc quæro pone ꝙ duo &c.vbi dicit nũ quid eoipso ꝙ probatur ꝙ duo erãt simul qui intulerãt diuersa vulnera sit probatũ de auxilio principalis & de fauore.& dicit ꝙ non . Ex quo infert ꝙ quãdo sunt plures in eodẽ loco cõgregati quilibet tenetur nõ de eo ꝙ alij faciũt nisi probaretur distinctè & clarè quomodo & qualiter vnus impendisset auxiliũ alteri:vt no.ff.vi bo.rap.l.ij. §.si qui.quod nunquã exeat mentẽ tuam: quia hic Ferrariæ habui de facto ad consulendũ.& ita debet intelligi ꝙ dixi supra eadem gloss. versi. [quæro quando duo simul stãt. Aliàs aũt Bal.sibimet cõtradiceret:& idẽ voluit Bal. in d.l.data opera.in fi.C.qui accusare nõ pos. Dic etiã vt dixi supra in gl.fama publica.ver.ꝗro an vnũ indiciũ &c.

Augusti. Tu in hac materia quia latè scripsi in hac conclusione supra in gloss. in verbo, dictus Andręas armatus.& in verbo supra in hac eadem gloss.in princip.dic vt ibi.

25 *Receptare an posit uxor maritum bannitum: & non teneri aliqua pœna & an receptans malefactorem qui infert sibi uim teneatur aliqua pœna.*

25 Ange. †Et aduertas etiã illud quod dicitur ꝙ sciẽter receptãs malefactorẽ tenetur. Fallit quãdo vxor recipit virum bannitũ vel delinquentem vt no. Specu.de dona.inter vi.& vxo.§.fi.nam vnus debet compati alterius infortuniũ vt.l.fi cũ dotẽ.§.sinautẽ in sæuissimo.ff.solu.matri.bene facit c.inter alia. de sen. excom. & l.j.C.de diuor. Item etiam prædicta procedunt nisi violẽ tiam malefactor intulerit & receptaretur, quia tunc receptans excusatur:vt no.Bal.per illum tex. in l. in delictis. circa princi.ff.de noxalibus. Ita dicit Ludo. in d.§.sed in eo. quod not.ad limitationem eorũ quæ supradicta sunt in ista ea.glo.versi.quæro quando duo simul stant.

Augusti. Sed vide tu Spe.in loco supra allegato quia nõ ita clarè loquit, sed potest intelligi quòd licet maritus sit bãnitus:tamen vxor grauatur in hoc quòd tenetur ipsi prestare alimenta de fructibus dotis.intelligo extra prouinciam vbi est exbannitus.ar. no.
b in l.extra territorium.ff.de iurisdic.omnium iudicum.[b]

b ¶Iudicũ,& opinionẽ Spe.approbat.d. Nellus in tracta. bãnito.in iij.parte.ij.tẽporis in qꝰ.xxij.& ibi allegat Alb.de rol.idẽ voluisse.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria aliqua an posit inferri in uolentem quæ nullo modo sit punibilis.*
2 *Statutum & consuetudo ciuitatis Pisarum:quòd quis ponat se in manibus sui inimici,& quòd inimicus posit ei facere signum in uultu:an ualeat.*
3 *Pactum iuramento firmatum:de non habendo querelam de iniuria si sibi inferretur:an ualeat.*
4 *Libellus accusatorius non debet de necessitate continere ista uerba contra uoluntatem meam.*

1 Contra voluntatem dicti Titij. † Hoc ideo ponitur quia aliqua iniuria inferri potest in volentem[c] quæ nullo modo est punibilis:vt.l. cum donatio.C. de trãsac.& ibi omnino vide Bal.in l.j.§.vsqꝫ adeò.ff. de iniur. Ad cuius intelligentiam distingue aut à prin. recepit voluntariè vnam alapam,& sic aliquid quod non frangat os vel non scindat carnem & tunc neqꝫ sibi neqꝫ fisco competit aliqua actio, & ita loquantur prædicta iura: aut consentit quòd os sibi frangatur vel caro scindatur: tunc sicut ipse sibimet hoc facere nõ posset,imò si fecisset puniri posset vt.l.fi.§.fi qs aũt.ff.de.bo.eo.qui sibi mor.cõsci.ergo nõ põt alij permittere ꝙ sibi faciat.ita dicit Bar.in d.§.vsqꝫ adeò.facit ad prędicta quòd no.glo.Bart.in l. interdum.§. qui furem.ff.de furt.Et prædicta procedunt quando adest voluntas tempore quo percutitur. Si verò ex postfacto vt quia remito iniuriam & facio pacem,tũc talis remissio tollit actio-
d nem iniuriato non autem[d] ad vindictam publicam.Ita dicit Barto.in d.§.vsqꝫ adeò.in prin.pro quo est glo.ordi.& ibi Barto.in l.ij.ff.ad silla.& sic non obstante pace vel remissione facta ab offenso tamen ad pœnam corporalem vel pecuniariam fisco applicandam poterit conueniri malefactor. Item secus si antequam percutiatur adsit voluntas sed percussionis tempore cessat vt putà dicit rusticus sum contentus quòd si tu reperis me in tua vinea me offendas:nam cum tempore percussionis non adest voluntas tale pactum non valet cum contineat turpe, scilicet quòd maleficium posit committi: vt.l.iurisgen. si ob
2 maleficium. cum si.ff.de pact. † Et ideo non valet statutum & cõsuetudo ciuita.Pisarum quòd quis ponat se in manibus sui inimici & quòd inimicus posit sibi facere signum in vultu:vt est text.in c. contingit . extra de sponsa.excommu.lo.j.Ita dicit Bart. in dicto.§. vsqꝫ adeò.& idem voluit Barto.in lege sed si vnus.§. prætor ait.eo.tit. & posito quòd tale statutum valeat tamen si ille excesit modum in vindicando potest puniri quia arbitrio boni viri debet hoc facere:vt est text.in dicto.§. prætor ait . & tanquam in bonum virum videtur esse remissum etiam si dicatur remitto in te offensam vt iudices in me vt velis. ita dicit gloss.sing.in.l.pen.ff.de arbit.de quo per Cyn.& docto.in lege prima.C.ne quis in sua causa . & in lege secunda.C.de do promiss.& per Paul.de castr.in lege centesimis.§.fin.ff.de verb.obligatio.Et bene aduertas quòd Bald.in authẽ.sacramenta puberum.C.si aduer.ven.dicit
3 †etiam ꝙ iurans de non habẽdo querelã de maleficio vt putà quando offensus vellet se vindicare cõponit se cum aduer

aduersario quòd si contingat se competenter vindicare quòd ille non accusaret eum & ita fuit iuratum ibi dicit quòd tale pactum etiam iuramento firmatum non valet: quia contra publicam vtilitatem. nam vigore publicæ disciplinæ vult maleficia puniri:vt lege licitatio.§. quòd illicitæ.ff.de publi.& lege ita vulneratus.ff. ad legẽ aquil.
4 Adde secundùm Bald.in d.l.eum donationis. † quòd in libello accusatorio nõ est necesse quòd apponatur cõtra voluntatem meam:quia eoipso quod ponitur se mihi iniuriatum vel me fuisse vulneratum vel me verberatũ videor ponere me fuisse inuitum per dictũ §.vsqꝫ adeo.facit quod not.Cyn.in lege nec exemplum.C.de fal.

c ¶Volentem,adde & vide Alex.in consil.ccxvj.in ij.vol. vbi ponit quòd statutum puniens facientem sanguinem in palatio non comprehendit barbitonsorem flobothomantem.Ber.
d ¶Fisco. Adde tu. Andr.barba.in consil.lxvj.in j.volu.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd Cyn.in l.raptores.C. de episco. & ele videtur aliter loqui dicit quòd Dy. in reg. sciente. extrà de regu. iur. limitabat prædicta dicens quòd volenti non fit iniuria tamen non habet locum vbi voluntas esset deceptoria per legẽ primã C.de rap. vir . Subdit tamen Cyn. quòd quidam altius exordiens istam materiam dicũt distinguendo aut quæritur de voluntate tempore commis si delicti aut quæritur de voluntate quæ sequitur post delictum.Primo casu aut est delictũ tale circa quod puniẽdum non consideratur qualitas delicti ratione eius cui infertur : sed etiam alterius vel saltem publicæ vtilitatis quæ est vt talia non fiant vt est in quolibet publico crimine. Tunc licet voluntas aliquid posit operari quo ad se non tamen præiudicat iuri publico vel alij cui ex delicto aliquid acquiri potest vt hic & ff.iniurijs.l.j.§. vsqꝫ adeo. aut est tale delictum in quo consideratur qualitas eius solum ratione eius cui infertur.Et tunc aut voluntas est deceptoria aut non vt suprà dictum est per.leg.j.C. de rap. virg.Sed dicit quòd fallit in casu in l.fi qs seruo.C.de fur.

Quando autem voluntas venit post delictum , & tũc materia non est nostra.Et sic Cyn.certè videtur diuinare & doctrina Barto.suprà.Sed credo doctrinam Barto.veriorem:quia Ang.Rof.& Fulgo.in l.si vnus.§. pacta quę turpem.ff.de pact.aliter loquuntur qui sequentes Barto. dicunt quòd ille text. facit contra illos qui me volentem percutiunt quia possum agere iniuriarum quia non potuit ibi permittere.Sed dicit Angel.quòd Guil. de cu.ibi determinat contrarium , & bene quia iniuria nõ infertur volenti ergo iniuriarum non agitur dicto.§.vsqꝫ adeò. & d.c.scienti.Sed dicit Ange. quòd est verum quòd nõ possum agere pro iniuria quatenus respicit me, quia non est facta mihi ex quo volui . Sed bene potest agi pro iniuria commissa in rem publicam quia non potui tibi concedere potestatem vt amputares mihi manũ aut pedem . lege interdum.§. qui furem.ff. de furt. nam nec ego mihi amputare possum quin puniar.l.fi.ff. de bo.eo. qui mor . sibi consciuerunt. Vnde si non possum mihijpsi inferre.Ergo nec consentire alteri inferenti.ff.ad mace. lege filio.§. fin. C.de legiti.tuto. & sic secundùm Guil . ex prædictis apparet quòd si paciscor tecum vt possis me percutere propria autoritate si vineã tuam sine licentia intrauero quòd istud pactum non tenet.argu. illius.§. pacta quæ contra. & lege conuenire.& lege papi.ff.de pactis dota.& ita dicit Angel.ibi.Sed limitarem ista dicta secundùm Bartol. in dicto.§.vsque adeo. quòd non tenet pactum vt possis me pertutere : hoc verum si scindereres mihi carnem aut os:secus si dares mihi vnam alapam . Cogita pro nunc. Causa autem medicinæ licet prædicta facere : quia licet carnem scindere & sanguinem effundere:vt in c.tua nos. extrà de homicidio . Ita in simili materia dicit Angel.in dicta lege prima.§.vsqꝫ adeo.in fin. extrà de iniurijs. De materia autem an quis possit se ponere in manibus inimici sui vel cõpromissum facere. Latè vltra omnes multa allegando posuit Bal.in c.j.de lege conradi . dic vt ibi per Roma.in l.pen.ff.de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula contra formam iuris & statutorum quæ ponitur in inquisitione.*
2 *Sententia lata licet posit referri ad dispositionem iuris uel dispositionem statutorum tamen magis referenda est ad id quod fuerit de intentione iudicis.*

1 ET contra formam iuris & statutorum communis Bononiæ. Ista verba ponuntur primò vt videatur quòd delictum est punibile. † Nam potest esse aliquod delictum quod licet sit punibile de iure commu-
a ni tamen ex forma statutorum[a] quæ iuri communi derogant non est punibile econtra argumen.nota.per Bartol.in lege prima.§.primo.ff.si quis testa.liber esse iusfue.facit quod not.Bartol.in lege.fin.§.diuus.ff.de public.& facit quòd dixi suprà.in gloss.proxi.præceden. super verbo , contra voluntatem . vt ergo comprehendatur dictum delictum esse & de iure & per statuta prohibitum. Ideo talia verba apponuntur. Vel secundò alio respectu apponuntur . Nam talia verba intelliguntur secundùm intentionem proferentis in iudicio:vt lege si quis intentione ambigua.ff.de iudic.& sic intelligitur quòd est contra statuta à iure approbata : vt lege rerum amotarum actio. & ibi gloss.ff. rerum amotarum. Vel intelliguntur quòd in condemnatione erit contra ius & statuta & in procedendo est contra statuta. Vel tertiò contra formam iuris : & contra ius non reprobatum nec per statuta derogatum . Ita dicit Bartol . in simili in dicta lege rerum. Vel quartò dic quòd sicut in accusatione procedit accusatio de consuetudine, peto eum condemnari secundùm formam iuris statutorum vt not.gloss . in lege senatus.ff. de accusatio.& ibi Bald.& not.Bald. in lege secunda.C. de proba . ita etiam in inquisitione cùm iudex assumat personam accusatoris:vt not . Bartol . in lege secunda.§. si publi.ff.de adul.

ADNOTATIO. a ¶Statutorum,tu autem vide Ro.in consil.cv.& Cal.in titul. de accusa.consil.j.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quæ dixit Bald. in lege gallus.§.si eius.ff. de liber. & posthu. qui dixit quòd ille text. facit ad quæstio. peto in libello quem puniri secundùm formam iuris & statutorũ : nunquid procedat iste libellus : & concludit quòd libellus non procedit si statutum & ius commune non incidit in eandem condemnationem.aliàs secus. Et in hac materia vide ipsum Bald. ibi ponentem quid si alternatiuè dicatur peto eum condemnari secundùm formam iuris vel statutorum. Adde tamen dicta Bal.in l. prima.C.de confess.in versicul . sed dubitatur quia in fine accusationum:qui aliter videtur loqui . Et vide Imol. in dicto.§. si eius . & ibi latè dixi . & omnino vide dicta Bartol.in lege secunda.§.si in publico.ff.de adulte.qui dicit quòd de consuetudine iste libellus procedit per illam gloss.sing. in dicta lege senatus . & ideo rectè dicit Bald. in dicto.§. si eius . quòd aduocati communiter sciunt illam gloss . singu.in dicta lege senatus . & in hac materia vide pulchra verba Bald . in dicta lege edita.in decima sexta columna.C.de eden.& per Bald.in lege obseruare. §.proficisci.ff.de offic. proconsul . & lega.in trigesimasecunda quæstione qui faciens mentionem de doctrina Bartol.in dicta lege rerum.derobata omnia ipsa quid important illa verba:bene faciunt dicta per Bal.in lege eos C.de appel.Ioan.andr.in c.statutum.de appel.in vj. & in lege si quis.§. quæsitum.ff. si quis caut. Ro. in rubric. de arbi. in decimaquinta colum. Bald.in l. generaliter. in x. colũ.de epis.& cleri. Bald. in l.præscriptione.C.si contra ius vel vtili . publi . Bald . in lege vinum. ff. si cert . per. Bald.in lege quicunqꝫ.C.de ser.fugiti.circa medium. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bald.in extrauagãti de pace consta. in versicul. sententiæ, Florian. in l.in delictis.§. si de certa.ff. de noxa'. & Bald.in lege illa institutio.in fin.princip.de hæred. instit. & vide quod dicetur infrà in gloss.se.

Adde quod multum eleganter de hac clausula secundùm formam iuris & cõstitutionis vel statutorum: dixit
2 Cal.in consil.suis cõsi.j.in titu.de accusa.qui dixit† quòd licet sententia postea lata possit referri ad dispositionem iuris vel ad dispositionẽ statutorum,tamen magis referẽda est ad id quod fuerit de intentiõe iudicis,& hoc cõprehendetur ex impositione pœnæ vel alijs consecturis: & ista sunt maximi effectus: quia poterit esse si referreẽ sententia ad dispositionem iuris reus condemnatus esset infamis quòd non esset si referretur ad dispositionem statutorum.ibi vide Cald.multum subtiliter arguentem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula super quibus omnibus & singulis: quare ponatur in inquisitione.*
2 *Consuetudo obseruat quòd supradicta uerba ponantur loco conclusionis.*
3 *Clausula supradicta etiam est utilis quo ad procedendum uide ibi.*
4 *Item etiam utilis quia non se,arctat iudex ut ibi. & quibus clausulis in ciuili ista clausula æquiualeat in criminali.*
5 *Item æquiualet clausulæ: & prædicta petit non tantum dicto modo &c.*

a SVper quibus omnibus & singulis, ministerio Prædicta verba cum apponuntur & diuersimode secundùm quòd cautus iudex est.† Nam licet in ciuilibus libellis necessaria sit cõclusio: vt no. Inno. in c. super literis. de rescr. & docto.in l.j.ff.de eden.& in lege edita.C.eod. Tamen in criminalibus in accusatione vel inquisitiõe non est necessaria conclusio sed sufficit quòd narretur maleficium. facit leg.j.§.j.& ibi Bartol.ff.ad turpil. Ita dicit Barto. in lege libellorum.in fin princi.ff.de accusa. Bald.in dicta l.
2 edita.† Consuetudo tamen obseruat quod loco cõclusionis apponantur dicta verba scilicet super quibus omnibus & singulis procedere intendit: & repertum culpabilem punire aut secundùm formam iuris aut statutorum vel cautela est quòd misceas de iure communi: & etiam statutorum: & sic non dicas alternatiue vel distributiuè quòd tene bene menti. Et sis bene cautus in formando
3 istam clausulam.† Ita not.dicit Bartol.in lege secunda.§. si publico.§.de adul. versicu.quæro vtrum in inquisitione vel etiam est vtilis ad aliud quia potest dicere procedere intendunt secundùm formam statutorum & punire, aut secundùm statuta,aut secundùm ius cõmune,aut secundùm statuta tantùm: aut secundũ statuta simul & ius cõmune. Ita dicit Barto. in l.j. versic.item quæro quid si hoc in statuto non cauetur.in fin.ante versicu. vltimò quæro. C.de summa trini.& fide catho.tunc si seruatur statutum in procedendo poterit pœnam imponere secundũ legem quam intentauit aut iuris communis aut statuti tantùm aut vtriusq; quòd maiorẽ pœnã imponat quod tene menti perpetuo. 4 †Quartò est vtilis dicta clausula: quoniã per eam apparet quòd iudex nunquã inquirit connexe, sed diuisim: cùm dicta clausula sit diuisoria. & ideo sufficit alterum ex intentatis probari quia non videtur se ar
b ctare ad omnia probanda.ita dicit Bal.in l.ij.C.de probatio.vbi omnino videas vide etiam eundem in le.j. in vij. q.C.qui accu.nõ possf.Et Florianus in l.in delictis.§.si de tracta.ff.de noxa. & sic ista clausula in criminali tantùm importat quantũ in ciuili importat illa clausula nõ astrin
c gens se ad probandum &c.& quantùm illa clausula vide licet scilicet & prædicta: dicit, proponit, & petit fieri simul & diuisim &c.de qua in l.diuus.ff.de re iudi.& Bartol.in lege edita.C. de edendo. & quantùm importat illa
d clausula petens fibi iustitiam ministrari de qua in c.ij.de ordi.cogni.† Et quantum importat in ciuili illa clausula, scilicet & prædicta perit nõ tantum dicto modo, sed etiã omni alio meliori modo &c.de qua per Imol.in le.fi.cùm nulla.ff.de re iudi.quod not.perpetuo.

ANNOTATIO a. ¶Super quibus omnibus, Adde & vide Bar.in cõsil.cxvij. vbi si accusatio fuit instituta de percussione cũ sanguine & probatum de percussione an sequi debeat absolutio vel condemnatio virtute dictæ clausulæ.

b ¶Bal.in l.ij.adde & vide Ro.in cõsi.cx.inci.q.consultationis.vbi tenet contra opinio.Bal.in d.l.ij.vbi per te videas: & dicta R.sequitur Barbat.in consil.x.j.volu.Ber.

c ¶Non astringẽs.adde de hac clausula Alex.in cõsi.lxj.in ij.vol.& cõsi.vj.& in cõsi.xlij.in iij.vo.& in cõs.cxxx.col.iiij.in fi.in j.vo.Ber.

d ¶Petens.adde de hac clau.in locis suprà allega.& in cõsil.lviij. per Alex.in ij.volu,Sozi.in consil.cxlvj.col.iij.in ver.confirmatur.

Augu. Tu autẽ in hac materia adde quæ dixit Sali.in l.in causis.C.de accusa.qui dicit q; doct. dicunt quòd in accusatorio libello nõ est necessaria conclusio: & ratio est quòd pœnæ impositio iudicis volũtati non imponitur. Sed legis autoritati seruatur.l.j.§.fi.ff.ad turpil.& sic sufficit eum accusari de certo delicto declarato licet nõ peratur puniri certa pœna, & dicit hoc etiam probari in d.l.libellorũ.quæ nihil loquit de cõclusione & solet allegari illa glo.singu.in d.l.in causis.dicit tamẽ Sali. quòd de cõsuetudine cõclusio adijcitur sed non super certa pœna. Sed generaliter & indeterminatè videlicet quare peto eum puniri secundũ formã iuris & statutorũ. Dicit tamen notanter Ang.in d.l.in causis. quòd licet in libello criminali non cõcludatur:tamen si pur cõcluditur necessario est ferenda sententia secundũ formã cõclusionis vt est tex.in c qualiter & quãdo.lo.ij.extrà de accusa. & l.prætor.§.docere.ff. vi bo.rap. cum si.vide quæ dixi.s. hæc est quædã inquisitio in xj.col.in addi. quæ incip.itẽ inquantum supradictum est quòd in criminalibus non est de necessitate apponere cõclusionem.Et adde ea quæ infrà dicẽtur & dicta sunt supra in glo.præc edẽ. Et inquantum dictum est de clausula pero ius & iustitiam mihi ministrari. Latissimè ponunt Moder. in capitulo secundo extrà de ordi. cogni. vbi infinitæ decisiones allegantur:& multa priuilegia habet de quibus ibi.Et de virtute istius clausulæ super quibus omnibus & singulis vltra prædicta quæ ponuntur in inquisitionibus. Vide omnino Angel.in lege si vacantia.C.de bo.vacan. libro decimo in xxiij. columna qui notanter loquitur: & omnino Moder.in repetitione.c.qualiter & quando.in xj. qõ. principali.q.lxij.& Bal.in l.ij.C.de proba.& melius in l. & si seruerior.C.de his qui not.insa.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ista emergentibus & contingentibus &c. posita in inquisitione: si processus erat simpliciter de uulneribus: & postea sequatur mors: an poterit sequi condemnatio de morte.*
2 *Clausula prædicta quid operetur circa qualitates omissas: ut puta qualitatem loci,temporis,& alterius.*
3 *Clausula prædicta si operetur quòd possit sequi condemnatio super morte quomodo limitatur.*

EMergentibus,& contingentibus,& connexis de pẽdẽtibus ab eis ac prorsus extraneis dicti do. potestas & iudex: & quilibet eorum ex cuiuscunque ipsorum mero offi

cio se

cio secundùm formam statutorũ dictæ ciuitatis inquirere & procedere intendũt,& dictos inquisitos & quẽlibet eorũ repertos culpabiles punire, condemnare intendunt, secũdùm formam iuris & statutorum cõis Bononiæ.

1 †Ista verba apponuntur quoniam si inquiritur simpliciter de vulneribus non potest postea sequi condẽnatio de morte ex dicto processu etiam si mors fuisset secuta: vt no.Bar.in §.prætor edixit.l.j.ff.de iniurijs.& in l.nunquã plura.ff.de priuat.deli.Sed si dicta verba apponãtur quoniam hoc est emergens & contingens ex dictis vulneribus:tunc sine nouo processu sequi poterit condẽnatio de morte quòd tamen intellige vt no.Bart.in l.in senatus.de accusa.& dixi.s.in gl.super verbo de nocte. nam quoties actori seu iudici inquirenti ius superuenit de nouo pendente iudicio quòd habuit causam antiquam ante iudicium quòd iudicium valet & sequi debet condẽnatio:vt leg.si in rẽ.§.fi.ff.de pig.act.facit & plenè not. Bar.in l.j.
2 ff.de excep. †Secũdò principaliter operãtur dicta verba quòd si in inquirẽdo omittatur aliqua qualitas vt puta loci videlicet utrè dicti primi ꝓcessus nõ poterit intelligi intentata iuxta materiam Bar.in l.senatus.ff.de accu. & l.in delictis.§.si detract.ff.de noxali & ibi in Flo. tamẽ si dicta verba apponantur etiam virtute dicti processus si dicta qualitas qualificatur & probatur in dicto processu sequi potest condẽnatio.arg.l.j.C.de or.iudi. & maximè per Bar.Bal.& Sali.& est bonus tex.& ibi Bal.de his verbis dependentibus & cõnexis.in l.si quis ex argẽtarijs. §. rationum.ff. eden. quoniam in criminibus proceditur ad similitudinem ciuilium:vt.l.absentem.ff.de pœnis.

Augusti. Tu autẽ in hac materia,adde quòd Moderni reperẽtes.c.qualiter & quando.extrà de accusa.facientes tractatũ super maleficijs super xj. q.principali.in lxiiij.q.quę incip.sexagesimoquarto quęro quare subdantur illa verba emergentibus & connexis de verbo ad verbum approbant istam sententiam domi.
3 Auge.hic.† Addunt tamen vnam limitationem inquantum dictũ est quòd verũ est quòd propter dicta verba super emergentibus & connexis potest sequi condẽnatio de morte secuta ex vulnere, si simpliciter inquirit de vulnere:dicunt hoc verum si vulnus fuit causa mortis, aliàs secus quia potuit esse quòd fuit mortuus ex negligentia & remittit se ad notata per ipsum in c. præsbyterum. extrà de homici.& dicit etiam hæc esse intelligenda secundùm doctrinam Barto.in d.l.senatus.Sed certè dicant isti docto. quicquid velint nunquam hæc sententia mihi placuit per ea quæ latissimè dixi in hac materia in solenni repetitione mea.le.j.ff.de lega.ij. Adde hic illas additiones quas addidi supra in glo.proximè precedenti.

SVMMARIVM.

1 *Clausula inchoata facta & formata: est utilis in accusatione ad sciendum quis primò accusauit.*
2 *Item est necessaria quia licet accusatus non reaccuset suum accusatorem ut prosequatur: tamen si proponat accusationem & subscribat apparebit quando fuit proposita & inchoata.*
3 *Item apponitur ista clausula in inquisitionibus propter ea quæ posuit Barto. in l.libellorum.ff.de accusa.& propter statuta quibus cauetur quòd iudex intra mensem debeat expedisse processum à die inchoati processus.*
4 *Item est necessaria ista clausula in inquisitione per ea quæ notat Bartolus in l.fina.ff.si quis testamen.lib.esse iussus fuerit.*
5 *Statuto dicente quòd potestas possit inquirere de delictis commissis per annũ ante processum inchoatum si delictum fuit cõmissum occultè per duos annos ante an poterit inquirere.*
6 *Ignorantia quæ sit illa propter quam conseruatur ius inquirendi.*
7 *Præscriptio ad inquirendum quando currat iudici uel non.*
8 *Confitente reo delictum: post tempus præfinitum iudici ad inquirendum an iudex poterit sententiam promulgare.*
9 *Termino ad accusandum uel inquirendum lapso si quis fuerit accusatus uel inquisitus,an teneatur comparere ad opponendum exceptionem præscriptionis ne in banno ponatur.*
10 *Statuto stante quod consules communium,& communia teneantur denuncia re maleficia, & capere malefactorem sub certis pœnis & intra certum tempus an si maleficium sit occultum commune uel consules teneantur.*
11 *Statutum ponens tempus terminatum in quo possit inquisitio formari. limitat Ange.in l.si qui.C.de adul.*

Die.xxiiij. Nouembris.§.
dicti.anni.1447.

INchoata facta & formata fuit dicta inquisitio per dictũ dominum potestatem, & eius iudicem, & quemlibet vel alterum ipsorum, ad eorum solitum banchum iuris pro tribunali sedẽtes, ex ipsorum,& cuiuscũque ipsorum mero officio,arbitrio,autoritate, potestate atque bailia. 1 † Ista clausula est ponenda primò in accusatione quãdo dicatur inchoata maximè vt videri possit quando sunt accusatores, hincinde quis primò accusauerit:quoniã ille præfertur qui primò accusauit: vt.l. qui prior.ff.de iudi.Nisi secũdò accusans accusaret de maiori & prę iudiciali:iuxta.l.per minorẽ.ff.de iudi.vel de tali delicto ꝙ si verũ esset primũ de quo accusatus fuit,esset extinctũ: vt lege.j.C.qui accusa.non possf.facit ꝙ not. Bart. in lege prima §.primo ff.vi bono. rato.vel etiam ista clausula apponitur, & est necessaria per ea quæ habentur in lege is qui reus.ff.de publi.iudi.& quod not.docto.in lege neganda.C.qui accusa.non possf. † Nam licet accusatus non possit reaccusare suum accusatorem: illud est verum ad hoc vt possit vsq; ad finem prosequi, sed ad hoc vt suam possit proponere accusationem potest. Ideo vt videamus quando suam accusationem proposuerit ista clausula apponitur, quia dicitur inchoata sua accusatio quando fecerit subscriptionem & alia necessaria:vt dicta lege neganda. in fin.ita dicit Bartol. in dicta lege is qui
3 reus.in fin.penultima columna. † Vel secundò principaliter in inquisitionibus apponitur ista clausula per ea quæ not.Bartol.in lege libellorum. in princip. circa finsui commenti.ff.de accusa.vel etiam apponitur si statuto caueatur vt intra mensem iudex debeat expedisse processum à die inchoati processus: tunc dicitur inchoari per istam clausulam.Facit quod not.in rubric.C.de in ius vocan.& in.§. fina. institutio. de perpe. & temp. act. & quod not.Guil.& alij in simili de citatione.in lege prima ff.de in ius voc.facit.l.ij.C.vt intra cer.temp.facit.l.fin.&
4 quod ibi not.Bal.& Sal.C. de do. † Vel tertiò ista clausula est necessaria in inquisitione:per ea quæ not.Bar.in l.fi.ff. si quis test.liber esse ius.fue.& not. Bal.in l.fi. C. de dolo.
5 & ibi Sali. † Nam si statutum dicat quòd potestas possit inquirere de delictis commissis per annum tantum ante processum inchoatum,& commissum fuit maleficiũ ante per duos annos sed fuit occultũ: vt puta quia fuit falsifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum quoddam instrumentū,an poterit inquirere.Bart.
2 in dicto loco dimisit indiscussum.Sed°domi.Pau.de cast.
& aliqui alij docto.in suo consil. quod incip . potestas se-
cundus non habet in syndicatu suo &c.Dicunt quòd nō
omnis ignorantia ius potestatis conseruat.nam quædam
sunt crimina quæ per diligentem inuestigationem & in-
quisitionem generalem potuissent in potestatis notitiam
deuenire. quia non fuerunt ita occultè commissa quin fa
cta criminum diligenti inquisitione generali possent re-
periri.tunc si iudex omisit facere talem inquisitionem ge
neralem,vel minus diligenter fecisset ignorantia,non im
pedisset tempora statuti currere : quia cum potuit facere
vt sciret habetur pro scīēte. vt lege qui potest.ff. de regu.
iur.facit.c.fi.de elect. talis enim ignorantia fundata non
6 est super iusta causa. †Quædā verò crimina sunt tam
occultè commissa quòd de facili non potuissent in noti-
8 tiam deuenire per generalem inquisitionē:de qua in lege
congruit.ff.de offi.præsi.ad quam iudices teneantur sicut
est in crimine fasitatis, quòd secretissime cōmitti potuit.
tunc ignorantia conseruat ius inquirendi quia est funda
ta super iusta & rationabili causa:vt lege semper.§. sed si
is.ff.quòd vi aut clam. quæ probat istam distinctionem:
quæ probatur ex duarum legum coniunctione,videlicet
ex.l.penulti.ff.si quis te.liber esse iuss. fuerit. coniuncta.l.
fi.eod.titu.Nam.l.penulti. probat primum membrum di
stinctionis.l.fin.probat secundum . Et secundum istā di-
9 stinctionem intelligi debet quod not. Bald. in l.fin.C.de
dolo.Bartol.& Bald. in lege prima circa medium.C. qui
admitti.& in l.ij.C.de ædili.actio.& in l. id quòd paupe-
ribus.C.de episco.& cleri.pro qua distinct. casus est in si
mili in c.cum in tua.qui matri.accus.poss. Sed do.Lu-
do.filius Franc.Albe.de are. doct. solennis in suo consil.
7 quod incip.cōsultatis infrascriptis dubijs &c. †Distin
guit aut delictū ex persona delinquētis erat incognitū vt
in exēplo Bar.de falsitate,tūc nō currit prescriptio iudici
ad inquirendum:aut delictum erat notū sed delinquentis
persona ignorabatur. & tunc currit præscriptio. Ista di-
stinctio habetur per Bartol. in lege penulti. coniuncta.l.
fin.ff. si quis te.liber esse iuss.fue . Et hanc partem vltimo
loco allegando , sequi videtur Bartol . in dicta lege fina.
quia cùm maleficium est notum iudici potuit inuestiga-
re & inquirere & scire malefactorem: vnde si non fecit si
bi imputetur & currit præscriptio. argumen.l. qui nō fa-
cit.ff.de regu.iur.Sed Ludo. de roma. in l.j.§. occisorum
ff.ad silla.dicit primò quòd licet Bartol.in d.l.penulti.vel
fina.non determinet:tamen in d.l.eum.§. qui in populari
bus.ff.de iureiuran.decidit quòd à die scientię currit tem
pus.Sed Bald.ibi tenet cōtrarium: quia accusatio vel in-
quisitio à tempore delicti commissi certa est : ergo igno-
rantia non impedit currere contra eos præscriptionem:
quia secundum ipsum pro inducenda libertate tempus
contra ignorantem currit : & maximè quia non requiri-
tur factum præscribentis : vt lege si partē.§. si per feudū
ff.quemadmodum ser.amit.& idem tenet Bald.in l. gene
ro.ff. de infa . vbi etiam dicit quòd quantuncunq; delin-
quens confessus esset deliquisse:tamē si hec cōfessio post
lapsum temporis facta sit inquisitio vel accusatio funda-
ri non potest : quia paria sunt quem absolutum esse vel
terminatum præscripsisse: vt.l. sed si vnus.§. sed si à te.ff.
de iniur.facit.C.de iniur.l.si non conuicij.Nec ob.secun-
dùm eum quòd delicta remaneant impunita & multa il-
licita committuntur:vt.l.penulti.ff.de his qui notan . in-
fa.& ad hoc decidendum allegat theoricam Guil . in l.si
cum exceptione.§.satis clementer.ff.quòd me.cau.vbi di
cit quòd vbicunq; tractatur de odio sumendo vel finien-
do semper tempus præsumitur conti
nuum : & sic currit à die ignorantiæ:vt.ff. de dolo.l.fina.
sed ita est in casu nostro igitur &c. Sed Ludoui. in dicto
§.occisorum.dicit quòd.§.si per fundum.allega. per An-
gel.non ob.quia respondet ibi vt not.Bal.videlicet quòd
ibi loquatur in prescriptione extraiudiciali quæ causatur
ex non vsu. secus est autem in præscriptione iudiciali vt
est in casu nostro : quia illa etiam dum tractatur de odio
finiendo aut de libertate inducenda non currit nisi à die
scientiæ.Sed tamen contra istud dictum do. Ludoui. fa-
cit quoddam consil.quorundam docto. Florentinorum,
videlicet.do.Nelli.de sancto Gemin.dom.Stepha.bona-
cursij.do.Guil.de tenagul°.do.Gaspa.m.Ludo.quod con
sil.incip.secunda dubitatio est &c. In quo quidem consi-
lio tenent dicti docto.quòd quoties agitur de odio finiē-
do omne tempus est continuum. Vnde omis accu-
satio habet tempus:& sic concludunt dicti docto . quod
potestas post dictum tempus cognoscere non possit.hoc
fallit dicunt ipsi quando delictum esset omnino incogni-
tum quia tunc non currit præscriptio . secus quando est
notum alicui accusare volenti vt suprà probatur. & in le
ge annus.de calumnia.& in l.cum sex de ædil.edi. Vnde
8 tenet opi.Ange. Vnum tamen dicit esse notan.† quòd
illud quod dicit Bald. de confessione post tempus facta
est falsum per not.per Bald.in lege properandum. in fin.
prin.C.de iud.dicens quòd quantuncunq; tempus termi
ni sit lapsum:attamen si post illud pars confiteretur in iu
dicio vigore confessionis,non obstante lapsu termini,iu
dex poterit sententiam promulgare eo quòd cōfessio fa
cta in iudicio inducit notorium : vt lege ictus fustium.ff.
de his qui notan.infa.in quo iure ordo non seruatur vt.c.
ad nostram. de iureiuran . Ita dicendum est quòd iudex
virtute notorij resultante ex iudiciali confessione proce-
9 dere potest. †Ex quo etiā deciditur si post lapsum ter-
mini ad accusandum vel ad inquirendum accusatus vel
inquisitus tenetur comparere ad opponendum exceptio
nē præscriptionis ne in banno possit poni. Istā.q. format
Bar.in l.ij.ff.ad turpi.& melius in lege si cū.ff. si quis cau.
Et distinguit aut ex tenore inquisitionis apparet impossi
bilitas cognoscendi,aut non.Primò casu ex processu bā-
num non potest sequi:facit quod no.gloss.docto. & Bar.
in lege vbi pactum.C.de transact. & Bartol. in lege eum
qui ita.ff.de verb.oblig.& in lege si vnus.§. pactus ne pe
teret.ff.de pact.Ratio quia libellus continet in se expres-
sum errorem & ideo est ineptus. Vnde quicquid sequi-
tur ex eo est nullum.l.cum quædam puella.ff. de iurisdi.
om.iudi.pro qua alle.Lud.in dicto.§.occisorum.quia sen
tentia lata virtute inepti libelli,est ipso iure nulla.Et ele-
ganter dicit glo.insti.de obli.§.fin.pro quo alleg.tex.ff.de
iureiur.l.si libertus.& c.cum dilecti.de emptio. & vendi.
Ideo comparere tenetur aliàs in banno ponitur:hoc dicit
Bald.per d.l.si eum.in prin.quæ omnia bene not.

ADNOTATIO.a ¶Sed d.Paul.de castr. in consil. ccxxviij.
in j.impressis & ibi vide Roma.in consil . ccxxviij . & ibi quando
currat tempus executori.Ber.

Augusti. Tu autē in hac materia , adde quòd per
prædicta non haberes perfectam conclu
sionem in hac materia : & certè iste passus dubius est ex
eo quòd docto.vario modo locuti sunt:sed referā ea quæ
reperio scripta penes docto.Nam Ange.in authē.de ian.
episc.§.si quis rapuerit.per illum tex.dicit quòd iste text.
est not. ad hoc quòd præscriptio temporalis non currat
ignoranti se actionem habere quod apparet : quia annus
qui datur ad vendicandum ibi dicta bona incipit currere
à die scientiæ commissionis dicti maleficij . Et ideo per
prædicta infert ad quæstio.nostram dicens quòd per hęc
patet quòd si statutum dicit quòd intra sex menses possit
de maleficio cognosci. Isti sex menses non incipiunt cur
rere nisi à die quo scitur maleficium fuisse commissum.
allegat lege prima.ff.quòd vi aut clam.& ad silla.l.si quis
in graui.dicit tamen quòd præscriptio.x. annorū.xx. vel
xxx.currit ignorāti vt l.omnis.C.de præscriptio.xxx. an
norum. Subdit tamē quòd ista præscriptio temporalis
non currit ignoranti ad ipsius incommodum.Et ita dicit
q; habemus intelligere tex.in l.genero.ff.de his qui notā.
infa.& ad hoc allego Ange.in l.genero.ff. de his qui no-
tā.infa.vbi latissime disputat istam materiā quando tem-
pus est

pus est vtile vel continuum allegando omnes docto an-
ticos & infert ad quæstio.nostram: & facit mētionem de
doctrina Bartol.in dicta lege penulti.ff.si quis te.liber es
se iuss.fuerit.& quomodo Bartol. istam materiam indeci-
sam reliquit,tenet tamen. Angel. in dicta lege genero.
quòd tale tempus non currat nisi à die scientiæ per dicta
lege genero.& per.l.auus.ff.de calum.& per.l. semper.§.
hoc interdictum. quòd vi aut clam . & per regulam quæ
dicit quòd omnia tempora à principio sunt vtilia:vt not.
in rubr.& in l.j.ff.de diuersis & tempo.præscrip. in gloss.
rubri.quia impedito agere à principio non currit præscri
ptio.vt leg.attilicinus.ff.de serui.rustico.prædio.Et quia
expedit reipublice maleficia puniri.l.ita vulneratus.ff.ad
l.aquil.Non obst.l.omnes.C.de præscrip.xxx.annorum.
quia ibi expressè imperator statuit vt currant tempora
ignoranti.Et ideo currit vt ibi & in corpore vt factæ no-
uę constitu.Nec obst.d.l.penulti.quæ allegatur pro casu
in contrarium quia ibi delictum fuit commissum per ser-
uum in seruitute existentem . Vnde non mirum si scientia
superueniens non est causa inducendi actionem quæ ab
initio non est nata. Sed in quæstione nostra ius accusan-
di erat orum: sed ignorabatur contra quem quia maleficium erat occultum . Et ideo non mirum si eo in notitiā
deducto competit potēstia accusandi: & dicit quòd istam
quæstio. habuit de facto Perusij tempore domi . Quiriti
de Nannia assidente secum quodam domi. Barthol.de
placentia : qui per prædictas leges & rationes quendam
decapitari fecit. Item adde quòd ista videtur decisio
Bartol.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiuran. qui
per tex.in l.semper.§.alius.ff. quòd vi aut clā. dicit quòd
licet tempus limitatum à statuto currat à die operis per-
fecti.Tamen hoc inelligendum est si in notitiam eius per
uenit:quia si opus est factum clam:tunc tempus non cur
reret per.d.l.semper. & aliàs vidi doctissimos aduocatos
multum magnificantes & exclamantes in hac materia
de illa doctrina Bartol.in d.§.in popularibus. & idem te-
net Pet.de anch.in c.canonum statuta.extrā de constitu.
in versicu.sed alibi quærit Bartol. Sed aduerte quòd li
cet Barto.istam quæstio.indecisam reliquerit in l. fina.ff.
si quis te.liber esse iuss.fue.quia dicit quod quæstio dubia
erat & de facto pendebat.Tamen Bald.in l.fin. C.de do-
lo.ponderans ibi illum tex.dicit quòd ille tex.facit quod
si statutum dicit quòd de maleficijs non possit inquiri vl
tra sex menses debet intelligi siue maleficium erat mani-
festum , siue occultum quia non à die scientiæ : sed à die
delicti connumeratur tempus vt ibi probatur:& idem te
net Salic.in d.l.fina. qui etiam not.dicit quòd si statutum
prohibet vltra dictos sex menses cognosci q; lis inchoata
intra sex menses debebit intra idem tempus terminari:
aliàs vltra dictos sex menses cognoscere:& hoc repugna
ret dicto statuto.Et certe hoc est notabile verbum in ma
teria.& istam opinionem tenet Ange.in l.fin.ff.si quis te.
liber esse iuss.fue.qui dicit quod licet contra istam decisio
nem faciat tex.in l. auus.ff. de calum. scilicet quòd præ-
scriptio non debeat currere ignoranti cum non sublit po
tentia agendi propter ignorantiam . Ergo videtur quod
præscriptio nunquam fuerit inchoata vt.l.j.ff. de diuersi.
& tempor.præscrip.Dicit tamen quòd contrarium est ve
rum quia actio nata est,licet propter ignorantiam in iudi
cium non sit deducta quæ non obest etiam in initio cur-
sus præscrip.tex.alleg.in l.si fundum.§. si partem.ff. quē
admodum ierui.amitta.ratio est quia hęc prescriptio cur
rit absq; facto præscribentis & est præscriptio fauorabi-
lis sic in l.sequitur.in §.si viam.ff. de vsucap. & quia præ-
scriptio statutaria subrogata est in locum præscriptionis
legalis longissimi temporis vnde sapit eius naturam & il
la currit ignoranti etiam ius & factum.l. si quis emptio-
nis.in fin.C.de præscr.xxx.annorū. Quinimo dicit quod
credit non posse implorari beneficium restitutionis in in-
tegrum ex clausula generali: quia in executionibus pœ-
narum illud non vendicat sibi locum,nec minoribus pa-
trocinatur.l.auxilium.ff.de mino.§.in delictis . licet aliàs
habeat locum vbi esset præscriptio propter ignorantiam
non propter aliud impedimentum contra actionem ciui
lem per text.in lege attilicinus.ff.de seruitu.rustico.præ-
dio.& dicit ista menti esse tenēda:quia multoties ista ve-
niunt de facto:certe passus hic dubius est cùm nedū do-
cto . sint varij sed illustres docto. ipsimet variant quia in
vno loco vnum dicunt & ipsimet in alio loco dicunt cō-
trarium.& ideo Agel.non fuit recordatus de his quę scri
psit in d.l. genero.vbi expressè dicit contrarium & istam
partem tenet etiam Bald.in lege eum qui.§. in populari-
bus.ff.de iureiurand.in fin. Sed aduerte quod contra
istam decisionem videtur text. & quòd ibi docto. in lege
prima.C.de exactorib.tributo.libro.x. vbi habetur quod
tales præscriptiones non currant ignoranti,per quē text.
dicunt docto. quòd vbi pœna veniret imponenda iudici
non inquirenti de maleficio intra dictum tempus,vel of-
ficiali non denunciānti:putà syndico vel ei ad quem per-
tinet denunciare intra dictum tempus: tunc tale tempus
nunquam currit ignoranti nisi à die scientiæ:ne ignoran-
ti videatur pœna imposita.Et tex.in dicta leg. prima quē
tex.ibi ad hoc proposituin ponderat Bartol. & hanc limi
tationē ponderauit etiā Albe. de rosa in quæstio.statuto-
10 rū.q.lxxx.in secunda parte in queſtiōe quæ incipit.†quæ
ro,si consules communium & cōmunia ex forma statuto
rum teneantur denunciare malefieia , vel capere malefa-
ctorem sub certis pœnis & intra certum tempus , & ma-
leficium sit occultum putà furtum,vel aliquod aliud ma-
leficium factum de nocte putà quia maritus occidit vxo
rem in lecto.sicut dicit Albe. quòd sibi occurrit de facto
an commune teneatur.& dicit quòd putat quod non , &
dicit quòd hoc sepe obtinuit per.l.j.§.occisorum.ff.ad sil-
lania.& ibi etiam Alberic.hoc dixit : & Dyn. hoc voluit
in lege si quis in graui.§.in sepulchro.eodem titul. & hoc
etiam affirmauit Alberic.in lege si ideo.C.de his quib.vt
indig.dicit tamen Alberic.in dicta quæstio . lxxx. quòd
certe contra istam decisionem fortiter obstat text.in lege
cum fratrem.C.de his quib.vt indig. vbi frater fuit occi-
sus cum veneno . & sic occulte tamen hæredes puniun-
tur si non vindicant necem.Sed Alberic.respondet quod
intelligit illam legē cum determinatione dictæ legis , si
ideo.scilicet quando delictum est manifestum : & ex tūc
cedit tempus.argumen.lege cum lex.ff. de ædili . edicto.
& lege auus.ff. de calumnia . Et istam partem tenet in
terminis Bartolus in lege diuus.la secunda, in vltima co
lumna.ff.de custo.reo.& Bal.in lege prima.C. de his qui
latro.& Bartol.in lege semper.§.hoc interdum. in versic.
annum.ff.quòd vi aut clam.& Bartol. in lege auus.ff. de
calū.& Bart.in d. lege fi.ff.si quis testa. Isber esse iuss. fue.
& Bartol.in lege prima.§. occisorum.ff. ad silla . & Bald.
in lege prima per illum text.C. de priua . carceribus . &
Bald.in lege prima.C.de falsa mone.& Angel. in lege si
cum exceptione.in §.in hac.ff.quòd metus causa.affirma
uit etiam Angel.in dicta lege genero. & Angel. in dicta
lege semper.§. hoc interdictum . dicit quod ista quæstio
fuit formata per Dyn . & Iacob . de arena ibi per illum
text.hoc expresse affirmauerunt quòd tale tempus ad in
quirendum non currit potestati ignoranti maleficium
quò ad euitationem pœnæ si non inquisiuit & syndico
si non denunciauit. Moderni in dicta lege fina.C. de do-
lo.videntur tenere illam partem , quod tale tempus cur-
rat potestati ignoranti,si non inquirit quo ad hoc vt non
possit amplius inquirere illo tempore elapso : quia re-
gulariter omnes præscriptiones habent tempus conti-
nuum nisi contrarium reperiatur specialiter statutum: &
allehat glosſ.& Bartol.in Rubrica.ff.de diuer . & tempo.
præscriptio.& glosſ. in fin.ff. eodem titulo per legē nun-
quam.§.in vsucap. de vsuca . & per pulchra verba Bald.
declarat in lege quamdiu.C. ad municipa . & istam par-
tem tenuit Bald. in dicta lege genero.& Roma . in di-
cto . §. occisorum . nisi secundum eos tale statutum
esset conditum ab episcopo, vel comite , vel marchione:
& non à populo quo casu , cum tale statutum tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum à magistratibus habeat vim iuris prætorij: vt declarat Bartol. in l. stipulationum alie. in principio. ff. de verborum obligationibus cum concordan. quis ibi dedi. Ideo tempus præfixum à iure prætorio semper intelligitur esse vtile & non continuum: vt voluit etiã tex. notabilis. institu. de perpe. & tempo. act. in ver. annũ. & no. Bar. in Rubri. supra allegata. ideo non currit ignoranti. Ita loquitur tex. in d. l. auus. & in d. l. semper. Tempora verò cõtinua currunt impedito, tam propter ignorantiam, quam propter absentiam & similia: vt habetur in dicta leg. fin. C. de dolo. & in l. fin. C. de præscrip. longi tempo. cum similib. Et hanc partem quam tenent Moder. in d. l. fin. videtur approbare Paul. de castr. in l. genero. ff. de his qui notan. infa. in vltima col. qui dicit quòd reperitur quædã singula. doctrina Guiliel. de cu. in l. si cum exceptione. §. si quis. ff. quòd met. causa. qui dicit quòd tempus præfixum ad accusandum vel inquirẽdum propter odium ipsius accusationis vel inquisitionis semper currit ignoranti: & ideo elapso illo tempore non poterit fieri inquisitio vel accusatio. Et subdit ipse Pau. de castr. quòd est ista bona conclusio: quia tempus legale in dubio est contiuum: & non vtile per illam glos. not. in d. rubrica. ff. de diuersis & tempo. præscrip. & facit mentionem ibi Pau. de castr. quomodo Bal. ibi tenet istam partẽ. licet Ange. dicat contrarium ibi: & se iactat habuisse hanc quæstionem de facto & obtinuisse. Sed Paul. de castr. dicit quòd suæ rationes sunt satis debiles & deridet Ange. qui allegauit glos. in rubri. ff. de diuersi. & tempora. actio. quæ secundũ eum dicit quòd tempus legale in dubio est vtile: & illa glo. dicit contrarium quòd imò tempus est contiuum in dubio. Sed aduerte quia mihi durum sapit quòd præscriptiones breues currant iudici iguoranti vel accusatori: & maximè quòd lapso illo modico tempore, nõ possit inquiri cõtra delinquentes: maximè si sunt delicta atrocia & contra iura naturalia, cùm de iure communi huiusmodi præscriptiones durarẽt per spatium viginti vel triginta annorũ: regulariter ad hoc vt non possit quærelari de delicto: dico regulariter per tex. & glo. in l. quęrela. C. de falsis. cum similib. & quod ibi per glo. Bart. Bal. Ange. Sali. & doct. & per glo. in l. in cognitione. ff. ad silla. q̃ ideo quòd propter breue tempus statuti tridui vel mensis: vel sex mensium vel per annũ tollatur vt non possit quæri de delicto hoc non credo de iure posse sustentari: iura enim supra allegata quæ volunt quod tempus currat ignoranti, regulariter habent maximum tractum temporis decem viginti vel triginta anno. vt not. in d. l. omnes. & in d. le. j. quia lex præsupponit & præsumit quòd elapso illo longo tempore quo non est quæsitum de delicto illud delictũ non fuerit perpetratum in rerũ natura: quia præscriptio equiparatur veritati. l. j. C. de seruitu. & aqua. vt inquit Bald. in c. fin. in vlti. col. de feu. dato in vicem legis commisso. hæ rationes cessant quando tempus breue est. Et ideo dicit Bald. in capi. primo. §. porro. qualiter olim feudũ pot. alie. quòd istæ præscriptiones criminales vel minoris tẽporis nunquam currunt ignoranti: & affirmauit Bald. c. fin. de prohibi. feud. alie. per lotha. & maximè elapso illo tẽpore posset quæri de delicto si constaret de delicto per confessionem delinquentis. & hoc videtur etiam esse de mente Bald. in lege properandum. in fin. princip. C. de iudi. per rationem quam ipse ibi assignauit vt supra dictũ est. Tenentes tamen aliam partem possent allegare alias limitationes, vt potest colligi in decisionibus docto. supra per me allegatis & negari non potest quin iste passus
11 non sit dubius in iure. †Item in hac materia adde vnã mirabilem limitationem Angel. in lege. si qui. C. de adul. qui allegando Iac. but. vult quòd elapso illo tempore terminato ab ipso statuto, poterit inquisitio formari & omnino vide Petr. de ancha. in repetitione. c. canonum statuta. extrà de cõstitu. in materia interpretationis ibi dum dicit. Quintodecimo vtrum statuta recipiant interpretationem in sexto. Sed alibi quærit Bart. & non soluit vtrũ illud tempus ad accusandum &c. Et ibi dat vnam mirabilem limitationem in materia quam omnino videas. & Paulum de castro in consilio. ccxxvj. qui ponit de quadã muliere quæ fuit impregnata: an tempus incipiat currere postquam peperit: & an tempus currat ignorãti: & an tempus sit vtile vel continuum.

12 *Procedi omni die & tempore: an posit in criminalibus.*

12 **Ange.** †Queæro an omni die & tempore possit procedi in crimilibus. Dic quòd de iure communi non potest procedi diebus feriatis, nec in honorem dei: vt. l. si feriatis. ff. de fer. nec etiam feriatis in hominum vtilitatem: vt lege custodias. & ibi Bartol. ff. de publicis iudicijs. nisi aliter per statutum sit prouisum: & sic habeas menti quòd illæ feriæ quæ sunt & obstant in ciuilibus sunt etiam in criminalibus: saluo quam in casu lege prouinciarum. C. de fer. in quo casu potest procedi propter criminis immanitatem etiam in die paschatis.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde & dic quòd imò videtur quòd indistinctè executio criminalis fienda est die dominico: quia ius dicit quòd non est peccatum occidere delinquentem. xxiij. q. v. qui malos. & c. iudex. Sed Ioan. andr. & Anto. de but. & omnes docto. in capitulo primo. extra de fer. dicunt quòd licet non sit peccatum est tamen horrendum & miserabile: & ob rei reuerentiam abstinendum: non tamen ob. quod dicitur quòd beati qui faciunt iustitiam omni tempore: quia intelligitur omni tempore scilicet competenti: vt c. nunquam. de consecratione distinc. v. & c. j. de vsuca. Excipit tamen Hostien. ibi fallit in publico latrone & nocturno depopulatore per. l. prouinciarum. C. de fer. Et voluerunt ibi docto. maximè Ant. de but. & Abb. & moderni: quæ conclusio mihi placet quia. l. prouinciarum non loquitur in nocturno depopulatore: sed propter inhumanitatem criminis extendunt illam. l. prouinciarum. & videtur esse de mente Baldi in dicta lege. prouinciarum. quæ non loquitur nisi in certis latronibus vt extendatur illa dispositio ad omnia delicta quæ sapiunt inhumanitatem. & vide domi. Anton. & Abba. & docto. in c. fina. extra de iudi. aliquid per docto. in c. fin. extra de ferijs. Et certè ista. q. est male formata hic: quia hoc quod sequitur non bene conuertit.

13 *Statuto dicente quòd potestas non possit cognoscere de maleficio commisso ante inchoatum processum per annum modo aliquis fecit ligam prohibitam iam sunt tres anni, quæ adhuc durat: an posit de hoc crimine cognosci, & utilis erit clausula inchoata facta &c.*

14 *Statuto cauetur quòd iudex expediat processum uel accusationẽ intra duos menses probata accusatione intra legitimum tempus opponitur de falso contra testes an talis instantia prorogetur ita quòd si iudex non expediat causam non incidat in pœnam.*

15 *Potestas cognoscere non potest de maleficijs commissis per sex menses ante initium officij sui modo ante lapsum termini inquiritur, sed inquisitio non habet substantialia propter quòd sit alia recta sed post sex menses dictos: an potest delictum tunc puniri.*

16 *Limitatur primò uersiculus procedens qui incipit, statuto cauetur: si iudici ex actis constet de innocentia accusati.*

17 *Limitatur secundò si accusatus accusaret suum accusatorem ex eo quòd dicat eum produxisse falsos testes.*

18 *Accusatus de homicidio si in medium exceptionis dicat testes falsos esse differtur quæstio homicidij.*

19 *Limitatur primò dictum præcedens: nisi iudici constet quòd in fraudem & causa litis differendæ talis exceptio proponatur.*

20 *Limitatur secundò nisi imputari posit accutio quòd nimis se arctaret ad opponendum exceptionem prædictam.*

21 *Aduocati cauté faciunt ut accusatus de homicidio accuset accusatorẽ, quòd testes falsos produxit uel excipiat contra testes de falso.*

13 **Ange.** †Est etiam talis clausula vtilis: quia si statutum dicit quod potestas non possit cognoscere de maleficijs cõmissis ante inchoatum processum per annum. Modo pone quòd aliquis commisit maleficium quòd habet causam permanentẽ vt putà quia in loco prohibito fecit ædificium quòd adhuc durat: vel facta fuit quædam liga vel coniuratio prohibita iam sunt tres anni

anni & adhuc durat an possit de hoc crimine cognosci. Glo. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. videtur velle quòd non. In contrarium facit. l. j. ff. de vsufru. accre. & in l. eum qui. & quod not. Barto. ff. de fur. facit. l. fi. §. fi. cum glos. de his qui deiece. vel effude. & prædicta procedunt si statutum dicat si quis habuerit ædificium in platea secus si dicat si quis ædificauerit: qa tunc inspicimus tempus ædificationis: & abinde currit præscriptio, si hoc notum erat secus si factum esset clam: vt. l. semper. §. annus. ff. quòd vi aut clam. ita dicit Barto. in d. §. in popularibus. de quo plenè in cle. j. de consan. & affi. per Pe. de ancha. facit. l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & quod no. Barto. vbi ponit an vnus ludus continuatus sit vnus ludus vel plures ludi. dic vt ibi per eum: quia non est materia nonstra. Et aduertas quòd illud statutum duod dicit quòd potestas non possit cognoscere de maleficijs ante suum officium per sex menses commissis: intelligitur & intelligi debet principaliter non autem secundario & incidenter. Vnde si de alio inquiratur vel agatur & postea incidenter & secundariò deducatur vnum delictum cõmissum ante annum, quòd potestas poterit cognoscere q̃ punire. Ita dicit Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & pro hoc facit quod not. Barto. in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. in illa. qõ. an valeat statutum in fauorem banitorum: vbi dicit quòd sic: quòd fit in fauorem reipublicæ principaliter & in consequentiam: & necessario resultat vtilitas Bannitis: secus si principaliter in fauorem bannitorum statueretur: de quo ibi
14 per eum: facit. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. †Quid autem si statuto cauetur quòd iudex expediat processum intra duos menses vel accusatio vel inquisitio intra legi
b timum tempus: sed opponitur de falso [b] contra testes an talis instantia prorogetur: ita quòd si iudex non expediat causam non incidit in pœnam. Istam. qõ. format Cyn. & Bald. in. l. j. C. qui accus. non pos. & ibi finaliter concludit Bald. secundum aliquos quòd iudex condemnet saluo & reseruato quòd si apparuerit, posta quòd testes falsum dixerint. quòd condemnatio habeatur pro non facta, & interim non poiest fieri executio: vt. l. si pecuniã. ff. si cert. petat. Sed Cyn. & Ray. tenent quòd debet supersedere in prima & cognoscere de testium falcitate & prima instantia prorogata intelligitur quia iudex cum de vita hominis agatur: debet multum ponderare: vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. & l. si quis vltro. ff. de quæstionibus. in. ij. colum. Et hoc verum est si illi testes qui necessario faciebant probationem redarguuntur de falso. Sinautem præter eos qui redaguũtur remanet probatio sufficiens non supenderetur: vt. C. de quæstionibns. l. j. facit. l. j. in fin. ff. quemadmodum. testa. aper. ita dicit Bald. in. d. l. j. C. qui accusa. non pos. vbi istam quęstionem vide latius.
15 †Et aduertas diligenter, pone vt supradictum est quòd de maleficijs commisis retro per sex menses ante initiũ sui officij, potestas cognoscere non possit. modo à die cõmissi maleficij antaquam transeant dicti sex menses potestas inquirit vel per accusationem proceditur de dicto maleficio quæ tamen inquisitio seu accusatio de iure non habet sua substantialia fit emendatio inquisitionis vel accusationis. & ponuntur substantialia post dictos sex menses à die commisi maleficij: an illud fieri possit & tale delictum puniri. Respondeo quòd non. ita siugulariter dicit Barto. quòd de facto determinauit in. l. edita. in ij. colum. ver. & per hæc determinatur quæstio &c. C. de eden. allegat. ff. de adulter. l. accusaturus. quod not. singulariter.

ADNOTATIO. a Permanentem, Adde Moder. in d. §. in popularibus. & Petr. de ancha. in consi. iiij. Ber.

b ¶De falso contra testes. Adde tu & vide de hoc per Abb. in cum consi. xvj. in. ij. vol. & Barba. in consi. xxxvj. inci. preclare scribitur.

Augusti. Item inquantùm tacta est supra illa difficultas: an quæstio falsitatis faciat sus-

persederi in causa principali. Addatatis quòd reperio Alberi. de ros. in duobus locis latissimè dispurasse istam difficultatem. Primò in. l. fin. C. si ex fal. instru. Secundò in quæstionibus statutorum in prima parte. q. lxxiij. qus incipit, modo subijcio quæstionem dispuratam per do. Richardum quæ talis est ex forma statuti tenetur rector intra tra. lx. dies terminare causas criminales sub certa pœna subdit contingit aliquem fore accusatum de homicidio & probatum est per testes. Ipse accusatus vel tertius arguit & accusat testes falsos vel opponit testes esse falsos an hoc pendente sine metu pœnæ possi iudex differre vltra. lx. dies illam primam causam criminalem de homicidio, & dicit quòd certè illa lex vltima. C. si ex falsis instru. multùm facit quòd differri debeat quia si sententia lata fuisset prætextu falsorũ testium retracta retur per totum titu. C. si ex falsis instru. & per. l. diuus. ff. de re iudica. Ergo multo fortius differri potest. Subdit tamẽ ipse Alberic. quòd Richar. in loco supra allegato post multa subtiliter allegata pro & cõtra determinauit oppositum: quia non potest dici quæstionem homicidæ differendã nisi hac sola ratione: quia si testes de falso condemnarentur accusatus de homicidio esset purgatus, & ad hoc tenent omnia iura pro hac parte per ipsum allegata: dicit ergo Alberic. est ergo solum hoc attendendum vtrũ acta in quæstione falsi præiudicent in quæstione homicidij quia si præiudicant oportet differri, aliàs non. Quòd autem non præiudicet nec opitulentur. videtur casus in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. ibi dum dixit in text. quòd uon relatione criminum sed innocentia reus purgatur. & pro hoc est bonus text. in. l. ij. §. fi publico. ff. de adulte. restringit tamen se ibi Alber. nisi referatur tale crimẽ quòd adeo esset præiudicfale si constat illud esse commissum non sit possibile, de quo prior accusatur fore commissum vt est est exemplum in. l. j. C. qui accusa. non pos. multo ergo fortius non leuat quando crimen non in accusatorem sed in tertiam personam, puta in testes proponitur ad pœnam eis imponendam: quia tũc res inter alios acta. &c. per totum: quomodo ergo acta in causa falciratis possent præiudicare accusationi homicidij qui nec receptioni nec iuramento eorum fortè præsens erat certè nullo modo. C. quibus res iudi. non nocet. l. penulti. vt intelligatur non solum in eodem facto sicut glos. intelligit, sed multo fortius in diuersis: vt in quæstione nostra. Item videtur ad hoc. l. expresè. in. l. lucius. ff. de his qui not. infa. & capitulo secundò. extra de ordi. cogni. vbi dis finitur super crimine. contra assertio testium non præiudicat testibus, ergo nec econtra testes debent præiudicare causæ homicidij, eadem ratiõe quia res inter alios acta. &c. concludendo ergo determinauit ipse Richar. vt refert ibi Albe. quòd supersederi non debet in ipsa causa criminali propter accusationem de falso, cùm vna alteram non contingat: & si testes deponerent in causa falsi
16 eum viuere qui occisus dicitur. †Limitat tamen hoc nisi iudici constaret hoc ex actis, habitis causa homicidij de tali innocentia accusati, quia tunc esset ferenda sententia absolutoria: imò etiam si hoc constat in executione sententiæ quòd ille viuus est qui dicitur occisus quia illa sententia criminalis non esset executioni mandanda sed seruaretur id quod dicitur in. l. j. in fin. ff. de quæstio. & in
17 l. diui fratres. ff. de pœn. †Secundò limitat Barto. præ dicta nisi ille qui est accusatus de homicidio accusaret accusatorem suum ex eo quòd dicit falsos testes produxisse: quia tũc quæstioni homicidij differri debet, quia sentẽtia super falso lata præiudicialis esset quæstioni hmicidij: allegat. l. fina. §. fi prædictum. C. de fide instrumen. & quia incidenter ista quæstio falsi detegit accusationem homicidij fore calumniosam, & qualitercunque constet iudici in causa homicidij procedere non debet. l. qui cũ maior. §. præsens. ff. de bo. liber. Et ideo in ea causa falsi tanquam præiudiciali prius cognoscendum est. l. j. C. qui accu. non poss. Subdit tamen ibi Albe. quòd si extraneus non ille qui accusatus est accusaret de falso: tunc causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

homicidij non differtur per ea quæ supra dicta sunt
18 †Subdit tamen quòd si accusatus de homicidio in modum exceptionis dicat testes falsos esse: tunc differtur quæstio homicidij cùm sit præiudicialis: vt dictum est.
19 Limitat tamen hoc † & temperat nisi iudici cõstet quòd in fraudem & causa litis differendæ talis exceptio proponitur: vt.l.j.C.de iur. calum.&.l.satis apertè.C. de fal.
20 †Item limitat hoc nisi imputari possit accusato, quòd nimis se arctaret ad opponendum exceptionem prædictam in.l.petenda.C.de tempo.in integr. restitu. &.l.nemo.C.de tempo.appellatio. Secus si sibi non possit imputari: quia accusator circa finem duorum mensium produxit dictos testes: quia tunc excipiẽs auditur & potest differri vltra sine metu pœnæ.l.fi.C.de adul. quantuncunq; enim statutum sit strictum tamen cœpit hanc interpretationem à iure communi: vt iusta & necessaria causa intelligitur excepta.l.si serui.C.de noxa.l. vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mune.& hono.& facit mentionem etiam ibi Alber.quomodo Cyn.d.l.j.C. qui accu. dicit quòd existente ista quæstione de facto in palatio Bononiæ quidã doc.aliter dicebant quòd proposita quæstione falsi à quocunque superfederi debet indistincte in quæstione homicidij: & ibi recitat verba Cyn.quæ posuit in.d.l. j. C, qui accusare.dicit tamen q; opi. Richar. vera est de facto iuris rigore: licet opinio docto. Bononien. mitior sit &
21 æquior: †caute ergo faciunt aduocati secundùm ipsum vt accusatus de homicidio accuset accusatorem suum q; testes falsos produxit vel excepit contra testes de fal.

Adde tamẽ quòd Sali.in.l.si docueris.C.de fal. posuit etiam istam materiam.adde Gand.in materia, in tracta. maleficiorum, in rubri.de falsarijs & fallsitatibus.in versi. sed pone q; aliquis producit contra me in causa quoddã instrumentum vel testamentum,& vide docto. maximè Bal.in.l.lucius.ff.de his qui not.infa.

SVMMARIVM.

8 *Inquisitionis copia quare mittatur ad cameram actorum communis.*

Die.xxv.Nouembris.

OVi dominus Iudex, vt supra, pro tribunali sedens commisit publico & iurato nuncio, quòd copiam dictæ inquisitionis secum portet: & dimittat ad cameram actorũ cõmunis Bononiæ.

1 †Istud autem fit ex forma statutorum locorum ne iudices pro libito voluntatis possint mutare formam inquisitionis. & sic auferre defensionem reo, quoniam oportet quòd semper inquisitio sit conformis cum exemplato & transmisso ad cameram: vt.l.si quis ex argentarijs.§. pertinere.& ibi Barto.ff.de edendo.&.l.sempronius proculo.ff.de leg.ij.Et etiam potest dici quòd hoc est iure introductum. Nam sicut in ciuili libellus porrigitur de pluribus, libellus vnus iudicialiter parti: vt in authen. offeratur.C.de lit.contesta.& in.l.j.& ibi Barto.ff. de eden. ita est in criminali mittendo copiam ad cameram superioris: perinde ac si iudex inquirens qui tenet locum partis: vt not.Barto.in.l.ij.§.si publico.ff.de adul.ipse det vnum libellum suæ inquisitionis, quem debet transmittere ad suum superiorem inter ipsum & reum: cum quo reo ipse iudex inquirens debet litigare.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde & dic quòd vera est ista conclusio quòd de iure cautum non est quòd hæc copia inquisitionis transmittatur ad cameram superioris:& licet.d. Ange.hic alleget Barto.in.d.l.argentarijs.& in.d.l.sempronius proculo tamen Barto.ibi nihil dicit in terminis de hac materia nisi quòd Moderni repetentes.c. qualiter & quando: extra de accusa.faciunt mentionem de hac transmissione, sed parum curo de hac transmissione: quia est parui momenti nisi ex lege municipali hoc sancitum esset, licet quòd aliàs ex tali inquisitione non potest sequi condemnatoria: nisi ad cameram copiam inquisitionis transmittat: & in multis partibus Italiæ talia statuta non sunt, imò sine transmissione istius copiæ tenet ipsa inquisitio. Audiui aliàs à maximis practicis in ciuitatibus vbi vigent huiusmodi statuta, ratio finalis fuit ne introitus fisci fraudetur per iudices, vt ille qui propter aliquod delictum veniret, condemnandus in centum vel bona sua confiscari deberent, iudices ipsi vel propter amicitiam, vel propter sordes condemnarent in minus.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis copia una cum citatorio: ut plurimum ex forma statutorum loci debet transmitti quod seruandum est.*
2 *Delictum in citatione generaliter non explicitæ per circunstantias loci & temporis debet contineri.*
3 *Inquisitionis copia cum citatorio communiter ex forma statutorum semper mittitur & ita practicatur.*
4 *Iudices cauti, habita qualiquali informatione de delicto, iubent reum capi quando pœna est corporis afflictiua, ne facta citatione verbali aufugiat.*
5 *Citatio in ciuili an debeat continere copiam libelli quando quis citatur ut veniat ad respondendum libello.*
6 *Citatorium an debeat exprimere crimen pro quo quis citatur uel sufficiat ei tari quòd cõpareat ad se excusandum à quadam accusatione porrecta contra eum.*

IVdex commisit quòd Caius prædictus & alij inquisiti citarentur.

1 †Vt plurimum ex forma statutorum loci requiritur, q;
2a copia inquisitionis vna cum citatorio* transmittatur q; forma seruanda est. Quinimo dico quòd etiã istud videtur esse de iure. Nam sicut in ciuili quando quis ad respõdendum libello citatur semper cum citatorio: videtur q; debeat mitti copia ad reum, aliàs autem nõ esset reus sufficienter instructus ad quid citaretur ad actoris petitionem: & si non compareret non esset contumax nec contra eum vt contra contumacem posset procedi: vt videtur text.in auth.de litigio.§.ad excludendas. in princip. coniuncto.§.fina.& not.plenè Barto.& Imo.in.l.si finita.§.iulia.ff.de dam.infect.& ibi Imo.ergo idem erit in criminali in quo ad similitudinem ciuilium proceditur: vt.l. absentem.ff.de pœn.Et quod in criminali debeat copia totius inquisitionis vna cum citatorio mitti.no. gloss.& doct.in capitulo, præterea.de dilatio.& vij.qõ.ij.c.si primates..quod intellige † generaliter, videlicet quòd compareat ad respondendum super tali delicto: non autem requiritur quòd explicitè delictum in citatione deducatur per circunstantias loci & temporis: vt.l.prima. C. de exhibendis reis. vbi dicitur quòd postquam reus citatus veniret iudex debet explanare quæsitum & dicere quare citatus fuerit ex quo manifestè apparet quòd in hoc citatorio non fuit expressum. ita dicit Barto.in extrauganti ad reprimendum in verbo, per edictum. Et Pet. de ancha.in clemen.j.de foro compe.in versicu.no. &c. quod not.fortè quia communiter tenetur quòd in ciuili non sit necesse quòd copia libelli trãsmittatur cum citatorio: vt not.Barto.in.d.§.iul. & Cyn.in authen. offeratur.ita etiam in criminalibus non est necesse de iure quod cum citatorio mittatur copia inquisitionis nisi modo & forma vt statim dixi secundùm Bart.in dicto loco in verbo. per edictum

edictum.sed sufficit si citetur quòd veniat responsurus inquisitioni contra eum formatæ: vt etiam not. Barto.in l.inter accusatorem.versi.pro declaratione &c.ff. de publi.iudi.& ibi vide Imo.† sed communiter ex forma
3 statutorum semper mittitur copia inquisitionis cum citatorio:& ita practicatur & hæc obseruantia fundatur ex gl. in dicto, capitu. præterea. Sed Salic.in lege, absentem. C. de accusa.versicu.quæro tertio, an in schedula &c. tenet quòd sufficit quòd citetur quòd veniat ad respondẽdum cuidam inquisitioni contra eum formatæ per dictam.l.j. C.de exhibitione reo. Et hoc fuit vtilitatis causa ne rei scientes crimen de quo sunt inquisiti fugam arripiant
4 †Sed cauti iudices prouident quia habita qualiquali informatione de delicto iubent reum capi si crimen sit tale quòd pœna sit corporis afflictiua ne verbali citatione præcedente reus aufugiat: ita dicit Salice.in dicta. l. absente.& in dicta l.j.Et in effectu tenet id quòd dicit Barto.in dicta extrauaganti ad reprimendum.in verbo, per edictum.

ADNOTATIO.a ¶Cum citatorio.adde & vide Anto. de prato veteri.in eius consil.q; est pœn.inter con.Barba.Ber.

5 Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod iste dodt. tractat hic duo. † Primum est an vera sit ista conclusio quòd opus sit in ciuili quòd in citatione mittatur copia libelli quando quis citatur in citatione quod veniat ad respondendum libello. Secundum an in criminali debeat mitti copia libelli. Quo ad primam conclusionem adde pro nunc quod Franc.tigri. in rub.C.de eden.dicebat per nota.ibi per gloss. in rub. dum gloss.dicit ibi, quòd illa editio de qua in illo titu.est præparatoria iudiciorum quòd ibi gloss.erat in terminis quod copia libelli debeat mitti ipsi reo in citatione. quia in illo titu.tractatur de editione libelli: vt.l. edita.C. de eden.igitur &c.& voluit Dyn.in dicto. §.ad excludendas.& Guil.de cu.in dicta.l edita.licet Barto.in dicta ru. C.de eden.aliter videatur sentire.& ideo gloss. & doct. in.capitu.ij.extrà de libel.obla.videtur velle quod missio copiæ libelli cum citatorio non sit necesse imò quod teneat illa prima citatio absque missione libelli.Bene verum est quod Pau.de cast.in dicto.§.iulianus.dixit quòd quò ad hoc vt possit peruenire ad primum decretũ: opus est quod copia libelli mittatur cum citatorio, sed quò ad hoc vt citatus comparere teneatur vel multari possit nõ requiritur quod copia libelli mittatur cum citatorio: primam tamẽ partem tenuit Io.an.de deo.vt refert Ioan.in addi.Spe.in tit.de libelli obla.in.§.j. sed ipsum reprobat Io.an.in addi.Spe.in ti.de citatione.§.iã de citatione ver. viso.& in dicto versic.viso.ibi Spe.dicit quòd ad cautelam tenor libelli debet inseri in citatione sed ad hunc finem non ad finem comparitionis.sed ad hoc vt reus contentus habeat amplius inducias deliberatorias, quam conclusionem limitauit Ant.de but.in dicto capitu.præterea.extra de dilatio.pro opi.tamen contraria multum facit text.in.l. fina. C.de anna. except. inducendo illum text.à speciali prout ponderabat ibi Ange.& ibi erat casus specialis in quo requiritur quod citatio contineat in se libellum.alter casus est dicit ipse in.l.fina.C. de duobreis.& per doct.ibi Ergo in contrarium est ius commune.Pro alia opi.videtur text.in.l.fina.C.de iure do.impe. quem ponderabat ibi Bal.d.quod imò opus erat quod in citatione mitteretur copia libelli ad hoc vt citatio comprehenderet citatum. Ange.verò in.l.si seruum.§. nunc videamus.ff.de verbo.oblig.in principio multum exclamabat ibi in hac materia de illo text.quod ibi erat casus quod licet in citatione non debet mitti copia libelli tamen quo ad hoc vt fiat interruptio præscriptionis opus est quod in citatione mittatur copia libelli. casus est ibi in dicto.§.nunc videamus de quo text. Angel.ibi faciebat maximum festum quicquid sit, dic tamen que dixit Angel.secundùm Cyn.in.l.sicut.C.de præscripto. xxx. annorum quod de consuetudine non seruatur quod copia libelli mittatur cum citatorio: licet Iaco.butr. ibi dicat quod de iure mero debeat mitti copia libelli: omnino vide Ange.in dicta.l.sicut. †Quò ad secundam cõclusionem. Adde quæ dixit Bal.in.l.nullius.C.de exhiben. reis.qui dixit quod ibi in illo text.est argumẽtum quod in citatorio non est necesse exprimi crimen pro quo vocatur, sed solùm quod citetur quod debeat comparere coram iudice ad se excusandum à quadam accusatione porrecta contra eum: sed in citatione nõ dicat de quo crimine.si enim oporteret in citatorio exprimi crimen non esset necesse vlterius explorare id quod dicitur ibi in illo text.quia iam esset instructus.sed do.Card.in cle.ij.vt li. penden.tenet expresè quod imò in criminalibus in citatione omnia debent exprimi ipsi accusato. per text.cum gl.in.c.maximianus.lxxxj.di. & per dict.c. si primates. Adde tamen domi.Abba.notanter loquentem in.c.licet in beato Petro.extra de accusa.qui dicit quod illa doctrina Bart.in.l.inter accusatorem de directo est contra text. in.c.si primates.supra alleg.Vnde do.Abb. temperat dicta Bartol.in hac materia ibi vide.de materia autem ista an in ciuili vel criminali opus sit quod copia libelli vel accusationis debeat inseri videñ. essent dicta Moder.in dicto.c.ij.extra de dilatio.& in dicto.c.qualiter & quãdo in repor.& Hostien.& do.Anto.de butr.in.c. pastoralis. §,quonam.extra de reseri.& ibi vide Moder.& ibi Imo. in.iiij.col. Ioan.de ana.in dicto.c.licet. & per Bartol. in.l. fina.C.de anna excep.per Anto.de butr.in cap.j.de libel. obla.& multum eleganter loquitur Petr.de ancha.in cle. ij.extra vt lit.penden.quem omnino vide in causa ciuili. & aliquid ibi per Imol. Abba.in c.j.de dila.in pe.col.per Cyn.in.l.sicut.C.de præscrip.xxx.annorum.per gloss.in d.cle.ij.in gloss fina.per Bald.in authẽ.qui semel.C.quo. modo & quando iudex in versic.quæro quando dicatur. & vide bonum text.cum glo.in.c.indicas.iiij.q. ix. &.c.si episcopus.iiij.q.ij.

7 *Terminus ad comparendum & respondendum libello sicut datur in ciuili, ita & in criminali. sed statuta seruanda sunt quæ communiter alium statuunt terminum.*
8 *Iudex uel statutum si concedit minorem dilationem quam faciat lex quid erit faciendum*

7 Ange. †Et est notandum quod sicut in ciuili datur terminus ad comparendum & respondẽdum libello: vt no.in.d.auth.aufferatur. & in.l.fina. ff.de fer.& ita etiam in criminali: vt.l.j.C.de exhiben.reis. Sed communiter per statuta.d.l.j. est sublata & alius terminus statuitur: vnde statuta sunt obseruañ.& attendenda.
8 †Quid si iudex vel statutũ concedit minorẽ dilationẽ ẽ cõcessa sit per.d.l.j.an integra dilatio suppleatur à iudice vel à iure videtur quod sic per not.par Bar.in.l.j.ff.de iure delib. In contrarium videtur & maximè quando iudex
b posuit dilationem legalem abbreuiare: vt.l.ij.& ibi plenè per Barto.ff.de re iudi. Sed ego distinguo aut statutum minuit dilationem legalem:& hoc clarum quòd fieri potest: quoniam statutum est ius ciuile nouum quòd tollit antiquum: vt.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.aut iudex facit illud ex suo officio:& tũc aut facit ex causa,& si est iusta causa facere potest: vt dicta.l.ij.de re iudi. quã causam exprimere debet in actis cum sit decretum vel sententia interlocutoria vt videatur vtrum grauauerit partem necne: facit.l.qui testamento.& ibi gloss.& Barto.ff.de excusa.tut.& facit quod plenè not.Ang.& Imo. in.l.qui romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.obli.& quòd iusta causa posit minorare facit.l.reis.C.de pœnis.&.l.constitutiones.ff.de appel.&.l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniusto rup.irrito; testa.&.l.pronunciatum.C.de fer. secũdùm delicti qualitatem & delinquentis.

b ¶Abbreuiare. Adde nouissi.in.d.l.ij.& in.l.si finita.§.iul.ff.de dãno.inf.& vide Ro.in consil. cccxcvij. qui manifacit dictum Bar in.l.iiij.§.prætor ait.ff.de dãno infe.Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augusti. Tu autem in hac materia,adde & con sydera quòd ista quæstio dependet ab illa an in dilatione legali quæ assignatur cum ministerio hominis iudex possit illam augere & minuere & multi tenuerunt quod cum causa talis dilatio possit augeri & minui:per.l.nonnunquã.ff.de iudi.cõiuncta.l.ad peremtorium.eod.titu.& istam opi.tenuerunt glos.Ioã.and.in c.cupientes.§.q si per viginti.de electione.in.vj.in versi. xv.& glo.in authen.offeratur.C.de litis cõtest.in verbo, viginti.sequitur Iac.de are.in.l.j.C.de dila.& ibi Cyn.& no.in.l.siue pars.eo.titu.& Cy.sequitur in authen.ei qui C.de temp.appella.& Cyn.in authen.qui semel. C. quomodo & quando iudex.& Iaco.de bel.& Ang.in authẽ. de exhiben.reis in.§.j.& Iaco.but.in.l.ad peremptorium. & Bal.in.l.de die.ff.qui satisd.cog.& Bald.in authen. iubemus.C.de iudicijs.& Bald.in.d.authen.ei qui.& Guilel. de cu.& Iaco.but.in.l.de die.& Dyn.in.l.iiij. §.si quis.ff. de re iudic.Quinimo Bart.in.d.l.ij.ff.de re iudi. expresse voluit quod omino dilatio legalis ex causa possit mutari & multa allegat ibi.& vide per te ibi.& istam opinionem tenet glos.in.§.sancimus.in verbo.xx.in authen. de exhiben.reis.& domi.Anto.in capit.cum sit romana. de appella.& in.c.præterea. extra de dila. Aduerte tamen: quia ista non videntur ad propositum quia loquuntur in ciuilibus,sed nos loquimur in criminalibus.Vnde in criminalibus dilatio legalis non potest mutari vt voluit Cyn.in terminis.in.l.j.C.de requi.reis.propter magnitudinem iudicij allegat in argu.l.fin.C.de requiren.reis. facit quod not.Pet.& Cy.in authen.qui semel. C. quomodo & quando iudex.Sed aduerte quia ista conclusio est falsa:quia imò in criminalibus istes dilationes etiam possunt mutari.& in terminis nostris in casu dictæ.l.ij. C.de exhiben.reis,allego Specu.in titu.de citatione.§.nunc de tempo.in fi.& Bald.in dicta.l.j.& Innoc. & communiter canonistæ in.c.ad petitionem. extra de accu.& Bald.in l.ij.C.vt intra certum tempus.& Specu.multa allegat ibi in dicto.§.nunc de tempo.omino ipsum vide & melius & istam partem teneo, quia in criminalibus proceditur ad instar ciuilium.l.absentem.ff.de pœnis.licet Bald. videatur innuere contra in authẽ.qui semel.in.ij.colum. C. quomodo & quãdo iudex.& in.d.l.de die.& in dicta.l.j. C.de requiren. reis.& in.d.authen.iubemus. & in.l.si ea. in penult.colum.C.qui accusare.in illa.q.quam ponit de statuto quo cauetur quòd contumax ponatur in banno in quo ei assignetur terminus octo dierum intra quem si non cõparuerit habeatur pro confesso & ibi voluit quòd ille terminus nõ possit nec augeri nec minui:dicas quod ideo hoc est quia ibi pœna imponitur â iure sub certa forma debet forma specifice seruari:per glos.quã alleg.valde notabilem in capitulo primo.de milite vas.qui contumax est.iuncto illo tex.in verbo,tertiam vacationem.Et Et adde glo.valde nota.in clemẽ.prima de vita & ho.clerico.in verbo,tertio.& no.Ioan.and.in rubri.de confess. in additio.Spec.& Bal.in.l.non sunt liberi.ff.de statu ho. & Ant.de but.in capitu.tuę.extra de cle.nõ resid.& Bal. in.l.ij.C.quomodo & quando iudex.papa verò & princeps indistincte omnes dilationes legales augere & minuere potest.text.est notabilis secundùm Pet. de ancha. ibi & Imo.in capitu.ex ore.extra de his quæ fiunt à maparte capit.iudex verò dilationem legalem in totum tollere non potest.glos.est nota.in.l.quod iussit.ff.de re iudic.in fine.in glo.magna.& voluit Specu.in titu.de citatione.§.nunc de temporum.versi.fi.sed miror quod domi Ange.hic non viderit.& glos.in terminis.in.l.ij.C.de exhiben.reis.& tex.ibi qui loquitur taxatiuè:nam text.dicit ibi non minus.xxx.dierum spacium dari debet.& ibi gl. dicit maius tempus poterit statui per iudicem.sed sic illa dilatio legalis poterit augeri sed minui illud tempus:gl. tacitè videtur velle quod non:& forte illa glos.tenuit ga text.ibi taxatiuè videtur loqui:sed considera quòd indiuiduum huius quæstionis dependet ab ista an dilatio legalis quę ministerio iudicis assignatur possit mutari licet lex dicat non minus tempori assignari possit quã.x. vel xx.vel.xxx.dierum:& licet Bart.in dicta authen.offeratur.videatur sentire quod non isto casu vt videtur velle ibi glos.in.d.l.secunda.C.de exhiben.reis. & est in terminis nostris tamen contraria opi.verior est de iure quia Iaco.butri.tenet contrarium in.d.l.ad perẽptorium. quod imò ex causa potest mutari etiam isto casu.& Cyn.in.d.l. j.C.de dilatio.& not.Barto.in.d.authen.qui semel. post medium & glos.iuncto tex.in.§.omnes.in authen.de li tig.& domi.Anto.de butr.in.c.ij.extra de dila.& probatur in.d.l.ad peremptorium.cum.l.seq.ff.de iudic.in verbo,non minus,iuncta.l.nunquam.ff.de iudic.

9 *Criminalibus in causis maximè nuncius non potest aliquem citare nisi de mandato iudicis.*

10 *Commissio iudicis de citando si non appareat:apparente tamen in actis quòd nuncius retulit se citasse de mandato iudicis: præsumetur præcessisse mandatum.*

9 Ange. †Et bene not.quod in processu nostro iudex commisit.Ex quo not.quod nuncius aliquem maximè in criminali citare non potest:nisi hic procedat de iudicis præcedenti mandato:vt.l.fi.& ibi Cy.C. de requi. reis.Licet Innoc.in.c.quoniam. contra de proba.voluerit sufficere commissionem generàlem.& istud dictum Cy.est verius:vt est casus in.l.cum cle.ibi memorati.C.de epis.& cle.& .l.omnes.eo.tit.ibi ex eius qui regit prouinciam:& pro hoc quod not.Barto.in.l.fin.C. de iur.do.impe.licet Bar.aliter distinxerit saluando vtrancq; opi.in.l.si quando.C.de testi.ita dicit Lud.in.l.sciendum. 10 de verb.obli. †Quid autem si non apparet de cõmissione iudicis facta.respondeo si in actis postea in relatione nuncij dicatur talis nuncius retulit se citasse ex com- a missione sibi per dominum iudicem facta præsumitur a precessisse commissionem:ita dicit Cy.& Bal.in.d.l.fi.& facit q no.Bal. in.l.cũ clericis.C.de epis.& clericis secus autẽ si de preambula commissione nõ apparet vel etiã in relatione nuncij:vt.d.l.fi.

ANOTATIO.a ¶Præsumitur præcessisse.Adde tu Frã.de are.in consi.xxxiij.vbi dicit q cõmunis opi.est in cõtrarium de quo per Ro.in consi.cccexcvij.,& Abba.in consi.xlij.in.j.vol.& an si nõ apparet de relatione nuncij.tamen si citati cõparent præsumuntur omnia solẽniter acta vide Fran.de are.in consi.xxx.& quid si nõ apparet de nomine nuncij in relatione vide Ro.in consi.cclxvj.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia an præsumatur quòd commissio iudicis præcesserit nuncio de citando aliquem quod ista est maxima difficultas quam disputauit Ro.in.l.sciendum.ff.de ver. obli.& Guido de suza.in.l.ad peremptorium.ff.de iudi.d.Anto. de but.& doct.in.c.j.extra de iud.Et solet allegari quod Bart.posuit istam materiam in.d.l.sciendum. licet in sua lectura hoc non habet:& Bal.in.l.j.ff. de in ius vocã.Inn. Ioan.and.& docto.in.c.quoniam contra.extra de probatio.& Tancred.in opere suo in materia citationum.in.x. q.& Barto.in.l.j.§.cura.ff.de offi.præfe.vrb.& Bartol.in extrauagan. ad reprimendum in verb.per nuncium. & Bald.in.l.consentaneum.in.viij.nutabili.C.quomodo & quando iudex.Et Sali.in.l.tres denunciationes. eod.titu. & Imol.in.d.c.j.extra de iudi.Adde Io.an. in addi.Spec. in tit.de citatione.§.sequitur.versi.vnum autem. & Imo. &.d.Ant.de bu.in.d.c.cum parati.extra de appella.qui dicunt quod imò commissio iudicis facta de citando debet in actis scribi quod est cõtra multas curias in quibus nõ scribitur nisi relatio nuncij se citasse de mandato iudicis non cõmissio iudicis:& ideo illi processus corruũt.Dicit tamen ibi Imo.forte processus illi substentarẽtur si consuetudo illa diutius esset obseruata quod commissio iudicis in actis nõ scriberetur:sed si nõ apparet de cõsuetudine:dicit Imo.q processus corruũt.& vide Sali.in.l.absentem.in.vj.col.C.de accusatio.& Abb.in.d.c.quoniam cõtra.Sed not. q Ioan. and.in.d.c. quoniam contra .refert ibi Abb.dicunt q co mmunis est obseruantia vt tales cõmissiones de citando nũcijs factæ non scribãtur.Frustra ergo disputamus de ista materia.Ego vltra omnes doct. scripsi amplissimè post modernos.in repet. mea.l.sciendum.ff.de ver.obli.ibi vide vbi multa alle.& adduxi aliquas limitationes,dic vt ibi.

11 *Iudex an possit facere citari in alieno territorio subditum suum existentem in territorio alieno.*

11 Ange. †Quero an iudex possit facere citari subditum suum qui nunc est in alieno territorio in dicto alieno territorio. Respondeo aut sunt plures præsides diuersarũ prouinciarũ subyno dominio vel regimine tunc vnus potest facere citari in alieno territorio verbo tantùm:vt.l.oẽs.§.apparitor.C.de epis.& cle.aut sunt sub diuersis dominijs:& tunc non potest facere citari verbo in dicto alieno territorio sed debet requirere iudicẽ illius territorij q citet illum vt coram se compareat &c.vt.d.c. pastora.de re iu.facit.l.cum vnus.§.pen.ff.de bo.auth.iu. poss.Vel etiã potest dici q aut quis citare vult in territorio illius cui iudex citans subest vt iudex aretinus citari vult subditum suum in ciuitate Florentiæ cui subest & tunc non potest propter reuerentiam : vt.d.cle. pastoralis,aliàs si non subest potest vt dicto.§.apparitor.ita dicit Bartol.in.l.j.§.j.ff.de requi.re.vide Cy.& alios in.d §.apparitor.

a Augusti. Tu autem in hac materia adde Cyn. Sali.& Pau.de ca.a in.l.fi.ff.de iurisdictione omnium iudi.& per Io.cal.in rep.c.de illis in.ix.q.extra de rap.per Bar.in extrauagã.ad reprimendum in verbo per edictum.per Cyn.Barto.Bald.Sali. & docto. in.l. omnes.§.apparitor.C.de epi.& cle.& per Ioã.an.& alios in.c.romana.§.contrahentes.de fo.cõpe.in.vj.in nouella. per Spec.in titu.de compe.iudi.adi.§.j.ver. sed quoniam iudex.per Pau.de eleaza.in cle.pastoralis.extra de re iudica.per do.Anto.de but.in.c.fi.de foro cõpe.circa.j. col. per Ang.in sua disputatione quæ incip. Bononiensis. in ij.quæstione principali.& in repetitione.l.si vacãtia. post medium.C.de bo.vacan.lib.x. per Bald.in.l.testa.qui.C. de test.qui singulariter limitat istam materiam . Aliquid per Bal.in.l.inquirendi.C.de ser.fugiti.& per Bald.in.l. penul.in.xv.col.C.de execu.rei iudic.per Bal.in. l. in tẽpus.ff.de hære.instituen.Et omnino in hac materia videda sunt dicta Ang.in dicta quæstione sua quæ incip. Bononiensis qui ponit regulam nullam citationem fieri posse extra territorium:& ponit sex fallentias:& certè multũ mirabiliter & magistraliter loquitur..

ADNOTATIO. a ¶Et Pau.de ca.adde tu vltra ea quæ habentur in.d.l.fi.Oldr.in consi.lxxxvij. Franci. de are.in consil.lviij,& consilio.cxxxv.& ibi an iudex delicti possit citare extra territoriũ.Et quomodo debeat citari subditus existens extra territoriũ. vide plenè do . Bartol.fozi.in consil.clxvij.col.vj.vers.præterea.Et ponit etiam.d.Maria.soci.in rubri.de dila.

12 *Citatio ad domum facta an sufficiat & arctet citatum.*

2 Ange. †Quæro an sufficiat citari ad domum. Respondeo q sic:quia sufficit citari personaliter vel alibi ex quo verisimile est q in sui notitiam veniat & sic ad domum:ita dicit Bar.in.d.l.inter accusatorem.versicu.sed quæro vbi debet citari &c.ff. de pu.iu.& ibi etiã Imo.& vide Sali.in.l.absentem.C.de accu.addas quæ dicã.j.in glos.in verbo , qui iudex videns quòd inquisiti non comparent &c.in versi.quando autem fit processus contra absentem &c.

Augusti. Tu autem in hac materia aduertas:qa dubito de ista conclusione per ea quæ latissimè vltra doc.& maximè Modernos scripsi in.l.iiij.§. b prætor b ait.ff.de dãno infe.vbi doctores examinant istũ passum an citatio facta ad domum arctet citatum : & licet Ro.latè ibi scribat & Mederniores latissimè : tamen multa & infinita ego alegaui ibi quæ penitus sunt incognita ipsis & inter alia ego adduxi illam pulchrã doctrinam Pet.de ancha.in hac materia quam posuit in cle.j. extra de iudicijs,in vltimo notabili qui limitando docto. omnes qui dicerunt quod verum est q citatio facta ad domum arctat citatum:hoc verum in his quæ sunt leuis præiudicij secus si sunt maximi vel magni præiudicij:& ita respondit ad dicta glos.& docto.& allegat Innocen. hoc voluisse in.c.fina.extra de eo qui mitti.in possess.causa rei seruandæ:sed causæ criminales sunt magni præiudicij:vt habetur in.l.imperium . & in.l.magistratibus .ff. de iurisdictione om.iudi cum simili ergo videtur falsa cõclusio Bar. hic:sed omnino vide quæ dixi in.d.§. prætor ait.quomodo ista possent saluari in his quæ sunt magni præiudicij: quia ibi multa alegaui.

b ¶ §.prætor.Adde & vide tu Alexan.in.d.§.prætor.Ro. in consilio ccccliij.Abb.in consi.lxxxiiij.in.j.vol.raph.cu.in consil . cxlvj.& Ful.in consil.lxxvj.& Alexan.de imo.in consil.xj.in.ij.vol.Ber.

13 *Citatione uerbali an quis dicatur præuenisse iurisdictionem.*

14 *Iudex unus præuenit in citatione uerbali alius in reali quia capit reum personaliter quis istorum dicitur præuenisse.*

15 *Iudex originis præuenit in citando & iudex delicti in sententiando quis erit potior.*

13 Ange. †Quæro an ex citatione verbali dicat c officialis præuenisse & præoccupasse iurisdictionem alterius officialis. Istam quæstionem ponit Bart.in l.sepulchri.ff.de sepul.viola qui in effectu dicit quòd per c citationem dicitur præoccupasse c iurisdictionem : vt.l.si posteaquã.ff.de iudi. & iudex quando per processum secundi iudicis impediretur procedere posset suam iurisdictionem defendere etiam pœnali iudicio:vt.l.j. ff.si quis ius dicen.nõ obtempe.Item interdicto vti possidetis: vt not.Barto.in.l.fin.ff.vti possi de.Si autem non impediretur:vt putà iudex loci delicti procedit & iudex originis non prohibetur procedere cum hodie non habeat locum remissio:ita not. Bartol.in.d.l.sepulchri.hic vltimo loco 14 dicta cessarent. †Quid autem si vnus iudex in citatio- d ne verbali alius in reali:qa cœpit eum personaliter d propter delictum. Istam quæstionem vidi de facto in ciuitate mea aretij:vbi sunt duo officiales eandem iurisdictionem habentes:& ista quæstio potest determinari per no. per Bald.in.l.postea quã.& per no. per Bald. in.l.ij.ff.de cust.reo.& in.l.ij.ff.de pœ.& per Bal.in.l.j.C.vbi de crimi. agi opor.& not.Barto.in.l.domicianus.ff.ad turpil. facit quod not.Ioan.and.in.c.j.de obli.ad ratio . & quod not. Bald.in additio.Specu.titu.de contuma.§.sequitur. versicu.sed pone.& quod not.Bald.in authen.sed nouo iure. C.de ser.fugi.versicu. pone quod in ciuitate Perusij.Et finaliter tenerem quòd potentior sit citatio realis quã verbalis:& sic iste iudex præferatur in processu qui cœpit malefactorem illi iudici qui prænenit in citando reum citatione verbali per prædicta:& maximè quia ipse ad suũ libitum potest suam sententiam executioni mandare q non potest ille qui tantum verbaliter citauit:& etiam cũ hodie non habeat locum remissio in criminalibus,vt supra dixi.Igitur facta executione secundi iudicis necessario sequitur quod sententia primi iudicis erit frustratoria:& opponi poterit exceptio rei iudicatæ cum paruerit primæ sententiæ ne bis de eodem delicto queratur : vt.l. non possunt.ff.nau.caupo.stabu.& argu.not.per Bartol. in dicta.l.sepulchri.omnino vide quæ ibi per eum scribũtur : quia quis potest de eodem delicto damnari & in loco dixi & in loco originis.Et imputet sibi reus qui in vno loco non comparuit & paruit sententię:aliàs autem si nõ compareret in loco originis & non paruisset sententiæ iudicis loci delicti non est audiendus : vt.l. euidenter.ff. de excep.rei iudic.quod nota, quia semel habui de facto Nursiæ.De supradicta autem materia,vide etiam Barto. 15 in.l.pluribus.ff.de lega.j. †Quid autem si iudex origi nis præuenit in citando & iudex delicti sententiando qs erit potior.Istam.q. Cyn. in simili format Dyn.Bald.& Rayn.in.d.l.fi pluribus.ff.de lega.j.& ibi Imol . qui volunt quod ille qui primò processum inchoauit sit prior per.d.l.fi pluribus.& per.l.j.ff.de officio consulis.Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

io quia inquirens succedit in locum accusatoris:vt not. Barto.in l.ij.§.si publico.ff.de adulte. sed in accusatione præfertur qui primò præuenit:vt.l. qui crimen. cum ibi not.C.de accusa. igitur & iudex inquirens. Præterea quando secundùm iudicium ita se habet ad primum q̃ lata absolutoria in primo,opponetur in secundo exceptio rei iudicatæ:tunc vlterius procedere non potest:vt.l.fundum.&.l.fundi& ibi Bartol.ff.de excep.rei iudica. Sed in casu nostro sententia absolutoria in primo impediret secundùm processum: ergo obstante pendentia primi processus non poterit procedi in secundo. Et hoc etiam habet locum quò ad confiscationem bonorum:quia ille præfertur qui primò incœpit inquirere,quod not.

c ¶Præoccupasse. Adde Ro.in consi.cccxvij.vbi dicit quod quando citatio est illegitima iurisdi,non est præoccupata.Ber.

d ¶Personaliter. Adde ad omnia hæc quæ ponit Bal.in consi.ccccxviij.incipiendam Cagnus de freno.in.ij.vol.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd prima conclusio supra tacta videtur contra text.in.l.nõ videtur.ff.de iudic.vbi habetur quod sola citatio non confert iurisdictionem.Sed respondet vt elegãter dixit Bartol.in.l.vbi cœptum.ff.de iudic.quòd verum est quod à citatione non dicitur esse cœptum quando non coram suo iudice cõuenitur vel coram eo quem posset declinare.& ita loquatur dicta lex non videtur.Secus si quis conueniretur qui haberet plures iudices habentes eandem iurisdictionem & parem vt puta in casu nostro,quia potestas & capitaneus sunt iudices in ciuitate Perusij vel Senis:nam tunc ille qui præuenit per citationem ille erit iudex per.d.l.si quis postea.ff.de iudi. vbi notanter dixit Ange.allegãdo singulare verbum Archi. in.c.non est.iij.q.vj.quòd isto casu non requiritur quòd talis citatio sit peremptoria,quod not. Item an per capturam personæ dicatur præuenta iurisdictio. Adde quæ dixit Ange.in.l.si quis postea.ff.de iudic.quod sicut per citationem iurisdictio præuenitur ita per capturam: nam illa citatio fortior est.Vnde capto malefactore per potestatem pro vno delicto ante processum inchoatum præuenta dicitur iurisdictio capitanei.ita vt amodo cognoscere capitaneus non possit de eodem & allegat Io. andr.hoc voluisse in dicto capitulo primo. de ob. ad rationi.secus si potestas solum libellum accusationis seu inquisitionis poluerit in actis:per not.per gloss. in.l.j. ff.de in ius vocan.Aduertas tamen quod præfati docto.non decidunt id quod decidit do.Ange.hic scilicet,vt si capitaneus primo citauit verbaliter alter scilicet potestas citauit realiter: & sic venit ad capturam post citationem incontinenti capitanei quod per capturam dicatur præuenta iurisdictio capitanei:quia dubito de ista decisione domi.Ange.hic quia doct.omnes maximè Pau.de cast. in dicta.l.si quis.postea dicunt quod sicut per citationem verbalem præuenit iurisdictio ita per capturam. Et ita dicit domi.Ange.ibi sed non decidunt id quod decidit do. Ange.hic imò dicta per Ioan.andr.in.d.c.j. de oblig. a1 ratio.non decidunt id ad quod domi.Angel.ipsum allegat: vt pulchre poteris videre ex dictis Angel.in.d.l. si quis postea.Vnde text.dicunt quod per solam citationem perpetuatur & præuenitur iurisdictio dicta.l.si quis postea.sed non reperio tex.qui dicant quod captura isto casu fortior sit quã prima citatio.Et de materia præuentionis vide omnino Pet.de ancha.in.c.significasti. extra de foro compe.& ideo dixit Bal.in.l.senatus ad fi. C. qui accu.quod captura personæ dicitur citatio.& ille dicitur præueniſſe alterum per capturam sicut fit per citationem sed non dixit Bal.in.l.j.id quod iste doc.voluit determinare. Inquantum autem dominus Ange.tetigit hic aliã. q.si vnus iudex præuenit in citando alter in sententiando. Adde quæ latè dixi post doct. Moder.vbi multa fuerunt allegata.in.l.si pluribus.ff.de leg.j.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius potest esse etiam infamis.*
2 *Nuncij si ex forma statuti debent eligi in concilio generali tunc iudex non posset à se nuncium eligere.*

PEtro publico & iurato nuncio.

Dicta die.

Quòd petrus nuncius publicus retulit se dictos inquisitos & quemlibet eorum,quoniam ipsos personaliter reperire non potuit citasse domi eorum & cuiuscunque ipsorum solitæ habitationis &c. & omnia alia fecisse & dixisse quæ habuit à dicto.d.iudice in commissione,& mandatis.

Die.xxvij.dicti mensis.

1 †Quilibet etiam infamis[a] potest esse nuncius,licet sit
2 publicum officium tamen datur vilissimis personis, facit.l.nec infames.C.de decur.lib.x Et debet à principio iurasse quando officium acceptauit,& de iuramento suo appareret in actis:vt.l.hac edictali.§.illud.C. de secũdis nup.Si tamen non iuraret vel non appareret de iuramento & officium exercet:satis est:vt in authen. decernimus C.de arbitris. † Secũdò aduertas quòd si ex forma statuti debent esse electi in concilio generali: tunc iudex à se non posset nuncium eligere.quia forma non esset seruata alias secus:vt.l.j.C.de spor. Sed si de sua electione non apparet: tamen sit in quasi possessione sui officij satis est:vt.l.barbarius.ff.de offi.præs.

ADNOTATIO.a ¶Etiam infamis.& adde tu quòd hoc non habet locum in curia Romana quia ibi infamis non poterit esse nuncius ita Bal.in.l.sed & milies.§.ignominiæ.ff.de execu. tut. & adde an nuncio iurato credi debeat vide per Car.Alex.ã.in.c. cum parati.extra de appel.Paul.de ca.in consi.cclxxvj.in prima ſtãpa. & consi.lij.Ro.in consi.cccxcvij.& Alex.de imol.in consil.cxxiij. in.ij.vol.

Augusti. Tu adde q̃ omnia ista sunt dicta Bart. in extrauaganti ad reprimendum in verbo,per nuncium.Sed dubito de prima conclusione quã posuit Bar.ibi.& refert do.Angel.scilicet q̃ infames & personæ vilissimæ possunt esse nũcij per ea quæ dixi Io. andr.in addi.Specu.in titu,de teste.§.j.versic. item quod est seruus.qui refert & sequitur Guil.de suza. in.l. illicitas.§.illicita.ff.de offi.præsi.q̃ seruus non potest esse nuncius cum non possit esse testis:& tales nũcij sunt plusq̃ testes:quia eis solis creditur vt infra dicetur ergo doctrina Bart.est falsa q̃ vni vilissimo credatur:& licet Barto. in dicta extrauaganti velit respõdere huic motiuo tamẽ mihi non plenè satisfacit.

3 *Citatus in suo territorio etiam sine literis & alia fidæ debet nuncio credere aliàs est contumax.*
4 *Nuncius iuratus & deputatus seruire potestati si fuerit uocatus ab inferiore puta à Barisello,citatio ualebit.*
5 *Nuncio dicenti se aliquem citasse an credi iure debeat.*
6 *Mandato iudicis apparente si non constet quòd citans sit nuncius: & si ultra id quod sibi commissum est referat,& si dicat se habere commissionem iudicis,an sibi credatur.*

Ange. †Tertiò citatus in suo territorio etiam sine literis & alia fide debet nũcio in citando credere:aliàs est contumax:vt in auth.de colla.§.eos. Et iudex etiam vni nuncio referenti solet credere in sibi cõmissis. C.de epis.& cleri.l.omnes.§.sinautem apparitor. Ista sunt verba Barto. in extrauaganti ad reprimendum in verbo.per nuncium.& vide omnino Bart.in.l.j.§.j.ff. de offi.præfe.vrb.†Et tu iudex bene aduertas q̃ licet sit nuncius iuratus & deputatus ad seruiendum vni curiæ vnius officialis superioris:vt puta potestatis, poterit tamen iudex inferior:vt Barisellus vel executor committere tali nuncio superioris officialis: & citatio facta per dictum nuncium superioris officialis ad instãtiam minoris officialis valet:ita dicit Bar.in.d.verbo,per nuncium.

q̃ te

quod tene menti. Sed postq̃s supradicta scripsi melius
5 cogitans & plura videns dicendum est † an credatur nuncio dicenti se aliquem citasse:& dicendum est q̃ de iure credi debet:vt no.Bart.in.l.j.§.cũra carnis.ff.de offi.præfec.vrb.& in.d.extrauagan.in.d.verbo,per nuncium. Si autem dicat se citasse Caium qui Caius dicat contrarium cũ iuramento.Iã.and.ponit in.c.cũ parati. de appella.& Sali.in.l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex.& dicunt q̃ est in arbitrio iudicis cui magis debeat credi:an nuncio vel citato consyderata facti qualitate & personarum conditione. Et pro ista parte multùm facit quòd not.Cy.in.l.si quis decurio.in fi.C.de falsis. Barto. autem in.d.verbo,per nuncium. dicit secundùm Specu. q̃ cautela esset semper mittere duos nuncios vt in ore duorum vel trium stet omne verbum:vt in.c.in nomine do-
6 mini.de testi. †Quid autem si constat de mandato iudicis sed non constat q̃ citans sit nuncius, & si vltra id q̃ est sibi cõmissum in sui relatione dicat & referat an sibi credatur.Item an ei credatur si dicat si habere cõmissionem iudicis.Et generaliter materiam nuncij vide latius explicatã quã per aliquẽ alium per Imo.in.l.ex consensu.§.j.ff.de appel.in versi.circa primũ est videndum &c. vsq̃ ad versi.restat nunc videre. Et adde quæ dixi sup gloss.præcedenti.in versicu.Et nota bene quod in processu nostro &c.cum versicu.se. Et de materia nuncij vide Barto.& Sali.in.d.l.tres.& Ange.& Bald.in.l. consentaneum.C.eo.& Bald.in.l.nemínem. C. de requiren. re.& cano.in.c.quoniam contra.de proba.Et vide etiam quæ ego scripsi in.d.l.ex consensu.§.fi.&.l.si finita.§.iulianus. ff.de dan.infec.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Ange.in.l.si vacantia. C.de bo. vacan.lib.x.in.j.col. qui dixit q̃ ex illo text. potest sumi q̃ nuncius vel etiam merus executor teneatur iurare aliàs non est sibi credendum per.l.rem non nouam.C.de iudi. §.patroni.& per gloss.in.d.c.cum parati.& per glo.c. prudentia.extra de offi.delega.& facit text.in.l. iurisiurandi. C.de testi.&.l.comparationes.C.de fide instrumen.& in auth.iusiurandi.quod præst.ab his.col.iij.& dicit Ang.q̃ his nuncius creditur in his quæ spectant ad eorum officium non autem in alijs:vt no.glos.in.d.c.cum parati. & l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.&.l.j.§.sanè.ff.de offi.præfe.vrb.dũtamen nuncij portent literas eius q̃ asserunt se in mandatis habere.d.c.prudentia. Subdit tamen quod ille qui facit aliquem citare semper sit cautus vt nuncius sit publicus & iuratus aliàs merito sibi nõ creditur quòd portet schedulam commissionis suæ pro quo optimè facit.ff.de dan.infec.l.iij.§.abesse.& ita Perusij de consuetudine seruatur & dicit esse notandum pro executoribus literarum papalium vt non eligant sibi priuatos nuncios nisi vigore commissionis.Nec obst.ff. de arb.l. sed si interpellatur.§.j.vbi arbiter citat verbo,absq̃ epistola.& in authẽ.de exhib.reis.§.si verò.colla.vj. quia illa iura loquuntur solum quando citatio continet mandatum de parendo ita quòd illa citatio est modici præiudicij:sed si aliud nuncio iungitur quod mandaretur parti non crederetur sibi sine literis vt dictum est.Bald.tamen in.l.magis puto.§.ne tamen.ff.de rebus eorum.dixit q̃ creditur nuncio quando facit aliquid circa naturam sui officij in modicis:sed in magnis præiudicialibus non creditur,& idem Bal.in.d.c.cum parati.dixit q̃ etiam magis videtur absurdum q̃ credatur nuncio asserenti se citasse etiam si nuncius est vilis & causa sit ardua & absens iurat se non fuisse citatũ q̃ soli nuncio non est credendum.Gofre.tamen in.c.qd' sicut.extra de elect.voluit credendũ esse nũcio.& idem Inno.in.c.quoniam cõtra.extra de probatio. & Arch.in.c.venerabilibus.§.idẽ est.de sent.excõ, in.vj. 1
in hac materia adde glo.in clemen.j.de do.& cõtu. & gl. in.d.c.prudentia.& glo.in.d.c.quoniam cõtra. & gl. in.c. a
q̃ sine.extra de elec.& in.c.testes quos.iiij.q.iij.& in.l.ex consensu.§.fi.ff.de appel.& in.l.penul. & fi.ff.de in integ. restit.& qd' notatur in.l.consentaneũ.C.quomodo & quã- 2

do iudex.& Cyn.in.l.ea quæ.C.de accusa.& Bal.in.l.j.ff. de in ius vocan.aliquid per Bart.in.l.congruit.ff.de offi. præsid. Adde Bald.& Angel.in.l.diuus.ff.de in integ. restit.& Bald.in.l.eum quem temere.ff.de iudic.Bal.in.c.j. in.iij.colũ.de milit.vas.qui contumax est. & Barto.in.l. stipulatio.§.habet.ff.de ope.no.nun.Bart.in.l.à diuo pio. §.in venditore.ff.de re iudic.plenè per Sali.in.l.ea quidẽ. C.de accusa.Hastien.in summa de dolo & contuma.sup rubric.&.§.qualiter.versicu.quid si absens.pulchra verba Barto.in.l.palatinos.C.de colla.fundo.fis. lib.xj. & vide Ro.in consi.suo.ccccxcvij.qui ponit aliqualiter materiã istius gloss.

SVMMARIVM.

1 *Citari debet pars quando inquisitioni sit additio uel detractio.*
2 *Copia additionis uel detractionis ita debet mitti ad cameram ex forma statuti sicut copia inquisitionis.*
3 *Additio uel detractio fieri debet ante litem contestatam uel ante nomen receptum inter reos.*

QVi dominus Iudex vt supra pro tribunali sedens quia non esset cõtra formam statutorum,vel quia non est verum, quòd cicatrix sit perpetuò remansura:vel quia non fuit de nocte.d. verba in inquisitione apposita, videlicet cicatrix, & signum perpetuò remãsurum: vel de nocte ademit & detraxit: & huiusmodi detractionis copiam ad cameram portare iussit: & imposuit dicto. P.publico nuncio quòd ad dictam detractionem dictos inquisitos, & quemlibet eorum solenniter citet, cum schedula continente dictam detractionẽ & ademptionem &c.

Dicta die.

Quòd.P.nuncius retulit se copiam dictæ detractionis camera actorum dimisisse & etiam dictos inquisitos & quẽlibet eorum cũ schedula prædicta se citasse domi.
1 † Primò & ante omnia volo quòd scias quod semper facias citari partem quando tuæ inquisitioni facis additionem vel detractionem:& est ratio, quia potest[a] ledi: a
vt.j.dicam.l.de vnoquoq̃.ff. de re iudica. Ita sentit Bartol.in.l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa. & ibi Flo.
2 †Secundò scias quòd sicut inquisitionis copia debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittí ad cameram ex forma ſtatuti. ita etiam copia additionis vel detractionis. ita dicit Bar. & Flo. in. d. §. ſi detracta. facit quod not. gloſſ. & Barto. in. l. j. in. §. cum adiecit.
3 ff. de verbo. oblig. & latius per Bar. in ea. l. in. §. fi. †Tertio ſis cautus tu iudex quod talem additionem ſiue detractionem facias ante litem conteſtatam vel ante nomen receptum inter reos: & ita ſemper practicaui. Nam ſicut in ciuili debet fieri additio ante litem conteſtatam: vt. l. qui familiæ. ff. fami. erciſcun. & no. doct. in. l. edicta. C. de eden. ita etiam in criminali cũ ad eius ſimilitudinẽ procedatur: vt. l. abſentem. ff. de pœnis. quod eſt verum ſecundum Bal. in. d. l. edita. verſi. ſextò principaliter quæritur. ſi qualitas adiecta vel detracta facit factum cadere ſub alia obligatione & ſub alia lege vel ſtatuto. exemplum ſi pro maleficio de die ſit pœna pecuniaria, de nocte pœna corporalis, etiã ſi inquiſitio ſit ſine qualitate de nocte non poteſt talis qualitas addi. niſi ante litem conteſtatam ſi autem nõ alterat delictum: nec delicti obligationem nec ipſum facit cadere ſub alia lege. tunc vſq; ad ſententiam excluſiue debet fieri detractio vel adiectio: ita etiam ſentit Barto. ſubtiliter intelligenti in. l. denunciaſſe. §. quod tamen. ff. de adult. inverſic. videmus vtrum adiectio. exẽplum ſi ſtatutum punit nobilem percutientem plebeium in centum ſi inquiritur contra Titium & non dicit nobilem: tunc talis qualitas non poteſt addi: niſi ante lit. conteſta. ga contra Titium eſt vnũ ſtatutũ & vna pœna & p ſe: & contra nobilẽ eſt aliud ſtatutũ eeſſet & alia pœna: ga ſi facit poſt lit. cõte. additionẽ nõ eſt lis cõte. ſuper illo ſtatuto de nobili loquẽte. Si aũt pœna eſt p modo augmẽti: & pro vulnere ſit pœna centũ: & in nobili pœna dupli cetur vel de die ſit pœna centũ: & in nocte pœna duplicetur tunc manifeſte apparet quòd eſt idem ſtatutum per modum augmenti & additionis: ideo poteſt fieri additio ante & poſt litem conteſta. quod bene no. & aduertas qualiter ſtatuta loquantur.

ADNOTATIO. a ¶Poteſt ledi. Adde de hoc & vide Alex. in conſi. ccviij. in. ij. vol. & conſi. lx. in. iij. libr. Pau. de ca. in conſi. liij. in primo impreſsis & adde quòd etiam quis quando poteſt ledi eſt citandus pluries ita do. Mari. ſozi. in conſi. xij. col. xj. ver. & non ſolũ. & idem do. Barto. ſozi. eius filius in conſil. cclxxxiij. col. iij, verſic. ij. deducitur.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde quę dixit Bal. in. l. accuſa. C. qui accuſa. in fin. qui dixit quòd Guliel. de cu. in. l. edita. C. de edẽ. dicebat quod in criminali libellus etiam ante litem conteſtatam emendari non poteſt: & hoc ideo erat cautum propter 5
inſcriptionem: quia vinculum inſcriptionis inducit neceſsitatem perſeuerationis: & pro hac parte dicebat Bal. bene facit. l. tuta. C. de omni agro deſer. vbi not. quòd de fiderium apud acta notatum non poteſt corrigi: ſed dicit Bal. quod iſta ſunt contra glo. ordi. in. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adul. vbi glo. dicit cõtrarium: quia aut quis vult emendare libellum ante litem conteſtatam: & põt: 6
aut poſt litem conteſtatam & non poteſt: quia res tunc non eſt integra lite conteſtata. d. l. edicta. & dicit Bald. in d. l. accuſatorem. idem eſſe in libello inquiſitionis q põt emendari antequã reus reſpondeat: non poſtea: quia non eſt res integra: & hoc niſi libellus ſit ineptus: quia tunc iudex debet pronunciare libellum ineptum: & nouus libellus eſt neceſsarius. ff. de adul. l. accuſaturus. poſt litem ergo conteſtatam ceſſat remedium emendationis: & eſt neceſsarium remedium abſolutionis. Temperat tamen hoc non procedere vbi per ſtatutum productio accuſationis habet vim litis cõteſtatæ: quia tunc nulla poteſt fieri emẽdatio vel detractio: quia hoc eſt impoſsibile quod accuſator petat abſolutionem ne error à principio in crimẽ falſi tranſeat ex poſtfacto. Et aduerte ga licet do. Ange. hic fecerit mẽtionem in hac materia de doctrina Bal. in repeti. Paduana. in. viij. q. Tu adde Bal. in repeti. Perufina illius. l. edita. in. x. col. in verſi. ex prædictis. collige diſtinctionẽ qui dixit q ſi libellus in criminali nõ continet veritatem in aliqua particula vel in aliqa qualitate: & tunc ante litem conteſtatã poteſt emẽdari, ſed non impunè: in ciuili autem poteſt emendari impunè, niſi quia tenetur in expenſis: alleg. l. quãtum. ff. ad turpil. & illam. l. edita poſt litem conteſtatam verò non licet emẽdare: quia iam formatũ eſt iudiciũ & hoc dicit procedere ſuper fundãtibus iudicium ſed ſuper aliis quæ nõ ſunt de eſſe libellorũ põt libellus emendari vſq; ad concluſionẽ cauſæ. alleg d. §. ſi detracta. quæ omnino not. & vide Moder. in. d. l. edita. & Moder. repetentes. c. qualiter & quãdo. in. xj. q. principa. in. lxx. q. princ. q citatio ſequi debet anteq; iſtæ emendationes fiant, q no. & approbãt de verbo ad verbũ omnia dicta. d. Angel. hic, & vide Barto. in conſil. ſuo. cxj. inci. accuſatio.

4 *Inquiſitio facta ſine qualitate, ſi qualitas probatur: quæ condemnatio ſequi debet.*

5 *Qualitate probata, quæ non erat poſita in inquiſitione, poteſt fieri condemnatio ſi per confeſsionem rei apparet de illa qualitate.*

6 *Iudex inquirit de homicidio: in proceſſu uero apparet per probationes non ſolùm de homicidio, ſed de furto. an poterit ſequi condemnatio de furto.*

4 Ange. †Quid ſi ſine qualitate inquiritur & tamẽ
a qualitas probatur a quæ condemnatio debet ſequi: videtur q ſequi debeat abſolutio cum poteſtate tamen iterum inquirendi: quia alia res eſt: vt. l. beblius. ad ſi. princ. ff. de pac. do. Tamen Bald. in. d. verſi. ſexto principaliter quæritur &c. & in verſi. ſed quid ſi eſt probata talis qualitas &c. dicit q in accuſatione ſequitur condemnatio de ſimplici maleficio ſine qualitate: quia illa qualitas quæ non concludit in proceſſu nihil operatur: vt. l. ſi quis libertatis. ff. de petit. hæredi. ſed in inquirente dicit q eſt dubium. Sed ego credo idem per ſuam rationem ibi: & in verſi. ſeq. quia iudex inquirens non facit concluſionem: ſed ſolùm procedit per formam preambulam: ſed in illa qualitate non erat præambula fama. Ergo neceſsario ſequitur q de illa qualitate non debet ſequi condemnatio: ſed de ſimplici facto ſic.

ADNOTATIO. a ¶Probatur. Adde tu q conſi. Bart. allegatũ. ſupra in addi. præceden. & infra in addi. ſeq. eſt conſi. cxvij. & vltra ea. adde, d. Alexã. in conſi. ſi. in. ij. vol. & And. ſicut. in conſi. xlij. in. j. vo. incip. viſo proceſſu & teſtibus. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde q repe
rio Ioã. and. in addi. Spec. in titu. de accuſa. & inquiſi. in. iiij. parte in fin. rubr. tetigit iſtam difficultatem & expreſsè decidit contra per optimas rationes, quas vide per eum. ſed caſu quo eſſet vera opi. Bald. in dicta. l. edita. in. d. verſic. ſexto adde. † Et limita prædicta non procedere quando per ſuam confeſsionem appareret de dicta qualitate: quia tunc dico quòd ſuper dicta inquiſitione poteſt ferri ſententia condemnatoria etiam ſuper illa qualitate probata per confeſsionem, & hoc per doctrinam Angel. quam poſuit in. l. ſi vacantia C. de bon. vacan. in. xxiiij. colum. in illa quæſtione quæ incipit. † Sed quæro iudex inquirit de maleficio puta homicidio in proceſſu verò per probationes apparet reum eſſe culpabilem, nedũ de homicidio, ſed de furto: & adeſt etiam illa clauſula in inquiſitione quæ communiter ſolet apponi ſuper quibus omnibus & ſingulis cõnexis & dependentibus & extraneis: nam concludit multum elegãter per bonas rationes: & bona iura quæ parum eſſet mihi hic referre quòd iudex ipſe nullo modo de furto põt condemnare ex illa inquiſitione formata de homicidio: niſi probatio conſtaret per confeſsionem ſuper furto: ga tunc ſecus per text. in. c. j. extra de accuſa. in. vj. quia in cõfeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in condẽnando. Si ergo in caſu iſto poſſet ferri ſententia condemnatoria: ga furtum eſt penitus extraneum ab homicidio propter vir tutem cõfeſsionis multo fortius quãdo ſuper illa qualita te nõ deducta in inquiſitione cõſtaret iudici per cõfeſsionẽ rei: ga condẽnatoria poſſet ferri. & hęc no. ga pulchra & facient tibi honorẽ. & in terminis noſtris voluit Bal. in. l. & ſi ſeuerior. C. de his q notã. infa. quę cõcluſio an ſit vera vel

vel falſa, patebit per ea quæ infrà dicam in proxima addi. Et de materia per Barto. in conſi. ſuo. cxj. incip. accuſatio fuit inſtituta.

7 *Inquiſitio ſi non probatur propter qualitatem appoſitam à principio, uel ex poſt adiectam ut ſi accuſatur uel inquiritur, quòd percuſsit de nocte, & probatur percuſsio ſed non de nocte, an ex illo delicto ſequi poſsit condemnatio.*

8 *Accuſatur Titius ſiue contra eum inquiritur quòd percuſsit Caium in collum & probatur quòd in facie, an & quando poſsit ferri ſententia condẽnatoria, & die quòd ſic, quando probatur per confeſsionem.*

9 *Factum quando non eſt uariabile propter locum uel tempus, ut in homicidio eiuſdem nominis: tunc licet non probetur locus uel tempus deductum in accuſatione, tamen ſequi debet condemnatio.*

10 *Factum ubi probatur per confeſsionem, licet non probatur qualitas habens alterare factum tamen condemnatio ſequi debet.*

11 *Inquiſitione formata non ſuper homicidio, licet adſit illa clauſula ſuper quibus omnibus & ſingulis, ſi in proceſſu apparet de homicidio, non poteſt ſequi condemnatio ſuper homicidio niſi hoc conſtaret per confeſsionẽ rei.*

12 *Limita uerſicu. præcedentem quòd habet locum in iudice ordinario non delegato.*

13 *Qualitate aliqua apparente de qua non ſit actum à principio, ſequi poteſt cõdemnatio ſi de illa qualitate appareat per confeſsionem.*

14 *Limita quod uerſicu. præcedens habet locum quando confeſsio eſt facta principaliter ad hoc non autem incidenter.*

7 Ange. †Quid ſi per adiectionem, vel à principio
appoſitionem dictæ qualitatis inquiſitio non probatur vt ſi accuſatur vel inquiritur, vel agitur qđ percuſsit de nocte vel cum ſanguine: & percuſsio probatur, ſed non de nocte vel cum ſanguine: vtrum ex illo delicto ſequi poſsit condemnatio. Iſtam q. format Bartol. in. l. denunciaſſe. §. quòd tamen. in princ. ff. de adul. & Bal. in. l. ij. C. de proba. & Bart. & Imol. in. l. diuus. ff. de re iudic. Bal. in. l. j. C. ſi ex fal. inſtru. & in. l. j. C. de condi. indeb. per Floria. in. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. & latiſſimè Sal. in. l. ij. C. ad leg. Iul. de vi. Guil. de Cun. tenet, qđ debet fieri condemnatio: vt. l. bouem. §. aliquando. ff. de ædi. ædic. ſed Bart. contra arg. l. vt fundus. ff. de condi. quam opi. ſequitur Salic. per. l. ſi præſes. ff. de pœnis. ſed latius diſtinguendo dicit, aut quæritur, an ſequi poſsit condemnatio in alia inſtantia, & remittit ad nota. per ſe in. l. de crimine. in ij. parte. C. qui accu. non poſſ. ſi ex eadem inſtantia, & tunc aut adiectio addit ſeu cumulat nouam delicti diſpoſitionem aut non. Primo caſu debet ſequi condemnatio: vt. l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ. ff. de adult. Secundo caſu ſubdiſtingue, aut qualitas illa quæ nouam ſpeciem non addit ſed ipſum delictum ſpecificat: tunc illa non probata non poteſt ſequi condemnatio: vt. l. prætor. la ij. §. hæc autem actio. ff. vi bono. rap. aut tranſmutat 8
in aliam ſpeciem delicti, & tunc idem: vt quando accuſatur. l. Iulia. cum armis & non probat arma: vt d. l. ij. aut illa qualitas non tranſmutat, ſed perſeuerat, & tunc aut perſeuerando ſolùm delictum declarat eius pœnam non alterando, aut etiam alterat. Primo caſu dicas, vt quando locus vel tempus adĳcitur in libello, de quo dic per eum in. l. penulti. C. de accuſationib. Secundo caſu quando non tantum declarat ſed pœnam alterat, & tunc aut alterat in totum illam tranſmutando vel ampliando, & qualitate non probata non poteſt ſequi condemnatio. Ratio: quia varietas loci vel temporis facit cẽſeri diuerſum delictum: vt. l. teſtium. C. de teſtib. quando autem in totum pœnam non tranſmutat ſed augeri, dic quòd aut per nomina multiplicatiua, tunc qualitate non probata tantùm in ſimplum ſit condemnatio: quia vnum ſimplum eſt pœna ſimplicis delicti probati. Si verò aliter augeẽ: vt quia pro ſimplici vulnere ſit pœna centum, & cum ſanguine ſit pœna ducentum, iſto caſu eadem eſt ratio quando per nomina multiplicatiua, ſecundùm Salice. ideo idem ius. Sed de hoc tu dic vt not. Bal. in. l. ij. C. de probatio. Si autem augmentum eſſet in diuerſa ſpecie: vt pro ſimplici vulnere eſt pœna centum: cum ſanguine eſt pœna centum & manus. Et tunc dicit, quòd licet ſit maius dubium, tamen idem putat. Sed tu dici vt per Bald. in dicta l. ij. & in l. edita. C. de edendo. verſiculo, ſextò principaliter quæritur. Et vide etiam quod dicam infrà circa finẽ huius gloſſ.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quòd miror quòd iſte doct. non viderit Bartol. diſputaſſe publicè iſtam materiam in ſolenni ſua diſputatione quæ incipit, iure municipali cauetur. vbi terribiliter arguit pro & contra, & tandem ſoluit: & omnino vide do. Ange. hic in fi. iſtius gl. ibi, ſis cautus tamen tu iudex: quia iſta additio quam facio hic ſupplebit iſs quæ dixit do. Ange. hic in fi. iſtius gl. Et vide Ioan. Andr. in additio. Specu. in tit. de accu. in iij. col. C. de epiſc. & cleric. & Bal. in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. & Bald. in l. j. C. qui accuſare. in xviij. col. cum ſequen. aliquid per Bartol. in l. is qui reus. in verſicul. venio ad quæſtionem. ff. de public. iudic. & Bald. in l. item exigitur. ff. de dolo. vbi dicit, quòd ſi accuſo aliquem quòd percuſſit in collo, & probatur de facie, non tamen fertur ſententia condemnatoria. & allegat Spec. hoc voluiſſe. adde Angel. in l. is cui. a ff. quèmadmo. ſerui. amit. Et vide Roma. a in conſiliis ſuis conſi. cx. vbi pulchrè cõſuluit in hac materia cõſil. clxvij. & Oldra. in conſi. lvij. & conſi. ccxiij. qui dicit quòd ſi teſtis dicit, quòd percuſſit Titium eſſe per punctam, alter dicit cum enſe per taglium & non per punctam, qđ non eſt probatum delictum, & teſtes ſunt ſingulares. & do. Abb. in conſi. lxxviij. qui dicit, quòd ſi eſt facta accuſatio de inſultu cum armis, vel de percuſſione cum ſanguinis effuſione, & eſt probatum de inſultu & non de armis vel de percuſſione, ſed ſine ſanguinis effuſione nõ poteſt ſequi condemnatio. allegat Bartol. in duobus locis ibi vide. Adde tamen quòd Albericus de Roſa. multum copioſè in hac materia loquitur: quem omnino vide qui multos doctores refert in ſecũda parte ſtatutorum. quæſtio. xlv. Sed omnino vide pulchra verba Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. de his qui notantur infa. in vlti. col. qui in vj. q. ponit in terminis quæſtionem noſtram, & facit mentionem quomodo Guil. de Cun. per §. pœna grauior. tenet, quòd iudex debet condemnare ſecundùm qđ probatum eſt, licet propoſitum hoc non fuerit: nam in §. pœna grauior. ibi fuit propoſita actio furti non manifeſti: tamen quia fuit probatum de furto manifeſto fuit lata ſententia ſecundùm probata, ſed dicit ibi Bal. quòd ille §. non probat hoc: quia ibi fuit generaliter actum non expreſſa furti qualitate vel ſpecie, quòd ſi eſſet ſpecialiter actum ad duplum nunc̃ poſſet iudex cõdemnare ad quadruplum, & dicit quòd Iacob. Butrig. & alij doct. tenent iſtam concluſionem: & refert quomodo Cyn. † & Iac. de Aret. hoc tenent in d. l. ij. & refert, quomodo antiqui aduocati hoc tenent in proceſſu accuſationis: ſecus dicebat in inquiſitione propter clauſulam adiectam, ſuper quibus omnibus & ſingulis &c. non enim videtur iudex ſe abſtrinxiſſe, ſed diuiſim narraſſe, & ideo ſufficit factum probari abſq; qualitate, ſed Baldus, ibi multum mirabiliter dicit hoc verum eſſe, ſi delictum eſt probatum per confeſsionem: quia ibi non curamus formam accuſandi vel inquirendi, per notata per Innocen. in cap. cum ſuper. extrà de confeſſis. & per Innocentium, in cap. per inquiſitionem. extrà de electionibus. licet quando probatur per teſtes, tunc id quod non includitur in accuſatione non poteſt includi in probatione: quia eſſet impertinens. Vnde ad propoſitum factum de quo quærimus eſt iterabile, & ad poſitionem vnius non ſequitur poſitio alterius. Vnde cũ ſententia abſolutoria pariat non exceptionem rei iudicatæ ſuper altero. Sequitur meritò quòd condemnatoria non poteſt ferri: quia non includit in hoc iudicio, nec ſuper eo fuit lis conteſtata: vnde plus dicit, quòd iſtæ probationes in alio iudicio non probant: quia apparent receptæ lite non conteſtata cum alia lege ſit actum, & alia lege ſit probatum: tandem alleg. nota. per Bar. in d. §. quid tamen. recte Bald. dabat mirabilẽ limitationẽ vt cõfeſſio ſit tãtæ efficaciæ qđ ſi libellus eſt ineptus, vel pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſſus ſit ineptus, tamen probatio facta per confeſſionem operatur, hoc qđ ſententia cõdemnatoria poteſt ferri ſuper eo quod non fuerat deductum à principio, & eſt maxima limitatio ad dicta Barto. & aliorum, in locis ſupra allegatis: & ideo Ange. in d.§. quid tamen. dicebat quod Bar. ibi in hac materia multum eleganter loquebatur, ſed ſolùm addebat duas limitationes. † Primò erat qđ vbi factum nõ eſt variabile propter locum vel tempus: quia non eſt poſſibile quòd ſit, niſi vnum exemplum in homicidio eiuſdem nominis quòd tunc licet non probetur locus deductus vel tempus deductum in accuſationem, tamen ſequi debet condemnatio: ex quo locus vel tempus non alteret ipſum factum nec pœnã, ſicut dicimus quando non probatur qualitas quæ non habeat alterare ſubiectum. † Secundò limitabat, quòd vbi factum probatur per confeſſionem, licet non probetur qualitas habens alterare factum, tamen condemnatio ſequi debet, & fertur tunc ſententia, vt ſuper quodam notorio: nam ſufficit ad quamcunq; pœnam grauiſſimam imponendam conſtare de maleficio per confeſſionem, etiam ſi proceſſus eſt inordinatus. allegat Innoc. in c. qualiter. lo ij. extrà de accu. & quòd crimen ſit notorium per confeſſionem. ponit Inno. in c. ſtatuimus. extrà de off. dele. & ſicut d. Ang. voluit id qđ Bal. frater ſuus in d. l. & ſi ſeuerior. Et hanc eandẽ ſententiam affirmauit Ang. in l. vulgaris. ff. de fur. qui dixit not. hunc tex. contra iudices ignorantes qui deducta percuſſione faciei cõdemnant accuſatum de alia percuſſione in alia parte corporis probata per teſtes. Vnde ſuper nõ deducto non poteſt ſequi condemnatio ſaluo, niſi vulnus non deductum ſit probatum per confeſſionem rei: quia tunc non præcedente proceſſu, vel præcedente quantuncunq; inordinatè, poteſt ad cõdemnationem deueniri & imponi quæcunq; pœna grauiſſima, ſecundum Inn. in c. qualiter & quando. extrà de accu. & hoc eſt quod voluit Ange. in d. l. ſi vacantia. C. de bo. vac. in xxiij. col. ibi, ſed quæro iudex inquirit. † vbi voluit, quòd ſi eſt formata inquiſitio non ſuper homicidio, licet adſit illa clauſula, ſuper quibus omnibus & ſingulis, tamen ſi in proceſſu apparet de homicidio ſuper homicidio, non poteſt ſequi condemnatoria, niſi hoc conſtaret per confeſſionem rei, per c. j. & ij. extrà de confeſſ. in vj. per hæc patet quòd do. Angel. hic in fi. iſtius gl. in proxi. ſeq. q. peſſimè loquitur, dum loquitur de virtute iſtius clauſulæ, ſuper quibus omnibus & ſingulis. & hanc ſententiam videtur ſequi Angel. in conſi. ſuo. ccxv. incip. in Dei nomine & ſuę matris in cauſa accuſationis productæ per Philippum qui multum magnificat illam doctrinam Inn. & Ioã. And. in d.c. qualiter & quando. qđ licet ex proceſſu non poſſit ſequi condemnatoria, licet per confeſſionem conſtet, qđ non fuit à principio deductum. allegat Bart. hoc voluiſſe in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. † Temperat tamen hoc habere locum in iudicibus ordinarijs, non autem hoc procederet in iudicibus delegatis: quia delegatus per confeſſionem factam ſuper proceſſu inepto non poſſet ferre ſententiam condemnatoriam, licet de delicto conſtaret per confeſſionem, & certè ſingularis eſt deciſio, & pulchram rationem ibi vide in dicto conſil. aſſignatam per eũ: & in terminis noſtris ibi qualitas loci & temporis fuerat deducta in accuſatione. Alia qualitas erat probata per confeſſionem, † & etiam in terminis noſtris reperio Bal. multũ eleganter locutũ eſſe in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. in vj. col. in ver. iuxta hoc quæro. Titius accuſatus eſt de homicidio. ex cuius dictis habemus declarata & limitata dicta Bar. in d. §. quid tamẽ. & ibi affirmat qđ ſi conſtat de alia qualitate, quã ſit actum à principio, nihilominus fertur ſententia condemnatoria, dũmodo hoc conſtet per confeſſionem. & ibi no. Bal. ibi illã gl. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa. qui dixit, qđ illa gl. ibi eſt in arg. contra confeſſum vt non requiratur ordinarius proceſſus qđ iudex poteſt punire cõfeſſum, licet aliud ageretur. & alleg. Arch. hoc voluiſſe ij. q. j. c. multi. & c. in primis. & dicit qđ hoc eſt glo. ord. iij. q. iij. c. hoc quippe. & pro hoc facit qđ pulchrè dixit Bal. in l. j. §. ij. in vlt. col. ff. de offi. præfect. vrb. quòd ſi inquiſitio eſt formata caſu quo non poteſt formari, & proceſſus eſt nullus, tamen ſi confeſſio ſequitur, poteſt ſententia condẽnatoria ſequi. per not. Inn. in d.c. per inquiſitionem. dicit tamẽ q; talis ſententia erit interlocutoria non diffinitiua: iuxta not. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa. & illud dictũ in d.c. qualiter & quando. ſequitur & magnificat Ang. in l. j. ff. de confeſſ. † Limita tamen prædicta: dummodo confeſſio non incidenter ſit facta, ſed principaliter ad hoc: vt limitat Anto. de But. in d.c. qualiter & quando. & voluit Bar. in d. l. ij. & caſum pone: vt voluit Bal. in l. mercalem. C. de cond. ob tur. cau. Aliam limitationem poſuit Anto. de But. in d.c. Piſanis. quia ſi quis excipiendo cõfiteretur non poſſet damnari ex illa confeſſione: vt ibi ampliat & limitat iſtam materiam ibi vide. Idem facit Sali. in l. ij. C. de cuſto. reo. qui limitat prædicta. Item limita niſi iſta cõfeſſio eſſet facta coram iudice incompetẽti: quia clericus coram laico confitetur: multa allegata vide per Ange. in l. j. ff. de confeſſ. & in l. j. C. de confeſſ. Adde tamen quod Bal. in l. quoniam. ff. de his qui not. infa. dicit qđ illud dictum Inn. non eſt ita expeditum: imo gl. noſtræ referunt ſe ad libellum ſi confeſſio cõtinet plus q; libellus: & ideo Ang. multum eleganter in conſiliis ſuis conſi. clxxvij. incipien. in Dei nomine & ſuæ matris viſis actis prædictis multum eleganter loquitur in hac materia melius quàm alius, & ibi tenet, qđ ſi confeſſio continet plus quàm inquiſitio vel accuſatio, non poteſt ſequi ſententia cõdemnatoria propter cõfeſſionem & multa peregrina allegat, & dicit quòd Inn. in c. per inquiſitionem. de electione videtur aliter loqui, q; loquatur. in d.c. qualiter & quando. quia ſi in c. qualiter & quando. dicit, qđ ex tali confeſſione poteſt ſequi ſententia condemnatoria intelligit, quòd pœna extraordinaria punitur non autem ordinaria: & ita refert in conſi. ſuo. ccxv. & vide Ange. in l. j. C. de confeſſ. & dicit in conſi. clxxij. quod ſemel in ſyndicatu defendit quendam poteſtatem qui per confeſſionem factã ſuper inepta inquiſitione voluit condemnare reum. In hac materia bene faciunt not. per Bal. in l. ij. C. de re iudi. Bal. in l. præſbyteri. C. de epiſc. & cler. multa peregrina ſcripſi in iſta materia in add. meis in l. non ſolùm. §. ſciendum. ff. de oper. nouí nunc. vbi multa dixi, an autem ſuper iſta confeſſione ſit ferenda ſententia vel nõ, collige ex dictis Ange. in l. debitoribus. ff. de re iudi. & Cy. in l. j. C. de cõfeſſ. in ij. q. & domi. Anto. & Imol. in cap. examinata. de iudicijs. & Angel. in præfato conſilio clxxvij. & Bal. in l. ij. §. j. ff. de officio præfect. vrb. in vltima colum. de hac materia latè per Bartol. in conſilio ſuo. cxj. incipien. accuſatio fuit inſtituta.

ADNOTATIO, a ¶ Et vide Ro. adde tu prædictis, d. Alex. Alex. in conſi. cxxj. in fi. in j. vol. & in conſi. lxj. in iiij. vol. Cepol. in conſil. lxiij, & Paul. de Caſtr. in conſil. ccvij. & quòd quando aliqua qualitas adijciatur alicui rei vel facto, quod debeat ſimul cum facto probari latè per Alexan. in conſi. cxix. colum. iij. in princ. j. vol. & in conſi. iij. col. ij. in ij. volumi. & ibi quòd ſi non allegetur ante lit. conteſta, quod non poteſt poſtea probari.

15 *Inquiſitione non probata per appoſitionem uel additionem alicuius qualitatis ſi ſecuta eſt abſolutoria, an ſine dicta qualitate iterum poſſit inquiri.*

16 *Qualitate nullo modo probata in prima inquiſitione, an propter illam qualitatem iterum poſſit inquiri.*

17 *Qualitas propter quam condemnationis effectus eſt diuerſus eſt detrahenda per iudicem pendente iudicio, cum iudex illam probare non poteſt.*

15 Ange. † Quæro quid ſi per additionem vel à principio per appoſitionem dictæ qualitatis inquiſitio non probatur, & per conſequens ſecuta eſt abſolutoria, an ſine dicta qualitate iterum poſſit inquiri. Dicit Bart. in §. quid tamen. verſi. quæro quid ſi abſolutoria, quòd ſi eſt abſolutoria ſuper non facto, & iterum nõ inquiritur: vt l. egi. ff. de exceptio. rei iudica. aut propter illam qualitatem tantum non probatam ſecuta eſt abſolutoria: quia non probatur qđ ſit nobilis, tũc ex delicto ſuo iterum

iterum conueniri poteſt: vt l. habebat. ff. de inſtit. Sed nõ poteſt iterum conueniri, ſi conuenitur ex alieno delicto: vt d. §. ſi detracta. Et ſubdit Bart. quòd in hoc pulchra eſt
16 etiam difficultas. † Quid ſi in prima inquiſitione qualitas nullo modo ſit probata, an propter illam qualitatẽ iterum poſſit inquiri. Bart. in d. §. quid tamen. in fin. dicit, qđ aut fuit in prima condemnatus vel abſolutus, ſi abſolutus, tunc ſi talis adiectio quæ de nouo fit alterat delictum & tunc poteſt: vt l. cum quæritur. de excep. rei iud. aut nõ alterat delictum ſed condemnationem, & tunc aut lata fuit ſuper facto, & iterum non poteſt inquiri: ſecus ſi ſuper iure: quia illa qualitas erat neceſſaria: vt d. l. habebat. Si verò ſecuta ſit condemnatoria: tũc Bart. in d. l. ſenatus. ff. de accu. dicit qđ iterum poteſt inquiri & inquiretur ſuper toto delicto cum adiectione dictę qualitatis: vt l. item quæritur in fugitiuo. ff. de ædil. ædict. & l. Iulianus. §. j. ff. de verb. oblig. Sed Flor. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. tenet opi. Spec. contra Bar. per d. l. prætor ædixit. §. j. licet illi legi Barto. ſingulariter reſpondeat in d. l. ſenatus. item dicit quòd eſt caſus contra Bartol. quod amplius de ipſa qualitate nõ poteſt inquiri: vt l. ſepulchri violati. ff. de ſepulc. viol. Item allegat l. ſenatus. ſecundùm primũ exemplum gloſſ. & probat. Pone quòd pro ſimplici vulnere ſit impoſita pœna irreiterabilis, vt qđ auricula amputetur: cum qualitate debet eſſe minus. Certè inconueniens eſſet qđ etiam poſſet inquiri cum qualitate, cum auricula reſtitui non poſſet: vt l. ſi quis prouocatione. C. de appel. nec obſtat iura Barto. quæ loquuntur, quando agitur ciuiliter ad rei familiaris proſecutionem. Et hoc verum eſt niſi ſit qualitas loci vel temporis: quia illa non eſt qualitas quæ alteret maleficium: vt not. Bar. in dicto §. quid tamen. vbi dicit, quòd ſi qualitas non probata facit ceſſare accuſationem propoſitam vel inquiſitionem, q; tunc non poſſit inquiri: vt d. l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rapto. Si verò alterat ſolum factum & facit videri delictum aliud vt qualitas loci vel temporis & tunc idem: vt d. §. quid tamen. ſecus ſi factum vel delictum non alterat, & tunc ex
17 eodem proceſſu poteſt ſequi condemnatio. † Sis tamẽ cautus qđ ſi condemnationis effectus eſt diuerſus propter illam qualitatem, tunc cum tu iudex non poſſis probare dictam qualitatem ipſam pendente iudicio, detra-
a has[a] alias ſequi non poſſet condemnatio: vt d. §. ſi detracta. de quo vide ibi per Flor. & Bart. in l. diuus. ff. de re iudica. videtur in ciuili aliter loqui: dic vt no. Cyn. in l. ij. C. de proba. vbi allegat quoddam conſi. Iac. de Are. qui multas rationes tenet quòd omni caſu debet ſequi abſolutoria in totum. Sed Bal. dicit ibi, qđ de conſuetudine nõ ſeruatur, & eſt ratio: quia de conſuetudine etiam accuſator non tantùm vnam legem ſed omnem intentat, dum dicit peto eum puniri ſecundùm formam iuris & ſtatutorum, qui libellus procedit de conſuetudine: vt no. gl. in l. ſenatus. in inquirente clarum eſt, qđ per illam clauſulã ſuper quibus omnibus &c. diuiſim & non cumulatim intentat & procedere intendit, & ſic in effectu tenet opi. Bart. Sed Bal. in d. l. edita. ver. vj. principaliter quæritur &c. videtur qđ aut pœna eſt multiplicatiua: vtputa de die ſit pœna manus de nocte ſit pœna ambarũ manuũ, & tunc ſi qualitas non probatur poteſt imponi minor pœna vt de vna manu, aut non continetur pœnę multiplicatio: vtputa de die ſit pœna manus de nocte ſit pœna capitis, & ſic alia diuerſa pœna non multiplicatiua ad primam, & tũc ſi intentatur de nocte, & ſic ad pœnam capitis & non probat qualitas noctis, an poſſit puniri pœna diei, & ſic manus: dic qđ non: quia ſpecies ſunt diuerſę, nec vna continetur ſub alia: quia ad aliam ſpeciem ſit actum qđ dicit eſſe verum, niſi talis qualitas ſit ante litem cõteſtatam deducta: quia in delictis poteſt ſequi condẽnatio: vt d. l. edita. Ego intelligo ſuum dictum verũ in accuſatione, ſed in inquiſitione non: quia per illam clauſulam ſuper quibus omnibus &c. iudex non videt ſe arctare ad vnũ, imò ſigillatim ponere omnia: ex quibus videtur poſſe ſequi condẽnatio ſuper probatis: vt patet ex prædictis, & dixi aliquid in gl. ſuper verbo, ex quibus omnibus &c. qđ not. Et adde quæ dixi in gl. ſuper verbo, in platea cõmunis. Sed de his quæ hic ſcripſi à ver. qđ ſi in prima inquiſitione &c. huc uſq; vide latius per Sal. in l. qui de crimine. C. qui accu. in ver. item iuxta prędicta quæro ſi in vna inquiſitione &c. quoniam in aliquibus diſcrepat à Bart. & ab his quæ hic recitaui: quem Salice. poſtea vidi, ſed in q. ſupra formata, videlicet, an poſt condemnationem de ſimplici vulnere poſſit ſequi nouus proceſſus ſuper cicatrice, quando pœna non eſt reiterabilis: & tunc licet Bar. dimittat inſolutam in d. l. ſenatus. ego credo qđ ſic, in ſecũda enim imponetur minor pœna iudicis arbitrio: quia poteſt alterare: vt l. hos accuſare. §. omnibus. in fi. ff. de acc. & ſic ſi fuit fuſtigatus pro ſimplici vulnere & cum cicatrice erat pœna manus non abſcinderetur manus in ſecundo proceſſu ſed iudicis arbitrio caſtigabitur.

ADNOTATIO. a ¶ Detrahas. adde tu quod opi. Bar. in d. l. ſenatus. ſequitur Pau. de Caſ. in conſi. cxix. aliàs cccxlv. in ij. impreſſis. & aliquantulum latius in conſil. xviij. in ij. impreſſis. incip. non video &c. Ber.

Auguſti. Ita reſidet d. Ang. hoc inſipidè & intricatè hoc referens: tu adde hęc omnia quę dixi ſupra in hac ea. gl. in q. præce. quia d. Angel. hic in fi. iſtius gl. à verſ. ſis cautus. tu iudex tractat illam materiam quæ ſatis examinata fuit ſupra in præce. q. & latè dixi ſuprà in add. meis in d. proxime præced. q. dum pono in addi. meis. Quid ſi appoſita clauſula ſuper omnibus & ſingulis. Aliquid dixi ſupra in glo. ſuper omnibus & ſingulis. Et inquantum d. Ange. hic tetigit illam difficultatem quã tetigit Bar. in d. l. ſenatus. Et licet Bar. & Pau. de Ca. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculũ. ff. cõmo. videant trãſire cum dictis Bar. in d. l. ſenatus. tamen dicta Bart. certè non ſunt vſquæquaq; tuta: quia Ang. in d. §. ſi duobus. in ver. nam & ſi. in iij. col. dicit iſta verba formalia: no. q; iſte text. facit ad quæſtionem de punito ſimplici vulnere, an poſſit amodo puniri de qualitate & de qua nõ fuit cognitum, refert qđ quidam dicũt qđ non: quia qualitas de per ſe non eſt diſceptabilis: in contrarium arguit: quia maleficium non eſt purgatum. arg. c. at ſi clerici. extrà de iud. & l. nullum. C. de teſt. & l. ij. C. de ſponſ. §. ij. & refert qualiter cum iſta quæſtio fuiſſet de facto fuit oſtenſum vnum pulchrum conſi. Iac. de Butr. & ita fuit iudicatum contra doctrinam Bar. quod non poſſit de illa qualitate amplius puniri. Poſtea ſubdit Ange. ibi qđ opi. Bar. poſſet eſſe vera ſi fuit colluſum: ſecus ſi illa qualitas fuit per errorem omiſſa: dicit tamen Ange. qđ hoc non dicit determinando: præterea nonne in hac difficultate multum elegãtiſſimè locutus eſt Bal. in l. ij. §. nouiſſime. ff. nau. caup. ſtab. faciens mentionem de illo conſi. Iaco. de But. & multum magnifacit & extollit illud conſi. & ibi Bal. in d. §. nouiſſime. ponderabat illam glo. pro deciſione iſtius materiæ. Nam dicit ibi Bal. quòd illa gloſſ. fuit pro opinio. Bart. in d. l. ſenatus. qđ condemnatus in minori quantitate quã debuit condemnari, poſſit iterato condemnari & accuſari in illo pluri, quòd ſæpæ contingit, quando in prima accuſatione eſt omiſſa qualitas quæ poſtea reperitur in ſecunda accuſatione quæ habet grauare delictum & pœnam: refert qđ alij dicunt contrarium, dicentes quòd illa gl. nõ debet intelligi in accuſatione ad vindictã: quia ibi nõ conſideraẽ effectus: vt j. de iniu. l. qđ ſenatus. item nec qualitas poteſt addi pendente iudicio cũ veniat inciden-
ter & nõ per ſe. d. §. ſi detracta. item quia de delicto hominis ciuſdem non eſt ſæpius diſputandũ, ſiue ſit condẽnatus ſiue ſit abſolutus. l. lator. §. fi. ff. nau. cau. ſtab. Vnde cũ omnia iudicia criminalia ſint ad vindictã, ſequitur quòd denuo procedi non poteſt nec eadẽ l. nec alia à principio intentata. facit qđ not. ff. de calũ. §. j. Præterea ſi poſſet denuo agi, ergo poſſet ita abſolui ſicut cõdẽnari, & ſic teneret ſnia cõtraria primæ, & prę iudicaret ſico in prima cõdẽnatione cõtra l. j. cũ ibi no. C. qñ prouo. nõ eſt neceſ. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sta dicit qd' Iaco.de But.consuluit pro ista parte, qd' post sententiam condemnatoriam nõ posset formari noua accusatio ratione qualitatis omissæ in primo iudicio & in secundo adiunctę & est consi.valde elegans & dicit Bal. qd' anno præterito ista q.fuit de facto Assisij, & collegiũ Perusinum consuluit, sed tamen fuerunt in discordia vt secunda accusatio procederet,dicit tamen Bald.qd' fortè malè pro ista parte consuluerunt,& sic Bal.ibi non ausus est in hac tanta difficultate approbare opin.Bar.sed certè multum elegantissimè reperi Bal.allegatum à patre meo in suis allegationibus qui reprobat Bart.in hac materia: nam Bal.in l.ij.C.de re iudi.expresè dicit, qd' in hac materia Barto.in d.l.senatus.malè loquitur,& ibi per bonas rationes Bal.tenet contra.& ista sententia est vera : quia potest esse qd' in secundo iudicio intentato cum qualitate feretur sententia absolutoria vbi prima erat condẽnatoria,& per dicta Bal.ibi poteris intelligere, limitare, & extendere dicta Bar.Et inquãtum d.Ang.hic voluit decidere id qd' Barto.non ausus est decidere in d.l.senatus. quia pœna non est reiterabilis vel corporalis est pœna, dicatis qd' quando opi.Bart.procederet, quam etiam videtur approbare Ange.in d.l.senatus.tamen Ange.est ille qui decidit in d.l.senatus.in fin.qui dicit, qd' de rigore iuris ille qui est accusatus iterum cum qualitate,iterũ debet puniri pœna personali,sed dicit qd' de equitate putat pœnam temperandam& cõuertendam in aliam pœnam, vel pecuniariam vel personalem, per quam non tollitur vita vel membrum,nec sit corporis afflictiua : vt est corporis relegatio.arg.§.pœna grauior.l.quid ergo.ff.de infa.& l.& si seuerior.C.de infa.

SVMMARIVM.

1 *Bannum dicitur sententia interlocutoria.*
2 *Bannum potest contra minorem ex indefensum infligi.*
3 *Bannum datum contra minorem indefensum sine autoritate curatoris, an ualeat.*

habuit in commissione & mandato.

1 †Quod bannum dicitur sententia interlocutoria' vt ha
a betur in l.j.de requi.reis.& in auth.item nulla communitas.C.de sacrosanct.eccl.& no.Bal.in l.si quis filio.§.eius qui.ff.de inoffi.testa.& no.gl.in l.j.§.quid ergo.ff.de vent.inspi.in verbo,in multis.in l.iij.in prin.de suspect.tut. Ex
2 †quo sequitur qd' cum sit sententia interlocutoria qd' tale bãnum potest contra minorem & indefensum infligi: vt no.Bal.in l.cum & minores.C.si aduer.rem iud.

ADNOTATIO.a ¶Interlocutoria. Et an bannum dicatur sententia interlocutoria.vide Pet.de Anch.in consi.vj.& Alex.in cõsil.xc.in j.volu.Ber.

Die vij. Decembris.

OVi dominus iudex videns & cognoscens dictos inquisitos nõ comparuisse,& esse cõtumaces, & in eorum contumacia perseuerantes commisit A. præconi dicti communis vt dictos inquisitos & quemlibet eorum banniat, & tali pœna vel in tanta quantitate pecuniarum &c. & eisdem assignet terminum octo dierum ad comparendum, & se defendendum à dicto banno, & inquisitione,& contentis in eis vel alio ipsorum.

Dicta die.

Qui.A.præco retulit se ita bannisse & preconizasse vt

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quę dixit Bal.in c.j.hic finitur lex Corra. deinde incip.consti.regni.in iiij.col.vbi voluit qd' bannũ non est in interlocutoria habens vim diffinitiue sed interlocutoria:quia ante litem contest.fertur,& ideo dicit, qd' contrario imperio potest reuocari.Sed Bal.in l.certa ratione. C.quando prouoc.non est necesse.in prin.dicit aliter,qd' banna quæ fiunt contra formam statutorum, ideo possunt corrigi per iudicem: quia sententia est interlocutoria,sed non videtur stare in ista opinione : quia dicit, vel dicas melius qd' bannum est quædam comminatio iudicis: ideo vtile per inutile non vitiatur:& Bald.in l.si quis filio.in §.eius.dixit quòd est sententia interlocutoria, & quomodo ista intelligantur quando sit sententia bãnum vel comminatio opus esset videre dicta Alberi.de Rosa. in iiij.parte statutorum.in j.qõ.& vide etiam Bal.in l.j.C. qui accusa.in illo articulo, quando dicatur nomen rei receptum inter reos.
3 †Et inquantùm domi.Ange.hic dicit, quòd banna data contra minorem indefensum sine autoritate curatoris valent : certè si iste doctor vidisset dicta Alberi.de Rosa.in dicta l.cum & minores.non ita faciliter decidisset istam quæstionem. Sed reperio Alb.de Rosa.in quæstione statutorum in iiij.parte.quæst. lxxij. incipien.sed quid si minor inculpatur.& contra eum inquirebatur de aliquo maleficio citatus non comparet, & sic bannitus fuit, vbi per quatuor col.disputat istam materiam,an tale bannum teneat referens primo dicta Vgol. de fontana.& postea Guil.de Suza.postea Richar. Malumbræ.tandem tenet hoc bannum non valere nec tenere,& multa allegat, quæ parum esset mihi hic transcribere,& refert quod Dyn.dicit, quòd potestas Paduæ cùm procederet contra minorem,dedit sibi curatorem de consilio peritorum,& postea processit contra eum, & refert Azo.tenuisse istam sententiam:videtur tamen in fin.limitare:dic vt ibi.

4 *Statuta quæ communiter hodie per Italiam fiunt quòd absens posit condemnari:sunt introducta de iure positiuo,& bannum reuocatur, quàmprimũ citatus comparet etiam post terminum assignatum etiam usque ad prolationem sententiæ.*
5 *Rectores terrarum non possunt aliquem de iure bannire,nisi expresè hoc ex forma statuti caueatur.*
6 *Absens siue sit uagabundus uel non,clericus uel laicus,quando contra eum fit processus:quomodo debeat citari.*
7 *Bannum si extendit pœnam relegationis, de iure communi non potest procedere.*
8 *Annotatio bonorum hodie non habet locum nisi in bonis mobilibus.*
9 *Rectores terrarum,an possint aliquem bannire.*

4 Ange. †Et tene menti, quòd communiter statuta quæ hodie fiunt per Italiam, quod absens possit condemnari:sunt introducta de iure positiuo : ita dicit Baldus, per illam l.ne diu.C.de pœnis.quòd bannum seu sententia interlocutoria reuocatur, quàmpri-
b mum ille citatus comparet[b], etiam si post terminum in banno assignatum compareat etiam vsq; ad sententiæ prolationem : quia sic fit in ciuili ad cuius similitudinem proceditur in criminali: nam sicut in ciuili citatus contumax patitur primum decretum ita in criminali patitur bannum prædictum, quòd personam suam afficit

afficit & nomen suum inter reos allegat.facit l.j.ff.de requir.reis.& sicut in ciuili fit missio in bonis vt tedio affectus reus veniat responsurus: vt l.si is à quo.ff.vt in poss. leg.ita & in criminali bannitus in persona afficitur & nomen eius inter reos ascribit', licet sit cõtumax inter reos vt tedio affectus compareat:vt l.adulteram.C.de adulte. & l.miles.§.ij.& bona eius annotantur: vt l.j.ff.de requir. reis.Si fuit crimen à relegatione supra:quia regulariter in tali crimine absens nõ potest damnari etiam si sit absens post litis contesta.nisi in casu l.ne diu.C.de pœnis. & in casu l.in §.qui hoc.ff.de sica.& in casu extrauagã.ad reprimen.ita dicit Bar.in d.l.j.ff.de requi.reis. Si autem fuerit pœna à relegatio.infrà: tunc quia annotatio bonorum non habet locum:tunc ne iudici inquirenti vel accusatori fit præiudicium:quia non potest esse consultus ex prędicta bonorum annotatione:tunc siue lis sit contesta.siue non potest ad diffinitiuam peruenirì:dummodo de negotio principali cum iudice cognoscatur:vt no.gl.in l.quo-
c ties.'de digni.lib.xij.& hoc vide latè per Bart.in l.absentem.ff.de pœnis.& Salic.in l.si absentem.C.de accu. ideo isto casu admittitur qui causas absentiæ allegat:vt l.inter accusatorem.& ibi Bart.& Imo.ff.de pub.iud.& per eosdem in l.pe.§.ad crimen.eo.tit. Vnde sicut in ciuili cõparendo quandocunq; intra annum refectis expensis, & prędicta fideiussione recuperat bona sua:vt c.quoniam frequenter.§.in alij,s.extrà vt lit.non contest.ita in criminali quandocunq; ante sententiam comparendo annullat virtutem banni, perinde ac si nunq; fuisset bannitus & sic comparendo & faciendo,nunc illud qd' si à principio fecisset nunq; fuisset bannitus, ergo bannum tollitur.argu. not.per Barto.in l.si pecunia.vt leg.nomi.cauea.bona autem non recuperat nisi intra annum compareat,nisi à die dictæ annotationis & notificationis : vt d.l.j.in princ.&
5 d.§.j.& ibi Barto.ff.de requir.reis. †Sed aduertas:quia nisi expresè ex forma statuti caueatur, quòd rector terrarum siue præses prouinciæ possit aliquem bannire nõ
d potest aliquem de iure bannire[d] vt not.Barto. in l. illicitas.§.qui vniuersas.ff.de offi.præsi.quod bene not. In quo quidem banno certus terminus statuitur intra quẽ comparere debeat,alias est & intelligatur bannitus in tali pœna.Et aduertas qd' talis terminus tali banno non currit, nisi à die notificationis personaliter factæ vel ad domum cum schedula secundum formam statutorum, nõ autem incipit currere à die annotationis & facti banni.l.j.§.j.& ibi Bart.ff.de requi.reis.Teneas tamen vt supra,qd' quãprimum reus comparet in termino banni totum bãnum & eius virtus annulatur:vt l.j.§.fi.& ibi Bar.ff.de requir. reis.& perinde est,ac si non fuisset bannitus: quoniam fiebat ad hunc finem vt compareret. Vnde si comparet statim expirat virtus & effectus banni:vt l.à filia.§.alumno.
6 ff.ad Trebel. †Quando autem fit processus contra absentem siue sit vagabundus, siue non clericus vel laicus, an sufficiat citatio ad domum vel ad beneficium vel rure vel in alio territorio.not.Spe.tit.de accu.§.qualiter.versi. sed nunquid sufficit & ibi ponit formam.Si autẽ reus cõparet qualiter procedatur contra eũ no.Spe. in §.j.ver.cũ autem fuerit coram præside.

b ¶Citatus comparet.adde ad hoc Pau.de Cast.consi.xxiij.& Cepo. in consi.xxxix.Ber.
c ¶In l.quoties.Adde quod voluit allegare gloss.in l.absentem.ff.de pœnis.& gl.in l.quoties.tenet contrarium.
d ¶Bannire.Adde circa hoc Alex.in consi.xxvj.in j.vol.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quę dixit Alber.de Rosa.in iiij.parte statu.q.j. qui dicit,qd' bannum est quædam iudicialis sentẽtia pœnalis contra cõtumacem prolata in ciuili vel criminali de iure communi vsq; ad relegationem, & de iure municipali vel consuetudine etiam vltra relegationem, bannum enim de iure communi potest dari absenti, & lit.nõ contest.vsq; ad relegationem, per l.absentem.ff.de pœn.cum
7 ibi not. †Si autem bannum excedit formam relegatio-

nis:tunc de iure communi procedere non potest, per d.l. absentem.tamen ex consuetudine & statutis fere totius Italiæ in quocunq; graui crimine datur,& procedunt talia banna & executioni mandatur,& dicit qd' pro hoc bene facit gl.in l.amissio.§.qui deficiunt.ff.de capit.dimi.& de isto banno aliquid vide per Bal.in c.j.de pac.tenen.

8 †Et not.bene quæ ibi dicit,quod hodie secundũ Iaco. de Bel.non habet locum ista annotatio bonorum nisi in bonis mobilibus. Et oĩa ista quæ dixit d.Ang.hic fuerunt in omnibus approbata à Modernioribus in solenni repeti.cqualiter & quando.in xj.q.princ.in lxxiiij.q. vbi in effectu fequitur dicta Bar.in d.l.j.de requi.reis.& l.absentem.ff.de pœn.reprobata opi.gl.d.l.quoties.& Pet.de
9 bellapertica. †Et inquantum supradictum est,an rectores terrarum possint aliquem bannire.Addatis dicta Moder.quæ ipsi posuerunt latè in l.imperium.ff.de iurisd.omiud.& de istis citationibus faciendis in istis causis criminalibus vbi debent fieri, & quomodo & maximè ad hoc vt deueniatur ad istam annotationem bonorum. Adde Gand.in tract.malefi.subrub.de citat.facien.scilicet quomodo fiant quo loco & earum obseruantia.

10 *Iudex absoluit reum bannitum, sub ista conditione, uidelicet & hoc addito ut non audeat de cætero similia attentare, sed si secus fieret ipso iure cadat in primas penas: quid dicendum.*

10 Ange. †Quid autem si iudex vel dominus absoluit reum & bannitum sub ista conditione, videlicet & hoc addito vt non auderet de cætero similia attentare, sed si secus fieret ipso iure cadat in primas pœnas.Istam q.ponit Bart.in l.tale pactum.§.qui prouoca-
a uit.in fi.ff.de pact.& in l.vnus.§.pactus'ne peteret.e.tit. circa fi.vbi dicit,quod ista quæstio fuit de facto Bononię & finaliter concludit, qd' aut talis dispositio & liberatio fit ab eo qui habet potestatem legis condendę:vt est legatus Bononię,vel alius dominus,& talis conditio est lex: vt l.pe.C.de dona.inter vir.& vxo.& ideo reus qui contrauenit reincidit in primas penas,nec ab eis fuit ipso iure liberatus, neq; incidit in alias pœnas tanq; ex prioribus delictis:quia sublata sunt ipsa & earũ obligationes: vt d.§.pactus.Sed nouum delictum propter qd' cõtrauenit meretur illas pœnas quas primò incurrerat ex omnibus delictis,& hæc potuit facere, lex punit enim secundum delictum grauius propter præcedentia, de quibus est condemnatus vel absolutus : vt ff.de pœn.l.capitaliũ. §.famosos. Si verò ille iudex qui fecit talem dispositionem non poterat legem condere, aut talis conditio fuit stipulatione vallata vel non.primò casu aut in pœna veniebat aliquod pecuniarium,& tunc in illas pœnas incidit,& non tanq; debitas ex delicto, sed tanq; debitas ex stipulatione,potest enim per stipulationem promitti, id quod est probabile per legem deberi:vt l.non impossibile.ff.de pact. Si verò pœnæ erant tales quæ non poterant in stipulationem deduci:tunc illa adiectio nihil reluat:vt est casus in d.§.pactus.facit l.imperator.ff.de manu.testa.aut fuit pactum nudum & non valet : vt d.§.pactus.quia ex eo nõ agi potest & persona non resuscitat: vt d.§.pactus.facit l.si tibi.§.j.ff.eo.

ADNOTATIO.a ¶Pactus.Adde & vide ibi Moder.& vide Ro.in l.si quis accepto.ad fi.ff.de cond.ob tur.cau.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quod Bar.in terminis tetigit istam difficultatẽ in l.non solũ.§.j.ff.de iniur.& arguit pro & contra,& tandem in effectu approbat dicta per ipsum in d.l.si vnus.§. pactus ne peteret.ff.de pact.Et adde Ange.in solenni sua repetitio.exorta guerra.Sed certè Barto.ibi in dicto.§.pactus ne peteret.videtur nimis subtilizare istam materiã, & dicit, quod ista quæstio fuit de facto in quodam marchione Ferrariense cum quodam legato Bononiæ,& vt dixi,audiui viua voce aliquos moderniõ.qui mordebant Barto.bonis rationibus,sed propter autoritatem tanti viri in iudicando non esset recedendum ab opinione sua: & maximè: quia Bald.Angel.Paul.de Castro.& Raphatransire videntur cum doctrina Bartoli, licet ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non referant tamen ipsum non reprobant.

11 *Comparens uel etiam presens existens in carceribus, quando non est fideiussoribus relaxandus potest per se aut per legitimum procuratorem causam suæ relaxationis etiam criminalem agere.*

12 *Dominus non autem procurator damnandus est in criminalibus in quibus potest procurator interuenire.*

11 **Ange.** †Et etiam not.quod talis comparens, vel etiam præsens existens in carceribus, quando non est fideiussoribus relaxãdus potest per se aut per legitimum procuratorem causam suæ relaxationis etiam criminalem agere quecunq; causa sit, cum non sit timor quòd sentẽtia eludatur, nec habeat in fine executionem. ita dicit Barto. Imo.& alij in d.l.penul.§.ad crimen.ff.de publ.iudi.& ibi Barto.in versic.item opponitur de l.Lucius &c.Si verò non sit detentus & dicta pœna sit corporis afflictiua non potest per procuratorem comparere: vt not.Barto.in d.§.sed si non est corporis afflictiua.& tunc est caurela, quod semper per procuratorem compareat: quoniam si esset damnatus ex proprio nomine etiam ex leui iniuria statim efficeretur infamis:vt est casus in c.cũ te.de re iudic.Secus si per procuratorem litigauit vel cõparuit:quia alieno nomine damnatus,nec ipse nec princi palis infamatur:vt l.furti.§.qui alieno.& ibi glo.& doct. ff.de infa.quod not.quia est vna cautela ad euitandã infa
12 miam. † Vnum adde quod in criminalibus in quibus potest procurator interuenire:iuxta l.fi.C.de iniur.& regulam supra traditam non procurator, sed dominus est damnandus:vt not.glosſ.doct.in l.nihil.C.de procu.Barto.autem dicit in l.seruum quoq;.§.publicè.ff.de procur. quem refert ibi Pau.de Castr.quod si reus esset in carceribus posset constituere procuratorem ad omnes actus, præterq; ad sententiam,& ita dicit practicari:quia cessant rationes prohibitiuæ.Angel.autem dicit contrarium, videlicet,quod ad respondendum accusationi vel inquisitioni:vel positionibus,non potest constituere procuratorem,sed debet personaliter duci ad bãchũ,& per seipsum respondere,& ita de facto obseruatur, ne procurator consitendo inferat grauissimum præiudicium ipsi carcerato, vel negando ingerat difficultatem curiæ in probãdo. Ista sunt verba do. Pauli in dicto §.publicè,vbi plenè tractat istam materiam, vtrum in criminalibus admittatur procurator siue defensor, & quando, & in quibus casibus, dic vt ibi,

Augusti. Tu autem in hac materia adde inquantum tactum est,quòd quando reus est in carceribus potest interuenire procurator in causa capitali quod Ange.in d.§.ad crimen.temperabat hoc ibi in septima fallentia dicens,qd si reus est incarceratus & tunc interuenit procurator, sed ad medietatem non autem ad contesta.litis admitteretur procurator, imò reus custodi tus debet iudici presentari:vt litem contestet: vt l.ij.ff.de cust.reo.vbi est casus, nec etiã interuenit ad sententiam audiendam,cuius verba formãda sunt in ipsum carcerarum præsentem ad tribunal non autem existentem in carcere:quia esset absens,& ita obseruat communis consue
a tudo mundi, pro qua est casus rectè intuenti in l.si cuiusdam.C.de publ.iudi.& dicit qd hoc tenet Ioan.And.ª in addi.Spec.in tit.de procur.§.j.ver.sed nunquid ad media causæ.Et in hac materia adde Gandi.in tracta.maleficiorum.sub rubr.vtrum procurator interueniat in maleficijs. & quando in illa quæstione quæ incip.Item quæro, pone, ep quis detinetur in carceribus occasione homicidij vbi in hoc passu pro & contra, arguendo multum alegan ter loquitur referendo opi.antiquorum,tandem videtur tenere id quod Ang.supra vt præter lit.contest.& sententiam posit in alijs interuenire procurator:& vide docto. maximè Bal.in l.reos.C.de accusa.ibi quæro circa istam partem.& docto.maximè Bald.qui aliter distinguit in l. seruum quoq;.§.publice.ff.de procu.in iij.col.& Ang.in d.l.reos.in iiij.col.dicit, quòd ita obseruat cõmunis consuetudo mundi,secundum quod dixit in d.§.ad crimen.

ADNOTATIO.a †Io.And.Adde tu quòd opi.Io.And.in tit. de procu.§.j.ver.sed nunquid tenet.& sequitur do. Alex.in consi. cxvj.in ij.vol.& ibi latè examinat dicta Bar.in d.§.publicè. & quãdo carceratus pro pœna afflictiua corporis posit procuratorẽ constituere.vide Cep.in cõsi.xx.& ibi quod vxor filij & etiam extranei possunt compărere ad informandum iudicem de innocentia accusati:quia etiam ipse iudex ex officio debet innocentiam inquisiti quærere. Adde tamen quod opi.Bar.in d.§.publicè.tenet Ioã.de Ana.in consi.j,& etiam tenet Ro.in tit.de procu.dec.ccj.& ibi qd poterit talis carceratus à quo habet etiam sine mandato defendi: subdunt fortius in d.tit.dec.ccij.quod vxor clerici detenti potest pro marito procuratorem constituere.& vide eosdem in decisio. cccclxxxij.vbi quando procurator fuit admissus in causa criminali,an posit postea opponere quod non potest admitti.& adde an admittatur defensor in causa criminali.& vide Cepo.consi.xlj.consil.l.& consil.lv.& an iudeus in criminali posit esse procur.filij sui vide Cepo.in consi.lxxvj.& not.quod vbi accusatio vel inquisitio est inepta potest procur.interuenire.ita Bald.in consil.cvj.in prima parte Calder.in titu.de procura,consi.ij.quem vide & Ant.de Prato vete.in consi.pe.& in consi.Barb.Ber.

13 *Bannitus per bannum quòd est sententia interlocutoria, an posit àtali banno appellare de iure ciuili.*

14 *Statuto dicente quod absens posit damnari in capitali causa etiam à relegatione suprà,an posit interuenire procurator.*

15 **Ange.** †Quæro an talis bannitus à tali banno qd est sententia interlocutoria,vt supra dixi, posit appellare de iure ciuili.Bar.dicit quòd sic,quando bannum seu annotatio bonorum siue nominis inter reos receptio stat pro sententia principali,& appellans à principali post bonorum annotationem nõ recuperat bona: vt l.j.de requir.reis.Bal.in l.ij.C.de episco.aud.versic.tertiò quæritur vtrum bannitus &c.dicit ego formo istã quæstionem in banno qd datur ex forma statuti, qd confunditur cum condemnatione principali.arg.l.cum quærebatur.ff.iudica.solui.Et dicit quòd non possit appellare: quia per appellationem in principali consulitur in vtraq; ergo stat regula prohibitiua de iure ciuili.Sed tamen concludit ep aut est veræ contumax, & tunc à tali interlocutoria appellat,& est ratio: quia ista interlocutoria trahit secum præiudicium circa infamiam facti quam incurrũt banniti:ideo merito potest appellari: iuxta regulam notabilem in l.ab arbitrio.ff qui satisda.cogan.& l.intra vtile.ff.de mino.& Bart.in l.ij.ff.de appel.reci. sed si semper fuit contumax:tunc aduerte: quia de iure si est crimen à relegatione supra regulariter non potest condemnari dicto casu:vt habetur in l.pe.§.ad crimen.ff.de publ.iud.& in l.j.an per alium causa appella.Si verò sit à relegatione infrà:quia tũc potest damnari,admittitur quilibet vt quilibet de populo volens allegare causas absentiæ,non autem causas causæ:vt d.§.publicè.& in dicto §.ad crimen. Ex quo sequitur,quod si ex forma statutorũ etiam à relegatione supra absens & contumax potest damnari quod etiam isto casu quilibet ad allegandum etiam causas absentiæ admitteretur:vt d.§.publicè.facit quod not.Bald. in l.reos.C.de accusatio.in vlti.col.versi.interdum.& ibi Salice.& not.Barto.in dicto §.ad crimen.in versi.quæro & in ro materiam legis nostræ.Bald.in dicto §. publicè. versicu.reuoco in dubium.Et admittitur etiam fœmina: vt not.Bald.in l.alienam.C.de procuratoribus.& minor & quilibet alius aliàs inhabilis: vt no.in l.exigendi.C.de procura.& in dicto §.publicè.& de ista absentia fidem faciant iudici in iudicio, & scribi etiam faciant apud acta, tunc si iudex vlterius etiam procederet contra talem absentem processus esset nullus.argumen.l.quæsitum.ff.de re iudicata.& notat Bartolus, in l.ij.§.si quis in iudicio. ff.si quis cautionibus.& in dicto §.publicè.in fine.& ibi Baldus & Angelus, quod est verum de iure communi, nisi per statuta esset aliàs prouisum.Si verò vellet venire defensor ad defensam allegans causas causę non audiretur:vt dicto.§.ad crimẽ.nisi pœna esset pecuniaria & confiteretur delictum, aliàs autem nunq; tu iudex admittas aliquem defensorio nomine,nisi ista duo concurrant,scilicet quòd sit pœna pecuniaria,& quòd ipse inquisitionẽ confiteatur,non autẽ admittas eum si vellet negare in toto vel in parte:vt est casus & ibi no.in l.qui seruũ.ff.de interrog.

interrogato.actione.quod tene menti perpetuò,ne tu iudex sis deceptus, sed Bart.in d.l.publicè. vt ibi refert domi.Pau.dicit,quod aliquando quis vult admitti vt defensor sine mandato ad ostendendum de innocentia qd venit absoluendus: & tunc admittitur vbicunq; potest ferri sententia contra absentem:quia etiam si nullus comparet iudex ex officio tenetur inquirere de hoc : vt l.si non defendatur.ff.de pœn.vnde iste talis solùm admittitur ad istum articulum nec subijcit se sententię,nec venit ad plenariam causæ defensionem, nec potest aliud facere quod præiudicet absenti : vnde iste dicetur defensor & excusator innocentiæ,non procurator,ista sunt verba d.Pau.in d.§.publicè.& ita fuit de facto obseruatum Regij contra
2 absentem : quia comparuit vnus tanq; vnus de populo ª & defensorio nomine ad allegandum causas innocentiæ & ita fuit admissus:vide etiam Barto.in extrauag.ad reprimendum.in verbo,legitimè.versicu.an iste debeat admitti &c.& hoc fuit in causa capitali : quia dicebat comparens quod vulneratus erat mortuus sua culpa & quod vulnus non erat mortale, & omnia ista fuerunt probata per testes per eum productos, & sic ille fuit condemnatus de vulnere tantum. Et quia est etiam vna cautela ad euitandum infamiam quam quis incurrit ex confessione propria:vt no.Bar.in l.infamiam.ff.de pub.iud.vt per defensorem compareat & confiteatur: quia nemo ipsorum erit infamis:vt d.§.qui alieno.& reus habebit beneficium quod confitentibus tribuitur.

ADNOTATIO. a Depopulo. Adde de hoc vt per Cepol.in consi.xx.& consi.xlj.& Fran.de Are.in consi.cxlvij.vbi dicit,quod ista est communior opi.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Alber.de Rosa.in iiij.parte statutorum.q.xxxvij.incipien.consequenter quæritur alia quæstio si contra talem bannitum &c.vbi in effectu videtur velle quod si bannum est datum super crimine,tunc licet appellare nisi per statuta aliter prouideretur : puta quod bannitus amplius non audiatur. Limitat tamen prędicta nisi superior tali bannito faceret fiduciam qd veniret ad se defendendum : quia tunc illa defensio nihil aliud importat ẽp quòd possit appellari.& etiam remittit ad nota. per ipsum in qõ.lxxxvij.Et in hac materia adde pulchrũ consilium Bal.qd incip. Cauetur ex forma statuti qd citatus ad se excusandum.faciunt nota.per Gandinum in
4 tractatu maleficiorum sub rubri.de bannitis. † Et inquantum suprà dictum est quod si ex forma statutorũ de omni capitali casu:tunc absens potest damnari etiam à relegatione supra quod tunc potest interuenire procurator, an hæc conclusio sit vera vel falsa vltra supra allegata. vide omnino quæ infrà dicentur in proxima q.in tex.& in additionib.meis.& adde Ioan.in addi.Specu.in titu.de procuratore.§.j.versicu.item qd causa est criminalis.in fine. & habetur per Gandinum in tractatu maleficiorum sub rubri.an in causis capitalibus potest procurator interuenire.& per Barto.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo,legitima.& per doct.in c.veniens.extrà de accusationib.& per docto.in l.reus.C.de accusatio.& in dicto §. publicè.& in dicto §.ad crimen.maximè per Imol.tamen non omitto ea quæ dicit Angel.in dicto §.ad crimen.qd in crimine publico etiam quãdo in absentem ferri potest sententia condemnatoria, quod nullo modo nominatur procurator:quia ita l.cautum est expresse : vt patet in dicto §.ad crimen.in princip.nec est bona consequentia ferri potest sententia in absentem, ergo potest interuenire procurator, vetat enim lex interuentum procuratoris in crimine publici iudicij,dicit tamẽ, quod propter hęc verba in consulendo & iudicando non esset recedendum à consuetudine & à communi opinione, quæ vult vt isto casu possit interuenire procurator, & subdit quod isto casu non obstat.d.§.publicè.qui vult qd vbi de crimine absens potest damnari ibi admittitur quilibet ad innocentiam excusandam,& sic ad plenariam defensionem:quia dicit quòd ille tex.debet intelligi in crimine priuati iudicij non publici,ne ille text.contradicat principio illius §. ad crimen.subdit tamen Angel.quòd Bart.disputationis gratia intellexit, quod interuenire potest quilibet qui habeat prodesse reo accusato,non autem possit obesse,dicit tamen in consulendo & iudicando tenẽdam esse opinionem communem,sed dicit quod ista sua opinio de rigore non videtur vera: quia secundum hoc posset interuenire procurator constitutus:vt possit facere omnia quæ prosunt domino,& non quæ obsunt, quod est falsum : quia forma eius procuratoris est inepta & reprobata : vt not. Innocen.in c.constitutus.de procu.in princ.Et adde quę dicam infrà in proxima q.subsequenti.vbi aliquid dicam. & vide quæ dixit Alberi.de Rosa.in ij.parte statutorum qõ.xxxvij.qui allegando Dyn.dixit, si quis vulnerauerit aliquem mortiferè, potest se defendere per procuratorẽ, licet pro vulnere sit pœna pecuniaria per statutum, & cùm potest ex tali vulnere sequi mors ibi vide. & vide Albe.in ij.parte statutorum.q.cxxj.qui ponit, quãdo pro homicidio est pœna pecuniaria, an possit interuenire procurator,in quæstione sequenti ponit, an quando absens potest dãnari possit interuenire procurator, & ibi sequendo Gandi.dicit quòd sic.

15 *Reus citatus est uel in banno positus,si ipse non uenit, sed mittit procuratorem,an sit excusatus.*

16 *Procurator admittitur in crimine pro quo uenit imponenda pœna pecuniaria tantùm.*

17 *Statuta hodie extãt per quæ potest absens in causa capitali & corporali damnari,an hoc casu poterit admitti procurator ad plenam defensionem.*

18 *Procurator an admittatur ad opponendum exceptionem dilatoriam.*

19 *Iudex an simpliciter posit repellere procuratorem, quando de pluribus inquiritur contra unum quorum aliquod infert pœnam sanguinis alterum non.*

20 *Absens ubi potest damnari,maximè hodie per statuta Italiæ,an tũc posit procurator interuenire.*

21 *Cautela d.Ange.qua dicebat se habere indicia contra reum,ideo debere uenire personaliter,& postea eum retinebat & torquebat,an sit bona.*

22 *Personaliter cogi pose comparere reum in criminalibus limitatur, si contra eum sunt indicia.*

23 *Cautelam domini Ange.positam in ij.uersicu.præceden. uidetur tenere Gandinus.*

15 **Ange.** †Quæro quid si citatus est reus vel in banno positus ipse non venit sed misit procuratorem an sit excusatus,& an procurator admittatur, distingue aut est delictum ex quo venit imponenda pœna maior relegatione,& tunc non excusatur mittendo procuratorem,sed ipse tenetur cõparere personaliter & procurator non admittitur,aut est imponenda pœna minor relegatione, & tunc excusatur mittendo procuratorem & b procurator[b] admitti debet:vt dicto §.publicè.& ibi gl.dicto.& Bartol.plenè & Imol.in d.§.ad crimen.per Cyn. Bald.& Salice.qui Salice.aliter dicit in l.reos.C.de accusationibus.Sed aduertas bene, quòd non sufficit isto casu quòd habeat generale mandatum:imò opus est, qd sit speciale & expressum ad causas criminales, & in specie vt ad tali inquisitioni respondendum:vt not.Iacobus Butriga.Barto.Bald,& Angel.in l.fina.C.de procuratoribus.& not.Imol.in capit.super his.in vltima eolum.de accusationibus.& Ioannes Andr.in clemen.secunda.de
16 procuratoribus. † Ex quo sequitur, quod in crimine ex quo esset imponenda pœna pecuniaria tantùm: bene admittitur procurator : vt dicto §.publicè. Secus autem si esset imponenda pœna corporalis. Prædicta locum habent de iure communi, secundum quod absens non potest damnari : vt lege,absentem.ff.de pœnis.

17 † Quid ergo dicendum est hodie secundum statuta, per quæ potest absens in causa capitali & corporali damnari, an hoc casu poterit admitti procurator,& ad plenam defensionem comparere.Dyn.vt refert Cyn.in d.l. reos.C.de accusationib.determinat quod sic: quia hoc casu cessat ratio legis communis : & pro hoc videtur casus in dicto.§.publicè.sed Bartol.in dicto §.ad crimen.&

Universidad de Deusto
Biblioteca

in dicta extrauagan.ad reprimendum.in verbo,legitimè. dicit,quod illud est verum ad allegandas causas absentię: & ita intelligatur §.publicè.non autem ad plenam defensionem seu causæ defensionem:vt d.§.ad crimen.& idem tenet Anto.de Butr.in c.veniens.de accusa.allegat l.ij.de procurato.iuncto eo quod habetur in c.veritatis.extrà de dolo & contuma.sed de hoc vide plenè Imol.in dicto §. ad crimen.sed ego nunq̃ vidi admitti aliquem procuratorem,quando est pœna corporalis siue corporis afflictiua principaliter vel in consequentiam , siue sit publicum crimen,siue priuatum:vt l.j.coniuncto princ.cum simili. C.vt tam ciuil.quam crimi.causæ.& ego eram solitus vt vna cautela,quando dubium erat vtrum deberet admitti vel non:quia dicebam qd' habebam indicia contra inquisitum,& quod principalis vt melius informatus deberet per se non per procuratorem cõparere vt aliquando contingit in ciuili:vt l.fin.cum ibi nota.per gloss.& docto.C. de procura.& istam cautelam ponit Cyn.in dicta.l.reos. & Barto. in l.ij.§.defendi. ff.quibus ex cau.in poss.ea. & quòd aut veniret ad confitendum aut ad subsciendum se torturæ:vt dicta indicia purget iuxta not. per Barto.singulariter in l.pen.ff.de quæstionibus. si ipse comparebat retinebam & torquebam quousq̃ purgauerat indicia : si verò per se non comparebat,licet compareret per procuratorem etiam specialiter ad hoc constitutum,& plenariè instructum reputabam eum contumacem. argu.no.per docto.in l.fina.C.de procura.& per Iaco.but.ibi,& Bald. in l.seruum quoq̃.§.publicè.in vlti.colum.licet Salice.in dicta l.reos.in quæstione finali sentiat contrarium.Et facta declaratione contumaciæ tunc habetur pro confesso secundùm Bar.in dicta l.penul.& sic superuacaneæ postquã est habitus pro confesso interuenit procurator,quod tene mẽti:quia in practica faciet tibi honorem:quia cum Cyn.dicat quòd docto,ita tenent & ita diceret Bart. obseruaretur in practica non obstante aliorum opin.& isto modo faciendo iudex nunquam potest decipi.ita dicit
18 Cy.in d.l.reos.in fin.† An autem[c] admittatur procurator
c ad opponendum exceptionem dilatoriam. vide Cy. Bal. & Salice.in dicta l.iij.& Barto. & Imo. in d.§.ad crimen.
19 Aduertas tamen quòd si de pluribus inquiritur contra vnum,quorum aliqua inferunt pœnam sanguinis,& aliqua non:an iudex simpliciter possit repellere procuratorem,dicas quòd nõ:quia talis cõfessio potest scindi: ideo pro illis quæ pœnam sanguinis nõ inferunt potest interuenire procurator;vt notat Bar.in l.iam tamen.§.fi.ff.iud. sol.Et si iudex non admisit hunc procuratorem læsit partem,& tenetur in syndicatu:vt ibi per Bar.

b ¶ Et procurator.adde circa hoc & vide Alexan.in consi.cxlj.in iij. volu.& quæ ponit Petr.de Anch.in consi.cclxxiij.Ber.

c ¶ An autem,adde tu & vide Cepo.in consi.lxxiij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde inquãtum supra dictum est,an in causa criminali à relegatione supra vel infra admittatur procurator, licet hic multa possent adduci & allegari : quia aliàs vidi disputantes & tenentes contra communem opinionem de qua supra & multum subtiliter allegando quæ possem hic adducere quæ non adduco quia hic in isto argumento non intendo recedere à communi opinione,de qua suprà. Adde tamen quòd licet in causa criminali non admittatur procurator : tamen limita quia fallit in illustribus personis:quia isto casu in causa publica & criminali admittitur procurator,ita not.Barto.in l.si quando. C.de iniurijs.& eo maximè,quia detineri non possunt persona liter.l.medicos.& ibi not.C.de profes.& medi.nec duci possunt in quæstione.l.j.C.de quæstionibus.iuncta. l.advocati.C.de aduo.diuer.iudi.facit quod not.Bal.in l.ij.C. de liber.& eo.liber.fallit etiam.d.regula , vt per Barto.in l.fina.C.de iniur.per Specul.in titu. de procuratoribus.§. ratione igitur,versicu.sed præcedens regula fallit. Et pro intelligentia istius.§.ad crimen. vide decisionem nouam Roiæ cxcvj.& eius limitationem. & per Barto.in l.iam tamen.§.si tamen plures.ff.iudi.sol. & j.dicetur in proxima.q.vbi dicit quòd si in accusatione vel inquisitione deducantur plura delicta inter quæ sit aliquod cuius occasione pœna pecuniaria venit imponenda , & in alijs corporalis quòd debet illo casu procurator admitti , & multas fallentias & limitationes ad dictum §.ad crimen.prosequere vt per Ange.in dicto §.ad crimen. & per Ange. in dicta l.reos.vbi ponit multas fallentias & etiam decem fallentiæ ponuntur per glo.in c.veniens.extrà de accusa. & ibi vide docto.& not.casum singularem in c.hoc quip pe.iij.quæstio.vj quòd vbi ageretur de nullitate sententiæ latè in causa criminali , tunc potest procurator inter-
20 uenire. † Item inquantum supra tactum est an vbi absens potest damnari ibi possit interuenire procurator maximè hodie per statuta Italiè &c. licet addiderim aliqua in isto articulo supra in addi.in proxima quæstione præcedenti.tamen Angel.multum latè in l.reos.C.de accusa. in vj.fallentia.dicit quòd Bart.in hac materia posuit vnã suam nouam opinionem & pulchram dicens quòd non admittitur procurator , qui domino possit obesse & non prodesse.& dicit esse casum,in dicta l.j.an per alium vbi non interuenit procurator si tamen est capitalis & in causa appellationis ferri potest sententia in absentem: vt l.fi. C.de tempo.ordi.sed bene admittitur excusatio simplex ad allegandum pro absente causas innocentiæ criminis quia allegatio potest esse domino proficua non autem in aliquo nociua.Sed Angel.bene dicit quòd ista opi.Bart. non est bona:quia.§.publici loquitur indistinctè ibi quãuis &c.De habente & non habente mandatum. Item quia forma huius procuratorij est reprobata à iure per Innocen.in c.constitutus.de procura.& si eius opinio esset vera sequeretur quòd posset cõstitui procurator quòd domino prosit & non obsit,quod falsum est dicto c.constitutus.patet quia procurator debet ita constitui vt per eius aduentum conditio aduersarij nõ efficiatur deterior. l.ij.§.pe.ff.quib.ex cau.in pos.eatur.& ad rationes Barto. multum eleganter respondet:dic vt ibi per eum & in hac materia quando procurator possit interuenire. vide Gaspar.de cald.in consil.suo.iij.in tit.de accu.& ibi ponit de quodam abbate qui petebat quosdam monachos detrudi in carcerem,propter eorum crimina, an possit interue-
21 nire procurator. † Et aduerte inquantum suprà d.Ange.tetigit illam difficultatem qd' citabat reum personaliter qd' veniret in persona ad respondendum, licet tali casu procura.posset comparere vel dubium , an procurator possit cõparere,& postea ipsum detinebat in carceribus: quia aliàs vidi istam quæstionem,dic qd' pro ista opinio. certè videtur gl.in l.fi.C.de procur.in gl.pe.ibi,melius.& ideo colligunt doct.ex illa glos.qd' si dominus melius noverit veritatem quàm procurator, qd' potest iudex cogere dominum personaliter compare ad respõdendum , qd' est verum etiam si procura.habet specificum mandatũ ad sic respondendum:quia per aspectum domini potest iudex melius perpendere veritatem inspiciendo quo vultu & qua trepidatione loquatur.l.de minore.§.tormenta.ff. de quæstio.& per hoc Bart.ibi,in d.l.fi.reprehendit Iaco. de Butr.qui contra tenebat,& hanc sententiam approbauit Dominicus de sancto Geminia.in c.j.de iudic.in vj. post Ioan.de Imo.& Imol.in l.qui bona.§.qui alieno.ff. de damn.infect.& Barto.in l.ij.§.defendi.ff.ex quib.cau. in possessione eatur.& Cyn.in dicta l.reos.C.de aecusationib.& Bartol.in l.seruum quoq̃.§.pub.ad finem.ff.de procuratorib.aliqui verò volentes saluare Iacob.de But. dicunt quod opi. Iaco . de but . loquitur in ciuilibus , ex quo procurator specificũ habet mandatũ: quia tunc dominus per organum respondere videtur.l.qui autem.§. fina.cum l.sequen.ff.de constituta pecu.secus in criminalibus in quibus ex indicijs iudex potest inquirere veritatem,& etiam torquere.d.§.tormenta.& istam partem expresse tenet Ioan.Andr.in cap.fina.extrà de iuramen[t] o calumn.& Angel.in l.si actor.ff.de procuratoribus.Angel.in dicta l.fina.C.de procuratoribus.& Barto.in dicto §.si alieno.& dicit Angel.in dicta l.si actor.quod in palatijs ita

refert Sali.in d.l.reos.tenuisse contrarium:& idem voluit Imol.in dicto §. ad crimen. dicentes quòd non solùm in ciuilibus sed nec in criminalibus potest quis priuari beneficio,quòd non possit comparere per procuratorem habentem ad hoc speciale & specialissimum mandatum,& quòd ipso inuito compareat personaliter : aliàs erit contumax quia hoc falsum:quia aliàs beneficium comparendi per procuratorem à lege concessum esset illusorium cum semper esset in facultate iudicis auferre illud beneficium, dicendo, compareat dominus personaliter, quia melius est informatus contra regulam indultum. de reg. iur.libr.vj. nec ob.§. tormenta. quia respondet quòd ille non habebat specialissimum mandatum vel ibi causa criminalis talis erat in qua procu.non potest comparere. & sic Imo. vario modo locutus est in ista materia quia vnũ
22 dixit in dicto §.si alieno.aliud in c.j.extrà de iudi.†.Limita tamen prædicta secundum ea quæ dixit Petr.de anch. in capitu.j.extrà de iudi.in vj.& Bal.& Petr.de anchara. in dicta lege seruum quoq̃.§. publicè.ff. de procura. qui dicunt quòd in criminalibus verum est,quòd quis potest cogi vt compareat personaliter si indicia sunt cõtra eum aliàs non.& voluit Bald.si rectè ponderetur in dicta lege fin.C.de procura.quinimo dixit Bald.in §.publicè. quòd etiam hoc est verum in casibus in quibus potest esse locus torturæ,secus vbi non potest esse locus torturæ.

Adde Gandinum in tracta.malefi.sub rubri. vtrũ procurator potest interuenire in causa criminali. qui Gandi.
23 fuit maximus practicus voluit †quòd isto casu hæc cautela in criminalibus valeret quòd dominus veniat & personaliter respondeat: sed omnino ponderabis verba sua: & videtur velle quòd opus est quòd aliqua indicia præcedant,licet postea in fin. innuat etiam si non essent indicia,dum dicit vel tanquam melius informatum venit responsurus.Subsequenter dominus Angel. hic replicauit id quod Bart.dixit in l.iam tamen.§. penultimo.ff. iudic. sol.quòd si comparet procurator in pluribus causis capitalibus & in quibusdam non poterat comparere procurator in quibusdam sic : tunc poterat interuenire procurator. Adde quod dixit supra in proxima præcedenti quæstione . & si iudex non admisit procuratorem lædit partẽ & tenetur in syndicatu.ita dixit Barto.ibi.

24 *Contumacia an sit delictum:ita quòd si statuto dicatur quòd bãnitus propter delictum posit impunè occidi :an bannitus per contumaciam posit impunè occidi.*

25 *Bannum quod sit propter contumaciam & inobedientiã æquiparatur multæ.*

26 *Multam impositam : sicut propter paupertatem potest remittere rector terrarum sine scientia uel consensu superioris,ita & bannum.*

27 *Condemnatus ex contumacia, quando dicatur condemnatus ex maleficio.*

24 **Ange.** †Quæro an contumacia sit delictum , ita quòd si statuto dicatur quòd bãnitus propter delictum posit impunè occidi: an bannitus propter contumaciam posit impunè occidi:hanc.q.format Barto.in lege omne delictum.ff.de re mili.& ibi cõcludit quòd debet inspici causa propter quam fuit citatus:nam si citatur propter maleficium , & fuit contumax dicitur dannatus propter maleficium,aliàs autem si fuit simpliciter citatus ex causa ciuili & fuit contumax , & tunc si propter eius contumaciam multaretur, non dicitur dãnatus propter maleficium.ita sentit ibi Barto.facit l. ictus fustium.ff.de infami.vnde isto casu non poterat impunè occidi cũ sem per propter contumaciam condemnaretur, quia si essent partes præsentes de eis fieret executio probato delicto l. ij.C.quorum appel.non reci.& lege constitutiones.ff. de appel.licet Bald.& Imo.videantur aliter dicere in l. mora.ff.solu.ma. Cy. & Angel.in lege prima.C. de crimine stellio.sed Bal.in lege fin.C. vi bo.rap. videtur in effectu tenere supradictam opinionem Bart. licet ibi dicat quòd
25 fuerat opi. Mar.de fano†sed tene mẽti tu præses prouinciæ & rector terrarum quòd bannũ quod fit propter con
a tumaciam & inobedientiam,æquiparatur multæ[a] vt no. gloss.in lege prima.§.ex hoc rescripto.ff. de ventre inspi.
26 & in lege prima post princi.ff.de admi.tuto.† Ex quo sequitur quòd sicut multam impositam propter paupertatem sine conscientia,vel consensu fisci,vel superioris, potest remittere præses prouinciæ ita etiam bannum.ita dicit singulariter Barto.in l. illicitas.§.fi.ff. de officio præsi. & prædicta procedunt de iure:communiter autem aliter proceditur per statuta : quia contumax in quocunq̃ crimine,habetur pro conuicto & confesso,& potest dãnari.

ADNOTATIO. a ¶ Multæ.adde & vide Paul. de castr.in consil.excviij.in j.impressis.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde glo.in lege prima.§.fi.ff.si quis ius di.non obtem.in verbo, pœna. & aliam gloss.in lege si plures tutelam.ff. de admi . tuto. quæ glo.non allegatur per doct. & aliam gloss.j. q.iiij. in summa tamen glos.tenuit contrarium,in c.ex literis . extrà de consti.f. quòd contumacia non dicitur esse maleficium:& ideo cùm statuta propriè debent intelligi.l.iij.§. hæc verba.ff.de nego.gest. bannitus per contumaciã per statutum,nõ dicitur bannitus propter maleficium. Et de hac materia videnda sunt dicta per Bal. in lege prima.§. nam tractemus.ff.de tuto.& rationibus distrahen. Bal.in lege fin.C.de crimine stel.per Bal.in l.multis.C.de appel. per Bald.in lege prima.§.fin.ff.si quis ius di. non obtempe.aliquid per Imol.in l.pe.§.ad crimen.ff.de publi. iudi. in xxiij.colum.& Moder.in d.l.si mora.ff.solu.matri.dicunt quòd ista est communis opi. quòd bannitus ex contumacia non dicatur bannitus ex maleficio , quia contumacia non reperitur inter tracta.de publi.vel priuatis delictis.imò ponitur inter ciuiles d.l.j.si quis ius di. nõ obtemp.Largè verò & impropriè sumitur pro maleficio.Et in hac materia adde dicta Alberi. de rosa.in quæstio. statutorum in iiij.parte quæstio. xxij. qui vltra omnes examinat istam materiam ibi refert omnia domi.Cy. & vide Bald.in l.j.ff.de in lit.iurando . qui colligit argumentum
27 ex illa lege.†quòd condemnatus ex contumacia non dicitur condemnatus est maleficio : limitat tamen hoc nisi statutum vltra procederet quòd cõtumax haberetur pro confesso quia tunc dicitur condemnatus ex ficto maleficio non ex vero.per legẽ si tutor.C.de interdic.ma.& dicit quòd Dy.tetigit q.in l.cum filius.ff.de verborum obligatio.Adde tamen quòd contumacia nõ sit delictum. bene facit gloss.in c.cùm non ab homine.in glo.magna extrà de iudi.sed quòd imò quòd contumacia sit delictum, allego in terminis glo.in c.ij.in glo.morte.extrà.de ma.& obe.quæ dicit quòd propter delictum contumaciæ peribit,& propter contumaciam quis multatur,& multa pertinet ad fiscum.Ista probantur in l.reos.& I. multatus. C. de modo multandi.& cum pœna pertinet ad fiscum,talis causa dicitur criminalis.glo.est singularis in le.prætor.ff. de sepul.viola.nec ob.fundamẽtum Cy. dum dicit quòd ideo cõtumacia non est delictum: quia non erat posita in ter crimina publica aut priuata: quia istud argumentum nihil valet nec concludit.nam glos.in l.j.ff.de fideius.tut. & in l.j.§.si apud.ff.depos. dixerunt quòd dolus est delictum : & tamen titulus de dolo non est positus inter crimina publica nec priuata.Præterea pro hac parte allego bonum text.in prima constitu.ff.in §.illud verb.versicul. ludos exercere . & alia crimina vbi lex appellat ludũ delictum & titulus vt alearum vsus . non ponitur inter crimina publica aut priuata.& de ista materia vide dominũ Nellum in tractatu bannitorum in secunda parte secundi temporis quæstio.lix.& q.lx.

28 *Statutum disponens quòd contumax habeatur pro conuicto & confesso : an ualeat de iure.*

29 *Contumax licet ex fictione statutorum habeatur pro confesso,tamen requiritur declaratoria.*

30 *Contumax reus antequam condemnetur, an semper debeat fieri declaratoria.*

31 *Contumacia licet operetur confessionem rei , & quòd sit conuictus tamen de contumacia debet apparere in actis.*

32 *Reo sponte confitente:etiam ex inordinato processu:sequi potest condemnatio:secus ex ficta confessione,putà per contumaciam.*

33 *Confessio uera delictum uere probat : ficta autem nunquam uere delictum probat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

34 *Notarius condemnatus de falso ex confessione uera uel conuictus: nunquam poterit amplius instrumenta conficere: tamen damnatus propter contumaciam non perdit instrumentorum confectionem. Et sententia lata contra uerè & sponte confitentem & conuictum: facit illum inhabilem, quò ad omnes. si autem lata ex contumacia, & sic ex confessione ficta: præiudicat solum quò ad personam ad cuius instantiam fuit damnatus.*
35 *Declaratoria an sit opus qua iudex pronunciet super contumacia.*
36 *Contumacia negata pronunciandum est super ea aliter non est necesse.*
37 *Confessio ficta quid operetur.*
38 *Statutum quòd quis habeatur pro confesso intelligitur quò ad delictum non quò ad qualitatem personæ aggrauantem delictum.*
39 *Contumax licet habeatur pro confesso, tamen quando iudici constaret ipsum non esse culpabilem debet eum absoluere non condemnare.*
40 *Sententia lata propter contumaciam an magis dicatur lata pro contumacia quàm propter delictum.*

28 Ange. †Quæritur tamen an tale statutum quod disponit quòd contumax habeatur pro con-
a uicto & confesso de iure valeat[a]. Istam quæstionem format Specu.& ibi Ioan. andr. de accusa.§.sequitur. & ibi tenent quòd tale statutum valet.& Ioan.andr.in c.veritatis.de dolo & contu.Et in tit.de pace iur.fir.§.iniuria.Facit quòd not.in l.gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe. & posthu.& pro hoc allegat glosſ.ordi.in lege locorum. C. de omni agro deser.lib.xj. vbi dicit quòd talis contumacia est ficta probatio.facit quòd notatur per Barto.in leg. omnes populi.ff.de iusti.& iure.& le.j.C. de asser.tol. ita etiam do.Nellus de sancto Gemi. doctor solennis in suo
29 opere bannitorum in sui princip.† Sed aduertendum est quòd licet contumax ex fictione statutorum habeatur pro confesso:tamen requiritur declaratoria:vt est text.& Bart.in lege eius qui delatorem.ff.de iure fisci. & est tex. cum glos.in c.cùm secundùm.de hæreti.in vj. & hoc etiã tenet Bald.in l.transigere.in fin.C.de transactionibus. & in lege iubemus.§. œconomus.C. de sacrosan. eccle.vbi plenè:& in vsu feudorũ quibus modis feud.amittatur.c. j.& in c.j.de feu.sine culpa nõ amit.& in tit. generali alie
30 natione.an feu.vasal.conti.c.vasallus.†Ex quibus caute la esset quòd quando reus essет cõtumax antequam condemnaretur semper fiat declaratoria, quando contumax fuit.Et virtute illius contumaciæ ipse habetur ex statuto pro confesso delictum, & conuicto de quo contra eũ inquiritur:facit quod no.in simili Ia.but. per illam glosſ. in l.penulti.§.cum autem.C.ad trebel.& quod not. Bartol. secundùm Ia.in l.hæc stipulatio.§.ij.ff.de ope.no.nuncia. Sed licet hoc esset tutius, tamen si iudex postea de delicto condemnet & pœnam imponit limitaram à statuto, videtur tacitè declarasse super dicta cõtumacia, & quòd habitus fuerit pro confesso.ad hoc facit quod not.Barto. in d.l.stipulatio.§.pe. nam procedendo ad condemnationem videtur tacite pronunciasse illum haberi pro confesso: sicut dicimus de iudice qui non obstante declinatoria fori ad vlteriora procedit tacitè super declinatoria videtur pronunciasse.l.ij.§.si dubitetur.ff.de iudic.& maximè si iudex in sententia sua in illa clausula, & quia constat &c.facit mentionem de sua contumacia tunc super contumacia & ficta cõfessione declarasse videtur:facit quod dicunt doct.quando iudex dicit viso libello visa litis contesta.&c. quia sententia facit fidem de prædictis: vt not.
b docto.in authen.si quis in aliquo.C.de eden. Teneas ta-
31 men†quòd licet dicta sua contumacia hoc operetur: debet tamẽ in actis hoc prius apparere antequam deueniatur ad condemnatoriam: nam licet esset citatus & statutus terminus ad comparendum & ipse in veritate nõ cõparuit,si tamen hoc non apparet ex actis vel quia notarius nondum scripserat vel nuncius nondum fecerat relationem:tunc iudex nunquam deueniat ad condemnationem:quoniam talis sententia non valeret.arg.not. per Barto.in lege hoc autem.§.primo. ex qui.cau. in poss.ea.
32 & lege multum.ff.de cõdi.& demonstra.† Sis igitur multum cautus tu iudex quòd ordinatè facias processum tuum:nam licet ex tali contumacia habeatur pro confesso & conuicto.Magna tamen est differentia inter veram & fictam confessionem. Nam quando tu habes reum qui spontaneè confitetur, tunc etiam ex inordinato processu securè potes condemnare:vt not. Bartol. in lege si confessus.ff.de custo.reo.& dicam infrà in gloss.quando comparent & totum confitentur, tamen quando est ficta
c confessio nunquam[c] ex tali cõfessione ficta poterit damnari, nisi processus fuerit ritè & rectè formatus & si fuerit condemnatus: talis sententia ex inordinato processu ipso iure non valet.ita singulariter dicit Bald. in addi. ad Specul.titul.de accusa.§.& not.quòd accusatio. versiculo & not.quod vbi libellus &c.facit quod not.Bald.in lege error.in fin.C.de iur.& facti ignoran.& quod no.Bar-
33 tol.in leg. absentem.ff. de pœn. †Secundò principaliter dicta ficta confessio habet alium effectum: nam licet vera probet verè delictum: vt dicta lege si consensus. & lege prima & tertia.ff. de cõfessis. & lege inde neratius. ff.ad l.aquil. tamen ficta confessio nunquam probat verè
34 delictum.† Ex quo sequitur quòd si vnus nõtarius damnatus sit de falso ex confessione vera, vel cõuictus quòd nunquam amplius poterit instrumenta conficere: vt in authenti.de tabel.§.fin.& not.Bartol.in lege eadem.§.primo. ff. ad leg. iuliam repetun. & tamen si est damnatus propter contumaciam non perdit instrumentorum con-
d fectionem[d].ita nota.dicit Bartol. in leg. si ideo.in principio.ff. de euict.& Bal.in leg.transigere. circa medium.C. de transact. magis enim propter contumaciam & absentiam suam dicitur esse lata sententia, quàm quòd maleficium commiserit:vt lege qui repudiantis.in fin.ff.de inof ficioso testa.habet & tertiũ effectũ: nã licet sententia lata contra vere & sponte confitentem,& conuictum, & declaratoria super delicto faciat illum inhabilem. & infamẽ, quo ad omnes:vt dicta lege si confessus.ff.de custo. reorum.& leg.quoniam.de infami. tamen quando est lata in contumaciam, & sic ex ficta confessione: tunc talis sententia non facit fidem nec condemnatio præiudicat nec ipsum inhabilitat nisi quo ad illam personam ad cu
e ius instantiam fuit damnatus[e]. ita singulariter dicit Bartol.in lege eius qui delatorem. in fin. de iure fisci.per casum,in leg.ij.§.fin.ff.eo.

ADNOTATIO. a ¶De iure valeat.Franc.de areti.in consi.cxlvij. & ibi an contra talem fictam confessionem possit probari de innocentia rei:& ibi etiam quòd talis contumax videtur confiteri delictum cum omnibus qualitatibus suis in accusatione vel inquisitione deductis allegat Bald.in l.quoniam.de his qui no. infa.& in leg.ij.C.de iura.calum.Angel.tamen in consil.cxlvj. dicit quòd videtur confiteri factum non qualitatem facti.& vide Pet. de ancha. in consilio cccxix. vbi quòd mulier accusata de adulterio si fuit contumax non videtur fateri matrimonium & ibi quòd habetur contumax pro confesso quò ad pœnam fisco applicandam non quò ad pœnam applicandam parti quò ad eius interesse.& adde quòd tale statutum valeat. & vide Ce. in consil. xlj.& ibi quòd tale statutum non debet intelligi taliter, quòd cõtumax de cuius innocentia constat haberetur pro confesso. & vide ad materiam bar. in consil.ccvij. & consil.cxvj.

b Teneas tamen. Adde quòd eandem sententiam tenet Fran.de rãpo.in consi.Cald.in titu.de re iu.consil.viij.sequutus Bartol. in l. finita.§.iulianus.ff.de dam.infe.Ber.

c ¶Nunquam ex tali. Adde & vide Petr. de ancha.consil.cccxix. & Abba.in consil.xxiiij.

d ¶Confectionem. Adde & vide Paul.de castr. in consil. cxcviij. & Bartol.in consil.xj.

e ¶Fuit damnatus. Adde & vide ro.in consil.liiij.Barto.in consil. cvj. incip.statuto Perusinæ ciuitatis.& Abba.in consil.lxvj.

Augusti. Tu autem in hac materia adde inquãtum dictum est:an valeat statutum quòd contumax habeatur pro confesso: quod in terminis videtur glos.in leg.ij.§.senatus.ff.de iure fisci. quæ videtur etiam velle quòd contumax habeatur pro confesso de iure,& bonus text.in leg.arrianus.ff.eod.titul. de iure fisci. & boni text.allegantur à Bartol.in dicta leg.locorum.C. de omni agro deser.& omnino ibi vide Ange.Sed in cõtrarium multum faciunt ea quæ notauit Rom. in l. lege cornelia.ff. ad silla.qui disputans illum articulum an per statu

statutum potest induci quòd per fugam inducatur vera probatio,dicit quòd de iure habemus vnam glosſ.singularem.iiij. quæstio.j. in summa quæ dicit quòd propter contumaciam quis non potest condemnari ad mortem. quæ glosſ.Bald.in leg.data opera.solebat dicere quòd alibi non reperiebatur: si ergo contumacia vera non potest facere quòd quis condemnetur ad mortem: quomodo ergo,ista confessio ficta resultans ex tali cõtumacia operabitur hoc quòd quis possit decapitari, quãdo statutum dicit in criminalibus quòd contumax habeatur pro confesso cum non possit plus fictio quàm veritas: vt no.in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. non obstant illa iura quæ sunt allegata pro illa parte quòd contumax habeatur pro confessio:quia vt dicit Angel.in dicta lege.locorum.hoc non est regulariter: sed solùm est in casibus expressis. Et ideo Ro. in dicta lege cornelia. concludebat non tenere statutum in criminalibus quòd per fugam inducatur vera probatio, quia illa fuga quia est abiens inducit contumaciam, & propter contumaciam quis non potest puniri capitaliter. Idem esset dicendum in casu nostro quicquid sit cum statuta sint hodie precisa per totam Italiam credo tale statutum valere: quia statuta sunt ius ciuile l.omnes populi.ff.de iusti. & iure. & ideo casu isto erit casus expressus hoc in iure ciuili, postquã statutum hoc expresè dicit.& sic militabit doctrina Angel. in dicta l.locorum.ad illam glosſ.singularem.iiij.q.j.in summa responde:vt pulchrè dicit Imol.in c.ij. extrà de maioritate & obedien. qui latè examinat materiam illius glosſ.in illo articulo cum dicitur qui non obedit principi morte
35 moriatur.†Et aduerte inquantũ suprà tactum est an opus sit declaratoria quod iudex pronunciet super contumacia quod Anto.de butr.in c.cum dilecti. extrà de dolo & contu.in septima colum. ibi vltimò aduerte ibi ponderabat esse text. bonum ad hoc dicens quòd aduertendum est ad illam literam quæ dicit quòd papa illum ibi reputauit contumacem ex qua habes cautum esse iudicem quando procedit contra aliquem vt contumacem vt ante omnia eum reputet contumacem vel aliquid interloquatur per quod ostendat eum esse contumacem: vt sic ostendat sibi de contumacia liquere:nam nõ sufficit eum contumacem esse nisi sibi liqueat de contumacia allegat leg. hæc autem ibi constare liquerit. ff. ex quibus cau.in poss.eatur.& dicit vide Bart.in l.iiij.§. prætor.ff. de dam. infect.& idem voluit Anto.de butr.in c. cum dilecti extrà de electio.vel de dolo & contu.Et adde omnino Bal. in leg.j.C.ne ex delictis defunctorum. in iiij.colum. qui faciens mentionem de doctrina Bartol.in dicta lege eius qui delatorem. Primò arguit pro opin. Bartol. postea in contrarium arguit & pro opinione Bartol. dicit quòd si per legem vel statutum aliquis habetur pro confesso,intellige & intelligi debet si iudici videbitur.Et ideo iudex debet interloqui & pro hoc allegat.l.generaliter.§.j.C.de rebus credi.sed dicit quòd in contrarium facit leg.penul. C.ad trebel.vbi satis est quòd ex actis apparet:quia quod certum est non indiget declaratione.l. quoties.ff. de probatio.§.fina. & quod not.in leg.j.in fin.ff. de do. prelega. sed ipse Bald.saluat dictum Bartol.limitando:quam limi
36 tationem semper no.quia dicit† si negatur cõtumacia est pronunciandum, aliàs non est necesse. ex quo liquet ex actis quia si negatur ista est quæstio emergens & ideo pronunciandum. Item quòd non requiratur illa interlocutoria videtur etiam Bald.tenere contrarium in c.j.de feud. sine culpa non amit. quia in istis huiusmodi quasi notorijs non requiritur alia declaratio per ea quæ habentur in c.peruenit.extrà de appellatio.& in c. vestra. extrà
37 de cohabitatione clericorum & mulierum. †Item inquantùm dominus Angel. hic circa effectum secundùm dictæ confessiones fictæ quid operetur talis confessio ficta,exemplificat quòd aliud est quod de delicto constet per veram confessionem:aliud propter fictam confessionem:quia si notarius propter cõtumaciam banniatur poterit confiteri alia instrumenta. Adde Bald. in l. in exercendis.C.de fide instrumẽto.in iiij.colum. qui videtur tenere contra Bartol.sed melius & expressius tenet contra Bartol.Bald.in additionibus Specul.in titul.de instrumen.edi.in vij.colum.& contra doctrinam domi.Angel. hic.vide pulchra verba quæ posuit Angel.in l. si is qui.§. si tu titiam.ff.de furt.vbi ponit exemplum quòd licet per statutum bannitus habeatur pro confesso:tamen propter talem contumaciam debet verè constare de delicto: ac si per veram confessionem,vel ac si per testes veros constaret de delicto ibi vide.Et vide Paul.de castr.in consil.suo cxcvij.qui ponit latè multa allegando:an isti tales banniti per contumaciam sint infames & quãdo & allegat bona iura text. & glosſ.& Bartol. vide tamen quod consuluit Petr.de ancha.in consilio suo cccxix.qui dicit† quòd
38 statutum quod quis habeatur pro confesso non debet intelligi cùm est actum cum accusatore illegitimo: ita tale statutum intelligitur quò ad delictum, non quò ad qualitatem personæ aggrauantis delictum: & ideo ibi consuluit quòd maritus qui verberauit acriter vxorem Bononiæ & ipsa aufugit Ferrariam, & postea ipse accusauit eam de furto & adulterio, ad hoc vt lucretur dotem & per contumaciam ipsa condemnetur vigore statuti, quod contumax habeatur pro confesso quòd propter hoc iste non lucratur dotem, licèt statutũ dicat quòd habeatur pro confesso contumax. & idem dixit Angel. in consil.suo.cxliij.incipiente super primo dicto quòd licet contumax habeatur pro confitente factum non autem qualitatem facti. Adde consilium Barto.xcvj. incipiẽ-
39 te domino Cyno de Bononia qui ponit†quòd licet contumax haberi debeat pro confesso: tamen quando iudici constaret ipsum non esse culpabilem quòd debeat absoluere non condemnare.& vide in consilio suo.cij. qui ponit stante statuto prædicto an iudex possit recipere informationes quò ad absolu.aut condemnatio. & quid si terminus statuti in quo comparere debebat est elapsus: an iudex hoc possit & quas ex exceptiones poterit ipse ban
40 nitus opponere elapso termino statuti. † An autem sententia lata propter contumaciam magis dicatur lata per contumaciam quam propter delictum.adde Bartol. in l. papinianus.§. meminisse. ff. de inofficioso testamen. & quod in l.qui repudiantis.eod.titul.& quod not.Bal. Angel.& Imo.in l. inter stipulantem.§.j. de verborum obligatio.Bar.in l.prima.in fin.si quis ius di.non obtem.Bartol.in leg.vinum.ff.si certum petatur.Bald. in lege prima C. de confes. & Bald. in lege fina.C. de procura. faciunt etiam not.in leg.absentem.ff.de pœn.cum simi. & Barto. in l.omne.§.j.ff.de re mili.

41 *Inquisitio regulariter non fit contra mortuum, & si pendente iudicio reus moriatur tollitur omne delictum contra eum.*
42 *Delicta quæ non sunt publica non extinguuntur morte si lis fuit contestata contra defunctum uel habita pro contestata.*
43 *Cadauer rei mortui pendente iudicio, an debet suspendi uel circa illud aliquid aliud fieri.*
44 *Reo mortuo post appellationem: quid erit an hæres appellaret.*
45 *Contumax si habeatur pro confesso & conuicto ex forma statuti, & moriatur ante condemnationem an pœna transeat ad hæredes.*
46 *Inquiri in quibus casibus possit in crimine læsæ maiestatis reo mortuo. & illius memoria damnari.*
47 *Mortuo reo ante sententiam: iudicium criminale finitur regulariter & memoria hominis non damnatur: limita nisi hæres uellet sententiam ferri pro purganda infamia defuncti.*
48 *Cadauer rei an furca suspendi possit.*
49 *Reo mortuo post appellationem an talis sententia afficiat hæredes.*
50 *Statuto dicente quòd quis habeatur pro confesso, & quis moritur ante condemnationem: an pœna transeat ad hæredes.*

41 Ange. †Et prædicta procedunt quando procedi-
tur contra viuum.si autem iam esset mortuus reus vel pendente iudicio moreretur, tunc mors tollit omne delictum & contra eum regulariter inquiri non potest & inquisitio formata debet circunduci:nisi in casibus qui habentur in l.ex iudiciorum. & ibi glosſ.& Bart. ff. de accusa. Item quoties non principaliter pœna est

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis afflictiua:sed principaliter causa & quęstio erat super bonis,quoniam tunc quamuis reus sit mortuus tamen adhuc quæstio durat super bonis:vt le.fin.C. si reus vel accusa.mor.fue.& C.si pen.app. mors interueniat.le. iij.alia delicta publica etiam lit . contesta . non transeunt ad hæredem:imò morte extinguuntur:vt dicta leg. ex iudiciorum. † Alia autem delicta quæ non sunt publica non extinguuntur morte, si lis fuit contesta.cõtra defunctum vel habita pro contest.lege prima & ibi glos.& per Bald. ibi.C. ne ex delictis defun . vel si aliquid ad hæredem peruenit:vt lege prima & ibi Bartol.ff.de priua. delic.facit quod not.glos.in §.per contrarium.instit.de hæredi.quæ ab intesta. defe . & nota bene quòd in crimine læsæ maiestatis & similium quæ non expirant morte , & in quibus etiam procedi potest post mortem quòd sententia & sic etiam inquisitio non debet esse contra illum mortuum nec eum condemnari cum sit mortuus sed contra eius memoriam inquiri , vel eius memoriam damnari°, vel pronunciari & declarari eum contra principem, vel rempublicam fecisse : & per hoc eius bona in fiscum inferri:nam propter hoc memoria eius damnatur & infamia quadam defunctus afficitur:ita dicit singulariter gl. in dicto.§.per contrarium.quod singulariter nota in modo practicandi,& semel in ciuitate vulterarum habui de facto : de quo etiam vide quæ dixi supra eod. in glos. [che hai tradito la tua patria:]in versicul. & bene aduertas quod tale crimen . † An autem contra cadauer sit aliquid faciendum : vt quòd suspendatur vel vt quid aliud fiat. Angel. in lege prima.ff.public. iudic. & ibi Imol.& Bal.in lege prima.C.ex delict.defuncto.dicit quòd non, allegat etiam Cyn.in lege secunda.C. qui testamenta facere poss.vbi videtur hoc etiam tenere. & sic dicit Ange. caueat autem Iudex quando delinquens moritur processu pendente quòd eius cadauer non suspendatur,alias tenetur in syndicatu:vt lege prima.§.quoties.ff. de iniu.dicit tamen ibi Imo. quod aliquando contrarium seruatur in famosis malefactoribus:& hoc in odium eorum videtur posse tolerari:vt in c.mulier . xv. quæstio.j. dic vt ibi per Imol. vbi etiam allegat quod habetur in c.inter monasterium. §. primo de statu monachorum. † Quid si reus decesit post appellationem quid erit,Bartol . in dicta lege ex iudiciorum.dicit quòd si decedat intra decem dies qui dantur ad appellandum, quòd hæres eius debet appellare,alias cum lis sit contesta.& defunctus damnatus talis sententia afficeret hæredes nisi appellarent : sed de ista quæstio.latius dicit Bald.& Imo.in leg.qui latronibus.§.primo.ff.de testamen.& Bald.in leg. si quis filio. §.eius.ff.de iniusto rupto testamen.vbi concludunt:vt dicam infrà in glos.super verbo, præsente Titio & appellante &c.vide etiam Imol.qui similiter tenet glos. in le. defuncto . ff. de publicis iudicijs. † Quid si habeatur pro confesso . & conuicto contumax ex forma statuti & moritur ante condemnationem:an pœna transeat ad hæredes,videtur quòd non:quia requiritur litis contestatio, & sententia ad hoc vt contra hæredem transeat : vt dicta lege ex iudiciorum.& ita tenet Dyn.Barto.tamen ibi determinat cõtrarium:sed de hoc dicit latius Bald. & Imo. in dicta leg. qui à latronibus.§. primo & in dicto.§. eius. vbi Baldus nititur concordare opinionem quia dicit opinionem Bartol . veram si post interlocutoriam banni secuta sit diffinitiua,alias procedit opinio Dyn.facit.leg. prima cum glos.C.de modo multandi.& istud mihi placet. licet Imol. videatur dicere quod indistincte sit vera opinio Dyn . etiam si secuta sit diffinitiua quoniam illa consueuit ferri conditionaliter : quia damnari consueuit ad mortem si veniret in fortiam communis &c. Et licet pœna videatur capitalis : & in consequentiam tenere taciam bonorum publicationem.iuxta nota. in leg.deportatorum. C. de pœnis . cum similibus . tamen ex quo est conditionalis suspenditur eius effectus in conditionis euentum : vt lege prima.§. biduum.ff. quando appellandum sit . & sic interim non habet effectum contra damnatum in ipsa pœna capitali: nec consequenter in bonorum publicatione: ergo consequenter : nec contra hæredem si interim moriatur.argumen.dicte legis qui à latronibus.§. primò. Et hoc dicit procedere multomagis hodie:vbi bona damnatorum in consequentiam non publicantur: vt in authentic. bona damnatorum . C. de bonis damnatorum . sed etiam non obstante opinione Imol. ego tenerem concordiam Bald.nec obst.quod dicit Imo. quoniam sententia lata contra contumacem & absentem fertur purè & simpliciter,sine aliqua cõditione:licet eius executio differatur in cõditionis euentũ , videlicet quòd dicitur: & quia constat nobis commisisse per veram & legitimam confessionem habitam ex sua contumacia secundùm formam statutorum &c. Idcirco ipsum Titium in amputatione capitis condemnamus & eius bona publicamus: verum si quo tempore venerit in fortiam communis quòd ducatur & duci debeat vsq; ad locum iustitiæ & ibi decapitetur &c.& sic bonus iudex debet forma re verba sententiæ hoc modo,& sic formando necessariò sequitur quòd sententia est purè lata nõ sub conditione. Ideo habet & statim fortitur effectum:& sic erit vera opinio Bartol . & Bald. & ita practicatur : & hunc modum pronunciandi sentit glos. in authentic. de leno.§. si quis autem. in verbo,expellatur. quam glos.allegat Iaco. de belui . in authentic.de pace tenenda . in principio & dicam infrà in glos. super verbo , caput â spatulis amputetur &c.

ADNOTATIO. a ¶Memoriam dãnari. Adde circa hoc.& vide quæ ponit Cep.in consil.xvij.& vide Bald.ponentem practicam in consil.lx.in ij.volu.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia inquantum supradictum est quòd mortuo delinquẽte , non potest amplius formari inquisitio vel accusatio contra mortuum : nisi in certis casibus expressis &c. ade hic quæ dicta sunt supra in glos. [Che hai tradito la tua patria:]in verbo,& bene aduertas. vbi de iure canonico aliqua allegaui in materia ad intellectum tex. glos. & Barto.in dicta leg.ex iudiciorum.ff.de accusatio, & vide glos.magistrã.de iure canonico.vigesimaquarta quæstio.ij.in summa quæ ponit regulam & fallentias quid de iure ciuili & quid de iure canonico & ibi vide multos text.allegatos de iure canonico ab illa glos. quos non allego breuitatis causa:quia parum esset mihi hoc transcribere. Sed in materia tene menti vnum singulare verbum quod posuit Angel. in consilio suo. ccxxj. incipiente in Dei nomine & suæ Matris virginis gloriosæ : pro decisione consultationis prædictæ qui dicit† quod licet in crimine læsæ maiestatis post mortem delinquentis potest quæri de delicto talis , & memoria eius damnari : tamen hoc habet locum solùm in duobus casibus.Primus quando contra personam Imperatoris hoc fieret. Secundus quando contra rempublic. Romanorum committeretur tale delictum : casum allegat in terminis in leg . tertia.ff. ad l.iul.maiestatis. In omnibus autem alijs capitulis criminis læsæ maiestatis hoc non est , quia cessat processus damnandi memoriam hominis. pro hac opinio . Angel. etiam est glos.in dicta leg.ex iudiciorum.ff.de accusatio. Et ideo consuluit Angel . quòd cùm in ciuitate Lucana quidam ciuis contra illam rempubli. commisisset crimen læsæ maiestatis quòd cum illa nõ sit respu. Romanorum non tenuit illa sententia lata contra illum ciuem mortuum, nec confiscatio bonorum : dicit tamen quod bene valeret statutum factum per illam ciuitatem Lucanam si expresse diceretur in statuto quòd post mortem delinquentis posset procedi , & contra mortuum delinquentem , & contra bona sua. Dubito de ista decisione Ang. quia hodie quilibet princeps & quælibet respubl. volunt habere prærogatiuas Cesaris & reipubli. Romanorum. iuxa ea quæ dixit Bartol.in leg. infamem. ff. de publicis iudic.cum similibus.& quæ sit ratio viua quare post mortem

tem delinquentis non potest quæri.de delicto. Vide omnino pulchra verba Ange.in lege prima.C.ne ex delictis defun.in princip.adde quæ dicta sunt supra in glo. [Che hai tradito la tua patria.]in glos.in verbo, & bene aduertas. & quando damnatur memoria. vide Bartol . in lege qui à latronibus.§.fin.ff.de testa.& vide glos.c.xxiij.dist. quorundam.& c.officij.extra de pœni.& remis.

47 † Et inquantum supra tactum est quòd post mortem rei delinquentis ante sententiam iudicium criminale regulariter finitur & memoria hominis damnari non potest. Limita hoc non procedere si hæres vellet quòd propurganda infamia defuncti quòd sententia ferreretur: quia pro suo interesse potest instare : vt sententia feratur post mortem.ita dicit Bald. in lege prima in secunda col. C.ne ex delictis defun.casum allegat singularem secundum ipsum qui alibi in iure non reperitur in l. filiæ.§. fœ-
48 mina.ff.de adimen. leg. † Item inquantum supradictũ est an cadauer mortuum possit furca suspẽdi. adde quod Angel.in leg.fin.C.si pendente appella . mortuus fuerit. multũ exclamat cõtra assessores qui cadauera mortuorũ delinquentia quæ obierunt ante sententiam faciunt suspendere,vel igne comburi.& idem dixit Ange.in dicta leg. secunda.C. qui testament. facere poss. licet ibi dicat quòd aliquando viderit contrarium obseruari & malè: quia est contra text. in d.leg. fina.C. si pendente appella. mors interue.vbi dicitur quòd crimen est extinctum per mortem quod nulla pœna debetur si nullum est crimen: ideo rationes Bald . quas adduxit in dicta lege prima.C. ne ex delictis defun. multum vrgẽ. pro hac parte quibus malè potest responderi:licet Bald. in leg. secunda.C. qui testa.facere possunt.dicat quòd hoc est arbitrarium: & in arbitrio iudicis per clemen.j.in verbo,pœnitentiæ de pœni.& Fulg. in dicta leg.ij. refert ibi dictum Bald. & eum reprehendit quòd nihil inuenit ad propositũ in dicta clej.sed aduerte qua mihi placet opinio Imol . quam posuit in dicta lege defuncto . scilicet quòd in famosis latronibus in malefactoribus hoc nõ procederet quia in odium ipsorum cadauera possunt suspendi,vel igne comburi.& istam partem tenet Roma.in leg.si verò.§.de viro.ff.solu. matri.in.xlvj.fallentia.& Roma.in dicta leg.ij.C. qui testa.facere possunt.qui dicit ibi opinio Bal.hic potest procedere in famoso latrone per id quod not.gloss. sing.in l. ij.ff.arbo.fur.ces.dũ dixit latrones mortuos bestijs subijci , & ibi allegat multa quæ fuerunt allegata ab Imol. in dicta leg.defuncto. sed contra Bald. Imol. & Ro. arguo sic : si taxatum est lege , qui sunt illi casus in quibus post mortem quis potest iniuriari calumniari & damnari:vt in leg.ex iudiciorum.ff.de accusa.& lex noluit vltra procedere quomodo volumus nos vltra procedere contra leg. scriptam:iudex ergo tenebitur in syndicatu: vt dicit Angel.in dicta leg.defuncto:& maximè quia ibi in dicta lege ex iudiciorum.& in gloss.enumerantur illi casus atrocissimi odio quorum lex voluit quòd post mortem dam
netur memoria hominis : vnde ibi lex habeat considerationem etiam de casibus atrocissimis : & sicut lex habuit considerationem de crimine læsæ maiestatis hæresi, & repetundarum ita dixisset de famosis latronibus & si similibus:nisi respondeamus quòd lex etiam quandoq; comprehendit alios casus ibi non enumeratos . & probo per
52 illummet text. in leg. ex iudiciorum : nam ibi dicit quòd mortuo delinquẽte iudicium expirat sed fallit ibi in duobus casibus enumeratis in text . scilicet in crimine læsæ maie. & repetundarum : tamen ibi gloss.vltra illos duos casus enumeratos in text. addidit alios quinq;,& sic non est absonum vltra alios quinq; casus enumeratos per gl. si docto.addunt alios extendendo per bonas rationes. & maximè quia ex causa licitum est leges transgredi, & statuta iuxtà regulam vulgarem Innocen.in c.). de cõstitu. & per not.in leg. quid ergo.§. pœna grauior.ff. de ijs qui not.infa.& de materia per Angel.in leg. qui à latronibus §.primo.ff.de testa.& adde dominum Cataldi . in tractatu syndicatus . quæstio.cxlvj. qui dicit quòd est arbitrio iudicis an corpus mortuum velit facere suspendere:quia
49 illud est corpus pœne. † Item inquãtum supra tactum est,quando reus decesit post appellationem quid erit an talis sententia afficiat hæredes . Tu de hac materia adde omnino quæ singulariter dixit Bald . in leg. prima.C.ne ex delict. defun . in quarta columna vbi not. loquitur & ibi facit mentionem quomodo Bartol . fuit in hac materia contra sententiam Dyn.& omnino Bald.in leg.tertia C.si pendent.appella.mors interuene.& ibi in leg.prima. in fin.C. si reus vel accusa . mortu. fue.qui videtur velle quòd opinio.glo.& Bar.sit communis. Et illa glo. in dicta leg.ex iudiciorum. quæ allegatur in ista materia Angel.in l.& post.ff.de transactio. dixit illam gloss. singularem & non esse alibi.& idem magnificit illam glo. Bald. in leg.furti.ff.de his qui not.infa.in secunda colum.& ibi limitat illam gloss.& vide Barto.in leg.si qua pœna.ff.de verborum significatione. & Albe. in rosa.in quarta parte statutorum. quæstio. xxv.& vide per dominum Angel.
50 infrà in vltima glos.in vltima colum. † Inquantum vltimo loco tangit domi.Angel.hic si ex forma statuti quis habetur pro confesso & quis moritur ante condemnationem,an pœna transeat ad hæredes.adde quod Bald. multum not.loquitur in le.prima.C.ne ex delictis defunctorum.in tertia colum.& aliquid per Bald.in authentic.bona damnatorum.C.de bonis damnato.& faciunt no. per Bald.in leg.prima.C.de condi. inser. Item vide Alberti.de rosa.in iiij. parte statutorum.q. xxv. & omnino vide in vlti.glo.in vlti.versic.in vlti.additione mea.

51 *Statuto cauetur quòd non comparens ponatur in banno,de quo non extrahatur,donec soluat condemnationem mille quidam sic fuit in banno positus, & non uult soluere mille : an fiscus poterit facere executionem in bonis istius usque ad summam mille.*

52 *Statuto stante:ut suprà si bannitus moriatur in banno:an habebit bannum executionem contra hæredes banniti.*

53 *Iudex posuit Titium in banno centum librarum quia Seium uulneraurit:an iudex compellatur illas libras exigere.*

54 *Bannitus fuit quidam tali banno quòd transiuit in rem iudicatam : putà quia reus nunquam comparuit:quis potest petere quòd talis bannitus eximatur à banno.*

51 **Ange.** †Quid si statuto cauetur quòd nõ comparens ponatur in banno, de quo non extrahatur;donec soluat condemnationem mille:modo quidã est positus in banno & nõ vult soluere mille,an fiscus poterit facere executionem in bonis istius , & accipere bona usq; ad mille.Bald.in dicta authẽ. bona. arguit primò quòd sic quia cùm sit sententia lata ergo meretur executionẽ,& mittet executioni per iudicẽ maleficiorũ qui eã tulit:vt l.si quis inter.C.de bonis proscri.alias si executio nẽ non meretur frustra esset lata.facit quod no. Dy. in l. post cõtractũ.ibi Bar.ff. de dona . vbi dicunt quòd bona dãnati sunt obligata pro cõdẽnatione soluenda. facit gl. in l.rescriptum.ff.de pac.in prin.In cõtrariũ allegat Bal. quia iste videt debitor alternatiuus : ideo electio est sua: vt.l.plerunq;.in fi.ff.de iure dot.facit quod not.Bald.in l. quicunq;.& ibi no.Bar.C.de ser.fugi.Præterea donec paret banno stando absens, aliter in pecunia satisfacere cõpelli non potest:vt.l.si pecuniam.ff.de condi.ob.cau. Ex
52 quo infert Bal.†quòd si iste moriretur in banno quòd tale bannum executionem non haberet contra eius hæredem;de quo tamen etiam latius suprà dixi: nam quilibet bannitus non cogitur ad satisfactionem pœnarum:vt.le. sed si vnius.§.si ante iudicem.ff.de iniur. Præterea si fieret talis executio bannitus cõsequeretur præmium:quia per solutionem rebanniretur:sed hoc non debet fieri cùm statutum sit in eius odium factum.igitur &c. vt d.le. si quis inter. Item si ita esset non lueret bannitus aliquam pœnam in corpore vel bonis,quia ipse non dedit:sed si esset in banno habet pœnam corporalem &c.istud dicit quòd practicatur quod nota: maxime in ciuitate Bononiæ vbi multi banniuntur in certa quantitate pecuniæ vbi se absentant:an in eorum bonis possit fieri executio,alias ego

Universidad de Deusto
Biblioteca

audiui doctissimos aduocatos practicasse istam vltimam
parrem: quia fiscus non potest accipere ista mille inuito
ipso bannito,& allegabant ipsi istam rationē:quia maior
est pœna corporalis minima, quā alia maxima pecunia-
ria.l.in seruorum.ff. de pœ.cū simi.Si sit ergo tale statutū
inquantum vult quòd banniti rebanniantur soluēdo mil
le,hoc tendit in beneficium ipsius banniti, beneficium er
go nō debet cōferri in inuitum in regula, beneficium.de
reg. iur. nec crederem isto casu etiam si magis expediret
ipsi bannito stare in bannū,quam soluere ista mille quòd
in odium suum fiscus posset isto casu exigere illa mille
ipso inuito: quia cum statutum alternatiuè quodāmodo
dederit sibi hoc beneficium non potest amplius auferri
ipso inuito per ea quæ not.doct.in l. omnes populi.ff. de
iusti.& iure.& per c.j.extra de consti. & imputetur con-
dentibus statuta quòd non fecerunt statutum clarius.

8 †Aduertas tamen secundùm Ia.but.in l.j.C.cōmi. vel
epi.iudex posuit Titium ex vulnere in Seiū illato in ban
no centum librarum an iudex compellatur illas exigere:
& dicit quòd nō nisi secuta sententia condēnatoria, quia
tale bannum est quædam cōminatio dictæ pœnæ: ergo
non habet vim sententiæ:vt d.l.j.& ideo iudex posset ex
a causa & minuere[a] & augere dictam pœnam cōminatam:
vt l.illicitas.§.fi.ff.de offi.præsi. & hoc sequitur Sali. in d.
54 l.j. nisi aliter à statuto esset prouisum. †Quæro aliquis
est bannitus tali banno quòd transit in rem iudicatā vide
licet quia reus nunquā cōparuit quis potest petere quòd
talis bannitus eximatur à banno.respōdet Bal. in rub.C.
de iu.fisci.lib.x.ver.econtra quis poterit petere &c.q co-
b gnatus vel affinis banniti,& non alius[b].ff.de pe.l. in me-
tallum dānati.nec obstat.l.non tātum.ff. de app. quia aut
bannum vel sententia transit in rem iudicatam & sumus
in executione:& locum habet.d.l.in metallū. aut nondū
meruit executionem : & quilibet pōt impedire ne tran-
seat:vt d.l.non tantùm.cum distinctione : tamen aut ante
sententiam aut post vt ibi, ego autem intelligo dictum
Bal.quando voluit petere bannitum eximi de banno per
viam iustitiæ:vtputa quia non fuit ritè bannitus . Si autē
volunt venire quòd non potest banniri: quia alium ban-
nitum interfecit:& sic reipubli. interest & etiam suū non
fuit delictū ex forma statuti:tunc dico quilibet de popu-
lo etiam nō habens aliquod mādatū à bānito potest illud
petere:vt eleganter no.Bar.in l.vbi pactū.C. de transact.

ADNOTATIO. a ¶Et minuere, Adde ꝛu & vide de hoc
per Petr.de ancha.in consil.cclxxiij.Ber.

b ¶Et non alius. Adde vt per Cep.consil.xxj.& Paul.de cast. in cō-
sil.xxxiij.in primo impressis.

Augusti. Tu autē in hac materia adde quòd ve-
ra videtur indistinctè esse illa conclusio
quòd quilibet potest cōparere ad defendendū illū qui in
iustè fuit bannitus,maximè per regulā traditam per Bar.
in l.pe.§.ad crimen.ff.de publ.iudic.in iiij.col. ibi sed pri-
mò quæro.pone quod in casu qui dicit quòd vbi absens
potest damnari ibi quilibet admittatur ad defensam: imò
si nemo esset qui cōpareret pro eo debet quærere de eius
innocētia l.j.in fi.ff.de quæstio.l. si nō defendantur. ff. de
pœ.& affirmat Sali.in l.reos.C.de accu. & de hoc satis su
prà dictum est in hac eadem glo.in addi.meis,vbi latè po
sui istam materiam:an in causa criminali possit procura-
tor vel alius cōparere,quādo est absens,dic vt ibi: & ma-
ximè si de innocentia ipsius banniti potest ex actis colli-
gi vt in casu nostro de bānito:posuit Bar.in l.pe.§.ad cri-
men.ff.de publi.iudi.in penul.col.in versi. quæro procu-
rator habens &c.dū allegat glo.reputatam singu.in l.qui
cū maior.§.si patris.in verbo,vel calūniosa.ff.de bo.liber.
& fuit sententia Cyn.in l.reos.C.de accusa.in vj.q.& ibi
Bar.in xiiij.col.& Ange.& Sali.& Fulgo.& Pau.de cast.
in d.l.vbi pactū.ff.de trāsac.tenēt quòd quilibet pōt com
parere in illo casu,s. quādo allegatur q̄ ille non debet bā-
niri propter homicidiū cōmissum in persona alterius bā-
niti:sed si rectè ponderentur verba Sali. in vltimis verbis
allegatur alia ratio,quare quilibet potest cōparere . quia
dixit illud argu.quòd §.allegaui : quia vbi absens potest
dānari ibi quilibet admittitur ad defensam &c. licet con
tra dicta.d.Bar.in d.l.vbi pactum.dixerit Ia.bu. in d.l.de
curiones.C.quibus in causis insa.irro.sed Bal.videtur sta
re cum opi.Bar.ibi pro quo bene facit tex. cū ibi not.per
Bar.in l.fi seruus.C.de his qui ad eccle. confu. & not per
Bal.in l.j.c.j.§.iniuria.de pace iura.fir. & per Bal. in l.j.in
ij.colum.C.quomo.& quan.iud.& per Bal.in l.j.§. filius.
ff.ne quis eum qui ius vo.est vi exi.

55 *Processus formatus etiā in fauorem inquisiti an ualeat in quo interuenit pro-
curator qui non fuit repulsus,licet esset causa in qua non poterat procurator
interuenire.*

55 Ange. †Quæro pone quòd in causa criminali in
qua non pōt interuenire procurator iuxta.l.
5 inquirenti ex forma statutorum: tamen si confitetur videtur talis confessus cum ille non esset, aliàs suus iudex prorogasse eius iurisdictionem de tempore ad tempus: quod potest: per notata per Cynum & Baldum in l.si qui ex consensu. C.de episcop.audientia.& idem si esset perempta instantia iuris vel statuti in accusatione vel inquisitione: cùm enim non pereat confessio, licet pereat instantia: vt l.properandum.§.primo. C. de iudi.ex confessione inducitur notorium,& in notorijs ordo iudiciorum non obseruatur:vt not.Innocen.in c.per inquisitionem.de electio.ita dicit Baldus in dicta l. properandum. in fine. Et idem si esset tale crimen de quo regulariter non posset inquiri,sed per accusationem procedi, & non interuenit accusator, vel etiam si esset talis exceptio, quòd dicta causa debet ad forum ecclesiasticum remitti. Omnes enim tales exceptiones per confessionem & taciturnitatem, quia non opposuit remittuntur:nam cum per confessionem effectum fuerit crimen notorium,non fuit

fuit necessarius accusator:vt in capit.euidentia. extrà de accusa.& ibi not. in l.ea quidem. C.de accusa. Quinimò fortius dico quòd si de crimine constet aliter quàm per confessionem:vt quia per testes est conuictus, & dictas exceptiones non opposuit,tunc iustè potest dãnari quoniam crimina vndecunque claruerint punienda sunt: vt xxiij.q.iij.c.ecclesię. & est casus de hoc in c.j.de accus.in vj.Nec obstat si dicatur, imò iudex poterit defensionem facere ipso reo tacente:vt l.si non defendantur.ff.de pœnis.nã licet potuerit,nõ tamen cogebatur:vt l.quicquid. ff.de iudi.vel dic quòd illa lex loquitur de defensionibus tendentibus ad innocentiæ defensionem, quòd publicè interest.ne insontes condemnentur: vt l.absentem.ff.de pœnis.secus si sit nocens & defensiones tendebãt ad impunitatem criminis quod est odiosum:vt l.à reo. §.quòd vulgo.ff.de fideiusso.vnde iudex non debuit ita supplere de facto contra vtilitatem publicam.arg.not.per Bart.in dicto §.hoc autem iudicium.

b ¶An confessus possit opponere de ineptitudine vel nullitate processus. Adde & vide tu Abb.in consilio xxiiij. & domi.Alexan.in consi.xxxiiij.in iij.vol.& Paul.de cast.in consi.xvij.incip.potestas supra scriptus.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Roma.in l.non solùm. §.sciendum. ff.de ope.no.nun.qui limitando & saluando dicta Raph. cuma.in hac materia dixit quòd vbi probatio resultat ex confessione conuenti,tunc hæc species probationis non inualidatur propter iudicium inualidum. Casum not.allegat in clemen. constitutionem. de electio. & in c.pisanis.extrà de restitutio. spolia. & facit c.j.& ij. de accusa. in vj.Et ideo dixit Bald.in l.j.ff.de iurisdi. omnium iudi. quòd si libellus est ineptus & probatio apta, non potest sequi condemnatoria per doctrinam Specu.in titu. de libel.conceptio.§.deseruit.versi.quid si libellus. Limitabat tamen ibi Bald.secundùm Abba.antiquum,nisi super libello inepto emanaret confessio: quia tunc potest sequi condemnatoria, per dictum c. pisanis. Sed addatis quòd contrarium tenuit Angel. in eleganti suo consi. clxxxv. qui fortius dixit quòd si super inquisitione inualida sequatur probatio apta,etiam per confessionem:tamen ex tali confessione non ferretur sententia condemnatoria: & ita dixit quòd semel in syndicatu defendit domi.Ray. de pisis olim potestatem Perusij,qui semel absoluit quẽdam malefactorem propter ineptam inquisitionem, licet confessus esset se fecisse tale delictum: & maximè quia vbi libellus est ineptus, quicquid sequitur est ineptum ipso iure.Et ideo dicit quod Guil.de cug. per illum text. in l.si libertus patronum. ff. de iureiurand. dicebat quòd exceptio ineptitudinis libelli ex quo reddit iudicium retro nullum,potest opponi etiam post sententiam.Si ergo propter ineptitudinem libelli nullus processus intelligitur,factus habetur perinde, ac si confessio fine processu emanasset,in quo casu impossibile videtur proferri sententia diffinitiua.authen.offeratur. C.de lit.cõtesta.& l.j. C.de senten.ex peric.reci.pro hac parte facit glos.in l.iubemus.C.de libe. cau. quæ voluit quòd si iudicium non est legitimum,confessio nõ præiudicat. Et pro hac parte est bonus text.in c.extrà.de rescrip.concludo bene quòd potest esse talis ineptitudo : putà quæ non est circa substantiam iudicij,vel cui partes possent renunciare, & tũc sequuta confessione ferri potest sententia,aliàs non:ideo iste Doctor errauit hic.Non obstat text. in clemen. constitutionem. quia ibi non fuit defectus circa substantiam iudicij. ita voluit Baldus in l.item exigit. ff. de dolo.Nec obstat c.j.& ij.de accusa.in vj.quia ibi etiam non fuit defectus circa substantiam iudicij, sed circa ea quæ potuerunt omitti:& ideo dicit ibi Ioan. mona. quòd tam in c.primo,quàm in secũdo, fuit renunciatum processui qui præmitti debuisset si petitum fuisset.Nec obstat c.pisanis.quia loquitur quando libellus non tenuit ex aliquo defectu extrinseco,cui constens potuit renunciare.Nec obstat quòd not.Bartol.in l.si confessus.ff.de custod.reo. qui per illum text.allegando Innocen.dixit quòd si processus est inualidus, & reus est confessus crimen coram iudice ad hæc principaliter sedente poterit puniri, quia nõ dicitur in dicta l.si cõfessus. ꝙ libellus fuerit ineptus: sed dicitur ibi quòd si reus est confessus stabit in vinculis donec pronuncietur,debet intelligi iudicio existente valido:& sic inchoabit nouum iudicium:vt dixit Ange. in dicto consilio. Nec obstat quòd cõfessio facit delictũ notorium ex quo non requiritur solennitas:quia respondetur quòd licet notorietas non requirat omnimodam solennitatem,tamen requirit solennitatem.c.ad nostram. de iureiuran.& ideo requirit solennitatem libelli, vt ibi dicitur: per quæ patet quòd pessimè est loquutus etiam Bald.in l.ij. C. de re iudic. qui dicit quòd confessus non potest opponere de ineptitudine libelli,vel de aliquo inordinato processu.Et idem voluit Bald.in repetitione Paduana in l.edita.C.de eden.in vlti. char.& Bald. in l.j.C. de iudic.qui allegat Innocen.in dicto c. per inquisitionẽ. extrà de electio.& Ange.in l.denunciasse.§.quid tamen. ff.de adulte.qui allegat Inno.in dicto c.qualiter & quando. & ibi hoc etiam voluit Ioan. andr. & vide quæ latè scripsi suprà in glos. in verbo, qui iudex addidit vel detraxit.vbi amplissimè scripsi:& vide Bald. in repetitio.l. cum mulier.ff.solu.mat.in xxij.col.& in disputatione sua accusatus de vi turbatiua.& Moder. in c.at si clerici. extrà de iudi.& vide Moder.in repetitio. c.qualiter & quãdo.in lxxxvj.quæst.princip.qui allegant multas decisiones Bald.& Salic.in l.ij.in fine.de custo.reo.& vide Mathesi.in notabilibus suis dictis,in notabili liiij.qui dixit ꝙ si confessio est primò facta, & post fit processus, & sit ineptus,potest sequi condemnatio: secus si nullitas fuit ante confessionem:& ita dicit quòd debemus intelligere dicta Innocen.in dicto c.qualiter & quando.& Ange. in l.denunciasse.ff.de adul.& Bart.in dicta l. si confessus. ff.de custo.reo.

6 *Terminus non debet dari accusato uel inquisito ad deliberatè respondendum in facto proprio,secus in facto alieno.*

6 **Ange.** †Et bene aduertas tu iudex quòd non debet dari terminus accusato vel inquisito de delicto in facto proprio ad deliberatè respondendum,an sic an non,quia in facto proprio debet esse certus: secus si ex facto alieno conuenitur,vt quia villa conuenitur de robaria commissa in suo districtu:quia cùm conueniatur ex delicto alieno,verisimiliter potest ignorare:ideo debet habere terminum. ita dicit Bald. in l. cum falsum. ff. de acquiren. hæredita.

Augusti. Tu adde quòd Moderniores communiter approbant illam doctrinam Bal.in l.cum falsum. per ea quæ habentur in l.finali. ff. pro suo. per ea quæ habentur in l.secunda. §.secundo. C. de iura. calumn. & per no. per canonistas in capi. j. & ij.extrà de iuramento calumniæ.

7 *Iudex habens in fortiam minorem xxv.annis an pro aliquo delicto nunquam responsionem eius tuæ inquisitioni recipias,nisi prædicto minori & processui dato curatore.*

8 *Confessioni minoris factæ in tormentis, non est necessaria autoritas curatoris.*

9 *Maior si dicat iudici non torqueatis me,quia omnia confiteor, & iuro non uenire contra,talis confessio non præiudicat minori.*

10 *Autoritas curatoris sufficit in criminalibus, non solùm si datus fuerit specialiter ad talem actum, sed etiam si datus esset simpliciter ad lites.*

11 *Confessio adulti in criminali quæ fit ad solennizandum iudicium differt à cõfessione uel dicto in formatione suæ accusationis.*

12 *Confessio minoris in tormentis ei præiudicat nisi restitutione in integrum,uel alio modo retractetur.*

13 *Minor contra quem laborant indicia super delicto potest torqueri,& toties confiteri absque autoritate curatoris.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Ange. †Necnon sis bene cautus tu iudex quãdo habes minorem xxv. annis in fortiam tuam pro aliquo delicto,quòd nunquã eius responsionem tuæ inquisitioni recipias , nisi primo dato eidem & processui curatore per te iudicem:quoniam minor tam in ciuilibus quàm in criminalibus nõ habet legitimam personã stãdi in iudicio:vt l.clarum.C.de auto.tu. & ibi not. intantùm quod dicit ibi Cy.& alij quòd etiam si sponte confiteretur talis confessio dicto minori sponte confitenti delictũ, non obesset: quod tene menti , ne erres , & ne processus
a tuus postea possit irritari.[a] Vide etiam ad hoc Bar.in l.fi. §.pupillus.ff.de verbor.obligatio.vbi tenet quòd minor respondere non possit sine curatore. Et etiam dicit Salic. in l.j.de confes.quòd iudex criminum recipiat cautelam, vt ad videndum iurare minorem faciat eius curatorem adesse.Idem dico si altercatũ esset quòd minor ille propter indicia esset tormentis subijciendus vel non:nam in pronunciatione seu interlocutione de illum tormentis subijciendo faciat eius curatorem citari : & si nullum habet,prius ei det vnum,postea interloquatur. Nec est necesse vt postea adsit in tormentis , quia hæc est executio illius sententiæ ad quem videndum non est citandus cu-
8 rator , sicut nec in alijs executionibus fiendis. †Et ex hoc potes percipere quòd confessioni factæ in tormẽtis, nõ est necessaria autoritas curatoris:& ita seruatur communiter in practica:imò est quasi ridiculum dicere, cùm eius autoritas non possit adaptari.Est enim tortura actus iudicis cui curator non habet autorari,quòd no.post Iac. but. & semel de facto vidi Bononiæ. Intantùm quòd
9 dicit Bald.in l.j.C.de confes.versic.sed pone†quòd si minor dicat iudici non torqueas me , quia omnia confiteor & iuro non venire contra : quòd talis confessio etiam cũ iuramento minori non præiudicat ne inducatur per indirectum renunciatio iuris & defensionis : contra glos.in l. pactum. ff. de pactis. & idem sentit Iacob. butrig. refert Bald.ibi & in dicta l.vim.in authen. sacramenta puberũ. C.si aduer.vendi.& facit l.certum.§.in pupillo.ff.de con-
10 fes. †Sed aduerte quòd sufficeret curatoris autoritas[b]
b non tantũ specialiter dati ad istum actum, sed etiã si simpliciter esset datus ad lites:vt no. Sali.in l.ij.C.qui accus. non pos.versic.quæro tamen in casibus &c. mouetur per dictam l.clarum.licet in contrarium alleget l.propter. ff. de adulte.sed ibi respondet quòd non : sed nota text.in l. clarum. ibi agentibus & pulsatis non tantũ quando minor conuenitur , sed etiam quando ipse accusat : quia re-
11 quiritur talis curatoris autoritas , vt ibi per Salic. †Et vide omnino Bald.& Salicet.in dicta l.clarum. nam licet Nico.de mate. vt ibi refert Cy. vltimo loco faciat differentiam an adultus vel doli capax confiteatur ad solennizandum iudicium : & sic respondendo inquisitioni in criminali. Vel in informatione suæ accusationis quam facit:aliquid dicat vel confiteatur,& tunc sine suo administratore sibi non præiudicat:quia non habet legitimam personam solennizandi iudicium , & idem in ciuili : aut alijs confitetur vt respondendo positionibus:& quia tũc tractatur de veritate indaganda non attenditur qualitas, vel inhabilitas personę:vt l.si fideiussor.§.quidã.ff.mand.
12 †Ex quo infert Cy. si confitentur in tormentis , quòd talis confessio eis præiudicat, nisi restitutione in integrũ vel alio modo retractetur. Sed Salicet. in dicta l.clarum. in princ.dicit hoc posse procedere si procurator præstitit autoritatem minori iurãti dicere veritatem:quia tunc videtur in respõsionibus autoritatem præstitisse:aliàs dicit quòd non procederet dicta opi. per dictam l.clarum. Et hoc tenet ibi Bald.qui dicit quòd si ante torturam fuerit processus agitatus , & cũ autoritate tutoris causa cognita,tunc valeret confessio in tormentis : quia ista videtur quædam executio,igitur videtur curator autoritatem interposuisse:aliàs nulla confessio, siue ad solennizandum iudicium , vel in positionibus , vel alio modo facta sine autoritate curatoris non valet:vt est text. in dicta l.clarũ. ibi responsa cõiuncto ibi,vel dicat & sic generaliter , siue ad solennizandum iudicium,siue alio modo quod credo verius. Aduertas tamẽ quòd si minor negaret , & propter suam negationem cresceret pœna per inficiationẽ, vel perderet beneficium confitentis quòd potest restitui quod habeatur pro confesso:vt est text.& ibi Bart. in l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de mino.

ADNOTATIO. a ¶Irritari. Adde & vide cano. in c.fi.de confes.& in terminis do.Alexan.in consil.cvj.in ij.volu. & clarius Bald.in consi.cclxj.in ij.volu.incip.aut mulier.vbi dicit quòd confessio minoris & processus absque curatore est ipso iure nullus: & quando restituatur quando fuit inductus adulationibus partis.Ber.

b ¶Autoritas. Adde & vide Baldum in consilio lxxxj. in quinto volumine.Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia aduerte quòd ista difficultas maxima est in iure , an in criminalibus confessio minoris in tormentis vel extrà, præiudicet minori. Et licet secundùm allegata per domi. Angel.hic contra Nico.de mate.aliqui tenuerint, tamen ego addo quòd aliàs Io.andr. cùm ista quæstio fuisset de facto habuit colloquium cũ dicto do. Nico. & eius opi. videtur approbare ipse in titu. de cõfes.§.sequitur. versi. secũdo loquitur in terminis nostris propriis. & idẽ Ang. in l.certum.§.in pupillo.ff.de cõfes.vbi Ang. dicit differt confessio à sententia,quia sententia lata contra minorem indefensum,est nulla etiam curatore carẽte : sed cõfessio facta per adultum valet , licet contra eum possit restitui. & iste est casus in dicto §.in pupillo. nec requiritur autoritas curatoris.Et hoc intellige quãdo confessio emanauit non ad substantiandum iudicium, sed ad veritatis in-
13 daginem. †Et ideo minor contra quem laborãt indicia super delicto , potest torqueri : & toties confiteri absque autoritate curatoris:& alleg.Ioan.and.vbi suprà hoc voluisse:& Cy.in l.vna.C.de confes. & Hostien. in summa de confes.§.j.versi.maior. Adde tamen quòd Alberic.de rosa.in iij.parte statuto. q.lxxxij. ibi latissimè disputauit istam materiam dicit,allegando Dy.q cùm potestas Paduæ processisset contra minorem,& eum inuenisset culpabilem,ei curatorẽ constituit:cuius autoritate processit & sententiam tulit de consilio peritorum:& allegat quòd Azo idem tenuit in sum.de auto.præst.nisi in casibus ibi per eum not.& dicit idẽ in alijs casibus in quibus minor habet legitimam personam sine curatore, qui not.in c.ex parte.extrà de restitu.spol. Et dicit quòd do.Vgoli. de la fonta.dicebat hanc opi.increscere & inualescere, & in iu dicijs & in scholis.Præterea Ang.ipse in l.j.C.de confes. expressè tenet contrarium eius quod dixit in dicto §.in pupillo.per vnam bonam rationem. Propterea tenentes contrariam opi.mouentur per rationem quam allegat Nic.de mate.Sed Barto.expressè eam damnat in dicto §. in pupillo.dum Bar.dicit quòd vbi minor debet respondere de veritate,ibi à principio debet esse autoritas curatoris:& optimè hoc probat Barto.ibi. Sed ego habeo q in criminalibus debet respõderi de veritate:vt est doctrina Bart.approbata ab omnibus in l.inter omnes. §.rectè. in fi.ff.de furtis. ergo Barto. est contra opi.Nico. de materel.& Ioan. andr. si rectè verba Barto. ponderentur in dicto §.in pupillo.hoc Bart.ibi decidit coniuncta doctrina sua quam posuit in dicto §.rectè.Præterea Alberic.de rosa.& Rapha.fulg.in dicta l. clarum. tenent quòd confessio minoris in tormentis nõ valet:& dicit Raph.quòd Alberic.de rosa.dicit quòd hoc obtinuit de facto:& dicit Rapha. quòd ista pars est tutior : & vide Moder.ibi.Et de materia vide quæ dixi suprà in glos. quæ incipit , qui iudex videns quòd inquisiti non cõparent,& in sua contumacia persistunt. vbi tractatur materia bannitorum in illa quæstione , an bannum dari possit minori. & vide Moder.in dicto §.in pupillo.& in dicta l.clarum.& glos. & Doct.in dicta l.j.C.de confes.& ibi Salic. & Barto. & Imo.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebel. & ibi per Mod. dum Bartol.& Imo.allegant l.certum. §. in pupillo.ff.de confess. & Bartol. & Bald. in dicta authent. sacramenta puberum.

puberum.vide Bartol.in l.ij.§.quod obseruari.C.de iuracalum.& ibi per Docto.per Paul.de leaza.in c. ex parte. extrà de confes.

14 *Confessio rei est tantæ potentiæ,quòd facta etiam coram iudice incompetenti ubi non debet esse iudicium,tamen tenetur illam confirmare coram iudice competenti.*

15 *Confessio non est tantæ potentiæ,ut possit facere quòd id quod in veritate non est,sit:& ideo si confiteretur se præstitisse auxilium homicidio, & verba suæ confessionis hoc non importent,iudex eum non condemnabit per talem confessionem.*

14 Ange. †Et tene menti quòd cõfessio rei est tãtæ potentiæ quòd facta etiam coram iudice incompenti , vbi non debet esse iudicium , tamen tenetur illam confessionem confirmare coram iudice competen-
a ti.[a] Ita dicit Innoc.in c.at si clerici.extrà de iudicijs.quod est verum secundùm Bart.in d.l.clarũ. si ex tali cõfessione exorta sit suspicio vel infamia,aliàs secus.ita no.Inno. in c.per inquisitionem. extrà de elect. & in c. cùm super. extrà de confes. & vtrum & quando quis tenetur perseuerare in sua confessione:vide Anto.de but.in dicto c.at si clerici.

ADNOTATIO. a ¶Competenti. Adde tu & vide Abb.in consi.xxv.& dic quòd confessio nõ est tantæ potẽtiæ quòd possit facere quòd id quod non est,fit:sed iudex debet videre an confessio sit verisimilis:vt per Alexand.in consi.cxvj.in iij.volu.& de cõfessione facta coram iudice incompetenti, adde & vide Petr. de Anch.in consi.cccj.incip.viso quodam processu. in ij.impressis.& vide Ange.in consi.clxxvij.cui contrariatur Abb.in cõsi.proximè allegato. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia , adde quòd do. Anto.de butr.in d.c.at si clerici. aliter loquitur:& aliter loquitur ibi do.Card.& do.Abb.& do. Cardi.in d.c.interposita. se iactat melius examinasse istã materiam ibi,quàm aliud.Bal.verò in d.c.at si clerici.aliter dicit.Imo.ibi dicit quòd communis opi.est q propter confessionem factam coram incompetenti iudice , quis compellatur perseuerare. Adde Bal. in l.eos quòd super his.C.de ap.& vide Bal.in l.j.C. de confes. in pe. colum. & Bald.in l.magistratibus.ff.de iurisdi.om.iudi. & Ang. in l.vnica.C.de confes.do. Anto.in c.fi.in iiij.col.extrà de
5 confes.latè per But.in dicto c.per inquisitionẽ. †Adde tamen quòd confessio non est tantæ potentiæ , vt possit facere quòd id quod in veritate non est,fit:& ideo si quis confiteretur se præstitisse auxilium , vel esse tractatorem & ordinatorem homicidij:& verba suæ confessionis hoc non importarent : quia ista sunt in iure diffinita : iudex per istam confessionem non cõdemnabit reum. ita dixit Angel.in consil.suo xxij. quod incip. pro decisione quæstionis hoc solùm.

16 *Iudex an & quando possit facere scribi in actis in responsione malefactoris, quòd sponte confessus fuit.*

17 *Iudex qui torsit reum non præcedentibus indicijs non euitabit falsum,si faciat scribere notario nescienti quòd reus sit tortus non præcedentibus indicijs reum sponte confessum.*

18 *Tormentorum metus quando dicatur instare in personam rei etiam si sit relaxatus.*

16 Ange. †Vnum non omittam an tu iudex & quãdo possis facere scribi in actis in responsione malefactoris quòd sponte confessus fuit. Nam Ange.& Imo.in l.qui in aliena.§.fi.ff.de acquiren.hære.dicunt aut reus fuit tortus non præcedentibus indicijs,vel nõ sufficientibus,& tunc etiam si perseueret in confessione non potest scribi quòd sponte confessus fuit:& notarius scribens,scribit falsum si sciret eum tortum non præcedentibus indicijs : & ideo dicit q cautela est quòd notarij maleficiorum retineantur extra palatium , ne habeãt notitiã tormentorum : & sic possunt scribere confessiones tanq
17 spontaneas. †Sed tu aduertas quòd propter hoc non euitaret falsum iudex qui hoc scribi fecit , qui scit, q reũ torsit non præcedentibus indicijs.Si autem iustè præcesserunt tormenta, tunc ritè & iustè potest scribi , q sponte fuit confessus dummodo inter tormenta & confessionẽ aliquod modicum interuallũ interueniat , quòd arbitrio
b boni iudicis relinquitur:[b] vt not.in l.j.§.diuus Seuerus.& ibi Bart.ff.de quæst. Et Doct. in d.§.Celsus.l.qui aliena. ff.de acquiren.hæredi.

b ¶Relinquitur. Adde quòd hoc idem dicit do.Alexã. in consi.j.in iij.volu.& vide eundem in consil.iij.cod.lib. & vide etiam Paul.de cast.in consi.cclxviij.& in consi.cccj.in ij.impressis.

Augusti. Tu autem in hac materia , adde quòd verum est quod Bart. in l.j.§.fi.in fi. ff.de quæstio.hic dixit in terminis:& Bal.in c.j.§.iniuria.C.de de pa.iu.fir.quẽ alleg.Ro.in dicto §.Celsus. vide pulchra verba Bal.quæ posuit in l.j.C.de confes.in xj.colum.qui dixit quòd generalis consuetudo excusat notarium & iudicem de falso quando scribunt talis est sponte cõfessus: & in hac materia do.Catal.in tract. syndica.q.ccxv.multùm eleganter loquitur:quando adhibita est tortura , &
18 iudex potest facere scribere,q spõte cõfessus fuit. †Et ibi vide quando dicatur metus tormentorum instare in personã rei etiam si sit relaxatus. Iac.bu.& Bar. & Ange. in l.ij.C.q̃ met.cau.Bald.in l.j.viij.col.C. de delic.defun. bene faciunt not.per cano.& maximè per Ioan.and.in c. cùm in contemplatione. extrà de re.iur. Et dicunt quidã Moder.q idem voluit Ang. in suo tract. de quæstio.qui Bart.attribuitur:tamen non est stylus Barto. Sepius ego dixi in istis addi.meis,cũ supportatione ille non est tractatus nec Barto.nec Ange. sed de verbo ad verbum est tracta.Gand.de quæstio.quem posuit in suo tract.malefi. Et adde hic consi.Pe.de ancha.in consil.xxiij. quod consilium etiam allegaui suprà in glos.fama publica. circa fi. in antepenul.col.qui in hac materia not. loquitur.

SVMMARIVM.

1 Reo confitente factum & negante qualitatem per quam substantia facti alteratur,aut condemnatio minuitur, nel confiteatur factum, sed dicat ad sui defensionem feciſſe,aut negat qualitatem, quid erit.
2 Respondens positioni quòd occidit Titium ad sui defensionem , an proinde habeatur ac si negasset homicidium feciſſe.
3 Statuto dicente quòd quis simpliciter respõdeat in quisitioni, an possit respõdere quòd ad sui defensionem occidit.
4 Probante Titio se Caiũ occidisse,sed ad sui defensionẽ,tamẽ debet puniri nisi probet quòd fecit ad sui defensionem necessariam.
5 Confitens se occidisse Titium,sed ad sui defensionẽ,potest condemnari de homicidio,tamen non poterit decapitari, sed mitius punitur.

COmparent inquisiti , & partim negãt , & partim cõfitentur,aut in eorum contumacia perseuerauerunt:omnia ista debent apparere,& scribi in actis. †Isto casu , quando partim negant, & partim confitentur : aut confitentur factum,& qualitatem negant:& tunc Bartolus in l. eum qui. in principio. ff. de iureiurand. & in sua disputatione quæ incipit , per Italiam communiter &c. dicit quòd si negatur qualitas per quam substantia facti alteratur: vt puta si inquisitio sit quòd delictum commisit , sed alio mense , vel non in loco in inquisitione contento , tunc dicitur totam inquisitionem negare , quasi neget totum quod deponitur : vt l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adulteris. quod tamen Angelus limitat in dicto §. quid tamen.nisi sit factum non reiterabile vt homicidiũ : quia si homicidium confitetur , licet tempus in inquisitione

Universidad de Deusto
Biblioteca

deductum non cõfiteatur, vel per testes legitimè probetur sequi debet condemnatio. Idem voluit Imo. in d.l.is qui reus.in fi.ff.de public.iudi. in illa quæst. cùm dies ad partis instantiam sit in accusatione inserendus. Itẽ sequi debet absolutoria si negat aliquam qualitatem per quam cõdemnatio minuitur.ita intelligit quod no.insti.de acti. §.item mixta.si verò confitetur delictum siue factum,sed dicit se fecisse ad sui defensionem:tũc cùm hoc sit de genere prohibitorum:vt l.j.C.de sica.contra eum præsumitur:& per consequens iudex potest dictam confessionẽ scindere,& acceptare cõfessionem, & quòd reus probet id quod ad sui defensionem fecit:ita dicit Barto. in dicta l.eum qui.& in l.Aurelius.§.idem quæsijt. ff. de lib.lega. Et maximè quando sunt duæ orationes : vt putà q Titiũ interfecit,sed ad suam defensionem.Sed si esset vnica cõstructio:vt putà dico quòd interfeci Titiũ ad mei defensionem:tunc Bald.in l.codicillos.C.de codicil.& in l.j.C. de confes.& Salic.in l.eum qui duas. C.de adult. videtur dicere quòd non potest scindi:sed in hoc est dubium per dicta Bar.in dicto §.idem quæsijt.quia est de genere prohibitorum,& contra eum est iuris præsumptio.Vnde ad euitandam omnem dubietatem consilium est quòd præcedat negatiua:quòd non commisit dictum maleficium: & in casu quo apparet quòd commiserim feci ad mei defensionem,& aliter & alia non feci,vel non confiteor : vt not.glos.Cy.& Bar.in l.si quidem.C.de excep. Si autem non præcederet negatiua, & esset totum vnum constructum,tunc ne delicta remaneant impunita:& quia est de genere prohibitorum,& ius contra eum præsumit : dico quòd non potest scindi secundùm opi.Bar. in dicto §.idẽ
a quæsijt.quam ego in practica seruari vidi:licet Bald.in l. decem.ff.de verbo.oblig. teneat quòd suprà dixi. Sed ibi Imo.tenet opi.Bart.in d.§.idem quæsijt.quòd tenendum & obseruandum est, quod nota ; & idem tenet præfatus do.Io.de Imo.& Abb. sicu.in c.cũ venissent. de insti.per illum tex.Et aduertas quòd prædicta procedunt de iure: sed si esset statutum quòd debeat simpliciter respondere inquisitioni, tunc nõ potest respõdere quòd interfecit ad sui defensionẽ,ne dicta interrogatio dici possit calũniosa simpliciter respondenti:poterit tamen iudex tunc cogere respondentem,vt exprimat modum defensionis:ita dicit Bal.in l.j.circa prin.C.de ædil.edic.& Lud.in l.j.§.si quis simpliciter. ff.de verbo.oblig. vel dicas quòd imo iudex tunc potest cogere quòd simpliciter respõdeat : vt voluit 4 Bal.in l.j.C.de cõfes.& tunc reus respondeat, nego narrata prout narrãtur &c.nec est periurus,& poterit postea in exceptionibus probare suam defensionem, quod not. Si autem cõfitetur factum, sed negat qualitatem:vt quia dicit quòd non fecit dolosè, vel quòd non fecit animo iniuriandi,vel quòd nõ est remansura cicatrix, vel quòd 5 non fuit de nocte, an ex tali processu,& confessione, si qualitas non probetur intentata posset sequi condemnatoria de confessione.Bar.in l.eũ qui.in prin.ff.de iureiur. & in l.senatus.ff.de accusa. dicit quòd hic:& idem Ange. in l.denunciasse.§.quid tamẽ.ff.de adul.de quo suprà dixi in glos.super ver.iudex detraxit &c. dic vt ibi.

ADNOTATIO. a ¶In practica. Adde & dic quòd hoc idẽ voluit Bal.in consi.ccxlv.incip.denante ad voi.& vide Bar.in cõsi. suo incip.Catherina accusauit gettam.& vide Ro. in consil. clvij. & per hoc sententia Ang.in consi.xxvij.videtur æqua.Ber.

Augusti. Tu aũt in hac materia adde,q videtur q nulla sit differentia, an quis simpliciter dicat Titiũ occidisse, vel cũ ista qualitate ad mei defensionem,quia ista est propriè confessio & non negatio : vt voluit Bal. ĩ d.l.nec codicillos.& sic nõ est opus vt dispu temus an possit scindi ista oratio:quia respondeat altero de duobus modis nõ confitetur reus:& pro hac parte videtur tex.in c.cum venissent.extrà de insti. vbi dicitur q cõfessio qualificata probet cõtra confitentẽ ac si simpliciter confessus fuisset : quoniã contra talem qualificationẽ erat iuris præsumptio:& sic vera erit sententia Bar.in d.l. Aurelius.quem sequitur do.Ant.de bu.in c.ex parte decani.extrà de rescrip.& do.Ant.de bu.in c.bonę.extrà de postu.præla.Et aduerte q cõtra ista videntur facere not. per Bar.in l.cũ de indebito.ff.de proba.qui dixit q si quis cõfitetur se Titiũ occidisse ad sui defensionẽ, nõ cogitur probare q ad sui defensionẽ fecit si vult:& sic videt velle Bar.q illa confessio sibi non præiudicet, sed perinde habeatur,ac si negasset. Præterea reperitur q Bal. in c.j. §.porrò.quę sit pri.cau.benefi.amit.& Bar.in q.incip.cõ
2 muniter statuta per Italiã volunt multum singulariter †q ille qui respondet positioni q occidit Titiũ ad sui defensionem:perinde habetur ac si negasset homicidiũ fecisse, nisi dicamus q isti loquuntur in casu diuerso, scilicet de statuto puniente negantẽ maleficiũ vt duplici pœna afficiatur.Dominus autẽ Cardi.in c.bonæ.el.ij. extrà de postula.præla. solebat limitare prædicta q in casu quo talis oratio potest scindi,nõ scindetur quando in scriptis talis oratio emanasset,quia opus esset, q iudex aut totã acceptaret,aut totam reijceret,per l.publiam.§.fi.ff.depo.quæ limitatio cõmuniter nõ approbatur per eano.ibi:imo do. Abb.& Imo.ibi damnant istã limitationẽ:& vide Mod. in d.c.ex parte decani.qui videtur seruare dicta do.Card. & ista est ampla materia,& dependet ab illa, an cõfessio possit pro parte acceptari,& pro parte non:quæ materia in multis locis tractatur:& ibi in dictis locis tangitur etiã de quæstione nostra in indiuiduo. & tangitur †etiã quid 3 si statuto cauetur q quis simpliciter respõdeat inquisitoni an possit respõdere q ad sui defensionem occidit:de qua per Ang.in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verb.oblig.Et de materia suprà tacta vide Bald.in l.iubemus. C.de appel. & per Bal.in l.j.C.de ædil. edic. & dicta Archi. in c.j.de confes.in vj.quãdo confessio possit pro parte acceptari, & pro parte non.Et vide aliquid per Barto. in l.quidam. §.nũmularios.ff.de eden.do.Anto.Abb.& Imo. in dicto c.cũ venissent.extrà de insti. & do. Anto.& alij in c.præterea.extrà de transac.Spec.in tit.de positio. §.fi.versi.plenius quàm aliquis scripsit do. Cardi. in dicto c.bonæ. Archi.in c.si quid veri.xxxvij.distin. per Bal.in l.j.§.editiones.ff.de eden.per Bal.in l.ea quæ. C.de condi.indeb. & in l.ij.C.de dona.ante nup.& in l.si quidẽ. C.de trãsac. vide quæ dixi in dicto §. si quis simpliciter. Et omnino vide Ro.in singu.primis,in singu.xxvj. qui dixit allegãdo Bal.†q licet quis probet se occidisse Titium, sed ad 4 sui defensionem,tamen debet puniri nisi probet q ad sui defensionem fecit necessariam. Vide in hac materia vnũ mirabile verbum do.Abb.quod posuit in hac materia in c.auditis.in penul.col.extrà de præscrip.qui voluit quòd licet vera esset sententia Bart.in d.§.idem quæsijt. In hac materia††tamen ille qui cõfitetur se occidisse Titium,sed 5 ad sui defensionem,possit condemnari de homicidio, tamen cùm talis condemnatio procedat ex præsumptione quam habet occidens contra se, talis non poterit decapitari, sed mitius agendum est cum eo per ea quæ latissimè scripsi suprà in glos. fama publica præcedente.in materia indiciorum in illa addi.magna : vbi quæro an ex præsumptionibus quis possit cõdẽnari corporaliter:& est in illo verficulo an vnum indicium vel plura requirãtur.

6 *Statuto aut lege cauetur quòd ex aliquo facto pœna imponatur ipso iure si per aliud statutum dicens, quòd confitenti minuatur, & neganti augeatur pœna, an per confessionem minuatur, & negationem augeatur pœna.*

Ange. 6 †Quæro per statutum,vel per legem, ex aliquo facto,vel delicto, ipso iure imponitur pœna : an postea per negationem possit augeri , vel per confessionem minui ex forma alterius statuti dicentis, quòd confitenti minuatur,& neganti pœna augeatur:dicit quòd non est:vt est text. & ibi Bar. in l.si id quod.§.j. ff.de pecu.leg.& est casus in l.palam.§.penul. versi.ergo. ff.de rit. nupt. quod singulariter not. in limitatione pœnarum : quia si quis commiserit vnum delictum ex quo ipso facto, vel ipso iure , statim à statuto infligatur certa pœna

pœna pecuniaria : vtputa si statutum dicit q si quis tale maleficium commiserit ipso iure vel ipso facto,vel statim vel mox incidat vel incidisse intelligatur in pœnam centum,vel vtatur similibus verbis:tunc licèt postea alio statuto cauetur q confitenti delictum quarta pars minoretur condemnationis,q isto casu non potest minorari , licèt confiteretur:sed integre debet imponi absq; aliqua diminutione quod perpetuo tene menti.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod Bal.in l.ea quæ.C.de condi. inde. tetigit istam difficultatem,& fecit mentionem de doctrina Bar. in d.l.id quod.& reprehendit Bar. qui ad hoc ponderauit illum text. quia ille text.in d.l.id quod. non probat istam conclusionem : quia ibi ideo pœna non potest crescere, quia inter dominum & seruum nõ potest esse iudicium. Sed dicit q doctrina Bar.ibi certè est multùm elegantissima,& menti tenenda:& ipse multùm extollit eam & approbat:sed dicit q conclusio sua rectè probatur, per text. in d.l.palam.versic.ego puto. ff.de rit.nup.sed certè si ille tex.ponderetur nec ille text.probat hoc: quia ibi materia est odiosa. Nos autem loquimur in alio casu fauorabili: maximè quando per confessionem pœna minuitur per ea quæ dixit Bald.in c. j. §. porro.quæ sit pri.cau.benefi. amitten.

7 *Statuto dicente, confitenti minoretur pœna, & neganti augeatur, si aliquis primo fuit confessus & postea negauit maleficium uel econtra, quid erit circa talem confessionem & negationem.*

8 *Negatio per quam augetur pœna, quomodo sit intelligenda.*

Ange. Sed aduertas ad certa verba Bald. in titu. quæ sit pri.cau.benefi. amit. c.j.§.porro.versi.
7 nunc generaliter quæro &c.vbi quærit, † aliquis primo fuit confessus & postea negauit maleficium vel econtra, primò negauit,postea confitetur,& postea vult aliquando inducere ad executionem benficij:aliquãdo ad damni euitationem & quia statutum dicit q cõfitenti pœna minoretur & neganti augeatur:quæro quid iuris: & ad euidentiam eius dic præmittendum esse q negatio potest esse multiplex,videlicet de substantia : vt quia qualitatem loci vel temporis negat vel etiam de animi qualitate , vt quia negat dolum,quia dicit illud fecisse ad sui defensionem. Item aliquando negat in figura iudicij aliquando in iudicio vel coram iudice non contestata lite:vt quia libello oblato dicit q tale statutum debet intelligi de negatione quæ fit litis contesta.quando proceditur per accusationem quasi contest.quando proceditur per inquisitionem.
8 arg.ff.de verb.signi.l.bonæ.§.hoc sermone.† vel dicit dicmelius cum tractamus de pœna augenda ratione negationis , intelligimus de ea negatione in qua perseuerat: sed si non perseuerat sed confitetur nondum liquidato negotio per testium probationes,tũc euitat damnum quod ex negatione emergebat:vt nota.insti.de act.§.item mixta.C.de his qui.vt indig.l.alia causa.tamen per istam cõfessionem non consequitur beneficium confitentis quia primò negando videtur tacitè renũciare illi beneficio : vt ff.de fideiuss.l.si dubitetur.& ibi Bar. facit quod no. C.de non nu.pec.auth.contra qui propriam. & in auth. de tri. & semiss.§.pe.&.C.de iure do.impe.l.ij.Sed Barto. in d.l. eum qui.de iureiur.videtur simpliciter dicere q non possit gaudere beneficio statuti de confitente: quia statutum de negante debet intelligi de primo actu facto in figura iudicij:vt l.boue.§.hoc sermone. de verbo. signi.& etiam quia per negationem ius est quæsitum reipublicæ. igitur &c.vt l.fi.ff.de pactis.Sed Sali.in l.contra negantem. ad leg.Aquil.videtur distinguere aut incontinenti se corrigit & debet posse facere , aliàs secus : allegat in simili quod not.glo.in c.ij.de confes.in vj.& ista distinctio mihi placet saltem vsquæquo iudex vel accusator non fue-
a rit grauatus onere probãdi a :vt d.l.eum qui.sed etiam insurgit dubitatio quid iuris si confessus est in tormentis & perseuerauerit in confessione.dicit Bald. in dicto §. porro.quod beneficium confessionis non consequitur ; vt ff. ad Turpil. l. ij. §.si mater. Sed certè etiam ibi dicit quod non incurrat pœnam negantis si statutum augeret pœnam neganti maleficium, quia in negatione non perseuerauerit.

ADNOTATIO. a ¶Probandi. adde & vide Rom. in consi. lxx.vbi hoc idem dicit.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Bald. in l.quidam æstimauerunt. ff.si cer.per.& in d.l.eum qui.tenet q post litem contesta. non poterit reuocare illam confessionem sicut ante. Ange. verò in d.l. eum qui.vult q si quis reuocat negationem ante probationes factas gaudeat beneficio statuti. dicit tamen ibi Ange.q dato q possit confiteri , tamen in expensis condemnabitur.idem sequitur ibi Sali. addit Raph. Fulg. & Pau.de Cast.in d.l.eum qui.tenentes ibi contra Bar.quia pœnitentia non est deneganda pœnitentibus re integra. Adde Bald.in l.ea quæ.C.de condi.indeb.in x.& xj.q.tenentem contra Bart.& tenet ibi quòd ille possit reuocare illam negationem quam per confessionem ante probationes factas. Adde q id quod dixit Bal.in d.§.porro.approbat in l.contra negantem.C.ad leg. Aquil.& in l.error.in vj.col.C.de iur.& fac.igno.& Bald.in l.de ætate.§.fi.ff.de interrog.act. Adde Bald.in l.si vnus ex socijs.§.fin.ff.pro soc.per illum tex.vult q negans à principio non consequatur beneficium quod conceditur à statuto confitenti: idem voluit Bald. in dicto §. item mixta. ibi vult q non admittatur confessio post negationem, licet Bal.in l.j.C. de fur.voluerit q post litem contestatam non possit confiteri reuocãdo negationem ante verò sic. Et aduerte quia licèt domi.Ange.hic in hac difficultate allegauerit Salice.in d.l.contra negantem. tamen Salice. in d.l.eum qui. contrarium tenet eius quod dixit in dicta l.contra negantem.Et vide Bald.in l.j.C.de confes.v.colum.& Iaco.de Aret.& Ange.& Imo.in l.sed si ita.§.quod ait.ff.de re iudic.Ray. Ange. & Moder.in d.l.si dubitetur.§.j.ff.de fidefusso.Et dicit domi.Catald.in tracta. syndica. quæstio. clxxxvij.quod ille qui primò negauit postea confitetur non deber gaudere beneficio statuti allegat Bal. & Bart. hoc voluisse.

9 *Confitetur quis factum sed negat facti qualitatem, an habeatur pro negante.*

10 *Agens accusans uel inquirens ubicunque inuitur responsioni aduersarij, sicut assumit eam pro se ad probandum, ita debet assumere contra se ad statuti beneficium indulgendum.*

Ange. 9 †Quærit Bald.in §.porro.pone q confitetur factum sed qualitatem negat: & dicit,aut qualitatis negatio habet alterare secundùm plus & minus:& tunc respectu qualitatis habeo eum pro negante: respectu sortis habeo pro confitente: ita proportionaliter pœna accedit qualitati & accedit sorti, licet alibi ista consideratio reprobetur.ff.de eo quod cer.loco.l.fi.aut alteratio nõ est respectu plus & minus,sed exclusio totius pœne:& tunc habetur in totum pro negante.arg.d.§.quid tamen.& ibi Bart.& l.prætor. §.docere. ff.vi bo. rap.& per Bart.in d. l. eum qui.vbi ipse sentit vnam conclusionem
10 † q vbicunq; agens vel accusans vel inquirens innititur responsioni aduersarij inquisiti sicut assumit eam pro se
b ad probandum, ita debet assumere contra se b ad statuti beneficium indulgendum.arg.d.l.eum qui.quòd dicit esse satis rationabile quæ omnia subtiliter & pulchrè nota. Cetera vide latius per Bart. in sua disputatione, per Italiam &c.

b ¶Contra se. Adde tu & vide nouiss. in d. l.eum qui. & Roma.in consi.ccccliiij.iij.col.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde , q ista maxima est & ampla materia:& opus esset videre dicta doct.maximè Bal.& Raph.Pau.de Cast. post Bar.in d.l.eum qui.& per Bald.in l.electio.§.neq.ff. de noxa.per Bal.in l.cùm quid.ff.si cer. pet. & per Bal.in l.ea quæ.C.de condi.indeb.per Ro.& Imo.in l.j.§.si quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

simpliciter.ff.de ver.obli.vbi reprehendunt Ange. ibi,& nor.quæ dixit Bald.in l.edita.in penul.col.in repe.padua na.C.de eden.quòd ad hoc vt per negationem pœna crescat opus est ꝙ sit facta super libello apto,& non inepto: per text.in l.j.C.de his qui poten. Item requiritur ꝙ ex certa scientia negetur,per text.in cap.fi vasallus.in titu.fi de feu.fuer.controuer.inter do.& agna.& ibi not.Bal.& est de mente Barto.in dicta l.eum qui.dum allegat text.in l. aliud.ff.de verb.signifi.

1 *Inquiritur contra Titium quòd occiderit Caium tali loco, tali tempore & proditoriè:si Titius respondeat se occidi, sed non tali loco nec tali tempore uel non proditoriè,an iudex possit Titium cogere quòd certum respondeat.*

2 *Respondens inquisitioni occidi si homicidium appareat,an uideatur respondisse sufficienter.*

3 **Ange.** †Quid autem si contra te inquirunt ꝙ occidisti Titium tali loco,tali tempore proditoriè:tu autem respondendo inquisitioni dicas ꝙ occidisti sed non illo tẽpore,illo loco,vel non proditorie:an iudex potest te cogere quòd certum respondeas: dic ꝙ sic: quia non videris omnino ad interrogata respondisse: ita dicit singulariter Bar.per illum text.in l.de ętate. §.quòd autẽ.
2 ff.de interrog.act. †Quid autem si respondeas inquisitioni occidi si homicidium appareat,an videatur respondisse sufficienter:dicas ꝙ non.arg.not.per Bar.in l.de ęta te.§.nihil. ff.de interrog. actio. & firmat Ludo.in l.j.§.fi quis simpliciter.de verbo.oblig.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde Moder. in d.l.de ætate.§.ꝙ autem. & vide Ro. in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verb.oblig.qui videtur transire cum ista doctrina Bar.licèt aliqui ibi cõtrarium tenuerint & malè:quia illa ratio super qua Bar.in d.§.ꝙ autem. fundauit istam conclusionem est vera in iure, nec tenentes partem contrariam respondent rationi Bar.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in licentia per reum sibi data de procedendo debet facere apponere ista uerba,usque ad sententiam inclusiuè.*

2 *Iudex in criminalibus ubi imponitur pœna relegationis, & abinde infra in quibus de iure potest procedi contra absentem:non potest procedere ad diffinitiuam lite non contestata,nisi sit data licentia.*

3 *Assessores cauti semper faciunt scribi quòd pars dat licentiam explendi processum in absentia.*

Dicta die.

QVi iudex fecit sibi dari licentiam posse procedi vsque ad sententiam diffinitiuam, inclusiuè à dictis inquisitis comparentibus &c. †Et
1 sis cautus tu iudex ꝙ in ista licentia per reum data apponere fa-
2 cias vsq; ad sententiam ' inclusiue : aliàs autem si diceres dedit licentiam dicto iudici procedendi vsq; ad sententiã & non diceres inclusiue esset dubium an posset procedere ad sententiæ prolationem nõ citato reo propter dictionem vsq;,an ponatur exclusiuè: iuxta no.per glo.& alios in l.j.ff.de pigno.actio.& per Barto.in l. patronus.§.sempronio.ff.de legat.iij. aliàs si aliqua licentia concessa non fuisset iudici per reum ipse iudex non posset sine debitis citationibus procedere, quia si non potest in pecuniaria, & causa ciuili: vt l.nam ita diuus.ff.de adop.& l.de vnoquoq;.ff.de re iudic.ergo multominus potest in criminalibus,vbi maius vertitur periculum.Et de ista licentia ponit Barto.in l.is qui reus. ff.de pub.iud.versic. sed quæro quomodo cum supra &c.& ibi Imol. qui dicunt quando comparet accusator iudices faciũt eum iurare de calumnia & sibi dari licentiam procedendi,& si non dederit tamen ex suo officio potest causam inquisitionis vel accusationis prosequi,& finire:vt not. Barto. in l. penul.ff.de
2 pub.iudi. † Sed aduertas ꝙ in criminalibus in quibus imponitur pœna relegationis abinde infra in quibus potest etiam de iure procedi contra absentem, ꝙ non potest iudex procedere ad diffinitiuam lite non contestata nisi data fuisset dicta licentia.vide quod not.Sali.in l.absentem. C.de accusa.versi.quæro & septimò in criminalibus &c. Si ergo iudices faciunt dictam licentiam in accusatione, idem & fortius faciunt, & facere debent dari in inquisitione.& tenet talis licentia concessa:quia in ciuilibus partes possunt pacisci, quòd valet iudicium sine citatione, ita ꝙ non sit necesse eos citari:vt l.fin.§.fina. C. de temp. app.ita dicit Bald.ad literam in l.vt perfectius. C. de anna.excep.ibi,octauò quòd partes &c.ergo idem in criminalibus in quibus ad similitudinem ciuilium proceditur: vt l.absentem.ff.de pœnis.

ADNOTATIO. a ¶Vsque ad sententiam.de hac dictione vide etiam per Oldr.consi.xlix.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Bald. in l. diem proferre. §.si quis litigatorum. ff.de arbit.ponderantem ibi glos. dicentem illam glos.ordinariam quòd tenet processus sine citatione partis:quando partes renunciant citationi : & ideo dicit quòd in criminalibus videmus practicari quòd iudices faciunt sibi dari licentiam procedendi sine citatione, & in absentia partis : & allegat Specu.in titu.de citatione.§.viso.versic. pone quòd partes.& ideo dixit Bald.in l.si quando.C.de testi.quòd in criminalibus videmus practicari, ꝙ iudices faciunt sibi dari licentiam ꝙ possit recipere testes sine prę sentia partis,& per consequens sine aliqua alia citatione. Adde Bald.not.loquentem in hac materia, in l.si accusatoribus.C.de accus.qui dicit ꝙ ibi licèt in illo tex. dicatur ꝙ accusatore non citato non potest ferri sententia absolutoria:tamen hoc est limitandum nisi accusatores dedissent licentiam iudici, super hoc ꝙ sententia potest ferri sine alia citatione. † Et ideo dicit quòd cauti assessores semper faciunt scribi quòd pars dat licentiam explendi processum in absentia quæ datæ licentię valent:quia hoc respicit ad fauorem partis : vt l.diem proferre.§.si quis litigatorum. ff. de arbi. & dicit quòd istam partem tenent Spec.& omnes:& non dubito ꝙ voluerit allegare Spec. in dicto.§.viso.versi.sed pone quòd partes.

SVMMARIVM.

1 *Monitio qui compareat singulis diebus,an ualeat.*

QVi iudex dictos inquisitos, & quemlibet eorum monuit singulis diebus, & horis &c. qui inquisiti & quilibet eorum promiserunt stare, parere, & pati omnem condemnationem &c. †Et talis monitio li
1 cèt videatur grauare partem, tamen valet propter licentiam præambulam quam reus dedit iudici : aliàs autem si dicta licentia non præcessisset, licèt talis monitio de iure valeret: tamen quia est nimis onerosa & grauans reum ipse potuisset appellare,& dicere quòd imò vult citari simpliciter in quolibet actu.ita dicit Imol.in l.qui ante calendas.in fin.ff.de verbo.oblig.& Bart.in extrauag.ad reprimen. in verbo, per edictum. & per Petr. de Ancha. in clemen.j.de foro compet.

compet.in §.no.quia si in ciuili vbi non vertitur tale præiudicium propter hoc potest appellari quantomagis si reus non acquieuerit dictæ monitioni in criminali debet posse appellari à tali monitione vbi maius vertitur præiudicium.argumen.l.non tantùm.cum si.ff.de appellatio.

Augusti. Tu adde quòd miror quòd iste doctor dicat quòd Imo.in dicta l. qui ante calen
1 das[a]. dicat quòd possit appellari à tali monitione iudicis, quòd singulis diebus & horis compareat, nisi præcedat illa licentia, de qua supra in proxima gloſ.quia nec Petr. de Ancha.nec Bart.in locis suprà allegatis:per Ang.hoc dicunt:nec Imo.in dicta l.qui ante calendas.sed Imol.ibi loquitur quando citatio generalis ad totam causam esset facta:quia dicit si est facta sine causa:putà quòd ille citatus non sit de longinquo non tenet & poterit appellari. Quinimò etiam isto casu est maximum dubium in iure, an ab illa citatione generali possit appellari: quia aliqui tenent quòd talis citatio est nulla:vt voluit Anto.de Bu. in c.fi.extrà de dila.& ipsemet Imol.in l.ex consensu.§.fi. in xxj.colum.ff.de appel. & Imol. in l. de vnoquoq;.§.j. ff.de re iudic.& Dominic.de sancto Gemi. in c.ij.de do. in vj.licèt Imo.in c.consuluit.extrà de offic.deleg.tenuerit quòd necessaria sit appellatio.Sed de materia vide do. Abb.in c.fin.extrà de dila.& domi.Anto.de But.in c.ad petitionem.extrà de accus.& in cap.cum dilecti.extrà de do.& contu.Sed quia ista non est materia nostra aliter non examino:sed remitto te ad ea quæ vltra omnes Moder.scripsi multa allegando in dicta l. qui ante calendas. in vlti.addit.meis. Quinimo Bald.in l.si quando.C.de testib.tenet quòd talis monitio iudicis quòd quis compareat singulis diebus & horis valeat: & Bald.in l.item illa. ff.de constit. pecu. Et de ista cautela facit mentionem Barto.in d.extrauagan. in verbo, per edictum.& Pet.de Ancha.in dicta clemen.j.

ADNOTATIO. a ꝙ L. qui ante calendas. adde tu & vide Alex.& Moder.in d.l.qui ante calendas. & vide Barto. in extrauagan.ad reprimen. in verbo, per edictum. & Barto. in consilio cexxviij.in iij.volu.vbi quòd talis citatio non valet ex quo non habet debitum spatium temporis quod requiritur inter dilationem & dilationem:& ibi vide qui adducit plures rationes,adde tamẽ quòd Fede.de Sen.in consi.clxxj.incip.Casus talis est quidam fuit citatus,tenet talem citationem valere.& ibi quòd si comparet ad vnum actum non potest dici contumax & quòd ad omnes actus sequentes est citandus: per c.ij.de do.& contu.vt ibi per eum:& quãdo citatio generalis valeat: vide Paul. de Cast.in consi.l.in primo impressis.Bernar.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor quando præstatur in delictis,& quando non.*

PRo quibus, & quolibet eorum &c. Antonius Thomæ capellæ sancti Antonij de Bononia fideiussit &c. †Hoc verum quòd præstatur fideiussor:
1 quando est tale delictum ex quo non venit pœna,nec principaliter, nec in defectum, vel in quandã consequentiam corporis afflictiua imponenda: iuxta no. per Barto.in l.j.ff.de custo. reo. & sic in casu nostro iste
3 non fideiussit pro Caio : quia pro pœna vel sub pœna corporali non potest fideiuberi: quia non est dominus membrorum suorum:vt est bona gl.in cap.cum homo.xxxiij. quæstio.v.intantum quòd non valet fideiussio de præsentando aliquem sub pœna corporali:vt not. Bar.in l.iiij.ff. de custo.reo.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ꝙ istæ conclusiones domi. Ange. hic non sunt ita indistinctè veræ : nam poterit esse pœna pecuniaria: tamen etiam reus non est fideiussoribus relaxandus:putà in casibus positis per Ange.in l.nullus. C. de exhib.reis. putà si reus voluit à principio incarcerari: & postea in fine: quando sententia fertur, dicit velle dare fideiussores: nam non debet audiri. & allegat bona iura quæ parum mihi esset ista hic transcribere,dic vt ibi. Idem secundum Bald.in d.l.nullus.si reus confiteretur crimen etiam si pœna esset pecuniaria non est reus fideiussoribus relaxandus.Præterea vide Ange. qui ponit etiam quandoq; reũ relaxari fideiussoribus,quando pœna esset corporis afflictiua:ibi vide practicam: & tene menti glos. singularem quam magnifacit ibi Roma. in l.lege Cornelia. ff.ad Sillania.quòd ille qui semel aufugit de carcere etiam in casu quo deberet relaxari dando fideiussores, amisit priuilegium : adeò ꝙ si ista secunda vice per quam est carceratus,licèt deberet fideiussoribus relaxari : quia pœna erat pecuniaria non relaxabitur:quod not. bene faciunt not. per Barto.& Bald.in l.iij.C.de epis.audi. Intellige tamen prædicta quòd verum est quòd in causa criminali vbi impونitur pœna mortis non potest intercedere fideiussor. Dicas nisi consuetudo esset in contrarium: quia tunc valet consuetudo.gl.est singu.xxiij.q.j.c.cum homo. quam refert & sequitur Roma.in singu. suis primi anni, singula.cxx.quòd incip.tu scis quòd in causa criminali.

2 *Iudex debet esse cautus ut in fideiussione recipienda, ita latè eam concipiat, ut etiam casum comprehendat si reus appellaret, & per iudicem appellationis esset iudicatum.*

3 *Fideiussor apud primum iudicem acceptus: quando teneatur, & quando non lata sententia per iudicem appellationis.*

2 **Ange.** †Et sis bene cautus tu iudex,vt dictam fideiussionem, capias latè, vt comprehendat etiam quòd in casu reus appellaret, & per iudicem appellationis fuerit iudicatum quòd etiam fideiussor teneatur: & sic dicas quòd Titius promisit stare parere pati & soluere omnem condemnationem de eo:& ex dicto processu in omnem causam quotiescunq;,qualitercunq;,& quãdocunq;, & per quencunq; fuerit iudicatum. arg. l.cum postea.& ibi glo.in simili.ff.de arbi. vel dicat si per dictũ iudicem fuerit iudicatum,vel per alium qui loco sui successerit vel etiam per iudicem appellationis : aliàs autem nisi ista verba in dicta fideiussione apponantur statim cũ appellatum fuisset fideiussor esset liberatus:vt l.cũ apud. & ibi per Bart.ff.de iudic.

Augusti. Tu autem in hac materia adde Moder. latè ponentes istam difficultatem in d.l.cum apud.ff.iudi.sol.& vide glo. in l.ij.ff.de quæstio. in quadam notabili solutione videtur ampliare d.l.cum apud. vt illa lex habeat locum, etiam quando nomen iudicis proprium non fuisset in satisdatione expressum: & sequuntur Cyn.& Iacob.de Rauen.ibi allegantes l.iij.in princ.ff. iudic. sol.& idem voluit Barto. in d. l. ij. Et plenius Barto. in d. l. cum apud. & ibi Ange. & Bald.in l. reos.§.cautionem.in princ. C. de appel. licèt Marti.silli. contrarium tenuerit & non bene : vt dixit Iacob.But.in dicta l. ij. qui tandem per suam disputationem conatur opin.concordare:& cum eo transit Salic. in d.l.ij.licet in effectu eorum verba non videantur discrepare à verbis Barto.in d.l.cum apud. Adde tamen quod notanter dixit Bart.in l.Iulianus.ff.qui satisd.cog.in vj.col. qui dicit ꝙ etiam si iuramentum interuenisset procedit dispositio d. l.cum apud.allegat glo.not.iij.q.iiij.c.quod bene.& ibi in effectu ipse concludit † ꝙ si iudex appellationis simpliciter firmat primam sententiam,cùm tunc ex prima sentẽtia detur actio:tunc fideiussores tenentur etiam in causa appellationis:secus si iudex aliquid adderet vel detraheret sententiæ:quia tunc ageret ex secunda sententia, tunc fideiussores dati in prima non tenentur in ista secunda:& dicit hoc vtilissimum esse scire propter causas criminales quando reus appellat an fideiussores dati teneantur etiã in causa appellationis.

Angelus de Maleficijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Iudex tenetur fisco etiam si principalis non est soluendo: ideo bene debet aduertere in recipienda fideiußione cuius diuersimodè conceptæ, diuersi sunt effectus.*

5 *In fideiußione an sufficiat quòd dicatur, pro quo fideiußit &c. absque hoc quòd dicatur, & renunciauit &c.*

6 *Fideiußor de sistendo quandocunque curiæ placuerit, an teneatur sistere reū etiam lata sententia.*

4 Ange. †Debes etiam animaduertere qualiter ista fideiussionem tu accipis & etiam si principalis non esset soluendo, tu iudex teneris fisco in syndicatu: quoniam si accíperes de iudicio sisti, clarum est quòd expiraret adueniente sententia quæ apprehenderet reum: vt l. græcè. §. post litem. ff. de fideiuss. Idem si fideiussor de
a repræsentando [a] quoniam statim lata sententia quæ reū apprehendat liberatus est: vt not. Bartо. in l. si quis reum. ff. de custo. reo. Idem si esset fideiussor qui promisit stare parere & obedire mandatis curiæ, & dicti iudicis, quia talis fideiussor liberatur per sententiam: vt not. Bald. in addi. Specu. in titu. de reo. in princ. versic. sed quid si facit &c. facit quod not. Dyn. in l. continuus. §. cùm quis. ff. de verbo. obligatio. debet ergo addi promisit stare parere mandatis dicti iudicis, & soluere & pati omnem condē-
b nationem [b] & pœnam quam de eo dictus iudex vel alius vel etiam iudex appellationis pro dicto maleficio faceret pro quo &c. Seius fideiussit &c. †Et bene nota, quòd
5 satis est, quòd dicatur pro quo Seius fideiusit &c. nam eoipso quòd dicit fideiussit licèt non dicatur, & renuncia uit &c. se obligauit nec etiam alias elausulas apponat: & licèt esset pœna furti: tamen fideiussor tenetur: vt dicit glos. in l. inter stipulantem. in princip. & in l. cùm filius. in princip. ff. de verbo. obliga. & Bartо. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. in princ.

ADNOTATIO. a ¶ De repræsentādo. Adde tu an promittens reum præsentare intra octo dies dicatur in mora lapsis octo diebus sinō est sibi præceptum per curiam, & an tempus octo dierum dicatur appositum gratia differendæ præsentationis, vide Pau. de Cast. in consi. cxlviij. in primo impressis, an autem liberetur fideiussor repræsentando antequam sit requisitus. vide Roma. in consi. cxxxvij. & an promittens representare toties quoties &c. quando teneatur per do. Alex. de Imol. in consil. cxlvj. colum. j. in ij. volumine.

b ¶ Omnem condemnationē. adde tu & vide Bal. in consi. cclxxxv. in iiij. volu. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde primò quæ dixit Catal. in tracta. syndic. q. ccxlj. quòd iudex maleficiorum qui recipit fideiussores minus idoneos ipse de suo postea tenetur per l. quoties. ff. qui satisda. cog. Et adde ea quæ dixit Ange. in l. ij. §. in fideiussorem. qui satisda. cog. qui dicit q̄ ille text. in dicta l. græcè, §. post litem. est singularis, & non est alibi in iure: qui etiā dicit quòd si actor differt prosequi litem tanto tempore quanto potest durare instantia: & sic sit peremptа instantia quòd liberatur fideiussor iste de repræsentan. nisi obligauerit se in scriptis & pro republica: per l. pe. C. de fideiuss. & ibi vides quid in causa appellationis, & quid si fide
6 iussor est temporalis. † Item adde quod Barto. in dicta l. si quis reum. imò expresse vult quòd fideiussor aliquem quandocunque curiæ placuerit, etiam tenetur sistere reū post latam sententiam: licèt Bald. in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. non ausus sit decidere: sed remittit se ad no. per Dyn. in dicta l. continuus. §. cùm quis. ff. de verborū obliga. Adde tamen quod Bal. in l. qui crimen. C. qui accus. in iij. colum. vbi latissimè disputat, & ponit materiam istam de fideiussore qui promisit de repræsentando aliquem: tamen in indiuiduo istius quæstionis faciens mentionem de doctrina Barto. in d. l. si quis reum. dicit quòd Barto. ibi pessimè est locutus, & quòd Dy. videtur tenere contrarium in d. l. continuus. dicit quod sua opinio est verior quam sit illa Barto. quòd verba generalia debent restringi ad id quod iniustum est. l. si cui. ff. de seruitu. Ad de Ange. tamen in dicta l. si quis reum. videtur sequi sententiam Barto. Adde quod Roma. in l. si finita. in princ. ff. de damno infec. facit mentionem de hac altercatione inter Barto. & Bal. & ibi nihil decidit: & ibi vide Roma. & Moder. & ea quæ latissimè scripsi post ipsos in additio. meis, an fideiussor de repræsentando bis sit liberatus: & faciunt not. per Roma. in consi. suo xiiij. vbi concludit quòd bis præsentando quis est liberatus: & ista est materia profunda & latissimè scripsi in d. l. si finita.

7 *Malefactor unus an posit pro alio fideiubere.*

7 Ange. † Quæro an vnus ex malefactoribus possit fideiubere pro alio. Barto. in l. romanus. in fin. ff. de tuto. & cura. da. ab his. videtur velle quòd sic: sed ibi videtur loqui in criminalibus leuibus: tamen idem est in aljs, quia eadem est ratio dummodo vt suprà dixi sit talе delictum quòd sit fideiussoribus relaxandus: vnde si iudex vnum ex reis pro alio reo fideiussorem acceperit non tenetur in syndicatu.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q̄ Angel. in l. reos. in princ. ff. de duob. reis. videtur in terminis hoc velle ibi. Sed aduerte quia intelligo ista cum grano salis, scilicet q̄ vnus malefactor potest pro alio fideiubere, hoc verum si non est suspectus. Et ad hoc allego bonam glo. in auth. de exhi. reis. col. v. §. susceperо. in versi. fideiussione. quod tene menti, quia frustra totum esset si intelligeretur de eo qui nihil possideret.

8 *Fideiussor an teneatur ad illud quartum plus in quo incurrit reus ex forma statuti, si non soluerit originaliter condemnationem intra decem dies, & quomodo debeat esse cautus iudex in recipiendo fideiußionem dicendo fideiußit, non tantùm pro pœna delicti, sed pro pœna dicti processus.*

8 Ange. † Quæro an fideiussor teneatur ad illud quartum plus, in quo incurrit reus ex forma statuti si non soluerit originaliter condemnationem intra x. dies: dic q̄ non: quia illud quartum plus vel etiam si in plus condemnaretur per suam negationem habitam post fideiussionem: dic q̄ non: quia talis pœna quarti pluris sic augmenti, non est pœna delicti, sed est pœna notationis seu contumaciæ ad quam non intercessit fideiussor. l. fin. ff. de fideiusso. & l. j. & ibi Barto. ff. de in lit. iuran. Sis ergo cautus tu iudex si vis q̄ ad hoc etiam fideiussor teneatur q̄ dicas q̄ fideiussit non tantùm pro pœna delicti, sed pro pœna dicti processus, vt suprà dixi: sed pœna negantis vel contumacis est pœna processus, ergo fideiussor tenebitur: ita dicit Barto. in d. l. j. in fi. vel dicas q̄ promisit soluere iudicatum: vt l. iudicatum. ff. iudi. sol. ita eleganter dicit Bar. in l. sanctio legum. ff. de pœ. Si autem alio modo quàm per negationem pœna augeatur an fideiussor teneatur: videtur q̄ sic: vt l. ij. in princ. ff. quo. lega. dic tamen vt ibi per Ange. & omnino vide Bar. in l. fideiussor magistratus. ff. de fideiusso.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde & dic q̄ contra istam decisionem Bart. expresse videtur decisio Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de fideiuss. §. j. in additio. quæ incip. extant etiam quæstiones. Guid. de Suza. qui dicit q̄ si reus principalis condemnatus est in duplum ex eo quia non soluit simplum tempore debito, fideiussor soluit simplum & duplum, quòd fideiussor poterit repetere illud duplum à reo: per text. in l. si mandato meo. §. fideiussor. ff. man. nisi saluando Bar. dicamus limitando quia doctrina Ioan. And. militabit quando talis fideiussor datus est postquam pœna illa accrescit & non ante augmentum pœne. Quòd si ante augmentū militabit doctrina Barto. in d. l. j. ita videtur sentire Bald. in d. l. licèt non alleget Ioan. And. in loco suprà allegato. Ad prædicta etiam vide doctrinam auream Bart. quā posuit in l. ij. ff. de pub. iudi. per quam poteris limitare prę dicta quando pœna crescit in quarto pluri, an sit pœna delicti, an contumaciæ: dic vt ibi. Et adde quæ dicentur j. in glos. quæ incip. quas si non soluerit intra decem dies soluat cum quarto pluri. in addi. mea; & Albe. de Rosa. in j. parte statuto. quæstio. cxliij. ibi determinat q̄ fideiussor non tenetur ad pœnas contumaciæ.

9 *Fideiußoribus relaxandus si idoneum fideiußorem offerat: iudex autem reum detineat in carcere, poterit agere contra iudicem actione iniuriarum.*

9 Ange. † Et no. quòd si aliquis esset fideiussoribus relaxandus & iudex ipsum retineret aut carceraretur quòd contra iudicem cui fideiussorem idoneū reus offerret, potest reus agere act. iniuriarum: vt not. Bar. in l. si verò pro condemnato. §. j. ff. qui satisd. cog.

Augusti. Adde quòd in terminis idem voluit Angel. in d. §. j. & ibi Moder. sequuntur opin. Barto. vbi Ange. multum exclamat contra officiales detinentes inuentos cum armis, qui dicunt relaxari dando fideiussores. Et idem dixit Bal. in l. sed & si is. ff. de in ius voc. & hoc tene menti.

10 *Fœmina quæ non potest fideiußionem præstare, quomodo per cautionem iuratoriam satisfacit.*

10 Ange. † Et aduertas quòd prædicta procedunt in masculo qui tenetur dare fideiussorē: aliàs detinebitur, vt infrà in fin. dicam. In fœmina autem delinquente si potest præstare fideiussorem eum præstabit, in casu quo sit fideiussoribus relaxanda: si autem præstare non poterit, stabitur suæ iuratoriæ cautioni: vt in auth. vt nulli iud. §. necessarium. facit auth. cui relictum. C. de indi. vid. tol. & in auth. sed hodie. C. de offi. diuer. iud. quod nota tu iudex ad tui defensionem si non coēgisti mulierem ad præstandum fideiuss. & eam relaxasti suæ iuratoriæ cautioni tantùm stando.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd Bal. in l. satis. §. j. ff. de in ius vocan. dicit q̄ licèt inuenti cum armis debeant poni in carcere, nisi satisdent & dent fideiussorem: quia dando fideiussorem nō debent incarcerari: hoc verum in masculo, in fœmina autem non: quia fœmina si non potest præstare fideiussorem iurando stabitur suæ iuratoriæ cautioni de se præsentando. text. allegat quem dicit notabilem in auth. sed no uo iure. C. de cura. quæ lex est extracta ex auth. vt nulli iudic. suprà allega. Adde tamen limitando prædicta: quia d. auth. sed nouo iure. habet locum solum in fœminis honestè vitæ quæ non possunt incarcerari, sed iuratoria cautione relaxari. ita dicit Pet. & sequitur Cy. in l. quoniam. C. de custo. reo. & Barto. in dicto §. necessarium. faciunt not. per Sali. in dicta l. quoniam.

11 *Fideiussorem præstans, in quibus casibus pœnalibus ueniat relaxandus & in quibus non.*

11 Ange. † Scis etiam quòd fideiussoribus quis est relaxandus quando simpliciter est pœna pecuniaria aut ex formā iuris vel statutorum: vt l. j. ff. de custo. reo. & ibi Bar. Si verò esset pœna corporalis vel corporis afflictiua, tunc reus non est fideiussoribus relaxandus, sed seruandus est in carcere: aliàs posset recedere tempore sententiæ: & sic pœna esset eluſoria contra l. si prætor. ff. de iud. Item non est relaxandus si pœna licèt sit pecuniaria, tamen est in subsidium corporalis: vt quia statutum dicit condemnetur in centum libris, quas si non soluerit intra mensem amputetur ei manus: vt not. Barto. ff. de custo. reo. l. j. vel si statutum dicat alternatiuè, vtputa q̄ amputetur manus vel soluat lib. centum Bonoñ. vel fortius si esset copulatiue, vt condemnetur in ampuratione manus & in lib. centum: ita dicit Dyn. & Barto. in l. ij. & ibi Imol. ff. de pub. iud. de quo latius dixi suprà in glo. super verbo, fama publica. in versi. decimò quæro &c. & sequen. dic vt ibi: vbi etiam videas quando vult vel quando potest facere depositum & in qua forma recurras omnino ad ea quæ ibi plenè dixi.

Augusti. Tu autem in hac materia adde hic no. per Bal. & Ange. in l. ij. C. de exhi. re. qui in hac materia ponunt multas fallentias & limitationes & maximè quando pœna est arbitraria, an quis fideiussoribus sit relaxandus: & ibi dicit consuetudinem inspici debere: per l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. quia si consuetum est illam pœnam fore corporalem non est fideiussoribus relaxandus, aliàs sic: aliquī verò casus etiam ibi ponuntur per Ange. vbi prædicta poteris limitare, dic vt ibi: & satis dictum est suprà in hac eadem glo. in princ.

12 *Fideiussor est qui patitur se nominari in actis pro fideiussore, pro maleficio alieno: & non contradicit incontinenti, licèt non dicat expresè ita promitto & fideiubeo &c.*

12 Ange. † Caueat tamen iste Anto. qui hic fuit fideiussor vel alius quilibet: quia quoties pro maleficio alieno: iste talis fideiussor patitur se nominari in actis pro fideiussore dicti inquisiti, & ipse incontinenti non contradicit, statim tenetur, licèt expresse non dicat & ita promitto & fideiubeo pro dicto inquisito, iste est
a casus & ibi Barto. in l. cum ostendimus [a]. §. fin. ff. de fideiuss. tu. quod not. quando aliquis inquisitus te presente nominat te pro fideiussore si non vis obligari non permittas te scribi apud acta, imò statim contradicas, aliàs autē tacens obligaris.

ADNOTATIO. a ¶ In l. cum ostendimus. Adde & vide Roma. in consi. cccxj. & ibi de vendente rem qui dixit quod erat obligata ecclesiæ pro annua pensione quòd si emptor tacet: quia obligetur ecclesiæ & potest cogi ad solutionem. Ber.

Augusti. Adde tamen tu quòd multi doctores voluerunt quòd ideo in dicta l. cum ostēdimus. §. fin. ibi inducatur stipulatio per patientiam cum scriptura, quia concurrebat fauor pupilli: & hoc voluerunt ibi Barto. & Bald. in dicto. §. fina. Bart. in l. j. in princip. ff. de verborum obliga. dixit ibi quòd nedum hoc erit in pupillo, sed etiam erit generaliter in omnibus: vt per scripturam inducatur illa stipulatio quæ parit fideiussionem illam: sed quia ista est maxima materia addatis quòd opus esset videre dicta Dyn. Barto. & Bal. in dicta l. cùm ostendimus. §. fina. & Cyn. in l. inuitus. C. de procuratoribus. & domi. Anto. & Abbat. in cap. nonne. extrà de præsumptio. & domi. Benedic. de plumbi. & Pau. de Castro, & Rapha. & Imo. in l. sciendum. ff. de verbo. obliga. & Barto. in l. fina. ff. de præto. stip. in penul. colum. Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. in vij. colum. ff. de pact. & Barto. in l. j. §. j. ff. à qui. app. non lic. & Barto. in l. cum quis incendijs. in princ. ff. de lega. iij. Bal. in c. j. §. fina. de inue. inter domi. & vasal. conte. per glos. in l. si fideiussor. in princ. ff. qui satisda. cogan. Bal. in l. statutis. in fin. C. de senten. ex peri. reci. & Bal. in dicta l. si fideiussor. in fi. Bal. in l. siue apud acta. C. de transac. in j. colum. Bal. in l. filius. §. inuitus. ff. de procu. Bal. in l. ij. §. voluntatem. ff. sol. matrimo. Roma. in l. dot. in xxv. col. ff. sol. matr. & ibi Imol. dicit & Ioan. And. in regu. qui tacet. de reg. iur. & alia regu. is qui tacet. eo. tit. & do. Card. not. loquitur in cle. j. extrà de procur. & Bal. in l. j. C. de decu. lib. xj. ego latissimè scripsi veritatem istius conclusionis post Roma. & Mod. in d. l. j. ff. de verbo. oblig. dic vt ibi dixi.

13 *Consuetudo est per Italiam quòd iudices quando accipiunt fideiussores quòd accipiant approbatores fideiussorem, quæ est bona cautela.*

14 *Præsens licèt sit tacens neque humeris aut capite annuat, si patitur nomen suum scribi in actis, quòd ipse approbet dictos fideiussores, pro idoneis stabit tenebitur.*

13 Ange. † Not. etiam quòd consuetudo est per Italiam q̄ semper iudex quando accipit aliquem fideiussorem q̄ etiam vult vnum approbatorem qui approbet dictos fideiussores esse idoneos, nam est bona cau
b tela pro iudice: aliàs autem si fideiussores [b], idoneos non acceperit, ipse iudex in syndicatu tenetur, postea ad interesse reipublicæ. arg. l. j. §. sciendum. ff. de magi. conue. & instit. de satisd. tu. §. sciendum est autem. quia si ibi iudex tenetur pupillo quando non accepit fideiussores vel minus idoneos à tutoribus: ergo eodem modo tenetur iudex reipublicæ quando minus idoneos fideiussores

Universidad de Deusto
Biblioteca

arcepſit cum reſpublica, & pupſillus æquiparentur: vt no. glo. & doct. in l. imperatores. ff. de re iudic. Et ideo cùm de more iudicum ſit velle approbatores fideiuſſorũ quos
14 recipiunt. † Caueat etiam aliquis ne patiatur ſe præſente, licèt etiam fuerit tacens ſcribi nomen ſuum in actis, quòd ipſe approbet prædictos fideiuſſores pro idoneis: quia ſtatim quamuis non loquatur nec humeris vel capite, annuerit tenebitur: vt in d.l. cum oſtendimus. §. fina.

b ¶ Fideiuſſores. Adde tu an in ſententia approbationis fideiuſſorũ ſint citandi illi quorum intereſt. & vide Roma. in conſi. lxxij. Ber.

Auguſti. Inquantum do. Angel. hic tangit materiam d.l. cùm oſtendimus. Addatis hic ea quæ dicta ſunt ſuprà in proxi. præce. q. vbi apparebit an ſit vera vel falſa illa concluſio quam affirmat hic do. Ange. & adde in hac materia Moder. in l.j. §. ſciendum. ff. de magi. conue. vbi tractant materiam horum approbatorum fideiuſſorum.

15 *Inquiſito abſoluto, ſi poſtea fiat ſtatutum quòd reuideantur proceſſus qua reuiſione facta qui fuerat abſolutus eſt condemnatus, an fideiuſſor qui primò interceſſit teneatur.*

15 **Ange.** † Et menti habeas q̃ ſi aliquis ex iſtis inquiſitis eſſet abſolutus, poſtea inde ad annum fieret ſtatutum, quòd non obſtante quacunq; abſolutoria poſſint reuideri proceſſus præteriti, & viſo proceſſu iſtorum fuerint condemnati. An iſte Antonius fideiuſſor teneatur: dic quòd non: & ita dicit Bart. quod fuit aliàs de facto obſeruatum per illum text. in l. fin. ff. de pactis. quia ius liberationis quæſitum dicto fideiuſſori propter abſolutoriam non potuit poſtea tolli per dictum ſtatutum,
a quod not[a].

ADNOTATIO. a ¶ Quod not. adde tu & vide Barb. in cõſilio v. & ibi quando credatur alicui ſine cautione. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde quòd ad corroborationem doctrinæ Bart. poſitæ in dicta l. fi. faciunt not. per Bald. in l. pacta nouiſſima. in antepenul. col. C. de pactis. & dicta Bal. in l. fi. in princ. C. ad macedonia. Sed Rapha. Fulgo. in dicta l. fi. ff. de pactis. non approbat rationem Bart. ibi ſed fundat ſe ad defenſionem iſtius quæſtionis per aliam rationem quam per illam Barto. dic vt ibi.

16 *Inquiſitus vel accuſatus ſi non poteſt fideiuſſores præſtare, quid erit faciendum.*

16 **Ange.** † Quæro quid ſi inquiſitus vel accuſatus de aliquo crimine nullos poſſit præſtare fideiuſſores: dic quòd in carcere detinetur: vt eſt text. & ibi per Bar. & docto. in l. reos. §. ſuper his. C. de appella. & in l. ij. in princip. ff. de cuſto. reo.

Auguſti. Tu adde q̃ iſta eſt vera concluſio: & ita etiam determinat Ang. in l. ij. C. de exhiben. reis. & ibi vide Bal. notabiliter loquentem: non extendo eorum dicta ne ſim nimis longus.

17 *Fideiuſſor ſi pendente lite moriatur, an obligatio fideiuſſoria tranſeat ad hæredem ſuum.*

17 **Ange.** † Quid autem ſi iſte Antonius fideiuſſor pendente lite moriatur, an obligatio ſua fideiuſſoria tranſeat ad hæredem ſuum. glo. eſt ſingu. inſtitu. de fideiuſ. §. fideiuſſor non tantùm. quæ dicit quòd non: quod intelligunt ibi docto. verum quando fideiuſſit pro tali maleficio: ſecus ſi certam pœnam: putà centum promiſiſſet, licet dicat pro tali maleficio quoniam pœnalis ſtipulatio qualificata tranſit contra hæredem & hæreditatẽ iacentem: vt l. ad diem. & ibi Bar. Ang. & dominus meus Ioan. ff. de verb. oblig. quod nota.

Auguſti. Tu adde quæ latè dixi poſt Moder. in dicta l. ad diem. ff. de verborum obligat. dic vt ibi.

18 *Fideiuſſor ad quid teneatur ſi inquiſitus ſit relaxatus & poſtea aufugiat.*

18 **Ange.** † Ad quid autem teneatur iſte fideiuſſor ſi dicti inquiſiti ſunt relaxati, & poſtea aufu-
b giant[b]: vide Pet. & Cyn. in l. ad commentarienſem. C. de cuſto. reo. Sed omnino vide ibi latius per Sali.

b ¶ Aufugiant. adde tu & vide Rapha. conſi. xxxij. & quid ſi vnus ex duobus iudicibus perſuadeat quòd fugiat. vide Cepol. in conſilio xxv.

Auguſti. Tu adde & vide notabilia verba Ang. in l. nullus. C. de exhib. reis. qui notabiliter loquitur: aliquid ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratur inquiſitus de crimine capitali.*
2 *Carcerandus eſt reus ubicunque uenit imponenda pœna corporis afflictiua.*
3 *Carcerandus eſt reus ubi indicia ſunt ſufficientia ad torturam.*
4 *Carcerandus eſt reus in omni cauſa criminali: quando fideiuſſores præſtare non poteſt ſallit in fœmina.*

QVi iudex dictum Caium detineri & carcerari iuſſit &c. Super iſta gloſ. bene caderet materia carcerationis: verum quia dixi aliquid ſuper glo. in verbo, fama publica præcedente &c. verſi. poſtquam verò
1 reus ſe præſentauerit &c. hic omittã. dic vt ibi: † carceratur ergo iſte homicida & meritò: quia eſt inquiſitus de
2 crimine capitali: vt l. ſi quis poſt. ff. de teſta. † Secundò quis eſt carcerandus vbicunq; veniret ex delicto intenta to imponenda pœna corporis afflictiua. l. ictus fuſtium.
3 ff. de his qui notan. infa. † Tertiò ſi contra accuſatum vel inquiſitum ſunt indicia ſufficientia ad torturam, quia tunc carcerandus eſt vt torqueri poſſit: iuxta no. per Bar. in l. ſi. ff. de quæſtio. & Cy. & doct. in l. ſi. C. de quæſtio. & Bal. & Io. de Imo. in l. ſi. de hære. inſti. qua tortura habita ſi reperiatur culpabilis poſſit puniri, aliàs ſi innocens relaxari: vt l. ij. C. de exhi. reis. ibi dum dicit donec reperia-
4 tur cognitio. & ibi Iaco. de But. & Sali. † Quarto ſemper reus eſt detinendus in omni cauſa criminali: quando non poteſt præſtare fideiuſſores: vt l. j. C. de cuſto. reo. & quod ibi Bar. Fallit hoc in muliere, vt d.l. ij. C. de cuſt. reo. & auth. ibi poſita: & not. Inno. extrà de ſentẽ. excom. c. vt famę. ita dicit Bal. & Ioan. de Imo. in d.l. ſi quis poſt. ff. de teſta. vide text. gloſ. & Sali. in l. nullus. C. de exhib.
c & intro. re. Et an carcer dicatur ad cuſtodiam[c] vel ad pœnam: vide Sali. in d.l. nullus. vide tu text. in dicta l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœn.

c ¶ Ad cuſtodiam. vide Fulg. in conſi. xliij. & Rapha. Cu. in conſil. cv. ibi quòd carcer eſt inuentus ad cuſtodiam: & quòd locus ſanctus non prophanus & illum frangens debet capite puniri. & adde Ange. in conſi. ccxiij. vbi quòd per carcerationem dicitur corpus affligi. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quòd iſta omnia originaliter fuerunt dicta primò à Bal. in l. iij. C. de epiſco. audien. in fi. qui ponit materiam quando quis poteſt in carcerem detineri. & allegat Innoc. vbi ſuprà. Intellige tamen prædicta ſecundum quod intelligit Bar. in l. j. ff. de cuſto. reo.

5 *Iudex imponit militi quòd faciat detineri & carcerari ipſum reum periculo militis: & eodem modo miles facit cuſtodi carcerum, uel iudex recta uia tradit ſaluandum cuſtodibus.*
6 *Carceratus ſine cauſa aut carceratione exiſtente nulla, ſi carceratus aufugiat cuſtodes non tenentur: & ſi carceratus ueniret abſoluendus, cuſtodes non ſunt in culpa, ſinon tenent illum ſub tanta cuſtodia.*

5 **Ange.** † Aduertas tamen q̃ iudex imponit militi ſocio vt dictum Caium detineri & carcerari iubeat vel faciat pro ære & perſona ſub periculo ipſius militis: & eodem modo poſtea facit miles cuſtodibus carcerum, vel recta via iudex recommendat, & tradit ſaluandum, & cuſtodiendum dictum Caium pro ære & perſo-
d na dictis cuſtodibus ſub omni periculo[d] dictorum cuſtodum:

dum: & non mireris q̃ iſta detentio incumbat ipſis cuſtodibus de iure & ex ſtatutis: quia hoc probatur de iure per totum titu. & maximè in l. pe. ff. de cuſto. reo. Et ſecundò quoniam cum probatur iudex vel alius officialis etiã qui libet ſibi ſubdito qui tamen ſit habilis ad hoc: & in loco condecenti poteſt hoc committere vt malefactorem cuſtodiat, detineat, ſaluet, & ſibi reſtituat: vt eſt tex. in auth. ſi quis ei. C. ad leg. Iul. de adul. vbi Bald. & Salic. dicunt.

Not. caſum, quando miles ex mandato poteſtatis capit aliquem bãnitum vel malefactorem in aliquo caſtro, poteſt dictum malefactorem tradere officialibus, in loco tenendum, & ſaluando, donec poſtea cum pluri familia pro eo ad ciuitatem conducendo venerit: & ibi officiales eorum periculo & caſu, debent dictum malefactorem ad mandatum officialis ſuperioris detinere & ſaluare, per illum tex. quod not.

d ¶ Sub omni periculo. Adde tu vt per Ioan. de Ana. in conſi. liij. & quòd pulchrè Franciſ. de Aret. in conſi. xxxviij. & adde quòd ſi carceratus iniuſtè fugiat, cuſtos non tenetur: imò de facto, licèt reſiſtere. ita conſuluit Alex. in conſi. cxliiij. in ij. volu. nec talis aufugiens habetur pro confeſſo. Ber.

6 **Auguſti.** † Adde tamen q̃ ſi iſte aufugeret qui eſt incarceratus & ſine cauſa ſit incarcera
tus non tenentur iſti Bar. in l. ius. C. de proba. Et ideo rectè dixit Ang. in l. quæ ſub conditione. §. fi. ff. de condi. inſtit. q̃ ſi etiam carceratio eſſet nulla, funditus non tenentur iſti cuſtodes. Quinimo ſi carceratus veniret abſoluẽdus non ſunt in culpa iſti cuſtodes ſi non tenent ipſi carceratum ſub tanta cuſtodia. Dic tamen de materia, vt per Bar. & doct. in l. ſi pecuniam. §. pe. ff. de condi. ob cauſ.

7 *Carceratus ſi ſe uulnerat, uel interemit, an iudex teneatur.*

7 **Ange.** † Quæro aliquis carceratus ſe vulnerat vel interimit vel laqueo ſe ſuſpendit, vt aliquando contingit an iudex teneatur: dic q̃ non: vt eſt text. & ibi Floria. in l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad legẽ Aquil. q̃ tamen intellige niſi carceris ſit cuſtos, quia tunc an cuſtos teneatur eo ipſo quod aliquis reperitur mortuus in carceribus & ignoratur quomodo mortuus ſit: not. gl. in l. cũ ita legatur. §. ſpecies. ff. de leg. ij. & dixi. ſ. in gl. in verbo, fama publica &c. in materia carcerationis.

Auguſti. Adde quæ ibi dicta ſunt.

8 *Damnatus ad perpetuum carcerem, an intelligatur damnatus de publico iudicio.*

8 **Ange.** † Aliquis damnatus eſt ad perpetuum car
a cerem[a], an intelligatur de publico iudicio damnatus: dic q̃ ſic: vt not. Bar. & ibi Imo. in l. ij. ff. de publi. iud. & Bal. in l. j. C. qui accu. non poſ.

ADNOTATIO. a ¶ Carcerem. Adde tu & vide Fulgo. in conſi. cxliiij. vbi quòd quis non eſt damnandus ad perpetuos carceres. & adde etiam Ange. in conſi. cclvj. vbi damnatus ad perpetuos carceres poteſt iniuriarum experiri contra iudicem. Ber.

Auguſti. Adde tamen tu q̃ Bald. in l. reos. C. de
accuſa. in ij. colum. tranſportauit ibi dicta Bar. de verbo ad verbum, vbi ſuprà de eo non faciat mẽtionem: & allegat etiam dicta Inno. in c. qualiter & quando extrà de accuſa.

9 *Iudex ſecularis an poſſit damnare ad carcerem perpetuum.*

9 **Ange.** † Quæro an iudex ſecularis poſſit damna
re aliquem ad perpetuum carcerem: dic q̃ nõ vt not. Bar. in d.l. ij. & eſt text. in l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœ. & l. ſeruus. cum ſi. ff. de pœ. Vnde ſi de facto carceratus: & per iudicem ſecularem damnatus: & ita moria tur non efficitur inteſtabilis: ita dicit Ange. & Imo. in l. ſi quis mihi bona. §. j. ff. de acquir. hæred. facit l. aut damnũ. in princ. ff. de pœ.

Auguſti. Tu adde q̃ licèt de iure ciuili non poſ-
ſit imponi iſta pœna tamen per ſtatutum poteſt imponi: vt dicit Bal. in l. reos. in ij. col. C. de accuſ. & ibi ponit quomodo iure canonico: & intelligo prædicta de iure ciuili non poteſt imponi in homine libero: ſecus in ſeruo: vt pulchrè declarat Bald. omnia iſta in l. j. C. qui ad lib. perue. non poſ. per text. illius. l. j. & l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœ.

10 *Detinens aliquam perſonam non ut captam teneat, ſed alia cauſa: ut putà mulierem libidinis cauſa, an teneatur de carcere priuato.*

10 **Ange.** † Quid autẽ ſi quis retineat aliquam perſonam non vt captam teneat, ſed aliqua de cauſa: vt quia retinet aliquam pulchram mulierem reclu
b ſam cauſa libidinis[b], an dicatur in carcere tenere: & ſic teneatur de carcere priuato: vt C. de priua. carce. l. j. dic q̃ non: vt not. Bar. in l. verum. ff. de fur.

b ¶ Cauſa libidinis. adde & vide do. Alex. in conſi. j. in iij. vol. Ber.

Auguſti. Adde q̃ imò Bar. ibi in d.l. verum. nõ ita indiſtinctè dicit id quod autor iſte hic. imò Bar. multùm eleganter ibi diſtinguit, dic vt ibi. Præterea contra ſuam defenſionem facit multùm l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi. ſed vera deciſio iſtius quæſtio. poteſt colligi ex his quæ dicta ſunt per Barto. & Ang. in l. diuus cum materia. ff. ad leg. Cor. de ſica.

11 *Soluens condemnationem pro carcerato ex cauſa maleficij, an poſſit repetere.*

11 **Ange.** † Quid ſi quis ſoluit cõdemnationem pro aliquo carcerato, an dicatur in dubio ſoluere animo donandi vel poſſit repetere: dic q̃ poteſt repetere: vt not. Bal. in l. quãuis. cum l. ſeq. ff. ſolu. mat. licet in piam cauſam dicatur ſoluere: vnde executor datus ad aliquid in piam cauſam exequendi. poteſt ſoluere condemnationem pro carcerato, etiam pro maleficijs, & dicitur ſoluere in piam cauſam: vt not. Bal. in d.l. quamuis.

Auguſti. Tu ibi adde & vide Imol. notabiliter loquẽtem: ſed eleganter ibi loquitur Ro. ego ibi latiſſimè dixi, poſt Moder.

12 *Delictum commiſſum fuit de nocte, & illi de caſtro tenebantur capere malefactorem, ex forma ſtatuti, qui non potuerunt exire caſtrum, quum rector eius haberet, an tenebuntur de non captura.*

12 **Ange.** † Quid ſi de nocte commiſſum fuit malefi
cium, & illi de caſtro ex forma ſtatuti tenentur capere malefactorẽ, & ipſi non potuerũt exire caſtrũ, quia rector habebat claues, an teneantur de non captura: dic q̃ non: vt not. Bar. in l. iij. §. ſubuenitur. ff. ad Silla.

c **Auguſti.** Tu adde[c] q̃ iſta concluſio Bart. appro-
batur à doct. maximè à Ro. & Moder. in dicta l. ſi quis in grauí. §. ſubuenitur. ff. ad Silla. bene faciunt not. in l. j. §. occiſorum. ff. eo. titu.

c ¶ Tu adde. vide tu Barba. in conſi. xvj. Ber.

13 *Carceratus pro cauſa ciuili uel criminali, an omni die etiam poſt latam ſententiam per decem dies poſſit appellare.*

13 **Ange.** † Quæro aliquis captus eſt & carceratus pro cauſa ciuili vel criminali, an omni die etiam poſt latam ſententiam per x. dies poſſit appellare: dic q̃ ſic: quia ſtando in carceribus omni die grauatur: &
d ſic propter nouum grauamen poteſt appellare[d]: ita dicit Specu. in titu. de appel. §. reſtat. verſi. & not. ſecundum. & verſi. ſed quid dices. in fi. facit quod no. glo. & doct. in l. ij. C. de ſer. & aqua. verſi. alij dicunt q̃ non. & hoc vult Bal. in l. ij. C. de epiſ. audi.

d ¶ Appellare. adde & vide Ange. in conſi. cclvj. Ber.

Auguſti. Tu adde q̃ doct. maximè Ant. de But.
approbant doctrinam illam Spec. & eam allegant & ſequuntur, licèt ad aliud propoſitum in c. ex parte. extrà de appel. & do. Anto. de But. in c. dilectus filius. extrà de reſcrip.

14 *Carcere detineri, & in uinculis eſſe, quomodo quis dicatur.*

14 **Ange.** † Et aduertas[e] quòd carcer dicitur quoties
e quis non poteſt exire de loco pro libito voluntatis: vnde poteſt aſſignari pro carcere totum palatium

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestatis vel tota ciuitas. Si autem ponuntur custodes tunc dicitur esse in vinculis:vt l.succurritur.ff.ex quibus caus.maio.ita dicit Ang.in l.qui in carcerem.ff. ꝙ metus cau. quod not. tu iudex quando ex forma statuti debes aliquem carcerare,vel non.

c ¶Et aduertas.vide tu Cpol.in consi,xl.

Augusti. Tu adde quæ dixi ſ.in gl.in verbo,fama publica præcedēte.in materia carcerationis:quando dicatur quis detētus.Et adde Ang.& Ro. in l.ſi quis in graui.§.clauſos.ff.ad Silla.quem §.legit Ro. ſub.§.ſubuenitur.& ꝙ vna ciuitas poſſit aſſignari pro carcere:hic dixit Ang.in l.nullus.C.de exhib.reis.

15 *Carceratus an poſſit contrahere,uel teſtari,uel confiteri in carcere.*

15 2 **Ange.** † An autem carceratus [a] poſſit contrahere vel teſtari,vel cōfiteri in carcere:vide ibi Ange.Bar.& doc.in l.qui in carcerem.ff.ꝙ met.cau. & Bart. in l.qui neg.de verb.ſig.& Bar.Bal.Ang.& Raph.& plenè Io.de Imo.in l.qui à latronibus.ff.de teſta.

ADNOTATIO.a ¶Carceratus. adde an contractus carcerati valeant & quando quis dicatur in carcere: & vide Fulg.in conſilio clxxvj. & vide Rapha. Cuma. in conſi. cxliij, vbi quòd poſtquam quis fugit de carcere quòd poteſt teſtari.& vide eundē in conſi.clvij.Ber.

Augusti. Tu adde Bal.in d.l.qui in carcerem.& vide Bal.in l.j.C.de confeſ. Bal. in l.nec non.§.j.ff.ex quib. cau.ma. Bald. in l. ſi quis in hoc.C.de epiſ.& cle.Pulchram limitationem Ang.in l.nemo carcerem.C.de exa.tribu.qui ponit quando promiſſio facta in carcerem:tenet Bal.in l.ab eo.C.quo.& quan.iud.

16 *Carcer quid dicatur,& carceratus quis dicatur.*

16 **Ange.** † Et ad id quod dixi, quid dicatur carcer vel quis dicatur carceratus:adde quod habetur in l.verū.& in l.vinculorū.de ver.ſig.& Inno. & Ioā. And.in c.nuper.in prin.de ſen.exc.& Ange. in l.quoniā. de cuſt.reo.& in l.ij.C.de exhib.re.facit quod voluit Bar. & domini mei: vbi vult ꝙ omnis locus aſſignatus alicui pro carcere ſit carcer.& idem ipſe voluit in l.ij.C.de exhi. reis.facit l.Titio.§.j.ff.de condi.& demonſtr. & quod ibi Bar.vide Iac.de Are.& Bart.in l.qui neg.de verb.ſigni.

Augusti. Adde ꝙ de his ſatis eſt dictum ſ. in d. glo.in verſi.fama publica præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Nemo damnandus eſt,niſi prius ei dato termino ad faciendum ſuam defenſionem:& hanc practicam totus mundus ſeruat, quòd ſponte confeſſum iudex mittunt ad carceres:& apud acta aſsignant ei terminum ad allegandum quicquid ualet ne condemnetur,& ad faciendam omnem ſuam defenſionem.*



Vi iudex dictis inquiſitis,& cuilibet eorum ſtatuit terminum decem dierum,ad eorum defenſionem faciendam &c. † Hoc fit per l. vnius. §. cōgniturum.ff.de quæſtio. nemo enim debet damnari, niſi prius dato termino ad faciendā ſuam defenſionem:vt l.rei.§.ſi ad diem.ff.de re mili.& eſt text.cum gloſ.in l.j.ff.de fur. ita dicit Barto. & Imo.in l. cuſtodias.§.j.ff.de pub.iud.& Salice.in l.ij. C. de cuſtod. reo.in verſi.& hanc practicam ſeruat totus mundus &c. die ꝙ totus mundus ſeruat hanc practicam, quia ſponte confeſſum iudices mittunt ad carceres & apud acta præfigunt ei terminum ad allegandum quicquid vult ne con
b demnetur [b] & ad omnem eius defenſionem faciendam intra quem ſi nullam faciat ſatis in confeſſione ſua perſeuerare videtur:vt in ſimili dicitur de donatione quæ non reuocatur:vt l.iij.§.ſi maritus.ff.de do.inter vir. & vxo.Si verò cōfeſſionē ſuā reuocat oportet ꝙ cauſam dicat,quare reuocat,& illam probet:vt l.error.C.de iur.fact.ignor.

b ¶Ne condemnetur,adde & vide Alex.in conſi,lvij,in iij. volu, vbi an repertus in flagranti crimine poſsit damnari.

Augusti. Adde hic quæ dicam infrà in iſta gloſ. in additione vltima.

2 *Reus confeſſus eſt maleficium, ſtatim iudex miſit eum ad furcas non dato ei termino ad ſe defendendum,an poterit iudex in ſyndicatu ſuſtentari.*

3 *Dilationem per legem ſcriptam,aut per ſtatutum conceſſam, non eſt neceſſe petere,neque à iudice concedi.*

4 *Defenſio per reum fieri poteſt etiam quòd ei non daretur terminus ad faciendum defenſionem ſuam.*

2 **Ange.** † Si autem aliquis fuit confeſſus maleficium,& ſtatim iudex miſit eum ad furcas, nō data ei dicta dilatione ad faciendum ſuas defenſiones,an iudex poſſit de iure ſuſtentari in ſuo ſyndicatu Bald. in l. nouerint.C.vt intra cert.temp.dicit ꝙ aut reus petijt dilationem prædictam: & tunc iudex malè facit, quia eam dare debuit:aut non petijt,tunc iudex non habuit neceſſe dare:vt l.qui ſententiam.& l.cum reis.C.de pœ. † In dilatione autem quæ eſſet per legem ſcriptam vel per ſtatutum conceſſa non eſt neceſſe ꝙ petatur nec quòd à iudice concedatur: vt l.ſi vendicari.C.de pœ. ita dicit Bal. plus etiam dicit Bal.in d.l.cum reis.C.de pœ.vbi dicit not.ar. ad quæſt.ſi iudex dedit dilationem conuicto ad faciendū ſuam defenſionem & amici procurant in multis:vel procurent ꝙ fiat adunantia generalis vt liberetur, ꝙ ipſe iudex non debet iſta expectare:ſed debet facere reum conuictum renūciare dilationi,& facere officium ſuum &c.

4 † Sed bene not. ꝙ licet etiam ſi non daretur terminus ad faciendum ſuam defenſionem,vel excuſationem , poſſet tamen per reum fieri defenſio: vt d. §. cogniturum habetur.& ibi not.Bal.in l.in crimine.ff.de adul.& in extraua. ad reprimen.in verbo,ſine figura iudicij.in verſic. an debeat dari dilatio &c. & non eſt mirum : quia defenſio eſt de iure naturali:vnde etiam ſi vellet iudex non poſſet eā auferre reo:vt in cle.paſtoralis.de re iudic.quis autem de fenſionęs poſſit facere,dicam j.in glo.proxi.

Augusti. Tu adde quæ dicam infrà in iſta gl. in vlti.addi.mea. Quas autem defenſiones poteſt facere dicam infra in glo.proxi.quæ incipit, comparent inquiſiti in termino defenſionis.

5 *Reus an poſſit renunciare termino defenſionis.*

6 *Defenſioni an poſſit renunciare reus, de qua conſtat nullam habere defenſionem.*

7 *Defenſionis renunciatio,an teneat,quando conſtat reum habere defenſiones.*

8 *Defenſionis renunciatio an admittatur quando dubium eſt an reus habeat defenſiones.*

9 *Defenſionibus quibus poſsit renunciare reus,& quibus non.*

10 *Confeſſus maleficium ſi petat terminum,non obſtante confeſſione ad ſe defendendum,quem iudex denegat quia maleficium eſt notorium, an iudex ſtatim poſsit procedere ad condemnationem & executionem.*

11 *Defenſionibus ſuis an poſsit renunciare qui in flagranti crimine eſt repertus.*

12 *Latro famoſus an poſsit ſuis defenſionibus renunciare.*

13 *Defenſionibus quando poſsit renunciari,ponitur caſus tertius.*

14 *Defenſionibus de præſenti competentibus,an poſsit in iudicio generaliter renunciare.*

15 *Iudex ut ſedet tumultum populi poteſt pendente dilatione facere executionem corporalem.*

5 **Ange.** † An autem reus poſſit tali termino defenſionis renunciare. Bart.in l.cuſtodias. in fi.ff. de pub.iud.& in l.quidam ſunt ſerui pœne.ff.de pœ.& in l.non tantum.ff.de appel.videtur velle ꝙ non poſſit renūciare:& in d.l.non tantùm.ſiebat executio de facto,quod credo verum.dicit tamen Bal.in l.raptores,C.de epiſc.& cler.quod hoc eſt verum niſi dicatur talis inquiſitus ſciēs ſe non habere aliquam defenſionem: imò carere omni defenſione ſponte:& ex certa ſcientia dicto termino defenſionis renunciauit,tunc talis renunciatio valet: vnde tu iudex bene nota quæ verba apponi facias,vt ualeat dicta renuncia-

renunciatio quando reus termino defenſiuo renunciat: vide Angel.& Imol.in d.l.cuſtodias. & Ange.in l.pacto
6 quod in hæredem.ff.de pac.qui dicunt † ꝙ ſi conſtat reū nullam habere defenſionem,fortè quia eſt inſignis latro, tunc poteſt renunciare:ex quo ius defendendi non habet per ea quæ habētur in l.prouinciarum.C.de fer. quia per talem renunciationem non lædītur,niſi quia citius moritur de quo non videtur curandū:ex quo certum eſt ipſum
7 non habere defenſionem per d.l.cum reis. C. de pœ. † Si verò conſtat eum habere defenſionem,& tunc non tenet
8 renunciatio:vt d.l.non tantùm.ff.de appel.† Si autem dubium ſit tunc admittitur renunciatio , ſed ſi eum pœnitet poteſt ſe defendere: vt l.j.cum glo. & ibi Bald. C.de fur. ſed glo.in d.l.j.dicit ꝙ ſi aſſerat ſe non habere aliquas defenſiones quas facere poſſit, tunc renunciare poteſt termino:vt ibi etiam tangit Ange. hoc etiam fuit de mente Bal.in l.fin.ff.de fur.vbi dicit ꝙ non poteſt renunciari de fenſionibus:termino autem ſic:allegat Innocen.in c.cum olim. Abba.de offic.deleg.Bal.in l.nam & poſtea. §.ſi minor.ff.de iureiur.dicit quod ſi certum eſt reum habere de fenſiones quòd non tenet renunciatio quia læderetur:ſed non ſi haberet liquidas probationes, non præſumitur habere:& ego ſemper practicaui dictum Bald. in d.l.raptores. Aduertas tamen ꝙ Bal.in l.ſi.C.qui accu.non poſ. verſi.& præmitto ꝙ omnis eorum defenſio &c. & ver.ſu
9 per quinto dicit &c.dico † ꝙ legitimè defenſioni per quā funditus extinguitur terminus defenſionis non poteſt renunciari:vt l.pactum inter hæredem.ff.de pact. ſed defenſionibus quæ ſunt de apicibus iuris ſtatutorum & nō de iuregentium poteſt renunciari : vt l. ſi accuſatoribus. C.de accuſa.in glo.quod dicit procedere de expreſſa renunciatione:ſed tacita & velata renunciatio per lapſum termini bene poteſt fieri:& quoniam fortior eſt excluſio temporis quam renunciationis:vt l.ex facto.§.ſi quis bonorum.ff.ad Treb.ad hoc vt termini datio aliquid operetur:vt c.paſtoralis.de exceptio.quod nota.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde ea quę dicit Bal.in l.j.C.de confeſ.in iiij.char.in
15 ſilla quæſt.quæ incip.quæro de quæſtione quotidiana Titius accuſatus vel inquiſitus.qui dicit allegando tex.in l. iij.§.ſi ad diem.ff.de re mil.quem tex.dicit eſſe notabilem ad hoc quòd ſi Titius confitetur occidiſſe Seium de more eſt vt detur ſibi terminus ad omnem ſuam defenſionē faciendam,& quomodo iſte talis ſic confitens reuocare poſſit ſuam confeſſionem iam factam coram iudice.adde quæ dicam infrà in ſeq.glo. Item adde inquantum do. Ange.hic allegauit Bal.in l.nouerint.C.de aboli.addatis quod error eſt quia illa l.nouerint.eſt in titu.vt intra cer. temp.&c. Item addatis ꝙ non eſt verum ꝙ Bal. in d.l. cum reis.dicat id ad quod allegat eum do.Ang.hic. Itē adde ꝙ dubito valde ne iſti doct. errauerint dum volunt ꝙ contra tales ratificantes & confitentes debeat dari ille terminus ad ſe defendendum, quia cum tales confitentes propter ſuam confeſſionem dicantur inducere quandam notorietatem ad quid danda eſt talis dilatio & talis termi nus. & ideo reperio Bald. notabiliter loquentem in iſto paſſu & aliter loquentem dicentem per text.in l. à proce-
10 dente.C.de dila.ibi in fin. † Vltimò ex iſto caſu collige ꝙ ſi aliquis eſt confeſſus maleficium, & petit non obſtante confeſſione terminum ad ſe defendēdum,quem iudex denegat,quia maleficium eſt notorium , ꝙ iudex ſtatim poteſt procedere ad condemnationem & executionē per quam interloquatur dilationem non dandam , tanquam petitam per calumniam. Vtile eſt ergo in talibus interloqui,& allegat etiam not.per Inno.in c.ad petitionem.extra de accuſ.Sali.ergo in d.l.ij.& ſequentes non recte loquuntur niſi ſaluando dicamus,ꝙ doctrina Bar.in d.l.cognituru.procedit quando conſtabat aliter de delicto quā per confeſſionē:& ideo in hoc reprehendo magis Ludo. Ro.quam aliū doct. qui omnium rerū ſingulariū profeſſus eſt habere memoriā qui Ro.ignorauit illā ſingularem doctrinam Bal.in d.l.à procedente.dum ipſe Ro.late po-
ſuit iſtam materiam in rubr.de arbi.in v.char. & maximè illum artic.an huiuſmodi defenſionibus poſſit renunciari: † qui dixit ꝙ ſi quis eſt inuentus in flagranti crimine, talis poteſt renunciare defenſionibus ſuis, quia poteſt de
12 facto puniri:allegat Bal.in l.vim.ff.de iuſti.& iur.† Item hoc fallit etiam in publico & famoſo latrone. alleg. Bald.
13 in l.prouinciarum.C.de fer.† Aliam & tertiam limitationem ibi tradit , & multa ibi allegat quæ parum eſſet hic tranſcribere:& facit mentionem de doctrina Bal.in l.j.C. qui accuſ.Et quomodo in hoc paſſu eſt altercatio inter Bar.d.l.cuſtodias.& Bal.in l.in pecuniariis.ff.de fer. Tene tamen menti pulchra verba quæ poſuit Ange.in l.ſed
14 ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau. dicit † ꝙ defenſionibus de præſenti competentibus quis bene poteſt renunciare generaliter in iudicio:habet enim notitiam cauſarum,vn de impuret ſibi auth.iubemus.C.de iudi. Et ſubdit ꝙ hac practica hodie vtuntur aſſeſſores cùm faciunt dānandos renunciare termino,adiuncta cauſa:ꝙ nullam defenſionē habent.Clamat enim Ange.ipſe contra tales & maximè exclamat, dicens ꝙ caueant ipſi aſſeſſores, ne ſupra ſe & filios eorū cōuertantur,ſi iniquè fecerint.per tex.in auth. in corpore , iuſiurandū. adde not. in l. ictus fuſtium.ff.de his qui not.infa.Adde in hac materia dicta Bal.in l.raptores.C.de epiſ.& cler.& Bald.in auth. habita. C.ne fil.pro pat.Bal.in l.ſi.C.de fer.Bal.in l.ſi accuſatoribus. ff.de accuſ.Bal. Ang.& Sali.in auth.iubemus.C.de iud.per Ange.in l.j.ff. de fur. & balnea.per Ro. in l.alia.§.eleganter. ff.ſolu.matr.per do.Abb.in c.ſi.de pact.in j.col.Bart.in c. j.in j.col.extrà de iudic.Bart.in l.Stichus. ff. de pœn.leg. Bal.in c.cum non ab homine.in ſi.de iud.Ioan.And.Pet. de Anch.Domi.de ſanc. Gemi. in c.cum C, laicus.extrà de foro compet.in vj.Bar.in l.qui vlti.in ſi. ff. de pœn.Et certè vltra omnes locutus eſt Ang.in hac materia in l. tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pac.in repe.ſua,in ij.colum. ibi eum omnino vide ſi vis habere veritatem iſtius paſſus:& vide quæ dixit Ro.in ſingul.ſuis cccxc. ij. anni,quod incip.licèt iudex procedere non poſſit. vbi dixit
15 † ꝙ iudex vt ſedet tumultum populi poteſt pendente dilatione facere executionem corporalem:vide doct.in l.ſi filio exhæredato.ff.de iniu. teſta. maximè Angel.& dixit do.Catal.in quæſt.cxcvij.in materia ſyndicatus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus in parte uel in toto,an poſsit ſuam confeſsionem reuocare.*

2 *Confeſsio in criminalibus perſeuerata,an reuocari poſsit.*

3 *Confeſsio iurata,an reuocari poſsit.*

Die xv. Decembris.



Omparent dicti inquiſiti,& quilibet eorum in termino defenſionis, & pro eorum defenſione produxerunt inſtrumentum pacis, & alia: quòd eſt in filza & infraſcriptos teſtes &c. Sunt tria aduertenda. Nam aut reus primò confeſſus fuit omnia,aut negat omnia,aut partim negat, & partim con
1 feſſus eſt,vt ſuprà dictum eſt in tribus glo. † quando confeſſus fuit in parte vel in totum,tunc in termino defenſo
2 rio poteſt confeſſionem ſuam reuocare vt erroneam [a] in prima inſtantia:& ſi eam in prima inſtantia non reuocauit poteſt eam in cauſa appellationis reuocare,& cautam reuocationis exprimere,vt not.glo.Bar.& Ang.in l.creditor.§.j.ff.de appel.& ibi Ange.not.Barto.in l.ij.C.quo. app.non reci.& not.Bal.in l.in minoribus. C. de his qui. vt ind.ſed Nicol.mata.& Bal.in l.fin.C.de probat.dicunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd talis reuocatio confessionis non potest apud acta fieri vt prosit reuocatio, si adsint alia indicia indubitata quæ iuncta cum confessione faciunt fidem iudici, nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria: quod debet esse notandum: sed Sali. ibi hoc exemplũ non placet præsupposito: quòd alia indicia per se non essent sufficientia ad condemnationem. Ratio est quia frustra essent leges, quæ reuocationem permittunt sine alicuius causæ probatione: dic vt ibi per Bal. & Sali. & sic vides q̃ Salic. tenet indistinctè quod suprà dixi, videlicet omnia su prodesse reuocare suam confessionem: & ita vidi practicari, sicut dicimus in ciuili quòd indistinctè potest cõfessio vt erronea reuocari: & reuocabitur probando rem se aliter habere: vt plenè not. Bar. in l. nõ fatetur. ff. de confes. & in criminali ad similitudinem ciuilium proceditur: vt l. absentem. ff. de pœ. igitur &c.

ADNOTATIO. a ℊVt erroneam, adde, & vide Roma. latè exordientem materiam in consi. cccxcj. Alexand. de Imol. in consi. xc, & in consi. cij. in j. volu. & in consi. cxx. xij. libr. & quomodo cognoscatur confessio erronea: vide Rapha. Cuma. in consi. xxvij. & consi. clx. & an confessio in criminali possit reuocari. vide Francis. de Aret. consi. cxlvij. & quando possit modificari confessio in criminali: vide Alex. in consi. j. in iij. volu. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde & considera, quòd Bal. in d. l. fi. C. de probat. expresè dicit q̃ licèt confessio iniciata non possit reuocari, tamen reuocatur probando contrarium, scilicet rẽ aliàs se habere: & ita etiam refert eum ibi Sali. † Item adde & limita non procedere in criminalibus vbi confessio fuisset perseuerata: quia talis confessio non potest reuocari: hoc fuit singulare verbum Spec. in titu. de confes. §. fi. versi. sed nunquid in criminalibus. & ipsum sequitur ibi Ioan. And. allegando q̃ Iaco. Baldui. & Alber. gal. idem voluerunt: & certè ista est mirabilis & noua decisio in ista materia & periculosa & corroboratur ista mirabilis doctrina per ea quæ latissimè dixi in l. j. ff. de lega. j. in addi. meis, vbi posui materiam quantum plus potest actus geminatus quàm actus simplex: & per ea quæ tradit Bar. in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. xj. qui dicit quòd licèt confessio facta per verba enunciatiua non præiudicet tamen si est confessio geminata præiudicabit. Item confirmatur per doctrinam Ioan. And. in titu. de dona. inter vir. & vxo. in rubr. qui voluit q̃ contra confessionem geminatam non potest opponi exceptio non numeratæ dotis. Sed aliàs audiui illustrem genitorem meum tenere cõtrariam partem: & in medium adducebat in indiuiduo doctrinam do. Anto. de But. in c. fina. extrà de confes. in xix. col. qui faciens mentionem de illa doctrina Spec. in d. §. fi. ibi do. Anto. de But. dicit q̃ pro dicto Spec. est glo. in terminis in c. ex literis. extrà de diuor. & q̃ per prædictam doctrinam datur ista regula, q̃ vbi confessio est deliberata: quia datus est terminus ad respondendum & ad liberandum, nunquam admittitur reuocatio confessionis: sed dicit ibi do. Anto. q̃ putat q̃ in criminali admittatur reuocatio nisi iurauerit plenam dicere veritatem circa inquisita: quia non posset tanquàm ostendens se periurum admitti ad reuocationem ad excusationem bene admitteretur: vt in c. dilecti. extrà de accus. duntamen esset talis excusatio quæ in toto non perimeret confessionem quò ad factum, vt ibi not. & vbi deliberatè quis confitetur, licèt difficilius admittatur: admittitur tamen sed cum maiori cognitione: & ad hoc allegat Ioan. And. in c. cùm in positionibus. de iureiur. lib. vj. in nouel. Quinimo fortius ibi dixit domi. Anto. de But. q̃ fortè posset dici q̃ dato q̃ iurauerit plenam dicere veritatem, posset illam reuocare: quia iurat plenam dicere veritatem de eo quod scit: si ergo probabili errore facti deceptus sit in eo quod confitetur ex hoc, non est periurus iurans falsum. Non obst. d. c. dilecti. quia dicit ibi quòd illa non probabat errorem probabilem: & certè ista sunt menti tenenda: quia cõmuniter isti malefactores confitentur dato primo sibi iuramẽto per officiales: & vide doct. maxime do. Anto. de Butr. & Abb. in d. c. dilecti. an ista confessio iurata possit reuocari, adde quæ infrà allegabo. Adde not. per Bal. in l. j. C. de confes. in pen. col. quomodo isti malefactores reuocãt confessionem suam ne subiãciantur tormentis quando coram alio iudice confessi sunt. Ego non dubito quòd semper confessio potest reuocari probando contrarium, loquor in criminalibus. quia ad defensam semper probationes & quandocunque debent recipi ne innocens indebitè puniatur, per l. diui fratres. ff. de pœn. etiam si sententia esset lata. Intelligo prædicta dummodo calumnioſè ista non fiant, per ea quæ not. Bal. in l. procedente. C. de dila.

3 † An autem confessio iurata possit reuocari. Adde Rom. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. in xxj. fallen. & domi. Anto. in c. cùm dilectus. de succes. abinteſt. in pen. col. & Bar. in l. eum quis decedens. §. cum quis codicillis. ff. de leg. iij. Ange. in auth. de iureiur. à mori. præsti. circa fin. & Bal. in l. cùm parem. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Domini. de sancto Gemi. in c. fi. de iureiuran. lib. vj. Imo. vltra oẽs ponit in repeti. c. cùm contingat. de iureiur. in xxxj. char. Bal. in l. si creditoris. C. de fideicom. & Bald. in rub. C. res inter alios acta, in vlti. col. Bal. in l. rationes. in ij. col. C. de proba. & Bal. in auth. quod obtinet. C. eod.

4 Instrumenti pacis productio quando fieri ualeat.

4 Ange. † Item potest producere instrumentum pacis si statuto cauetur quòd propter pacem minoretur pœna siue sit habita pax ab offenso siue à patrefa. quando filiuſſa. est offensus, quoniam de iniuria filiosa. illata pater eius potest facere pacem: vt not. Bart. in l. in personam. in princip. ff. de pact. & est tex. & ibi Bart. in l. sed si vnius. §. filius. ff. de iniur.

Augusti. Adde quod infrà dicam.

5 Instrumenti pacis uulnerum tantùm productio, an sibi prosit, si ex dictis uulneribus mors fuerit secuta.

5 Ange. † Quid autem si producit instrumentum pacis, & de vulneribus tantùm: & tamen ex dictis vulneribus secuta est mors, an sibi prosit. Bart. in l. damni. §. fabini. ff. de dam. infec. dicit aut est remissa actio iniuriarum: & non videtur facta pax de morte: vt l. si duo patroni. §. Iul. ff. de iniur. aut remisit iniuriam, & tunc aut vulnus erat lætale, omnia remissa videntur: vt d. §. fabini. aut prima facie non erat lætale, & mors non videtur remissa: vt l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Intellige tamen quãdo verè mortale erat: aliàs si ex alia causa mors sequeretur non teneretur: vt l. qui occidit. in fi. ff. ad leg. Aquil. quia tunc magis ex sui culpa quam ex vulnere dicitur mortuus: vt d. l. item vulneratus. & l. idem iuris. & ad hoc singulariter vide Bal. in c. j. quib. mod. feu. amit.

Augusti. Adde tamen q̃ inquantùm s. dictũ est q̃ pater potest remittere iniuriam factam filio. Limita duobus modis: primò, dummodo illa iniuria facta filiosa. sit facta à quodam extraneo: secus si à persona coniuncta: quia pater illam iniuriam non remittit: hoc est singulare verbum Bar. per illum tex. in l. Lucius. ff. solu. mat. & ibi etiam Ro. sequitur: & Roma. in singula. suis singu. lx. & vide Moder. in d. l. Lucius. & quod ibi dixi.

Item adde aliam limitationem, si dicta iniuria etiam sit facta ab extraneo, ad hoc vt pater remittat illam iniuriã, opus est q̃ pater non sit vilis persona: per tex. & ibi Bart. in d. l. sed si vnius. §. filiosa. & an producto instrumento pacis de vulneribus videtur pax remissa de morte. Ad hæc etiam vide dicta Bar. & Moder. in l. fideiussor magistratus. ff. de fideiuss. & vide Moder. in d. §. Sabini.

6 Productio pacis à defuncto si statutum dicat quòd debet habere pacem ab hærede, an sibi prosit.

6 Ange. † Quid si producit pacem à defuncto, & statutum dicit q̃ debeat habere pacem ab hærede, an sibi prosit. Bar. not. in dicto §. fabini. & dicit quòd videtur q̃ idem sit cum aliàs dicatur quòd qui habet aliquid à defuncto dicatur habere ab eius hærede: vt l. tale pactum.

pactum. ff. de probat. Sed contrarium determinat Bar. ibi, quia fauore hæredis hoc est introductum. Igitur testator non potest remittere. l. pe. vt in pos. lega. quia ex hoc quis inuitaretur ad delinquendum, cùm vulneratus expectãs mortem de proximo de facili faceret pacem: vt dicit Bar. in d. §. fabini. q̃ est tenendum. secundùm Imol. ibi: licèt Bal. in l. ij. C. de libe. & eo. libe. teneat cõtrarium & male.

Augusti. Tu in hac materia adde q̃ Imol. latè posuit istam materiam in l. iiij. §. cato. in fi. ff. de verb. oblig. & ibi facit mentionem de ista altercatione inter Barto. & Bal. & tandem reprobata opi. Bal. sequitur Bar. & idem dixit Imo. in d. §. fabini. sed Sali. latissimè disputans istam materiam in d. l. ij. C. de libe. & eo. libe. sequitur Bal. contra Bart. & vide in hac materia bonũ tex. in l. si ego. §. j. ff. de iur. do. quoniam ad istud propositũ allegauit Bal. in l. j. C. com. de leg. in fi. ibi. Sed pone testator qui tex. videtur velle innuere quòd necessariũ est hæredem sequi voluntatẽ defuncti: non recederem ab opin. Bar. quã sequitur Ro. in d. §. fabini. & eam probat per bonas rationes: & ibi dicit q̃ istam partem doct. sequuntur.

7 Statuto dicente quòd habeat pacem ab hæredibus, si sunt plures hæredes & offendens habeat pacem ab uno tantùm, quid erit dicendum.

7 Ange. † Quid autem si statutum dicit q̃ habeat pacem ab hæredibus & sint plures offensi, & ipse habuit pacem ab vno tantum. not. doc. in l. ij. C. de libe. & eo. lib. ibi dicunt per illam gl. q̃ fuit Bononiæ consultũ q̃ non valeat: nec tali producenti talis pax sibi prodest, quia omnes hæredes insolidũ sunt offensi: igitur nõ sufficit pax ab vno facta. Bar. in l. eadem. §. cato. in fi. ff. de verb. oblig. dicit q̃ stari debet maiori parti. vt l. fin. C. qui bo. ce. pol. & sic nomen hæredis est nomen distributiuũ: vnde in distributiuis q̃ facit maior pars ab omnibus factũ videtur. Bal. autem in d. l. ij. dicit q̃ debẽt attendi verba statuti. Nam aut loquitur in singulari aut plurali. Primo casu si in singulari sufficit si ab vno hærede sit bona fide facta: vt l. furti. §. qui pactũ. ff. de insa. Secũdo casu aut in plurali, & tũc omnes collectiuè debent facere pacem, aliàs non prodest reo. Ang. verò in d. §. cato. dicit aut statutum totaliter pœnã remittit, & tũc omniũ consensus requiritur: vt l. per fundum. ff. de ser. rust. præd. & ibi vide Flo. circa fi. Nec ob. l. maiorem. ff. de pac. quã Bar. allegat quia loquitur in casu quando pars & non totũ remittitur. Si verò statutũ loquitur q̃ propter pacẽ minoretur pœna, tunc tenet opin. Bar. cum tribus limitationibus. Primò si vnus fecit pacem corã aliis contradicentibus: quia illi alij videntur consentire: vt l. consilio. §. fi. ff. de cur. fur. Secundò nisi in numero illius maioris partis sit fœmina, quia illa vox non debet attendi vt augeat numerum: quoniam fœmina non dicitur leuare faidã: vt not. glo. c. j. an muli. vel ali. imper. c. j. col. x. & qui feu. da. pos. c. j. §. hic autem. in fi. gl. magnæ. Tertiò limita nisi in numero maioris partis essent consanguinei occisi in alia parte, essent hæredes extranei: quia consanguineorum vox prægualet: vt l. si cui. §. j. ff. de accu. & l. iij. ff. de libe. cau. & per hanc opin. sequitur Imo. in d. §. cato. & Ro. ibi: de hoc vide etiam per Flo. in d. l. per fundum. ff. de serui. rust. præd. in d. l. ij. C. de lib. & eo. liber. vide Ange. & latius Bal. in l. j. ff. de pactis. sed in dubio quando statutũ dicit q̃ habeat pacem ab hærede intelligitur de filio ad quem principaliter spectat vindicta: ita dicit Bar. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hære. & in l. si filius qui patri. de vulg. & pupilla.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde q̃ Pet. de Anch. in d. c. ij. extrà de iure pat. tenuit opi. Bar. in d. §. cato. & idem facit Bal. in c. cùm omnes. extrà de consti. in ij. char. & ad idem allego Bal. in l. cum inter. C. de fideicom. lib. Sed ibi limitat opi. Bart. q̃ verũ est q̃ sufficit habere pacem à maiori parte hæredum, & non ab vno, nisi ille vnus fuerit magis idoneus, quia masculus, & alter fœmina: sed quòd vnus hæres solus possit facere pacem: tenuerunt Cyn. in l. j. §. fi. ff. de acqui. hæred. & Bal. in l. j. ff. de pact. cum limitatione, de qua ibi per eũ. Ange. verò & Paul. de Cast. in d. §. cato. dicunt quòd de equitate approbant opin. Barto. aliàs non. Et de materia vide per Guliel. Ange. & Bald. in l. & seruum. §. hodie. ff. de pactis. & vide Imo. Roma. & Rapha. multum subtilizantes in ista materia iura quæ allegantur pro & contra in ista materia: sed latissimè vide Alber. de Ros. ponentẽ in ista materia & latè disputantem in iij. parte statuto q. xxviij. & breuiter ibi concludit q̃ sufficit habere pacem ab vno, cũ hoc sit quid indiuiduũ: & ibi refert Dy. & Oldra. ita tenuisse in ista materia: & allegat Raph. dixisse in ista materia quòd pro ista parte ita fuit iudicatum. Gand. verò in tracta. malefic. sub rubri. an pax facta de vulnere videatur facta de morte. in versic. sed pone statuto caueri quòd si bannitus habuit pacem à defuncto vel eius hærede. tenet q̃ omnes debent consentire, & non sufficit habere pacem ab vno hærede. Et miror quia dicit q̃ Dy. hoc voluit: & Sali. multum eleganter loquitur in d. l. ij. de libe. & eo. libe. vbi optimè probat istam partem: & hæc affirmauit Bal. in l. fi. C. de auto. præst. & vide Alber. de Ros. in iij. parte statuto q. xj. & vide Imo. & Rom. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hæred. Item inquantùm suprà cõclusum est q̃ propter vocem Fœmina non dicitur maior pars: quia fœmina non potest leuare inimicitiam. Addatis quòd Bal. in l. Titia. §. Lucius. ff. de lega. ij. & Bal. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acquir. hære. dicit q̃ illa opi. glo. est falsa: quia illa glos. loquitur secundum consuetudinem Lombardię, secus in alijs locis. Secundò quia permissum est mulieri q̃ vindictam iniuriæ alienæ faciet. l. sororem. cum simil. C. de his quib. vt indig. & idem facit Roma. in dicto §. cato. & isti allegant pro ista parte tex. in l. iij. §. pro hibuisse. ff. ad Sillania. vbi ancillæ sicut seruo permittitur defensio pro domino: & idem dixit Roma. in d. §. prohibuisse. Reliqua dicatis vt latissimè vltra omnes Moder. dixi in addit. meis, in d. §. cato. quem. §. solenniter legi in xxvj. anno ætatis meæ: & an fœmina possit reddere pacem, vide omnino Ange. in consi. cclxxxvj. quod incipiso facto & statuto. & in consi. suo lxxv. incipien. ex the mate præsumpto duo oriuntur dubia: & materiam istam pacis latè posuit domi. Nel. in tracta. bannitorum, in iij. parte secundi temporis, an pluribus quæstionibus, ibi vide: & maximè in quæst. xlix.

8 Statuto dicente quòd habeat pacem à filijs occisi, an sufficiat habere à spurijs.

8 Ange. † Quid si statuto dicitur quòd habeat pacem à filijs occisi, an sufficiat habere à spurijs: videtur quòd sic: quia sonat in naturalitate: vt l. tutelas. ff. de capi. dimi. ergo videtur quòd sufficit quòd spurius faciat pacem: & hoc videtur expresè tenere Cyn. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. & Bart. in l. ij. ff. de accusa. & l. tutelas. ff. de capi. dimi. & in l. prouinciato. §. familiæ. ff. de verbo. signifi. Sed contrarium videtur, quia spurius non est nominandus filius: vt in authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. & ibi Barto. & intantum quod à patre non est alendus nec aliquid participium haberet cũ patre de iure ciuili, vt ibi habetur, & in dicta authen. & in corpore, vnde sumitur: facit authen. licet. C. de natu. liber. & in cap. per venerabilem. qui filij sint legi. ergo non comprehenditur à statuto quòd est ius ciuile municipale: vt l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & sic statutum non restringitur vt spurium comprehendat: vt l. lege Iulia. §. j. ff. de ritu nup. & sic statutum recipit interpretationem passiuam de habilitate l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mun. & hono. confirmatur hoc, quia ad hæredem spectat vindicta occisi. l. j. & l. hæredes. ff. de his quib. vt indig. vnde statutum quod dicit de filio, intelligitur de filio qui sit vel esse possit hæres ad quem spectat vindicta, & per consequens pacem facere: vnde posito quòd ex mente dicti statuti cum loquitur de filio, simpliciter posset etiam intelligi de filio naturali tantum: & ita loquatur opin. Barto. & iura sua, tandem non potest intelligi in spurio, vt dictum est: facit glos. in l. quia mater. ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de in ius voc.& not.plenè Imo. in L ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.& ad iura Bar.patet responsio per notata per glo.in clem.j.de baptis.& ita consuluit Franc.de rampo.& Salic.& plures alij doct.in consi.quod incip.su per primo dubio,videlicet,an filius spurius &c.

Augusti. Tu autem in hac materia considera, quia pro decisione huius quæstionis videnda essent dicta Bal. in c. naturales. si de feudo defunctorum.ver.fue.& Bal.in l.ius ciuile.ff.de iustit. & iure.& Bal.in l.parentes.ff.de in ius vocan.& Bal. in l.generaliter.§.autem.C.de insti.& substi. & Bald. in l.j.§.domini.ff.ad Silla.& Bal.& doc.in l.lucius.§.fi.ff.de leg.ij.& Bal. in rubr.C.qui accusa.non pos.& Bar. in l.hos accusare.§. omnibus.ff.de accu.& Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cler.vbi allegat Dy.consuluisse q spurij dicuntur coniunctæ personæ:& Moder. in c.in his.de fil. præsby. & latissimè per Moder.in c.nonnulli.extrà de rescrip.

9 *Inquisitio sit contra Titium, opponitur quòd est clericus uel aliquid aliud, cuius cognitio ad iudicem laicum non spectat: quid erit faciendum.*

10 *Clericum se fecit Titius in fraudem delicti commissi,an illud patrocinabitur ei:& dato quòd non: iudex tamen laico non faciet ipso facto executionem contra eum.*

9 **Ange.** † Quid autem si opponitur q ipse inquisitus est clericus vel aliquid aliud,cuius cognitio ad iudicem secularem non spectat quid erit[a]. Respondeo interim morabitur in carceribus sub iudicis secularis custodia,si erat tale delictum,propter quod poterat detineri, vel si erat fideiussoribus relaxandus manebunt adhuc fideiussores obligati:& interim iudex laicus supersedebit donec talis causa incidens fuerit per iudicem ecclesiasticum terminata:vt not.Inno.in c.vt famæ.de senten. excom.& facit quod not.Bal.in l.addictos.C.de epis.audien.† Aduertas q si fecit se clericum in fraudem delicti commissi,an sibi patrocinetur:vide Io. And.[b] & doct.in c.j.de oblig.ad rat.& Bar.in l.j.ff.de pœ.& Bal.& Sali.in l.officiales.C.de epis.& cler.Sed etiam si non patrocinetur tamen iudex secularis non potest contra eum ipso facto facere executionem in ipsum ipso facto:ita not.Bald. in auth.causa quæ cum monacho.C.de episco.& cleri.& Dy.& Barto.in d.l.j.

a Quid erit.adde

10 b ¶Ioan.And.vide eundem in quadam quæstio. quam reperies in fi.fol.in tract.Bonifa.de Vitalinis j.fol.

Augusti. Tu autem in hac materia adde pulchra verba Petr.de Anch.in repetitione regulæ,ea quæ.extra de regu.iur.in xij.q.princ. & vide in terminis doct.maximè Domi.de sancto Gemi. in c.j.de cle. coniug.in §.fi.in fi.qui not.loquitur qui tenet q ille detentus non debet remitti ad iudicem ecclesiasticum: sed iudex ecclesiasticus debet pronunciare an ille sit clericus vel non:& gaudeat priuilegio clericali:& interim supersedebitur per iudicem laicum:& allegat do. de Rota hoc idem voluisse:& certè reperi do.de Rota in sua decisione ccxiij.qui notabiliter loquuntur.Et de materia vide Pet. de Ancha.not.in sua disputa. quæ incip. laicus quidam. & do.Abb.in c.at si clerici.de iudi.& do.Cardi.in c.perpẽ dimus.de sen.excom.& Cald.in consiliis suis. Item de de eo qui post delictum facit se clericum: vide per Ioan. And.in addi.Spec.in titu.de reo.in princ. per do. Ant.de Bu.in c.proposuisti.extrà de fo.compe.qui multa allegat per Bal.in l.fi.ff.de pœ.per legistas in l.pe.ff.de noxa.post Barto.plenè per Pet.de Ancha,in repetitione regulæ, ea quæ.in xij.q.principali:per Moder.in l.non solùm.§.fi.ff. de excu.tuto.post Barto.per Bal. in l.cum quædam.ff.de iurisdi.om.iudic.ibi latè per Moder.bene faciunt no. per Bald. in l. si crimen. C.de ordi.cogni.qui ponit de eo qui post citationem de se facit se clericum: & vltra supra allegata vide Bal.in l:si quis decurio.C.de fal.per do.Bart. in dicta l.j.ff.de pœ.per Bal.in l.j.C.an ser.ex suo fac.per Ange.in l.si quis postea.ff.de iudi.per Moder.latè in l.cũ quædam puella.ff.de iurisd.om.iudic.Albe.de Rosa.in j. parte statutorum.quæstio.xlj.

11 *Fure dicente quòd subtraxit rem Titio putando illum esse permissurum: quid erit dicendum.*

12 *Fur an liberabitur si compareat dominus pro suo interesse:& furem excusando dicat illud fuisse factum sua uoluntate.*

11 **Ange.** † Quid si fur dicat q quando rem subtraxit Titio putauit sibi dominum permissurũ. Respondeo non creditur ei, cum furari sit de genere prohibitorum,& nemo creditur consentire nisi expresse probetur consensus: vt l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.nisi ex aliquibus coniecturis[c] id probet:vtputà quia dominus cõmodauit equum vsq ad villam,credere potuit q etiã pro longiori via concederet:vnde excusatur iuxta not.per gl. in §.placuit.instit.de obli.quę ex quasi delic.nasc.ita determinat Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt. † Quid si comparet dominus pro suo interesse & furem excutiendo dicens illud factum fuisse sua voluntate: an propter hoc reus liberetur.Barto.in d.§.rectè.dicit q in dubio talis cõfessio domini non præiudicat[d] reipublicæ, quin reus ad vindictam publicam puniatur.argu.not.in l.ij.§.fi.ff.si ex noxa.cau.aga.nisi appareant aliqua indicia de suo cõsensu,vt quia erat consanguineus vel amicus valde, & erat res parua,vel erat cõsuetus talia cõcedere.arg.l.si seruus. ff.de dona.inter vir.& vxo.aliàs de facili multi fures possent euadere contra ius:& istam opin.sequitur Bald.in l. transigere.C.de transac.

c ¶Coniecturis.Adde Fulg.in consi.cccxc.Ber.

d ¶Præiudicat.adde Roma.in consi.cccccvj.& Alex.de Imo.in consilio j.in iij.volu.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Bal.in l.falsus. C. de fur.in iij.colũ. qui dixit q verum est q non creditur domino rei subtractæ q de consensu suo fur commiserit furtum: tamen limitat hoc non procedere nisi vltra assertionem domini iuramentum interuenerit,quia tunc creditur ei:& ibi vide Bal.allegantem bona iura: & dixit Ange. in l.qui vas.§. vetare.ff.de fur.quòd si furtum est commissum personæ cui erat gloria ignoscendi, quòd excusatur fur qui dicit quòd fecit furtum credens dominum permissurum: allegat Iaco.de Aret.ita voluisse in l.si hoc genus.C.de epis. & cler.Sed Ange.in d.§.rectè.dicit quòd de facto hoc nõ obseruatur.Et inquantùm dictum est quòd si fur est persona coniuncta vel aliàs habet amicitiam cum domino rei subtractæ & dominus confitetur quòd de consensu suo furtum est factum, quòd releuatur isto casu fur à pœna furti. Adde quòd hoc idem affirmauerunt canonistæ,maximè do.Abb.in c.dudum.el ij.extrà de electio. Et idem do.Abb.post doct.in c.j.extrà de præsumpt. qui faciunt mentionem de doctrina Barto. in hac materia in dicto.§.rectè.& vide Bal.in dicta l.falsus.& Sali. & Moder.in d.l.transigere. & dicit Ange. in d.§.rectè.q omnia ista relinquũtur arbitrio iudicis,& bene per l.ait prætor. ff.de iure deliber.

13 *Inquisitus si compareat & dicat,potuit impunè occidere,quia erat bannitus: quid erit dicendum.*

13 **Ange.** † Quid si dicat q potuit impunè occidere quia ille erat bannitus.Respondeo q non tãtum inquisitus potest hoc facere deducere & allegare per se,sed etiã quilibet vt tanquã vnus de populo potest hoc facere & comparere coram iudice,& ostendere & producere bannum illius occisi, & allegare statutũ quo potuit impunè occidi,& statim accusatio vel inquisitio non recipitur,nec super ea proceditur: & sic talis exceptio valet, videlicet q ille potuit impunè occidi si opponitur ad processum:ita dicit Bart.in l.si seruus. C. de his qui ad eccle.

confug.&

confug.& etiam quamprimum iudici constiterit de dicto banno,statim iudex potest circunducere dictum processum contra occisorem: quia sibi constat notoriè q illud delictum est impunibile: ita notabiliter dicit Barto.in l. vbi pactum.C.de transactio.& in l.penul.§.ad crimen.ff. de publi.iudic.versicu. quæro procurator habens mandatum &c.& ibi Imo.& dominus Franciscus de Albergo-
e tis de Aretio in l.iij. C. de accusationib. quod perpetuò[e] not.quia isto modo vidi multos defendi, nec est opus q homicida compareat vel procuratorem siue defensorem constituat, sed vnus vt quilibet de populo compareat & prædicta alleget & bannum producat occisi pro suo & dicti populi interesse, & ita Bononiæ vnum amicissimum meum euasi.

e ¶Quod perpetuò not.adde tu & vide Pau.de Cast. in cõsi.xxxiij. in primo impressis.vbi voluit quòd stante statuto quòd cõtumax habeatur pro confesso: & occidens bannitum patiatur se poni in banno propter contumaciam,quòd tamen potest comparere & allegare quòd occidit bannitum,quia non negat crimen,sed qualificat.Bernar.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q Iac. de But.tenet contrarium in l.decuriones. C.ex quibus causis infa.irroga.Et ibi hoc ponderat Bal. sed verior videtur opinio Bar.vt patet ibi ex notatis per Bal.& istam partem sequitur Ang.& Sali.Fulg.& Paul. de Cast.& Moder.in dicta l.vbi pactum.& vide not. per Cyn.in l.reos.in vj.quæstio.C.de accusa.& ibi per Bald. in xiij.colum. & Bald. in c.j.§.iniuria. de pace iuramen. firman.per Bal.ibi in ij.colum. C. quomodo & quando iudex.& per Bal.in l.j. §. Offilius.ff.ne quis eũ qui in ius vocatus est vi eximat.bene faciunt notata per Bald. in l. planè.ff.de petitione hæredita.& Imo.in l.fin.ff. à quibus appellare non licet.in xxj.colum. & Richar. malumbræ in l.filius familias.§.inuitus.ff.de procurat. & Francis.de Aret.in dicta l.reos.

14 *Reus si compareat & dicat occisum fuisse bannitum,sed quòd uariatum fuit nomen banni & inquisitionis.*

14 **Ange.** † Quid si dicat occisum bannitum fuisse sed variatum est nomen banni & inquisitio-
a nis.Respondeo quòd debent fieri articuli de identitate[a] personæ:vt notat Bartolus in l.j.C.si vnus ex pluribus.& in l.demonstratio.in fine princip.ff.de condi.& demonst. quod bene not.

a Identitate.adde ad hoc bene facere no.per Alex.in consi.lxxiij.in iij.volu.& quod voluit Pau.de Cast. in consil.cclxviij.in secundo impressis,Ber.

Augusti. Tu adde quę dixi in dicta l.demonstratio.in fin. & bene faciunt ea quæ dixi in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.

15 *Inquisitio si fiat contra filium de parricidio: & opponatur quòd pater erat bannitus,an potuit ipsum impunè occidere.*

15 **Ange.** † Quid si inquiritur contra filium de parricidio: opponitur q pater erat bannitus: an
b potuit ipsum impunè occidere:dic q sic[b]:vt l.minimè.ff. de reli.& sum.fu.nam pater est effectus hostis patriæ: & sic patriã potestatẽ perdiderat:vt l.postliminium. §. filius. ff.de cap.dimi.& ibi hoc dicit Barto.& in l.si adulterium. §.fi.ff.de adul.

b ¶Quòd sic. Adde quòd hoc idem tenet Abb.in consi.ciiij.& Ang. in consi.ccxxiij.Ber.

Augusti. Adde glo.xxiij.q.iij.c.fortitudo. Adde tamen quòd gl.in l.minimè.ff.de religiosis & sum.fune. videtur velle q tunc licet filio occidere patrem quando se defendendo filius hoc facit aliàs secus licèt Bar.ibi hoc non dicat:& alij doct. & doctrinã Bart. in d.§.liberto.approbant docto.maximè Ro. in l.quãuis. cum l.seq.ff.solu.mat.& Sali.in l.j. C. de his qui parentes occiderunt:ibi hoc disputat: tandem nihil decidendo remittit se ad notata per ipsum in repetitione legis primæ. C.de hæredi.instit. Adde tamen q contrarium tenuerunt antiqui Gandi,in tractatu maleficiorum sub rub. de bannitis pro maleficio.& Alber.de Rosa.in iiij. parte statutorum.q.vj.& in iiij.parte statutorum.q.xxvij.& ibi allegat antiquos tenentes istam partem.

16 *Reo opponente quòd aliàs fuit inquisitus de eodem crimine: an exceptio erit peremptoria uel dilatoria.*

16 **Ange.** † Quid si opponitur q aliàs de hoc crimine fuit inquisitus an talis exceptio sit peremptoria vel dilatoria.glo.in j.fol.& ibi Bart.in l.senatus.ff. de accu.dicunt q talis exceptio est dilatoria:& sic processum impedit & ad processum debet opponi: vt est casus in d.l.senatus.dic vt ibi plene per Barto.

Augusti. Tu adde quòd Angel. alio & diuerso modo locutus est in l. qui de crimine.C. de accusa.qui dixit per illum tex.q hæc exceptio est peremptoria:nihilominus impedit litis ingressum: licet Ange.in d.l.senatus multum magnificiat.& sequitur doctrinam Bart.ibi. Addatis q cũ Bart.tenet practicus Papien. in forma inquisitionis in glo.Hæc est quædam &c. in iij. col.versi.præterea quæritur. refert & sequitur Fely. in c. exceptionẽ.de excep.col.xiij.versi. idem dic de exceptione sui,aliàs & col.xiij.versi.& ista excep.sui aliàs &c.

17 *Interfector si dicat quòd occisus erat fur nocturnus: & quòd aliter res suas uel personam suam defendere non poterat:an sit absoluendus.*

18 *Furem posse interfici: de quo fure intelligi debeat.*

17 **Ange.** † Quid si interficiens dicat quod occisus erat fur nocturnus,& q aliter non poterat vel res suas vel personam defendere:an talis reus sit absoluẽdus,dic q sic:quia speciale est in fure nocturno q propter res posset quis hominẽ occidere.ita dicit Bar. in l.mulierem.§.j.ff.de sica.& Floria.in l.itaq.ff.ad leg.Aquil.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba Angeli quæ posuit in l.j.C. vnde vi.qui dicit q verum est q possum occidere furem nocturnum dummodo res subtracta sit non paruæ æstimationis, secus si vilis quia isto casu non possum occidere furem nocturnum:& hæc dicit relinquenda arbitrio iudicis:& ponit exemplum de doctore cui subtractus fuit codex suus,in quo studuerat & aliqua ponit ibi circa intellectum.l.furem nocturnum.ff.ad leg.Corn. de sica. & hoc idem quod dixit Ang. voluit Bald.in l.j.C.loca.in j. col. Mathesila.in suis notabi. dictis. cxxxv. & ibi dicit q
18 res vilis potest esse illa quę est à duobus aureis infra.† Et an prædicta habeant locum in fure nocturno tantùm qui non poterat cognosci,& se defendebat vel se non defendebat cum telo vel in illo qui occidebat furem nocturnũ qui non clamabat à ladri,à ladri:vel etiam in fure diurno qui cognoscebatur vel non cognoscebatur:vel si cognoscebatur tamen erat in actu fugiendi & asportandi res extra territorium:& quid in clericis an prædicta habeant locum & an de iure canonico prædicta procedant. De materia vide per canonistas:maxime per domi.Abbatem in c.ij.& in c.si perfodiens.extrà de homi. & late per Ange.& Sali.qui multa allegant contra communẽ sententiã in l.si vt allegas.C.ad leg.Cor.de sica.& eleganter loquitur Salic.in l.quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi publi. vide per Paul. de Cast. in consiliis suis, consilio exc.qui ponit de fure diurno qui cum telo se defendebat. & per canonistas in c.olim.extra de restit.spol.maximè per do. Anto.de But.in xvij col. qui tractat etiam de intellectu d.l.furem nocturnum.

19 *Inquirentis personæ quæ exceptio opponi ualeat.*

19 **Ange.** † Quid si contra personã inquirentis excipiat,dic q omnis exceptio quę regulariter po
c test opponi contra accusatorem:vt quia est sibi inimicus potest opponi regulariter cõtra inquirentem[c]:vt c.diuersis.& quod ibi not.de cle.coniuga.ita dicit Bar. in l.ij.§.si publico.ff.de adulte.in versicu.quæro vtrum contra iudicẽ &c.Et dic omnino vt dixi supra in glo. hæc est quædã

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquisitio &c. in versi. quintò principaliter. & in versicu. seq. vbi plenius videbis, & dicetur infra in glo. super verbo, iudex statuit terminum &c.

c ¶Inquirente. Adde tu Alex. de Imo. in consi. cxxvij. in ij. volu. vbi quòd etiam contra iudicem inquirentem nõ potest opponi quòd non possit recipere testes minores. Ber.

Augusti. Adde hic quæ supra dicta sunt in dicto verbo, hæc est quædam inquisitio in dictis verisculis.

30 *Testibus de falso accusatis ex quibus reus conuictus est an differatur sententia condemnatoria, contra inquisitum.*

20 **Ange.** †Quid si dicat testes ex quibus conuictus est falsos & eos de falso accusset, an differetur sententia condemnatoria contra inquisitum Cy. in l. j. C. qui aceu. non pos. secundùm Richar. malum. dicit q̃ non: vnde cautela est q̃ accusentur testes & producens de falso ad hoc vt differatur sententia condemnatoria: quia si testes conuincentur de falso clarum est q̃ inquisitus non commisit illud delictum: vt d. l. j. sed vt refert Sali. in d. l. si docueris. C. de fal. plures doct. Bononiæ consuluerunt q̃ etiam ex sola testium accusatione differetur condemnatoria: quia si sententia esset per falsos testes lata retractaretur: vt l. iij. C. si ex fal. instru. Cautius tamen est vtrunq; accusare: quæ omnia singulariter not. ad impediendum condemnatoriam. Sed Bal. in l. j. C. de quæstio. per glos. ibi limitat singulariter hoc verum si accusantur testes necessarij ad probationem: secus si aliqui sunt vltra debitum numerum illorum qui probarent: quia propter aliorum accusationem processus neq; ciuilis neq; criminalis retardaretur, quod not.

a **Augusti.** Tu autem in hac materia, adde quòd miror q̃ iste doctor non alleget Barto. in terminis in l. si testamentum. ff. de peti. hęred. in fi. qui expresse dicit vel q̃ opus est q̃ accusentur testes & producens ipsos, vel q̃ opus est q̃ excipiatur de falso ad hoc vt superledeatur in principali causa. & ideo vide Bal. not. loquentem in l. j. C. qui accus. in fi. qui eleganter loquitur. Sed vltra omnes loquutus est amplissime in isto passu Alber. de Rosa. in l. j. C. si ex fal. instru. & plenius ipse Alberi. in prima parte statutorum. q. lxiij. quæ incipit, modo subijcio quæstionem disputatam per do. Richar. Limita tamen prædicta secundùm quod eleganter limitabat Bal. in l. j. C. quomodo & quando iud. versi. modo quæro. qui dicit, q̃ licet aliàs essemus in casu in quo propter quæstionem falsi supersederetur in causa principali: tamen hoc non militaret: vbi essent diuersæ iurisdictiones iudicum diuersi fori qui prætendunt iurisdictionem æqualiter: & ibi dat pulchrum exemplum ibi vide. Et allegat Federicum de Senis ita consuluisse. Adde Pet. de Anch. in cõsi. suo lxj. dicẽtem q̃ causa homicidij est differenda si testes accusantur de falso.

ADNOTATIO. a ¶Tu autem. Adde circa hoc & vide Abba. in consi. xvj. in ij. volu. & Pet. de Anch. in consi. lxj. Ber.

21 *Reo dicente quòd commisit tale delictum dormiens: an excusabitur.*

21 **Ange.** †Quid si dicat & probat q̃ ipse dormiens cõmisit tale delictũ, an excusabitur. Respondeo aut sciebat q̃ ille erat suus mos, q̃ ipse dormiẽs alios percutiebat, & tunc quia nõ precauerit q̃ solus dormiret tenetur: quia fuit in culpa. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. Si
b autẽ non erat mos suus dormiens habetur vt furiosus[b] & excusatur: vt l. j. §. j. ff. de acquir. pos. ita dicit Bar. in l. fina. ff. de parri. Flori. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad leg. Aquil. Pet. de Anch. in clemen. j. de homic.

b ¶Vt furiosus. Adde de hoc & vide Alexand. in consi. clxx. in ij. volu. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde Guil. de Cu. in l. diuus. ff. de offic. præsi. & vide Bal. in l. j. C. vnde vi. in repe. circa fi. & Cardi. & Imol. in d. cle. j. de homi. qui referunt q̃ Laud. dicebat q̃ cũ esset in ciuitate Perusij in ecclesia sancti Benedicti quidã eius socius Anglicus surrexit & armauit se de nocte dormiẽs & iuit ad fluuiũ & interfecit quendã puerũ & quasi ego hoc non credebam nisi vidissem. Bar. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. qui dicit q̃ semel fuit quidam Pisanus qui se armabat de nocte dormiens & ibat per ciuitatem cantando. Aduertas quia credo q̃ ista sunt somnia nam impossibile est q̃ ille qui non videt: vt est dormiens possit ire de nocte: & maximè q̃ non percutiat caput in muro, & maximè cum sit extra mentem qui dormiens æquiparatur furioso qui nullum intellectum habet in c. maiores. extra de baptis. cum similibus.

22 *Fure dicente est furtum domesticum: & sic impunè licuit. & patre inquisito dicente est filius meus: ergo licuit in eum seuire quid dicendum erit.*

22 **Ange.** †Quid si fur dicat q̃ fecit furtum domesticũ. & sic impunè licuit sibi facere vel si pater inquisitus dicat est filius meus: ergo licuit in eum iqui
c re[c]: vt l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. Respon. aut est furtum leue & paruæ quantitatis: & licuit, aliàs non: vt not. in l. ad ea. ff. de regu. iur. ita dicit Bart. in dicto §. furta. & in l. j. ff. re. amo. & in l. si libertus. vbi est text. ff. fur. Et quæ personæ dicantur domesticæ: dic vt not. per Bar. in d. §. furta. vt scire possis quæ personæ possunt se excusare sub hoc colore, q̃ furtum domesticum commiserint. Et idem in iniuria per patrem in filium illata, vel dominum in seruum: iuxta l. j. C. de emen. propin. & de ser. corrup. l. j. quia si sit atrox: vt quia est mutilatio membri vel similis est puniẽda: vt d. l. si adulterium. §. fi. ff. de adul. ita dicit Bar. in l. qui accusare. §. j. ff. de accusa.

c ¶Sequitur. Adde tu & vide Alex. de Imo. in consi. lxxv. in iij. volu. & ibi puniatur de excessu, & quæ dicantur furta domestica, & qualiter puniantur: vide eundem in consi. cxxxvj. in j. vol. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q̃ Sali. in l. apud antiquos. C. de fur. dat duas limitationes in hac materia qui dicit q̃ verũ est q̃ fit distinctio inter furtũ rei magnæ vel paruæ quando inter furantẽ & eum qui furatur est vera subiectio, & affectio. secus vbi est erronea subiectio & indebita affectio: quia tũc tenetur indistincte si sit res magna vel parua. Et ad hoc põderat tex. & gl. ibi in d. l. apud antiquos. Item dat aliam secundã limitationem & singularem quòd verum est q̃ in furto domestico non consideratur res parua: tamẽ si vnus domesticus faceret plura furta vilium rerũ diuersis tẽporibus tunc censetur esse vnicũ furtum magnũ, tum ex rerũ cumulatarũ æstimatione, tum ex assuefactione vel cõsuetudine: vt l. nemo. in fi. C. de epis. audi. Adde quòd ista fuit sententia Bal. ibi in d. l. apud antiquos. refert Odofr. & Nico. de mathesil. ita voluisse ibi licet Bald. non ausus sit decidere in c. j. §. furtũ. de pace iura. fir. qui allegat Cy. ita voluisse in d. l. penul. C. de furtis.

23 *Reus si opponat quòd illa iniuria est sibi remissa per offensum quid faciendum erit.*

23 **Ange.** †Quid si opponat q̃ illa iniuria est sibi remissa per illũ cõtra quẽ deliquit. Respondeo q̃ ex omni crimine potest dupliciter agi ad pœnã applicandã parti & ad publicam vindictam: vt l. qui nomine. ff. de fal. mo. in l. fi. ff. de priua. delic. vnde licet pars possit in sui præiudicium iniuriam remittere. l. penul. C. de pac. tamen nõ poterit remittere in præiudicium reipublicæ: vt no. glo. Ang. in l. ij. ff. ad Silla. & ibi Bar. & Bal. in l. j. §. ij. ff. de iniur. & Bal. in l. transigere. C. de transact.

Augusti. Tu autem in hac materia adde no. per Barto. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. per quæ poteris limitare prædicta & dicta per Bar. in cõ filio suo domino potestati terræ rochæ contractæ: & faciunt notata in l. j. C. de aboli.

24 *Inquisitus dicẽs quod offensus erat bannitus tempore offensionis, licèt postea sit restitutus ex rebannitus quid erit.*

Ange.

24 **Ange.** †Quid si dicat quòd offensus tempore offensionis erat bannitus: an si tempore inquisitionis erat iam restitutus & rebannitus: nec potuit impune offendi: an offendens inquisitus debeat absolui: dic q̃
a sic: a quia sufficit q̃ tempore offensionis esset bannitus: licet tempore quo contra offendentem inquiritur ille sit rebannitus. ita dicit Bal. & Imo. in l. si constante. §. vxor. ff. solu. matrimo.

ADNOTATIO. a ¶Dic q̃ sic. adde & vide Alex. consil. cvij. in iij. volu. & Bar. in consi. clxxxviij. Ber.

Augusti. Tu adde & vide Moder. & quæ ibi scripsi in d. §. vxor. & vide dominum Nellum in tractatu suo bannitorum qui eleganter loquitur super isto passu.

25 *Statuto dicente quod bannitus possit impunè occidi si inquiratur contra Titium quòd Seium uulnerauit: an possit opponere quòd eum licuit occidere quia bannitus, ergo fortius licuit uulnerare.*

25 **Ange.** †Quid si statutum dicit q̃ bannitus possit impune occidi & si inquiratur contra Titium q̃ ipsum vulnerauit, an possit opponere q̃ eum licuit occidere. ergo fortius licuit vulnerare: dic q̃ sic: vt l. nec in ea. & ibi Bar. ff. de adulte.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Bal. in l. j. C. de interdi. & in l. cum ancillis. C. de nupt. doct. maximè Bal. & Imo. in l. in suis. ff. de liber. & posthu. Cy. in l. j. quæ sit lon. consue. do. Ang. in c. fi. extrà de consue. Io. And. in addi. Spe. in tit. de consti. in §. j. in fi. Imo. in l. nõ solũ. §. j. ff. solu. matr. & adde Alber. de Rosa. in q. statutorũ. in iiij. parte q. xcij. & incipit, dubitari etiã vidi. vbi expresse firmat hoc, q̃ talis bannitus qui potest impune occidi, potest in carcere priuato detineri.

26 *Crimine inquisitionis opposito per modum exceptionis: an debeat se subscribere ad pœnam talionis.*

26 **Ange.** †Quid si opponat crimẽ inquisitionis per modum exceptionis: an debeat se subscribere ad pœnã talionis. Bar. in l. si cui. in princ. ff. de accusa. dicit aut simpliciter opponitur dictũ crimen contra illum offensum vt se ab inquisitione & accusatione defendat & non tenetur se subscribere: si autem non tantum vt se defendat: sed etiam vt alius de tali delicto puniatur. iuxta l. ij. §. si extraneus. ff. de adulte. & tunc debet se subscribere: vt l. iij. C. qui accu. non pos.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q̃ Ange. in l. qui crimen. C. qui accus. non pos. facit mentionem de hac doctrina Bar. in d. l. si cui. & eam approbat & sequitur: dicit ibi in hac materia aliquas conclusiones pulchras quas omnino vide ibi in d. l. qui crimen. glo. & doct. & tex. & Bal. in l. ij. C. de fide instrumẽ. Bal. in l. fi. C. si ex fal. instrumen.

27 *Instrumento pacis producto quòd habitum fuit à filijs masculis interfecti, si tamen filia unica contradicat quid erit.*

27 **Ange.** †Quid si producitur instrumentum pacis habitum à filijs masculis interfecti cõtradicẽte tamen eius filia vnica fœmina: nam Bald. & Ang. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acqui. hære. dicunt q̃ satis est q̃ producant pacem habitã à masculis: licet fœmina cõtradicat: quia fœmina nõ leuat faidam: vt not. glo. in titu. qui feuda. pos. §. penul. & in titu. an mutus aut aliter imperfe. c. j. Sed Ludo. de Roma. in l. j. §. potissimè autem. ff. ad Silla. in verbo, siue corpore suo &c. tenet contrarium: quia per illum tex. videtur q̃ fœmina potuerit vindicare mortem patris: vnde eius consensus fuit necessarius, pro quo etiã allegat tex. in l. j. C. de his qui se defe. lib. x. & quod ibi no. Ange. in apostillis ad Bart.

b **Augusti.** Adde hic ea quæ dixi supra[b] in eadẽmet glo. dum tractaui materiã an omnes hæredes debeant facere pacem si sunt plures hæredes. & quid si erat ibi vna fœmina, dic vt ibi dixi in addi. latè.

b ¶Dixi supra. adde & vide Ange. in consi. cclvj. Ber.

28 *Remissio iniuriarum facta in foro pœnitentiali: an prosit in foro iudiciali.*

28 **Ange.** †Quæro quid si allegat q̃ in foro pœnitentiali per iniuriatũ fuit sibi iniuria remissa. an prosit in foro iudiciali. & Bal. in l. ij. ff. ad Silla. refert Cy. determinantem quòd per glo. in §. fin. instit. de iniurijs. & idem not. in l. ij. C. de liber. & eorum lib. idem voluit Barto. in l. non solùm. §. qui iniuriarum. ff. de iniur. vbi allegat dictum magistri sententiarũ & idem vult in l. si tibi. §. j. ff. de pact. vbi allegat orationem dominicam. Sed Bald. in dicto §. iniuriarum. notabilius distinguit: aut est facta plena remissio: aut tantùm rancor aut dubitatur. Primo casu talis remissio: prodest in foro iudiciali ex eo: quia pro altero vulnerante interuenit persona publica, hoc est sacerdos qui potuit alteri acquirere: vt l. j. §. ius publicum. ff. de iustitia & iure. & ibi Barto. & in c. quanquam. de vsur. in vj. & maximè liberationem iuxta glos. in l. non solùm §. liberationis verba. ff. de libe. leg. & not. Innoc. in c. veniens. de renunc. & not. Ange. in l. idem. §. fin. ff. de pact. Secundo casu quoniam constat de eius mẽte actio iniuriarum quæ competit ad pœnam vel interesse non videtur remissa. Tertio casu & tunc præsumitur tantùm rancorem remisisse præsumptione. l. cum de inde bito. ff. de probat. & sufficit quod alterum remiserit. allegat de seruit. rusti. prædi. l. si mihi. & l. si domus. de seruit. vrba. prædi. & ibi Bal.

Augusti. Tu autem in hac materia adde q̃ contrarium tenet Cyn. vt refert Bald. in l. ij. ff. ad Silla. & Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in addi. per hoc non videtur bene &c. Communis tamen opin. est illa Guliel. de Cug. & Barto. in dicta l. si tibi. §. j. ff. de pact. quam communiter ibi approbant doct. & Barto. in l. non solùm. §. j. ff. de iniur. licet dominus Angel. hic alleget Barto. in l. eum qui. §. iniuriarum. ff. si quis cau. & idem voluit Bald. in l. si domus. ff. de seruit. vrba. prædi. & Anto. de But. in c. de his. extrà de accus. Saluarem tamen opin. Cy. & Ioan. And. & ita limitarem prædicta nisi remittens dixisset se facere plenam remissionem vt eleganter voluit Bald. in cap. j. §. iniuria. de pace iura. fir. & Bald. in addi. d. l. non solùm & Roma. in dicta l. ij. ff. ad Sillania. in hac materia adde Specu. in titu. de accusa. §. j. versicu. quid si vulneratus. & vide Bald. in d. l. si tibi. §. j. & Bald. in l. si pro fure. in princ. in lectura. ff. de condictio. fur. & vide docto. & in dicto §. fina. instit. de iniur. Et vltra prædicta adde glos. & doct. & maximè do. Abb. in c. j. extrà de maledi. & Abb. multùm magnificat doctrinam magistri sententiarum allegatam à Barto. in d. l. si tibi. §. j. ff. de pact. Et adde glo. in terminis. j. q. iiij. c. quia præsulatus. & aliam glos. in c. si quis contristatus. xc. distin. & aliquid per glo. xlv. distin. c. tria sunt. & xxij. q. iij. c. si is.

29 *Remissio iniuriarum facta cum iuramento, metu mortis instantis testamentum condendo: an postea eo reconualescente prosit talis remissio.*

29 **Ange.** †Quid si allegat q̃ inimicus metu mortis instantis testamentum cõdendo coram sacerdote cũ iuramento remisit iniuriam, an eo postea recõualescente prosit talis remissio. & Bald. vbi s. allegat Joan. And. in Specu. de instru. edi. §. nunc aliqua. versi. no. glo. & glo. instit. de iniur. §. fi. & Bar. brixeñ. in suis quæstionibus dominicalibus in xij. q. quę incipit, quidam. vt refert Io. And. in d. loco dicit q̃ aut constat q̃ talis remissio facta fuit metu mortis instantis & tunc eo reconualescente reuocatur vt in simili q̃ dicitur de dona. causa mor. in l. ij. & l. senatus. ff. de dona. causa mor. aut simpliciter remisit & tunc vlterius non reconualescit ex regula, quia actio semel extincta &c. vt l. qui res. §. aream. ff. de solu. & hoc tenet Ludo. in l. ij. ff. ad Sil. post Bart. & adducit pro hoc: quia cum etiam interuenit iuramentum: ergo quæritur etiam absenti. l. cum quis. §. codicillis. ff. de lega. iij. & maximè quando dixit remitto actionem iniuriarum.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde & dic indistinctè q̃ si sacerdos nomine & vice

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius qui offendit, licèt sit absens offensor receperit illam remissionem iniuriæ & sic moriens ipse offensus pacem reddiderit in manu sacerdotis per stipulationem quod talis reconualescens non reuocabit talem remissionem per ea quæ notanter dixit Gandi. in tracta. malefi. sub rub. de transactio. malefi. in versi. item pone q̃ quidam mortiferè vulneratus iacens in lecto accepta pœnitentia &c. quia cum sacerdos censeatur esse persona publica. l. ius publicum. ff. de iust. & iure. potest talis persona stipulari absenti. l. non aliter. ff. de adop. maximè cum factum pacis sit fauorabile. l. j. in princ. C. de caduc. tollen. Cum ergo stipulatio sit contractus per quem promissor obligatur nō potest talis remittens solus à tali stipulatione recedere. iuxta ea quæ habentur in l. j. ff. de pac. & l. j. de verb. oblig.

30 *Crimine oppositio per modum exceptionis utputà dicendo accusans est criminosus homicida, adulter &c. quid erit.*

30 **Ange.** † Quid si opponit de crimine per modum exceptionis: vtputa quia dico q̃ accusans est criminosus homicida, adulter, vel leno, &c. tunc si hoc, probat absoluitur ab accusatione & tamen ille contra quem crimen per modum exceptionis opponitur non punitur: quia talis exceptio criminis non opponitur ad finē puni-
a tiuum: [a] aut dicitur dico q̃ talis non potest me accusare: quia homicida vel leno, & de dicto crimine peto ipsum condemnari: & tunc tali crimine probato non tantùm ab accusatione repellitur, sed etiam de crimine contra eum obiecto punietur: vt l. lucius. & quod ibi habetur per gl. Bar. Bal. & Ang. ff. de infami. & Bart. in l. ij. §. si publico. ff. de adulte. & probatur in c. cum dilectus. de or. cogni. & no. plenè Anto. de But. in c. j. de excep. dic vt dixi. instit. de excep. in rubri. Sed Cy. & Sali. in l. si magnum. C. qui accu. non pos. tenent q̃ imò in genere criminosus & non socius eiusdem criminis potest accusare quia non reperitur lege prohibitum per no. ff. de pub. iudi. l. is qui reus. nō ob. gl. in l. qui accusare. ff. de accu. quia procedit in casu legis quam allegat. Et hoc de iure ciuili. de iure verò canonico omnis criminosus repellitur ab accusando: vt extrà de accu. c. j. Et an possit opponere exceptionem cō tra personam iudicis inquirentis & eius iurisdictionem, & eius processum & contra accusantis personam vel offensi, & alias exceptiones declinatorias & peremptorias: vide quæ dicta sunt s. in glos. in verbo, hæc est quædam inquisitio &c. versi. quintò principaliter quæro &c. cum versi. seq. & in versi. iudex inquirit de delicto &c. Et circa modum & formam defensionis, scilicet quas defensiones reus facere potest, & quomodo debet articulare & probare, adde quæ dicta sunt in glo. super verbo, & dictus Titius &c. & maximè quando opponit & dicit q̃ quicquid fecit ipse ad sui defensionem fecit.

ADNOTATIO. a ¶Punitiuum. Adde vt per Oldra. latè in consi. ctij. & Pet. de Anch. in consil. cccxxvj. & quando quis possit puniri quando crimen obijcitur per viam exceptionis, vide Pet. de Anch. in consi. clxxij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instru. vbi ponit an per exceptionem ponitam quis possit puniri: vide do. Ant. de But. in c. ij. extrà de confes. & do. Ant. de Bu. in c. ij. extrà de ordi. cogni. per l. j. §. sed is. ff. de opere nouī nunc. & Bal. in auth. statuimus. C. de epis. & cle. in princ. vide Roma. in l. cum mulier. ff. solu. ma. vide no. in c. ex conquæstione. extrà de restit. spolia. & in c. cùm super. extrà de concel. præben.

31 *Inquisito dicente quòd non est mortuus ex dictis uulneribus, sed iam sunt plures dies quod fuit uulneratus uel quòd nō parut medicis uel similia quid erit.*

32 *Maleficio probato per testes si dicatur commissum de nocte inquisitus potest inducere testes quòd illa nocte luna non lucebat sed erat obscurum.*

33 *Probatione facta quòd Titius fuit percussus à Caio tribus uulneribus ex quibus mortuus est, si dicatur quòd hoc non est uerum, potest subijci cadauer Titij oculis iudicis ut uideatur quo non reperto uero absoluitur.*

31 **Ange.** † Quid autem si inquisitus opponat & dicat q̃ dictus mortuus non est mortuus ex dictis vulneribus: [b] sed iam sunt plures dies quibus fuit
b vulneratus & q̃ vulnera sui natura non erant lætalia &c. & q̃ sui culpa mortuus est quia concubuit cum vxore, vel quia non paruit medicis: & sic de similibus: dic vt plenè dictum fuit supra in glos. super verbo, ex interuallo mortuus fuit & est &c. Et an tales defensiones vel alias, quis possit & debeat per se facere vel comparere possit, alius defensario nomine, vel vt legitimus procurator rei, vel accusati, vel inquisiti, & in quo casu vide s. in glo. super verbo, qui iudex videns q̃ dicti inquisiti non comparent &c in versicu. semper fuit contumax. & versi. quæro quid si est citatus &c. potest etiam inquisitus opponere q̃ dicam j. in gl. super verbo, qui iudex statuit terminum
32 ad opponendum contra processum. † Quid autem si malefcium sit probatum per testes & dicatur cōmissum
c de nocte [c]: tunc inquisitus potest inducere testes q̃ illa nocte luna non lucebat, sed obscurum erat. nam tunc licèt possit probare maleficium commissum non tamen potest probari per quem commissum fuerit: vt est glo. ordinaria, in l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod metus cau. per quam glo. Oldra. vt ibi refert Bal. euasit quę-
33 dam accusatum quod bene not. in practica. † Et aduertas q̃ si probatum fuit q̃ Titius fuit percussus à Caio tribus vulneribus & ex illis mortuus sit si dicatur q̃ hoc nō est verum potest subijci Titius oculis iudicis & si non reperitur vulneratus absoluitur: vnde dicit Bal. in l. si quis testibus. in fin. C. q̃ cum hoc fuisset de facto fuit corpus exhumatum: & repertum q̃ non fuerat vulneratum & hoc videns iudex absoluit inquisitum: licèt contra eum
d plenè probatum fuisset q̃ est menti tenendum [d].

b ¶Vulneribus. Adde vt per Pet. de Ancha. in consil. cclxxv. & Cepol. in consi. xlj. & consi. lxij. Ber.

c ¶De nocte. Adde tu & vide Ange. in consi. cxciij. Ber.

d ¶Menti tenendum. Adde tu & vide Raph. Cu. in consil. cxliiij. & Bald. in consi. xxviij. in v. lib. vbi voluit q̃ confessio eius qui confitetur habuisse & recepisse id quòd oculo corporeo verum non esset præiudicat cōtenti. & vide melius Pau. de Cast. in consi. cclxviij. in secundo impressis. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quæ dixit Bald. in l. de quibus. ff. de legi. in vlti. char. qui allegat illum tex. in l. si cum exceptione. & in terminis vide Bal. in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Idē dixit in c. j. §. porro. quæ sit prima causa benef. amit. aliquid per Bal. in l. non ignorat. C. qui accu. non pos. Bald. in l. arethusa. ff. de statu homi. Bart. in tractatu de teste in ix. col. faciunt dicta Spec. in titu. de noto. crimi. §. iam de notorio crimine. versi. iij.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes in termino defensiuo sunt testes repetere alios de nouo inducere.*
2 *Item ostendere quòd ille qui fuit interfectus non erat bannitus, ut allegatur, & inquisitus hoc sciebat.*
3 *Item replicare quòd licèt interfectus esset bannitus, tamen appellauit à sententia.*
4 *Item semper inducat qualitatem offensi, puta quòd erat homo debilis infirmus delicatus & paruæ uitæ.*
5 *Item quando examinat testes deponentes rectè super loco & tempore faciat scribi. Responderunt de loco, & tempore, in inquisitione, uel accusatione contentis.*
6 *Confessio uulnerati quòd Caius eum percusserit nihil facit.*
7 *Item iudex potest dicere quòd licèt ille qui fuit interfectus fuerit bannitus, tamen postea fuit rebannitus & cancellatus saltem uerbo.*
8 *Item opponere contra testes rei & quòd reus transegit uel pactus est de crimine.*
9 *Occidens illum qui non erat legitimè bannitus: an teneatur lege Cornel. de sica. & an ignorantia excuset, uel non.*
10 *Occiso bannito appellatione pendente, quid erit.*
11 *Vulnus illatum sano, licèt mortale non dicatur tamen illatum infirmo mortale dicitur.*
12 *Assertio uulnerati an saltem faciat indicium ad torturam.*

Bannito

43 *Bannito an sufficiat quòd sit cancellatus de banno uerbo uel facto.*

Die ij. Ianuarij.

QVi iudex ad probationem suæ inquisitionis, & processus produxit infrascriptos testes quos examinauit &c. facta prius citatione de dictis inquisitis ad videndum iu
1 rare testes. † Nunc tempestiuum esse arbitror videre, quæ sint partes iudicis inquirentis in dicto termino defensiuo: dic vt suprà dixi in gl. comparent dicti inquisiti, & totum negant &c. Et etiam q̃d testes repetat, & de nouo etiam inducat alios testes ad reprobādum suam inquisitionem negatam, vel etiam ad infringendum defensiones quas inquisitus fecit. Caueat tamen iudex, vt Deum ante oculos habeat per tormenta, vel alio modo cogat testes aliquid dicere in criminali contra veritatem: quoniam ipse in syndicatu conueniri poterit ob hoc de fica. vt eleganter not. Bart. in l. j. in
a princ. ff. de ficar. quod semper ante oculos [a] habeas. Se-
2 cundò † potest ostendere & docere, q̃d ille qui fuit occisus ab inquisito, & qui ad defensionem dicti inquisiti allegat q̃d poterat impunè occidi: quia bannitus non erat
b legitimè bannitus [b], & quòd occidens hoc sciebat, tunc occidens illum quem sciebat non legitimè bannitum tenetur de fica. aliàs autem si probari non potest quòd ipse sciebat: tunc ipse ostendat q̃d non fuit legitimè bannitus tunc licet occidens de fica. non teneatur propter ignorātiam, & sic cessat dolus, tenetur tamen culpa & extrà ordinem punitur: vt l. ij. §. hæc actio. ff. vi bono. rapt. ita dicit Bart. in l. pe. ff. de adult. ad idem facit quòd ipse no. in simili in l. iuste possidet. in fi. ff. de acqui. poss. & in l. j. §. j. ff. quis testa. liber esse iussus fue. vide tamen latius & aliter
3 per Salic. in l. eum qui duas. C. de adult. † Tertiò iudex replicando probabit, q̃d licet sicut ille esset bannitus, tamen à sententia appellauit, & appellatione pendente fuit interfectus q̃d non licuit, vt nil noui app. pendē. & idem si alio modo petebat se eximi de banno: quia processus non tenuit vel alio modo: vt l. cum verò. in princ. ff. de fideicom. liber. ita dicit Bart. in l. iij. §. si seruus quem. ff. de acquirē. poss. & not. Bal. & Imol. latius in l. qui à latronibus. ff. de testa. & Salic. in d. l. eum qui duas. versi. sed du-
4 bium fortius est &c. † Quartò vtile est vt semper inquirens deducat qualitatem offensi, videlicet: quia erat ho-
c mo debilis, infirmus [c], delicatus, & paruæ vitæ, tunc ex quolibet vulnere etiam leui præsumitur ex dictis vulneribus mortuus. iste est text. nota. in l. qua ratione. §. si quis seruum egrotum. ff. ad legem Aquil. & vide Bal. & Flor. in l. ita vulneratus. in princ. & plenius per Flor. in l. item mela. §. si plures. ff. ad legem Aquil. quod singulariter no. quia vidi multos aduocatos volentes defendere inquisitos qui articulāt, quod vulneratus aliàs erat infirmus vel debilis &c. quia contra se articulant & probant: nā quælibet percussio quæ in homine sano non esset mortalis in homine delicato & infirmo præbet causam mortis: vt dictis iuribus: igitur &c. vnde tu aduocate, quando ponis te ad defensam caueas te à tali errore: quia periclitare faceres tuum amicū, & tu esses causa mortis propter ignorantiam tuam, & ita contingit Nursiæ me ibi assidente in
5 quibusdam aduocatis duorum inquisitorum. Quintò † bene notet iudex, quando super accusatione vel inquisitione testes examinat super aliquo delicto, quando dicunt super loco & tempore quod scribi faciat interrogati de loco. Responderunt de loco & tempore, in inquisitione seu accusatione contentis, hoc intellige verum, si de loco & tempore deponerent, aliàs autem si scribi faceres tempus & locum, & te non referes ad inquisitionem vel accusationem non probata intentione iudicis, vel accusatoris. argu. l. j. in fi. ff. de incen. rui. naufrag. & ita dicit Bart. eleganter per illum text. in l. j. in prin. ff. de aleat. q̃d
6 not. † Vnum tamen non tradatis obliuioni q̃d nō de-
d bet credi vulnerato [d] quod Caius eum percusserit: quia talis confessio & asseueratio nihil facit, imò alio modo delictum debet probari: vt est tex. & ibi Barto. in l. si quis in graui. §. j. ff. ad Sillania. quod nota, contra aliquos iudices imperitos: quia ex sola assertione vulnerati inquirunt contra aliquem, & ex tali sola confessione volunt punire
7 inquisitum. † Potest etiam iudex dicere & allegare q̃d imò ille qui fuit interfectus licet fuerit bannitus: tamen
e fuerat rebannitus, & cancellatus saltem verbo [e], licet de facto non esset de banno cancellatus: nam sufficit cancellatio facta verbo: vt not. Barto. per illum tex. in l. emptor.
8 §. Lucius. in fin. ff. de pact. quod not. † Potest etiam iudex opponere contra testes rei, ea quæ scripsi infrà in gl. super verbo, qui iudex statuit terminum ad opponendū contra processum. Ac etiam quod inquisitus vel accusa-
f tus est transactus [f] vel pactus de crimine: nam licet in certis casibus licitum sit transigere. C. de trās. actionib. illud intelligitur in præiudicium partis, & non reipublicæ: vt not. Bartol. in l. j. §. & post operis. ff. de noua operis nunciatio. facit quod not. gloss. in l. ij. ff. ad Sillania. & quod not. gloss. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis.

ADNOTATIO. a ¶Ante oculos. Adde tu & vide Fran. de Are. in consil. lxj. Ber.

b ¶Bannitus. adde latè Alex. in consi. lxvij. in iij. volu. & consi. cxiiij. in j. vol. consi. & lxv. in iij. vol. & Cepo. in consi. vj. & consil. seq. Ber.

c ¶Infirmus. adde an testis debeat esse peritus in eo quòd deponit. & vide Fran. de Are. in consil. l. & an vulnerans egrotum non lætaliter teneatur de occiso. vide Raph. Cuma. in consil. cxliiij. Ber.

d ¶Vulnerato. Adde & vide Alexan. de Imo. in consi. xxiiij. in secundo volumi. Ber.

e ¶Verbo. Adde & vide Alex. in cōsi. cxiiij. in j. vo. & in cōsi. clxxvij. in ij. vol. Cepol. in consi. xxxix. & Pau. de Castr. in consi. xxxiiij. & consi. cxciij. in j. impressis. Ber.

f ¶Transactus. Adde & vide Paul. de Castr. in consil. cxix. in j. impressis. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia circa primā conclusionem quam tetigit domi. Ange. in illa gloss. de illa singulari doctrina Barto. in l. j. in prin. ff. de ficar. dic q̃d Bal. in l. præsbyteri. in ij. col. C. de episc. & clericis. hæc magnificat & allegat Barto. & ipsum sequitur, & vidi ego multos errare in hoc qui ponentes testes ad torturam faciunt, quod falso metu tormentorum deponunt contra reum, & testes de facili hoc faciunt dicentes melius est vt deponamus hoc quam patiamur tormenta: vnde non tanta fides est adhibenda huiusmodi testibus qui per tormenta hoc dixerunt, q̃ per sponte hoc fatemur. per ea quæ habentur in l. iij. ff. de testib. Item
9 † inquantum do. Angel. tetigit illam difficultatem, an occidens illum qui non erat legitimè bannitus teneatur lege Cornelia de sicar. & sic etiam tangit an ignorantia excuset, vel non. Addatis: quia materia ista est ampla. nam Bal. in l. ex quacunq;. ff. si quis in ius voc. non ierit. vnum dixit, postea mutauit opi. & latè & multum subtiliter. & elegantissimè scripsit in l. j. C. si à non competen. iud. Adde doct. in d. l. eum qui duas. & Bal. in l. ex morte. C. ad l. Aquil. latissimè scripsit vltra omnes post doct. ibi Roma. in l. si duo. ff. de acqui. hęre. ibi videbis multas decisiones. & vide Bar. qui non est ausus decidere in l. non solùm. §. morte. in versi. circa secundum nota. ff. de oper. no. nunc. vide quæ ibi scripsi in l. huiusmodi. §. si ita cui. ff. de leg. j. per Bal. in lege, nostram. C. de testi. & ibi per Mod. in l. j. ff. de legib. per Bal. in l. quid si fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædi. edict. & in materia, an in delictis ignoran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia excuſet omnino vide Sal.latiſsimè ſcribentem in l.ſe-
natus.C.de his qui ſibi aſcrib.alias deciſiones adde quæ
poſui in materia in d.§.ſi ita cui.& per Rom.in d.l.ſi duo.
adde pulchram q.Ioan.Andr.in regula, cp quis.extrà de
reg.iur.in vj.in mercur.vide Albe.de Roſa.in quarta par
10 te ſtatutorum.q.xxx. † Item inquantum do.Ang.tan-
git quæſtionem de illo bannito qui fuit occiſus penden-
te appellatione vel lite pendente : quia dicebat bannum
eſſe nullum vel iniuſtum.adde Roma.& Paul.de Caſ.in
d.l.iij.§.ſi ſeruus quem.ff.de aequi.poſſ.adde Ang.in l.cũ
verò.§.ſubuentum.ff.de fideicom.lib.& Bal.in l.appella-
tione interpoſita.C.de appel.ad fi.per Bal.in l.j.C.ſi à nõ
compe.iudi.circa iiij.col.in verſi.& per prædicta determi
natur quæſtio.& Bal.in l.eum qui duas.per Bar.& doct.
in l.ſi quis filio exhæredato.§.quod ſi quis.ff.de iniu.rup.
& irri.teſta.per Bal.in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.
imper.offer.per Bal.in l.lite ordinata.C.de liber.cau.per
Bart.poſt Dyn.& per doct.ibi in l.qui à latronibus,ff.de
teſta.in §.ſi quis in capitali.adde Alber.de Roſa.in quar-
11 ta parte ſtatutorum.q.xxiij. † Item inquantum d. An-
gel.hic reprobat illam cautelam aduocatorum imperito-
rum qui capitulant vulneratum eſſe debilis vitæ & nõ ſa
num : adde cp miror cp iſte doctor non alleget illam pul
chram doctrinam Barto.quam poſui in l.ſi in rixa.in pe.
col.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.qui dixit, quòd licet vulnus
quoddam in homine ſano non dicatur mortale,ad hoc vt
ille teneaẽ de occiſo,tamen tale vulnus non mortale dice
tur mortale ſi eſt illatum in homine non ſano.& alleg.d.
12 §.ſi quis ſeruum egrotum.& d.l.ita vulneratus.† Item in-
quantum do.Ang.hic tetigit illam pulchram difficultatẽ
cum non debet credi vulnerato , cp Caius eum percuſſe-
rit.addatis Ang.in l.ſi quis in grauí.§.ſi quis mortis.ff.ad
Silla.ibi vult cp talis aſſertio vulnerati ſaltem faciat indi
cium ad torturam.adde tamen qđ Ro.ibi tenet contrariũ
& rectius.Et ideo Bal.in l.ſi inſtituta.ff.de inoffic.teſta.in
§.j.dixit, qđ confeſſio vel excuſatio vulnerati quòd fuit
talis qui vulnerauit ipſum non prodeſt, nec nocet incul-
pato vel excuſato:& ratio eſt illa , quam tradidit Bal.
in c.j.§.vaſalli.in fi.de pace conſtan.qui dixit , quod non
omnis qui moritur eſt ſanctus Ioannes Baptiſta, qđ ſibi
credendum ſit.& ad hoc allego Ange.in l.rationes.C. de
proba.qui dixit,aliquis erat conſtitutus in mortis articu-
lo qui fuit vulneratus,poteſtas cepit vnum, iſte talis vul
neratus dicit quòd fuit alius:dicit ibi an.quòd nõ eſt cre-
dendum illi infirmo,licet ſit conſtitutus in mortis articu-
lo,& licet non præſumatur immemor ſalutis æternæ, for
tè tamen iuuaret confeſſio vulnerati ad excuſandum ca-
ptum , niſi liquidò conſtaret de contrario per ſingularem
doctrinam Bal.quam poſuit in l.j.C.commu.de leg.in fi.
Vltimò vide pulchra verba Gandi.in tract.maleſi.ſub ru
bri.an pax facta de vulnere videatur etiam facta de mor
te in verſi.Sed pone, quòd quidam vulneratus mortiferè
iacens in lecto , dixit quòd ille qui de maleficio inculpa-
tur non fuit ille.ibi etiam ipſe tenet, quòd confeſſio vul
nerati non præiudicat , an autem proſit excuſando. vide
13 ibi.† Item inquantum d. Ange.tetigit illam difficultatem
an ſufficiat, quòd quis ſit cancellatus verbo,vel facto de
banno.adde Bart.in auth.caſſa.C.de ſacroſanct.ecc.& vi
de Ange.& Imol.in l.j.ff.de his quæ in teſta.delen. adde
Bald.in l.Labeo.§.j.ff.de pactis.per Barto.in l.nihil.ff.de
admen.lega.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio proceſſus quando eſt de ſubſtantia.*
2 *Publicatio proceſſus multum differt in cauſa ciuili, & in cauſa criminali.*

1 QVi iudex dictum pro-
ceſſum publicauit. †Nã
ſicut in
ciuili,quando teſtes interuenerunt publi
catio proceſſus eſt de ſubſtantia : vt not.
per gloſſ.Bart,& alios in l.prolatam,C,de ſenten.ita etiã
in criminali.arg.not.in l.abſentem.ff.de pœn.licet Iacob.
Butrig.Bart.& Bal.in l.prolatam.teneant contra gl.quia
dicit , quòd non publicare proceſſum non eſt contra ius
conſtitutionis,ſed contra ius litigatoris , ideo tenet pro-
ceſſus.l.ij.C.quando prouo.non eſt neceſſ.& ideo poteſt
appellari.ac etiã : quia atteſtationes ſemper ſunt notę iu
dici,ideo non eſt neceſſe quòd ſemper publicentur : vt l.
geſta.C.de re iudic.Sed Ang.ſaluat gl.vno caſu,quando
iudex non examinat teſtes,ipſemet , ſed commiſit iudici
alterius territorij & ſunt atteſtationes ſigillatæ.iuxta au
thenapud eloquentiſſimum.& l.iubemus.C.de fid.inſtr.
Sal.autẽ quem ſequitur d.meus Flor. de ſancto Petro de
Bononia.tenet in effectu gloſſ.quòd ſi ſententia feratur
non facta publicatione proceſſus,& ab ea appelletur , cp
cùm ille qui obtinuit ſententiam non poſſit ſententiam
ſuam iuſtificare:quia ex atteſtationibus nõ publicatis nõ
poteſt facere probationem in alia inſtãtia: vt d.l.geſta.de
re iudic.& ſic patet quòd omiſſio in effectu vitiat ſenten
tiam,& iſtum reſpectum fortè gloſ.habuit,& verum tali
caſu dicit,dictum ergo doct.habet locum, quando à tali
ſententia non eſſet appellatum , vel quando eſſet proceſ-
2 ſus ſine teſtibus,quod fieri poteſt : vt dixit Bart. †Ad-
uertas tamen,quòd magna eſt differentia inter cauſam ci
uilem & criminalem:quoniam in ciuili publicato proceſ
ſu non eſt amplius licitum producere teſtes ad offenſam
vel defenſam propter timorem ſubornationis:vt in auth.
de teſte.§.quoniam.& in auth.qui ſemel.C.de proba.di-
cas tamen:vt ibi per Bart.Ang.& doct.Bald.& Sal.ſecus
eſt in criminali,ſiue agatur per viam inquiſitionis ſiue ac
cuſationis ſemper teſtes produci poſſunt per iudicem ex
officio ad delicta punienda poſt publicationẽ proceſſus.
Et eodem modo poſſunt produci teſtes per accuſatũ vel
inquiſitũ:vt not.Bar.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.in verſ.
vlterius quæro vtrum &c.l.diui fratres.ff.de pœn.& in l.
fi.§.fi.cum ſi.ff.de quæſt.& in auth.qui ſemel.C.de prob.
circa fi.etiam poſt aperturam teſtium & concluſionem in
cauſa:vt ibi dicunt doct.& ibi omnino videas Bal.Sal.&
Ang.& vide c.cũ cauſam.C.de teſtib.& ibi Ant.de But.
& c.per tuas.eo.tit.& ibi plenius per d.Ant.de But.& vi
de quæ dicam j.in gl.ſeq.in fi.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde , cp mi-
randum eſt,cp iſte doctor in hoc elegan
ti paſſu ita ineptè locutus ſit,maximè:quia iſte paſſus pul
cher eſt.Sed certè nunc ſcięntia noſtra multo difficiliór &
pulchrior eſt,cp vllo tempore fuerit. Sed in hac difficulta
te in propriis terminis allego vnam gl.de iure canonico
incognitam Legiſtis in c.fi.extrà de hære.lib.v. coniũcto
tex.qui tex.cum gl.expreſsè loquitur in criminalibus, &
ibi expreſsè dicitur , quòd in crimine hæreſis in illo caſu
ita publicantur teſtes,& alia acta ſicut fit in aliis iudiciis:
quinimo de iure canonico eſt expreſsè tex.in c.quoniam
frequenter.§.ſunt & alij.extrà vt lit.non conteſt.vbi ex-
preſsè dicitur,quòd in cauſa inquiſitionis debeat fieri te-
ſtium publicatio , & certè iſte doctor debebat allegare
iſta. Sed cp in omnibus cauſis regulariter debeat fieri te-
ſtium publicatio,& ſit de ſubſtantia proceſſus. Aduerte:
quia gloſſ.in c.quoniam frequenter.in prin.vt lit.nõ con
teſt.videtur velle id quod voluit gloſſ.in d.l.prolatam.&
ad idem allego Bal.in l.penul.in ij.col.C.de rei vend.vbi
etiam Ang.voluit, quòd publicatio atteſtationum ſit de
ſubſtantia, licet aliud ſit in publicatione aliorum actorũ,
quæ publicè fiunt in iudicio.& idem videtur velle glo.in
l.ij.C.vt lite pend.in verbo,actorum.quæ dicit,quòd at-
teſtationes ſunt publicandæ.Et ad idem allego Barto.in
l.is apud quem.C.de eden.in ij.col.& ibi Bald.in iiij.col.
dum dicit.Item dicta teſtium debent publicari : & ideo
eſt neceſsaria ſcriptura.& ad hoc videnda ſunt dicta Bar.
poſt gloſſ.in l.ſolam.C.de teſtib.circa princ. & Bart.in l.
geſta.ff.de re iudic.vbi dicit, quòd dicta teſtium non pu
blicatorum non probant. Quinimo plus dixit Bartol.in
extrauaganti ad reprimendum.in verbo,ſine figura.quòd
etiam in cauſis ſummariis neceſſariò debeat fieri publi-
catio.

catio.& ſequitur Petr.de Ancha.in clemen.ſæpe.in xix.
col.de verbo.ſignifie.in verſicu.Sed an requiratur publi
catio.ſed quòd imò publicatio atteſtationum non ſit de
ſubſtantia iudicij vltra ſupra allegata,tenuit d.Abb.in c.
cum dilectus.extrà de fide inſtr.dicens.Inn.ita ſenſiſſe in
c.cum I.& A.extrà de re iudic.& Io.Andr.in addi.Spec.
in tit.de renunc.& concluſione in princ.& do.de Rota in
antiquis deciſionibus,deciſio.xxxj.& deciſio.cccxlvij.&
illam gl.in d.l.prolatam.reprehendit Bal.in c.j.ſi de feu.
inter domi.& vaſal.lis oria. & iſtam ſententiam videtur
ſentire Hoſt.in ſumma de re iudi.qui enumerans omnes
ſolennitates iudiciarias,dicit quòd quædam ſunt de ſub
ſtantia & iſtam publicationem non ponit,& hoc videtur
velle Spec.in ſecunda parte operis ſui,in prin.& Imol.in
l.diuus.ff.de re iudi.& Petr.de Ancha.in conſi.ſuo xlvij.
vbi etiam dicit ita ſeruari in curia Romana. Et idem di-
xerunt do.de Rota in loco ſupra allegato.Et idem volue
runt do.Abb.& d.Ant.de Butr.in dicto c.cum I.& A.&
pro hoc bene facit tex.in c.quoniam contra.de proba.&
gl.ij.q.j.in ſumma.vbi enumerantur omnes ſolennitates
ſubſtantiales iudiciorum , & iſta non enumeratur. Sed
aduerte:quia Dominic.de ſancto Geminia.per illam gl.
in d.c.fin.de hære.in vj.dixit, quòd ſi iudex profert ſuam
ſententiam non publicatis atteſtationibus : tunc ſenten-
tia bene eſſet ipſo iure nulla , aliàs ſecus: & dicit eſſe no-
tandum.& licet Imo.teneat iſtam partem in d.l.diuus. &
in cle.ſæpe.extrà de verb.ſignifi.in xxxvj.col.format iſtã
quæſtionem in terminis & non decidit,ſed remittit ſe ad
nota.per gloſſ.in dicto c.fin.de hæret.in vj.& ad gl.in d.l.
prolatam.teneo iſtam partem publicationem teſtium nõ
eſſe de ſubſtantia iudicij:ita quòd eius omiſſio habeat vi-
tiare ſententiam,& quòd ſit nulla ipſa ſententia: dummo
do atteſtationes iudici notæ fuerint.Nec obſt.tex.in d.c.
qualiter & quando.§.pe.extrà de accu.qui tex.in caſu no
ſtro loquitur proprie in criminalibus,& loquitur per ver
bum,debet.quia reſpondeo quòd iudex debet hoc face-
re,& malè facit ſi non facit,& poſſet puniri in ſyndicatu,
& poteſt appellari ſi non facit. Sed ſi nõ facit non eſt ſen
tentia nulla:vt l.filiuſſamilias.ff.de iudic.& inſti.de obli-
ga.quæ ex quaſi delict.in princ.& eodem modo reſpon-
detur ad tex.in d.c.fin.de hæreti.qui tex.loquitur per ver
bum imperatiui modi. An autem in cauſis criminalibus
licitum ſit poſt publicationem proceſſus alios teſtes exa
minare,dicetur infrà in gl.ſeq.in fi.ibi faciam addi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes redargui poſſunt in termino ad opponendum.*
2 *Primò quòd ſunt infames.*
3 *Item quòd ſerui accuſatoris uel inducentis.*
4 *Item quòd ſunt monachi uel canonici regulares uel alio modo ſubiecti regulæ uel religioni:& ſine conſenſu ſui ſuperioris teſtificati ſunt,& quòd aliter ſine iſtis poterat ueritas haberi,uel quòd ſunt minores.*
5 *Minori quando poſſit opponi quòd non debeat examinari.*
6 *Item redargui poſſunt teſtes quòd ſunt furioſi uel mente capti.*
7 *Item quòd ſunt pauperes.*
8 *Item quòd ſunt domeſtici, familiares, commenſales, mercenarij, famuli, liberti.*
9 *Item quòd uxor deponit pro uiro,uel econtra,uel frater pro fratre, uel alius coniunctus.*
10 *Item quòd ſunt aduocati, procuratores, patrocinantes,& ſolicitatores in cauſa,uel curator,uel tutor,uel adminiſtrator offenſi.*
11 *Item quòd ſunt ſocij criminis,*
12 *Item quòd ſunt ſingulares.*
13 *Item quòd ſunt excommunicati,hæretici, uel infideles , uel ſunt obſcuri & ignoti.*
14 *Item quòd ſunt inimici illius contra quem producuntur,uel uarium dixerunt.*
15 *Item quòd omiſerunt dicere ueritatem,uel quòd eam occultauerunt.*
16 *Item quòd,ſunt corrupti pecunia,etiam ſi uerum dixerunt.*
17 *Item quòd non deponunt uerſimilia.*
18 *Item quòd dicunt eundem præmeditatum q; ſermonem.*
19 *Item quòd dicunt de diuerſis delictis.*
20 *Item quòd dicunt de diuerſis locis uel perſonis.*
21 *Item quòd deponunt de diuerſis temporibus, quàm ſit in accuſatione , uel inquiſitione,uel ſunt inter ſe uarij de loco & tempore,uel quòd teſtibus & non atteſtationibus eſt credendum.*
22 *Item quòd deponunt de auditu ab alio,uel de eorum credulitate , licet non de uiſu proprio,uel de ſenſu actui congruente.*
23 *Item quòd iudex non per ſe,ſed per alium teſtes examinauit.*
24 *Item quòd teſtes non reddunt cauſam dicti ſui:& minus ſufficientem & actui corporeo congruentem.*
25 *Concluſio in cauſa,an fiat in cauſis criminalibus.*
26 *Teſtis an ſit torquendus.*
27 *Exceptio contra teſtem quòd ſit criminoſus debet continere omnes circũſtantias criminis,ſicut libellus accuſatorius.*
28 *Teſtis infamis an repellatur à teſtimonio in criminalibus.*
29 *Minor xx.annis,an poſſit eſſe teſtis,& an examinatus faciat indicium.*
30 *Domeſtici uel familiares qui dicantur.*
31 *Parentes & conſanguinei admittuntur ad excuſandum quem ut non commiſerit homicidium.*
32 *Vir an admittatur pro uxore,& econtra:& an procuratores & ſimiles admittantur in ſubſidium.*
33 *Examinatio teſtium,an alteri poſſit demandari.*
34 *Teſtes alterius territorij in cauſa criminali , per alium quàm per iudicem , an poſſint examinari.*
35 *Concluſio in cauſa an fiat in criminalibus,adeò quòd non poſſunt amplius teſtes recipi publicato proceſſu,& ſic quandocunq;.*

QVi iudex ſtatuit terminum quatuor dierum ad comparendum, & opponendum contra dictum proceſſum.

Die viij. Ianuarij.

Comparent dicti inquiſiti & opponunt contra proceſ
1 ſum & teſtes : prout eſt in filza. †Et in dicto termino
2 poſſunt teſtes redargui[a]:vt not.gl.Cy.Bar.& Bal.in auẽ.
2 q ſemel.C.de prob.† videlicet, quòd teſtes ſunt infames.
ff.de teſti.l.iij.§.lege Iulia.& quòd ſunt ſerui accuſatoris
3 vel inducentis†:vt l.eos.cum ibi not.C.de teſti.vel quòd
4 ſunt † monachi vel canonici regulares , vel alio modo
ſubiecti regulæ,vel religioni , & ſine conſenſu ſui ſupe-
b rioris[b] teſtificati ſunt , & quòd aliter ſine iſtis veritas ha-
beri poterat:vt c.ſi Chriſtus.in fin.cum ibi not.de iureiu.
aliàs autem ſi per alios vel alio modo non poſſet haberi
veritas cp per iſtos non repelluntur:vt in auth.de ſanctiſ.
epiſco.§.ſi quando.vel quòd ſunt minores viginti anno-
rum:vt l.in teſtimonium.cum ibi nota.ff.de teſtibus. Sed
5 †quòd dixi de minore[c] viginti annorum,habet locũ quã-
c do petitur examinari ad petitionem partis, ſed ſi ex offi-
cio iudicis fuerit examinatus facit indicium vnà cũ aliis
adminiculis,vt putà cum fama.ita dicit Iacob.Butrig.&
Guido de Suza.vt refert Flor.in dicta l.in teſtimonium.
& hoc voluit Bart.quòd examinatus cum aliis faciat in-
dicium : vt l.iij.§.impuberes.ad Sillania.& not.gloſſ.in l.
fina.C.ad Sillania.& not.Bartol.in l.maritus.ff. de quæ-
ſtionibus.& not.Bal.in l.ſeruos.C.de teſtibus.facit quod
6 not.Barto.in l.fin.C.de accuſationib.† vel quòd ſunt fu-
7 rioſi vel mente capti:vt iij.q.vij.tua.† vel quòd ſunt pau-
d peres[d]: quibus minus creditur quàm diuitibus : vt l.te-
ſtium.ff.de teſtibus.& in authen.eodem titu.§.ſancimus.
8 † vel quòd ſunt domeſtici familiares[e] & commenſales,
e mercenarij famuli liberti:de quibus in l.preſenti.§.ſicubi.
9 C.de his qui ad eccleſiam confug.† vel quòd vxor depo-
f nit pro viro[f],& econtra,vel frater pro fratre,vel alius cõ-
10 iunctus:vt l.iiij.& ibi not.ff.de teſtib.† vel quòd ſunt ad-
g uocati,procuratores, patrocinantes[g], & ſolicitatores in
cauſa,vel curator,vel tutor,vel adminiſtrator offenſi: vt
11 l.mandator.& quod ibi not.ff.de teſtibus. † vel ſunt ſo-
h cij[h] criminis.extrà de ſenten.excommu.de quibus per gl.
& docto.in fin.ff.de accuſationib.quia tunc non creditur
tali teſti,vt ibi,& l.qui filium.& ibi not.C.de liber.cauſa.
12 vel† quòd ſunt ſingulares[i] & non faciunt indicium:vt l.
i iurisiurandi.C.de teſtibus.& nota.in l.fina.C.famil. ercis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 †vel quòd ſunt excommunicati,hæretici,vel infideles:vt
ij.q.vij.c.ſi hæreticus.vel quòd ſunt obſcuri & ignoti: vt
14 in auth.de teſtib.§.ſancimus.† vel quòd ſunt inimici [k] ip-
k ſius contra quem producuntur:vt extrà de teſtib.c.fin.& habetur in auth.ſignata ſuper l.quoniam liberi.C.de teſt. intelligas tamen de tali inimicitia, de qua habetur in l.j. §.penult.ff.de quæſtio.& ibi Bart.& Bal.in l.maritus.eo.
l tit.vel quòd varium [l] dixerunt: vt l.qui falſa vel varia.ff. de teſtib.& ibi Flor.& not.plenè Bal.& Imo.in l.inter ſti pulantem.§.j.ff.de verb.obli.Ant.de But.& cano.in c.cũ
15 tu.de teſtib.& Bar.in l.eos.ff.de fal.†vel quòd omiſerunt dicere veritatem,vel quòd eam occultauerunt: vt vj.q.j.
16 c.illi qui.vel † quòd ſunt corrupti pecunia etiam ſi verũ dixerunt:vt not.Barto.in l.j.§.j.ff.de falſis.facit qđ habe-
17 tur in l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.†vel q̃ non deponunt
18 veriſimilia:vt ff.de teſtib.l.ob carmen.† vel quòd dicunt eundem premeditatumq; ſermonem:vt l.iij.§.j.ff.de teſti.
19 †vel quòd dicũt de diuerſis delictis: vt probat c.licet.vel
20 †de diuerſis locis:vt in exemplo de Daniele: vt not.in l. teſtium.C.de teſtib.vel de diuerſis perſonis.arg.l.ad pro-
21 bationem.C.de prob.†vel de diuerſis temporibus q̃ ſit in accuſatione vel inquiſitione deductũ, vel etiam inter ſe ſunt variꝫ de loco vel tempore: de quibus deponunt.arg. not.per Bart.in l.denunciaſſe.§.quid tamen.ff.de adul.ſa
cit iij.q.vij.c.nihil.vel quòd teſtibus & non atteſtationi-
22 bus iudex credere debet:vt l.iij.§.diuus.ff.de teſtib. quoniam iudex debet videre,qua fronte, qua trepidatione, quoue colore loquantur: vt l.de minore.§.tormenta.ff.de
23 quæſtio.& ibi Bart.†vel deponunt de auditu ab alio,vel de eorum credulitate,licet nõ de viſu proprio vel de ſenſu actui congruente:vt l.qui teſtamento.§.ſi.& ibi Barto. ff.de teſtamen.vel his ſimilia opponere poteſt reus. Et ſimili modo omnes exceptiones prædictas poteſt oppone re etiam iudex inquirens vel accuſatus contra teſtes, pro parte rei productos ad ipſius defenſam.quod not. Po-
teſt etiam opponere reus contra proceſſum,vt dixi ſupra in gloſſ.ſuper verbo,comparet reus in termino defenſio-
23 nis &c.per totam illam gl. † Et etiam poteſt opponi q̃ iudex non per ſe, ſed per alium teſtes examinauit qđ in cauſa criminali facere non poteſt:quia cauſæ meri vel mi
m ſti imperij non poſſunt delegari[m]:vt l.j.ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdict.& de hoc eſt caſus in auth.apud elo-quentiſſimum.& ibi gloſ.& doct.C.de fide inſtr. q̃ eſt ve rum niſi ex iuſta cauſa:vt puta ſi ſunt teſtes alterius terri torij,vel niſi iudex eſſet impeditus iuſto impedimẽto in-firmitatis,vel abſentię,vel alia iuſtiſſima cauſa:vt no.Cy. Nico.de Mat.& Bal.in dicta auth.tunc bene admitteretur q̃ teſtium examinatio poſſet alteri demandari, & va-leret,aliàs non:& tunc opponi poſſet: quod not. quia ſe-
24 penumero ignari iudices maleficiorum committunt no-
n tario ſuo teſtium examinationem:quia non valet. †Po teſt etiam opponi, quòd teſtes non reddunt cauſam[n] dicti ſui,& minus ſufficiẽtem.l.ſolam.& ibi gl.Bart.& Bal. C.de teſtib.& actui corporeo congruentem:vt l.qui teſta-
25 mento.§.fi.ff.de teſta.& ibi Bar. †Quibus omnibus pa-
o ctis cenſetur concluſum in cauſa[o]. Non autem puto q̃ in criminali concludatur in cauſa,quando proceditur iu-dicis officio per inquiſitionem:vt l.iij.§.ſi publi.ff.de adul ter.Sed quando proceditur officio iudicis non concludi-tur in cauſa,nec etiam quando ordinariè proceditur iudi-ci,nunq; intelligitur eſſe cõcluſum, ſed parti ſic: vt l.vbi-cunq;.ff.de interro.actio.& ita not.gl.in cle.ſæpe.in ver-bo,interrogatur.de verb.ſign.ifi.Præterea video quòd ad defenſam & offenſam etiam poſt teſtium aperturam non tantùm teſtes produci poſſunt, imò etiam inſtrumenta: vt not.Barto.in l.j.in fi.& in l.vnius.in fin.ff.de quæſtio-nib. ergo non concluditur in cauſa: quinimo vſq; in cal-culo ferendæ ſententiæ poteſt tam ad defenſam, quàm ad offenſam actitari, niſi ſtatuto aliter caueatur,aliàs ſi iu-dex non reciperet defenſionem vſq; ad calculum ferẽdæ ſententiæ teneretur in ſyndicatu de iuſtitia denegata, & quòd fecerit litem ſuam:vt l.fin.ff.de varijs & extraordi.
cogni.quod bene nota.& tene menti ne erres. Sed qđ di xi adoffenſam intelligas:vt not.Iacob.de Are.& Cyn. &
26 Salic.in l.fin.C.de quæſtionib. † Et aduertas[p] an teſtis
p ſit torquendus,dicas quòd nõ: etiam in criminalibus re-gulariter, quando eſt liber homo fallit in certis caſibus: vt l.ex libero.in princ.& l.diuus.in princ.& §.ſi.& vtro-bicꝫ Bartol.ff.de quæſtionib.de quo latè per Salic.in l.fin.
27 in iij.quæſtio.C.de quæſtionib.†Sis tamen cautus quòd quando excipitur contra teſtem quòd ſit criminoſus de-bent in exceptione opponi omnes criminis circũſtantiæ ſicut in libello accuſatorio.extrà de teſti.c.ij.lib.vj.ita di cit Barto.in l.iij.§.lege Iulia.ff.de teſtib.quod not.& vide quæ dixi ſuprà in gl.proxi.præced.

ADNOTATIO. a ¶Poſſunt teſtes redargui. Adde tu qui te ſtes admitti poſsint in cauſa criminali.adde Bal.& in l.parentes.C. de teſtib.Cano.in c.cum oporteat.maximè Moder. de accu.& inc. cum P.manconella.in ſi.eo.tit.Dominic.in c.j.de teſtib.in vj.domi. Abb.in c.j.de confeſſ.& vide Pau.de Caſt.conſil.cxix.aliàs cxvij.& vide etiam Oldr.in proposito in conſi.cxcij.& d.Alex.in conſi.v.du plicato.in conſi.xciij.in j.vol.& eundem in conſil.xxiiij.in ij.vol.

b ¶Superioris.Adde quòd ſi ſuperior & clericus deponãt ſimul quòd præſumitur ſuperior licentiam dediſſe ſubdito.ita Fran.de Aret.in conſi.lxj.& ibi quòd clericus examinatus in teſtẽ à iudice laico quo ad ſolennizandum teſtamentum ſine licentia ſui ſuperioris pro-bat,licet dicat eſſe ſecus in religioſo examinato ſine licentia ſuperioris.allegat Ange.in conſi.ccxxxiij.ita tenuiſſe.Ber.

c ¶De minore.Adde circa hoc,& vide Alex.in conſi.lxiiij.in j.volu. & conſi.clxxvj.in ij.vol.& Old.in conſi.cxcij.

d ¶Pauperes.Adde & die etiam v t per Alex.in conſil.xv.in iij.volu. Roma.conſi.lxxxij.& Cepo.in conſi.xxxj.Ber.

e ¶Familiares.Adde Alex.in conſi.xcj.Roma.in cõſi.cccix.& quod voluit idem Ro.in conſi.clij.& vide Fulgo.in conſi.cxciij.vbi quòd domeſtici offenſi ſunt teſtes idonei, quando offenſus remiſit iniu-riam,& dixit ſe nolle accuſari.

f ¶Pro viro.Adde Raph.Cuma.in conſi.lxxxj.Ange.in conſi.cxxx-viij.& an gener pro ſocero,creditor pro debitore,colonus pro domi no.vide Alex.in conſi.lxxviij.in j.vol.& Raph.Cuma.in conſi.xx-vij.& ibi qui dicantur domeſtici Bar.& de fratre quando poſſit eſſe teſtis pro fratre,adde Alex.in conſi.lxx.in j.vol.& in conſi.xxiiij.in ij.vol.& ibi,an agnatus ſit idoneus teſtis pro offenſo ad defenſam. & vide eundem in conſi.ccxij.in ij.vol.vbi etiam de fratre.& Cep. in conſil.xxj.et an domeſtici admittantur pro innocentia accuſati. vide Ioan.de Ana.in conſil.liij.& conſi.lxiiij.et Alexan.in conſi.v. in j.volu.Ber.

g ¶Et ſolicitatores.Adde Roma.in conſil.ccccxx.qui aliter loquitur Alex.in conſi.xliiij.et conſi.ccxxxiij.in ij.vol.& quid de procurato re.vide etiam Alex.in conſi.cxlviij.eo.vol.& per Bart.in conſi.cc-xiij.vbi aliquid de aduocato.& per Fulg.in cõſil.clxxiiij.vbi de tu tore,procuratore,& adminiſtratore.et in conſil.clxij.et per eũdem in conſi.ccix.et vide Raph.Cuma.in conſi.cxxxvij.et etiã de procu ratore.per Roma.in conſi.clxxxvj.Ber.

h ¶Socij criminis:Adde Io.de Ana.in conſi.lix.Fulg.in conſi.cxxx-vj.Cepo.in conſi.xxxj,Alex.in conſi.cxxvij.in iiij.vol.et in conſil. cxxxij.in j.vol.et Fran.de Are.in conſi.lxj,Ber.

i ¶Singulares.Adde Alex.in conſi.clxxv.in ij.vol.Cu.in cõſil.xxvij. & Fulgo.in conſi.ccxxxvj.Alex.in conſi.lxxij.in j.volu.& de infa-mibus hæreticis & excommunicatis,vide Alexã.in conſi.xx.in iiij. li.conſi.xliij.& conſi.lxxxvij.in ij.vol.Fran.de Are.in cõſi.lxxxij. latè Oldr.in conſi.cxcij.& in conſi.ccxcviij.vbi quòd excommuni-catus abſoluitur ad cautelam, vt deponat, & quid de Iudęo. vide Alexan.in conſi.xxxv.in j.vol.& de Iudęo baptizato.Oldr.in con ſil.ccx.circa fin.

k ¶Inimici.Adde & vide Alexã.in conſil.lxxv.in iij.volu,& conſil. cxxvij.in iiij.lib.& ibi quid de inimico occulto.Ful.in cõſi.clxxx-ix.& ibi qualis debeat eſſe inimicitia Oldr.in conſi.ccx.cõſi.cxlv. & conſi.cclxxviij.Ber.

l ¶Varium dixerunt.Adde in hoc Alexan.in conſil.xxiiij.in ij.vol. & Fulgoſ.in conſil.ccxxxviij.vbi dicit, quòd ſi aliqui teſtes dicunt de ſex vulneribus,a liqui de quatuor quòd tamen minor ſumma in maiori ineſt,& de teſtibus variantibus & diuerſa dicentibus,vide Cuma.in conſi.xcj.& vide Alex.in conſi.cxvj.in j.volu.Ber.Et de teſtibus omittentibus dicere veritatem.vide Cepol.in conſil.lvj.Et de teſtibus dicentibus non veriſimilia.vide Alex.in conſi.lxxxj.in iiij.volu.Cepo.in conſi.j.& in conſi.lxij.Et ibi vide latè quando te-ſtes dicantur veriſimilia dicere.Et de deponentibus per eundẽ præ-
medita

meditatumq; ſermonem.per Alexand.in conſil.cv.in j.volumi.Et vide Oldrad.in conſilio ccx.Et de deponentibus de auditu alieno, Oldradus in conſil.cxcij.Et de credulitate per Angelum, in con-ſilio iiij. Ber.

m ¶Delegari.adde Alex.in conſil.ccxiij.in ij.volu.& Franc.de Are. in conſil.lxxxij.Et adde quòd etiam de conſenſu partium iudex non poteſt examinationem committere ſi in loco adeſſet ſtatutum, quòd iudex perſonaliter debeat intereſſe examinationi teſtium.ita Bal.in conſil.xlij.in v.lib.Ber.

n ¶Cauſam dicti.adde tu Fulg.in conſi.cxciiij.

o ¶In cauſa.adde tu quando cenſeatur in cauſa concluſum, an in cri-minali fiat concluſio.vide d.Alex.in l.j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio. & Ro.in conſil.clxxvj.& ibi vide qualiter in cauſa concludatur, & an partes abſq; iudice poſsint in cauſa concludere.

p ¶Et aduertas.adde tu an in cauſa criminali ſint torquendi teſtes. vide per Ange.ſupra in gl.in ver.comparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt totum.& vide Cepo.in conſi.xxj.& quòd quando ex-cipitur contra teſtem quòd ſit criminoſus, quòd omnes circunſtan-tiæ ſint apponendæ ſicut in libello:vide Roma.in conſi.ccxc.

28 **Auguſti.** Tu autem in hac gloſſ.† adde inquan-tum ſupradictum eſt, qđ teſtis infamis repellitur in criminalibus à teſtimonio, dic quòd verum eſt,quòd teſtis infamis infamia iuris repellitur in crimi-nalibus,tamen in ſubſidium admitteretur eum tormẽtis, ſecundùm Barto.in l.j.C.de ſumma trini.& fide cath.per l.ob carmen.§.penul.ff.de teſti.& l.qui vltimò.ff.de pœn. & idem dicendum eſt in teſte infami infamia facti: quia repellitur niſi in ſubſidium,vt dictũ eſt.& ita voluit Bar. in dicta l.j.quod intelligunt ibi Bal.& Salice.& ſequitur do.Card .in c.teſtimonium.extrà de teſtib.quò ad hoc vt deueniatur ad torturam, non quò ad hoc vt feratur ſen-tentia condemnatoria. Adde quæ dixit Matheſi.in nota-bilibus dictis ſuis.clxxix.qui dicit,quòd licet aliàs de iu-re ne veritas occultetur,ſiue in criminali cauſa,ſiue ciuili admittantur teſtes non idonei,dicit hoc debere intelligi, q̃ ſi nõ ſunt idonei reſpectu ſtatus,vel famæ, vel quia cri minoſi,vel infames de iure,vel de facto, vel ſerui,tales non debent admitti ſine tormentis in cauſa criminali, & ibi multa allegat,& ibi vide quid in ciuili: quia dicit ipſe
29 Barto.tenuit contra opinionem Ioan.And. † Item in-quãtùm dictũ eſt in minore,an minor viginti annis poſ-ſit eſſe teſtis,& an examinatus faciat indicium,hic nõ re-plico:quia latè examinaui ſupra in gloſſ.in verbo,compa rent dicti inquiſiti & totum negauerunt.in verſicu.quæ-
30 ro qui teſtes ſunt idonei.ibi vide in additio. † Inquan-tum dictum eſt de domeſticis & familiaribus qui nõ poſ ſunt teſtificari.Adde qui dicantur domeſtici vel familia-res in hac materia,vt latè per Moder.poſt doct.ſcribitur in c.in literis.extrà de teſtib.Adde tamen quòd ſi teſtis fa miliaris vel domeſticus eſſet perſona valde honeſta, vt ſunt domeſtici vel familiares regum,principum,vel epi-ſcoporum:tunc tales admittuntur:ita dixerunt Innoc.& 34
do.Anto.de Butr.& Imo.in dicto c.in literis.extrà de te-ſtib.& Bal.& Salic.in l.iij.C.de teſtibus.Item adde q̃ iſta non militarent in his quæ veriſimiliter melius habentur per domeſticos vel familiares quàm per alios: quia tunc domeſticus vel familiaris admitteretur,ſecundùm Ioan. Andr.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.j.verſic.item quòd eſt domeſticus.& Barto.in l.ſi quando.C.vnde vi.in vlt. col.per text.& Barto.in l.quoties.C.de naufrag.lib.x.& latè per Moder.in dicto c.in literis.& vide Floria.in l.te-ſtis idoneus.ff.de teſtib.qui multum exclamat de doctri na Specu.in titu.de inquiſitione.§.j.verſicu.ſed nunquid. qui dixit,quòd innocentia accuſati poteſt excuſari per te ſtes cubicularios:quia extraneis non ſunt noti ſecreti mo
31 res.& Angel.in l.iiij.ff.de confeſſis.qui dixit, † quòd ad excuſandum quem vt non commiſerit homicidium ad-mittuntur parentes & conſanguinei, fortè probantes il lum viuum. Adde tamen quòd dominus poteſt teſtifica-ri pro ſubdito vel familiari, ſecundùm Salice.in l.ij.C.de teſtib.& videtur bona gloſſ.in c.inſinuante.extra de offi-cio delega.intellige tamen vt ibi habetur,niſi eſſet perſo-
na vilis vel abiecta, non tamen dicitur omni exceptione maior,ſecundùm Barto.in l.idonei.ff.de teſtib. & omni-no vide Alber.de Roſa.in ſecunda parte ſtatutorum q. lxiiij.qui ponit, quòd in criminalibus familiaris admitti-tur ad teſtificandum pro domino, ſi dominus in loco ſyl-ueſtri fuit derobatus,& in ſubſidium alij teſtes non pote-rant haberi,de qua materia dixi poſt docto. Moder.in l. non ſolùm.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de operis noui nunc. vbi dictum eſt,quòd vbi aliter veritas haberi non poteſt tunc admittuntur probationes quæ aliàs non reciperen-
32 tur. † Quod autem dictum eſt de viro & vxore, eſt alter-catio inter legiſtas,& canoniſtas: de quibus per Bald. & Salic.in dicta l.ij.C.de teſtib.& per canoniſtas in dicto c. in literis.& per Spec.in titu.de teſte.§.j.verſ.Sed quid de vxore.& ibi in dicto §.j.per Spec.videbis omnia iſta la-tè extenſa.Et an frater pro fratre admittatur in cauſa cri minali.Adde Bal.in l.fin.C.de proba.& do.Abb.in c. li-teris.de præſumptionib.Item an in ſubſidium iſti admini ſtratores,procuratores, & ſimiles admittantur.Adde Io. Andr.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.j.verſic.quidam.in additio.quæ incip.non inuenio Iacobum.& vide omni-no do.Anto.de Butr.in c.tertio loco.extrà de probatio.& ibi per Mod.qui videntur velle quòd ſic.Sed an illa pro-cedant in criminalibus, patet ex ſupradictis. Item de te-ſte qui accepit pecuniam, & quòd teſtes variè dixerunt. adde hic multa peregrina quæ dixi ſuprà in glo.falſario. in addi. Et inquantum d.Ange.hic tangit illam maxi-
33 mam difficultatem: † an in criminalibus examinatio te-ſtium poſſit alteri demandari. Adde & dic quòd verum eſt,q̃ regulariter iudex non poteſt hoc facere, & ad hoc vltra ſupra allegata.adde bonum tex.in c.j.de offic.dele. & eſt tex.cum glo.in c.ij.de iudic.in vj.& in l.iij.§.diuus interrogare ſoleo.ff.de teſt.quam legem ad hoc ponde-rat Bal.in c.quis teſtium.extrà de teſtib.& gloſſ.in c.at ſi clerici.extrà de iudi.& gloſſ.in c.conſtitutus.extrà de fi-deiuſſo.& glo.in c.porro.extrà de teſtib.cogen.& amplia prædicta etiam ſi conſuetudo eſſet in contrarium:vt ſen-tit gloſ.in c.teſtes.iij.q.ix.vide Inno.in dicto c.ſi qui. Li-mita tamen prædicta non habere locum in papa quia al-teri committit examinationem teſtium in criminalibus. Ita not.Spec.in titu.de teſte.§.nunc tractandum.in prin. & hoc eſt clarum in c.propoſuit.cum ſimil.extrà de con-ceſſio.preb. Item prædicta limita non habere locum vbi ageretur de crimine per viam exceptionis.ita voluit Petr.de Anchar.in c.ij.extrà de teſtib.in vj.in §.teſtes.in princ. Item hoc non habet locum etiam in cauſa hære ſis,per tex.in c.vt officium.§.verum.de hære.in vj. Itẽ fallit etiam niſi perſona examinanda nõ poſſet venire ad iudicem,& iudex ſit perſona multum honorata: vt pro-bat tex.ſingularis in c.ij.in verbo,aut ſi talis.& ibi gloſ.& Petr.de Anch.& Dominic.in dicto c.ij.§.j.extrà de iudi.
34 † Item adde inquantùm dictum eſt, quòd teſtes alte-rius territorij in cauſa criminali per alium, quàm per iudi cem poſſunt examinari. Adde quòd hoc voluit Io.de Ana. in c.intantum.extrà de collu.detegen.& Ioã.And. poſt Ioan.Mo.in c.Romana.§.contrahentes.de foro cõ-peten.in vj.& Alber.de Roſa.in dicta authen. apud elo-quentiſſimum.& Bald.in c.ſi qui teſtium.extrà de teſtib. ne pereat facultas probandi & etiam parcatur expenſis. iuxta l.ſed & ſi quis ex ſignatoribus.verſi.ſæpe cum ma-gna.ff.quemadmo.teſtamen.aper. Sed contrariam par tem tenẽt Salice.& aliqui in dicta authen.apud eloquen-tiſſimum.& do.Abb.in dicto c.conſtitutus.& Abb.in c. cum cauſam.extrà de teſti. Tene ergo primam opinio nem:maximè quia vacillationes teſtium poſſunt tranſcri bi ab examinatore:vt voluit Inno.in c.quoniam contra. extrà de proba.& maximè practicando:vt docet Bald.in d.c.ſi qui.videlicet,quòd ſcribatur iudici alterius territo-rij:vt ex ſua iuriſdictione illos recipiat, nec tunc dicitur officium committi,ſed exigi:iuxta l. cùm vnus.§.is qui. ff.de bonis autho.iudic.poſſi.Et licet Barto.Ang.& Sal. in dicta authen.apud eloquentiſſimum, ſentiant contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium, tamen Ioan. Andr. & do. Anto. de But. in d.c. constitutus. dicunt quòd de consuetudine seruatur contrarium. †Item aduerte inquantùm do. Ange. ponit illam
35 difficultatem, an in criminalibus concludatur in causa, adeò quòd non possint amplius testes recipi, & publicato processu: & sic quandocunq;. Adde quæ latè dixi supra in gloss. comparent inquisiti. & totum negauerunt in penult. addi. mea.

SVMMARIVM.

1 *Reum specialiter & nominatim citari ad audiendum sententiam in criminalibus non est necesse, in ciuilibus secus.*
2 *Reus absens qui non comparuit non potest in criminalibus cõdemnari nisi specialiter & nominatim fuerit citatus.*
3 *Consuetudo est quòd in criminalibus banniatur ad concilium generale per præconem, & moneatur concilium generale per tubam siue campanã uel secundum morem locorum: ut si quis uellet appellare uel dicere de nullitate, uel aliquid allegare ad defensum etiam sponte more decernentis, possit hæc facere.*
4 *Sententiæ feruntur congregato concilio ut supra: ut si quis uellet allegare iura fisci, & reipublicæ ne fraudentur possit.*
5 *Papa & imperator licet de plenitudine potestatis possint in criminalibus cõdemnare absentem, non tamen contra omnino non citatum, uel citatum ad locum notorie non tutum.*

Die xij. Ianuarij.

QVi iudex commisit L. præconi quod banniat ad concilium generale pro sententijs in criminalibus ferendis &c.

Dicta die.

Qui L. præco retulit ita se bannisse &c.

†No. quòd non est necesse quòd reus specialiter & nominatim citetur ad audiendam sententiam in criminalibus, in ciuilibus verò non valeret sententia nisi specialiter, & nominatim personaliter, vel ad domum & etiam peremptoriè fuerit citatus: vt not. Barto. in extrauaganti ad reprimen. super verbo, per nuncium. Et hoc ideo in criminalibus propter licentiam quam inquisitus dedit iudici, de qua per Bartol. in l. qui reus. ff. de publi. iudic. & l. inter accusatorem. eo. titu. & dixi supra in gloss. super verbo, iudici licentiam dedit &c. Et etiam propter monitionem iudicis subsecutam, quam postea fecit iudex qui dictum reum monuit vt singulis diebus & horis, vsq; ad sententiam inclusiuè &c. quæ monitio habet vim peremptorij: vt l. ij. & ibi gloss. & docto. C. quomodo & quando iudex. igitur talis comminatio & iudicis monitio sufficit, nec alia specialis citatio requiritur. argumen. nota. per Bartol. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. in ij. col. & in l. ædictum. ff. de iudicijs. Et prædicta procedunt quando inquisitus comparuit & monitus fuit & dedit li-
2 centiam iudici, †aliàs autem si fuerit absens & non comparuerit, videtur quòd nullo modo possit damnari, nisi
a specialiter & nominatim fuerit citatus[a] sicut in ciuili, & multo ergo magis etiam in criminali, vbi maius vertitur periculum. facit clementin. pastoralis. de re iudicata. sed de consuetudine non citatur, & hoc totum procedit de
3 forma statutorum. †Et not. quod consuetudo est quòd per præconem banniatur ad concilium generale, & quod concilium generale moneatur vel campana, vel tuba, vel cornu, secundum morem locorum: vt not. gloss. in l. ij. C. de decre. decurio. libr. x. facit quod not. gloss. in l. j. C. quæ sit longa consuet. quæ omnia facias apparere in actis. Et ideo etiam feruntur sententiæ criminalis citato publico & generali concilio, vt si quis esset qui vellet appellare vel dicere de nullitate, vel aliquid allegare ad rei defensam etiam sponte mori decernentis quòd possit: vt l. non
4 tantùm. cum sua materia. ff. de appellationib. †Et etiam si quis vellet dicere & allegare iura fisci & reipublicæ: quia hic agitur de vindicta publica quòd possit, ne fiscus & res publica fraudetur, & ne delicta remaneant imputa, si fortè iudex absolueret non absoluendum: igitur fit talis citatio concilij generalis. facit authen. si omnes. C. si vt se ab hæreditate abstineat. & quod not. ibi per doctores, & etiam tene menti quòd in criminalibus: vt putà etiam in accusatione, potest ferri sententia etiam nulla parte instante: vt est casus in l. quamuis indubitati. C. de adulterijs.

ADNOTATIO. a ¶Citatus. Adde Ange. in consi. cclix. vbi dicit, quod nec princeps posset damnare absentem absq; citatione. & vide Francis. de Are. in consi. clxv. vbi quòd papa in criminibus non potest tollere etiam de plenitudine potestatis citationem. & idem voluit do. Hiero. tor. in consi. quod reddidit pro Florentinis. & Oldrad. in consil. xliij. & quòd in sententia principis requiratur citatio. vide Roma. in consi. ccccl xxviij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac gloss. adde ea quæ dixi supra in additio. meis in illis gloss. quæ incipit, iudici licentiam dedit. & in alia gloss. quam supra allegauit do. Angel. hic, & verum est, quòd sententia in criminalibus in istis delictis grauioribus non potest ferri in absentem. l. absentem. & l. reos. C. de accu. & in l. absentem. ff. de pœnis. quæ omnia non habent locum de iure canonico: iuxta nota. in c. qualiter & quando. extrà de accusa. & per Innocen. in c. veritatis. extrà de dolo & contuma. qui dicit, quòd in causa degradationis etiam de iure canonico potest ferri sententia in absentem, & hæc regula fallit etiam de iure ciuili in multis casibus, vbi sententia capitalis potest ferri in absentem quos referunt doct. in locis suprà allegatis, maximè Angel. in l. reos. qui dixit, quòd Papa & Imperator in criminalibus possunt ferre sententiam in absentem, in quibuscunq; criminibus quantuncunq; sententia sit capitalis, & ponit Angel. in l. reos. C. de accusationib. dicens, qd' ita fecit Bonifacius contra Petrum & Iacobum de columna. in c. j. de schismati. libr. vj. & ita fecit Federicus contra regem Robertum cùm priuauit eum regno & dignitatibus regalibus, per sententiam quam postea recitauit Clemens in clemẽ. j. de re iudica. intelligo tamen prædicta, quod ipsi ista faciunt de plenitudine potestatis. Et ideo dicit Ange. in l. si accusationibus. C. de accusationib. quod opus est, quòd Papa & Imperator faciant ista & suppleant de plenitudine potestatis, aliàs non tenerent de iure. †Et subdit Ang. ibi, quòd licet Papa & Imperator de plenitudine potestatis possint in criminalibus condemnare absentem, non possunt tamen in criminalibus ferre sententiam contra omnino non citatum vel contra citatum ad locum notoriæ non tutum: quia per hoc auferrent ius defensionis q̃ est de iure naturali, & de hoc est factus hodie casus in clementi. pastoralis. extrà de re iudica. Tene tamen menti, quòd si reus est in carceribus, adeò quòd sententia condemnatoria sit ferenda, nedum quòd de iure debeat citari, sed in persona super facie debet ferri sententia criminalis, & duci in palatium ante tribunal, & non ferre sententiam in absentem, licet sit detentus in carceribus: quia isto casu diceretur absens ipse incarceratus in ista sententia condemnatoria, & ita obseruat totus mundus. ita dicit Angel. in l. penultima. §. ad crimen. ff. de public. iudic. in iij. colum. & Bald. in l. reos. C. de accusationibus. quæ omnia nota.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in criminalibus quando est mortis uel mutilationis membri est necesse quòd sententia dicatur lata per potestatem uel prouinciæ præsidem.*
2 *Vicarij constituti à potestate & à superiore: & uicerectoris constituti à rectore, & ab uniuersitate differentia est non parua.*

In Dei nomine. Amen.

Hæc est

HAec est quædam sententia condemnatoria corporalis & partim pecuniaria &c. lata per D. T. potestatem Bononiæ &c.

1 †Quòd sententia dicatur lata per T. potestatem vel prouinciæ præsidem est per necessarium, quãdo est mortis vel membri mutilatio: nam per eius vicarium, seu per eius vicegerentem. Sententia corporalis executiua fieri non potest, non tantùm præsente præside, sed nec eo absente. Nam vicarius potestatis vel eius vices gerẽs omnia potest absente præside, quæ potest ipse præses præterq; inferre mortem vel membri abscissionem realiter. Nam in contumaciam bene posset damnare quem ad mortem præside existente absente: vt est text. & ibi gloss. ordinaria & docto. in l. ij. C. de offic. eius qui vic. alte. ger. & hoc nota: quia de facto habui pluries me assidente Perusij absente meo præside, & hoc tenet Bartol. in l. obseruare. in prin. ff. de offic. procon. & leg. facit quod not. in l. j. §. ij. ff. de lega. iij. Quod tamen intellige verum si sit vicarius à potestate constitutus, sinautem esset substitutus, siue subrogatus à superiore in locum potestatis mortui, vel absentis: tunc talis substitutus etiam vices gerens potest etiam executionem realem facere in causis meri imperij, ita notanter sentit Bartol. & etiam gloss. in l. j. ff. de of
2 ficio eius cui manda. est iurisdict. †Ideo semper aduertas, an sit mere vicarius constitutus à potestate, vel sit à superiore potestati substitutus, facit qd' dicimus de vicerectore vniuersitatis, an sit constitutus à rectore, an ab vniuersitate: quia si à rectore non gaudet omnibus priuilegijs rectoris: secus si sit ab vniuersitate constitutus: vt not. Barto. in l. filius. ff. de lega. prædicta tamen intelligas: vt plenè dixi instit. de exceptio. in rub. post princ. aduertas etiam quòd ideo dicitur lata per T. potestatẽ &c. quia de iure assessores possunt cognoscere, nõ tamen possunt iudicare etiam in causa ciuili: vt l. j. & per totum. C. de assesso. vnde cautela est semper in princ. officij quòd potestates terrarum in suis deputationibus deputent talem in sui vicarium & committant & delegent omnes causas pertinentes ad sui officium etiam vsq; ad sententiam inclusiuè, quæ tamen delegatio non porrigitur, nisi ad causas ciuiles, ad criminales verò causas nullo modo: quia non sunt delegabiles, igitur non est mirum si sentẽtiæ cri
a minales[a], solummodo dantur in solo nomine rectoris ciuitatis vel potestatis, & non in suis vicarijs, siue latruncu latoribus, & quòd tales sententiæ debeãt formari in præsidis personam de consilio tamen suorum assessorum. no. Bal. in l. j. C. qui accu. non poss. in illa quæst. quando dicatur nomẽ &c. receptum inter reos tene bene menti qd' licet in ciuilibus sit necesse q̃ sententia ad alicuius partis petitionem feratur: vt l. properandum. §. finautem. & ibi nota. C. de iudic. tamen in criminali & in accusationibus fertur sententia, & valet ex mero iudicis officio, sine alicuius partis petitione: vt est casus, & ibi Sal. in prin. quãuis. la j. C. de adulter.

ADNOTATIO. a ¶Sententiæ criminales. Adde q̃ hãc sententiam sequitur Cepo. in consi. xvij. Ber.

b Augusti. Tu autem[b] in hac materia, adde & dic qd' nescio qui reuelauerit do. Ange. hic, qd' Bart. & glos. in l. j. ff. de offic. eius cui man. est iurisdic. distinguat, quòd si vicegerẽs vel substitutus vel vicarius sit factus à potestate vel rectore nõ potest exequi sententias criminales & capitales: secus si à superiore sit factus ille vicegerens: quia nego quòd Bar. in locis allega. supra hoc dixerit. Et ideo volui videre quosdam Mod. qui digito credunt cœlum tetigisse. post Ludo. de Roma. in d. l. j. ff. de officio eius cui mand. est iurisdict. qui plenius attingentes istam materiam dicunt quomodo Barto. ibi in dicta l. j. reprehendit illam gloss. in dicta l. ij. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. ponderans gloss. esse in contrarium in dicta l. j. ff. de officio eius cui man. est iurisdict. & dicunt præfati Moder. quomodo Guil. de Cun. & Roma. in dicta l. j. ff. de officio eius cui mand. est iurisdict. tenent contra illam gloss. in dicta l. ij. quòd imò talis vicegerens possit inferre vltimum supplicium delinquẽti referunt etiam quomodo Bal. in dicta authen. Et ideo circa v. col. C. ne vxor pro marito. sequitur gloss. in d. l. ij. Referunt postea: quomodo Bal. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugi. distinguit. Aut est substitutus à superiore talis viceregens vel substitutus, & omnia potest facere & inferre vltimum supplicium. & ita habet locum gloss. in dicta l. j. Aut talis substitutus est substitutus vel vicegerens ab ipsomet absente, & tunc omnia potest præter vltimum supplicium inferre, & dicit quòd ita sensit Barto. in dicta l. filius. ff. de lega. Certè miror quomodo isti illustres docto. in hac materia multa peregrina ignorauerint, ego aliàs cum fuissem interrogatus ab illustrissimo domino meo duce Hercule indagando veritatem & perscrutando libros meos inueni doctores maximè autoritatis examinantes istam materiam. An vera sit illa gloss. illius l. ij. quæ voluit vicegerentem omnia posse, præter vltimũ supplicium. Et ego contra istos docto. dico, quòd ipse vicegerens nullo modo potest criminaliter punire. Et arguo sic. Nam doct. nostri semper intellexerunt tex. in d. l. ij. C. de off. eius qui vic. alt. ger. in illo substituto vel vicegerẽte cõstituto à superiore, & nõ ab officiale. & ita intelexerunt doc. maximè Bar. in l. j. §. j. ff. de leg. iij. & Bar. & doct. in l. filius. ff. de leg. qui dicũt q̃ ille tit. C. de offi. eius qui vic. alt. ger. debet intelligi in vicegerẽte cõstituto ab vniuersitate, vel superiore, & est vera ista cõclusio: quia ille titu. intelligitur à vicegerẽte cõstituto in locũ officialis mortui, ergo sequit' q̃ superior ipsum cõstituit & nõ officialis: quia aliàs mortuo illo officiale expirasset eius officium, per ea quæ habentur in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. & not. doct. in c. j. extrà de offi. vicar. Si ergo illa iura loquuntur in tali vicegerente constituto à superiore, tamen gloss. in d. l. ij. dicit, quod talis præter vltimum supplicium omnia potest. Nec huic gl. obst. gl. in l. j. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. quia illa gloss. quæ dicit, qd' talis substitutus omnia potest illa gloss. ponit regulã, sed non procedit vlterius ponendo exceptionem, scilicet omnia potest præter vltimum supplicium: & ideo cõtra istos docto. reperio quòd verior est illa gloss. illius l. ij. C. de officio eius qui vicem alter. ger. quia Archid. in c. vobis. aliàs in c. vobiscum. xij. qõ. ij. expressè sequitur illam gloss. in dicta l. ij. qui dicit, quòd isti subrogati loco mortuorum vel absentium, omnia possunt præter vltimum supplicium & membri mutilationem. & ibi Archi. dicit, quòd ita tenuit Goffre. in summa sua extrà de officio vicarij. & Hostien. in summa in §. j. iuxta princip. in titu. de officio vica. extrà. & allegat illam gloss. coniunctam cum tex. in l. ij. C. de officio eius qui vicem alter. gerit. Et mouentur per text. in authen. de collationib. §. antec̃ verò. col. xj. Præterea Azo ipse in summa dicti titu. de officio eius qui vicem alter. gerit. expressè dicit, quòd hi suffecti loco mortuorum vel absentium omnia possint quæ pertinent ad merum imperium, vel ad iurisdictionem ciuilium causarum, vel criminalium, & capitalium cognitionem, non diffinitione vel pœnæ impositione, & sic hæc fuit originalis opinio Azo. & non Accur. Præterea dico quòd in practica cum reuerentia domi. Ange. & scribentium qui nolunt studere, aut emere libros opinio illius gloss. dicta l. ij. C. de officio eius qui vicem alter. gerit. est communis opinio: quia illa gloss. communiter approbatur à docto. & ita in hac materia in propriis terminis dixit Alber. de Rosa. in l. placet. C. de peda. iudic. in ij. colũ. dicit tamen ibi Alber. quòd licet illa gloss. in l. ij. communiter approbetur à docto. tamen Cy. ibi in dicta l. placet. reprobat illam gl. & tenet quòd talis suffectus loco mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui posit omnia & etiam inferre mortem reo, & dicit, q illam opi. tenet Rofre. in libello in tit. quæ causæ pos. deleg. & quæ non vltra principium. Item refert Alb. in d. l. placet. quomodo Cy. ibi dicit quod si præses abesset non rediturus & alius vices eius gereret autoritate superioris, etiam talis suffectus posset inferre mortem. Rationes & iura ibi vide eleganter per eos. Sic ergo in proposito nostro non video in practica quomodo possumus recedere ab opi. illius glo. in d. l. ij. licèt aliqui doc. teneant contrarium, & licèt ipse Albe. sequatur opi. Cyn. & hæc omnia not. de multis alijs hic tactis vide Moder. in d. l. j. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. vide Bal. in l. data opera. in pe. charta C. qui accusa. qui dicit quòd locum tenẽtes seu vicarij de iure ciuili non possunt pœnam mortis vel mutilationem membri infligere. Sed de iure canonico secus: allegat gl. xxiij. q. iiij. c. illud. & vide Bal. allegantem ibi in l. ij. C. de offi. eius qui vicem alte. gerit. hoc modo intelligas dicta Angel. in dicta l. ij. C. de pœnis. qui quærit anvicarij potestatis in criminalibus possint ferre sententias, & multum eleganter in hac materia loquitur Ludo. de Roma. in consi. suo lvij. quod incipit ad discutiendum veritatem propositæ quæstionis in ij. col. tandem approbat. dicta Bald. in d. authen. Sed nouo iure. & dixit do. Catal. in tractatu syndicatus in q. clxxij. quod ille qui vices alterius gerit habet idem imperium quod verum est: quando is q committit vices potest merum imperium committere. & allegat Bal. hoc dixisse, ibi vide.

b ¶ Tu autem vltra ea quæ ponit d. Angel. vide do. Alex. in rubr. de offi. eius cui ma est iurisd. & Roma. in consi. lix. vbi ponit de potestate data vicarijs generalibus an possint bona publicare & sentẽtias sanguinis dicere, & vide Fede. consi. penul.

SVMMARIVM.

1 Practica quod in sententijs criminalibus dicatur de consensu & deliberatione omnium id dicum: unde sit tracta.
2 Anciani & præsidentes in ciuitate: si cogunt officialem facere iniustitiam: qua lege teneantur.
3 Assessor quid facere debeat si non vult consentire quando videtur sibi quod sit iniusta: ad hoc quod non teneatur.
4 Officialis an teneatur de iniusta facta per principalem rectorem siue per suũ præsidem.
5 Potestas iuris ignorans an teneatur in syndicatu si tulit sententiam iniustam, licet de consilio suorum iudicum.

DE consensu & deliberatione omnium suorum iudicum &c.

1 † Ista practica[a] dicitur introducta per legem humanam. C. de lega. facit l. placet. C. de sacro san. eccle. ibi concilij tenore perpenso. & ibi Bald. facit l. dubium. C. de diuor. & maxime cùm de hominis vita tractatur, quod sit multis oculis subiecta vt benè & maturè videatur si aliqua fraus vel error per aliquem committatur l. fina. C. de fideicommiss. & ita etiam vult Bal. in l. j. in illa q. quando dicatur nomen rei receptum inter reos C. q accusa. non possunt. & aduertat prouinciæ præses ne cogat aliquem ex suis officialibus inuitum ad consentiendum sibi minis vel alio modo vt faciunt proteruí præsides vt condemnetur qui non veniebat condemnandus vel punitur acrius quam de iure debuerit, quòd ipse præses in suo syndicatu ex hoc solo de fica. tenebitur ita dicit
2 Barto. in l. j. in princi. ff. de ficarijs. † Caueant etiam anciani & in ciuitate præsidentes ne cogant officialem ad condemnandum illum qui debebat absolui. & ad absoluendum qui veniebat condemnandus, & sic cogunt officialẽ facere iniustitiã quia Anciani deposito officio lege Iulia de vi publica tenentur: vt l. lege iulia. & l. qui dolo. & ibi Barto. ff. ad l. iul. de vi publi. Item tenentur de ficarijs vt
3 no. Barto. in dicta l. j. de ficarijs. † Sis tamẽ cautus tu assessor si non vis consentire quando videtur tibi quòd iustitia non ministretur ne ex taciturnitate tua videaris consentire & per consequẽs tenearis quòd protesteris & pertinaciter resistas præsidibus & in actis appareat de tua protestatione quid ius in dicta causa dictat. Iste est casus in appellatione à ciuili, ergo fortius in criminali in l. quoniã iudices. C. de appellatio. Barto. in tractatu suo repræsaliarum. in vj. q. princípa. & q. ij. vbi ponit elegantia verba. †
4 An officialis teneatur de iniustitia facta p principalẽ rectorem, siue per suum præsidem sic dicit. Quidam sunt officiales qui iuuerunt vel induxerunt præsidem ad talem iniustitiã faciendam & proculdubio talis officialis tenetur: vt C. de aduo. diuer. iud. l. per hanc ibi adiutores etiã eorum &c. & C. de excusa. mune. l. pe. li. x. Quidam sunt qui expresse contradicunt & protestabitur vt supra dixi & illi non tenentur: vt dist. j. quoniam. Quidam tamẽ nec consentiunt qui sunt absentes vel ignorãtes, & nec illi tenentur: vt l. j. in fi. de magi. conue. ibi præsentes & qui ibi positus sit &c. Quidam sunt officiales præsentes qui nec contradicunt nec consentiunt: tunc aduertendum est q quidã sunt officiales ad id quod est meri facti nec ad con
b cilia requiruntur: vt sunt notarij & biruarij[b] & isti non tenentur: quia superiori resistere non possunt sine dedecore ideo resistere non tenẽtur. vt l. j. §. officium. C. vt tam cui. quam crimin. nec obst. quod ibi dicit glos. esse correctũ quia verũ est in illo casu quia quilibet resistere potest facienti non autem in alijs casibus vbi iuris peritia requiritur: vt arg. l. ij. ff. quod quisque iur. & quod ibi no. Quidã sunt officiales qui adhibentur ad consulendum & hi tenẽtur, si non contradicunt vt dicta l. quoniam. Sed si dubitatur an officialis fuerit præsens vel absens, an sciens vel ignorans, quid præsumatur in dubio cogitãdum reliquit ibi Bart. Sed pro nunc tu potes dicere quòd ex facti qualitate & iniustitiæ & personæ præsumitur quòd fuerit præsens vel absens, sciens, vel ignorans: nam si factũ fuit multum agitatum in curia & publicè sciebatur, præsumitur quòd etiam assessores sciuerint & quod etiam cum vt plurimum stent recluſi in palatio, quòd ipsi fuerint præsentes. argu. glo. in l. tutor. C. de pericu. tu. aliàs autem præsumitur ignorantia vel absentia cum sit in facto præiudis & sic in facto alieno: vt l. fi. ff. pro soc. quod no. vt scias articulare quando vis conficere vnum assessorem quãdo sciuit quod suus præses iniustitiam administrauit nec ipse fecit resistentiam pertinaciter.

ADNOTATIO. a ¶ Ista practica. Vide ad propositũ Ol. in cõs. cclj. vbi consuluit & reprobat quandam sententiam episcopi regini latam contra clericum absque consensu sui capituli.

b ¶ Biruarij adde & vide tu Alex. in consi. j. in iij. lib. vbi ponit de torto iniuste per ancianos Bononiæ & biruarios præsente potestate: & an officialis qui posuit aliquem ad torturam de consil. assessoris teneatur in syndicatu. vide eundem Alex. in consi. lxv. in. j. volu. & an officialis negligens in administranda iustitia obliget superiorẽ vide Roma. in consi. cccxxviij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde q ille decisiones Bartol. in tracta. repræsaliarum in vj. q. principali. in ij. q. ibi Bar. loquitur quando repræsaliæ possunt concedi cõtra officiales qui stant cum alio officiale maiore, & propriè Barto. ibi nõ loquitur an tales officiales in syndicatu teneantur, & si iste doctor de repræsalijs vult arguere & inferre ad casum nostrũ, vt videtur velle Barto. in di. q. vj. dubitãs de ista decisione quã do sumus in casu quando sententia deberet ferri per plures officiales puta per præsidem, per vicarium, & iudicẽ maleficiorum, etiam syndicum & massarium, & essemus in casu q in casu discordiæ maior pars obtineret. Quid si minor pars expresse diceret & protestaretur & contradiceret, quod non vult assentire sententiæ condemnatoriæ capitaliter latæ contra talem: an isti postea sic contradicẽtes teneantur in syndicatu si maior pars & officialis maior iniustitiam fecit: quia videretur quòd licèt aliqui horum offi

rum officialium expresse contradicerent & protestarentur tamen teneantur. Et moueor per illa iura & rationes quas mihi parum esset adducere quæ adducit Alb. de rosa. in prima parte statutorum. q. lviij. qui ponit materiam repræsalium, & ponit quando aliqui de vniuersitate commiserunt delictum & aliqui sunt qui expresse contradicunt & protestantur, an nihilominus illi contradicentes teneantur ad reptæsalias concessas contra illos devniuersitate & videtur quòd nõ per illa iura quæ allegauit Barto. supra in illa. q. & allegat dictam l. quoniam C. de app. & omnia alia iura per quæ iste doctor fundat hic istam suam conclusionem. Tamen ibi Alber. de rosa. multa cõcludendo tenet contrarium quia potest esse quod aliquis contradicat & protestetur nihilominus tenetur quando est pars illius corporis cuius maior pars cõtradicit: & sic infero ad casum nostrum, postquam de repræsalijs volumus arguere ad materiam syndicatus. Sed certe ista conclusio mihi non placet & solutionem horum contrariorum potes videre ex dictis in loco supra allega. Item q̃d miror quòd iste doctor non allegauerit in hac glo. sua bonum tex. & ibi Ange. in l. j. C. de his qui latro. & tex. Angel. in l. si ille. C. de decurio. lib. x. & tex. & Ange. in auth. de litigio. §. omnem. in vltima col. quæ omnia fuerunt allegata à quodam excellentissimo doctore domino Catal di. qui fecit quasdam addi. ad dicta Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsul. & lega. in materia syndi
5 catus vt elegantissimè scripsit & præfatus docto. dicit † quòd licet potestas sit iuris ignorans tenetur in syndicatu si tulit sententiam iniustam, licet de consilio suorum iudicum: quia iudices ignorantes conduxit secundum Ange. in l. j. ff. de var. & extraordi. cogni. Sed postea subdit præfatus doctor quod potest dici quòd non tenetur potestas sed iudex sub cuius examine & consilio talis sententia lata est, & dicit quod casus videtur in l. ij. ff. quod quisque iur. & allegat Angel. in illis tribus locis supra allegatis. Credo quòd ille tractatus domi. Cataldi. sit corruptus & velit dicere quod non tantùm potestas isto casu tenetur: sed etiam iudex ipse sub cuius examine talia processerunt iniusta: quia Ange. in d. §. omnem. hoc expresse dicit: quem Ange. ipse do. Cataldi. allegat & ibi do. Cataldi. in isto proposito istius glos. allegat quandam doctrinã Guido. de suza pulchram qui per illum tex. in l. quoniam C. de appel. dixit quod si vicarius est ad banchum dum potestas profert sententiam iniustam, & ipse vicarius nõ contradixit præsumitur consuluisse ei: & ex hoc punitur sicut si sententia contineret quòd esset lata de suo consilio vnde subdit quòd cautè faciunt iudices, qui non associãt potestates ad tribunalia, quando sentiunt quòd sententia quam vult ferre potestas est contra ius: & dicit quòd hoc sæpe vidit de facto. Et sic ex prædictis potes ampliare illam doctrinam Bart. quam posuit in materia repræsaliarum. in illa vj. q. supra allegata. & sic etiã patet quòd si inferior officialis non contradicit superiori tenetur in syndicatu: quia præsumitur consensisse. Ita etiam potes dicere quòd consensus præsumitur si associat superiorem ad locum vbi sententia fertur, licèt non dicatur de consilio talis iudicis: & hæc nota quia pulchra. & omnino vide Bald. Ange. & Rapha. Fulg. in d. l. quoniam. & maximè Ange. qui docet practicam quomodo officiales superiori debent protestari ad hoc vt in syndicatu non teneãtur: & bene faciunt nota. per Bald. in auth. & omnino in v. colum. C. ne vxor pro marito. in versic. & quæro circa reos vtrum repræsaliæ extendantur circa eos qui dederunt consilium in hac materia. & ibi do. Cataldi. ponit q si miles & familia potestatis decapitarunt aliquem iniustè q contra militem non potest dari libellus tempore syndicatus, ex quo de mandato superioris hoc fecit: sed ipse potestas tenetur & allegat bona iura ibi vide: parum esset mihi transcribere hoc. Sed in contrarium allegat quia si executor videt sententiam iniustam nõ debet exequi in causa criminali not. Inno. in c. pastoralis. de offic. deleg. facit quod not. eodem tit. c. cum in iure. & ibi do. Cataldi. non

solu it. sed solue tu, vt dixit Albe. de rosa. in dict. l. quoniã qui dicit si certum est quòd iussus maioris iudicis & superioris sit secundùm legem, vel saltem est dubium, an secundum legem: tunc excusat vbi autem est certum quòd sit contra ius non excusat: allegat multa: ibi vide maximè nota. in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de regu. iuris. cum similibus. Et hæc sufficiant pro addi. quas ponere deberem in glo. sub examine do. Sabe. iudicis vbi do. Ange. ibi aliqua allegat. Sed non vidit Guido de suza. nec domi. Cataldi. in locis supra allegatis.

SVMMARIVM.

1 Verba sub examine iudicis maleficiorum: quæ in sententijs criminalibus ponuntur: unde sumpta sint.

SVb examine D. S. iudicis maleficiorum &c.

1 † Ista verba[a] sunt sumpta ex text. l. ij. C.
2 de his lat. & d. l. si ille. C. de decuri. libr. x. & de lega. l. fi. lib. x. cum alijs allegatis per Ange. in d. l. ij. & aduertas tu iudex maleficiorum: quia si inquisitio sit formata per d. potestatem sub examine tui iudicis tu etiã iudex vna cum d. potestate debes ferre sentẽtiam & ita ibi eleganter, & probatur per Ang. & etiam aduerte. vt ibi dicit idem Ange. quòd si inquisitio sit facta per d. potestatem sub examine iudicis maleficiorum quòd licet sententia sit formata solummodo in personam solius potestatis tamen si hoc dicatur quod fuit sub examine iudicis maleficiorum & sententia fertur iniusta & iniqua propter hoc iudex non euitat quin in syndicatu possit conueniri q̃d dicit esse singulariter notandum. idem not. Ang. in auth. de litig. §. omnem verò. & bene aduertas ne fiat iniustitia per potestatem sub examine tuo aliàs tu protesteris vt supra dixi in glos. super verbo, de consensu & deliberatione omnium iudicum.

ADNOTATIO. a ¶ Ista verba. adde quod hanc formam sequitur Cepo. in consi. xvij. & vide ad materiam Alex. in consil. lxvij. in j. volu. Ber.

Augusti. Tu autem in hac difficultate adde ea quæ dixi supra in glo. proxi. in addi. meis & maximè in hac materia. vide domi. Cata. in illo suo tractatu syndica. qui omnia ista allegauit quę allegat do. Ange. hic & de ipso nullam mentionem fecit qui eleganter loquitur.

SVMMARIVM.

1 Verba ad nostrum solitum iuris branchum: ponuntur in sentẽtijs criminalibus: quia regulare est ut sententias iudex ferat in loco maiorum suorum.
2 Index an possit ferre sententias in criminalibus in alio loco quam in loco maiorum suorum.
3 Iudex ordinarius licet debeat ferre sententiam in loco maiorum: an possit alium locum eligere.
4 Locus in quo solitum est sententias ferri: an possit de partium uoluntate omitti: si non opponitur de loco: an partes uidentur consentire.

NOs T. potestas prædictus sedens pro tribunali ad nostrum solitum iuris banchum maleficiorum &c. † Istud apponitur quia hoc est regulare
1 quia etiam in ciuili debet ferre senten
b tias in loco maiorum[b] suorum: vt l. fi. ff. de iustitia & iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 & ibi Barto. & alij. † Quæro an posit in alio loco quam in loco maiorem suorum ferre sentẽtias in criminalibus. Respondeo aut hoc fecit ex partium porrigatione, quando agitur per accusationem, & tunc fieri potest: vt l. quæro. ff. de sol. aut non fit ex prorogatione: & tunc aut non potest ibi iudicare aliquo impedimento & tũc potest alibi iudicare & sententia alibi lata tenet. vt no. gl. de eo qui sedit super equo in l. ij. C. de sen. ex peri. recitan. aliâs autem si potest iudicare in loco maiorum, & consueto in illo debet iudicare aliâs non valet sententia: vt d. l. fin. Sed intellige verum, si est præses prouinciæ residens in loco, & qui potest in loco maiorum iudicare. Sinautem esset quidam barisellus discurẽs per comitatum vel prouinciam, dicendum est q̃ etiam in agro potest ius dicere & sententiam ferre maximè si res dilationem nõ recipit: vt l. prouinciarum. C. de fer. & in l. cõstitutiones. ff. de appella. nam vbi te inuenero ibi te iudicabo. ita dicit Bal. in effectu in dicta. l. penul.

b In loco maiorum. Adde tu & vide Cal. in consil. xj. in titu. de offic. ordi. Bald. in consi. cclxxxiiij. in. ij. volu. & ibi q̃ quis non dicitur præueniſſe ex eo quod instrumentum productum fuit in camera iudicis & comissa fuit nuncio citatio.

Augusti. Tu autem in hac matetia, adde quod Barto. in l. j. C. de senten. ex peri. reci. dicebat q̃ verum est q̃ iudex in turri, vel super equo potest ferre sententiam, hoc intelligendum est in eo qui non habet locum maiorum deputatum, & sic in delegato: non autem in ordinario iudice: sed tempera dicta Bartol. quia si est suspicio vel timor potest iudex etiam ordinarius ferre sententiam super equo vel in alio loco. Ita dixerunt ibi Alberi. de rosa. Bald. & Angel. & doct. in d. l. j C. de senten ex peric. reci. & hoc expressè contra Azo. tenet Host. in summa. de sen. & re iudi. §. qualiter. versicu. ij. Et de materia vide per Specu. in titu. de sen. §. iuxta propositionis seriem. versicu. & est hoc etiam argumentum ad
3 quæstionem. † Tene tamen menti in hac materia q̃ licet iudex ordinarius in loco maiorum debeat ferre sententiam, tamẽ potest ordinarius eligere sibi alium locum & mutare illum dumtamen publicè & notoriè hoc faciat: ita dicit Alberi. de rosa. multum eleganter in l. cùm sentẽtiam. C. de senten. & interlo. om. iudi. & ita dicit quod vidit sepe fieri & practicari: & sic intelligitur rex. in c. cum episcopus. extra de offic. ordi. lib. vj. & ita possumus intelligere dicta Inno. in c. qua fronte. de appel. ibi in camera regis, & ibi vide canonistas. Et ad hoc facit quod multum eleganter dicerunt Petr. de ancha. & Domini. de sancto Gemi. in d. c. episcopus. qui allegando Host. dixerunt quòd locus maiorum intelligitur in iudice ordinario, omnis locus qui est intra territorium illius iudicis ordinarij, quilibet ergo locus est sufficiens, domodo sit intra territorium: intellige tamen prædicta, limita & tempera nisi consuetudo esset quod talis iudex etiam ordinarius in camera vel in orto, alibi ius diceret, allegatur glo. & doc. in l. cum sententia. C. de se. & interlo. om. iudi. Sed vide glo. meliorem in authent. de testib. §. multæ. quæ incipit apud eundem: quę vult quòd consuetudo in hoc attendatur per quam gloss. dicit Albe. de rosa. in d. l. cum sentẽtia. quòd iudex etiam in alio loco quam in loco maiorum potest ferre sententiam puta in camera sua vel in domo communis potest suam ferre sententiam, si ita est consuetudo. & ita sepe fit Pergami dicit tamen Albe. quod difficilis est probatio cõsuetudinis, & q̃ tutius est quod feratur sentẽtia in loco maiorum & vide Bar. in l. j. §. dies. ff. quando appel. sit. qui dicit q̃ iudex de consuetudine po
4 test ferre sententiam in domo sua. † Tene tamẽ menti ea quæ dixit Bal. in l. fi. ff. de iurisd. om. iudi. qui dixit q̃ de voluntate partium potest omitti locus solitus communis & si non opponitur ista exceptio partes videntur consentire. Quinimo ibi dixit q̃ si iudex debet sedere in loco consueto, tamen si non sedit stando in palatio, videtur quòd ille locus sit habilis cum partes non opponant. Et de materia ista omnino vide Abb. in dicto c. qua fronte. & do. in dicta l. j. C. de senten. ex peri. reci. & per Bart. in l. si vt proponis. la. ij. C. quomodo & quando iudex. vide gloss. Bartol. & Ange. in l. vbi cœptum. ff. de iud. & vide in l. si locus. ff. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula saluo semper & reseruato: quando debeat poni in sententijs.*
2 *Iudicis factum nihil operatur: si plus condemnaret, uel minus quam deberet etiam si sit clausula: saluo semper & reseruato: in his pœnis quæ à lege imponuntur.*
3 *Practica est quòd clausula saluo semper & reseruato: apponatur in principio sententiæ ante narrationem inquisitionis & delicti.*
4 *Iudex quando possit aliquam clausulam addere sententiæ uel ab ea detrahere.*

1 Saluo semper & reseruato &c. † Ista clausula solũ apponi debet quando est pœna pecuniaria non autem corporis afflicti ua: nam licet pœna sit pecuniaria, si tamen sit fisco applicanda dicitur criminalis, secus autem si tantum parti esset applicanda: vt not. gl. & ibi Bal. in l. ij. §. j. ff. de sepul. viola. & in istis operari potest ista clausula. Si autem fuisset corporis afflictiua, tunc cũ statim executio fiat videtur q̃ non debeat nec possit operari quoniã cum statim fiat executio post executionem iam factã parum aut nihil operatur dicta clausula, vt arg. l. si quis prouocatione. C. de appel. nisi diceremus q̃ saltem quando est fustigatio vel bullatio vel mitra. contra ius vel statuta & esset talis clausula operabitur, vt videatur redactum ad legitimum terminũ q̃ non sit infamis: vt l. ictus fustium. & l. quid ergo. §. pœna grauior. & quod ibi plenè habetur. ff. de insa. Sed hoc etiam contingeret si dicta clausula nõ apponatur quoniam nõ ictus fustium sed causa vera vel
2 propter quam fustigatur infamat[a] vel nõ vt dicta. l. ictus. & quod ibi gl. & doc. Si verò esset pœna mortis & fieret statim executio, dicta clausula nil. operaretur: vt dicta. l. si quis. vnde dicta clausula solet apponi & operatur quã
b do esset pœna pecuniaria: & tunc cautela [b] est q̃ in principio sententiæ apponatur ante verbum condemnatus, non autẽ post cũ sit functus officio suo, nõ videtur q̃ debeat operari, de cuius clausulæ virtute not. Bart. & Imo. in. l. iudex postq̃. ff. de re iudic. & in l. j. in fi. ff. de quæstio. & in l. aut dãnum. §. iste ferre. ff. de pœ. & in l. j. in prin. ff. ad turpil. ibi sed iuxta hoc quero &c. & vide Bal. in l. si qs
2 à filio. §. fi. ff. de inofficio testamẽ † Ex quo segtur q̃ si plus condẽnaret vel minus quã deberet, tunc etiam sine dicta clausula in his pœnis quæ à lege imponuntur vt infamia tunc factum iudicis nihil. operatur nec impedit quin dicta pœna intelligatur imposita: vt l. nõ possunt. ff. de furt. quædam est pœna quæ imponitur à iudice & tunc suæ sententiæ stabimus vt non possit augere vel minuere nisi apposuisset dictam clausulam: tunc de iudicis intentione apparet manifestè reducere vel debitum terminũ & modum & pœna cõdigna statuti vel iuris intelligit̃ imposita: vt no. Bar. in d. l. j. ff. ad turp. & Imo. in d. l. iudex. Ideo sis semper cautus iudex vt dictã clausulam semper apponas in prin. sententiæ ante verbũ condẽnamus. Bart. in d. l. iudex. facit differentiam an sit sententia conditionalis vel solutiua in certam conditionem. & idem tenet Salic. in l. ea quidem. versicu. sed quia propter denunciationem &c. & in versi. sed si pœna adijceretur. cum versi. sequen. C. de accusa. Sed Ange. in d. l. iudex. tenet contra Bar. videlicet, quod imò semper operetur dicta clausula arg. gl. in l. item labeo. §. j. ff. famil. ercis. Sed Imo. in. d. l. iudex. allegando etiam gloss. ordi. in c. prædicator. xvj. q. j. quæ dicit condemno Titium in centum imo absoluo multum latissimè concordat opi. ibi. Sed non est opus hic oppone re præfatorum doct. disceptationem quæ esset multum longa, & impleret folia, quoniã ipsi semper loquũtur quãdo vna cum verbo condemnamus, vel post dictam clausulam.

3 sulam apponit. † Sed practica est quòd dicta clausula in principio sententiæ ante narrationem inquisitionis & delicti apponatur vnde cum apparet de intentione iudicis protestantis q̃ iuris terminum non vult transgredi & sta tutorum: tunc sufficit q̃ ipse declaret delictum & statim ius pœnam condignam imponit: vt l. j. §. j. ff. ad turpil. & ibi Barto. ergo dicta clausula operatur ad iudicis excusationem, & perinde est ac si tantũmodo delictum declarasset, pœnam autem non imponit nec intendit imponere nisi iustam, igitur excusatur sicut quando dubitat vtrum sit probatum pronunciat iudex absoluo vel condemno si est probatum vel non, vt no. Bart. in l. ait prætor. ff. de re iud. quam sequuntur omnes do. igitur &c. & de ista clausula vide Cy. & omnes doct. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & per Bal. in l. non dubium. C. de leg. in versic. sed iuxta hoc quæritur &c. & in prima cõstitutione. C. §. quibus. & in l. si seuerior. vij. col. versi. tertiò quæro quid si iudex &c. C. de insa. Si tu tamen velles in hoc articulo
4 concludere. dic vt dicit Imo. in d. l. iudex. † videlicet aut iudex vult addere vel detrahere aliquã clausulam ex interuallo post sententiam & non potest: vt d. l. iudex. fallit in l. paulus respondet. ff. de re iudi. aut addit incontinẽti, & tunc aut vult dictam clausulam apponere post sententiam habitam pro absoluta & perfecta & non potest, ita videtur velle Barto. & Angel. in d. l. iudex. aut vult apponere clausulã antequam sentẽtiam habeat pro absoluta & perfecta, & tunc aut illa clausula venit ad modificationem & qualificationem sententiæ aut venit ad correctionem vel mutationem in totum vel in parte. Si venit ad modificationem, tunc videtur q̃ dictam clausulã possit addere, & hoc clarum quando in contextu eiusdẽ orationis addit verè vel interpretatiuè: vt quia dixit adiudico talem fundum Titio, ita quòd Seio debeat seruitutem viæ, vel quia dixit adiudico Titio fundum saluo eo q. j. dicam. Nam si postea addit in alia oratione de seruitute videtur quòd posit: vt d. l. itẽ labeo. cum gloss. Sin autem vellet hoc facere in diuersa oratione, & non in eadem verè vel interpretatiuè & tunc videtur quod facere non possit: vt d. l. item labeo. à contrario sensu & Cyn. in d. l. terminato. Sed Imol. tenet contrarium, quia apponitur antequã sententia sit habita pro perfecta & absoluta: vt l. contractus. C. de fide instru. Sinautem clausula venit ad correctionem sententiæ & tunc aut apponitur in eadem oratione aut in alia argu. no. per gloss. in l. exceptionem. C. de proba. & l. si quidem. C. de exceptio. vel dic quòd si in eodem orationis contextu apponitur, & tunc aut apparet iudicem lapsu linguæ errasse & sic in eo q̃ præcesserit nullatenus sensit, & tũc valet dicta adiectio: vt est gloss. xvj. q. j. c. prædicator. aut id non detegitur & tunc aut ex verbis clausulæ redditur sententia conditionalis & potest addi vnde valet si dico condemno in centum si venit in centum condemnandus ex forma statuti. l. ij. §. biduum. ff. quando appel sit. secus secundũ Barto. si est sub conditione resolutiua: vt l. ij. cum gl. ff. de in diem addic. vel secundũ Imo. idem cum incontinenti dicatur: vt d. §. biduum. & l. lecta. ff. si cer. peta.

ADNOTATIO. a ¶ Infamat. adde & vide Old. in consilio. xcij. in fin. Ber.

b ¶ Cautela. Adde tu circa hoc & vide Pau. de ca. in consi. cccxix. & cclxxvij. & Pet. de anch. in cõsi. clxxxij. & in cõsi. cclx. Cal. in cõsi. vij. inj ti. de re iud. & Ro. in cõsi. xiiij. & latius vltra oẽs per Alex. in consi. xc. in j. vol. & consi. cxviij. in iij. vol. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde Bald. in l. asse toto. ff. de hæredi. instit. qui dum diffinit illam conclusionem quare iudex in sententia circa expensas potest adijcere illam clausulam saluo & reseruato dicit quod gloss. in l. labeo. §. j. ff. famil. ercisc. decidit an in principali iudex potest adijcere istam clausulã. Item adde quòd Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notam. infa. multum eleganter loquitur in x. col. & ibi dicit quòd ista clausula & reseruatio quæ fit in sententia debeat multum operari. per d. l. labeo. Secundò quia cum iudex dixit saluo & reseruato &c. apparet q̃ de mente eius non fuit velle augere vel minuere imo fuit de mente eius velle se referre ad statuta & sententia nõ debet plus posse operari quam fuerit de mente iudicãtis, per l. quid tamen. in princi. ff. de arbi. Præterea dicit Bald. posito quòd iudex errauerit in specificatione minoris pœnæ tantùm errorem suum statim correxit quòd potuit facere, tam per verba generalia: vt extra de accu. c. qualiter. el primò. quam per verba implicita & generalia: vt in c. damnamus. §. fina, extra de summa trini. & fide catholi. nec obst. si diceretur species derogat generi: vnde verba specialia derogant generalibus: quia respondetur quod hoc falsum: quia quando genus venit derogatiuè ad speciem generalis locutio specialibus derogat: vt l. si ita scriptum. & l. talis scriptura. ff. de legatis. j. Refert postea Bald. quomodo in hac materia fuit altercatio & & opi. inter Iacob. pe bel. & Bartol. & quomodo Bartol. in hac materia distinguebat: an clausula apponatur in fin. an in principio: sed Bald. ibi damnat sententiam Bart. & sequitur opin. Iacob. de bel. quia dicit quòd idem debet operari clausula apposita in princip. sicut clausula apposita in fine per c. secundo requiris extra de appel. Item non est verum q̃ prius transeat in sententia vna clausula quã altera: quia omnes clausulæ in fine concluduntur & in eodem instanti temporis: vt. l. contractus. C. de fide instr. & in l. fideicommissaria. §. j. ff. de lega. iij. Et per prædicta dicit falsam esse sententiam Bartol. & veriorem illam Iacob. de bel. quia prædicta clausula non solum est generalis: sed incerta & generalis protestatio non tollit factum speciale. c. cum M. ferra. extra de constitu. & dicit quòd ita seruat ordo iudiciorum. Si ergo ita obseruat ordo iudiciorum: fatuus esset iudex qui recederet ab ista obseruantia sequendo Barto. & idem dixit Bald. in d. l. item labeo. §. j. nam ibi dicit q̃ iudices maleficiorum adijciunt in finibus sententiarum istã clausulam saluo & reseruato si sententia ista esset præter formam statutorum q̃ ex nunc in telligatur redacta ad debitum modum: an ista clausula aliquid operetur: & dicit q̃ videtur q̃ sic, per illam gl. ibi refert postea quomodo Iacob. de bel. disputauit contrarium & hoc dixit Iac. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. in addi suis. & respondet ad illam gloss. in d. l. item labeo. quia illa gloss. debet intelligi circa non decisa sed omissa. Sed circa ea quæ sunt specialiter declarata non valet reseruatio: quia esset sibi contrarius & contrariæ sententiæ super eodem nõ valent, sed prima prꝫualet de iure: vt l. j. C. quãdo prouo. nõ est necess. Prꝫterea dicit Bal. illa clausula cõtinet incertã quantitatẽ: ergo nõ valet. Sed aduertas qa Rapha. Fulg. in d. l. itẽ labeo. §. j. dãnat sententiam Iaco. de belui. & Bal. & dicit q̃ videtur q̃ dicta clausula aliquid operetur qa ex quo illa clausula est in eadẽ sentẽtia ordo scripturæ nõ est attendẽdus: quia q̃ primum dictum est habeꝫ pro nõ dicto. arg. l. lecta. ff. si cer. pet. & l. si certarũ. C. de testa. mili. nec obst. l. j. C. quando prouo. nõ est necess. quia illa lex loqtur in sentẽtijs diuerso tempore factis qa prior derogat posteriori: sed in eadẽ sentẽtia posterior derogat priori sic in pactis. l. pacta nouissima. C. de pact. sic in testamentis. l. si tibi. ff. de lega. j. nec obst. q̃ sentẽtia dicat incerta: qa dicitur certa tanꝫ referens se ad certũ: argu. l. hęc venditio. ff. de contrahẽ. emp. Aduertas tamẽ si quis istã opi. Fulg. vellet tenere pro se videat Bal. in l. certa. C. quãdo prouo. nõ est necess. in fi. qui per. c. dãnamus, extra de summa tri. & fide catho. tenet istã partem & ita dicit q̃ seruat cõmunis vsus, & de materia vide aliquid per Bal. in addi. Spe. in ti. de sen. in iij. char. qui allegat. d. glo. in d. l. item labeo. quam pro singulari allegat. d. Cardi. in c. interposita. extra de arbi. & Ange. in consilijs suis. consi. xxvj. & vide doc. in d. l. terminato. C. de fru. & lit. expen. & multa allegant Moder. in d. l. iudex. ff. de re iudi. Et adde Alber. de rosa. in trac. statutorum. in secũda parte. q. clxxvj. & latè per Ange. in. l. non quemadmodũ. ff. de iudi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Causa quæ mouit iudicem: quando de necessitate debeat poni in sententia & quid important illa uerba, quia constat nobis: uel per confessionem inquisiti, & similia in sententijs.*
2 *Iudex uolens recedere à pœna legali debet in sententia causam inserere.*
3 *Iudex licet non exprimat causam in sententia: in casibus in quibus deberet exprimere, tamen sententia ualet.*
4 *Causa debet inseri in sententijs criminalibus.*

ET quia nobis cõstat &c.

1 †Nota q̃ licet in ciuili non sit necessaria apponi causa quę mouit iudicem: vt no. in c. consuluit. de re iudi. & in l. ij. §. fi. ff. de insa. & plenè Ang. & Imo. in l. qui romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. tamen in criminali videtur q̃ causa sit inserenda sicut dicimus in sententia excõmunicationis quæ nõ valet nisi in ea inseratur causa quare excommunicetur: vt habetur in c. j. de senten. excom. lib. vj. & ibi not. Et sic videtur quòd vbi de graui præiudicio tractetur sicut in criminalibus q̃ causa sit inserenda sicut cum sententia excõmunicationis profertur quæ est magni præiudicij, & ligat animam: vel potest dici q̃ ista verba non important causæ insertionem: sed perinde in criminali apponuntur sicut in ciuili: ista verba apponuntur. Viso libello visis &c. de quo per Bart. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & ibi doct. vnde tantùm important illa verba, videlicet, & quia cõstat nobis &c. vel per confessionem inquisiti, vel per testes vel per eius contumaciam & sic propter fictam confessionẽ &c. ac si diceretur visa eius confessione vel visis attestationibus: vel visa eius contumacia ex forma statutorum ex qua habetur pro confesso &c. quæ omnia constant ex actis: vnde ad talem peruenimus condemnatoriam vel absolutoriam. Et non est mirum quia in criminali procedit ad similitudinem ciuilium: vt l. absentem. ff. de pœ.

Augusti. Tu autem in hac materia, quia supra tactum est an causa sit exprimẽda in sententia: ista materia maxima est & doct. & gloss. vario modo loquũtur, ideo remissiuè vide per Specu. in titu. de prola. sententię. §. qualiter. versi. verum. & ibi ponit fallentias quando causa sit exprimenda in sententia & per Iandr. in c. sicut nobis. extra de re iudi. ibi vide tex. & doc. omnes scribentes maximè do. Abb. vide gloss. & Cyn. Bald. Angel. & Sali. & omnes in l. properandum. §. illo. C. de iudi. & per Iaco. but. & Barto. in l. ij. §. ignominię. ff. de insa. latè per Bald. in l. præses. C. de senten. & Bald. in l. generaliter. §. j. C. de rebus credi. & Angel. in l. sciendũ. ff. de appella. recipien. & Angel. in. l. vtique. ff. de rei vendica. & Bal. in authen. sed nouo iure. C. de iudic. Ioan an. & alij in c. finem litibus. extra de dolo & contu. Specu. in titu. de expensis. §. postremo circa principium. sed aduertas quia iste doctor hic non allegat aliquid boni an in sententia criminali sit causa inserenda: ego in indiuiduo allego Bald. quòd sic in. c. sicut nobis. extra de re iudi. qui hoc dixit in terminis qui dixit quòd in sententia criminali causa esset inserenda. Quinimò dixit Alber. in dicto. §. illo. qui multa scripsit in hac materia allegando multas gloss. de iure ciuili & de iure canonico dicit ibi quòd Iaco. de are, dicebat quòd in causa criminali causa est inserenda in sententia. Item quòd do. Old. hoc volebat quia maius periculum ibi vertitur per l. in seruorum. ff. de pœ.

2 † Sed aduertas quia possumus limitare prædicta vt prædicta procedant cùm iudex vult augere vel minuere pœnam in criminalibus quia hoc ipse non potest facere sine causa: tunc in tali sententia causa est inserenda, aliàs non: vt voluit Salic. in d. §. illo. & sic cùm iudex vult recedere à pœna legali in criminalibus debet inserere causam & sic possumus temperare prædicta. Tene tamen mẽti quæ dixit do. Abb. in dicto c. sicut nobis. & eleganter referunt Moder. in d. §. illo. vbi latissimè scribunt quòd in illis casibus specialibus allegat, à doct. qui ponunt q̃ causa exprimi debet in sententia, tamen si non exprimitur teneret

3 sententia. †Et pro hac conclusione nostra bene facit q̃d dixit Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui nota. infa. in fi. col. qui dixit q̃ licet iudex in sententia sua vbi auget vel minuit pœnam in criminalibus debeat facere cum causa tamen si in sententia sua non exprimit

4 causam sententia tenet. † Scias tamen q̃ Alb. de rosa. in d. §. illo. indistinctè dicit q̃ in criminalibus causa debet inseri in sententia & dicit q̃ ita continuè seruatur de facto: quia iudices maleficiorum ponunt in sententijs suis, quoniam talis accusatus fuit de tali maleficio cõtra eum inquisitum & doctum est per testes vel eius confessionem ipsum maleficium commisisse: ideo eum condẽnamus: vel quia non est repertus culpabilis: ideo ipsum absoluimus. Si ergo ista sunt in obseruantia non recedamus ab ipsa: & hæc teneas menti: quia ista fuerunt incognita nedum isti doctori hic, sed nec fuerunt allegata à Moder. in dict. §. de illo. & de materia vide aliqd per Bal. in l. pe. C. de fideicom. lib. & in l. fi. C. de consti. pec. & per Bald. in d. §. si ignominiæ. & per Angel. in d. §. illo. & ibi per Fulgo.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio in qua dicitur: condemnamus Titium pro dictis uulneribus in libr. ccc. an differat ab illa in qua dicitur: condemnamus in ccc. libris, uidelicet, pro tali in l. pro tali in cc. pro tali in alijs. l. & pro tali in cc.*

DIctum Sempronium in ccc. libr. Bononien. sententialiter condemnamus.

1 †Ista est pœna pecuniaria: quando autem est corporalis infra dicam. Et aduertas quòd est maxima differentia: an dicatur pro dictis vulneribus cõdemnamus ipsum in ccc. libr. an pro tali vulnere in. l. & pro tali in alijs. l. & pro tali in centum. vel etiamsi dicat condemnamus in ccc. libr. videlicet, pro tali vulnere in l. & pro tali in cc. & pro tali in l. vt est gloss. in l. vbi fi-
a deiussor. ff. de solu. quòd facit si ª statuto cauetur quòd bannitus à centum libr. supra impunè possit occidi si sit condemnatus supradictis modis exprimendo quantitatem pro quolibet vulnere non dicitur condemnatus vltra centum libr. licet vnica sententia fuerit condemnatus simul: & sic non poterit impunè occidi. ita dicit Bartol. in lege vbi fideiussor. & in l. secunda. ff. de condi. instit. & ibi Imol. facit quod not. Bartol. plenè in simili in lege qui fundum. §. cohæres. ff. ad legem falcidiam. & quod not. Bartol. & Imol. in l. quoties in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. sed Angel. in l. si qui separatim. §. primo. ff. de appella. dicit quòd si dictæ summæ descendent ex condemnatoria facta ex vna accusatione numero dicetur bannitus in centũ. aliàs tene opin. Bartol. Sed ibi Imol. indistinctè tenet opin. Bartol. quia cùm sumus in materia pœnali: & sic restringenda videtur quòd indistinctè dicta summarum coacervatio non sit facienda, ad hoc vt non possit impunè occidi. Quinimo fortius dico quòd dicit Bartol. in dicta l. vbi fideiussor. si iudex dicit condemno Titium in ccc. videlicet, pro tali vulnere in xl. pro tali in. l. & pro tali in. xc. an dicatur condemnatus vltra centum lib. ita q̃ possit impunè occidi ex forma statuti: nam si attendimus numerationem quantitatum de per se non est condemnatus vltra centũ libras: si cumulum, quia dixit in trecentũ libris: tunc est condẽnatus vltra centum, & finaliter Bar. ibi dicit q̃ attendi debet quantitatum dinumeratio & nõ cumulus, & sic non dicetur condemnatus vltra centũ libras. allg. l. ędiles autem. §. fi. cum gl. ff. de ędil. edi. & l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad trebel. & hoc etiã tenet ibi Bart. & hoc etiam tenet Bald. in l. an & si fur. ff. si certum peta.

facit quod no. Bar. in simili, in l. de pupillo. §. si pluribus. ver. Item sciendũ. ff. de no. oper. nuncia. Sed contra hoc est tex. secundũ Fran. tig. in l. oues. in prin. cõiuncto vers. q̃ sępius. ff. de abi. vbi etiã in odiosis & pœnalibus fit cumulatio: facit quod not. in l. si idem cum eodem. ff. de iu-
b risdi. omniũ iudic. vñ fortè de iure verior est distinctio Ang. in d. l. qui separatim. Sed opi. Bart. maximè cum ab alijs cõprobetur propter eius authoritatẽ, tenetur in practica: quod tene menti: quia sępe occurrit de facto.

a Additio. ¶ Circa istam. q. statuti cauentis quòd condemnatus in cẽtum possit impunè offendi: & vnus fuit cõdemnatus bis in quinquaginta nunquid possit impunè offendi: tanquã centũdic quòd non, vt hic habetur. adde etiam Bald. in §. discipuli. in prima cõsti. fforum. & in l. sancimus. in fi. C. de dona. & Ange. in. l. quoties. ff. de verb. obli. fallit quando cõdemnatus ad certam pœnam: & propter non soluere illam, incurrisset aliam pœnam secundũ limitationem Ang. in l. scire debemus. de verbo oblig. item quando eo tempore fuisset condemnatus in dictis duabus quãtitatibus, licet ex diuersis causis secus si diuerso tempore: facit id quod habet in. l. si idem cũ eo. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. si plures. ff. de pac. vide omninò d. Alex. in d. l. si idem cum eodem in fi. prin. Adde Cyn. in rub. & in l. j. de crimi. stel. Quid si statuto cauetur q̃ bannitus in quinquaginta libris possit impunè occidi & an tale statutum habeat locum in proditorẽ occidente. Ang. quòd non in l. j. C. de delat. lib. & in l. j. §. non fuit. ff. de dolo.

b Additio. ¶ Nam secundũ opi. Ang. fuit iudicatum Vincen. in consulatu. 1480. die. 27. maij. dum esset iudex maleficiorum. mag. d. Nicolaus michael. in causa illorum de quinto, qui interfecerunt zãpetrũ Martinellũ qui erat cõdemnatus in xxv. quas si nõ soluerit intra duos menses pœna duplicetur stante statuto q̃ condemnatus in l. possit impunè offendi.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde Ange. in l. scire debemus ff. de verb. oblig. qui hoc expresse affirmauit dicens, quòd si statuto cauetur q̃ bannitus in eodem bãno in centum possit impunè offendi, q̃ si aliquis est bannitus. in l. & in alijs l. in eodem banno non dicetur bannitus in centum: & dicit q̃ de hoc est gloss. magistralis in dicta l. vbi fideiussor. & in l. quoties inscriptionibus. ff. de verb. oblig. & sequitur Paul. de ca. in dicta l. scire debemus. & voluit Bald. in l. sancimus. §. si quis autem. el. j. C. de dona. & Ang. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. omnium iudi. & Imo. in l. si quis testamento. in princi. ff. de lega. j. nec obst. text. in l. fina. ff. de abige. per quem text. etiam Roma. in dicta l. si idem cum eodem. ff. de iurisdic. omnium iudi. tenuit contra Bartol. quia non tantum dicitur abigeus qui decẽ oues furatus est. Sed etiam ille qui sępius decem oues furatus est. & vide Ang. in dicta l. ij. de condi. insti. qui approbat dicta Bart. ibi. adde Ange. in l. si plures. ff. de pac. & ibi limitat istam materiam. & Ange. in d. l. nam & si fur. & Petr. de ancha. & Imo. in c. pe. extra de dona. in vij. col. & intelli ge prædicta non procedere vbi quis in eadem rixa fecit plura delicta propter quæ fuit condemnatus in vno delicto in l. puta propter insultum, & propter aliud delictum puta propter vulnus illatum in alijs l. quia tunc habebit locum statutum q̃ bãnitus in centũ potest impunè offendi: elegans est decisio Ang. in d. l. si idem cum eodẽ. ff. de iurisd. om. iud. qui ita limitat prędicta quia cũ illa delicta sint facta in vna & eadem rixa, cẽsentur vnum factum: vt not. gl. magna in l. j. C. vnde vi. & in l. hos accusare. §. lege. ff. de accu. & hoc etiam tenuerunt Ange. & Rapha. in d. l. si quis separatim. §. j. & Paul. de cast. ibi: licet Imol. in d. l. si quis separatim. tenet contrarium ibi Rapha. in d. l. si idem cum eodem. & malè. & hoc est q̃ voluit dicere do. Ang. ş. adde quæ dicta sunt per me post Moder. in d. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. & in l. quoties in stipulationibus. eo. titu. Et adde do. Nellum in tracta. bãnito. in secundo tempore de concurrentibus post perfectum bannum q. vij.

2 *Damnatus ex inquisitione, an sit infamis.*
3 *Damnatus actione iniuriarum, an sit infamis.*
4 *Damnatus ex forma statuti, an sit infamis.*

2 Ange. †An damnatus ex inquisitione sit infa-
c mis. ᶜ Istam q. format Barto. in l. infamem. ff. de publi. iudi. & Rapha. Imol. & Angel. in l. si vacantia. circa fi. C. de bon. vacan. & Salic. in l. ea quidem. versicu. sed quia propter denunciationẽ. & versicu. vltimò quæro. C. de accu. vbi in effectu concluditur: aut est damnatus ex inquisitione & punitur aliqua coertione quæ eum infamat & tunc est infamis: vt l. ictus fustium. ff. de infa. aut non punitur sed simpliciter condemnatur & tunc aut ingsitio pmittit tanquã à publico iudicio separata: vt l. nullũ. C. de testi. in vlti. gl. & tunc non est infamis. Sin autem inquisitio succedit directo in locum accusationis publici iudicij tunc condemnatus est infamis: vt probatur in l. athletas. §. calumniator. ff. de insa. & ibi vide Bar. & Bal. in l. etiam. C. de fur. & in l. j. C. de calũ. & Ang. vltra alios in l. eum qui non probasse. eo. tit. & glo. Cyn. & doc. in l. fi. C. de suspec. tu. & glo. & Dyn. in l. iij. §. præterea. ff. de suspec. tuto. †Quæro an damnatus actione[d]
d iniuriarum sit infamis, dic q̃ sic etiam pro leui iniuria: vt in c. cum te. de re re iudi. Consilium tamen est ad euitandam infamiam vt non compareat per se sed per procuratorem quando potest procurator interuenire: vt l. furti. §. qui alieno. ff. de insa. vel quòd soluat ante condemnationem vt absoluat: vt l. si reus paratus. ff. de procur. & not.
4 Barto. Ang. & Imo. in d. l. infamem. †An autem damnatus ex forma alicuius statuti sit infamis: vel an confessus crimẽ sit infamis, siue in iudicio, siue extra, dic vt plenè per Bar. & Imo. in d. l. infamem.

c ¶ Infamis. adde & vide Pau. de ca. in consi. cxcviij. in primo impressis. Bar. in consi. clxxix. & Cald. in titu. de accu. consi. primo. Fulgo. in consi. lxxj. & Cep. lxv. Ber.

d ¶ Actione. adde & vide Io. de ana. in cõsi. xlviij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quæ dixit Bal. in l. certa ratione. C. quando prouoc. non est necesse. qui dicit quòd licet regulariter condẽnatus ex inquisitione sit infamis: tamen si condemnatus ex inquisitione sit condemnatus propter contumaciam, isto casu non erit infamis, & hoc dicit quòd voluit Dyn. & dicit quòd omnes doc. hoc non sequuntur quia contumacia non infamat. Sed si ex confessione sunt condemnati isto casu sunt infames: si verò ex testibus sunt condẽnati cum rei ipsi nunquã confiteri voluerint nullo iure caetur quòd sint infames quia nulla lex dicit quòd merum officium iudicis infamet: mò de iure comuni talis processus est prohibitus: vt ff. de mune. & ho. l. ex rescripto. §. si quis accusatorem. alias sunt famosi: vt l. congruit. ff. de offic. præsi. & vide Alb. in l. j. C. si tut. non ges. qui dicit: hęc glosſ. sępe allegatur per aduocatos quòd damnatus ex alio crimine per inquisitionem nõ sit infamis: secus si per accusationem per d. l. infamem. & dicit quòd hanc opi. tenuit Dyn. de facto consultus in ciuitate Florentiæ & illud consilium incipit quòd Ser crossius laudi non sit infamis &c. & dicit Albe. quòd Oldr. fuit in contraria opi. & multa allegat pro & contra: ibi vide. & dicit Albe. q̃ scripsit in ista materia in l. iurisiurandi C. de testi. in versic. & quia dignitate & fama testium. & istę cõclusiones an sint verę vel falsę: vide de materia Bal. in l. si his C. de fur. per canonistas, in c. qualiter & quãdo. extra de accu. per Bar. & doc. in l. ictus. ff. de his qui nota. infa. per Bald. in l. edicta. C. de eden. per Bar. in d. l. j. C. si tut. non gesse. per Bar. in d. l. ij. §. præterea. adde Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ibi quinto quæro. ff. de offi. procon. & leg. Bal. latè in l. ij. ff. de sena. & adde pulchra verba Bal. in l. athletas §. calũniator. ff. de his qui not. infa. in j. col. qui ponit quando inquisitio sit facta secundùm formam iuris: vel quando secundùm formam statutorum: & quomodo aduocati antiqui & Gandi. habuerunt vnam opi. & Bar. aliam in hac materia. & Bar. ibi approbat dicta tua in d. l. infamem. vide pulchra verba Bal. in l. quoniam. & ibi Ange. ff. de his qui not. infa. qui ponunt de confessione vera vel ficta an infamet: & Bal. pulchrè in d. l. ictus fustiũ. eo. tit. & in l. j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in l.quid ergo.§.ex cõpromisso. ff. de his qui no. infa. & omnino Abb.in rub.extra de iudi.in fi.vnum longum consilium fecit Calde.in consilijs suis.in titu.de accu. in consilio primo.qui per subtiles rationes defendit vnum qui per inquisitionem fuerat cõdemnatus ꝙ falsos testes produxerat ꝙ iste talis non sit infamis:& vltra omnes disputat istam materiam do.Nellus in tracta.bannitorum. in secundo tempore de concurrentibus post bãnum perfectum in xlix.& in hac q.& ibi ponit quid si est damnatus per inquisitionem vel ex forma alicuius statuti an sit infamis:de omnibus istis adde pulchrum Cõsilium Bart. in consi.suo clxix.& Pau.de cast.in consi.cxcvj. an autẽ condemnatus actione iniuriarum sit infamis,adde Bald. & Sali.in l.decuriones.C.de his qui not. infa. ꝙ non est infamis nisi sit atrox iniuria.& Ange.in d.l.infamẽ. dicit ꝙ omnes doct.ita tenent,licet Imo.ibi aliter recitet ipsum & gl.in c. cũ te.extra de re iudi.videtur tenere hoc & ibi Abb.ponderat ipsum & Imo.ibi allegat Spec.licet Bart. & Imo.in d.l.infamem.videatur velle ꝙ etiam si sit modica iniuria illa infamet.& hoc voluerunt Inn. Host. Ioan. and.do. Ant.de bu.& Imo.in d.c.cum te.extra de re iud.

5 *Statutum tempore delicti imponebat pœnam grauem pro aliquo maleficio: tempore inquisitionis uel accusationis fuit factum statutum imponens minorem pœnam: quòd statutum attendetur.*

6 *Statuto dicente quòd pro tali delicto soluantur decem libræ: si postea mutetur moneta: quæ moneta attendetur.*

7 *Statuto dicente quòd homicida puniatur pœna librarum mille. Titius occidit Seium: & antequã de illo homicidio accusaretur: superuenit statutum imponens homicidis pœnam mortis, & Titius accusatur: quòd statutum attendetur.*

5 Ange. †Quæro tempore delicti erat vnum statutum imponens grauẽ pœnam pro aliquo maleficio:tempore verò accusationis vel inquisitionis factũ fuit nouum statutum imponens minorem: quòd statutum attendetur:[a] vide latè per Barto.in l.omnes populi. in xv.& xvj.col.de iusti.iur.in versic.iuxta pædicta quæro in delicto &c.vbi post multorũ opiniones recitatas cõcludit quòd quædam est pœna ordinaria & propria delictorum,& in ista semper inspicitur tempus delicti,siue sit publicum siue priuatum:vt l.j.ff.de pœ.& l.si quis decurio.C.de fal.& in.l.iniuriarum.ff. de iniu. & l. statuliberi à ceteris.ff.de statulib. Quædam est adiectio pœnę quę adiicitur ex aliqua causa vel minuitur : vt l.quid ergo.§. pœna grauior.& ibi no.ff.de his qui not.infa. & tamen in tali adiectione vel minutione facienda inspicitur tempus sententiæ:vt l.pe.ff.si ex noxa.causa aga.& istud sentit ibi gloss.in vlti.solutione,& in §.oportet igitur.in authen.vt iud.sine quoquo suffra. ex quo etiam subiungit ibi secundum quandam rationem Rayn.aut per statutũ imponitur pœna delinquenti:aut iam imposita mitigatur.Primo casu aut statutum continet pœnam delicto cõuenientem & inspicitur tempus delicti:aut continet pœnam grauiorem quàm conueniat & inspicitur tempus sententiæ vt patet ex prædictis. Secundo casu quando pœna iam imposita mitigatur : verbi gratia dicit statutũ quod bannitus liberetur soluendo centum istud etiam porrigitur ad bannitos anteriores temporis, secundùm ꝙ erat aliud statutũ:ratio quia talis modus liberationis contingit post delictum commissum vt ex prædictis patet: & ita ibi intelligitur quod not.Cyn.in l.leges.C.de legi.

6 b †Quid autem si statutum dicat quòd pro tali delicto soluantur decẽ libræ,postea moneta[b] mutatur an debeat soluere secundùm æstimationẽ an tiquam vel nouam vi de Pet.de ancha.in cle.j.de deci.in pe.col.

ADNOTATIO. a ¶Attendetur. Adde tu & vide Paul.de cast.in consil.xvij.& ibi quid si est statutum antiquum,quòd potestas non inquirat de delicto post menses quatuor:& tia t aliud statutum quòd de incestu inquiratur vsque ad triennium,an poterit in quin.Ber.

b Moneta. Adde tu & vide Ro.plenissime loquentem in consi.xxiij. & ibi quid in rescriptis quid in contractibus: & quid in testamento:& etiam per Abb.in consi.lij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd ex notatis per Barto.in l.j.ff.de pœn.potest colligi bona doctrina in hac materia. & vide Albe. de rosa.in l.leges.C.de legib.in vij.colũ.qui in terminis ponit istam q.quã disputauit Richar.malum.quã de verbo ad verbum posuit Barto.in d.l.omnes populi.& ipse Alber.de rosa.sequitur opi.dicti Richar.pro qua opi. dicit ꝙ alleg.not.per Ioã.and.in cle.de eta.& quali.in c. vt hi qui.in gloss.quæ incipit,quòd posteris.& allegat Gandi.in trac.suo malefi.de pœnis & percussioni.& insultationibus.versi.pone me accusare Titium de quæstione illa quã dicit etiam disputasse Ray.de forli.in studio Bo-
7 noniæ quæ talis est:†statuto cauetur ꝙ homicida pœna mille librarum punitur Titius occidit Seium.antequam de illo homicidio accusaretur superuenit statutum nouũ imponens homicidis pœnam mortis.Titius de dicto homicidio accusatur queritur vtrum puniri debeat pœna mille librarum secundùm statutum vetus:quia actus homicidij perfectus & preteritus erat:aut puniri debeat pœna capitis secundũ statutum nouum:ibi aliter loquuntur quã in hac materia.vide Pe.de anch.in c.j.extra de consti.in xiij.q.quæ incipit.quæro à quo tẽpore & ad quod tempus & vsq; ad quod tempus statutũ vim suam extendat.in versi.pro cuius declaratiõe ponit quæstio.Richar. malum.quæ talis est,vbi Per.de ancha.recitat dicta Bar. in d.l.omnes populi.de verbo ad verbũ,& sequitur ipse Barto.

8 *Condemnatio ipso iure ualet licet iudex excedat modum in condemnatione: puta quia quum deberet condemnare in centum condemnauit in cl. & ligat condemnatum nisi appellet.*

8 Ange. †Et aduertas ꝙ licet iudex excedat modũ in cõdemnatiõe:vt puta debebat Semproniũ condẽnare in c.libris.& eũ condẽnauit in ccc.tamẽ ipso iure valet sniã:& ipsum cõdẽnatum ligat nisi appellet:vt d.§.pœna grauior.secus esset in multa quia iudex debet certa rõne & fine multare:vt.l.eos.C. de mo. mul. aliâs autẽ si contra dictã l.& eius modum statutum multã irro
c gauerit firmitatem non obtinebit[c] & sine appellatione potest rescindi:vt est tex.& ibi no.in l.certa ratione.C.quando prouo.non est necesse.

c ¶Obtinebit. adde & vide de hoc per Oldr.in consi.xv.Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia adde decrarãdo prædicta ꝙ si iudex multauit aliquẽ in cẽtum & sic stetit in finibus iurisdictiõis suæ:sed ex causa iniusta hoc fecit credẽs cãm esse iustã:tũc isto casu opus est appellare:qa multa nõ est ipso iure nulla:& iste est casus in l.& in multis.C.de app,vbi habet ꝙ si iudex circa multã facit iniustitiã alicui opus est appellatiõe,dicta ergo do.Ang.hic intelligas in iudice qui nõ poterat multa re nisi in decẽ & multauit in duodecim & sic excesit fines iurisdictiõis suę.Sed causa fuit iusta:qa licet causa sit iusta & multauerit in duo decim,multa erit ipso iure nulla:& vide gl.in d.l.certa rõne.& doc.in d.l. &.in multis, & in d.l.eos.& dicit do.Catal.in tracta.syndi.ī q. cexlix. ꝙ iste iudex q condẽnauit in plus fiscus nihilominus habebit illud plus ꝙ iudex tenetur ad interesse parti.arg.eorum quæ habentur in l.fi.C.de mo.multan.

9 *Iudex an possit contra unum ex inquisitis ferre sententiam: & contra alios suspendere processum.*

9 Ange. †Et vt videtis hic inqrebat contra plures, An iudex possit cõtra vnũ sniam ferre & cõtra alios interim suspẽdere processum.dic ꝙ sic:vt l.non idcirco.& qd no.ibi gl.& Bar.ff.de iudi.& no.ff.de re iudi. l.de vnoquoq;.& intantũ ꝙ Bar.dicit in d.l.nõ idcirco. ꝙ aliqui sunt cõtumaces & aliqui nõ, propter contumaces nõ debet processus contra præsentes retardari.

Augusti. Tu vide Moder.in d.l.de vnoquoq;. & Bal.& Ang.qui sequuntur Bal. ibi in d.l.nõ idcirco.& ibi Pau.de ca.allegat not.per Bart. in l. iij.§.fi.ff.de duobus reis.& bene faciũt not.per Bal.in authen.si omnes.C,si vt se ab hære.absti.

Iudex

10 *Iudex sit bene cautus cui faciat pœnam applicare: quia statuta diuersimode disponunt: statuto autem non disponente, quomodo sit applicanda, uide.*

10 Ange. †Et tu iudex sis bene cautus cui pœnam applicari facias:quia vtplurimum per statuta prouidetur quòd aliquando fisco,aliquando parti, aliquando pro parte fisco,aliquando pro parte læso. Si autem non prouident:tunc aut dant actionem & applicatur parti:aut dant accusationem & applicatur fisco: aut simpliciter dicit sub pœna centum vel similia verba:tunc aut certa persona est læsa:& eius respectu pœna imponitur & applicatur parti,vt.l.fin.ff.de reli.nisi sit bonorum publicatio:vt.l.iubemus.§.de his.C. de sac. san. eccle.de quo latè per Bart.in.l.agraria.ff.de termi.mo.& per Imo. in rub.de publi.iudi.

Augusti. Tu autem in hac materia an pœna applicetur fisco:an parti,adde Abb. in rub. extra de iudi.referentem Bart.in.d.l.agraria.& approbat dicta sua:licet Ang.in.l.si id quod.ff.de iurisdi.omniũ iudic.referat Barto. & damnat vnam suam distinctionem in vltimo membro qui dicit quòd Bart.dixit contra tex. in.l.pe.ff.de in ius vocan.vbi lex non faciebat mentionẽ de actore vel accusatore:& tamẽ pœna applicatur parti: dicit tamen quòd si pœna imponitur propter publicam offensam:tunc bene applicatur fisco contra glos.illius.l. si id quod.quam glos.sequitur Ioan.and.in ti.de dolo.§. restat.in princ.& in versi.sequentibus.& ibi dicit Ioã.an. quòd vbi pœna imponitur ex edicto prætoris,illa applicatur parti nisi lex contrariũ dicat,& ideo in.d.l. pe. allegata per Ange.loquitur in edicto prætoris ꝙ sic potes limitare dicta Bart.in.d.l.agraria.& saluare Bartol.ab impugnatione Angel.vel aliter respon. vt dixit Imo.in.d. rub.de publi.iudi.Et de materia per Bal. & doct.in.l.ecclesiæ.C.de epis.& cle.& latè per Sali.in.l. multarum . C. de modo multa.Et vide pulchra verba Ang.in.l.prætor. ff.de sepul.viol.& ibi etiam allegat aliqua.

11 *Fiscus an habeat bona delinquentis pro delicto hypothecata.*

11 a Ange. †Quæro an pro delicto fiscus habeat bona delinquentis hypothecata,dic ꝙ non[a] facit quòd not.gloss.& Barto.in.l.rescriptum.ff.de pact. & quod not.Dyn.in.l.placuit .ff. de iure fisc . & quod not. Bartol. in. l. aufertur . §. fiscus . eod . titu . & plenè per eundem in. l. post contractum . ff . de dona . licet Cyn. teneat contrarium in.l.si quis post hac. C. de bonis proscrip.

ADNOTATIO. a ¶Quod nõ.adde Fulgo.idem dicentem in consil.clxxix.in peñ.colum.

Augusti. Tu autem in hac materia vide pulchrã decisionem Bald.in.d.l.rescriptum.& gl. & doc.in.l.j.C.de pœnis fisca.cre.præfer.lib.x.& Angel. in.d.l.rescriptum.& in.d.l.si quis post hac. Aduerte tamẽ ꝙ post sententiam communis sententia est ꝙ bona delinquentis sunt hypothecata:sed aduertas intelligendo prædicta & declarando,quòd per istam hypothecam nõ excluduntur creditores illius condemnati qui essent creditores,aliter quã ex delicto illius per.d.l.j.Sed solum competeret hypothecaria contra debitorem possidentem vel contra tertium possidentem qui creditor non esset: ita dicunt Guil.de cu. Iaco.but. Bal.Ang.& Pet.de ancha . in d.l.rescriptum.& vide glo.& Barto.in.l.si is qui.ff.de iure fisci. Adde ꝙ vltra omnes loquutus est Bal.in ista materia in.l.j.C.de iure fis.lib.x.

12 *Statuto dicente, quòd pater teneatur soluere condemnationem filij: an si filius sit contumax posit contra patrem sine aliqua inuestigatione delicti: quia contumax ex forma statuti habetur pro confesso:exequi dicta sententia.*

13 *Statutum quòd ex delicto unius alter teneatur coporaliter, non ualet: & statuto dicente quòd ex delicto filij facta condemnatione pater teneatur: quando contra patrem sententia habebit executionem.*

14 *Patrem teneri pro delicto filij: an intelligatur de forensi, & an habeat locum in auo, & nepote, & filio bastardo.*

15 *Statutum quòd pro delicto unius, pater uel alius teneatur: siue pœna sit pecuniaria siue corporalis: an ualeat.*

16 *Statutum quòd illi de domo teneantur pro consorte: an ualeat.*

12 Ange. †Quid si statuto cauetur ꝙ pater teneatur soluere cõdemnationem filij, an si filius sit cõtumax posit cõtra patrem sine aliqua inuestigatione delicti, quia contumax ex forma statuti habetur pro confesso:exequi dicta sententia.Bar.in.l.cùm filius,in prin.ff.de verb.obli.tenet ꝙ sic.& idem Bal.in.l.j.C. ne fil.pro par. ex quo Bal.ibi not.ꝙ valet statutum ꝙ pater teneatur soluere cõdemnationem ex delicto filij in pecuniarijs,quia hoc posset fieri pacto,ergo & statuto:vt in rub.C.de decre.decur.lib.x.†Sed nõ valet statutũ,ꝙ ex delicto vnius alter teneatur corporaliter:vt no.gl.xxiij.q.v.cùm homo. & idem not.Imol.in.d.l.cùm filius.Si autem statutum dicat ꝙ ex delicto filij facta cõdemnatione pater teneatur, tunc nisi filius fuerit præsens vel confessus vel si non fuerit confessus tamen de delicto fuit conuictus nunquã cõtra patrẽ habet executionem:vt not.gl.insti.de noxa.§.fi. & Barto.in.d.l.cùm filius.& quod ibi not.Imo.& Bal.in d.l.j.Si autem fuerit præsens & sponte confitetur vel pręcedenti tortura vel testibus fuit superatus:tunc pater tenetur etiam si non fuerit citatus in iudicio : vt.l.j.C. vbi cau.fis.& not.gl.& ibi Bar.in.l.in conditione. ff. ad silla. An autem ꝙ pater cogitur soluere pro filio posit in suã legitimam imputare:dic vt no.Bar.in.l.stichus.ff.de pec. lega.& Bal.in.d.l.j.ne filius pro patre.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde ꝙ id quod affirmauit Barto.in hac materia in d.l.cùm filius.affirmauit etiam in sua disputatione quę incipit,Perusinę ciuitatis.& multa allegauit Ro.in.l.si filio. Ia.ij.ff.solu.matri.& videt inclinare in sententiam Bar.& Ang.in.l.ij.§.fi.ff.si ex noxa.cau.aga.& Bald.in additio. Spe.in tit.de prola senten.in.xvij.col.& Salt.in.l.si filius. C.ne filius pro patre.quãuis Bal.contrarium dicat in.l.si filius.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. & Bal.in.l.j.§.si quis procurator.ff.si qs ius dic. nõ obtempe.& Alberi.de rosa.in prima parte statutorũ.q.lj.vbi latè disputat. vide in.q.lj.&.lij.&.liij.&.liiij.in eadẽ parte.De materia aliqd per do.Anto.de but.in.c.quãuis.de sentẽ.& re iudi. Bal. in.l.fi.in.vj.col.C.de bonis quę lib.in.§.j.& Bal.in.l.ij.in vj.col.C.de edẽ.& Imo.in.d.l.cũ filius. Ego latissimè ibi
14 posui post Moder.dic vt ibi.†Et de ista materia quando pater teneꝫ pro delicto filij,scias ꝙ non intelligitur de patre forensi qui habet alibi domiciliũ:licet in loco delicti habeat aliqua bona:& ita dixit do.Catal.in tracta.syndicatus.q.cxxx.& ibi vide ꝙ non habet locũ in auo:nec in nepote,nec in filio bastardo:& ibi vide ꝙ pater posit revocare cõfessionẽ ipsius filij:& quòd per procuratorẽ po-
15 test pater cõparere & alias q.ibi vide.† Inquantũ autẽ tactum est supra an valeat statutũ ꝙ pro facto vel delicto vnius pater vel alius teneatur siue in pecuniarijs:siue in corporalibus pœnis addatis qd Bal.in rub.C.res inter alios acta.cõclusiuè dicit statutũ nõ tenere si imponat pœnam corporalẽ vel infamantẽ pro delicto alterius:& sequitur Sali.ibi de pœna infamię.Bal.pessimè loqꝫ cõtra tex in.l.quisquis.C.ad.l.iu.maiesta.vbi pro delicto patris filij infamantur:& tenet Innocen.in.c.grauem. extra de senten. excommu.Sed in pœna corporali fortè melius loquitur Bald.& sequitur Bald.in.d.l.j.C.ne filius pro pat. & Petr.de ancha.in repeti.c.canonum statuta.extra de cõsti.in versic,hoc quæro.vlterius scriptum est in.l. diuina. & idem Salic.in.d.l.si filius.Sed vltra omnes vide Alberi,de rosa.in prima parte statutorum.q.lij. Et de materia vide Bald.& Angel.in.l.lex cornelia.ff.de vulg.& pupil. & Bald.in.l.si quis in tantam . C . vnde vi.& Bald.in.l.si qua pœna.ff.solu.matri.& Bald . in authen.si captiui.C. de episco.& cleri.& in.l.ij.ff.si ex noxa.cau.aga. Bal.in.l. si filius.C.de bonis proscrip.& per Bald.in.l.fin.§.j.C.de vsur.rei iudi.Petr.de ancha.in.c.ij.extra de delic.pue.vide pulchra verba Bald , in.l.sancimus , C.de pœnis . vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 poſt Guil.de ſuza.dixit† valere ſtatutum q̃ illi de domo teneantur pro cõforte,quia ſubeſt cauſa:videlicet vt magis abſtineant à delicto:nam ſufficit ſola cauſa:licet non interueniat culpa eius qui punitur.c.quoniam.§.ſi verò. vt lite non conteſta.plenè not.in.ij.extra.de conſti.& idẽ Barto.in.l.iure prouiſum.C.de fabr.lib.xj.Ange.in conſil.lxij.Incipit nobilis miles.domi.Ray.in tracta.repreſaliarum.in.iiij.q.principali primæ.q.licet Bart.aliter dixerit in.l.hi penes.C.de agrico.& cenſi. lib.x.& expreſsius Bald.in auth.& omnino. C.ne vxor pro marito.in.iij.q. & Iacob.de belui.in authen.vt non fiant pigno.in.q.ibi diſputata per eum per Ioã.and.in.c.non debet. de re iudi ca.in.vj.Sed dicta iſtorum intellige:vbi nõ ſubeſſet cauſa:aliàs nõ valet ſtatutum quo ad aliam pœnam quã corporalem per.d.c.ſine culpa.de re iudica. lib.vj.per ea quę not.Bal.in proemio digeſtorum,in princ.dum concludit valere ſtatutum auferens dominium rei meę ex iuſta cauſa.& Barto.in.l.j.§.familiæ.ff.de publi.tenet valere ſtatutum q̃ quis pro delicto familiæ teneatur:& aliquid per Barto.in.l.ſi titius.ff.de teſtamẽ.milì.faciunt pulchrè no. in.l.dotis.C.de iure dot.& per Imo.in.c.pe.de cõſue. qui dicit valere ſtatutum q̃ filius teneatur ad debita patris etiam ſi non ſit hæres:& de remedio,vide per Bal.in.d.l. dotis.nunquã tamen vidi aliquã legem ita iniquã quę diceret mihi quod corporaliter quis puniatur pro delicto alterius:& credo tale ſtatutum nõ valere tanquã iniquũ, per ratiões quas Bal.allegat in.d.rub.res inter alios acta. quòd autem quis infamiam patiatur pro delicto alterius & quòd patiatur excommunicationem iſta facilius poſſunt aboleri per ſuperiorem.Sed pœna corporalis impoſita non poteſt amplius tolli,per ea quæ habentur in.l.ea quæ.ff.de reg iur. Et vltimo vide pulchrum conſilium Bal.quod incipit in Chriſti nomine videtur quod vigore dicti arbitrij:vbi conſuluit in ſplendida ciuitate Florẽtiæ cum caſus accidiſſet cum quidam de magna domo occidiſſent ambaſiatores Florẽtiæ in ciuitate Aretij fuit ſtatutum quòd conſanguinei haberentur pro rebellibus & expellerentur:& bona eſſent publicata niſi intra annũ præſentarent illos occiſores viuos aut mortuos & ibi tenuit tale ſtatutum valere ſi ita eſt Florentiæ vſitatum in ſimilibus propter pacificam quietem populi, & eũ refert & ſequitur Pet.de ancha.in.d.c.j. extra de conſtitu. Ibi vndecimo quæro ſuper quibus rebus mihi in ſecunda charta illius.q.& dicit quod effectus fuit magnus quia illi de domo propria occidi fecerunt illos occiſores & omnino vide Albe.de roſa.in parte prima ſtatutorum,q.vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula dandis & ſoluendis generali camerario:debet' apponi in ſententijs quia tota pœna debet ſolui fiſco:& poſtea fiſcus facit diuiſionem.*
2 *Fiſcus debet facere partes bonorum applicatorum fiſco:caſu quo bona meantur diuidi:& dare optionem alij qui debet habere partem:ut puta delatori.*
3 *Iudex poteſt dare delatori maleficij partem condemnationis in præmium ut homines inuitentur ad denunciandum.*

1 DAndis & ſoluendis generali camerario &c. †Iſta clauſula apponitur & apponi debet ſiue tota condemnatio ſolui debeat fiſco ad ſui vtilitatem:ſiue etiam pars debeat ſibi applicari:ſiue accuſatori ſiue delatori vel alteri priuato quoniam tota pœna debet ſolui & applicari fiſco. Et poſtea ille q debet habere partem debet ire ad fiſcum & ſuam partem petere:vt not.Barto.in.l.j.C de ven.re.fiſ.cum priua.col. lib.x.& in.l.dicitur.§.ſenatus.ff.de iure fiſci.& hoc ſequitur.Salic.in.l.iij.C.ad leg. fal. verſicu. vlterius ab extra &c. qd̃ ſingulariter tene mẽti:quia ſepe & ſepius occurrit de facto ne tu erres quando fiſco & accuſatori debetur pars condemnationis dari vt ſemper tota condemnatio vadat ad fiſcum:& accuſator partem ſuam à fiſco poſt
2 ea petat: & ita practicaui multoties. †Et aduertas q̃ in caſu quo bona quæ diuiſionem mereantur quæ ex cõdemnatione fuerint fiſco applicata:tunc fiſcus debet facere partes,& dare optionem delatori vel alij qui debeat habere partem. Ita dicit Barto.in.d.§.ſenatus. Quod eſt multum notandum & ſpeciale in fiſco,quoniam licet vulgares dicant quòd maior frater cogitur facere partes & dare optionem minori fratri,tamen de iure hoc non repe
a ritur[a] nota.Bald.in.l.ſi maior.C.commu.diuidun. & in l.ſuus quoque.ff.de hære.inſti.& Bartol.in.l.j.C. de his
3 qui ſe defe. † Et etiam aduertas quòd Barto.in.d.§.ſenatus.dicit per illum tex.quod iudex iuſtè poteſt dare delatori maleficij partem condemnationis in præmium vt homines inuitentur ad denunciandum ne delicta remaneãt occulta:quod tene menti quia tibi ſepe occurret quando eſt aliquod malificium occultum vel ignoratur delinquens vel ſcitur malefactor & ſtat occultus quòd non poteſt reperiri: tunc iudex ex ſuo officio & ſine licentia ſuperioris dictum præmium dabit. Quod tamẽ præmiũ de quibus bonis ſoluatur,vide Barto.in.l.lege.ff.ad ſilla. Et adde quod dixi ſupra ĩ gl.in verbo,fama publica.ver. decimotertiò quæro an iudex &c.& verſi.ſeq.

ADNOTATIO. a ¶ Hoc non reperitur. Adde Roma. in conſilio.ccccxlj.

Auguſti. Tu autem adde quæ infra dicam in ſi. iſtius gloſ.

4 *Solutione condemnationis facta per unum ex condemnatis quomodo cancelari debeat condemnatio.*
5 *Solutione facta ab uno ſi tota ſententia fuerit cancellata: an non ſoluentes erunt liberati.*
6 *Cancellatione condemnationis non apparente in ſcriptis:ſi apparet de uerbo ſuperioris quòd uoluerit quòd ſit cancellatus:an ſufficiat:& ſi aliquis condemnationem ſoluat qui tamen uere non erat ille qui erat condemnatus:an uerus delinquens erit liberatus.*
7 *Iudex an poſſit dare partem condemnationis accuſatori in præmium:ut homines inuitentur ad accuſandum ne delicta remaneant impunita.*
8 *Cancellatio an ſemper trahatur ad illam cauſam propter quam cancellatio fuit facta.*
9 *Cancellare tantùm eſt quatùm ſi in margine dictum eſt: mihi eſt ſatisfactum de omnibus.*

4 Ange. †Et vt vides plures in caſu noſtro eadem ſententia condemnati ſunt,pone vnum ex dictis malefactoribus ſoluiſſe condemnationem ſuam: an dicta condemnatio debeat caſſari:dic quòd non, imò in dicto condemnationis margine debet apponi poſt nomen dicti ſoluentis qualiter talis ſoluit condemnationem ſuam prædictam. Et etiam ſi vis potes nomen ſuũ interlineare,non autem totam ſententiam cancellare: vt dicit gloſſ.& Barto. in.l.cancellauerat. ff. de his quæ in teſtamen.delen.† Sed ponamus quod aliquo caſu propter ſolutionem factam ab vno totam ſententiam cancellat, an alij non ſoluentes ſuam condemnationem ſint liberati an ex dicta ſententia cancellati poſsint conueniri & puniri? dicas quòd ſic,quia cancellatio ſimpliciter facta & de tota ſententia ſemper refertur ad cauſam ſuam ex qua facta fuerit & non ad aliud.Sed dicta cancellatio facta fuit: quia vnus ſoluit tantummodo ſudm condemnationem, ergo quò ad ſoluentem dicta cancellatio refertur & non quò ad alios non ſoluentes: ita dicit ſingulariter Bartol.in dicta.l.cancellauerat,quod no.
6 †Quid ſi in ſcriptura non apparet cancellatio vnius condemnationis ſed conſtat de verbo ſuperioris quod voluit quòd ſit cancellatus: dic quòd ſufficit:ita dicit Bartol.per illum text.in.l.emptor.§.lucius.ff. de pac. Et tene menti quòd ſi quis fuerit condemnatus de aliquo maleficio in certa quantitate, & eam ſoluit cùm reuera non fuiſſet ille qui deliquiſſet, verus delinquens non liberatur:

b beratur:ita dicit[b] Ange.in l.quoties.§.j.ff.ſolu.matri. pro quo Imo.allegat caſum in l. qui ſeruum. ff. de interroga. action.

b ¶Ita dicit Ange. Adde & vide eundem Angel.in conſi.cxc.Ber.

Auguſti. Tu autem in iſta glo.primò adde, q̃ illã conclu ſio.quam dixit Barto.in d.§. ſenatus.approbauit Nico.de mathe.in notabilibus ſuis notabili ſuo lxxj.ſ.q̃ camera debet totam cõdemnationem ca
2 pere,& poſtea ſoluere fiſco.Et inquantum do.Ange.hoc incidenter dixit q̃ frater maior debet facere partem & da re optionem fratri minori.Adde q̃ hoc non cadit propriè in materia & multa poſſunt allegari in iſta materia: & i-
7 deo hic non me extendo †. Et inquantum domi. Angel. hic dixit q̃ Barto.in d.§.ſenatus.dixit q̃ iudex iuſtè poſſit dare partem condemnationis accuſatori vel relatori in præmium,vt homines inuitentur ad denunciandum, ne delicta occulta remaneant impunita. dicatis q̃ Barto.nihil dixit de hoc in d.§.ſenatus.& domi.Ang.hic errauit. Et de materia videatis qd̃ dixi.ſ.in glo.in verbo,fama publica.verſi.xiij. quæro an iudex poſsit ſtatuere &c. cum
8 verſi.ſeq.† Et inquantum do.Ange.hic tractauit materiã cancellationis,dicatis q̃ vera eſt iſta.maximè in hac difficultate vt ſemper cancellatio trahatur ad illã cauſam propter quam cancellatio eſt facta, & non ad aliam cauſam: vt affirmarunt omnes docto.ibi etiam Bar.in l. pluribus. ff.de his quæ in teſta.delen.& Barto.& docto.in l.acta,in fi.ff.de re iudi.vnde non mirum ſi cãcellatio eſt facta per vnum non debet alteri prodeſſe iuxta nota.in rub.res inter alios acta. In dubio autem præſumitur pro cancellatione,iuxta not.per Bal.in l.imperator.ff.de ſtatu ho.& credo q̃ onus probandi transferetur in illum qui contra can
9 cellationem dicit.†& tene menti q̃ tantùm eſt cancellare quantum ſi in margine dictum eſt mihi eſt ſatisfactum de omnibus. ita dicit Bart. in l.nihil intereſt. ff.de adimẽ. lega.& vide Ro.in l.ſemel mora.ff.ſol.mat. qui allegauit in hac materia illum tex.in d.l.qui ſeruum. ff.de interroga.quem ad propoſitum Ange.allegauit Imo.de illo innocente qui ſoluit pœnam pro nocente: vt nocens non liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,ſi non ſoluerit intra decem dies:ſoluat cum quarto pluri:an de iure procedat,& fieri poſſit per iudices.*
2 *Cõdemnato non ſoluente,tunc illud quartum non dicitur pœna prima, ſed pœna contumaciæ:& ſic fideiuſſor præſtitus in proceſſu non tenetur ad illũ quartum plus.*
3 *Fideiuſſor interueniens in omnem cauſam in qua tenebatur primus tenetur ad illud quartum plus.*
4 *Sententia dicente:quam ſi non ſoluerit &c.ſufficiat quòd ſoluat pœnam primam:uel etiam quartum plus ad hoc ut euitet pœnam corporalem:in quod plus incurrit propter ceſſationem ſolutionis pœnæ primæ.*
5 *Reus ad hoc ut fugiat pœnam corporalem:an teneatur ſoluere non ſolùm pœnã originariã:ſed etiam quartũ plus in quod incurrit propter ceſſationẽ ſolutionis pœnæ originariæ.*

1 OVas ſi non ſoluerit intra decem dies ſoluat cum quarto pluri. †Videtur quòd iſta clauſula non procedat de iure & q̃ per iudices fieri non poſsit:quoniam poſt condemnationem factam multare non poſſunt:& videtur eſſe contra gloſ.in l.j.C.de vſu.fiſ.lib.x.Sed Barto.& Ang.in l.ij.in fi.ff.de publi.iudi. dicunt q̃ hoc eſt verum:niſi iudex habeat merum imperium:quia iudices habentes merum imperium poſſunt multam apponere:ſed domi.Io.de Imo.in dicta l. ij.dicit quòd ſi iſtud quartum pluris eſt leuis pœna non tantum ille qui habet merum imperium poteſt talem multam ponere:ſed etiam iudex cauſarum ciuilium:vt not.in l.j.ff.ſi quis ius dicen.non obtem. Sed tamen credo in caſu noſtro indiſtinctè:& ſic in omni iudice de maleficijs inquirente quòd poſsit dictam multam imponere quoniam dicti docto.loquuntur in iudicibus cauſarum ciuilium:nos verò loquimur in criminalibus:& ſic in maioribus iudicibus qui habent merum imperium:& ideo omnimodo videtur q̃ talem multam contra non parentem ſententię ſuę
2 imponere poſsit[a].ita dicit Bartol.in d.l.j.devſur.fiſ.Et ſic dicta clauſula valet & operatur:nec obſtat q̃ poſt condẽnationem non poſsit multare: quia illudverum eſt purè & implicitè:ſed ſub conditione ſic:ſicut dicimus quando mandat rem reſtitui ſi non reſtituatur quòd ſoluat tantũ vel quod iuret in litem.arg.no.in l.qui reſtituere. ff.de rei vendica.& l.j.ff.de actio.empt.& l. conductores.C.loca. & l.j.& l.in actionibus.ff.de in litem iurã.vel quando cõdemnat,& dicit ſaluo eo quod.j.dicam vt not. glo.in l.itẽ labeo.§.j.ff.fami.ercii.Et q̃ dicta annotatio condemnationis & pœnæ poſsit fieri in pœnam contumacis & nõ ſoluentis:tenet Bald.in l.quicunque.C.de requi.re,vbi dicit & ſic facit pro ſtatutis dicentibus q̃ non comparens:& i-
2 dem non ſoluens incurrat in pœnam quarti pluris &c. † Et bene aduertas tu iudex ſi non ſoluit:& ſic fit cõtumax q̃ illud quartum plus non dicitur pœna prima: ſed pœna contumaciæ.ita etiam vult Bald.in d. l.quicunque. vnde eius fideiuſſor quem præſtitit in proceſſu non tenetur ad iſtud quartum plus:vt l.j.& ibi glo.& Bartol. ff.de in litẽ
3 iuran.ita etiam dicit Barto.in l.j.de vſur.fiſca. †quod intellige verum niſi in omnem cauſam in qua tenebatur primus interuenerit fideiuſſor.arg.no.in l.centum capuæ.ff. de eo quod cer.lo.vnde ſis cautus tu iudex in capiendo iſtam fideiuſsionem latè etiam iſtam cauſam comprehendat:vt dicit Barto.in d.l.j.de in lit.iur.& dixi.ſ.in gl.ſuper verbo,pro quo autem fideiuſsit &c.Si verò in ea diceret quam ſi non ſoluerit intra x.dies amputetur ſibi manus: tunc talis ſententia,& eius pœna non dicitur pecuniaria ſed corporalis:vt dicit Barto.in l.item illa.ff.de conſti.pecu.aliàs cuſto.reo.& in l.ij.& ibi Imo.ff.de pu.iu. an etiã iſto caſu ſit fideiuſſoribus relaxandus dixi ſupra in gloſſ. ſuper verbo,pro quo Seius fideiuſsit &c.& in glo.in verbo,fama publica præcedente.verſi. x.quæro an poſtquã
4 &c.cum ver.ſequent.†ſed bene aduertas ad iſtum caſum quando dicit ſi non ſoluit vel quam ſi ſoluere non poterit &c.an ſufficiat q̃ ſoluat primam & originalem pœnam: an etiam debeat ſoluere illud quartum plus in quo propter negationem incurrit vel quia in primo termino non ſoluit:videtur quòd ſoluendo primam & originariam cõdemnationem euitet corporalem.ita dicit Barto.in d. l. j. ff.de in lit.iur.& in d.l.ij.verſ.ſed quæro quid ſi non impo nitur &c.dic vt ibi late:vbi Bar.videtur facere differentiam ſi ſtatutum dicat q̃ pro falſitate ſoluat tantam quantitatem:& in quadruplo ſi nõ ſoluerit intra x. dies in quo caſu illud augmentum dicitur eſſe pœna delicti non ſimplicis contumaciæ:ſecus ſi dicat quòd niſi ſoluat condemnationem intra x.dies condemnetur in quarto pluri,quoniam tunc quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione illud quartum plus dicitur eſſe pœna contumaciæ, & non delicti.arg.l.ita ſtipulatus.in fi.ff.de verbor.oblig. & ita videtur mihi veritas:licèt Imo. aliter dicat. Sed dic vt per eum in d.l.ij.de public.iudi.& per Bald.Angel. & Salicet.in d.l.j.de in litẽ iurã. qui ſequuntur opinionem Bartol.

ADNOTATIO. a ¶ Imponere poſsit.adde tu Ale.in conſ. lxxix.in ij.volum.& per Old.in conſi.xv.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac glo.in prima concluſione.vide Moder.in l.j.in fin. princi. ff.ſi quis ius di.non obtem.qui approbant illam gl.in d.l.j.C. de vſur.fiſ.lib.x.& vide Ange.in ſolẽni ſua repetitione.l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemo carcerem.C.de exac.tribu.lib.x. in j.col. vbi dixit quod debitori fisci non potest fieri præceptum de soluendo,& inquantùm non soluat intra terminũ quòd habeatur pro exbannito in persona vel membro:sed in pecunia vel membro:sed in pecunia sic,& allegat gl. in l.fin.in fi. C.de iudi.subdit tamen quòd contra hanc conclusionem facit quia videtur quòd pœna corporalis per sententiam potest inferri:sed dicit ibi Angel.quòd hoc est verum si debitor est:tunc bene posset iudex habens merum imperium condemnare delinquentem ad soluendum intra terminum.Et inquantum non solueret condemnare eum in quarto pluri:vel etiam ad pœnam personalem:& ita dicit fieri videmus quotidie per rectores ciuitatum Tusciæ:vbi verò iudex non haberet merum imperium: tunc non posset ex causa omisse solutionis condemnare reum ad pœnam quarti pluris.vel aliam pœnam:quia non competeret sibi multãdi potestas.& allegat l.j.C.de modo mult. & allegat illam glo.in l.j.C.de vsur.fi.lib.x. Quinimo Bal.in l.cum iudex.C.de senten.in fi.dixit ponderans ibi glo.q᷑ inoluit practica quod ratione contumaciæ sub cõditione in sententia imponitur pœna corporalis in defectũ pecuniariæ & tenet sententia.Et vide Alberi. de rosa. in prima parte statutorum.q.xciij. quæ incipit item quæro an valeant condemnationes quòd si quis non soluerit.l. soluat duplum vel quadruplum.& allegat Specu.in ti.de sen.§.j.versi.sed nunquid si iudex.& ibi Spec.dicit quòd de consuetudine ista obseruantur.Et pondera.Specu. ibi multùm generaliter loquitur. Item inquantum supradictum est an fideiussor teneatur ad istud augmentũ quarti pluris vltra ea quæ supra dicta sunt in glo.super verbo pro quibus Anto.fideiusit.adde Bal.in l.si qua pœna. ff. de his quæ sunt sui vel alie.iur.in illa q.an pater qui tenet soluere cõdemnationem pro filio teneatur ad istud quartum plus.& Imol.in c.constitutus.extrà de fideiu.in v.colum.& Bar.in l.fideiusso magistratuum.ff.de fideiuss.vide
5 Barto.Imo.& doct.in l.fin.ff.de fideiuss. †Item inquantum tactum est an reus ad hoc vt fugiat pœnam corporalem:teneatur soluere nedum pœnam originalem : sed illã pœnam quarti pluris in quam incurrit propter cessationẽ solutionis pœnæ originariæ vel propter negligentiam. Adde vltra supra allegata Bald.in l.fi.C.de vsur.rei iudi. & per Barto.in l.ideo.C.de compensa.& Barto.in l.libertis quos.§.posthumus.ff.de ali.& cib.lega.per Bald.in l.si ue.ff.qui satisf.cog.& per Bal.in l.data.in x.col. C.qui accu.& per Bald.in l.& in multis.C.de appell.& per Bal.in addi.Specul.in tit.de senten.in xix.col.& in hac materia adde tex.de quo Ange.ibi multum exclamat dicens non esse meliorem in corpore iuris quem doc.nonviderunt in l.vtrum.ff.de partici.& facit mentionem de dictis Barto. in dict.l.publicorum.ff.de publi.iudi.Et allegat dicta per ipsum in lege si cum exceptione.§.quatenus. ff.quòd metus causa.

6 *Sententia dicente qui centum si non soluerit amputetur ei manus: quantum tẽpus intelligitur esse concessum intra quod soluere posit antequam manus sibi posit amputari,& quando reus creditor communis posit compensationem obijcere.*

7 *Sententia dicente:si homicida non soluerit uel non poterit soluere mille quod decapitetur:nunquid expectabitur diu ut soluere posit.*

8 *Sententia dicente:si non soluerit uel soluere non poterit centum condemnamus in amputatione manus: an debeat regulari secundum ultimas uoluntates uel contractus.*

9 *Casus isti.ſ.si non soluerit:uel quas si non soluere poterit & c.licet cumulẽtur tamen multum differunt.*

10 *Iudex ex causa potest augere uel minuere pœnas à statuto statutas.*

11 *Iudex debet in sententia causas & rationes exprimere propter quas à pœna ordinaria recedit.*

12 *Condemnato Titio quod soluat centum: & si non potest soluere amputetur sibi manus an requiratur monitio iudicis:ut intra tempus soluat aliter non posit aliqua pœna infligi.*

13 *Iudex an ex causa posit augere uel minuere pœnas inductas per statutum.*

14 *Statuto imponente pœnam pro delicto : si illud delictum non fuerit commissum ex proposito ideſt dolo sed per latam aut leuem culpam an cesset pœna statuti.*

15 *Iudex qui sine causa auget uel minuit pœnas: quæ pœna puniatur.*

16 *Iudex in pœnis arbitrijs an posit transgredi consuetudinem loci & stylum illius curiæ in qua est rector: & an sicut iudex pœnam à lege impositam potest ex causa augere uel minuere : ita & impositam ex consuetudine.*

6 Ange. †Quid autem si simpliciter dicatur in sentẽtia quæ centum si non soluerit amputetur ei manus quantùm tempus intelligitur esse traditum intrà quod posit soluere antequã amputari posit sibi manus: notat Barto.in l.item veniunt.§.j.ff.de peti.hære.& in l.j. §.fi.ff.de pecu.le.& statim.j.dicam latius: quia Bartol. ibi non declarat:& aduerte quia licet in prima pœna nõ posit obijcere compensationem communi.vt l. ob negotiũ. ff.de compensa.& l.in ea qua.C.eo. tamen in illo quarto pluri si erat alias creditor.communis potest obijcere compensationem:vt no.Barto.per illum tex.in l.ideo.ff.de cõ
7 pem. †Quid autem si statutum dicat quòd si homicida non poterit soluere vel non soluerit mille quod decapitetur nunquid expectabitur[a] diu vt posit soluere. Istã
a q.format Bal.in l.quicunque.C.de ser.fugi.in vers.sed vt dicit statutum &c.vbi concludit quòd non expectabitur diu:sed si eo tempore vel parum post non potest tunc verificabitur illud:& dicitur non potuisse soluere quia hic actus est actus qui non requirit moram temporis iuxta not.in l.iij.de his qui.vt indig.& per Barto.ff.de hære.instit.l.suus quoque.debes ergo tu iudex discutere acceptis vicinis & amicis:vt l.ij.C.quando fis.vel priua.& dato discussore:vt l.ñ.C.de fruc.& litis expen.& etiam per
b inuentarium & æstimum poteris istam negatiuam[b] probare:vt lege cum de lege.ff.de prob.& auth.de hæ.& fal.§.si verò adsunt.Et si reperies q᷑ nõ sit soluẽdo,& q᷑ nõ posit soluere potes dictũ homicidã condemnare & decapitare facta primò diligenti supradicta discussione quæ appareat in actis:quod tene menti:quod not.Bart. in l.item liberatur.§.j.ff.qui mo.pig.vel hypo.sol.sed tu in hac simili.q.latius dicas quia Bar.istã q. formauit in d.l.suus quoque.§.fin.in fi.ff.de hære.instit. & eam dimisit insolutam: hanc eandem.q.formauit Ange.in l.j.ff.de iniust. testam. & eam reassumpsit in d.§.fi.& ibi Bald.aliter dicit quam dicat in d.l.quinque.quia dicit quòd cùm hoc de tempore non reperiatur à iure statutũ,stabitur iudicis arbitrio quando non dicatur posse soluere vel non soluisse:vt. l.j. ff.de iure delibe.sed Ange.in d.l.j.dicit quòd habebit tẽpus quod datur iudicatis in ciuili:vt l.fina. C. de excepr. rei iudi.quia in criminali ad similitudinem ciuilium procedimus:vt l.absentem.ff.de pœ.sed Bal.in d.l.fi.tenet eõ trarium quia delictum tollit beneficium:quod sequitur. Rapha.in l.fi victum.ff.de re iudi.Secus si parti esset pœna soluenda etiam propter delictum & non fisco. allegat l.si cum exceptione.§.quòd si homo.ff.quod me. causa.& istud credo verius quam dicat Ange.Sed domi.meus Io an.de imo.in d.l.suus quoq᷑.§.fi.in fi.latius dicit videlicet aut sententia à præcedenti dispositione incipit,aut à præcedenti conditione.Si à precedenti dispositione : vt putà condemnamus in centum,& si nõ soluerit vel soluere nõ potuerit condemnamus in amputatione manus vel quod amputetur manus,& tunc cum non sit differentia inter contractus & vltimas voluntates: vt l. ita stipulatus. de verbo.obli.coniuncta.l.j.ff.de pe.le.cum si. quòd dicitur non posse soluere cum fuerit interpellatus à syndico communis & non soluerit:vt d.l.ita stipulatus.dicit tamen ibi domi.meus quòd cùm sumus in actu condemnationis pecuniariæ quòd credit quòd isto casu condemnatus habebit tempus quòd datur iudicatis in causa ciuili:quia isto casu pecuniaria est,licèt pro delicto.argu.d.l.absentẽ. & sic in hoc sequitur opinionem Ange.de qua.s. & sic in isto casu non est recurrendum ad iudicis arbitrium.Secundo casu quando iudex incipit à precedenti conditione:vt putà condemnamus in manus amputationem si non soluerit vel soluere non poterit centum: vel sic si non soluerit vel soluere non poterit centum,condemnamus in amputatione

putatione manus: tunc est dubium: quia in vltimis voluntatibus dicitur desinere posse soluere quamprimum potuit & non impleuit:vt l.hæc conditio.ff.de condit.& demon.in contractibus autem expectatur quod vere desi
8 nat posse adimplere:vt d.l.ita stipulatus. † vnde videtur dubium an prædicta sententia debeat regulari secundum vltimas voluntates vel contractus de quo etiam latè per Bart.in l.centesimis.§.fin.ff.de verbo.obli.Et finaliter cõcludit quòd debeat regulari secundum vltimas voluntates & sic quãprimum potuit soluere & non soluit: vnde quamprimum fuit clarum quòd nõ potuit soluere debet sibi amputari manus:& addas tu quòd in dubio sententia iudicis & statuti magis debet regulari secundum vltimas
c voluntates quam secundum naturam contractus[c] tex.est in c.præterea requisisti.& ibi Inn.Io. an.& Ant. de but. de appel.& no.Bar.in l.obligationes ferrè.§.conditio. de act.& not.Ang.& do.meus post Barto.in d. l.centesimis & no.Io.de imo.in l.j.ff.de condi.& demon.Et sic licet ipse non dicat:sequitur opin.Bald.in l.quicunque. aliàs si dicta sententia regularetur secundum leges loquẽtes de contractibus sequeretur inconueniẽs:quia delictũ remaneret impunitum quia deberet expectare vsque ad terminum vitæ:& sic in effectu non posset puniri vel dicit q᷑ isto casu cum nõ sit tempus statutum stabitur officio iudicis.& sic sequitur opinionem Bal.in d.l.suus quoque. q᷑ dicit fore verius quæ omnia nota quia sunt quotidiana.
9 †Sed vnum aduertas quòd licèt isti casus cumulentur videlicet si non soluerit vel quas si nõ soluere poterit &c. tamen magna est differentia quia quando dicitur si non soluerit,posito quòd daret fideiussores : tamen quia verũ est dicere,quòd non soluit debet amputari manus.Sinautem dicitur quas si soluere non poterit &c.tunc dando si deiussores dicitur esse potens ad soluendum & sic satisfecit sententiæ licèt adhuc non soluat & sic pœnam manus non patietur.ita eleganter dicit Bar.in d.l.item liberatur. §.j.quod est singulare:sed hoc potest esse valde dubium per ea quæ not.Bart.in d.l.j.ff.de custo.reo.vbi vult quòd quamuis statutum dicat si non potuerit soluere non est fi deiussoribus relaxandus , sed detinendus est, licet præstet idoneos fideiussores,vel depositum faciat: quia potest esse quod fideiussores,licet tunc sint soluendo efficiantur non soluendo vel depositum periret:vnde dat ibi cõsilium quod transferatur dominium in fiscum sub condi
10 tione si veniret condemnandus vt lege.si sub conditione ff.de solutio.& istud plus placet. † Et menti habeas q᷑ ex causa potest iudex augere vel minuere pœnas à iure statutas vel à statuto loci:vt est tex.gl.& Bar.in l.quid ergo.§.pœna grauior.in fi.ff.de infami.& idem voluit Bal. in l.& sic seuerior.C.de infami.& istud teneas, licet Bal. secundum Ia.bu.in l.j.C.si aduer.deli.dicat quod di.l.hodie.ff.de pœ.non habet locum in pœnis statutorum quia
11 illas iudex præcisè imponere debet. † Et aduertas quod in d.§.pœna grauior.dicit Bart.vtile & necessarium est q᷑ in sententia exprimat causas & rationes quare à pœna ordinaria recedit vt videatur,an cum infamia dispensatum sit necne:vt ibi facit ad prædicta.l.hodie. & quod ibi not. ff.de pœnis.Et hoc clare potest comprehendi in pœnis ordinarijs videlicet vtrum iudex excesserit modum necne.Sinautem sunt pœnæ arbitrio iudicis imponendæ dicitur tunc augere vel minuere si excedit vel minuit de eo quod consuetum est,aliàs imponi vel arbitrari pro simili delicto.ita dicit glos.in d.§.pœna grauior.& ibi Barto.facit quod no.in d.l.hodie.& gl.& do.in l. & si seuerior.C. de infamia.Sed aduertas quod omnia ista quæ ponuntur in ista glos.à versi.si verò in ea diceretur &c.vsque in fin. æque bene & fortè melius starent.j.in glos.super verbo, quas si non soluerit.intra x. dies amputetur sibi manus dextra &c.vnde omnia ista ibi repetas,quia hic per errorem fuerunt posita.

ADNOTATIO. a¶Expectabitur.Adde tu quod monitio sit necessaria quando terminus non est assignatus voluit Cardina. in consil.lv.& an cum quis tenetur ad aliquid faciendum sub pœna sufficiat quod transiuerit tantum tempus quod facere potuerit.vide Barba.in consi.xvj.in ij.vol.Ber.

b ¶Negatiuam.adde tu & vide Ro.in consi.ccxlv.Pau.de cast.in cõsil.lxxj.in ij.præsis. Ber.

c ¶Naturam contractus. Adde tu & vide Franc.de are.in consi. lxxxix.vbi si aliquis est condemnatus in centum intra x. dies. & si illa non soluerit amputetur sibi manus quod hoc casu dicta condemnatio regulabitur secundum naturam contractus & non secundum naturam vltimarum voluntatum: & ibi per te videas rationem.

Augusti. Tu autem in hac materia , adde Bald. in l.quod seruus.ff.de condi.ob cau.in fi. qui dicit in hac quæstione de eo qui per statutum debet soluere centum,& si non potest soluere amputetur sibi caput,quod illud verbum, potest.trahitur ad difficultatem non autem ad potentiam absolutam.per l.continuus. §.illud.ff.de verbo.oblig.& l.iij.§.si quis sic.ff.de statu.lib.& l.nepos proculo.ff.de verbo.signi.& l.fi.ff.si cer.peta.non enim est in consideratione quod pauper possit ditari & solui.j.circa.§.deficit.ff.de mu.& hono.& vide Roma. in d.l.quod seruus.quomodo refert quod Bal. vario modo loquutus est in ista difficultate:nam vnum dixit in l. quicunque.C.de ser.fugit. & allegat Bald. aliter dixisse in l. suus quoque.§.sed si filio.ff.de hæred.instit.Et in hac materia adde quæ dixit vltra omnes do. Nellus in tractatu bannitorum in ij.parte secundi temporis in lxvij.quæsti. qui multum diffusè disputat istam materiam & tãdem decidit quòd officialis tenetur ei assignare terminum ad soluendum ad similitudinem cõtractuum,& sic cõstituatur in mora qui terminus non debet esse minus x.dierum ar. eorum quæ habentur in l.si debitori.ff.de iudi. & quæ habẽtur in l.j.ff.de iure delib.& ibi vltra omnes disputat an debeat isto casu talis materia adaptari ad contractus vel vltimas voluntates.dic vt ibi.Adde Ro.in v.charta ibi se
12 ptimo quòd si statutũ dicit.†Sed aduerte quia teneo isto casu quòd opus est quòd requiratur monitio iudicis , vt intra tempus soluat:& non procedẽte tali monitione nõ poterit quis aliqua pœna multari : quia regulã habemus in iure quòd vbi sumus in facto negatiuo ad hoc vt quis incidat in pœnam semper requiritur monitio. ista est illa singularis doctrina Innoc.in c. extirpandæ. extrà de prẽben.quam sequuntur ibi Host.Io.an.do.Ant.de bu. Abbas & Imo.& sequitur Arch.v.q.j.c.ij.& Arch.& Io. an. in c.licet canon.extrà de elec.lib.vj.sequitur Bal.& Imo. in l.si mora.ff.solu.mat.& Io.an.in c.excommunicationi. extrà de rescri.& in c.ij.extrà de magi.Bald. in l. ij. C.de sponsa.Bal.in auth.& omnino in pe.colu.C.ne vxor pro marito.Bal.in l.& si post tres.in lectura in.xvij. column. ff.si quis cautio.& in repetitione in xxij.col.& Bal.in authen.hoc amplius.C.de fideicom.& Bal.in l.qui crimen. C.qui accusare.qui allegando doctrinam Inno. dixit qd᷑ si statutum dicit quòd si quis ingreditur monasteriũ monialium incidat in talem pœnam,nam cum pœna ponatur hic affirmatiuè ibi non requiritur monitio:secus si super facto negatiuo pœna imponeretur quia semper monitio requiritur:vnde cum in isto casu pœna capitis sup facto negatiuo:quia statutum dicit si quis non soluerit incidat in pœnam capitis:nunquam iste non soluens incidat in pœnam capitis:nisi quis primò à superiore monitus fuerit:quæ conclusio Inno.in d.c.extirpandę.an sit vera vel falsa.adde quæ vltra omnes scribentes scripsi in l.diuortio.§.si fundum.ff.soluto matri. Illam tamen doctrinã Inn.in d.c.extirpandæ.limitat Abb.in c.excõmunicationi.& do.Anto.de but.in c.quoniam frequenter.§.si verò. in vj.col.extra vt lit.non conte.& Pau.de cast.in l.j C.de his qui.vt indig.Do.de sancto.Ge.in c. j.extra de vita & hone.cleri.li.vj.& vide Bal.in ca. j.§.publici latrones. de pace constan.vnde si milies esset certum captum non posse soluere:nihilominus nunquam poterit sibi inferri pœna corporalis,nisi demum præcedat monitio iudicis, per prædicta quæ monitio debet esse certa & nõ incerta l.aut qui aliter.& l.si is qui.ff.quod vi aut clam.per nota.in c.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

extrà de iudicijs. †Item inquantum supra tactum est, an iudex ex causa possit diminuere vel augere pœnas in ductas per statutum.adde quòd Bal.in d.§.pœna grauior tenet etiam quod iudex non possit:secus in pœnis inductis à iure communi.& Bald.in authen.hodie.C.de iudi. Sed contrarium tenuit Salice.post Bald.& Pau.de castr. in d.l.& si seuerior.& Barto.in l.fina.in fin.ff.de rece.† Et ideo dico quod si statutum imponit pœnam pro homicidio vel pro alio delicto,& istud delictum non fuerit commissum ex proposito,id est per dolum:sed per latam culpam aut leuem culpam pœna statuti cessabit:quia statuta debent secundum ius commune interpretari. & ita notât Bald.& Salice.in d.l.serui vestri.C.de nox.& Bal.in l.data opera.C.qui accusare.in v.colum.& Bal.in l. quicunq; in vj.colum.C.de ser.fugit.per Bal.in l.j.ff.de leg.& Bal. in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.& Bal.in l.pignus. C. de pig.actio.vbi hæc limitat.& per Bal.in l.ij.§.prætor.ff. ne quis eum qui in ius vo.per Bar.in l.j.§.non autem.ff.si qs testa.liber esse iuss.fue.per Salice.in l.j.C.de sica.per Imo. & domi.Anto.de butri.in c.ij.extrà de constit,vbi hoc limitat.aliter etiam limitabat Salice.in dict.l.serui vestri.ad prædicta faciunt not.per Barto.in Lomnes populi. in vj. q.principali.ff.de iust.& iur.vide Bald.in l.si quis ab alio. ff.de calum.in fin.qui expresse vult quod potestas etiã in pœnis inductis à statuto potest ex causa augere & minuere per potestatem legis sibi datam.in d.§.pœna grauior.& in d.l.& si seuerior.adde Bal.in l.obseruare.§.proficisci.in xxvj.q.ff.de officio procon.& Bal.in c.j.in qui.cau.feud. amit.in fi.j.colum.tenet expresse quod iudex ex causa potest minuere pœnas à statuto taxatas,ex causa tamen. Et vide Barto.in l.hos accusare.§.omnibus.in fin.ff.de accusa.quòd vbi pœna per statutum non potest infligi in reũ, iudex imponet sibi aliam extraordinarie.† qua autem pœna punietur iudex q sine causa auget vel minuit pœnas. Ludo.de roma.in notabilibus suis no,lxxiij. in notabilibus primi anni dicit quod legistę hoc nesciunt. sed Host. & Ioan.an.in c.de causis.extrà de offi. delega. decidunt: quia punitur pœna infamiæ.l.seruos qui.C.ad leg.iul.de vi publi.& dicit Ro.quod alia pœna punitur,scilicet pœna illa qua puniretur reus.l.j.C.ne fan.bap. † Item inquantùm supra tactum est an iudex in pœnis arbitrarijs possit transgredi consuetudinem loci & stylum curiæ illius in qua est rector.adde omnino pulchra verba Ange. in l.fi.ff.de iniur.& per Bald.in l.reos.C.de accusa.qui nonanter loquitur & in d.l.quicunque.& Bal.in l.seruũ quoque.§.publicè.ff.de procu.materia est trita.vide per Moder. in locis supra allegatis.tene tamen menti vnum singulare verbum:quod posuit domi.Abb.in c. de causis extra de offi.deleg.in fin.quod sicut pœnam impositam à lege ex causa,iudex potest augere vel minuere: ita potuit augere vel minuere pœnam impositam per consuetudinem quod no.ad ampliationem legistrarum.

cio conuincatur:cuitet pœnam quarti pluris.

9 *Reus qui partem inquisitionis confitetur an gaudeat beneficio statuti minoratis pœnam in una quarta propter confessionem.*

10 *Statuto dicente quod de quolibet instrumento soluantur sex denarij pro libra an comprehendat casum quando instrumẽtum sit super re inestimabili:& quomodo statutum minuens quartam partem pœnæ propter confessionem possit uerificari in pœnis corporis afflictiuis:& quomodo non.*

11 *Pœne in specie an possint duplicari & in quantitate non: & de dicto statuto minuente quartam partem pœnæ propter confessionem in quibus uerificetur.*

DEducta sibi quarta parte per beneficium confessionis,& etiam deducta alia quinta parte propter instrumentum pacis, &c. Andream in libris mille Bononien sibus. †Ista clausula de iure comprobatur quoniã de eo quod quis de iure veniret condemnãdus, si soluit ante tẽpus minoratur de summa vt l. si constante §.quoties.ff.solu.matri.ita etiam si confitetur & alleuiat iudicẽ ab onere probãdi:tunc ex statuto potest induci ꝙ pœna minoretur:vt l.eum qui in princ.ff.de iniur. & ibi Barto. Ita dicit Bal.de ista clausula in d.§.quoties.†Et de minoranda pœna propter beneficium cõfessionis: posuit etiam Bar.in l.libertis quos.§.posthumus.ff.de alimen.& ciba.leg.vbi etiam dicit an tale beneficium prosit opem præstanti.vide etiam de hoc quod no.Bal.in l.non eo minus.C.de accu.qui videtur contradicere Bar. Et supradicta procedunt quando est pœna pecuniaria. Sinautem esset corporalis,quid iuris,& eius formã statim dicam.†Et aduertas quòd corporalis est duplex:quia alia est inferẽs mortẽ:alia erit cùm alia pœna corporalis imponitur ideo de vtraque videamus.Et quod pœna mortis sit duplex probatur in l.prætor.§.j.ff.de bono.pos.& in l.ij.& l.capitalium.in princ.ff.de pœ.& no.glo.in l.transigere.in verbo,capitalium.C.de transac.Primò namque casu quãdo mors naturalis debet imponi ex delicto intẽtato: tũc sub distingue:aut sola vitę priuatio imponi debet:aut post vltima debent etiam bona publicari.Primo casu quoniam vltimum supplicium nullo modo recepit in se diminutionẽ quoniam est indiuiduum.argu.l.ij.§.j.& l.in executione. §.pro parte.& l.si homo mortuus.ff.de verb.obli. tunc tali casu dictum beneficium diminutiõis quartę partis pœnæ non debet habere locum:ergo dicto beneficio nõ gaudebit diminutionis quartæ partis & pœna mortis naturalis imponetur.argu.l.si seruus tibi & l.iul.ait & l.si nõ seruus.§.si solus,ff.ad leg.fal.coniunctis his quæ not. Bart. in l.si pupillus.& l.nesennius.& l.in falcidia.ff.eo.tit. vbi inducit illam materiam falcidiæ ad gabellam:& sic ad debitum fiscale.†Aduertas tamẽ isto casu quod propter suã confessionem si in aliquo posset sibi prodesse concederetur:quia beneficium dici debet:vt l.beneficio.& quod ibi Barto.ff.ad legem falcidiam.Et ideo putarem quòd si de illo delicto acerbissima mors veniret imponenda, quod genus mortis dummodovita priuetur alleuiabitur[a]:vt d. l.capitalium in princi.Secundo verò casu quando vltra mortem debent bona duplicari:& tunc quia in vita dictũ beneficium diminutionis quartæ non potest habere locũ tunc totum beneficium quartæ detrahetur de dictis bonis non tantum respectu bonorum:sed etiam respectu vitæ quæ non recipit defalcationem:vt ar.l.plane. §.si quid præterea.ff.ad legem falcidiam & quod not.glos.& doc. in authen.similiter.C.ad legem falcidiam. † Secundò vero casu principali quando est pœna corporis afflictiua & tunc cum iudex ex causa possit alterare pœnas:vt d.§. pœna

§ VMMARIVM.

1 *Clausula deducta.iiij.parte per beneficium confessionis comprobatur de iure: sicuti soluentis ante tempus id in quo ueniet de iure condemnandus minoratur de summa.*

2 *Minoratio pœnæ propter beneficium confessionis:an prosit præstanti opem.*

3 *Pœna corporalis duplex est, & an tunc habeat locum beneficium confessionis.*

4 *Condemnandus pœna mortis,an in aliquo est alleuiandus propter confessionem dummodo moriatur.*

5 *Condemnandus pœna corporis afflictiua,an alleuiabitur in aliquo propter cõfessionem.*

6 *Condemnandus pœna corporis afflictiua si propter confessionẽ puniretur pœna pecuniaria:non tamen euaderet infamiam.*

7 *Statuto dicente quod una quarta debeat deduci propter confessionem,& alia propter pacem ab offenso:si aliquis confitetur delictum & ab offenso pacem habeat quomodo fiet deductio istarum duarum quartarum.*

8 *Reus qui confitetur se commisisse homicidium sed negat se commisisse in illo loco:an gaudebit beneficio:quod confitenti minoretur quarta pars condemnationis,& an primo negans & postea confitens antequam de menda-*

pœna grauior.& glo.in l.ij.C.vt intra certum tempus.& dicit.l.hodie si fieri potest conceditur sibi dictum beneficiũ in minorando si potest fieri: vel in alterando pœnas vt si damnari debeat in metallum damnabitur in opus metalli quod leuius est:vt d.l.capitalium.§.est pœna.si verò debebat damnari in opus metalli deportabitur:si autem deberet deportari,& bõa publicari, alleuiabitur in bonorũ publicatione,si verò deberet tantum deportari relegabitur:si deberet ad tempus relegari,defalcabitur tempus relegationis.ar.§.relegati.cum ibi not.insti.qui.mo.ius papo.so.& l.relegatorum.ff.de inter.& rele.§.ad tempus.& ibi Bar.si autem sibi deberet amputari vtraque manus & oculi euelli vnum defalcabitur:si autem deberet mitriari vel simpliciter bullari in fronte fustigabitur simpliciter vel si deberet fustigari tantum tũc alterabitur aliquo modo pœna ita quod non sit sine pœna & quod gaudeat beneficio prædicto aliquo modo:vel imponendo aliã corporalem leuiorem vel in pecuniariam trãsferendo. † Ad uertas tamen quòd si in pecuniariam transferret non tamen propter hoc euitaret[b] infamiam: vt d.§.pœna grauior.quod not.†quid autem si statuto debeat deduci vna quarta propter confessionem alia quarta debet deduci propter beneficium pacis habitæ ab offenso secũdum formam statuti:pone ergo quòd aliquis confitetur crimen, & etiam habuit pacem ab offenso & illam produxit:& videtur quòd debent in scriptis producere pacem:vt videtur tex.in c.pactũ.extrà de verbo.sig.ibi scripturæ. Sed contrarium est verum:vt l.ipsius.C.fa.ercis.ibi quòd licèt scriptura non probetur &c.Et sic in tali casu debet deducere duas quartas:quomodo sit ista deductio videlicet an vnaqueque quarta deducetur de tota summa condemnationis.vel fiet primò vna deductio quartæ de tota condemnatione:& de illo quod restat nõ habito respectu ad totum fiet alia deductio: & videtur quòd quælibet quarta sit æque principalis:& sic vnaquæq; deducatur habito respectu ad totam summam:& sic si condemnatio erat ad centum,prima,secunda,quarta,deducenda erit. xxv. & sic in totum cumulatè erunt quinquaginta argu. not.per Barto.in l.contra negantem. C.ad legem aquil.vbi ponit qualiter pœna debeat duplicari & semper habet respectũ ad simplum,& sic ad vnam pœnam in vnaquaque multiplicatione igitur idem dicam in deductione & defalcatione quartarum vt contrariorum eadem sit doctrina. argu.l.j.de his qui sunt sui vel alie.iur. In contrarium facit illud quod dicimus de filio grauato secũdum legistas sub conditione qui habet duas quartas deducere iuxta l. quanquam.C.ad le.fal.cum simi.& c.raynutius.de testa. nam de tota hæreditate primò deducitur legitima quę est tertia.vt auth.nouissima.C.de inoffi.test.& de residuo habito respectu solummodo ad id quod restat deducta legitima deducetur trebellianica: & sic de illis tribus partibus quæ restant non autem totius hereditatis respectu fit computatio trebellianicæ.ista habent in d.l.quãquam.& in c.raynutius.& in l.ratione.§.quod vulgò.& ibi ꝑ Bart. Ange.& Io.de imo.ff.ad leg.fal.& sic dicendũ credo in casu nostro ex quo sequitur quòd sit condemnatio originalis erat de centum & primò deducatur xxv. propter confessionem restant lxxv.de illis lxxv.etiam habito respectu ad illos.lxxv.tantum non ad tota centum, deducetur alia quarta propter beneficium pacis & sic deducentur minus quam xix.& sic in totum deducentur xliij. & aliquantulum minus:& tamen si de dicta tota summa habito respectu semper ad totam summam duæ quartæ deducentur fuissent deducta quinquaginta quod not.& ita practicatur quòd est verum nisi verba statuti aliud importarent:vnde semper aduerte ad eius verba†Et aduertas quod licet quis confiteatur commisisse homicidium negat tamen se in illo loco commisisse non gaudet beneficio quod confitenti minoretur quarta pars cõdemnationis.ita dicit Barto. in sua disputatione quæ incipit per Italiam cõmuniter sunt statuta.& in l.inde neratius.§.fin. cum l.se.ff.ad leg.aqui.Et ecõtrasi statuto augeretur pœna neganti in quarto pluri:si primò negauit,& postea cõfiteretur antequam conuincatur de mendacio euitat pœnam quarti pluris.Ita dicit Ang.Bal.& Salic.& Barto.in authen.contra qui propriam.C.de non numera.pecunia.

9 †Quid autem si partem inquisitionis confitetur,an gaudeat beneficio dicti statuti.vide Bald.in l.quidam æstimauerunt.ff.si certum petatur.

ADNOTATIO. a ¶Alleuiabitur.adde tu vltra ea quæ subiicit dominus Angel.adde tu quod hoc potest esse propter beneficium confessionis.vnde tunc succedit quod voluit Ange.in consil. lxvij.& consilio ccxxvj.quem refert & sequitur domin. Alexan. in consi. ccvij.in ij.volumine vbi licet offendere verba statuti:vt de seruiamus menti,& vt cesset absonus intellectus sed quis diceret non esse absurdum quod ille qui venit puniẽdus pecuniariter gauderet beneficio statuti & non ille qui venit puniendus corporaliter cum ratio statuti ita militet sicut in alio:nam quando ex forma statuti quis pro delicto veniret furca suspendendus: propter confessionem decapitabitur:quia est minor pœna.ita Baldus.consilio ccclvij.inci.præmittendum est & hæc sententia videtur æqua pro qua facit:quia etiam de iure communi sponte confitens mitius punitur:vt habetur in c.præsbyterum.l.d.& xv.q.vlti.in capit.si quis præsbyter.xxiij.di.c.fi.& c.quia simpliciter.lvj.distinct.ponit Ro. in consi.cccxxiij.

b ¶Euitaret.adde Roma.in consilio.xxj.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quod iste doctor multa in hac glo.dixit:quę parum valent:nec probat quæ dicit quia Bal.in d.§.quoties non dicit id ad quod ipse allegat.Et inquantum vult qd statutum quod loquitur quod per confessionem vel per solutionem ante tempus minoretur pœna, inquãtum statuta dicunt deducta quarta parte per beneficium confessionis:nam dico quod tale statutum nullo modo potest militare & habere locum in pœna capitis, & mortis, vel corporalis quia illa pœna quæ infertur in corpus ratione subiecti.l.corporis censetur esse indiuidua.iuxta not.in l. iij.§.cato.ff.de verbo.obli.vbi latè per Bart.Angel.Imo. Rap.& do.qui multa allegant & per l.ij.§. j.& in l.in exe cutione.§.pro parte.ff.de verborum oblig.nec est verum quod in aliquo istorum casuum propter suam confessionem concedatur sibi aliquod beneficium,hoc est quod si pœna mortis veniret imponenda acerbissima: quod per confessionem dabitur sibi pœna mortis quæ erit leuior vel minorabitur pœna corporis afflictiua,in aliam leuiorem.secundum exempla quæ posuit:quia dico quod tale statutum deducta quarta parte per beneficium confessionis,non comprehendit istos casus,in quibus pœna corporis afflictiua imponitur:sed in quibus solùm pœna pecuniaria imponeretur:nec video quomodo tale statutum possit trahi ad istos casus in quibus pœna afflictiua corporis imponeretur.Et moueor ex doctrina Bartol.fundata in illo text.in l.iiij.§.prætor ait ff.de damno infecto.qui dicit quod vbi verba statutorum non possunt adaptari nec ibi eius dispositio.& voluit Bartolus in l.ita autem.in principio.ff.de administr.tutorum.& sequuntur Angel. Imol.& Paulus de castro in d.§.prætor ait & Paul.de castro.in l.benignius.ff.de legi.quam tamen sequitur Calderi.limitando prædicta in solenni sua disputatione incipiente statuto ciuitatis.& ita decidunt Baldus & Angel.

10 in l.quod constitutum.ff.de testamento milit† vnde volunt prædicti doctores quod si statuto cauetur quod de quolibet instrumento soluantur sex denarij pro libra,tale statutum non comprehendit casum,quando instrumentum fit super re inæstimabili[c] quia vbi non possunt adaptari verba statuti licet statutum generaliter loquatur ibi non extenditur eius dispositio;ita in casu nostro nesciovi dere quomodo verba statuti loquentis scilicet deducta quarta parte per beneficium confessionis possint istaverba adaptari ad pœnam corporis afflictiuam scilicet qd amputetur manus alicui, vel quod oculus ei effodiatur: quia vt dixi ista omnia indiuidua sunt:nec est verum ꝙ isto casu possit minorare pœnam per. §. pœna grauior.

c ¶

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia.§.pœna grauior.habet locum quãdo adsunt illę cau
sæ de quibus ibi per glo.& docto.sed ista causa confessio
nis,non potest militare:quia vt dixi dispositio statuti nõ
potest ibi habere locum cum verba statuti adaptari ibi
non possint:teneo tamen quòd si pœna quæ imponere
tur per statutum per nomina numeratiua imponeretur:
puta quòd talis committens tale delictum habeat octo ic
tus funis vel fustigetur cum centum verberibus:& sta
tutũ generaliter diceret quod omnis pœna imposita per
statutum minoretur deducta quarta parte per beneficiũ
confessionis,isto casu talis pœna minorabitur: quia vbi
adaptari possunt verba statuti ibi adaptatur eius dispo
sitio.nec obst.isto casu quòd corpus hominis est quid indi
uiduum:quia nõ potes tangere partem quin tangas totũ
quia respondeo quòd statutum isto casu non habuit res
pectum ad hoc sed ad numerum pœnę imponendæ:cum
minor sit pœna sex ictuum funis vel verberũ quam octo
argu.l.capitalium.ff.de pœ.†adde tamen hic ea quæ dixi
supra in glo.inverbo,in platea communis.in illo articulo
quod pœnæ in specie non possunt duplicari:sed tamẽ in
quantitatem ita intelliguntur statuta generaliter loquen
tia:ita isto casu cum statutum dicit deducta quarta parte
verisimiliter loquitur statutum de pœnis in quãtitate qui
bus adaptãtur verba statuti. Item inquantum supra ta
ctum est quando per confessionem conceditur beneficiũ
diminutionis pœnæ vel augmentatur pœna per negatio
nem vel quando negat in illo loco commisisse delictum
vel si primo negauit & postea confitetur:an augetur pœ
na:vel si partem inquisitionis cõfitetur: de omnibus istis
vide Bal.& Sali.& Fulgo.Pau.de cast.& doctores in d.l.
eum qui.ff.de iureiur.& ibi Angel. notanter loquitur de
eo,qui postea confitetur ante factas probationes an saltẽ
veniat condemnandus in expensis:de ista materia an ne
gans possit postea confiteri. vide per Bald.de istis quæ
stionibus in l.ea quæ.in x.& xj.q.C.de accusa.& per Bal.
in c.j.in §.porro.quæ sit prima causa benefici.amitten. &
per Bal.in l.de etate.in §.fina.ff.de interroga.actio. & per
Bal.in l.error in vj.col. C.de iuris & fact.ignoran.& per
Bal.in l.j.C.de furtis.Bal.in l.si vnus ex socijs.§.fi. ff. pro
socio.per Bal.in l.vnica in vij.colũ.C.de confes.per Bal.
in l.electo.§.neque.ff.de noxa.Ang.in §.si enim.in authẽ.
de triente & semisse.Sali.in l.contra negantem.C.ad leg.
aquil.qui contradicit his quæ dixit in d.l.eum qui. Iac.de
are.Ang.& Imo.in l.sed hoc ita.§.quòd autem.ff.de re iu
dica. De qualitate autem negata vel confessata.vide per
Barto.Sali.& docto.omnes maximè Fulgo.in l.eum qui
ff.de iureiuran.Ang.& Imo.& Ro.in l.j.§.si quis simpli
citer.ff.de verbo.oblig.per Bal.in l.cum quid.ff.si certum
pet.& per Bal.in c.j.§.porrò quæ sit prima causa benefic.
amit. qui ponit quid in appellatione an habeat locum
pœnitentia.

c ¶Inestimabili. Adde quod hoc in terminis consuluit Cu.in consilio
xcvij.cui se subscripsit domi.Ioan.de Imol.& eandem sententiam
tenet Roma.in consi.cccxxiiij. & do.Alex.in consi.lvij. in ij.volu.
& quod dispositio statuti non extendatur vbi verba non cõueniũt,
vide etiam per Barb.in consi.xxxvj.Ber.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicente quod amputetur manus dextra:si dextram non habet,an iu
dex possit alterare in sinistram.*
2 *Pœna existente quod amputetur manus & non dicatur quæ quid erit.*
3 *Pœna existente amputationis manus:si habeat unam bonam & unam aridam
quæ amputabitur.*
4 *Pœna existente amputationis manus:si unam tantum habeat quid erit.*

QVas si non soluerit intra decem dies amputetur sibi manus dex

1 tra &c. †Quando autem non habet dextram. an iudex possit alterare in sinistram not.Bartol.
in l.hos accusare.§.fin.ff.de accu. & dixi.s.in gl.super ver
bo,platea communis.& no.Barto.in authen.sed nouo iu
re.C.de ser.fugi.& ibi Bal.& doc.in l.ij.C.vt intra cer.tẽ
pus & ibi glo.& concludunt quod sic quia iudex ex offi
cio quando videt quod pœna à lege vel statuto ordinata
non potest habere locum ex officio suo pœnam alterat
& extra ordinem punit:quæ punitio dicitur extra ordinẽ
fieri non ex alia l.vel statuto sed ex eodem ex quo pœna
imponebatur illa quæ imponit impossibile est:vt est ca
sus in d.l.hos accusare.§.fi.coniuncta l.si criminis.C.ad le
2 gem iul.de vi.& ita dicit Barto.in d.§.fi. †Quęro quid
si simpliciter dicatur quòd manus amputetur nec dicat
quam manum.glo.in d.authen.sed nouo iure arguit pro
& contra finaliter concludit quod illa in qua minus po
test amputetur.†quid si habeat vnam bonam & alteram
3 aridam.Dyn.in d.authen.dicit quod bona amputabitur.
argu.l.quoties.ff.qui satisda.cogantur sed Butri.in d.au
a then.tenet quod arida quia in obscuris quòd minus est
sequimur:vt l.in obscuris.ff.de reg.iur.pro quo facit l.ij.
ff.arbo.fur.ce.sed Bal.ibi dicit quòd aut prouisum est de
certa manu vt in nostra sententia quia dicit dextra,& tũc
satisfactum est statuto si illa amputetur,licèt arida sit pro
quo facit quia debito & speciei præstando speciem in eo
statu quo est liberatur:vt l.domus.§. j.& quod ibi not.ff.
de leg.j.si autem de certa manu per statutum prouisum
non sit,& tunc aut illa manus est omnino inutilis & tũc
illa non abscindetur sed vtilis:sinautem non esset omni
no inutilis,tunc illa quæ est minus vtilis truncabitur.
4 †Quid autem si quis non habet nisi vnicam manum
an illa sola abscindetur.Iacobus de are.in dict. authenti.
dicit quòd non,sed alterabitur pœna:vt l.stichum aut Pã
philum.ff.de solu.& in l.emptorem §.penultimo ff.de cõ
trahen.emptione sed Bald.ibi dicit quòd imò illa sit ab
scindenda,quia statutum hoc dicit:cuius verbis standũ
est:verum quia remanet omnino inutilis debet alia pœ
na:vt puta relegationis vel pecuniaria allegari.argu.l.il
licitas.§.ne tenuis.cum glo.ff.de officio præsid.sed Flori.
in dicta authentica dicit quòd opinio Bal.de iure est ve
rior opinio. Iaco.de æquitate autem hodie stylus & cu
riæ consuetudo est attendendus:vt l.saccularij.§.sunt qui
dam.ff.de varica. crimin.vide Angelum & Imola in le
ge secunda.ff.de iudic.

ADNOTATIO.a ¶Arida. Adde tu in proposito,& vide ibi
Cepo.& Alex.in consil.ciiij. in j.volumi.& ibi quod ita communi
ter tenetur,& limita:vt per Cepo.in dicta authentica sed nouo iu
re.Bernardus.

Augusti. Tu in his quæstio adde primò ea quæ pulchrè dixit Bal.in cap. j.l.furtum.extrà
de pace iur.fir.in vsibus feudorum.in iiij.col.qui dixit q si
reus à quo iudex debet facere abscindere vnum membrũ
ille non habet illud membrum quòd in simile membrum
immutabitur illa pœna & seruabit iudex æqualitatem
quantùm potest: subdit tamen quòd si iudex non potest
hoc facere puniet isto casu grauius quam remissius alle
gat dicta l.ij.C.vt intra certum tempus & reddit rationẽ,
maximè in statuto loquente quòd qui debilitauerit mem
brum alicui debilitetur sibi simile membrum: nam dicit
Bald.offensus membrum perdidit innocenter iste autem
offendens punitur culpabiliter.Et ideo magis punitur qa
inter innocentiam & dolum nulla est proportio & adde
hic omnino quæ dixi supra in glos.in verbo,in platea cõ
munis.& vide Albe.in dicta authen.sed nouo iure. adde
Albericum de rosa.in iij.parte statutorum.lx.q.qui ponit
si debet amputari pes vel manus:nec dicitur quæ:de qua
intelligatur. & inquantum. s.tactum est si talis reus ha
bet manum aridam,an illa debet amputari. Alberic.in lo
co.s.allegato.in dicta authentica sed nouo iure expressẽ
ibi decidit contra Cy.quòd imò manus arida debet am
putari

putari & Salꝰ.in d.l.ij.C.vt intra cer.temp.in fi.tenet opi
nio Iaco.de bu.contra Cy.& respondet ad d.l.ij.cui. l. nõ
respondebat Iacob.but.& ibi Salꝰ.adducit pro hac sentẽ
tia bonum tex.quem ibi vide,& aliũ casum in hac ma
teria ibi videas allega.à domino Abb.in c.j.extra qui cle.
vel vouẽtes.& ibi vide dominum Cardi.tangentem istã
difficultatem:& licet in terminis istius. q.soleat allegari
doctrina Ioan.and.quam posuit in mercurialibus in regu
la.in pœnis extrà de reg.iur.in vj. quam in indiuiduo in
hac difficultate in terminis quæstionis nostræ allegauit
Ioan.de imo.in l.ij.ff.de pub.iudic.vbi post Ange.exami
nauit istam materiam:tamen allego ego Ioan.andr. in ad
di.Specu.in rubri.extrà de pœnis.in fi.vbi expresse Ioan
and.dicit quòd communis doctrina in hac materia est cõ
tra Cyn.in dicta authen.sed nouo iure.scilicet q manus
arida debet abscindi reo & in istis.q.adde omnino dicta
Raph.ful.qui vltra omnes locutus est in hac difficultate
in dicta authentica sed nouo iure & certè ibi eleganter lo
quitur.

5 *Statuto imponente pœnam alternatiuè ut putà amputetur manus uel pes uel
amputetur manus uel stet perpetuo in carceribus quis faciet electionem
pœnæ iudex uel reus.*
6 *Pœna existente arbitraria iudicis erit arbitrium.*
7 *Pœna existente mixta alternatiua & arbitraria arbitrium est iudicis.*
8 *Pœna existente unica puta statutum dicit de amputatione manus & reus est
ita puer uel ita senex quod statim moreretur tunc iudex potest dispen
sare.*
9 *Statuto dicente occidens occidatur ut in quo deliquit puniatur si Titius ali
quem alapa non dolo percussit,& percussus mortuus est Titius non mo
rietur,& erit interpretatio nõ dispensatio,& quo iure sit introducta in
terpretatio.*
10 *Consuetum fieri non dicitur arbitrarium,sed necessarium,& in arbitrarijs iu
dex in mitiorem inclinabit.*
11 *Reo mori debente,an iudex possit dare ei optionem mortis puta furca uel ca
pitis amputatione.*
12 *Electionem in pœnis alternatiuis existente ipsius rei si reus eligat grauiorem
an sit audiendus.*
13 *Iudex in pœnis alternatiuis etiam si uerba diriguntur ad iudicem debet eligе
re minorem.*
14 *Pœnam minorem in alternatiuis esse eligendam per iudicem intellige quãdo
ambæ sunt corporales ut puta quod amputetur sibi pes aut manus, si autẽ
dicatur aut soluat centum aut manus amputetur semper elegit pecunia
riã quia non est proprie pœna alternatiua sed corporalis surrogatur in de
fectum pecuniariæ.*
15 *Statuto licet posit fur pro paruo furto suspendi iudex poterit moderari illã
pœnam citra mortem & an iudex debeat aliter quam sit consuetudo.*
16 *Iudex an possit dare electionem mortis reo morituro.*

Ange. †Quid si statutũ imponit pœnam alterna
tiue videlicet amputetur manus vel pes: vel
quòd amputetur manus vel stet perpetuo in carceribus
detentus vel quod amputetur manus,vel soluat mille &
sit relegatus: cuius erit electio dictæ pœnę an iudicis vel
rei.istam q.ponit glo.in l.quicunque C.de ser. fugi.& ibi
Cynus & Barto.& Bal.in l.si fugiti.eo.titu.& Baldus in
authentica. sed nouo iure.C.eodem titulo & Bart.in l. j.
ff.de effra.& expil.& Imo.in d.l.ij.ff.de publi.iudi. nã in
d.l.j.Bar.videtur velle quòd in dubio sit electio rei per l.
pen.ff.de pœnis sed in d.l.quicũque.dicit illud verum in
pœna pecuniaria:vt l.plerunque.in fi.ff.de iure do. sed in
corporali pœna in dubio iudicis sit electio:vt l.j.ff.de ef
frac.& expil.nisi verba dirigantur ad vnum quia ille ad
quem diriguntur,habet electionem.ar.l.lucio cum glosſ.
ff.de leg.ij.sed Bal.in d.l.quicunque.versicu.no. de pœna
alternatiua &c.dicit quod aut est alteruatiua:aut est arbi
traria,aut mixta,alternatiua,& arbitraria,aut pœna sim
plex.Primo casu aut est pœna ciuilis parti applicanda &
est electio debitoris:nam si habet electionem in alterna
tiuis sorti,quę est fauorabilis ergo in alternatiuis pœnis:
quæ est odiosa:vt no.glo.in d.l.quicunque.aut pœna est
criminalis & pecuniaria fisco applicãda & etiam isto ca
su reus eligat per l.interpretatione.ff.de pœ.aut pœna est
criminalis & corporalis puta aut manus vel pes tũc etiã
idem quòd rei est electio quia vtraque pœna est orta &
purgat delictum & de hoc ante sententiam interrogabi
tur per iudicem & si non eliget:tunc iudex eliget potesta
te sibi data.per dictam l.hodie & sententia fertur certa &
non alternatiua,cum trahere debeat: secum executionẽ:
vt ff.de pœ.l.qui vltimo.simile no.l.j.§.exactio. C. de rei
vxo.act.nec obstat.dicit ipse quòd habetur in di. l.lucio.
quia ibi loquitur in creditore fauorabili.hic in odioso. C.
communia.de le.l.fin.§.j.licet ergo statutum dicat iudex
faciat extrahere oculum vel pedem amputari, interpreta
tur quòd reus eligat & miserabilem electionem sibi esse
concessam quamuis verba statuti dirigantur ad iudicem
nam illa est mitior pœna quæ eligenti videtur minor : vt
intelligatur l.aliquam misericordiã inter miserrimas pœ
6 nas inseruisse.†Secundo casu principali videlicet in pœ
na arbitraria omnino iudicis est arbitrium: nam arbitriũ
in iudice nihil aliud est quam iurisdictio quæ in priuato
reo maximè non datur,idem si esset electio & declaratio
& reus nunquam idoneæ eligeret.ff.de effrac. & expil.l.
7 expilatores.†Tertio casu principali quando est mixta al
ternatiua & arbitraria idem dicit sicut in pœna arbitrati
ua.allegat C.de seruis fugitiuis l.si fugitiui.nam tunc in
telligitur de simili pœna:sed assimilari pertinet ad iudicẽ
8 vt l.possunt.ff.de legi. † Quarto casu principali quando
est vnica & sola pœna ibi non cadit electio sed dispensa
tio:&ideo ad iudicem ex causa pertinet vt puta si statutũ
dicit de manus amputatione & aliquis est ita puer.vel ita
senex quod statim moreretur tunc iudex potest dispensa
a re non tamen cogitur nec propter hoc appellari.ff.ad silla
9 nianum l.qui potest.in fine in ratione literæ.† secus esset
hoc casu in casu statuti quòd dicat quod occidens occida
tur vt in eo in quo deliquit puniatur: pone modo culpa
& non dolo percussi te,& mortuus es vtique ego mori
non debeo:& hæc est interpretatio non dispensatio & à
mala interpreratione appellatur,nisi à principio sit specia
liter interdicta. de origi.iur. præterea introducta est in
terpretatio de iure naturali,& ideo locum habet etiam in
statuto:naturali enim ratione est vt non puniat quem ad
mortem qui noluit delinquere. Item debet puniri do
lus.l.j.§.sed si claua.ff.de ficarijs & pro hoc l. iij.§. j.& qd'
ibi nota Bartol.& istud est tenendum.aduertas tamen se
10 cundum Bald.in dicta l.quicunque in versicu.†scias etiã
quod illud quod consuetum est fieri nõ dicitur arbitrariũ
b sed necessarium:vt ff.de extraordina.crimi. l.saccularij.
& not.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infam.& quia
consuetudo est actus practicus ideo seruãda:& etiã scias,
vt ibidem subiungit Bal.quòd in arbitrarijs debet iudex
in partem mitiorem inclinare de offic.delega.c.de causis.
non tamen debet esse nimis gratiosus.de regu.iur.ca.ij.in
vj.& ibi per Ioan.and.in nouella.& quando plures pœnę
imponuntur,vel à iure communi,vel à statutis,vel diuer
sis legibus vel à diuersis statutis,vel à statuto,vel lege,vl'
ab homine quid faciendum sit ponam.j.in glos.super ver
bo,caput à spatulis amputetur &c.in versi.quid si plures
11 leges &c.†quando autem.reus omnino mori debet an iu
dex dare posset ei optionem qua morte mori debeat, vel
furca vel decapitari.& est tex.cum glo.in l.aut damnum.
in prin.ff.de pœ.quod sic.

ADNOTAIO. a¶Dispensare.adde tu & vide Ro.in consilio
cccclxvij.& Fulgo,in consi clviij.& vide supra in versicu.quas si
non soluerit Ber.
b Necessarium Adde tu & vide Angę.in consil.cccviij.in fine.

Augusti. Tu autem in principali quęstione quã
tangit domin. Angel.hic adde Bald.in l.
cunctos populos.C.de summa trinita.& fide catholica in
vij.colum.qui dicit quod in alternatiuis in criminalibus
est electio iudicantis sicut in pœna incerta de certis. alle
gat d.§.expilatores.quia dicit quod si electio esset rei fru
stra caderet ibi alternatiua:quia affectio eius faceret qd'
semper acciperet minimam pœnam. Sed ego non curarẽ
de hoc quia imputetur legi quæ ita voluit sicut quando
Ange.de male.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnam corporalem commutat in pecuniariam: vt dixi. s. in glo. præcedenti, vel econtra, vel fortasse possumus in telligere prædicta nisi in arbitrarijs pœnis: quia isto casu reus eligeret quid nimium: & esset lex isto casu ridiculosa contra ea quæ habentur. j. distin. & erit autem l. cum si. Albe. de rosa. in l. serui fugitiui. C. de ser. fugit. dicit quo modo Odof. tenuit quod electio sit rei per l. plerunque. ff. de iure do. sed dicit Alberi. quod Cy. & Iacob. but. & alij doctores tenent quòd si in arbitrio iudicis, & respondet ad d. l. plerunque. dicit tamen Albe. in l. quicunque. C. de ser. fugit. quòd si reus seruus pœnæ efficeretur isto casu perdit talem electionem. per l. ex facto. §. si quis rogatus. el. ij. ff. ad trebel. Et dixit vnū notabi. Raph. ful. in d. l. quicūque. C. de ser. fu. †quòd in casu quo in pœnis alternatiuis electio est rei: tunc si in istis alternatiuis reus eligeret grauiorem pœnam mos non est ei gerendus maximè si irrationabilis est: vt quia dicit statutū aut soluat centum aut fustigetur pone quòd vnus qui est soluendo auaritia ductus magis vult fustigari: certè iudex non debet eum audire. Si autem iste talis aliqua rationabili ratione se moueret audiendus est: & illa pœna habebit locum: licèt sit acrior quam elegerit. argumen. eorum quę habentur in l. j. ff. de his qui mor. sibi consciuerunt. & vltra omnes in hac materia locutus est Abb. in c. à crapula extrà de vi & hone. cleri. qui multa noua adducit contra sentētiam legistarum in hac materia ibi vide. Item adde do. Catal. in trac. syndicaus in clxiij. addi. qui latè ponit istam materiam. † & ibi etiam dicit quòd si etiam verba diriguntur ad iudicem quod iudex in istis alternatiuis debet eligere minorem pœnam & allegat bona iura, & vide Pe. de ancha. in c. de causis. ibi aliquid per docto. extrà de offi. dele. & vide Bal. in l. data opera. in ij. colum. C. qui accusare. qui videtur velle quòd etiā in istis alternatiuis iudex eliget mitiorem, & iudex eligit in istis pœnis alternatiuis hoc non debet fieri sine citatione partis. ita voluit Bal. in l. si fugitiui. in fi. C. de ser. fugi. Adde Bal dum de ista materia in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. in j. col. † Limita tamen prædicta & intellige procedere quando pœna que ponitur alternatiuè ambæ sunt corporales: putà quia statutum dicit quod am putetur sibi pedes aut manus quia prædicta procedunt secus si vna pecuniaria altera corporalis: putà quia statutū dicit quòd aut soluat centum aut amputetur manus: quia semper iudex debet eligere isto casu pœnam pecuniariā. ita singulariter dixit Bald. in l. lucio titio. ff. de leg. ij. quia isto casu illa non est propriè pœna alternatiua: sed est pœna corporalis in defectū pecuniariæ subordinata. † Itē inquantum est dictum quòd iudex potest dispensare in pœnis quando vna est pœna. adde mirabile consilium Ludo. de roma. in consilio suo. cccclxvij. qui consuluit quod licèt per statum fur pro paruo furto possit suspendi: tamen iudex potest moderare pœnam illius statuti citra mortem & est mirabile consilium & mouetur per bonas rationes. Item an iudex debeat arbitrari aliter quā consuetudo fuerit vide eleganter dicta domi. Anton. de butri. in d. c. de causis. extrà de offi. delega. & omnino limita: vt per Abba. ibi in fine. vide do. Anton. de but. in c. j. extrà de constitutio. & ibi per Moder. † Item inquantum domi. Angel. hic per tex. in d. l. aut damnum vult qđ potest dare morituro electionem mortis. addatis quod cū suportatione ille tex. dicit totum contrarium: & ideo Ro. in singula. suis. cxxiij. dixit quòd Nero fecit hoc in magistrum suum Senecam. Sed non est bonum exemplum imperatoris: quia alius iudex hoc non potest: vt dicit ibi ille text. in l. aut damnum. §. j. secus in imperatore, vt ibi habetur in tex. cum glo. & ita dicit Ro. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acqui. hæredi.

17 *Statuto dicente quòd de tali delicto debeat puniri grauissima pœna, an flagellis cedendo debeat dici grauissima pœna.*

17 Ange. †Quid autem si statutum dicat quòd debeat de tali delicto affici & puniri grauissima pœna an flagellis cedendo dicatur grauissima pœna. text. & ibi glos. & Barto. in l. sed & si. §. prætor ait. ff. de in ius vocan.

Augusti. Tu adde ea quæ dixit ibi Ludoui. de Roma. in suis reportatis in notabili super textu.

18 *Condemnatus fuit aliquis in centum, quæ si non soluerit intra decem dies amputetur sibi manus: non soluit: an officialis possit exequi dicta centum in bonis condemnati.*

18 Ange. †Quæro si aliquis fuerit damnatus in centum: quæ si non soluerit intra decem dies amputetur sibi manus, non soluit tamen officialis vult exequi in bonis condemnati, an possit videtur quòd non: qa pœna est transfusa in corporalem: vt l. obligationum ferè. §. fina. ff. de act. & oblig. tamen Barto. in l. cum duobus a §. idem respondit si socio. ff. pro socio. tenet quod potest[a].

ADNOTATIO. a ¶ Quod potest: Adde & vide Franc. de aret. in consilio lxxxix. Bernardus.

Augusti. Tu adde quod doctores ibi sequuntur opi. Bar. Imo. Sali. & Raph. fulgo. & multum exclamant de illa doctrina Bartol. ibi, & dicunt Bartolū ita consuluisse. & vide Ang. & imo. in l. si stipulatus in xvij. colum. ff. de verbo. obliga. approbantes Bartol. & de materia vide omnino pulchra verba Bal. in l. commissorie. C. de pac. inter emp. & vendi. & dicta Bal. in l. j. C. de his quæ pœnæ nomine. & docto. in l. ij. ff. de pub. iudic. vide tamen Ro. aliter sentientem in l. j. §. & post operis. ff. de ope. no. nuncia. Et adde pulchra verba Raph. ful. in l. quicunque. C. de ser. fugit. qui refert quomodo Angel. ibi dicit quòd audiuit aliàs à Barto. viua voce quòd ipse consuluit in ista materia determinasse & quod licet tempus sit lapsum & reus in pœnam corporalem inciderit ex eo quia non soluit intra tempus pœnam pecuniariam q̄ nihilominus potest iudex exigere pœnam pecuniariam quam reus poterat soluere & non soluit per d. §. idem respondit. sed Rapha. fulgo. ibi videtur tenere contrariū & arguit contra Barto. & respondet ad d. §. idem respondit. & faciunt ea quę dixi. supra in proxima additio. ante quę stio. proximam istius quæstionis in hac materia.

19 *Officiales exigentes pœnam errarunt in calculo & condemnatus fuit in bona fide licet non soluerit integrā cōdemnationem an amputabitur sibi manus.*

20 *Condemnatio ad amputationem manus dextræ: fuit sinistra amputata per errorem executoris an possit truncari dextra.*

19 Ange. †Quid si erratum fuit in calculo per officiales vel ad gabellam deputatos, ita quod condemnatus non fuit in dolo: sed in bona fide. & tamen non soluit in veritate integram condemnationem: an debeat sibi amputari manus. dic quòd non: vt no. Bal. Rap. & Imo. in l. quamuis. de condi. & demon. per illum tex. q̄
20 no. †Quid si condemnatus fuit quòd debeat amputari manus dextra: & per errorem per executorem fuit abscissa sinistra an iudex possit pro executione suæ sentētiæ truncare dextram. dic quod non quia quòd primo executus est in sinistra restitui non potest. ita dicit Bart. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actione.

Augusti. Tu autem in hac materia in prima quæstio. vide Moder. latè scribētes in d. l. quā uis. sed in alia quæstione adde quod Sali. in d. §. qui reprobos. expresse sequitur doctrinam Bart. quod isto casu si p executorem manus sinistra fuit abscissa per errorem, non potest aliam manū dextrā abscindere: sed vide Fulg. in d. §. qui reprobos. qui arguit contra illam decisionē doc. sed rationes suæ non mihi placent: quinimo Albe. de rosa. in d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fu. in fi. ibi ponit istam quæstionem & arguit pro & contra: & dicit quod quidā docteneuerunt q̄ licet per errorem executor errauerit in vna manu manu tamen exequetur in alia per bonam rationem. ipse idem Albe. tenet contrarium & istam teneo.

21 *Statutum dicit quod homicidia condemnetur in centum & si non soluerit intra decem dies decapitetur: homicidium est commissum non dolo sed culpa tantum & intra tempus non fuerunt soluta centum an debeat decapitari,*

22 *Pœnam pecuniariam ad euitandam corporalem uel corporis afflictiuam non solum condemnatus soluere potest, sed etiam coniunctus uel extraneus, etiam condemnato non mandante.*

23 *Pœna pecuniaria potest solui ut corporalis euitetur etiam condēnato inuito.*

21 Ange. †Quid si statum dicit simpliciter quòd homicida condemnetur in centum & si non soluerit intra decem dies decapitetur: & homicidium nō est commissum dolo sed culpa tantum: an si non soluerit dicta centum intra decem dies debeat decapitari. istam q. format Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. versic. & ex hoc infero ad talem quæstio. &c. vbi determinat quod vbi culpa commissum non est homicidium quòd condēnabitur in centum tantùm: & licet non soluerit intra decem dies non decapitatur. Et hoc est quia dictum statutum de homicidio intelligitur quādo commissum est dolo. facit quòd not. Barto. in l. j. §. j. ff. si quis te. lib. esse iust. fue. & hoc iudex debet in sua sententia declarare inserta causa, quia semper causa condemnationis quærenda est: vt ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ad tēpus. quod bene no. Et adde & videas quæ scripsi suprà in glo. quas si non soluerit intra decem dies cum quarto pluri. in versicu. Si vero in ea diceretur vsque ad finem illius glos. quia melius
22 hæc cadunt sed errore fuerunt ibi posita. † Et tene menti quòd non tātùm dictam pœnam pecuniariam potest soluere condemnatus vt pœnam corporalem euitet vel corporis afflictiuam sed alius coniunctus vel extraneus etiā si condemnatus non mandauerit soluere vel ratum non habuerit: etiam intra tempus ita dicit Bald. & Imol. in l.
23 fi. circa princ. ff. de cond. instit. †quinimo plus dico quòd etiam inuito potest dicta pœna pecuniaria solui, vt corporalis euitetur: vt no. Barto. in l. stichus de pec. le. & Bal dus in l. fina. de nego. gest. intantùm quòd vt dicit ibi Bal dus potest per extraneum auferri de bonis dicti condemnati etiā dicto condēnato inuito & soluere dictā cōdēnationē vt ar. l. si proc. §. si ignorantes. ff. mand. & no. Bar. in l. iiij. §. cato. ff. de verbo. oblig. & hoc ratione proprij inter esse illius extranei soluentis. argu. l. non tantum. ff. de appel. quod perpetuò no.

Augusti. Tu autem in ista glo. adde quòd mihi placent ea quæ dicit domi. Ange. hic, sed in vltima difficultate quam ipse tāgit hic adde bonū tex. & ibi Bal. ponderantem illum text. in l. si quis id quod. in versicu. in seruos. ff. de iurisdictione omnium iudicum. qui dicit quòd stante dicto statuto quòd si quis intra mēsem non soluerit cētum amputetur sibi manus: nihilominus si constat ipsum non posse soluere: tamē poterit alius soluere pro ipso. & allegat. l. stichus. ff. de pec. le. vbi Bar. etiam hoc dicit secundum quod domi. Ang. allegat. s. Et inquantum domi. Angel. hic allegauit illam doctrinam Bal. quam posuit in l. fi. C. de nego. ges. quòd imò amicus vel coniunctus reo inuito potest soluere illam pecuniam ad hoc vt euitetur pœna corporalis, & poterit postea repetere illam pecuniam. Addatis quod illam doctrinā Bal dus late enucleauit & examinauit postea Pet. de anchar. in c. cum C. laicus. extra de foro compe. in penul. colum. & ibi Pet. de ancha. allegat quomodo Bart. in l. si stichū. §. sed si alio. ff. de nouat. vult quòd etiam si soluo pro aliquo alicui suo creditori, & expresse debitor protestetur soluenti, quòd non soluat quòd soluenti isto casu non datur repetitio propter expressam prohibitionem: etiam ex causa necessaria. Fallit solummodo in impēsa funeris: vt ibi per Barto. & sic Bar. loquitur etiam in causa necessaria. Sed ibi vide Petr. de ancha. no. loquentem in ista materia: qui declarat quid de iure in isto passu dicere debeo-

mus. & vide Dominicum in d. c. cū C. laicus, qui dicit q̄ si soluens est amicus debet protestari quod nō animo donandi sed repetendi soluit ad hoc vt fugiamus tex. in l. is qui amicitia. ff. de nego. gest. alias non repeteret. & vide do. Ange. hic j. in glo. præsente Caio & appellante in versi. & no. quod d. l. non tantum habet locum.

SVMMARIVM.

1 *Practica ducendi condemnatos per loca publica & consueta est introducta ut ab omnibus uideantur.*

Caium quòd duci debeat per loca publica & consueta. †Ista practica fuit introducta vt publicè videatur ab omnibus vt multis erassantibus locus sit exemplo: vt l. absentem. & l. aut facta §. fi. ff. de pœ.

Augusti. Adde quod iste doctor errauit quia voluit allegare l. aut facta. §. fina. ff. de pœ. & ibi vide glos.

SVMMARIVM.

1 *Executio aliquando fit in loco delicti ad maiorem exaggerationem, ut ante domū in qua furtum commissum est furcæ aliquando eriguntur.*

Vsque ad locum iustitiæ consuetum. Hoc fuit introductum per no. in l. pe. ff. de iust. & iure. †Sed aduertas quòd aliquando in loco commissi delicti fit executio ad maiorem exaggerationem: vnde ante domum in qua furtum commissum est furcæ aliquando eriguntur & ita semel obseruari feci cum casus occurrere Perusij vel in loco vbi hominem interfecit decapitatur: vt not. Bartol. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœ. Et etiam est ratio vt ibi puniatur vbi deliquit: vt ceteris sit exemplum: vt C. ad legem iul. repe. l. j. & l. si quis fortè. §. fina. ff. de pœnis, & §. si quis, & eodem titu. l. aut facta. §. fi. ita dicit Sal. in authenti. si verò. C. de adult. & est casus & ibi hoc not. Bal. in l. j. C. de nāl. agger. non rumpen.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd dubito quòd in ista conclusio non sit falsa & damno ego istos iudices qui in loco vbi delictum fuit factum puniunt malefactores vel decapitando vel furcis suspendendo. Idem quādo ad fenestras palatij suspendunt reos vel ad rengeriam suspendunt vbi rebelles principum suspenduntur & non faciūt executiones suas in loco consueto vbi fiunt aliæ executiones corporales. moueor ergo per tex. in terminis in l. capitalium. §. famosos. ff. de furtis. vbi speciale est in latronibus famosis qui derobando fecerunt homicidium vt non in loco consueto iustitiæ. Sed ibi in loco vbi propriè delictum fecerunt puniatur: & ratio redditur ibi tex. quare ibi in illo loco debent suspendi, & ibi etiam in text. redditur ratio quare specialiter introductum est in famosis reis: quia acrius puniuntur famosi rei quam non famosi. Locus ergo vbi fit executio corporalis aggrauat infamiam ipsius malefactoris. Iste ergo executiones debent fieri in locis consuetis, Sed dico hoc non militare nisi in famosis reis in ali quo qui enormissum delictum qualifactum fecisset per prædicta: & ita aliàs interrogatus respōdi de iure ita esse faciendum. cogita.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando facit executionem corporalem debet habere rem claram: quia ad similitudinem supplicij tenetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Cautela pro iudice eſt quando crimen non eſt probatum, & uult ferre abſolutoriam quod faciat citare iniuriatum & etiam ſyndicum communis ad contradicendum: & quando conſtat iudici reum non eſſe culpabilem an poſſit illum ex ſuo officio abſoluere.*

ET ibi caput à ſpatulis amputetur, ita & taliter quod moriatur &c. †Ante oculos tu iudex habeas ius & iuſtitiam, & quando facis executionem corporalem facias quod res ſit bene clara nec ſit iuris vel doct. altercatio quoniam ſi poſtea in ſyndicatu conueniaris, dicere ius in carceribus. Cum enim iudex ad ſupplicũ ſimilitudinem teneatur & eſt pœna capitalis: vt l. iij. C. qui accuſare. non poſ. non eſſet fideiuſſoribus relaxandus facit ff. ad legem iuli. de vi. l. lege iulia. & ibi Barto. vnde bene caueas antequam ſententiam proferas corporalem. † quid autem ſi crimen non ſit probatum & ipſe debet ferre abſolutoriam tunc cautela eſt quòd iudex ad ſui exonerationem citari faciat iniuriatum & etiam iudicio meo syndicum communis ad contradicendum quicquid volunt & poſſunt ne ille reus abſoluatur, aliàs autem talis abſolutoria non præiudicat iniuriato quin etiam non probata concluſione ipſe iniuriatus reum accuſare poſſit non obſtante abſolutoria facta per iudicem ab inquiſitione formata quòd bene no. Et fortè etiam ipſe iudex tenebitur. ita dicit Ange. in d. l. ſi vacantia. in princi. iiij. co. C. de bo. va. lib. x. & allegat Io. and. an hoc tenẽtem in c. exitus. de purga. cano. licèt dicat quòd contrarium tenet Specul. in titu. de inquiſitione. §. nunc tractemus. verſi. ſed pone ſed Angel. tenet opi. Io. an. pro quo allegat caſum in l. ſi vacatia. quia debet fieri iniuriato præſente ergo eo citato. ſubdit tamen Angel. quòd hæc conſuetudo non ſeruatur, ni ſi Florentiæ quod no. Tu etiam vide Salice. & glo. in d. l. quí de crimine. C. de accuſa. & quod no. Barto. in l. ſi cui. §. j. ff. de accuſa. & quando conſtat iudici reum non eſſe
a culpabilem, an poſſit reum ex ſuo officio abſoluere. vide eleganter per Bartolum in lege abſentem. in fine. princi. ff. de pœnis.

ADNODATIO. ag Ex officio. adde & vide Cepo. in cõſili. xlj. vbi quod ſtatutum permittens abſentem & nocentem condemnare, ita permittit abſentem & innocentem abſoluere. & vide Franc. de are. in conſi. cxlix. Ber.

Auguſti. Tu cõſidera quod hic articulus hodie eſt expeditus per ſtyllum & conſuetudinem pœnarũ: quia ſemper in huiuſmodi proceſsibus criminalibus fit citatio per campanam, per quam campanã omnes citãtur & actor & reus, quæ conſuetudo & ſtylus faciũt ius iuxta l. de quibus. ff. de legibus. cum ſimi.

3 *Statuto imponente unam pœnam, & ius commune aliam, quæ pœna erit attendenda.*
4 *Delinquens quando de pluribus delictis puniri poſsit & quando non.*
5 *Pœna pecuniaria impoſita pro homicidio quando delinquens poſsit illa, & pœna iuris communis puniri: & quando per impoſitionem nouæ pœnæ uidetur receſſum ab antiqua.*
6 *Pœna generali & ſpeciali exiſtente impoſita ſuper uno delicto quid erit faciendum: & iudex nunquam debet recedere à pœna ſtatuti quam imponendo ſufficit.*
7 *Pluribus pœnis & legibus ſi unum delictum puniatur an mitior ſit imponenda.*
8 *Pluribus pœnis impoſitis, ſiue alternatiuè, ſiue copulatiuè aut aliter quid ſit faciendum.*
9 *Pœna una ſi imponatur per ius commune & alia per ſtatutum: an prima pœna iuris communis ſit ſublata.*

3 Ange. †Quid autem ſi ſunt plures leges loquentes de dicto delicto & diuerſas pœnas imponentes: vt puta ius commune imponit vnam: ſtatutũ vero imponit aliam, quæ pœna ſit attendenda: reſpondeo q̃ in iudicis electione eſt aut imponere pœnam iuris cõmunis aut ſtatuti: quoniam per legem nouam ſtatutariã non intelligitur ſublata pœna legis antiquæ, imò vtrãque pœnam duraſſe: vt eſt caſus in l. eum. ff. de furtis. & in l. quoties. ff. de actio. & obliga. & not. Bart. in l. ſenatus. in pri. ff. de actio. Sali. latè in l. qui de crimine. C. de accu. ver. op
4 pono tertio ad eandem partem &c. †Et cõſidera bene inquiſitionem noſtram quia hic ſunt plura delicta ſeparata & plura facta: quia vulnerauit cum cutello, & veſtem abſtulit q̃d eſt clarum quòd de furto & homicidio poteſt puniri: vt not. Barto. in d. l. ſenatus. facit l. nunquam plura & ibi Barto. ff. de priua. delic. Sinautem ex vnico facto naſcantur duo delicta, vel ex vnico delicto duo tituli criminis vel plures agendi formæ vel non: an ex vnica. l. teneatur. & condemnetur, vel pluribus & not. glo. in l. iij. §. fina. ff. nau. cau. ſtab. Dy. Bar. & Imo. in l. j. §. dixerit. ff. de publi. & Barto. in d. l. ſenatus. & in d. l. nunquam plura. &
5 Salice. in dicta l. qui de crimine. dic vt ibi per eos. †Ex quo ſequitur quòd ſi ſtatuto imponitur pœna pecuniaria pro homicidio, tamen pœna iuris communis non ſit ſublata. Tu iudex poteris punire homicidam de ſica. ita ſemel de facto ſeruaui quod no. quod verum eſt niſi ex aliquibus coniecturis appareat quod pro impoſitione no-
b uæ pœne per ſtatutum vel reformationem ſit receſſum à pœna antiqua. vt putà ſi ſtatuto caueatur quòd proceda-
tur de ſimilibus ad ſimilia. & vbi in ſtatuto non reperitur ſimile ſuccedat ius commune: tunc apparet de mente ſtatuti quod in ſubſidium voluit imponi pœnam iuris communis: igitur ab ea videtur receſſum. ita not. Bart. in l. j. ff. vi bono. rapto. & idem in ſimili videtur tenere Bal. in l. j. C. deſumma trini. verſicu. vj. opponitur dicitur hic &c. vide Imo. qui idem tenet in l. ij. ff. de publ. in verſicu. quia aut per diuerſas leges &c. Sed Salic. in l. qui ſepulchra C. de ſepulchro viola. verſicu. quæro tunc ſecundo quid ſi per ſtatutum imponitur &c. aliter & plenius dicit, dic vt ibi per eum. Sed etiam Barto. in l. ſanctio. in princi. ff. de pœnis aliter & plenius diſtinguit ſecundùm Rayn. videlicet aliquãdo ſunt duæ pœnæ vna generalis & alia ſpecialis, & tunc diſtingue ſi quidem generalis imponit per legem vel per ſtatutum & ſpecialis per hominem: tũc vtraque concurrit etiam quò ad executionem: vt l. non dubium. C. de leg. coniuncta l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccle. Et intelligo per hominem ſiue ſint contrahentes ſiue etiam per prætorem vnum imponatur. Siverò à ſtatuto imponatur generalis & ſpecialis: tũc ſpecialis & generalis imponi poterit quia eadẽ eſt ratio: vt l. illud. ff. ad legem aquil. facit. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniurijs. Sive
6 ro vtraque venit imponenda per hominem, tunc quò ad originem habent locum non quò ad executionem: vt dicit. l. prætor edixit. †Ex quibus infert quòd quando ſuper vno delicto reperitur pœna ſpecialis & generalis: tunc ſi quidem pœna generalis eſt incerta & arbitraria nõ refertur ad ſpecificata ſiue eadem lege vel ſtatuto vel eadẽ reformatione, ſiue diuerſis ſiue l. communi & ſtatutaria: vt d. l. ſanctio. ſecundum lectu. glo. Si vero vtraq̃ pœna eſt certa & determinata: & tunc refert an vtraque pœna imponatur eodem ſtatuto vel eadem reformatio & generalis non refertur ad ſpecificata ſecundum lecturam Dy. in d. l. ſanctio & ſic ſpecialis tantum imponuntur. Si vero imponuntur diuerſis legibus, vel diuerſis ſtatutis. vel diuerſis reformationibus, vel de iure cõmuni vna: ex ſtatuto alia: & tunc aut vna pœna infertur à lege, alia ab homine: & tunc vtraque habet locum etiam quò ad executionem, aut vtraque infertur ab homine: & tunc vtraque non habet locum quò ad executionem: vt patet ex prædictis ſecundum Bartolum ibi quod ſingulariter liga ad digitum: quia eſt nota De quo etiam vide Baldum in dicta lege qui ſepulchra. vbi etiam Angelus allegat Spec. in titu. de accuſa. circa princi. vbi dicit quòd propter pœnam impoſitam per ſtatutum, non videtur eſſe receſſum à pœna iuris communis: dat tamen An. cautelã iudici

iudici quòd nunquam recedat à pœna ſtatuti & illam imponendo ſufficit. †Adde tamen quod no. Innocen. in
7 c. ſi pro debilitate. de offic. delega. quod vbi vnum delictũ pluribus pœnis vel legibus punitur: & diuerſimode mitior pœna imponenda eſt quòd tu intelligas ſecundùm ſupradicta. & vide Barto. in l. j. §. j. in penul. colum. in fin. ff. de ope. no. nuncia. & addas quod no. Iaco. but. & Bal.
8 in l. placet. in penulti. q. C. de ſacroſanc. eccle † Quando autem pœnæ eſſent alternatiné, dic vt dictum fuit ſupra in glo. ſuper verbo, quòd manus dextra amputetur &c. ſed Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de inſa. verſiculo. ad huius gloſ. declarationem &c. dicit quòd ſi duplex pœna imponitur diuerſis legibus vna tantùm debet puniri: vt l. ſenatus. & quod ibi gloſſ. & Bartolus. ff. de accuſa. ſi in eadem lege vel ſtatuto & tũc aut copulatiuè & tunc poteſt imponi vtraque l. nemo. la. ij. C. de epiſcopa. audien. aut alternatiue & tunc vna tantum: vt l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugiti. aut imponitur ibi abſoluè: quia non eſt ibi neque copulatiua neque diſiunctiua coniunctio, & tunc dicit aſſumendam benigniorem interpretationem, vt vna tantùm imponatur: vt d. l. ſi de interpretatione. ff. de pœ. licèt alij fortè dicant contrarium in l. alienationis. in fine. ff. de verbo. ſignificatio. quod eſt no. ſed id quod dicit Barto. in d. l. ſanctio eſt plenius.

b gNouæ pœnæ. Adde quod tenet idem domi. Abba. in ca. de cauſis. de officio dele. vbi plenè per cano. maxime moder. & vltra ea quæ infra ponit Augu. adde quod opi. Barto. voluit Oldra. in conſilio. xciij. in iij. col. & Bald. in conſi. ccxx. in iij. volumi. incipi. in cauſa domini Miliani vbi relata opinio ſua ſubdit quòd alij dicũt quod vni legi per aliam non videtur derogari cum correctio ſit euitanda l. quo. ff. de actio. & obligationi. ſi tamen fieret executio vnius pœnæ ceſſaret alia niſi eſſet inuenta ad ſupplementum primæ quia delictum quod non eſt plenè purgatum, debet purgari: vt no. de iudi. in c. at ſi clerici. & in l. ij. C. de ſpor. & de accu. l. ſenatus. & Deus non iudicat bis in idipſum: & cum iſtis verbis vltimo relatis tranſit Cep. in conſi. xciij. & vide Barto. in l. j. ff. vi bono. rapto. & Bald. in l. eum. C. de fur. vbi quando per legem nouam ſit ſublata pœna legis antiquæ. & vide etiam aliquid per Roma. in conſilio cxvij. in fine Bernardus.

Auguſti. Tu autem in hac materia inquantum domi. Angel. hic tractat iſtam materiam quando duæ pœnæ vel diuerſæ imponuntur à lege ſiue à ſtatutis: ſiue à lege vna; & à ſtatutis alia: qua pœna feriat reus & dixit quod ipſe practicauit de facto Nurſiæ quod decapitauit vnum homicidiam licèt ſtatutum eſſet ibi q pœna pecuniaria imponeretur pro homicidio. addatis q ego non ita feciſſem: & credo iſtam ſuam ſententiam falſam. Et moueor primo per illam auream doctrinam. domi. Bal. quam poſuit in l. non eſt nouum. ff. de legitimis.
9 qui dixit. † Quæro ſi per ius commune imponitur vna pœna & per ſtatutum imponatur alia pœna, an prima pœna iuris communis ſit ſublata dicunt doctores communiter quòd non. per l. quoties. ff. de actio. & oblig. & per l. qui ſepulchra. C. de ſepulchro violato. Alij dicũt quod aut pœnæ ſunt incompaſsibiles & ius commune imponit mortem & ſtatutum minuit pœnam & impone membri mutilationem & ſtamus ſtatuto tanquam poſteriori: nam ſtatutum minuit pœnam à toto integrali ad partem, & quia reſtringit gladij poteſtatem receſſum eſt ab atrocitate l. & ſic ab eius pœna. l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. penul. & l. qui eum vno. §. quí poſt. de re militari. idem ſi pœna pecuniaria ſit diminuta: nam in pœnis minimum debetur in eodem genere pœnæ puta vtraque corporali vel vtraque pecuniaria quòd enim immutatur remanet in prima ſua figura l. cum in plures. §. lege data ff. locati. Si autem ſunt diuerſorum generum non fit nouatio l. ſenatus. ff. de accu. Subdit poſtea Bald. ibi indiſtinctè iudicem debere ſequi pœnam ſtatutariam & ipſam imponere & non pœnam iuris communis: & eſt ratio quia poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta & iuramentum obligat in forma: vnde eſt ſeruandum omnino: vt l. ſi pecuniam. ff. de condictio. ob cauſam. Præterea pro hac parte contra dominum Ange. allego id quod elegantiſsime dixit Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. extrà. de cõſti. in materia pœnali. quando tractat de ſtatutis punientibus delicta in verſicu. quæro etiam vtrum ſicut ſtatutum ſecũdum tollit primum ita declarat ius commune aliam fore pœnam ſtatuentis quam ſtatutum, & multa ibi allegat dicens referendo opin. quomodo Ioan. and. in additi. Specu. in titu. de pœna temere litigan. refert Vbertum de bob. tenuiſſe quòd per pœnam impoſitam per ſtatutũ tollitur pœna iuris communis: & ita dicit iudicatum fuiſſe Ianuæ. facit quod no. inſti. de offi. iudi. in prin. Alij dicunt hoc verum ſi apparet de mente ſtatuentium ita voluiſſe ſubrogari pœnam ſtatutariam loco pœnę legalis, aliàs ſecus. c. maiores. de baptiſ. & dicit Petr. de ancha. ibi, quomodo Ioan. an. in d. additio. refert poſtea opin. Iaco. de bel. qui tenet l. municipalem derogare iuri communi. Refert poſtea. d. Petr. qualiter Barto. in l. j. ff. vi bono. Rapha. tenet quòd per pœnam ſtatuti non ſit receſſum in dubio à pœna iuris communis niſi hoc appareat ſaltem tacitè prout Bartol. ibi exemplificat & ſatis ſupra dixit dom. Angel. hic refert poſtea Pet. de ancha. quomodo præceptor ſuus Bald. in l. data opera. in ſecunda charta. C. qui accuſare. in verſi. item no. eſt. tenet quod per pœnam ſtatuti videtur receſſum à pœna iuris communis & fatuus eſſet iudex qui pœnam iuris cõmunis imponeret: quia poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta. Nam ſtatutum ſe habet ad ius commune vt ſpecies ad genus. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Illud enim habetur loco ſpeciei quod minus generale eſt, & illud loco generis, quòd magis generale eſt not. Dyn. in regula. generi. de regulis iur. in vj. ergo ſtatutum habetur loco ſpeciei: quia ſpecialiter prouidet in eſſe tantum: vnde dicimus quod leges locales ſunt leges ſpeciales & ſic generales. C. de epiſc. & cle. l. priuilegia. & l. generali. & poſtea refert ibi domi. Pet. de anch. quomodo Cyn. in l. qui ſepul. C. de ſepul. vio. format iſtã quæſtionem, & dicit communiter teneri pœnam ſtatuti non tollere pœnam iuris communis in origine: quia ad vtrunque agi poteſt. Sed in exactione: vtrum vna tollat aliam vel concurrat ſaltem in eo quòd plus: ibi vide & per Barto. in d. l. j. ſubdit tamen ibi domi. Pe. de anchara. quod ſi de facto iſta q. contingeret inclinaret ipſe in opi. Bald. & ſemper imponere pœnam ſtatutariam, vt poſteriorem & magis ſpecialem: ſic ergo vt videtis Vbe de bo. Iacobum de bel. Ioã. andreã Baldum & Pet. de anchara. non tenent opi. quam tenet Barto. in loco. ſ. allega. & illã opi. quam tenet iſte bonus doct. hic. & hæc etiam mihi magis placet maximè per dicta Bal. in l. ij. C. de rebus credit. & iureiurã. in fi. quí per text. in d. l. quí cum vno. §. quí poſt. ff. de re milita. dixit quod vbi per ſtatutũ minuitur pœna videtur receſſum ab alia pœna capitali hoc eſt maiori. Quinimo allego Bald. hoc voluiſſe in l. fina. C. de æ diſi. priua. qui dixit quod vbi per l. antiquam imponitur pœna grauis, & per l. nouam, impoñitur pœna minor. per iſtam minorem intelligitur derogatum & receſſum à maiori. per illum tex. no. in d. l. quí cum vno. Addatis tamen quod Albericus de roſa in prima parte ſtatutorum. quæſtio. viij. ibi latè diſputat iſtam materiam & in fi. allegat omnia quæ poſſunt allegari & authoritates multorũ doctorum pro & contra: concludit quod totus mundus obſeruat quod per pœnam ſtatuti. ſit derogatum pœnæ iuris communis. Vide tamen ad iſtud propoſitum: ſi vis habere iſtam materiam integraliter recurre ad doctrinã. Ioã. andr. & ibi Dominicus de ſancto. Gemi. & Petr. de anchara. qui not. loquitur in capi. fœlicis. extra de pœnis. lib. vj. quí loquuntur de materia totius iſtius gloſſę. quã materiam tetigit hic domi. Angel. & ibi Petrus de ancha. facit mentionem de doctrina Barto. in dicta lege prima. ff. vi bon. rap. per pulchra verba Bar. in l. fi. C. de aquę ductu lib. xj. Ex cuius dictis poterit etiam limitare dicta d. Ange. hic, & vide vnam pulchram doctrinam Bald. quã poſuit in iſta materia in c. j. in fi. de prohi. feu. ali. p lotha.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et omnino vide pulchra verba Angel.qui latè loquitur in dicta.l.j.ff.de vi bono.rapto.qui multum clare loquit in iſta materia.Et Bald.Angel.& omnes doctores in dicta.l.qui ſepulchra.& ibi Angel.multum ſubtiliter diſtinguit quaſi omnes caſus comprehendendo iſtius materię: quæ omnia ſi vellem hic extẽdere parum mihi eſſet. Sed implerem chartas.vide Bal.in l.extat.ff.quòd metus cauſa.Per quæ poteris limitare prædicta & per Angel. in l.ſi quis ab alio.ff.de calumn.& per Angel.in l.quoties. ff.de actio.& obligatio.& per docto maximè per Domini.de ſancto Geminia.poſt gl.in c.licet canon.extrà de electio ni.libro vj.per quæ poteris limitare prędicta omnino per Bald.in l.data opera.in ij.colum.& vide etiã ipſum Bal. in loco quem ſupra allegauit Petr.de ancha.in dicta l.data opera.in ſecunda charta,qui ponit quòd per ſtatutum augetur quandoque pœna iuris communis aliquãdo minuitur & per gloſſ.xliiij.diſtin.c.fraternitatis.& per gloſ. in c.de cauſis.extra.de offi.deleg.& per glo.xxj. quæſtione ij.in princi.gloſ.lxxiiij.diſtin.in ſumma per Ioan.and. in addi.Specu.in titu.de furt.circa medium. per Bald.& Ange.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notantur infa.per Bald.in l.& ſi ſeuerior. C. de his qui notant. infam.& in omnibus iſtis locis vide an ſint vera ea quæ dicit domin.Angel.hic,& Bald.in l.in eum. C.de furtis. Imo. in l.cum mulier.ff.ſol. matrimo.& omnino per do. Cataldi.§.proficiſci.in addi.clxx.& in quæſtion.clxix.& in quæſtio.clxviij.& ibi multum diffuſè loquitur domi. Cataldi. vbi multos caſus diſtinguit quando plures pœnæ imponuntur per legem.

30 *Damnato mandatore an intelligatur damnatus,mandans & alius auxiliator: & an damnato Titio quod produxit tales falſos teſtes ſequatur quod teſtes ſint falſi & econtra.*
31 *Notario damnato quod fecerit falſum inſtrumentum, an ſit præiudicatum ei ad cuius utilitatem confectum fuit inſtrumentum.*
32 *Damnato de falſo uno ex reis ſtipulandi,an ſit præiudicatum alteri.*
33 *Abſoluto uno ex reis,an intelligatur abſolutus alter.*
34 *Sententia lata contra falſos teſtes,an præiudicet producenti uel econtra.*
35 *Iudicio falſi contra notarium moto,ſi pars in cuius utilitatem eſt confectum inſtrumentum citetur:an illi fiat præiudicium.*
36 *Iudicio falſi moto inter partes ſi conſtaret notarium uel teſtes habuiſſe notitiam, uel, præſtitiſſe patientiam illi iudicio, an illis eſſet factum præiudicium.*

10 Ange. †Sed quæro an damnato dicto Titio intelligatur etiam damnatus Andreas mandans & alius auxiliator.Reſpondeo. quod regula eſt in duobus reis quòd vno condemnato non intelligatur damna-
a tus alter:ita dicit Barto.in l.denuntiaſſe.§.ſi.per illũ tex. & in l.cum filius.in princip.ff.de verb.obligatio. Exquo ibi infert quod licèt Titius ſit damnatus quia produxit. A.& B.falſos teſtes:quod de neceſsitate non ſequitur cõtra teſtes quod ipſi ſint falſi:& ita etiam econtra. Si teſtes ſunt condemnati de falſo,non tamen intelligitur conde-
b mnatus producens nec ſibi præiudicat:vt l.Lucius.cum ibi not.ff.de infa.& hoc determinat Barto.in l.ſi teſtamẽtum in ſi.ff.de peti.hæredi.& optimè facit quod not.Barto.in l.iij.in princ.ff.de priua.delic.& quod no. Cyn.in l. j.C.de aduo.diuer.iu.& l.ſi quis homicidij. C. de accuſatio.†Secundò infertur quod licet notarius ſit damnatus
11 quod fecit falſum inſtrumentum : hæc tamen ſententia non præiudicat ei,ad cuius vtilitatem factum eſt dictum inſtrumentum.& idem etiam tenet Cyn.in l.j. C. qui accuſa.non poſ.& ibi de his quæſtionibus vide Bald.& Salicet,qui videtur tenere contra Cyn.& Barto. ſed in pra-
12 ctica ſeruaremus opi.Cyn.& Barto.& eſt tex.in l.j. C.de
13 fal.†Tertiò infert quòd ſi vnus ex reis ſtipulandi damnatus ſit de falſo,alteri non præiudicat:vt l.ſi docueris. & ibi not.C.de fide inſtrumentorum†. Quartò ibi quærit an abſoluto vno ex reis intelligatur alter abſolutus regulariter dicit quòd nõ:& eſt ratio quia res inter alios acta &c. Fallit in caſu §.fin.l.denunciaſſe.ff.de adulte.ſed in caſu noſtro nõ valet in mandatore & auxiliatore.Et iſtã quæſ. ponit Barto.in l.adulteram.§.j.ff.de adulte.& ibi concl^t dit quod aut pronuntiatur ſuper iure vt quia dicitur q̃ nõ erat in culpa:tunc Cy.& Bart.volunt quod alĩs non proſit.argumen.not.in l.nihil intereſt.& quod ibi nota gloſſ. ff.de ſica.aut pronũciatur ſuper facto vt quia dicitur præfatum non eſſe commiſſum:tunc Dyn. vult quod proſit vt l.cum duobus.§.fideiuſſor.de iureiurando. Sed Barto. ſecundum Richar.malumb.tenet contrarium per dictã legẽ adulteram. §.j. & ibi reſpondet ad dictum. §. fideiuſſor.

ADNOTATIO. ag Damnatus alter.adde tu & vide Bald.in conſilio xxxv.in v.volum.& Abba.in conſilio lxvj.in fine in.ij.vol.Bernar.

b ¶Nec ſibi præiudicat.adde tu & vide Ange.in conſil. cccviij. qui in terminis conſuluit.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quod in terminis quæ. noſtræ an ſententia lata contra mandatarium delinquentem noceat mãdanti. Ad de quod iſtam quæſt.in indiuiduo tetigit Bald.in l. iuriſconſultus.C.quibus res iudicata nõ nocet,& dicit quòd non.& allegat.l.nihil.ff.de adulter.quam ſic inducere volunt:ibi enim ſimul & ſemel mandãs & conſulens pro eo dem delicto poteſt accuſari vna cum mandatario delinquente quod eſſe non poſſet ſi ſententia lata cum vno faceret ius quò ad alium.l.j.in fi.ff.ſi fa.fur. feciſſe dicatur. & in terminis vide quid pro & contra per Alberic.de roſa.in prima parte ſtatutotum.q.liiij.quæ incipit,an autem ſententia abſolutoria.& ibi ponit etiam quando eſt condemnatoria.& latè per Albericum in l. non ideo minus. C.de accuſatio.& latè dictum eſt.ſ.de iſta materia in verbo,ſempronium mandatorem.in xix.q.in addi.meis.& vi de illas remiſsiones quas ibi dedi. Et an abſolutoria lata pro mandante proſit mandatario,vel econtra:vide Bald. in dicta l.non eo minus.C.de accuſatio.& Bart.in l.j.§.fi. ff.de quæſtio.per Ioan.an.poſt Dyn.in dicto c.ratihabitione.& de opem & auxilium præſtante.vide Bar.& Ange.in l.is qui rẽ.§.ſi ea mihi Titium.ff.de furt. & vide pul
14 chra verba Angel.& Salice.in l.j.C.de raptu virgi. †An autem ſententia lata contra teſtes falſos præiudicet producenti vel econtra. Adde quòd licet Bar.in l.Lucius.ff. de his qui notan.infam.dicat quod talis ſententia nõ præiudicat:tamen dicit quod facit aliqualem præſumptionẽ, & quod talis ſententia plenè non noceat teſtibus eſt bonus tex in capitulo,cùm dilectus.extrà de ordine cogni. in fi.in l.ſi vteris.C.de fide inſtrumentor. & ibi Bartolus remittit ad not.per Cyn.in l.j.C.qui accuſa.& Bartol. in
15 l.præuaricationis.ff.de præuarica.†vbi hoc limittat niſi in iudicio contra notarium moto fuiſſet pars citata, ſed Baldus in l.Lucius.ff.de his qui notantur infamia.videtur velle quòd in terminis illius legis ſentẽtia lata contra producentem teſtes non nocet teſtibus etiam præſentibus vel citatis. Idem ſuit de mente Baldus in l.fina. C.de fide inſtrumentorum facit quod no.Specu.in titulo de fide inſtrumentorum.§.poſtremo aliàs.§.incipit inſtrumẽtum.verſiculo ſed pone tabellio,Adde Bald.in l.iij. C.de edendo.in ſexta colum.& Bald.in l.fi.C.ſi mi.ſe maio. dixerit.& in l.j.in penultim.& vltima charta. C. qui accuſ.
16 †Aliam limitationem dabant Iacob.butrig.& Angel.in dicta l.Lucius niſi in iudicio moto inter partes conſtaret notarium vel teſtes qui falſum dixerunt.habuiſſe ſciẽtiam,& præſtitiſſe patiẽtiam illi iudicio:quia tũc talis ſententia præiudicat omnibus,& teſti & notario.Sed contrariũ tenẽt Nicola.de mathe.& Bal.in l.veteris.C.de fide inſtrumẽ.& Anto.de bu.in c.quamuis extrà de re iu.& Specu.in dicto verſiculo,Sed pone tabellio.& vide Albericde roſa.in iij.parte ſtatutorum.q.lxv. qui ponit an in factis connexis & correlatiuis puta adulterio ſententia lata pro vno , vel contra vum proſit vel, noceat alteri.

Clau-

17 *Clauſula decapitetur ita quod moriatur quando ponitur in ſententia quando reus eſt præſens quando autẽ non eſt præſens uide quæ uerba ponenda ſint, & ſi capiatur bannitus quomodo fiat ſecundus proceſſus.*
18 *Bannito capto in formatione ſecundi proceſſus quid probabit contra primã ſententiam.*
19 *Bannitus captus an poßit per uiam exceptionis impedire executionem ſententiæ.*

17 Ange. †Et quod hic dicitur decapitetur ita quod moriatur eſt verũ quãdo reus eſt ibi præſens ita quòd executio corporalis de eo fieri poteſt. Si autem non ſit in fortia poteſtatis,tunc officialis debet eum bannire de ciuitate & communitate, condemnare ad mortẽ. Et ſi quo tẽpore in fortiam communis veniret:quòd ducatur ad locum iuſtitiæ,& ibi mors inferatur:ita ſingulariter dicit glo.in auth.de leno.§.ſi quis autem. in verbo, expellatur.de qua gloſ.Iaco.de Bel.ibi facit feſtum. & in authen.de pac.tenen.col.x.in prin.& vide Bald. & Flor. in l.ij.C.ſi pen.appel.mors interue. Et ſi poſtea veniat in fortiam communis,debet alius proceſſus formari,in quo declaretur captam eſſe talem perſonam quæ reperitur in banno,& bannum exequendum eſſe,ita dicit Bald. in ti.de feu.ſine cul.non admi.c.j.& poſtea in d.proceſſu.in terim reus & bannitus recognoſcit ſe iuxta not.per Bald.
18 in l.diuus.ff.de cuſto.reo.& dixi. ſ.in gloſ. Caium ſempronij dic vt ibi.†Aduertas tamen quòd ſi dictus bannitus eſt captus in iſto ſecundo proceſſu cõtra eum formãdo,probabit primam ſententiam ſeu bannum latum emanaſſe,per falſas allegationes,vel probationes falſo factas quòd impedit executionem dictæ ſententiæ:ita dicit Ange.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.obli. & ideo Imo.ibi in verſicu. ex prædictis dicit quòd infertur maxima vtilitas &c.facit l.prætor.§. Marcellus.ff.iudi.

Auguſti. Tu adde quòd ego non ſcio inuenire illam gloſ.in di.§.ſi quis autem.in verbo, expellatur.in auth.de leno.niſi habeam librum meũ corruptum.Quinimo ego volui legere Iac.de bel.in ca. j.de pace tenenda.in princ.col.x.ibi in libro meo. Iac. de bel. nullam facit mentionem nædum de illa gloſ.nec aliquid de iſta materia.Et inquantum domi.Ange.hic quærit an poſita contra illum qui poſtea eſt captus debeat formari nouus proceſſus hic aliquid non dicam:quia late iſta ma
19 teria fuit dicta ſupra in glo.in verbo,Caĩ ſempronij.†Et inquantum domi.Ange.hic allegat dicta Angel.in di.§. duo fratres.dicatis quod doctores Moderni ſequuntur ibi opinio.Ange.& aliam limitationem in iſta materia q̃ talis bannitus captus qui habetur pro cõfeſſo de delicto poſsit per viam exceptionis impedire executionem ſententiæ.vide per Bart.in l.non videtur.ff.deiudicijs la prima.& dixi.ſ.in d.glo.Caium ſempronij.

20 *Condemnatus corporaliter ſi præſens ſit, an efficiatur ſeruus pœnæ: & quid ſi ſit abſens.*
21 *Condemnati ad mortem in præſentia,bis moriuntur:primo gladio oris iudicij,ſecundo per ſeparationem animæ à corpore.*
22 *Damnati ad mortem,an hodie efficiantur ſerui pœnæ.*
23 *Damnatus ad mortem,quando teſtari poßit.*
24 *Condemnatus ad mortem propter aliquod delictum quòd de iure in aliquo loco mortem meretur:in alio non:an ubique dicatur inteſtabilis niſi ſit reſtitutus.*

20 Ange. †Et bene no.quod quauis ille qui eſt prę ſens dictæ ſententiæ corporali condemnatorie ſtatim efficiatur ſeruus pœnæ:vnde lata ſententia non
a valeret eius teſtamentum^a etiam ante inquiſitionem formatam conditum,etiam ſi eſſet abreptus per vim de manibus familiæ:vt l.qui vltimò.& ibi Barto.in principi. ff. de pœnis.& idem no.in l.cunctos populos.in penulti.colum.C.de ſumma.trinita.& eſt text.in l.ſi quis filio.§.irritum.& ibi Ange.Raph.& Imo.ff.de iniuſt.teſtamen. facit gloſ.& ibi docto.in authen.ſed hodie.C.de donatio.inter virum & vxorem tamen quando eſt abſens & fertur ſententia ſi quo tempore venerit in fortiam cõmunis &c. vt ſupradixi:interim talis ſententia cumvideatur lata ſub conditione non ſortitur effectum antequã venerit in fortiam communis &c.& ſic non perdit ea quæ perdit illæ qui eſt purè bannitus vel purè condemnatus.ita elegan-
21 ter not.Bal.in l.ſeruo legato.& ibi Imo.ff.de lega.j.& ſic interim poterit teſtari & alia facere quod bene nota : q^d eſſet verum ſi ſententia ſub conditione ferretur,videlicet condemnamus ſi quo tempore venerit in fortiam cõmunis &c.Sed ſi ſimpliciter condemnaretur ad pœnam capitis,& executio differatur ſub conditione ſi quo tempore &c.& tunc non diceret verum Bald.de qua ſententia prolatione dixi ſupra in glo.ſuperverbo,qui iudex commiſit A.præconi quòd ipſum bãniat in fine &c.& etiam in iſta gloſſ.ſuprà proxim.

ADNOTATIO.a ¶Eius teſtamentum. Adde tu quod imo damnatus ad mortem:vel perpetuos carceres de iure canoni.nõ poteſt teſtari nec inſtituti,ſed eſt ſeruus pœnæ ita Fulg.in conſi.xliiij. & vide Bal.in conſi.cccl xx.in ij.vol.Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde Bald. in l.fina.C.ſi à non competen.iudi.qui dicit quòd iſti bãniti ad mortem qui ſunt in carcere nõ poſſunt teſtari:ſi tamen euaderent de carcere & conferrẽt ſe ad locum ſecurum dicit fortè poſſunt teſtari.Et ideo ſi habent proprium in eadem ciuitate vel in alia poſſunt teſtari:ſed dicit Bald.quòd communis opi.eſt quòd nonvaleãt teſtamenta eorum qui ſunt diffinitiuè damnati ad mortẽ & eſt executio ſecuta.& allegat Ioan.an.in nouella. in c. quamquam.de vſuris.in vj.qui dixit quòd licet non valeat vt teſtamentum tamen valet vt quædam diſpoſitio putà ſi iuberet malè ablata reſtitui.dicit tamen Bal.q̃ valeret teſtamentum banniti ad mortem, niſi per ſtatutum permitteretur ferri ſententiam diffinitiuam ad mortem contra abſentem,quo caſu ante capturam non eſt ſeruus
21 pœnæ,ſed poſt quando eſt in laqueo reipublicæ.†Adde Bal.in l.is qui.C.ſi pendente appellatione mors interuene.qui dicit multum ſingulariter quod illi qui in præſentia damnãtur ad mortem confeſtim moriũtur qui bis moriuntur:primo moriuntur gladio oris iudicis quia ſiũt ſerui pœnæ:ſecundo moriuntur per ſeparationem animæ & teſtamentum inter has duas horas factum nõ valet: quia
22 poſt mortem nemo teſtatur.†Dicit tamẽ ibi multum mirabiliter quòd hodie poſſumus dicere quòd iſti efficiãtur ſerui pœnæ qui damnantur ad mortem:cum ipſi extrà ordinem damnantur ex forma ſtatutorum & decretorum ciuitatis.& dicit quòd iſtam opi.videtur tenere Spec.in tit. de ſenten.in verſic.poteſt.Et vide quæ dicam infrà in gl. & eius bona publicamus.in verſic.quòd incipit,& quòd bona damnatorum hodie reſeruentur filijs in additi.mea. Adde quod miror quòd iſte doctor non alleget Bartol.in l.eius qui.§.j.ff.de teſtamentis.qui pouit ibi materiam de damnato ad mortem & de bannito qui poſtea eſt abſens vel poſtea capitur:& omnino ibi vide Bal.elegantiſsimè loquentem.& ibi vide Ange.qui allegat Bar.in l. cũctos populos.C.de ſumma trinitate.& fide catho.in repet.ſua.
23 †Dicit tamen ibi Ange.limitando prædicta quod tunc damnatus ad mortem poterit teſtari,ſi talis ſententia eget confirmatione,& non eſſet confirmata, quòd teneret teſtamentum.Secundò limitat idem erit ſi quis eſt damnatus ad mortem & executor non vult exequi per tex.in l.ſi.ff.de leg.j.Tertiò limitat:idem ſi per ſententiam fuit ſi lata pœna quæ de iure imponi non poterat:quia ante exe cutionem eius non traditur damnatus inteſtabilis per.l.ſi quis exhæredato.§.ſi quis fuerit.ff.de iniuſt. rup. irritoq; teſtamento,vnde nec occiſus ad furorem populi inteſtabilis:eſt.quia non licèt populo interficere quemquam vt dixerunt iudæi ad pilatum.Et reſpondet ibi Angel. ad l. pe.ff.de ſica.& ibi decidit an Chriſtus fuerit teſtabilis: & cõcludit q̃ nõ.Sed ego dico contrariũ ex qua cõcluſione ſequitur maxima vtilitas.Et arguo ſic cõtra An. Nã ſnĩa cõis doc.eſt q̃ licet damnatus ad mortẽ qui eſt in præſentia contra quẽ debet fieri executio ſit inteſtabilis.Tamẽ ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſtatur hoc niſi iudex condemnauerit reum, ad pœnam mortis prohibitam de iure: putà quando cum ſecuri iudex facit occidere hominem vel cum veneno: ita per bonas rationes & iura concludunt docto. maximè ipſemet Ange. in l. ſi quis mihi bona. §. j. ff. de acquiren. hæredi. & ſequuntur ibi Imo. & Ro. & Rap. & dicetur infrà. Quin imo ipſe Ang. hic voluit in d. l. eius §. j. cùm hic in Chriſto fuerit appoſita pœna vt in cruce moreretur & cũ clauſula fixis quæ pœna fuit mors vltra omnes mortes acerbiſsima. iuxta illud. Aſpicite & videre ſi eſt dolor ſicut dolor meus: & illa pœna pœnitus fuiſſet reprobata: non dico mori in cruce: ſed crucifigi cum clauis in pedibus & manibus. Dico ergo Chriſtum potuiſſe teſtari quæ omnia no. Tu contra iſtos iudices qui inferunt mortes inſolitas: quia talis poterit teſtari. De iſta materia an damnati ad mortem & banniti abſentes, & banniti qui poſtea capiuntur poſsint teſtari maxima eſt iſta materia. Adde ſi tu vis videre materiam & vide dicta Pe. de anch. in clem. j. extra de pœniten. & remiſ. & do. Bal. poſt Bart. in l. j. C. de ſacroſan. eccle. qui eleganter loquitur. & Salic. in authẽ. ſed hodie. C. de dona. & ibi per doc. Et de bannitis ſi vis videre veram deciſionem vide dicta Bal. in l. j. C. de hæred. inſtituen. & omnino multum elegãter locutus eſt Bald. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. & opi. Barto. ſequitur do. Abbas in c. poſtulaſti. extrà de foro compe. & vide Pau. de caſt. in conſiliis ſuis, conſilio
24 lxxxiiij. incipien. In Chriſti nomine Amen. †Primum quæſitum habet duo dubia & ibi dicit in fine quòd condemnatus ad mortem propter delictum quòd de iure in aliquo loco eſt delictum quòd pœnam mortis meretur. In altero loco non tamen ſi eſt condemnatus ad mortem vbique eſt inteſtabilis niſi ſit reſtitutus. & ibi vide an poſſit teſtari ad pias cauſas, qui allegat bonas remiſsiones. vide Pe. de Anc. in c. felicis extrà de pœ. li. vj. qui loquitur etiam de bannitis: vide de materia damnati per ſententiã & poſtea appellauit per Angel. in repetio. §. qui procuauit in l. tale pactum ff. de pactis. & in l. j. ff. nil no. appellatione pendente. Et tene menti quæ dicit Bal. in l. j. in vij. col. C. ne ex delictis defunctorum. quod bãnitus occiſus à priuato vigore ſtatuti hoc permittentis non decidit inteſtabilis cum moritur per manus priuati. & vide Bald. in c. veniẽtes. extrà de iureiur. qui no. loquitur in materia bãnitorum quando in abſentia damnatur an teneat teſtamentum eorum. vide Pet. de ancha. in d. c. quãquã. & ibi Domi. de facto Gemi. & quomodo Pe. de anchar. limitat illam doctrinam Ioan. andr. & reſtringit dum dixit quòd pro male ablatis valebit diſpoſitio. & omnino vide domi. Nellum in tractatu ſuo bannitorum in ij. tempore de concurrentibus poſt perfectum bannum, in xlij. xliij, xliiij. q. qui multum eleganter loquitur in iſta materia. Ego vero ſi omnia ſcriberem facerem nimis maximum volumẽ. Adde Albe. in tertia parte ſtatutorum. q. xxij. & ſequenti & quãdo bona per ſtatutum ſunt adempta & fiſco applicantur: an tales poſsint teſtari: vide tex. & Bald. in l. inceſtas. C. de inceſtis nup. Ange. in l. ſi quis. ff. de teſta.

25 *Sententia corporalis lata, an ſtatim debeat mitti executioni.*
26 *Iudex originis ſi vult exequi ſententiam iudicis loci delicti vel eõtra, an tũc poſſit vel requirantur literæ, vel debeat fieri remißio.*
27 *Remißio in delictis: an fieri debeat.*

25 **Ange.** † Quæro an ſententia corporalis lata ſtatim mittatur executioni Bar. in dic. l. qui vltimò. in fi. dicit quòd de cõſuetudine ſtatim fit executio ni
a ſi ipſe vel alter pro eo appellet[a]: vt l. non tantùm. ff. de appel. de iure autem debet expectari quòd tranſierint decẽ dies qui dantur ad appellandum: arg. gloſ. in l. ex iudicio rum. ff. de accuſa. coniuncto titu. nil no. ap. pen. quo tempore elapſo fieret executio per iudicem qui tulit ſententiã, vel per ſucceſſorem in officio: vel etiam per alium officialem eiuſdem ciuitatis, qui etiam habeat merum imperiũ
26 & ſine literis: vt not. Barto. in l. à diuo pio. §. j. ff. de re iudi.
b † Si autem eſſet alius iudex puta iudex originis[b] qui vult exequi ſententiam iudicis loci delicti: vel econtra: an tũc poſsit vel requirantur literæ, vel debeat fieri remiſsio. vide Cy. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. & Bart. in l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſa. Salic. late in authentica ſi verò. C. de adulteriis. & per Imo. in l. inter accuſatorem. ff. de public. iudic.

ADNOTATIO. a ¶Appellet. adde tu quòd quando delictum eſt notorium non admittitur appellatio: imo ſtatim poteſt fieri executio per ea quæ voluit Oldra. in conſi. xviij. Ber.

b ¶Originis. adde tu & vide Ange. in conſi. cdvj. & ibi, an executio tãlium ſententiarum ſit ciuilis vel criminalis, & quãdo iudex vnius territorij poſsit exequi ſententiam alterius territorij vide Angel. in conſi. cclxxv. & Raph. cu. in conſi. lj. quem vide Ber. & quando remiſsio ſit fienda. vide Old. in conſi. ccxxiiij. vbi an delinquens in Anglia ſit remittendus in anglia. & vide latè Cep. in cõſil. lix. Ber.

Auguſti. Tu adde quod Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procon. & lega. in xij. q. arguit quod poteſtas qui intra tempus appellandi miſit aliquem ad furcas poſsit puniri in ſyndicatu: quia abſtulit reo legitimam defenſionem appellãdi, ergo punitur ac ſi innocentem occidiſſet & allegat l. hodie. ff. ad l. iuliam repe. In contrarium arguit d. l. non tantùm. ff. de appella. Soluit Bald. quod ſi fecit hoc ex cauſa, quia erat cõfeſſus & liquebat de crimine nõ punitur: quia morte rei ſententia tranſit in rem iudicatam: ſecus ſi eſſet appellatum: vt C. de appel. l. addictos. & dicit Bald. quòd ita obſeruat conſuetudo quod no. contra iudices qui faciunt iſtos conſiteri ſuper quo dicit Bald. vide Cyn. in l. ij. C. quorum appellatio. non recip. & Bartol. in l. non tantum. ff. de appellatio. & gloſſ. dicit quòd confeſſus etiam non auditur appellans niſi alleget cauſam. ſed Bal. dicit hoc eſſe falſum quia in l. non tantum ille erat confeſſus & tamen recipitur appellatio eius & cuiuſcunque adeo dicit quòd capitaliter condemnatus non poteſt appellationi renuntiare per l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. item vide Bald. in l. ſi. C. ſi à non competẽti iudice, qui quærit, an lata ſententia criminali poſsit ſtatim executioni mandari, quantuncũque ſit ſententia vltimi ſupplicij & ſic executio corporis. breuiter Bal. concludit quòd in altero ex tribus caſibus iudex poſsit. primò ſi fuit cõfeſſus & cõuictus reus. ſecundò vel ſit notorium reum deliquiſſe. tertiò vel ſint indicia ita valida cum confeſsione quòd maleficia non poſſint negari, maximè ſi maleficium eſt valde atrox, vel in alio caſu ſi ſubitam deſideret vltionem. Et vide in hac materia domi. Nellum in tractatu bannitorum, in quarta parte primi temporis, vbi tractat materiam iſtius appellationis maximè in iij. quæſtio. qui allegat Gand. & do. Albe. de roſa. in quæſtio. ſtatutorum. & ipſum reprehendit. vide Barto. in l. furti. §. j. de his qui notan. infa. & per doc. & vide Bald. in l. addictos. C. de epiſco. audi. & per Bald. Ang. Fulg. & Sali. in l. addictos C. de appel. & vide Bal. in l. j. C. ne ex delictis defunctorum, qui ponit qua pœna puniatur iudex qui poſt appellationem, malefactorẽ tradidit morti: & vide Barto. Imol. & docto. in l. nõ tantum. ff. de appella. & vide domi. Anto. de butr. in rub. extra de re iudi. qui ponit multas fallentias quia ante tẽpus appellandi ſententia poteſt mitti executioni. & Abba. in c. ij. extra de re iudi. qui allegat Spec. & aliqua bona iura de iure cano. in quibus caſibus poſsit fieri ſtatim iſta executio, ibi vide quando ad pet. principis debet fieri executio. Adde gloſ. in c. cũ apud. xj. q. iij. & glo. in c. quærenti. extra de offi. deleg. quæ dicunt q̃ ſtatim debeat fieri executio in criminalibus. vide do. maximè Abba. & Imol. poſt Inno. in d. c. quærenti. & ibi Moder. qui ſcribunt bene per iiij. columnas in iſto paſſu dicit. dic. Cataldin. in tractatu ſuo ſyndicatus. quæſtio. clxxxvij. quòd ad tumultum populi iudex poteſt accelerare executionem corporalem, etiam pendente dilatio. ſi aliter tumultus ſedari non poteſt: quę concluſio an procedat aliqualiter faciunt ea quæ dixi. ſ. in proxi. additio. vbi dixi an ad tumultum populi iudex de

dex debeat condemnare aliquem: licet. d. Catal. ibi multa bona alleget Imo. & Ang. in l. decurſonum. C. de pœnis. Et inquantum. do. Angel. hic tangit illam difficultatem per quem debet fieri executio vel per iudicem loci originis vel delicti & domi. Angel. allegauit Imo. in d. l. penu. ff. de publi. iud. Tu vide bonam gloſſ. & ibi per docto. maximè per Petr. de ancha. in repet. ſua c. poſtulaſti. extrà de foro compet. & vide Bal. in l. executorem. C. de executi. rei iudica. in vij. col. & Sali. in l. j. C. vbi de cri. agi oportet qui voluerunt quòd iudex loci domicilij delinquentis etiam poſtquam condemnauerit delinquentem, teneatur ad requiſitionem iudicis loci originis conuenti reum ad ipſum remittere, & ad hoc allegat gloſ. no. in l. à diuo pio. §. j. ſed dicit quod Dy. tenuit contrarium & melius. idem voluit Sali. in d. l. j. & ſic poſt condemnationem noc fit remiſſo. & vide Bal. in authẽ. ſi quis litigantium. C. de epiſcopa. audi. & Io. and. in titu. de execu. ſententiæ. §. ij. verſi. ſed pone lo primo & canoniſte in c. paſtoralis. §. præterea. de officio deleg. paſſus iſte eſt dubius. vnde vide per
27 Moder. in d. §. j. †Et quia domi. Ang. hic tetigit vnum verbum. an remiſsio in delictis debeat fieri. vide Barto. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. vio. qui dixit quòd de conſuetudine hodie. in Italia non habet locum §. ſi quis verò cõprehenſorum in authenti. vt nulli iudicum. quia nõ fit remiſſio. & ideo Iaco. de Belui. in di. §. ſi quis verò comprehenſorum. dicit quòd hodie inter iſtos dominos Italiæ non habet locum remiſsio. Hoc eſt quod cogantur remittere: ſed ſi volunt remittere poſſunt imò dicit domi. Anton. de but. & Imo. in clemen. paſtoralis. de re iudic. vbi bona eſt gloſ. quod ſi iſti domini temporales qui habent dominia diſtincta, non remittunt peccant: quia de iure debent remittere. & vide omnino de materia Alberic. de roſa. vltra omnes diſputantem iſtam materiam in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet, qui allegat Oldra. in conſiliis ſuis. vide docto. in c. ſi. extrà de foro compe. maximè & per Abba. qui eleganter loquitur Pe. de anchara. in repeti. dicti ca. poſtulaſti Calde. in repe. ca. j. de rapt. & per Ananiam gloſſ. & doctores omnes in l. j. C. vbi de crimine agi oportet. vide pulchra verba Bal. in l. cum archimedoram. C. vt in poſſeſ. lega. & doct. & Ang. in l. hæres abſens. ff. de iudi. & vide Bal. in l. ij. C. de ſer. fugi. & vide Bal. in rubrica de fide inſtrumentorum & in c. romana §. porro extra de ſenten. excommunicatiõis per Ioan. andr. & doctores & per doctores in d. c. paſtoralis. §. præterea. In hac materia remiſsionis vide omnino Old. in conſilio ſuo cxx. & ibi etiam decidit quòd non debet fieri niſi primo aliqualiter conſtet de crimine.

28 *Statuto cauetur quod officialis ultimo menſe ſui regiminis nõ poßit aliquem abſoluere uel cancellare de banno ſi inquiſitus uenit abſoluendus. an dicto menſe poterit pronunciare abſoluendum, uel cancellandum eſſe.*

28 **Ange.** †Quæro quid ſi ſtatuto cauetur quod officialis vltimo menſe ſui regiminis non poſsit aliquem abſoluere vel cancellare de bãnito, & tamen inquiſitus veniebat abſoluendus, dic quòd poterit pronun
a tiare dicto menſe abſoluendum[a] vel cancellandum eſſe q̃ ſententia declaratoria non habebit effectum niſi compro betur per ſuum ſucceſſorem, debet tamen ſucceſſor comprobare dictam ſententiam ſi ius dictauerit & non aliter ar. l. iure noſtro. ff. de teſtamen. tutel. ita dicit Bald. Raph. & Imo. in l. ſi filio. §. eius qui. ff. de iniuſto teſtamento & Barto. in l. ſolent in prin. ff. de officio proconſulis & leg. & no. Bal. in l. j. C. ſi aduer. liberta.

ADNOTATIO. a ¶Abſoluendum. Adde tu & vide Ange. in conſil. ccvij. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quòd Bald. expreſſe tenet contrarium in d. l. ſolent. & in l. nec quicquam §. vbi decretum in fi. ff. de officio proconſulis & legati & vide Bald. in l. j. in fi. ij. colũ. ff. de iuriſdictione omnium iudicum & Angel. in cõſilio ccxlvij. vide Imol. & modernos in l. j. §. ſi qs ita. ff. de verborum obligationibus. & in remiſsionibus ibi datis habebis veritatem iſtius paſſus: an ſint paria condemnare vel abſoluere vel pronunciare condemnandum vel abſoluendũ. Et quia latè ſcripſi in dicto §. ſi quis ita, nolo hic tranſcribere illas deciſiones.

29 *Iudex imponens pœnam inconſuetam mortis, an faciat quod ille qui fuiſſet inteſtabilis ſit non inteſtabilis. & an teneatur in ſyndicatu.*

29 **Ange.** †Et bene aduertas tu iudex quòd pœnã conſuetam apponas vt putà quòd debeat de capitari gladio, ſecus ſi diceret quod debeat mori veneno vel proijci de feneſtris palatij: quoniam licèt moriatur talis pœna non facit eum inteſtabilem vel incapacẽ quin effectus fuiſſet inteſtabilis & incapax ſi pœna ordinaria fuiſſet impoſita: vt l. aut damnum. in principio ff. de pœnis, coniuncta dicta l. ſi quis filio §. itrìtum ff. de iniuſto teſtamento, ita dicit Ange. & Imola in l. ſi quis mihi bona §. j. ff. de acquirenda hæreditate, quod nota in practica. Quinimo plus dico reſpectu iudicis quòd ſi pœnam mortis inconſuetam imponat etiã illi qui debet mori, ipſe iudex tenetur in ſyndicatu: vt eſt tex. in dicta l. aut dãnum. in prin. quod no.

Auguſti. Tu in hac materia adde quæ dixi ſ. in hac eadem gloſ. vbi tractaui materiam an iſti damnati ad mortem poſsint facere teſtamentum, & no. bene quomodo Roma in dicta l. ſi quis mihi bona §. j. referendo almanum dicebat quod non erat vera illa concluſio per tex. in l. eius qui §. j. de teſtamentis, vbi habetur quòd ille qui eſt damnatus ad mortem per ferrum nullo modo poteſt teſtari. Nec obſt. ille tex. in dicta l. aut damnum, quia ibi dicitur quòd ille qui eſt condemnatus ad mortem cum gladio non poteſt iudex vel executor inferre aliam mortem quam gladij ſcilicet cum ſecuri vel cum veneno. Sed aduertas quia per hæc non recedo à communi opi. vt ſatis dictum fuit ſupra in iſta glo.

30 *Statutum uiget Peruſij quod occidens forenſem teneatur in ccc. libris. Peruſinus occiditur Aretij. an occidẽs teneatur in ccc. libris. quid ſi unus ſecundum formam ſtatuti debebat condemnari in ccc. libris. & iudex ipſum fecit decapitari ſequendo formam iuris communis. an iudex decapitabitur.*

30 **Ange.** †Quæro Peruſij viget ſtatutum quod occidens forenſem teneatur in ccc. libris: an ſi Peruſinus alibi occidatur: vbi tu aſsides: vt putà Aretij. an occidens etiam teneatur in ccc. libris, dic quòd non imò tantum de ſica. quia quilibet de populo nõ debet vti illo iure. ita no. Barto. in l. j. in princi. ff. quòd quiſque iur. Sed quid econtra vnus ſecũdum formam ſtatutorum nõ debebat decapitari: ſed omnino condemnari in libris ccc. tantummodo iudex noluit ſequi dictum ſtatutum tãquã odioſum, imò voluit ſequi formam iuris communis: & ipſum decapitari fecit: nam tempore ſyndicatus ipſe iudex dicere nõ poterit quòd ſibi imponatur prædicta pœna pecuniaria pro homicidio prædicto quod commiſit facto ipſum homicidam decapitari. ſed debet ei imponi
b pœna quam alteri impoſuit[b] & ſic decapitetur: ita elegan ter dicit Barto. in l. j. in fi. princip. ff. quod quiſq; iuris. Vnde tu iudex bene caueas & aduertas ad ſtatuta, noli ſapere pluſquam oporteat. Adde tamen quòd circa hanc pœnæ impoſitionem dixi ſupra ea. gloſ. in verſ. quid autem ſi ſunt plures leges &c. & ſic intellige hoc dictum Bart. quãdo per dictum ſtatutum in toto receſſum eſt à pœna iuris communis.

b ¶Impoſuit. Adde & vide do. Iaſo. in d. l. j. Et an ſtatutum valeat vi de Franc, de are. in conſi. lviij. Ber.

Auguſti. Tu in hac materia in prima quæſtione. Adde quòd opinio. Barto. tenuerunt Angelus Salicetus & Fulgoſius ſed Paulus de caſtro. ibi tenet contrarium dicens quod iſtud ſtatutum non poteſt retorqueri contra populum, cum populus

Universidad de Deusto
Biblioteca

non poſsit decapitari. ſed retorquebitur contra ſingulos de populo qui patiuntur vigere tale ſtatutum, & ea quæ cadunt in vniuerſitate producuntur ad ſingulos de populo vt delictũ ſit punitũ. alleg. c. ſi ſententia. de ſent. excõ. in vj. ſed aliq Mode. ibi approbant argu. Pau. de caſt. quia illud c. ſi ſententia. loquit in ſententia medicinali. & ſic in pœna medicinali & leuis præiudicij: vt in ca. j. eo. tit. nos verò in aliis pœnis. d. l. j. ff. de magiſtratibus conueni. & inquantum domi. Ange. hic tetigit aliam. ij. q. quam tangit Barto. in d. l. j. ff. q poſſunt iuris qui dixit q poteſtas debeat decapitari qui decapitauit illum qui in ccc. debeat condemnari. Addatis q idem dixit Bal. in rub. C. de pœna. iudi. qui male iudi. & vide Bald. in d. l. j. ff. quòd quiſque iuris q ſi poteſtas pro vulnere illato decapitaret aliquẽ, decapitabitur ipſe poteſtas ſi intulit vulnus in aliquem, non ſic in tortura, quia ſi torſit non torquendum non punietur ſimili pœna, ſed agitur actione iniuriarum. Idem voluit Salice. in l. fi. C. de pœna iudicis qui malè iudicat de quo vide Bald. l. decuriones. C. de quæſtion. Item conſidera q iſti præſupponunt valere ſtatutum q imponit pœnam pecuniariam pro homicidio. ſed an tale ſtatutum valeat vide Roma. in ſingula. ſuis ſecundi anni in penult. ſingula. quod incip. iudex poteſtatis conſuluit me. & ibi alleg. bonas deciſiones diſtinguens multum notanter.

31 *Damnatus eſt aliquis ad mortem, & iuſtè, an poſsit executio differri.*

31 **Ange.** † Quæro aliquis eſt dãnatus ad mortem, & iuſtè an poſsit differri executio, reſpondit Cyn. Petr. & alij in l. j. C. de bonis proſcri. q ſic: dicatur, q erat obligatus reddere rationem ſibi vt eſt caſus in l. ſeruus legato. §. penul. ff. de lega. j. quod not. facit. l. ſi ſeruus vni. in princ. ff. de lega. j. ſed aduertas quia dicit Angel. & Imo. quòd hoc non ſeruatur quia poſſet committi fraus. facit. l. j. cum ibi no. per Cynum. & doctores. C. de bonis damn.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde & dic q miror q eſt iſte doctor qui faciebat profeſsionem quòd melius ſciebat dicta Barto. quàm aliquis alius doctor ignorauerit dicta Barto. in hac materia quæ poſuit in l. ij. §. j. ff. de cuſto. reo. vbi examinans iſtam difficultatem dixit breuiter q executio corporalis non poteſt differri per exactionem pecuniariam vel per redditionẽ rationis quando aliquis peteret aliquam dilationem longam: ſecus ſi breuem. & vide Ro. in notabilibus ij. anni. in notabili xl. in ordine meo qui allegat Bartol. in illo loco & vnum bonum tex. & ibi Barto. ita intelligit illum tex. in l. j. C. de bo. proſcrip. vide Angel. in l. is qui reus. in fin. ff. de pub. iudi. & vide Ro. in ſingularibus iij. anni ſingulari xj. quòd incipit. poteſtas vniuſ loci, qui ponit aliũ modum differendi executionem corporalem qui dicit quòd ſi ille erat artifex eximius & ciuitas ipſa eo egeret eſt iuſta cauſa differendi, ibi vide.

32 *Statuto dicẽte uel ſententia pro tali delicto imponatur pœna capitis uel capitalis, quid importãt talia uerba: & an poterit caput amputari.*

33 *Statuto dicente non quòd pœna capitalis: ſed capitis imponatur quomodo intelligetur.*

34 *Damnandus pœna capitali ex forma ſtatuti: ſi ſit ſeruus amputabitur ei caput.*

32 a **Ange.** † Quid ſi ſtatutum dicat quòd pro tali delicto imponatur pœna capitis vel capitalis vel quid ſi iudex illud dicat in ſententia quid importẽt dicta verba an poſsit amputari caput vt dicit præſens ſentẽtia. Iſtam q. format Imo. in l. ij. verſi. item adde quid ſi ſtatutũ &c. ff. de publi. iudi. vbi dicit videri text. in l. eos. §. ſuperhis. C. de appellat. quòd non debeat decapitari. & ita dicit Ioan. and. in c. quanto. ſuper. j. glo. de iureiur. bene facit. l. qui cum maior. §. is demum. ff. de bon. liber. bene facit. l. j. cum gloſ. C. de fal. & ſic videtur dicta verificari in exilio vel alia pœna quam amputatio capitis: vt l. edicto. §. rei autem capitalis. ff. de bono. poſſeſ. & not. glo. in l. tranſige re. C. de tranſact. & in d. l. ij. de publi. iudi. Quod intellige verum, niſi aliter conſtaret de mente ſtatuentium: vt l. iij. C. de libe. præteritis. & etiam intelligit quando imponit pœnam alio caſu quàm ius commune. nam aliàs intelligeretur ſecundum iuris communis diſpoſitionem. argumen. l. ij. C. de noxa. & c. cauſam quæ. de reſcrip.

ADNOTATIO. ¶ Quæ dicatur pœna capitis. adde & vide Ce. in conſi. xj. & vide Pe. de anc. in conſi. clvij. vbi quòd vbi & quibus caſibus quis debet mori de iure ciuili. de iure cano. habet locum pœna perpetui carceris & ibi etiam quòd prælatus translatus ad eccleſiam & rapinam committens & extorſiones in eccleſia in qua fuerat prælatus debet degradari tanquam venerit in profundum malorum. & vltra prædicta vide Alex. in conſi. ciiij. in j. volu. & inconſi. cxvj. in iij. vol. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, adde quod Salicet. in l. ij. C. de falſa mon. approbaut illam deciſionem Ioan. andr. quam poſuit in iſta materia in d. c. quanto. vt cùm pœna capitalis poſsit aliquas pœnas comprehendere & mortis & deportationis & ſumamus nos in mitiorem partem, pro hac ſentẽtia allego Cy. in terminis in l. j. C. de falſ. qui dixit q pœna capitalis interpretanda eſt in mitiorem partem, vt comprehendat deportationem, & non mortem naturalem. allegat. l. interpretatione. ff. de pœnis. ſed certè contra iſtam communẽ opinio. de directo eſt tex. in l. licet. ff. de verbo. ſignifi. vbi ex omni pœna quæ infamiam irrogat: illa dicitur pœna capitalis, ſequeretur ergo q ſtatutum imponens pœnam capitalem debet intelligi de leuiori pœna, quã ſit deportationis, quæ pœnæ enumerantur in l. capitaliũ. ff. de pœnis. & ſic videretur q ſecundum iſtos docto. quod pro vno maximo delicto imponente pœnam capitalem, ſi minor pœna debet attendi quòd attẽdatur & imponatur omnis minima pœna, dummodo infamia irrogetur, & hoc modo pœna non erit condigna delicto contra dicta iura, niſi dicamus quòd propriè & impropriè capitur hoc verbum pœna capitalis. impropriè largo ſumpto vocabulo: vt dixi in pœna infamiam irrogante aliàs ſecus. & ita dixit iuriſconſultus in d. l. licet. In ſtatutis verò verba propriè debent ſumi ergo &c. †Sed aduerte quia dubito quã 33 do ſtatutum dicit non q pœna capitalis imponatur, ſed q pœna capitis imponatur. Nam Bald. in l. ij. C. de falſa. mo. dicit per illum tex. ſi ſtatuto cauetur q pœna capitis quis puniatur iudex quam pœnam mortis vult poteſt imponere, vel comburere, vel decapitare, vel ſuſpẽdere. præterea tex. in l. hos accuſare. §. omnibus. in verbo, capitis. coniuncta gloſ. vult quod iſto caſu intelligatur de pœna mortis. Idem eſt tex. ff. de pœnis. in l. relegatis. in verbo, capitis. & ibi glo. ſed aduerte per hoc non recederem à cõmuni opi. per illum tex. in l. j. & per doctrinam Cy. ibi & Salice. C. de falſis. tantum eſt dicere pœna capitalis, quantum pœna capitis. Nec ob. illa iura allegata per me: quia ibi pœna illa capitis non poterat intelligi niſi in pœna mortis: quia reſpectu illius in quem debeat inferri pœna capitalis, vel capitis, non poterat cadere alia pœna capitalis quia erat ſeruus in quem nõ cadit amiſſio ciuitatis vel libertatis. iuxta. l. ij. ff. de pœnis. & ideo dixerunt rectè ibi illæ gloſſ. in d. §. omnibus. & in d. l. relegati. † Idẽ dico in 34 ſtatuto. ſi quis capitali ſententia veniret condemnandus, & eſſet ſeruus: tunc ille decapitabitur, quia aliæ pœnæ capitales propriè non poſſunt cadere in ipſum. & propriè pœnæ capitales ſunt iſtæ quę enumeratę ſunt in d. l. licet. & in l. ij. ff. de pœnis. pro hac opinio. communi eſt text. in glo. in l. j. C. ne chriſtianum mancipium. in verbo, capitali ſententia. vbi tex. dicit iudæus emens chriſtianum mancipium capitali iudicio feriatur. & gloſſ. dicit capitali iudicio. i. deportatione. & vide Moder. poſt domi. Abbatẽ. in c. ſi at clerici. extrà. de iudicijs. & de materia per Salice. in l. is qui cum telo. in fi. j. col. C. ad legẽ. corneli. de ſica. & hæc intelligo quando ſtatutum ſeu conſtitutio loqueretur inter laicos. ſecus ſi eſſet cõſtitutio epiſcopi & loqueretur contra clericos: quia etiam ſi diceretur morte moriatur, intelligeretur de excommunicatione per regulam traditam in c. per venerabilem. extrà qui filij ſint legitimi. Adde quæ dicam in proxi. additio. & vide Barto. in l. fi. C. quæ res vend. non poſsit.

35 *Clericus commiſit delictum morte dignum, & ſententia lata eſt quòd decapitetur, an ſententia mittatur executioni.*

36 *Caſus degradatione digni qui ſunt: & an hæreticus licet non ſit incorrigibilis debeat degradari.*

37 *Falſarius literarum apoſtolicarum & coniurans contra epiſcopum, an degradari poſsint licet incorrigibiles non ſint.*

38 *Sortilegus & homicida licet incorrigibiles non ſint, an ualeant degradari.*

39 *Degradationis forma quæ ſit, & degradatio, & eſt duplex.*

40 *Clericus in crimine hæreſis poſt depoſitionem, an tradatur curiæ ſeculari.*

41 *Falſarius literarum apoſtolicarum, an poſt depoſitionem tradatur curiæ ſeculari.*

42 *Calumniã uel contumeliam inferens epiſcopo ſuo, uel ſortilegus, an depoſiti tradantur curiæ ſeculari.*

43 *Exceptio per identitatem rationis extenditur ad ſimilia, & an ſchiſmaticus depoſitus tradatur curiæ ſeculari.*

35 **Ange.** †Quid autem ſi clericus qui commiſit tale delictum ex quo debet mori, an ſimiliter lata ſententia quòd debeat decapitari fiet executio dictæ ſententiæ: die quòd non, ſed debet fieri primò degradatio: iuxta c. degradatio. de pœnis. in ſexto. quo facto poteſt poſtea tradi morti naturali, ſed qualiter fiat iſta degradatio ſtatim dicam: prius tamen videndum eſt ex quibus cauſis ſit permiſſa: quibus viſis videamus poſtea formã
36 & modum ipſius degradationis. † Caſus autẽ ex quibus fieri poſsit & debeat, ponuntur maximè per Antoniũ de but. & alios in c. at ſi clerici. de iudi. verſi. quæ autem ſunt delicta degradatione digna. vbi dicit quòd omne graue delictum, ſit iuſta cauſa degradationis: vt c. qualiter & quando. de verbo. ſignific. c. nouimus. & de pœnis. c. tua. quod intelligit verum dummodo concurrat etiam incorrigibilitas: vt c. cùm non ab homine. eod. titu. aliàs autem ſi ſit graue delictum, ſi tamen non ſit incorrigibilis, regulariter non eſt degradatione dignum: fallit tamen hoc quamuis non ſit incorrigibilis, ſi tamen eſt graue delictũ degradatur primò in crimine hæreſis. de hæret. c. ad abolendam. & in c. excommunicauimus. quod non placet ibi Anto. de but. quoniam hęreticus non degradatur niſi ſit incorrigibilis verè vel præſumptiuè: vt c. vergẽtis. eo.
37 titu. †Secũdò fallit in literarum falſario ſedis apoſtolicę: extrà de falſis. c. ad falſarios. & iſtos caſus ponit gloſ. in dicto c. cùm non ab homine. & dicto c. ad abolendam. & c. nouimus. & xj. q. j. c. ſi quis ſacerdotum. vbi gloſſ. addit alium caſum, videlicet in coniuratione contra epiſcopũ. ſed Docto. in dicto c. cùm non ab homine. reſtringunt etiam ad incorrigibilitatem: & iſtam opinionem tanquã digniorem approbat But. & allegat gloſ. de verb. ſignifi.
38 c. nouimus. †Tertiò fallit in ſortilego: vt ij. q. vij. c. admoneant. quid de homicida dicit idem Butrig. in dicto c. at ſi clerici. quòd eſt dubium, & tamen dicit quòd tenetur quòd homicida non incidat in pœnam degradationis, vt extrà de homicid. c. ij. & ibi Hoſtien. licet gloſ. aliter ſenſerit. qui cleri. vel mona. c. ij. in gloſ. fina. & eſt caſus in dicto c. cùm non ab homine. non obſt. tex. allegatus in cõtrariũ: quia ibi degradatio ſumitur pro depoſitione verbali: vt ibi not. & ibi domi. Ant. dat vnam regulam quòd quantumcunque in iure aliquando reperiatur pro grauibus etiam imponere pœnam degradationis, intelligentur de verbali depoſitione, vel loquuntur de incorrigibili. Et de iſta pœna degradationis, & aliis multis, vide gloſſ. ordinariam & plenam. de offic. ordin. c. ad compriendum. in gloſſ. ij. & de variis pœnis ſuſpenſionis. vide gloſ. in clemen. cupientes. de pœnis. adde quod no. Abb. in dicto c. at ſi clerici. ſecũdùm quandam diſputationem domi. Per. de Ancha. in verſi. ad tertium. quæ ſunt crimina actuali degradatione digna, quòd etiam clericus poteſt degradari & dari puniendus curiæ ſeculari quando cõmiſit arduum crimen & qualificatum: vt homicidium, ſed non ſimplex: quia non traderetur curiæ ſeculari: ita intelligitur c. cùm non ab homine. de iudic. ſed ſi eſſet qualificatum, vt quia proditoriè interfecit vel aſſaſsinauit: iuxta c. j. de homicid. in vj. vel patrem aut alium coniunctum interfecit, & ſic tenetur de parricidijs: tunc cum eccleſia non habeat quid vltra homicidæ imponat, iuxta c. cùm non ab homine. debet degradari & dari curiæ ſeculari puniendus: vt dicto c. cùm non ab homine. in fine. etiam ſi nõ eſſet incorrigibilis: idem erit in aliis grauibus delictis nõ ſimplicibus ſed qualificatis: vt eſt in adulterio cum raptu vel violentia: & ſic de ſingulis quod no. quia Ferrariæ vidi de facto in raptore adulterante quandam mulierem. facit l. ſi adulterium cum incœſtu. ff. de adulteriis. †Nunc reſtat videre formã degradationis poſt-
39 quam vidimus ex quibus cauſis poteſt fieri: nam duplex eſt degradatio, vna verbalis, altera actualis ſiue ſolennis: vt dicto c. degradatio. de actuali & ſolenni dicamus quæ eſt ad propoſitum noſtrum quæ actualis degradatio fuit inuenta ad ſimilitudinem exautorationis armatę militię, quoniam miles cœleſtis militiæ & armatæ equiparãtur. vt not. gloſ. & Doctores in l. miles. in princip. ff. de re iudica. Et dicta exautoratio fit in milite armato: quia detrahuntur ab eo inſignia militaria: vt dicit text. in l. ij. §. ſed ſi exautorauerit. ff. de infamia. & ibi gloſ. dicit ſic epiſcopus degradat ſuum clericum, & allegat in auth. vt cleri. apud propri. epiſcop. in fi. ita etiam dicit text. in dicto c. degradatio. verſi. actualis autem. Et iſta eſt forma quòd ſi eſt ſacerdos degradandus, veſtitur ac ſi deberet celebrare, & ei datur calix in manibus: ſi autẽ eſt diaconus, veſtitur vt diaconus cum libro euangeliſtarum in manu: ſi verò ſubdiaconus, veſtitur vt ſubdiaconus habens librũ epiſtolarum in manu, ac ſi deberet officio ſuo ſolenniter miniſtrare. quo facto adducitur ad præſentiam epiſcopi, qui epiſcopus incipiendo ab eis quæ vltimo loco dicto degradando data fuerunt, cùm ordinatus antea publicæ fuerat, & poſtea deſcendendo gradatim vſq; ad primam veſtem quæ traditur in collatione tonſuræ, quo facto raditur caput ſeu tondetur, ne clericatus veſtigium in eo remaneat. & iſta actualis degradatio ſufficit: poteſt tamẽ epiſcopus ſi vult in ipſa degradatione vti certis verbis ad terrorem dicendo presbytero in remotione planetæ auferimus tibi veſtem ſacerdotalem: & te honore ſacerdotij priuamus: ſicq; in remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis vtens: in remotione autẽ vltimæ veſtis quæ in collatione ordinũ fuit prima, ſic dicat, auctoritate Dei omnipotentis patris, & filij, & ſpiritus ſancti: ac noſtra, auferimus tibi habitum clericalem, & deponimus: degradamus & ſpoliamus: & exuimus te omni priuilegio clericali &c. Iſta ſunt quaſi verba ad tex. dicto c. degradatio. de quo vide in Specul. in titu. de accuſ. §. ij. verſi. degradatur autem. & per Docto. iuris ciuilis: vt per Iacob. but. & Bald. in authen. presbyteri. C. de epiſco. & cleri. per Bartol. in l. qui cum vno. §. exautoratus. ff. de remili. & in dicta l. ij. §. j. ff. de infa. qui tamen legiſtæ alio modo loquũtur: quia in veritate degradatio iuris ciuilis eſt alia à degradatione ſacri ordinis.

Auguſti. Tu autem in hac materia quam tangit hic do. Angel. quæ eſt materia degradationis & merè ſpiritualis: & ſatis trita per Docto. Adde primò quòd melior gloſ. quæ ſit in corpore iuris, eſt illa gloſ. quæ eſt in c. ad abolendam. extrà de hære. quæ dicit quod in tribus caſibus poſt depoſitionem clericus relin-
40 quitur curiæ ſeculari. †Primus in crimine hæreſis. & idẽ voluit gloſ. in c. cùm non ab homine. extrà de iudi. & dic quòd vera eſt iſta concluſio quod iſte caſus rectè non excipitur: quia ſi vult pœnitere non debet tradi curiæ ſeculari: ſed debet retineri in carcerem ad agendam pœnitentiam. c. pe. extrà de hære. & poteſt illa pœna commutari in aliam. c. commiſsi. extrà de hæreti. lib. vj. niſi eſſet relapſus: quia tunc ſine vlla audientia traditur curiæ ſeculari. c. accuſatorem. de hęre. lib. vj. & in tali relapſo verificatur
41 caſus poſitus in dicto c. ad abolendam. † Secundus caſus

Universidad de Deusto
Biblioteca

eſt in crimine falſi. c. ad falſariorũ.extrà de crimine falſi. Et ſi opponitur de c.nouimus.extrà verbo.ſignifi.§.fi. dic
42 quòd eſt ſpeciale in caſu illo.†Tertius caſus propter calumniam vel contumeliam quam quis intulit epiſcopo ſuo:ſed aduertas quia Doct.communiter nõ tenent hoc, niſi data incorrigibilitate in clerico. Abſurdũ enim eſſet dicere quòd propter homicidiũ non traditur clericus curiæ ſeculari: vt in dicto c. cùm non ab homine.ſed bene propter contumeliam commiſſam in epiſcopum. Et iſtã partem quòd non tradatur curiæ ſeculari,niſi data incorrigibilitate propter ſimplex vitium cõmiſſum in epiſcopum.tenuit gloſ.in dicto c.cùm nõ ab homine. & ibi cõmuniter Doctores,& Docto.in c.fi.extrà de teſti. cog.& ibi aliqualiter facit gl.& gloſ.in terminis , in c. ſi quis ſacerdotij.xj.q.j.& gloſ.in c.nouimus.gloſ.in c.ſi qui ſunt. ij.q.vij.incip.do.Anto. allum caſum de ſortilego.ſed do. Abb.ibi contra licitum eſt extendere iura. Aduerte tamẽ pro opi.domi. Anto. de but.facit quia caſus excepti à regula propter identitatem rationis:extẽduntur ad ſimiles. c.cùm dilecto.de confirma.vtili vel inutili.vbi eſt melior tex.de corpore iuris.& in l.his ſolis.C.de reuo.do.vbi eſt melior text.de iure ciuili.& tex.in c.j.§.porrò.quæ ſit prima cauſa beneſ. amit.vbi eſt tex. ſingu. ſecundùm Bald. facit l.obẽs.C.de prædijs minorum. ſed iſte caſus in ſor-
43 tilego videtur ſimilis caſibus exceptis à regula,† & per conſequens exceptio per identitatem rationis extenditur ad ſimilem gloſ.voluit Ioã.cald.in c.ſeries. extrà de teſti. per domi.Abba.in c.iuratuit.de probatio. ergo &c. Adeſt alius caſus in ſchiſmatico.vide per Ioan. andr.in dicto c. cùm non ab homine.vt cõprehendat caſum quando eſſet ſchiſmaticus contra Romanam eccleſiam:ſecus ſi contra epiſcopum:vide ibi Abb.aliter diſtinguentem:& inquãtum domi.Abb. referendo illam diſputationem do.Pet. de ancha.in dicto c.at ſi clerici. voluit & communis doctrina Docto. in c. cùm non ab homine. limitare : vt iſta non procedant in vno delicto atroci qualificato,vel pluribus geminatis : quia dicit quòd ſi clericus cõmiſit aſſaſinamentum vel homicidium ſacerdotis proditoriè cum ſpoliatione bonorum , vel cupiditate bonorum occidit patrem vel matrem : vel eccleſiam ſpoliauit rebus deputatis ad cultum diuinum,vel ordinauit prodere patriam vel plura homicidia,falſitates,& latrocinia cõmiſit, certè iſte talis clericus debet degradari abſque alia incorrigibilitate,& tradi curiæ ſeculari : & ſic non habebit locum diſpoſitio.c.cùm non ab homine.& certè ſtringunt rationem domini Pet.de ancha.& domi.Abb. & ita aliàs practicauit:quia multi Doct.Moder.iſtam partem tenẽt poſt domi. Abba. & aliàs fui cum Docto. iuris canonici in maxima diſputatione qui ſemper volunt defendere clericos.& mouebar quia hoc dixit in terminis tex.in dicto c.ad falſariorũ.vbi Papa vult quòd in crimine falſificantis falſas bullas Papæ vel alio atroci delicto debet clericus degradari & tradi curiæ ſeculari,ego neſcio cauillare illum tex.nec ſcio fugere ipſum niſi quis velit deſtruere eum. Præterea text. in c.j. extrà de homicid. in vj. & ibi Dominic.de ſancto Geminia.qui dicit per illum tex.q; ſi clericus commiſit vnum homicidium per aſſaſinamentũ nedum debet degradari:ſed poteſt per iudicem laicũ puniri abſque alia degradatione:& vide quomodo eleganter inducit Dominic.de ſancto Geminia.illum tex. Præterea Bald.in dicto c.cùm non ab homine. dicit quòd ille tex.& eius diſpoſitio nõ habet locum in enormi delicto. & idem voluit do.Pet.de ancha. in regula,ea quæ. extrà de regu.iuris. in vj.qui refert quòd quidam clericus qui multa enormia fecit vltimatè occidit proditoriè quendã ſacerdotem ſancti Martini, & poſtea eum derobauit: omnes clamabant iſtum degradandum. Tandem dicit q; ipſe & multi Doctores hic conſuluerunt iſtum degradandum propter atrocitatem delicti,& tradendum curię ſeculari:non tamen epiſcopus ad hoc cogitur,ſed poteſt ſi vult.& idem voluit Petr.de Ancha.in dicto c.cùm non ab homine.& in conſi.cxlv.incip. ex narratis in facto. & in c.j.extrà de homi.& vide omnino do. Abb.in d.c.cùm non ab homine.qui approbat dicta per ipſum in d.c.at ſi clerici. & Docto. non allegant do. Abba. in c.j. extrà de homicid.vbi expreſsè hoc affirmat. certè condigna pœna eſſet in clerico in huiuſmodi atrocibus delictis,in quibus ſi vnus laicus eſſet particeps & conſocius criminis, quòd combureretur vnus laicus , vel in fruſtra dilaniaretur,vel in mare proijceretur , vel ad beſtias traderetur, & clericus autor delicti ſolùm detruderetur in monaſterium,vel incarceraretur cõtra tex.non affectamus.xxiij. q.j.c.quæſiuit.de his quæ fiunt à maiori parte capitu.vbi habetur quòd pœna debet commenſurari delicto.& ideo rectè dixit Bald.in ſolenni ſua repetitione.l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide catho. quòd bene faceret epiſcopus clericos committentes delictum punire ſimili pœna qua punitur laicus committens ſimile delictum. Nec obſt.quòd in pœnalibus non debemus facere extẽſionem:quia ſatis dictum eſt ſuprà in alijs caſibus , exceptis vltra gloſ.quia nos non dicimus,ſed lex:quia vbi eſt eadẽ ratio vel maior non eſt extenſio,ſed eſt legis diſpoſitio,iuxta gloſ.not.in c.j.extrà de temp. ordinan. & ideo rectè dixit gloſ.in l.quiſquis.C.ad legem Iul.maieſt.licet illa diſpoſitio ſit pœnalis quæ loquitur in patre : tamen extenditur in matre,& illam gloſ.ſequuntur Doct.multa exempla ſimilia poſſem in medium afferre quæ omitto, ne impleam folia.Formam autem degradationis vide in locis allegatis per do.Ang.hic.& vide per Pe. de ancha. in quadam diſputatione ſua quæ incipit , quidam laicus. vbi not.loquitur de iſta materia.vide text. cùm gloſ.in c. clericus. xlvj.diſtinct. vide c.j. de oblig.ad ratio. quotuplex ſit degradatio.

44 *Lex uel ſtatutum pro aliquo delicto imponit pœnam ad arbitrium iudicis, an tunc iudex poterit arbitrari pœnam mortis.*

45 *Delicti qualitas ſi non ſuadet pœnam mortis, poterit appellari à ſententia iudicis, licet lege uel ſtatuto fuerit pœna arbitrio iudicis commiſſa.*

46 *Arbitrariæ ſunt in principe omnes pœnæ , & poterit etiam pœnam mortis arbitrari.*

47 *Statuto dicente quòd incurrat in pœnam centum, uel in aliam pœnam arbitrariam, iudex imponere debet ſimilem pœnam non capitalem, & ſi ſtatutum imponat pœnam centum , uel maiorem uel minorem arbitrio iudicis non imponet pœnam capitalem.*

44 Ange. †Quæro aliqua lege vel ſtatuto imponi-
a tur pœna ex aliquo delicto ad iudicis arbitrium:an tunc iudex poſsit arbitrari pœnam mortis, ‘ gl. ſing.in §.in ſumma.inſtit.de iniur.dicit quòd ſic. & idem dicit gloſ.in l.penult.C.ſi aduer. lib.in gloſ. parua. Sed Imol.in l.ij.ff.de publi.in verſi. quid autem ſi aliquo caſu pœna &c. dicit quòd quandoque lex vel ſtatutum dicit quòd pœna ſit in iudicis arbitrio , & vſque ad pœnam mortis,& tunc clarum eſt quòd eius arbitrium poteſt ſe extendere ad pœnam mortis : vt l.ſaccularij.§.ſunt quædam.& ibi caſus.ff.de var.& extraordi.crimi. Quandoq; lex vel ſtatutum dicit pœnam eſſe iudicis arbitrio, dummodo ſe non extendat ad pœnam mortis.& tunc clarum eſt quòd illam imponere non poterit. probatur aperte in l.j.de fur.Barto.in l.expilatores.ff.de effrac. & expil.& l. iij.de crimi.ſtelliona. Quandoque lex vel ſtatutũ ſimpliciter dicit pœnam eſſe ad arbitrium iudicis:tunc videtur tanquam bonus vir arbitrari debere. argumen. l.vir bonus.ff.iudic.ſolu. & not. per gl.& Bar. in l.ſi qua pœna.ff. de verbo.ſigni.& c. ſuper his.in glo.in verbo, arbitriũ in verbo aſtringendo.de accuſa. & ſic patet quòd ſecundũ facti qualitatẽ aliter & aliter debet arbitrari. argu. eius q̃habetur in c.ſicut dignũ.de homi.in vj.& d.§.ſunt
45 quædam. †Et ex his patet quòd ſi delicti qualitas non ſuadet imponi mortem q; ſi iudex fuerit arbitratus mortem quod ab eius arbitrio iniquo poterit appellari vel peti quòd reducatur ad arbitrium boni viri:vt not gloſſ. ſingularis in dicto c.ſuper his.& not.gloſ.& Barto.in dicta l.ſi qua pœna.de quo dixi in gl.ſuper verbo,præſente Caio & appellante.in verſi.& quòd poſsit appellari &c. licet illam gloſ.in dicto §.in ſumma. ſequatur ſimpliciter Bald.

Bald.in §.iniuria.in prin.in authen.de pace iura.fir.col.x. & in l.j.C.de his qui latro.

ADNOTATIO. a gPœnam mortis. Adde tu circa hoc & vide Alexan.in conſi.cxj.in j.volu.& Cepol.in conſi.lxxij.latè per Fely.in c.ex literis.in fi.extrà de conſti.& Barba.in conſilio xj.vbi quòd iudex non poteſt arbitrari pœnam mortis, ſed Princeps ſic, & vltra.

Auguſti. Tu autem in hac materia , adde Imol.
in c.ex literis.extrà de reſcrip.qui allegat illam glo.in d.§.in ſumma.quòd vbi pœna eſt arbitraria, iudex poteſt imponere pœnam mortis,& ibi Imo.multũ eleganter loquitur:& ibi vide an poſsit appellari ſi malè arbitrabitur.& illam glo.in d.§.in ſumma. ſequitur Abb. in c.ex literis.dicens quòd in hac materia allegat bonum text.in l.ſacrilegij.ff.ad legem Iul.pecu.vbi text.imponit pœnam arbitrariam,& tamen narrat aliquãdo fuiſſe impoſitam pœnam mortis:& illam glo.in d.§.in ſumma. ſequitur Imo.in c.inquiſitionis. extrà de accuſa. Dicit tamen quòd debet intelligi illa gloſ.quando qualitas delicti hoc importat,aliàs nõ arbitrabitur tanquã bonus vir, quòd facere debet.allegat Bartol. in dicta l. ſi qua pœna. & illam gloſ.in d.§.in ſumma.ſequitur Bald.in l.fin.ff.de rerum diui.& Bal.in c.j.§.iniuria.de pace iura.fir. & Bal. in l.j.C.de his qui latro.licet Bal.in c.j.de pace tenen. nõ videatur ſequi illam gloſ.dum allegando illam gloſ.in d. §.in ſumma.vult quòd iudex qui imponere poteſt pœnã arbitrariam , non poterit imponere pœnam publicationis bonorum quæ minor eſt morte. argu. l. in ſeruorum. ff.de pœnis.ſed conſidera quia illa gloſ.in d.§. in ſumma. dicit quòd poteſt imponi pœna capitis. non dicit quòd debeat ſibi amputari caput. vnde Docto. non intellexerunt illam gloſ. Ad hoc allego tex. cum gloſ.in terminis in verbo,capitis.in l.hos accuſare.§.omnibus. ff.de accu. quæ dicit quòd triplex eſt pœna capitis. Pœna mortis, pœna ſeruitutis,& pœna amiſsionis ciuitatis. Nõ ſequitur ergo poteſt imponi pœna capitis : ergo de neceſſario poteſt imponi pœna mortis : quia hoc eſt falſum. & ideo referunt Ioan.and.& alij in dicto c.quanto.de iureiuran. aliàs fuiſſe obtentum : ſi ſtatutum imponit pœnam capitis,intelligitur de minori pœna capitis,hoc eſt pœna deportationis : & dictũ eſt latiſsimè ſuprà in addi. proxi.q. Et pro hoc eſt tex.bonus & ibi doctrina Bal.in l.immerſis.C.de naufr.lib.xj.quòd ille qui arripuit bona ex naufragio debet puniri pœna arbitraria.& Bal. ibi dicit vſq; ad pœnã deportationis iſte poterit puniri:non dicit Bal. vſque ad amputationem capitis. Et ideo refert Rapha. fulgo.in l.præſenti.C.de his qui ad eccleſ.confug.Oldra. dicere quòd aſſeſſores practicant:vt dicatur quòd pœna capitis imponatur donec moriatur. Miror quòd iſte Doctor qui facit iſtum tractatum maleficiorum non alleget iſta in hac gloſ.& vide in hac materia bonum tex.in l.qui cùm maior.§.his demum.ff.de bonis liber.an pœna capitis neceſſario inferat pœnam mortis , & ibi dicitur quòd non : licet pro illa gloſſ. multum faciat text. in dicta l. ſaccularijs. §. ſunt quidam. & ibi Angelus qui dicit, quòd pœna capitis in dubio intelligitur pœna mortis : & illa doctrina deſtruit dictum Doctorum in capitu.quanto. & eſt textus in l. lex Iulia repetundar. §. finali. ff. ad legem Iul.repetun.quoniam Bald.allegat in l.j.C. ne ex delic.defunc.quòd pœna capitis intelligitur de amputatione capitis. Et ego in terminis allego tex.cum gloſ.in l. relegatis.in verbo,capitis. ff. de pœnis. Sed reſponde ad illum text. cum gloſ. vt dixi ſuprà in addi. proxi. & vide text.in c.omnis lex.iiij. diſtin. Si quis autem vult tenere illam gloſ.in d.§.in ſumma. pro illa gloſ. eſt bona gloſ.in c.dictum.lxxxj.diſt.quę vult quòd vbi pœna eſt arbitraria iudex ſecundùm qualitatem delicti poteſt imponere pœnam mortis,hoc eſt tradere illum reum curiæ ſeculari:ſed certe pro iſta ſententia eſt bonus text.in dicta l.lex Iulia repe.§.fin.dum vult q; illa pœna extraor.& ſic arbitraria poteſt extendi incluſiue , vſque ad amputationem capitis ex qualitate delicti. Arbitrabitur tamen iudex illam pœnam quæ imponitur ex conſuetudine ſecũdùm Bal.in l.quicunq;.C.de ſer.fugi.& ſatis dictum eſt ſuprà in iſta gloſ.in addit. meis. in dubio tamen in arbitrando debet inclinari in mitiorem partem:vt not.in c.de cauſis. extrà de offic.deleg.& ſatis dictum eſt ſuprà in hac eadẽ gloſ. Præterea iudex etiam non debet eſſe nimis gratioſus.ita dixit Bald.in d.l.quicunque.C.de ſer.fugi.allegãdo Ioan.and.in c.j.de re iudi.in vj. hoc intelligas in iudi-
46 cibus.†in principe autem omnes pœnæ ſunt arbitrariæ, & poterit arbitrari pœnã mortis.caſus eſt in l.j. C.de ſac. ſanct.eccleſ.faciunt not.ibi per Bald.in repe.ſua.& ſuprà dicta nullum dubium haberent ſi ſtatuto caueretur quod reus incurreret in pœnam centum ducatorum,vel in aliã pœnam arbitrariam : quia iudex ſimilem pœnam imponere debet:non autem capitalem iſta eſt ſententia omniũ, maximè Bald. in d.l.quicunque. & in l. conuenticulam. C.de epiſ.& cleri.& Bald.in l.ij. C.de proba. quòd ſi ſtatutum imponat pœnam centum,vel maiorem,vel minorem arbitrio iudicis,quòd non imponit iſto caſu pœnam capitalem.& Bal.in l.ſi poſt tres.in lectura. ff.ſi quis cau. qui videtur limitare niſi poteſtas haberet liberum vel plenum arbitrium.& omnino vide pulchra verba Roma. in rubri.de arbi.in iiij.char.Adde Math. in no.xlix.qui approbat in dicto §.in ſumma.dicit tamen quòd ſi iudex arbitratur quòd imponatur maior pœna quàm ſit ſolita imponi:vbi de conſuetudine appareat dicit partem grauare & malè facit niſi ex cauſa faciat , per l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not. infa.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in crimine in quo tacitè uenit bonorum ademptio , non debet dicere in ſententia condemnamus dictum Caium cum bonorum confiſcatione: & quare non.*

2 *Iudex in ſententia de qua ſuprà dicet ſic condemnamus ad mortem dictum Caium,& eius bona publicamus.*

3 *Bona damnatorum an hodie regulariter intelligantur confiſcata, quando aliquis eſt damnatus ad mortem.*

4 *Bona an aliquo caſu confiſcari poſſint abſque ſententia.*

ET eius bona publicamus &c. præſentibus T. D. G. & I. teſtibus &c. †Sis
1 bñ cautus tu iudex in crimine in quo tacitè venit bonorũ ademptio quòd non dicas in ſententia tua condemnamus ad mortem dictum Caium cum publicatione ſeu confiſcatione bonorum : quia tunc ademptio bonorum cum ſit acceſſoria ad pœnam corporalem ſi interim pendẽte appellatione moreretur reus ſicut extinguit crimen corporale:ita etiam extingueretur quo ad bonorũ confiſcationem:vt l.iij.& ibi Iac.but.C.ſi pend.appel.mors int.†Sed
2 a facias bonorum publicationem æque principaliter ſicut pœnam corporalem per copulam, & quæ principaliter & æqualiter copulat:vt gloſ.in rubr.ff.de iu. & fac.igno. & ſic dicas,& eius bona publicamus.ita dicit Barto.Bal. & alij in dicta l.iij.cum ſi.& Bart.in l.j.ff.eo.& Angel. & Imo.in l.defuncto.ff.de publi.iudi.& idem tenet Salic.in l.ſi quis.C.ſi reus vel ac.mor.fue.& vide Bar.Bald.Ang. & Rapha.& Ioan.de Imol.in l.qui à latronibus.§.fi.ff.de teſta.& not.Bart.in l.iiij.ff.de lega.j.& hoc eſt per neceſſarium,quoniam hode quando vis quòd bona confiſcentur quod in ſententia expreſsè de confiſcatione fiat mentio:nam licet olim propter damnationem ad mortem bona eſſent confiſcata excepta certa parte quæ filijs reſeruabatur:vt l.j.ff.de bo.dam.& ibi per Barto. † tamen hodie
3 bona damnatorum regulariter nõ intelliguntur confiſcata,quamuis quis ſit ad mortem damnatus niſi expreſsè in ſententia capitali etiam bona publicentur,niſi in crimine læſę maieſt.& in alijs certis de quibus infrà dicetur.& niſi quando quis bannitur quod nudus debeat exulare : vt l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amissione.§.qui deficiunt.ff.de ca.dimi.& not. Barto.per illum tex.in l.tutelas.§.fi.eod.tit.& hodie etiam isto casu nisi expresse in banno & sententia dicatur non incorporantur in fiscum,imò bona descendentibus & alijs reseruantur,vt in authen. bona damnatorum. C. de bo. dam. quinimò etiam ipsi bannito potest pars bonorum per iudicem in sententia reseruari,vt est casus in l.si qua militi. §.j.ff.ex quibus cau.maio.

9 *Creditores unius territorij, an possint agere contra fiscum alterius territorij.*

ADNOTATIO. a ¶Acquè principaliter. Adde tu & vide Io.de ana.in cõsi.lix.& vide etiam Bar.in consi.clvij.incip.In Dei nomine.super his quæ suprà dicta sunt.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia licet Bartol. fuerit primus qui in medium adduxit illã nouam conclusionem in hac materia publicationis bonorum,quãdo venit tacitè in sententia capitali, an iudex loquatur per dictionem,&:an per dictionem cum:& videatur communis esse sententia Docto. quam approbat etiam Rapha.Fulg.in dicta l.iij.tamen reperio Salicet. in dicta l.si quis.C.si reus vel accus.mor.fue. multùm singulariter limitantem istam materiam nisi iudex in sententia diceret istã verba,cum ista clausula. quòd si sentẽtia esset supra vel vltra ius quòd eam reducebat ad ius commune : quia cùm tunc appareat quòd non vult partem grauare:tantum est si iudex loquatur per dictionem, &:siue per dictionem,cum:quia tunc illa copula &, coniungit accessorie,& non principaliter proferentis mẽte. Et ideo si iudex dicat talem deportamus & bona publicamus, & postea subiungit illam clausulam quam posuit ibi Salic. mortuo reo nõ est opus appellare per prædictas rationes allegatas à Doct.in locis suprà allegatis.certè ista est notabilis limitatio ad prædicta,& miratus sum sepenumero quòd Sali.qui solet esse merus recitator de suo capite hoc dixerit. Sed postea reuoluens membranas, inuenio ista fuisse illius accutissimi ingenij Bal. vbi alibi ponens istã materiam hæc dicebat de verbo ad verbum in ista materia.nam Bald.in l.j.C.ne ex delic.defun.in iij.colum.hoc expresse dicebat. quinimò in hac materia ibi videtur mordere Barto.quòd dicta sua non placẽt contra ea quæ ipse Barto.dixit contra Bartolucium illum de prato, qui disputauit istam materiam. & ideo Baldus in dicta l.iij. C.si penden.appel.mors interue.reprehendit etiam Bar.
4 quòd nõ intellexit dicta Bartolucij.†Et aduerte quia do. Ang.hic dicit quòd hodie bona nõ confiscantur nisi hoc in sentẽtia dicatur.Aduertas tamen si fumus in casu quo bona confiscantur,possunt bona confiscari absque sentẽtia,putà si cõstat per confessionem reum deliquisse:quia licet moriatur reus ante sententiam, tamen bona cõficata sunt.ita eleganter dixit Specu.in tit.de accus.§.j. versi. quid si latro. quem refert & allegat Bald. in hac materia confisationis de directo in l.j.C.ne ex delic.defun.in iij. col.idem dicit Bal.si erat conclusum in causa, & non restabat nisi ferre sententiam : & de illo dicto Spec.vide ad aliud propositum Bar. in l.j.ff.de priua. delic. & late per Imol.in l.defuncto.ff.de publi.iudic.& per Ioan. and.ibi in addi.& de illo dicto Specu. possem multa in medium adducere. Sed quia do.Ange. hic principaliter hoc non disputat nolo amplius aliquid aliud allegare : quia essem extra materiam d.Ang.& ostenderem quomodo Docto. diuersimode intelligunt,limitant, & restringunt illam doctrinam Specula.

Ange. †Quero bona expresse in sententia publicantur an bona in alieno territorio existentia
a sint publicata.ª Bar.in l.cunctos populos.in fi.C.de summa tri.& in l.fi.§.diuus.ff.de publi.in effectu concludit q de iure ciuitates non possunt publicare sibi propter delicta:vt l.j.& ibi not.C.de bo. vacan. Item quia de iure nõ habẽt merum & mistum imperium, neq; delictorum gra uiorum cognitionem:vt C.de defen.ciuita.l.defensor ciuitatis. Ille ergo ciuitates Italiæ quæ iurisdictionem exercent,& illa ciuitas quæ sibi bona publicauit hoc fecit, vel ex priuilegio à principe sibi concesso,vel aliqua consuetudine quæ habet instar priuilegij:vt l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti.hæ sunt ciuitates quę hodie in camera fiscali possunt dici procurator in rem suam.nam ad sui vtilitatem vtuntur iure fiscali ex tacito vel expresso principis consensu:vt dictum est in l.itẽ veniunt.§.aut senatus.ff.de pe.hære. hoc præmisso in quæstione prædicta Bar.sic dicit aut iurisdictiones sunt separatæ:sed bursa fisci est vna in effectu in vtroque loco:aut iurisdictiones & bursæ fiscales sunt separatæ:primo casu, aut illa publicatio fit de iure communi, & bona vtriusq; loci erunt publicata:vt l.si quando.C.de bo.vac. & quod ibi not.Et fiet executio per officiales illius loci, vbi sunt bona:vnde dicit si præses qui est in marchia pro ecclesia Romana publicaret bona alicuius de iure communi, q intelligerentur publicata illa quæ habet in ducatu.Sed in illis bonis fieret executio per procu.fisci, qui est in ducatu:vt l.cum vnus.§.fi.ff.de bo.auto. iud.pos. aut publicatio fit secundùm constitutiones & statuta particularia:& tũc aut ille leges speciales sunt in vtroque loco vbi sunt bona.Exemplũ plures iudices sunt deputati ab vno Rege per diuersa territoria regis vnus publicat secundùm constitutionem regalem:& tunc omnia bona quæ essent in regno eadem ratione per easdem leges sunt publicata. Si verò dictæ leges speciales non sunt communes ad vtrũque locum:exemplum in marchia sunt quædã constitutiones quæ non sunt in ducatu:tunc talis publicatio non extenditur ad bona quæ sunt extra locum ad quem protenditur conditio:vt l.extra territorium. ff. de iurisdi. om.iud.Secundo casu quando iurisdictiones sunt distinctę,& bursæ etiam fiscales distinctæ:tunc aut publicatio fit de iure communi:& tunc extenditur ad alia bona alibi sita per dictas leges:tamen quælibet ciuitas habet bona in suo territorio sita secundùm quod dicebat Guil. de cug.quod probat Bart.quia quælibet ciuitas dicitur procura.fisci,vt suprà dictum est:sed si esset procu.fisci, & ad vtilitatem fiscalem:& ad eius officium spectaret eius acceptatio & incorporatio dictorum bonorum in fiscum: ergo nunc ad ipsam pertinet,& ad eius vtilitatem.Et pro hoc est casus in l.fi.de auto.tu.& de foro compe.c.postulasti.& etiam ibi dicit quòd sibi non placet, quòd distinguatur,an iudex habeat iurisdictionem à lege communi, vel municipali : quia non curo vnde iurisdictionem habeat:sed hoc solùm an pronunciet super eo quòd de iure communi dispositum,an verò super eo quòd lex vel statutum particulare loci disponit de ista quæstione etiam vide Ioan.de Imo.in l.ex facto.ff.de hære.instit. & Anto. de but.in c.postulasti.de foro cõpe.& Ioan.and. in addi. Specu.in titu.de accusa. §. sequitur in additione magna. vide etiam Bald.in dicta l.j.in fi.tu etiam addas quòd no. Dy.Ray.& Bald.in l.si pluribus.ff.de lega.j. quando iudex originis incœpit inquirere contra eundem hæreticũ, sed citius expediuit processum suum,quæritur cuius bona & quę bona publicentur.dic vt ibi:& ibi Ang.& Ioã. de Imol.quæ oĩa sunt notanda, sed istis casibus cũ fiscus teneat locum hæredis:vt l.ij.C.ad legẽ Iul. de vi. & talis delinquens habeat creditores, an tales creditores vnius territorij possint agere contra fiscum alterius territorij in solidũ,vel pro parte,& quomodo.no.Bal.in d.l.ij.& Bal. Ang.& Imo.late in l.ex facto. ff. de hære.institu.

Publicata

5 *Bona si expresse publicentur in sententia,an bona in alieno territorio existẽtia sint publicata.*

6 *Bona si expresse publicentur in sententia,an bona in alieno territorio posita confiscentur fisco proprio ubi sita sunt.*

7 *Iudex quando pronunciat super eo super quo delictum est delictum de iure communi, sed ordo procedendi & condemnandi est de iure municipali, putà quòd contumax habeatur pro confesso,an talis sententia afficiat bona extra territorium sita.*

8 *Confiscatio olim & hodie quando fit,si bona non excedunt summam quingentorum aureorum fiscus non uidetur curare: & de modica quãtitate,quid possit iudex facere.*

ADNOTATIO. a ¶Publicata. Adde tu quis possit bona publicare.& vide Ro.in cõsi.lix.& Cepol.in consi.xvij.& an si duplicentur bona delinquentis in vno territorio bona alterius territorij sint publicata.vide Pau.de cast.in consi.lxxxvj. in primo impressis.& d.Alexan.in consi.cxj.in iiij.lib. Et ibi vide an nomina debitorum censeantur esse illius territorij, vbi delinquens habet domicilium:vel illius domini vbi sunt debitores, & quòd de bonis mobilibus & mercibus,& vide etiã in consi.xxxj.in j.volu. & Cep. in dicto consi.xvij.Franc.de are.in consi.xj.& ibi de annua prestatione quòd Bononien. delinquens habebat in Ferrariensi. & vide d.Abb.in consi.vj.in ij.volu.& ibi an domus delinquentis debeat deuastari stante statuto & stante conuentione quòd pœnæ maleficiorum diuidantur inter commune & dominium. & vide eũdem Abb.in cõsi.xciiij.eod.volu.& ibi an si vna ciuitas se submittit alteri,videatur in eum transferre iura fiscalia,& adde ad quem spectent bona patrimonialia clerici delinquentis. & vide per Old.in consi.xvij.vbi late.& vide Pau.de cast.in consi.cliij.vbi ponit an si bona laici qui habebat Feud.ecclesiasticum publicentur.ad quem pertinet tale Feud. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quòd reperio quòd do. Nel.in tracta. bannitorum in secundo tempore,scilicet de concurrentibus post perfectum bannum.in xvij.q. late disputat istã materiã: & ibi dicit quomodo Iac. de are. primò mouit istã quæstionem in l.fi.§.j. ff. de pub. & ibi videtur concludere q omnia bona perdat. idem dixit Richar. malumb. omnia quæri ciuitati publicatí:vt refert Ioan. andr.in c.cùm secundùm.extrà de hęre.lib.vj.Guil.de cug.in l.ij.ff.de cadi.tenuit quòd vnaquæque ciuitas habebit bona in suo comitatu existentia.Tertia fuit opi.Nico.de mate.in sua disputatione quæ incipit, quidam inculpatus quam ponit de verbo ad verbum Alb.de rosa. in q. statutorum.q. cxxxiiij.& dicit etiam do. Nellus quòd illam refert etiã Ioan.and.in addi.Spec.in titu.de accus.§.sequitur.versic. quid si aliquis. qui distinguit, aut ille qui iudicat habet iurisdictionem à iure communi, aut à iure municipali. Refert postea prædictus d.Nellus quomodo quarta fuit opi.Bart.in d.l.cunctos populos. in fi. & ibi de verbo ad verbum refert ea quæ dixit d.Ang.hic, referendo verba Bar.sed dicit do.Nellus quòd cùm aliàs fuisset ista quæstio Ianuæ de vno qui fuit condemnatus qui habebat bona Ianuæ,& Florentiæ multa fuerunt allegata:tamen ibi ipse non sequitur doctrinam Bar.in dicta l.cunctos populos.maximè in illo membro suæ distinctionis, dum dicit omnia bona publicari quando bursæ & iurisdictiones sunt separatæ,& diuersæ. Sed vnaquæq; ciuitas habebit boca in suo territorio sita:nam dicit quòd hoc nõ videtur sibi verum,per omnia:quia communiter in sententia cõfiscationis apponuntur verba sonantia in cameram fiscalem,eius qui cõdemnat,siue illius qui officialis est : quomodo ergo in hac sententia poterit se fundare ciuitas habens aliam cameram diuersam:non in verbis sententię.l. quicquid astringendæ.ff.de verbo.obliga. Et si diceretur doctrina Bart.procedet quando simpliciter publicauit & confiscauit bona,quo casu intelligitur secundùm q iura volunt.l.libertus.§.pe.ff.ad Municip. Respõdetur quòd alteri per alterum quæri non potest.l.stipula.ista.§.alteti. ff.de verb.oblig.nec iste est casus specialis vbi alter possit alteri stipulari,vt patet ibi in fallentijs : vnde ipse do. Nellus aliter distinguit,& est quinta opinio in hac materia quòd licet bursæ fiscales & iurisdictiones sint distinctæ & separatæ.Tamen sententia cõfiscationis fertur ab illo qui habet iurisdictionem à superiore vtriusque ciuitatis,nõ in temporalibus sed in spiritualibus:vt in inquisitore hæreticæ prauitatis confiscante bona hæretici, & de hoc dic vt voluit Ioan.and.in d.c.cum secundùm. de hære.in vj.& dicit q videnda sunt dicta Guil. de cug. in d.l.ij.C.de hære.decu.vbi ponit cui applicentur bona clerici damnati de crimine per episcopũ ex quo laicus perderet bona:& allegat dicta Io.and.in addi.Spec.in tit. de feudo.§.pe.in fi.in magna addi.vbi tractat q.cui applicẽtur bona feudalia quæ clericus condemnatus ab episcopo tenebat à laico in diœcesi episcopi. Si verò sentẽtia fertur ab illo qui solùm habet iurisdictionem à ciuitate à qua est officialis constitutus,vel à domino eius : & tunc si ille officialis ponit in banno hominem habentẽ ibi bona,& in alijs ciuitatibus,tũc quantùm ad se spectat : si ad ciuitatem condemnantem, siue loquitur in condemnato siue in bannito nunquã ciuitas illa poterit habere alia bona sita in alieno territorio,per iura suprà allegata.†Si au-
6 tem quæris an bona in alieno territorio posita confiscentur fisco proprio vbi sita sunt,tunc dicit d.Nellus, quòd Bal.in l.cunctos populos.in vlti. q.ibi multum notanter loquitur,sed dicit do. Nellus quòd suo iudicio plenè nõ loquitur:quia ibi Bald. vult quòd si status rei adeò mutatur,q non potest habere proprietatem bonorum. pro isto casu ciuitas quæ non condemnat non iure confiscationis,sed vt bona vacantia, occupabit illa bona, aliàs damnatus retinebit illa bona,sed hæc conclusio est falsa: vt suprà probauit do.Nellus:quia sententia condemnãtis aliquo casu nõ extenditur ad ista. Vnde subdit domi. Nellus iudex iste non intelligit confiscare nisi bona existentia in suo territorio & suæ cameræ:licet ipse Bal. aliter dixerit in l.propter litem.§.licet.ff.de excus.tuto. Sed dicit do.Nellus tunc doctrina Bal.militat quoties fumus in casu in quo iudex condemnauit & executionem fecit: quia ciuitas quæ non condemnauit non iure fisci, sed iure occupationis habebit illa bona : quia ille fuit effectus seruus pœnæ.l.qui vltro.ff.de pœn.& sic non poterit habere hæredem:si verò loquitur in bannito qui nõ potest perdere ea quæ sunt de iure ciuili & gẽtium, & sic potest bona retinere:distinguendum est, aut talis bannitus erat oriundus ciuitatis confiscantis,& ibi delíquit:tunc ciuitas alia habẽs bona in suo territorio ei auferre aliquo iure non poterit:& ita verificatur secundùm dictum Bal.quia ille bannitus est capax.Si verò in ciuitate in qua fuit bãnitus nullum aliud habebat domicilium, nec ibi aliter sortiebatur forum nisi ratione delicti, tunc ciuitas in qua oriundus est si habet bona istius rei ibi sita, non ex vi alterius ciuitatis:sed suo iure poterit contra illũ procedere, & bona confiscare,per no.in l.j.C.vbi de crimi. agi oportet. & Adde Pet.de Anch.in c.postulasti.in repeti.sua. extrà de fo.compe.qui licet videatur approbare doctrinã Bar. in d.l.cunctos populos. de verbo ad verbum, tamen ex dictis suis potes colligere vnum argumentum pro saluãdo Bart.ab impugnatione do.Nelli qui per d. c. postulasti.& l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eo. dicit quòd ibi est text.quòd ratione personæ subiectę iudex interponit decretum super rebus alibi sitis.& allegat Innocen.in c.pastoralis.extrà de priui.& Bar.in l.relegatorum.§.interdicere.ff.de inter.& releg.& ideo verbum iudicis operatur hic vt extendatur ad bona vndecunque sita sint : nisi saluando do.Nellum respondeamus quòd ideo ibi est,quia vtilitas ibi quam consequebatur ille, remanebat penes illum qui erat subiectus illi iudici proferenti illud decretum. Sed in casu nostro vtilitas remanebat penes aliam ciuitatem penitus extraneam à persona iudicis proferentis:vnde ex separatis nõ infertur.arg.l.cũ vnus.§. si quis. ff.de bo.au.iud.pos. Adde tamen q latius loquitur Albe. de rosa.in iij.parte statutorũ.q.ij.vbi refert ibi opi. aliorũ antiquorum in hac materia:& ibi latissimè scribit, quem do.Nellus non vidit in effectu facti mẽtionem ibi de his quæ dixit in ij.parte statutorum.q.cxxxiiij.& tandem ibi etiam recitatis opi.antiquorũ tandem approbat do. Nic. de mate.& idem facit Alb.in l.j.C.de hære.instit. Item adde Pet.de Ancha.in repe.c.canonum statuta. extrà de cõsti.in versi.subsequenter.postq; est plenè discussum de effectu statutorũ, circa loca,personas & bona,in prohibitis & cõcessis est videndũ de statutis quæ puniũt delicta ibi in verbo, postremo.Circa ista statuta punitiua discutiendũ esset:vt non porrigant effectu extrà territoriũ statuentis:& ibi de verbo ad verbum approbat doctrinam Bal.in d.l.cunctos populos.nisi in vno casu:quia dicit q quando bursæ & iurisdictiones sunt diuersæ:licet iudex pronunciet super eo super quo delictum est delictum de
7 iure communi. † Sed ordo procedendi & condemnandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

est de iure municipali:putà quòd cõtumax habeatur pro confesso:tunc talis sententia non afficit bona extra territorium sita per cle.pastoralis.extrà de re iudi.licet Barto. velit contrarium quando bona de iure communi veniũt publicanda:vt in crimine læsæ maiestatis.Nam indistincte vult Bart.q; isto casu bona vndecunq; quæsita publicentur etiam ciuitati alienæ in bonis ibi sitis q; contrariũ dicitur in d.cle.pastoralis.adde do.Anto. de but.in c.postulasti.extrà de fo.compe.recitantem Bart. de verbo ad verbum,in d.l.cunctos populos. & eum approbantẽ nisi quòd discrepat à doctrina Bar. in hoc:quia dicit q; etiam si de iure municipali bona veniunt confiscãda bona alibi sita confiscabũtur: quia in persona subiecta potest iudex & superior disponere de rebus alibi sitis:& hoc si statutũ expresse dicit quòd omnia bona veniunt confiscanda ibi vide:sed sunt somnia.Abb. ibi in d.c.postulasti. sequitur Bart.in d.l.cunctos populos.de verbo ad verbum, & ibi dicit quòd cùm publicatio sit de iure cõmuni bona alibi sita publicabuntur:sed illa ciuitas non iure fisci, sed iure
9 bonorum vacantium occupabit:ibi vide. Imo.verò in d. c.postulasti.ibi in hac materia allegat dicta Ioan. andr.in d.c.cũ secundũm.& dicit q; do.Anto.de but. ibi sequitur dicta Barto.in l.cunctos populos.& ibi nihil aliud dicit. Item adde Paul.de cast.in consi.suo lxxxiij. incipien.in Christi nomine amen.Primum quęsitũ habet duo dubia: & ibi decidit in effectu quando iurisdictiones & burtæ fiscales sunt diuersæ, & confiscatio sit de iure speciali: & licet generaliter fiat super bonis delinquẽtis, intelligitur tantùm de bonis super illo territorio sitis, vbi fertur condemnatio:si verò fieret publicatio bonorum de bonis alibi sitis,tunc dicit q; fiet executio per iudicem vbi sunt.& intellige hic dicta Pau.de cast.in hoc vltimo casu quãdo cõfiscatio fieret de iure cõmuni:quia postea subdit Paul. de cast.ibi,q; si cõfiscatio fieret de iure municipali,vt erat in casu suo etiam si iudex confiscaret omnia bona alibi sita non potest hoc facere, & certè ibi multum eleganter & subtiliter declarat istam materiam, & aperit intellectũ non intelligentibus istam materiam.& ibi dicit, quòd si sententia mortis fuerit lata in contumacẽ, & sic non fuerit facta executio,& sic status rei nõ fuerit mutatus,quin potuerit alibi acquirere bona,& retinere : tũc clarum est bona alibi sita nullo casu mundi in confiscationẽ venire, per doctrinam Bal.in d.l.cunctos populos. Adde Bal.in l.iuris peritos.§.j.ff.de excusa.tu.& Bal.in l.fed si plures. §.in arrogato.ff.de vulga.& pupilla.Item adde quæ dicit Lud.de Roma.in suis singularibus secundi anni singu.l. qui dixit q; ista est communis opinio legistarum & canonistarum,q; bona vbiq; ista debeãt publicari & applicari illi fisco vbi sita sunt:intelligitur de bonis immobilibus.casus est singula.secundùm ipsum in l.quicunque.§. vniuersi. C. de hære. secus in bonis mobilibus : quia illa mobilia applicantur fisco confiscantis & ferentis sententiam,etiam si illa bona mobilia sita sunt in alieno territorio diuerso.tex.allegat quẽ dicit singu.in c.j.§.si iudex.de pa.tenen.licet Bal.cõtradicat,& maximè per tex. in d.c. j.§.si quis hominem. & dicit Ro. in suis singularibus secundi anni in singu. xix. q; licet per statutũ bona omnia veniant cõfiscanda:tamen ista bona mobilia, putà annulus,corrigia,& similia,iudex potest conuertere in necessitatẽ sui officij.tex allegat singu.in l.diuus.ff.de bo.dam.
8 dum loquitur de particula.†Sed aduerte q; Doct. maximè Ang.in l.quando.C.de bo.dam.per illum tex. dicit q; quando olim & hodie confiscatio fit si non excedũt bona summam quingentorum aureorũ, fiscus non curat aliàs de alia modica quantitate:sed iudices ipsi possunt applicare pro se ad fabricandam vnã cameram,vel pingere,& similia.idem dixit do.Catal.in tracta. syndica.in q. cxciij. Ang.verò in d.l.cùm vnus.remittit se ad dicta per Bar.& Bal.in l.j.C.de summa tri.& fide cath.idem fecit in l.fi.§. item diui.& alleg.Dy.ibi.& Guil. de cug.in l.tutelas. ff. de capi.di.& an hodie ciuitates habeant fiscũ, vel ex priuilegio vel ex consuetudine vel ex præscriptio. & multa pulchra per Bal.in l.j.C.de hære.vel actio.ven.& ibi etiã si de facto non recognoscunt superiorẽ:& tene mẽti quæ dicit Bartol. in l.infamẽ.ff.de publ.iudic. in fi.q; ciuitates nõ recognoscentes superiorẽ faltẽ de facto:vt est in Tuscia tantùm,possunt in terris suis quantũ Imperator ipse in vniuersos.& vide in l.apud hostes.ff.de suis & legi. & l.si publicamus.ff.de pub.& in l.j.ff.de aqua pluuia. vide Bar.in l.j.C.de bo.va.lib.x.qui ponit de fisco.Bar.in l.ex quibusdã.ff.de iu.fis.de ista q.latissimè per Alb.in iij.parte statut.q.xix.an Reges,ciuitates,vel princeps,habeant ius cõfiscandi,vel ex priuilegio vel cõsuetudine,& quomodo.Bal.in rubr.ff.de sta.diui.Bal.in l.fi.ff.de offi.præf. vig.Bal.in c.j.in ij.col. de pace ten.& eius viol.dicit q; de iure communi ciuitates non habent ius confiscandi nisi quia in pace constantiæ hoc fuit concessum quibusdam ciuitatibus in Lombardia.& vide Roma.in cõsi.suo lvij. incip.ad discutiendam veritatem propositæ q. in ij. colũ. qui ponit quomodo locum tenentes & vicarij publi. habent ius confiscandi.†Et inquantùm do.Ang. hic tangit
9 illam quæstionem : an creditores vnius territorij possint agere cõtra fiscum alterius territorij, & remittit se maximè ad Docto.in d.l.ex facto.adde q; licet Imo. ibi cõtrarium teneat eius quod dixerunt Cy.Pe.Bal. & Ang.ibi: & etiam ibi Imo.tangit illam difficultatem quam tetigit Bal.in l.ij.C.ad legem Iul.de vi.tamen non est recedendum ab illa communi opi.Cy.& Pet.quia præfati Doct. noluerunt nec volunt habere in consideratione illud interesse creditorum,quod ipsis per factum debitoris condemnati tollatur electio eligendi quam primo ante condemnationem habebãt ipsi creditores, super quo fundamentò tãtùm fundauit se Imo.nec mirum:quia videmus etiam q; interest nostra ne debitũ nostrum in plures partes distinguatur q; conditio obligationis ex persona hæredum non immutetur.l.ij.§.j.ff.de verb.oblig.cum si.tamen videmus q; propter delictum rei condemnati in hoc præiudicatur creditori:quia pro parte confiscata fisco est liberatus ipse debitor,& sic ex facto suo in præiudicium creditoris, vt creditor non agat pro illa parte confiscata contra reum,sed contra fiscum & pro residuo contra cõdemnatum vel eius hæredes,vt est casus in l.ij.C.ad legẽ Iul.de vi.præterea durior est exactio cõtra fiscum, quàm contra priuatum:vt not.in l.j.C.de priuil. fis. non mirum ergo si præfati Doct.Cy.Pet. & sequaces ita voluerunt, & sic patet q; ille cõsiderationes Imo.in d.l. ex facto. parum valent.Idẽ dico in illa vltima sua quæst. quam ipse tangit ibi allegãdo Bal.in d.l.ij.C.ad legem Iul.de vi. & ponit ibi casum in eo qui habebat bona Ferrariæ & Venetijs,& bona Ferrarię fuerũt confiscata:quia dico quòd fiscus Ferrariæ nõ teneatur nisi ad creditores sui territorij.Preterea in fraudẽ fisci possent venire omnes creditores Veneti contra fiscum Ferrariæ vbi erant tantùm illa bona cõfiscata,& saluare bona quæ Venetijs erãt ipsi cõdẽnato in prçiudiciũ fisci q; nõ est fatendũ per ea quę habentur in l.in fraudẽ.in prin.ff.de iu.fis.faciũt ea quæ habẽtur in l.post contractũ.ff.de dona. cũ si. in hoc non saluarem dicta Io.de Imo.ibi in l.ex facto.quãdo bona quæ erant Venetijs non satisfacerẽt creditoribus:quia tũc ad bona confiscata Ferrariæ possent habere recursum ne ex facto debitoris in totũ fieret præiudiciũ creditori, per regulã,nõ debet.de regu.iur.& ita intelligo dicta Pet. Cy. Bal.& Ang. Itẽ vidi Guil.de cu. latissimè scribentem in ista materia in l.ij.ff.de capi. di. & tenet q; quilibet fiscus tenetur creditoribus suis ibi in illo territorio existẽtibus p; rata bonorũ, prout quisq; habet bona, & nõ pro viriliter.

10 *Publicationem bonorum damnati, & incorporationem in fiscum,an quis impedire possit.*

10 Ange. †Quæro quis possit impedire publicationem bonorũ damnati,& etiam incorporatio-
a nem.dic q; nullus[a] nisi doceat de dominio rei vel possessione:vt l.fi.& q; ibi not.C.de bo.vac.facit gl.& Doct. in l.ob maritorũ.C.ne vx.pro ma.Ex quo Bal.Ang. Raph. & Imo.in l.si marito.in prin.ff.so.ma.dicunt q; licet vxor habeat bona mariti obligata pro dote,tamen non potest impedire quin omnia bona viri publicentur,& in fiscum incorporentur,cum ipsa mulier tantummodo habeat bona obligata, non autem dominium vel possessionem dictorum bonorum:sed postea à fisco dotem repetet:vt.C. ad.l.Iul.de vi.l.ij.quod not.allegat Lud.text.in l.res quæ §.res autem.ff.de iur.fisci.qui tamen tex.coniuncta glos. non bene probat subtiliter intuenti.

A DNOTATIO.a ¶Nullus.Adde tu & vide Ro.in consil. cxxviij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde pulchra verba Ange.quæ posuit in terminis istius.q.in l.si quis.C.de bo.dam.qui dixit per illum text. quòd licèt cautum sit de iure quòd in re propria quis non habeat manuum iniectionem per.l.si quis in tantã.C.vnde vi.&.l.extat.ff.quod met.cau.tamen quando maritus est cõdemnatus & bona eius sunt publicata vxor potest in res suas detentas per virum ingerere manus autoritate propria ne occupentur per fiscum:& ibi reddit bonam rationem:vnde fundata est ista conclusio in iure.Et ideo subdit quòd cauta debet esse vxor,vt cũ timet quòd bona mariti confiscentur, vel videat bona confiscata,quòd non expectet autoritatem iudicis, pro occupando bona sua:sed ipsamet manum iniçiat quantumcunq; illa bona per virum detineantur:& hoc probat per illum tex.ibi in verbo,veluti,&c.& not.quia certè est pulchra limitatio ista ad proxi.dicta.& hoc intellige nisi bona defuncti deberent deuastari nõ dico publicari:quia tũc de iure vxor potest pro dote impedire illam deuastationem.ita dixit Alber.de Rosa.in.iij.parte statutorum.q.vij.dicit tamen quòd de facto non obseruatur:quia deuastantur.Sed ciuitas isto casu satisfacit vxori & alijs creditoribus.quod not.& vide docto.maximè Bald.& Imo.in l.si marito.in prin.ff.solu.mat.& vide no.in l.ij.C.de bo.vacan.lib.x.

11 *Bonorum publicationem quis iudicum facere possit.*

11 b Ange. †Quæro quis iudicum[b] possit facere bonorum publicationem,dic secundùm Bal.& Sali.in l.j.C.ne sine iuss.prin.quòd aliquãdo bona veniũt principaliter confiscanda,& de per se ex legis dispositione:vt in eo qui contraxit incestas nup.vt in authẽ.de ince.nupt.in prin.& talis confiscatio potest fieri per quemlibet iudicem:vt not.ff.mand.l.si tibi mandauero.§.si Titius. Quandoq; veniunt confiscanda in consequentia : vt
13 in deportatione : & tunc his potest confiscare qui potest deportare:& non alius:vt.l.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de offic.præfi.Quandoq; lex non statuit de bonorum confiscatione.Sed iudex habet ex arbitrio & officio:vt in extraordinarijs criminibus:vt.l.j.§.expilatores.ff.de effrac. & expil.vel etiam in ordinarijs per accidens:vt.l.hodie. de pœ.& tunc aut vult omnia bona confiscare quasi hoc possit ex arbitrio:vt.l.si seuerior.C.de infa.& tũc hoc nõ posset nisi sit de summis magistratibus vel nisi consulto & principe permittente:ita not.Azo.in summa.d.titu.ne fi.iuss.prin.&c.quod sequitur Cyn.ex quo Bald.ibi infert quòd si potestati concedatur arbitrium quia est magnus magistratus,potest publicationem bonorũ facere.Si verò arbitrium concedatur iudici inferiori:tunc non posset
e nisi consultis & permittentibus regẽtibus ciuitates,quæ omnia not.

¶Quis iudicum. Adde tu & vide Roma.in consi.lix.Cep.in consil. xvij.Old.in consi.xvij.&.d.Alex.in consi.xxxj.in.j.vol.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia,adde ea quę dixit Bald.in.l.fi.ff.de offi.præfe.vig.qui dixit q; publicatio bonorũ est meri imperij.& nemo potest publicationem istam facere:nisi expresse hoc habeat à principe.& allegat.d.l.j.C.ne sine iussu principis:& dicit quòd princeps debet verbis specialibus hoc facere. Sed opus est vt intelligas prædicta,quando princeps donaret castrum alicui retento sibi mero imperio:quia quo ad vtilitatem hæc procedunt.Nã si princeps donaret castrum alicui:retento sibi mero imperio:nihilominus in illo castro fieret cõfiscatio ipso iure in easibus in quibus fit confiscatio ipso iure: & ita intelligas dicta ibi Bald.quæ omnia pulchrè declarat Ange.in dicta.l.j.C.ne sine iussu principis.qui ponit quòd licèt isti habentes merum imperium possint facere publicationem bonorum tamen intelligitur quòd faciant camerę Papæ vel Imperatoris, non cameræ illius ciuitatis vbi sunt officiales:nisi illa ciuitas habeat regalia ibi.vide & de potestate Paduæ an possit facere istam publicationẽ.& vide Bal.in c.j.de pace tenen.qui dicit quòd iudex qui habet arbitrium in criminalibus non potest imponere pœnã publicã in criminalibus:& mouetur per.d.l.j.C.ne sine iussu prin.& licèt Bal.soleat allegari ad hoc ibi tamen si rectè ponderentur verba sua.& ibi Bal.hoc non decidit:sed dicit in fi.dic vt dicetur in d.l.j.C.ne sine iussu princip. Adde Alb.de rosa.multùm eleganter loquẽtem in tertia parte statutorũ. q.xviij.in illa.qõ.an autem bona damnatorum hodie sint correcta,circa medium.

12 *Lata sententia seu publicatione bonorum quæ bona contineantur.*

13 *Statuto dicente confiscentur bona sua:an ueniant iura, & actiones, & hæreditatis delatio, & similia ipsius damnati & appellatione publicationis bonorum quid ueniat.*

14 *Publicatis bonis:an ueniant iura quæ per mortem ciuilem expirãt, & ea quæ non transeunt nisi ad certum genus personarum,ut emphyteosis ecclesiæ.*

15 *Confiscatio bonorum an apprehendat ius patronatus ecclesiæ:& an acquisitio ex dicta confiscatione ipso iure fiat in fiscum:& quando fiat incorporatio & possit opponi de iure fisci.*

16 *Publicatis bonis:an ueniat fundus emphyteoticus habitus ab extraneo priuato uel ecclesia.*

17 *Publicatis bonis,an ueniat ius patronatus: & an ueniant bona præsentia uel futura.*

12 Ange. †Et nota quòd facta dicta publicatione si-
c ue sententia publica lata,omnia bona & iura præsentia:sed nõ cõditionalia'cõtinentur:vt est tex.cum gl.in l.nã ad ea.ff.de cõdi.& demon.&.l.quoties.in fin.& ibi gl.& Imo.ff.de noua.vnde si dicto dãnato factũ fuisset legatũ sub conditione si nauis ex asia venerit ad aliqd debitũ fuisset sub alia cõditione:tũc tale legatũ cõditionale nõ intelligitur publicatũ,quod no.Nec etiã veniret futura substitutio:vt est casus & ibi Bald.in l.ex facto.§. fi.ff.de vulg.& pupil.& ideo esse potest quòd in generali cõfiscatione nõ veniũt bona futura sed tãtũ præsentia:vt l.si tibi mãdauero.§.is cuius.ff.man.ita dixit Imol.in d.§. fi.Et diligẽter aduertas vt singulariter dicit Bald.in.l.j.ff.
13 de statu ho.†quòd si statutũ dicat quòd bona sua & sic p istud possessiuũ suũ,sua,suus,nũquã appellatione bonorũ veniũt iura & actiones,& sic nomina debitorũ nõ venirent nec hæreditatis delatio,& similia ipsius damnati, quod est singulare.Et quid veniat appellatione publicationis bonorum.vide plenè per Lud.in l.si cõstãte.§.fi.ff. sol.matri.vbi inter alia dicit secũdũ Bar.quod in publica-
d tione bonorũ nõ venit res prohibita alienari.[d] per text.in l.Imperator.ff.de fideic.lib.licèt ille tex.secũdũ Lud.hoc
14 nõ probet.dic vt ibi per eũ.†Ac etiã aduertas quod non cõfiscantur iura quæ per mortẽ ciuilẽ expirãt vt.l.insulã. in prin.& ibi Bal.& Imo.ff.sol.matr.nec etiã cõfiscantur ea quę nõ trãseũt nisi ad certũ genus personarũ vt emphy-
e teosis[e] ecclesiæ.iuxta no.in l.etiam.in prin.ff.sol.matri.& l.quod dicit & quòd ibi plenè habetur p; Bart.& Imol.ff.
15 de verb.oblig.ita dicit Bal.& Imo.in d.l.insulã.†nec etiã venit ius patrocinatus ecclesię:quia cũ sit quid spirituale vt.c.quãto.de iureiur.nõ potuit nec tacitè nec expresse, vel indirectè per iudicẽ secularẽ publicari:vt not. Ant.de but.in clemen.Pastoralis.de re iudica.& idẽ Imol.in d.l. insulam.dic vt ibi latè per eũ.Et dicta acquisitio ex dicta publicatione statim fit ipso iure in fiscũ.vt.l.cõmissa.ff.de public.&.l.quisquis.& ibi doc.C.ad leg.Iul.maie.& no. Bart.in l.j.§.an bona.ff.de iure fisc.Cyn.& Ang.in l.ij.C. ad leg.Iul,de vi.Sed nõ incorporatio nisi actualiter & verè fiat & apprehendantur bona vt.d.§.an bona.ita dicit Bar.in d.l.cõmissa.Ex quo sequitur quòd ante dictæ sententiæ prolationem,non potest aliquis opponere de iure ipsius fisci.vt not.Bar.in l.ij.ff.de excep.rei iudica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ¶Conditionalia. Adde circa hoc & vltra ea, quæ ponit ꝺ. do. Auguſti. vide Ro. in cõſi. ccxlvij. & do. Alex. in cõſil. lxxv. in. j. vol. Ber.

d ¶Alienari. Adde de hoc & dic vt per Alex. in conſil. lxxviij. in. iij. vol. & ibi an eodem pro tempore quo delinquens venit debeãt remanere in fiſcum.

e ¶Emphiteoſis. Adde tu. xxiij. in. j. volu. & conſi. ix. in. ij. volu. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia adde ea quæ dixit Rom. in ſing. ſuis primi anni. cxlix. quod incipit, gloſſa ordinaria. in l. nã ad ea. vbi dat duas limitationes, an iura conditionalia in publi. bonorum veniant. & vide Bald. in l. j. C. de bo. libertorum, qui quærũt an in publi. bonorum veniant iura cõditionalia. & primò argu. quòd non. per. l. quoties. ff. de nouatio. & per. d. §. is cui bona. poſtea adducit in contrarium text. in l. inter ſocrum. §. fin. ff. de pactis dota. & vide Pau. de caſtr. in conſilio ſuo. xxix. qui ponit ſi filiuſſa. bannitur in vita patris: an mortuo patre bona debeant publicari. Sed in hac materia vltra omnes vide not. per. d. Nellum in tractatu bannitorum in ſecundo tempore, ſcilicet, de concurrentibus poſt perfectum bannum. in. xxxj. q. vbi vltra omnes examinant iſtum paſſum. & allegat Albe. de Roſa. in materia ſtatutorum. cccxlv. & errauit: voluit allegare Albe. de Roſa. in tertia parte ſtatutorum. q. xij. qui propriè loquitur de ſubſtitutione, an iura ſubſtitutionis veniant in publicatione bonorum. & allegat Bart. in multis locis. & dicta Bal. Ange. tamen dicit quòd nunquam reperit iſtum paſſum clarum in iure. & certè ibi do. Nellus multũ ſubtiliter & elegãter loquitur in hac materia ibi vide. & ipſe d. Nellus in eodem loco in. viij. q. ponit an veniant tantũ bona præſentia & an futura veniant. & an prohibita alienari veniant in publicatione bonorum. vide vltra ſupra allegata: quia Ludo. Roma. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infec. ibi tenet quòd nõ veniant iſta in publica. bonorum, licèt aliter ſentiat in d. l. ſi conſtante. §. fin.

16 vide per Moder. latè in locis, ſuprà alleg. & ibi dixi. †Itẽ an publicatis bonis veniat fundus emphyteoticus habitus ab extraneo priuato, vel eccleſia. vide per Barto. in d. §. ſi de vectigalibus. & ibi per Imol. Roma. & alios. & vide Bald. in l. j. C. de bo. liberto. tenentem opi. Barto. & vide Guil. de cu. & Bald. in l. ſi quis præſbyter. C. de epiſc. & cleri. & ibi vide Salic. & vide Bald. in d. l. j. inſulam. ff. ſolu. matri. & Bald. in authen. niſi rogati. C. ad Trebel. in iij. col. & Old. in conſi. xvij. Io. and. in titu. de feu. §. quoniam. verſicu. iiij. Petr. de ancha. in repeti. regulæ, ea quæ. de regulis iuris. in xxj. q. & Pet. de ancha. in repeti. c. poſtulaſti. de foro competen. in ix. quæſtione. in hac materia approbat dicta Bartol. vide Imol. in c. ex parte in xlij. col. extra de feu. qui etiam videtur approbare dicta Bart. in d. §. ſi de vectigalibus. & vide Barto. in l. eum qui. ff. de inter. & rele. & iſta videtur eſſe communis ſententia quã tenet Barto. licèt alibi colligi videatur ex dictis Spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua. verſi. cum ver. ſe. & verſicu. xv. & Ioan. de Imol. in l. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. & vide Nellum in tractatu bannitorum in ſecundo tempore poſt bannum perfectum in. xxiij. q. qui mordet dicta Bal. in d. §. ſi de vectigalibus. & vide per Alb. de Roſa. in iij. parte ſtatutorum. q. xvj. qui allegat aliquas bonas remiſſiones, ibi vide. & vide Ange. in authen. bona damnatorum. C. de bo. dam. & Ange. in l. eorum. ff. ad leg. iul. maieſt. Pet. de anch. in c. decreuit. & in c. cum ſecundùm. extrà de hære. libr. vj. Petr. de ancha. in c. fœlicis. extrà de pœ. lib. vj. Moder. latiſſimè poſuerunt in dicto. §. ſi de ve-

17 ctigalibus. †An autem publicatis bonis veniat ius patronatus. Adde gloſ. & docto. in d. cle. Paſtoralis. per Bal. in l. j. C. de bo. liber. per Bal. in l. ſi ita. §. fi. ff. de libe. & poſth. vide not. in l. cum filius. de verbo. obliga. & d. Nellum. in d. tractatu. in d. ſecundo tempore. in. q. xxxij. An autẽ in tali confiſcatione veniant bona preſentia vel futura. Etiã adde dom. Nellum in d. tractatu bannitorum in ſecundo tempore poſt bannum perfectum. in xvij. qõ. qui allegat omnia bona quæ poſſunt allegari, ſcilicet dicta Guil. & Odofre. Alberi. de Roſa. in. q. ſtatutorum: & Barto. gl. & aliorum ibi vide & text. gloſ. docto. & Ange. in l. ij. C. de bo. dam. & dicam infrà, vbi etiam do. Ange. tangit iſtam quæſtionem principaliter.

18 *Publicatis bonis alicuius in illis reperiebatur domus quæ ex forma ſtatuti propter delictum debebat deſtrui: ſed erat alteri data in pignus: an deſtruetur.*

18 **Ange.** †Quæro ſi in bonis publicatis erat domus. quæ ſecundùm formam ſtatuti propter delictum debet deſtrui: an deſtruatur ex eo quòd alteri data ſit in pignus Iaco. de are. mouet iſtam quæſtionem in l. j. §. ſeruum. ff. ad Silla. & ibi per illum text. dicit quòd ſic: ſed Barto. & Bald. tenent contrarium. facit quod no. Cy. & Bald. in l. pignus. C. de pigno. actio. Ludo. in dicto. §. ſeruum. dicit diſtinguendum: aut creditor habuit prius illam domum in pignus & præferatur fiſco, qui licet tacitam hypothecam habeat. iuxta gloſ. in l. reſcriptum. ff. de pactis. & not. Bartol. in l. poſt contractum. ff. de dona. tamen quia eſt poſterior ille creditor præferetur: vt l. ſingulariter. & l. ſi ſpecialiter. ff. qui po. in pig. hab. dicit tamen quòd ſi ex cementis poſſit ſatisfieri creditori: tunc ſit vera opinio Iac. de aret. quinimo dicit quòd fiſcus debet ſoluere creditum ſuum & conſequi domum: vt l. res quæ. §. res autem. ff. de iure fiſ. & de hoc vide Bald. & Angel. in d. l. pignus. & Alber. in ſuo opere ſtatutorum in quarta parte in illa quæſtione, an vxor poſſit pro ſua dote defendere, ne domus mariti deſtruatur,[a] & dicit quòd ſic tanquam domus ſit ſibi hypothecata & omnibus præferatur, quod tamen intellige: vt ſuprà dixi in eadem gl. verſi. quæro quis poſſit impedire &c.

ADNOTATIO. a ¶Deſtruatur. Adde quòd idẽ dicit Roma. in conſi. cxxviij. Ber.

Auguſti. Tu autem in hac materia, addde Sali. in d. l. ſi pignus. C. de pigno. actio. qui faciẽs mentionem de hac altercatione inter Iaco. de are. Barto. ſaluat vtroſq; quòd in diuerſo caſu loquantur, & ibi vide Alberic. qui ponit caſum: quando econuerſo, quòd bona alicuius debeant deuaſtari, & ille reus habebat res alterius nomine pignoris. Et inquantum in hac materia domi. Ange. hic allegauit Alber. de roſa. in quarta parte ſtatutorum. in. q. an vxor pro dote ſua poſſit defenſare, ne domus mariti deſtruatur. Addatis quòd errauit do. Ang. quòd Alberi. ibi in. iiij. parte hoc non dixit. Sed eſt in tertia parte ſtatutorum. qui ponit iſtam quæſtionẽ de vxore in. q. vij. Sed miror de iſto docto. qui poſtquam facit profeſſionem quod vidit Alberic. de Roſa. ignorauerit dicta Albe. de Roſa. in indiuiduo in iſta quæſtione, in propriis terminis quam poſuit in tertia parte ſtatutorum. qõ. xiij. quæ incipit, item quæro ſi ex forma ſtatuti bona creditoris debeant deuaſtari, & homicida pignorauerat ante domum ſuam: an illa deuaſtabitur, & ibi arguit ad partes pro & contra multùm eleganter, tandem dicit quòd opinio Iaco. de aret. procedet de iure vbi deuaſtatione, integrè poſſet ſatisfieri creditori, aliàs non poteſt deuaſtari in præiudicium creditoris. per d. l. j. C. de pen. fiſ. credi. præfer. lib. x. & dicit quòd iſtam opi. tenet Ray. de for. in d. l. j. §. ſeruus pignori.

19 *Guaſtum ſi debeat fieri in bonis delinquentis propter delictum an debeat fieri in fructibus quos coluit quidam colonus.*

20 *Bona omnia ſua ſi deuaſtari debeant propter delictum: an deuaſtabuntur fructus, qui ſunt pignorati uel uenditi.*

19 **Ange.** †Quid autem ſi propter delictũ debet fieri guaſtum in bonis delinquentis: an debeat fieri in fructibus quos coluit quidam colonus: & videtur quòd ſic: vt l. apes. §. iure conſtat. ff. de furtis. & l. cum in plures. §. meſſem. ff. locati. contrarium tamen tenet Bald. in dicto loco: quia delinquens debet taliter puniri ne colonus innocens puniatur: vt l. ſecunda. C. de his qui la-

20 tro. †Quid ſi pignorati ſunt vel venditi omnes fructus & propter delictum debeant omnia bona ſua deuaſtari: an tales fructus deuaſtabuntur. Albe. in dicto loco tenet quòd non, per tex. notabilem, in l. venditor. §. j. de autoriiu. poſ.

iu. poſ. ſed Ludo. in d. l. j. §. ſeruum. ff. ad Silla. dicit quòd hoc non credit verum in venditione. per text. in l. ſi fundum quem. ff. loca. vbi publicatis bonis fundus venditus propter paſſam publicationem: non tamen traditus in publicatione venit, reſtituto tamen prætio emptori.

Auguſti. Tu autem in hac materia, addde Sali. in l. ſi pignus. C. de pignora. actio. qui tenet quòd iſti coloni ratione fructuum non poſſunt impedire talem deuaſtationem propter delictũ malefactoris: quia nõ habent ius in re. Et vltra omnes latiſſimè examinauit iſtam materiam Gandi. in tracta. maleſi. in quæſtio. lxxxiiij. in. q. incipiente, an fructus pendentes in poſſeſſionibus homicidę locatis colonis debeant deſtrui. & ibi concludit ipſe pro ea parte quam coloni debebãt percipere, ſecundùm conſuetudinem regionis pro illa parte poſſeſſiones non debent deuaſtari. ibi vide argumen. l. ſi fundus. ff. loca. & l. nihil. §. fin. ff. de adulteriis.

21 *Bona alicuius ex delicta ſi debent publicari: ex forma ſtatuti domus deuaſtari ſi iſte habeat turrim communem cum alio, quid faciet magiſtratus.*

21 **Ange.** †Et tene mẽti quòd ſi ex aliquo delicto bona debeãt publicari ex forma ſtatuti, domus deuaſtari ſi delinquens habeat turrim communem cum alio, poteſt poteſtas ſiue magiſtratus loci qui condemnauit delinquentem committere executori quòd dictã turrim diuidat cum ſuo conſocio & partem ſuperiorem capiat & poſtea deſtruat: an valeat talis diuiſio & deſtructio: dic quòd ſic. vt not. Bart. in l. cum alicui. ff. de negoget. quia talis magiſtratus potuit dare curatorem bonis neceſſario diuidendis: & ſic potuit facere alienationẽ neceſſariam: vt l. j. ff. de fun. do. igitur &c.

Auguſti. Tu autem in hac materia, addde docto. maximè Rapha. in dicta. l. cum alicui. & omnino vide Gand. in tract. maleficiorũ, in queſt. lxxxv. incipiẽte. Item quæritur aliquis commiſit delictum propter quòd omnia eius bona: vbi vult quòd ſi poteſt fieri ſeparatio ſine leſione alterius partis fiet tunc ſeparatio, licèt referat Odof. indiſtinctè voluiſſe ſemper diuiſionem eſſe fiendam quia non debet alteri per alterum iniqua cõditio afferri. l. ſancimus. C. de pœ. Sed omnino vide pulchra verba Albe. de roſa. in quæſtione ſtatutorum, in ſecunda parte. q. xlvj. & in dicta tertia parte. xlvij. & xlviij. vbi habebis veram deciſionem iſtius quæſt.

22 *Sententia lata contra homicidam an habeat effectum confiſcationis bonorum & executionem paratam contra hæredes abſq; alia probatione.*

22 **Ange.** †Et ſic bene aduertas quòd glo. in l. in cognitione. ff. ad Silla. quam ibi ſequitur Barto. determinat: quia ſententia lata contra homicidam habet effectum confiſcationis bonorum, & executionem paratam contra hæredes abſq; alia probatione: ſed Bald. in l. j. C. vbi cauſę fi. tenet contrarium per. l. denunciaſſe. §. conquæritur. ff. de adulte. vnde quòd Bart. dicit habet locum quantùm ad ordinem. non quantùm ad ipſos conuenientes ſine probatione. Sed Lud. in d. l. in cognitione. dicit quòd ſi quis vellet tenere opinionem Bart. poſſit reſpondere ad dictum. §. conquæritur, quod non præiudicat ſententię æquè principalibus. Sed iſta quęſtio loquitur quãdo præiudicat hæredibus in conſequentiam vt acceſſoriis, tamen pro Bald. allegat. l. à ſententia. ff. de appel. vbi etiam in conſequentia aliis non præiudicat ſi ſit lata contra homicidam hæredibus præſentibus & ſcientibus.

Auguſti. Tu autẽ in hac materia, addde pulchra verba Bald. quæ poſuit in l. iuris. C. quibus res iudi. nõ nocet. quia ibi in illo text. dicitur quod in criminalibus ſententia lata contra vnum alij non præiudicat, ſtatim Bal. opponit ibi de. l. in cognitione. ff. ad Silla. & quod ibi nota. vbi habetur quòd ſi teſtator fuit occiſus à familia, & quidam tertius accuſauit occiſores: hęres autem neglexit quòd condemnatis occiſoribus videntur hæredes condemnati in condemnatio. hæreditatis, & ſic ſententia contra alios lata habet effectum bonorum confiſcandorum contra alium. vnde Bald. dicit ibi quòd dicta glo. in dicta. l. in cognitione. quam ſequitur ibi Dyn. quod ordo & pœna ita erat ordinata expreſſe in l. vnde non eſt recedendum à l. aliàs ſecus. ſed dicit Bald. in d. l. iuris. quod Iaco. but. dicebat, & bene quòd ibi hæres ſcienter ptus fuit citatus, aliàs ſi ipſo ignorante hoc factum fuiſſet, ſententia bonorum confiſcandorum non poſſet mitti executioni contra ipſum. Iaco. de aret. dicebat quòd imò oportet nouam ſententiam confiſcationis bonorum ferri. & idem Cyn. Sed vide ibi omnino Bald. multum ſubtiliter loquentem & ponentem ſuam opinio. in d. l. iuris. & multùm mihi placet ſententia Bald. ibi Adde Moder. in l. ſepe. ff. de re iudi. Et in hac materia vide quod voluit Salic. in l. j. in prin. C. de his quibus vt indignis. qui ponit intellectum dictæ legis in cognitione, & pulchrè per Sali. in d. l. j. C. vbi cauſæ fiſ.

23 *Accuſatio contra homicidam quæ durat uiginti annis quanto tempore durat quantùm ad effectum confiſcationis bonorum.*

23 **Ange.** †Quæro licèt accuſatio cõtra homicidam duret viginti annis de iure: vt. l. quærelam. C. de fal. quanto autem tempore durat quantum ad effectũ confiſcationis bonorũ, dic quòd durat quinquennio tantùm: vt eſt caſus in d. l. in cognitione. quod dicit Ang. ibi fore mirabile quod intelligę, ſecundum annum ante accuſationem finitam contra homicidam: ſed poſt eam finitam poteſt fiſcus agere contra hæredem ciuili actione petitio. hæredi. vt l. j. C. de his quib. vt indig. & durat per decem annos: vt l. Caius. ff. ad Silla.

a **Auguſti.** Tu autem in hac materia, addde quæ dixit Bald.[a] in l. iij. C. quibus res iudic. non nocet, quia dixit quòd cauſa confiſcationis bonorum debet exequi intra quinquennium, hoc verum inter hæredes extraneos: ſed ſi hæredes eſſent de numero eorũ qui occidendo tenerentur lege Pompeia de parricidijs: tunc intra. xx. annos durat effectus cõfiſcandorum bonorum: quia ſeuerius agitur cum hæredibus ſanguinis quam cũ aliis in iſta negligẽtia puniẽda. & dicit quòd de hoc eſt caſus notabilis in d. l. in cognitione. de qua materia ibi vide gl. Bar. Bal. & Modernos.

ADNOTATIO. a ¶Bald. in l. iij. Adde hoc dictum Bald. refert & ſequitur Franc. de a re. in conſi. lx. Ber.

24 *Bona ſi intelliguntur confiſcata ipſo iure propter aliquod enorme delictum, uel per formam iuris uel ſtatutorum, an fructus omnes intelliguntur confiſcati à tempore commiſſi delicti citra: & quid ſi cõfiſcatio debeat fieri per ſententiam iudicis.*

24 **Ange.** †Et bene aduertas quòd ſi bona intelligũtur confiſcata ipſo iure propter aliquod enorme delictum, vel per formam iuris ſtatutorum: tunc intelliguntur etiam confiſcati omnes fructus à tempore commiſſi delicti citra. Secus autem ſi dicta confiſcatio debet fieri per ſententiã iudicis: quia tunc non veniunt fructus niſi à tempore latè ſententiæ. ita dicit gl. ſingularis in authen. de inceſtis nup. in princip.

Auguſti. Tu adde quòd illam gloſ. in authen. de inceſtis nupt. approbant Iaco. de bel. Bartol. & Angel. ibi. & Petr. de ancha. c. fœlicis. extrà de pe. in. ix. colum. libr. vj. Item adde quòd poteſt eſſe quòd fiſcus iure confiſcationis habebit bona alicuius, & non ipſo iure. & tamẽ habebit fructus etiam ante ſententiam. vt eſt text. gloſ. Barto. Bald. & Salic. declarat ibi in l. j. C. de his quibus vt indignis. & declarat Bart. in l. eũ qui. ff. de his quibus vt indignis. nam ſi quis non vendicat mortem defuncti ipſo iure, fiſcus habet bona, & tamen lata ſentẽtia fiſcus habebit illa bona cum omnibus fructibus à die negligentiæ citra: ſecus in vſuris: ita volunt docto. per illum text. in d. l. j.

25 *Condemnatus eſt aliquis in mutilatione membri: uel bannitus & eius bona ſunt publicata, an intelligatur tantum de bonis præſentibus, an etiam de futuris.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 Ange. †Quæro aliquis est condemnatus in mẽbri mutilatione vel bănitus & eius bona sunt publicata: an intelligitur tantũmodo de præsentibus, vel
a etiam de futuris.[a] dic vt ſ.dixi: quia est gl. singularis in l. nam ad ea. & ibi Bart. Ang. & Imo. ff. de cõdi. & demon. & no. Bar. in l. j. in fi. ff. de bo. dam. Et sic si aliquid in futurum acquirit, nõ intelligitur confiscatũ. imò pro se acquirit: vt. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. man. de hoc tamen vide Bar. in. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infec. & ibi Ange. & Imo. vide omnino. l. ij. C. de bon. præscrip. & quod ibi not. gl. & docto.

ADNOTATIO. a gFuturis. Adde do. Alex. in cõsil. lxxxviij. in. iij. vol. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quę di
xi. ſ. in hac eadem gl. in addi. in illa quæstione quæ incipit. Et nota quòd facta dicta publicatione & vide Bald. in. l. fi. C. quæ res pig. oblig. pos. & Bar. in. l. certa forma. C. de iure fisci. & Iaco. but. in. d. l. is cuius. vide Modernos post Bar. in. l. si victum. ff. de re iudi. & no. in. l. j. C. de hæred. institu.

26 *Sententia dicens: & eius bona publicamus, in quo differat quò ad effectum à dicente & eius bona sunt publicanda.*

26 Ange. †Etiam diligenter aduertas ad verba sententiæ: nã si dixit & eius bona publicamus, statim dicta sentẽtia habet & trahit secum executionẽ, & in fiscum transfert ipso iure dominiũ: vt not. in. l. duobus. §. idem scribit. ff. pro socio. secus autem si iudex in sua sententia dixerit, & eius bona sunt publicanda: quoniam talis sententia nõ trahit secũ executionem: sed aliam publicationis sententiam expectat. vt. l. j. C. si aduer. libe. & illa sunt verba Bal. ibi in prin. vnde tu iudex semper in sentẽtia dicas, & eius bona publicamus. nõ autem dicas declaramus eius bona publicanda &c. vt patet ex prædictis.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde. quę di
xi. ſ. in gl. quæ incipit, & caput à spatulis amputetur in illa. q. quæ incipit, quæro si statuto cauetur quòd vltimo mense: & latè dixi post omnes Moder. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. vbi feci mentionẽ de doctrina Bar. in. d. l. j. C. si aduersus libe. dic vt ibi.

27 *Damnato filio fumi. & publicatis eius bonis, an intelligatur publicatum eius peculium: & si bona patris sunt publicata, an erunt publicata peculia profectitia filiorum: & an damnato patre crimine læsæ maiestatis intelligatur publicatum beneficium ecclesiasticum filij: uel eius præbenda.*

27 Ange. †Quid si filiusfa. dănatur, & eius bona publicantur: an intelligatur eius peculium publicatum. gl. in. l. j. ff. de bo. dam. dicit quòd etiam peculium castrense nõ intelligitur publicatum, de quo in. l. iij. §. sed vtrum circa. fi. ff. de mino. & not. plenè Bar. Ang. & Imo. in. d. §. si de vectigalibus. vbi no. Bar. hic per. l. iij. C. de bo
no. dam. quòd publicatis bonis filij: intelligitur publicatũ peculium aduentitium: etiam quò ad proprietatem quæ
b erat ipsius[b] filij. Et econtra si bona patris sunt publicata, an intelliguntur publicata peculia profectitia filiorum: & ibi determinat quod non per tex. in. d. §. sed vtrum intantùm quòd si pater in crimine læsæ maiestatis esset condẽnatus nõ intelligitur publicatum beneficium ecclesiasticum filij: vel sua præbenda: imò filio reseruandum est: vt not. gl. in clemen. Pastoralis. de re iudic. & Imol. in. l. cùm filius. ff. de verbo. obliga.

b ¶ Erat ipsius. Adde tu & vide Panor. in consi. lxvj. in. j. volu. vbi tenuit quòd etiam si inter patrem & filium processit cõpromissum. & fuerit laudatum quòd de bonis in quibus pater habebat vsumfructum filius possit libere disponere, quòd tamẽ si bona publicentur talis diuisio non præiudicat. & vide Moder. in. d. §. si de vectigalibus. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd
ista est maxima altercatio inter docto. & iste bonus docto. ita succinctè loquitur. Et addatis quòd Pau. de cast in. d. §. si de vectigalibus. tenet opi. Bar. vt nõ cẽseatur publicatum peculium profectitium. Ro. verò in d. §. si de vectigalibus. tenet contrarium quòd imò peculium castrense censeatur esse publicatum. allegat Angel. hoc voluisse. in. l. si filijs. ff. de dam. infect. & allegat Spec. in titu. de feud. §. quoniam. versicu. iiij. Sed non reperitur quòd Specu. hoc dixerit & multas rationes adducit Ro. pro opi. Ange. Imo. in. d. l. si filius. tenet opi. Bart. sed Bar. in. l. j. ff. de bo. dam. in glos. magna approbat illam glo. ibi, & dicit Azo. in summa. ita tenere vt non censeatur peculium castrense publicatum. & concordat Ioan. and. in addi. Specu. in titu. de accusa. in tertia parte in fi. in addi. incipien. vt intra certum tempus: & prope mediũ illius addi. idem Guil. de cug. in. d. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. & Bald. in. l. si filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & Cyn. Pe. & Bal. Ange. & Sali. in. l. iij. C. de bo. dam. istud affirmant: licèt referant Iac. de are. contrarium tenuisse. Idem in peculio aduentitio dicunt do. Et cum opi. Bart. transit Imol. in. l. cum filius. ff. de verbo. oblig. & vide quæ dixerunt Ange. & Imo. multum eleganter in. d. l. si filius. ff. de dam. infec. quòd si filius haberet peculium profectitium cum expressa potestate donandi, & dissipandi, & dispensandi tale peculium, non potest publicari: & sensit Barto. in. d. §. si de vectigalibus. & Barto. in. l. j. ff. de bon. dam. & Bal. in. l. executorem. in. xij. col. C. de execu. rei iudica. & Guil. de cu. in. d. l. iij. §. sed vtrum. & Sali. in l. si filius. C. de bon. dam. & licèt Moder. in §. si de vectigalibus. multum prolixè: multa transcripserint. ibi in isto passu quæ breuius poterant dici. Tamen vltra ipsos allego do. Nellum latè tetigisse istam difficultatem in suo tractatu bannitorum. in secundo tempore post bannum perfectũ in. xxv. q. vbi do. Nellus ibi transit cum opi. Bart. in d. §. si de vectigalibus. in peculio profectitio, & aduentitio, & in peculio castrensi expresse determinat contrarium, & multũ eleganter, subtiliter, & clarè loquitur ibi, & sequitur expresse opi. Ang. in. d. l. si filius. & dicit opi. Ange. esse veriorem. Adde Alberic. de Rosa. in tertia parte statutorũ. q. xij. ibi expresse tenet contrarium quòd peculium castrense non veniat in publicationem bonorum. idem dixit in. d. l. si filius. & vide Sali. in. l. j. C. de bo. liber. & ibi vi de Alberi. in d. xvij. q. qui ponit quid econtra si bona patris sunt publicata non censeatur etiam publicatum profectitium peculium filij. de hoc vide do. Nellum in dicto tracta. in secunda parte vbi. ſ. in. xxij. qõ. & Adde gloss. in hac materia in c. satis peruersum. lvj. dist. quæ dicit quòd propter delictum patris, filius non perdit beneficium ecclesiasticum. & ibi vide doct.

28 *Damnata matre & eius bonis publicatis: an filij debeant aliquid habere.*

28 Ange. †Quid si mater damnetur & eius bona publicentur: an filij debeant aliquid habere, dic quòd non: vt est tex. & ibi glos. & docto. in. l. de bonis matris. C. de bonis damna.

Augusti. Tu adde quòd omnes docto. indistinctè in locis. ſ. allegatis. approbant istã cõclusionem & vide Sali. ibi in d. l. de bonis remittentem se ad dicta in l. fi. C. eod.

29 *Damnata uxore & eius bonis publicatis: an intelligatur dos publicata.*

29 Ange. †An vxore damnata si eius bona publicẽtur intelligatur dos publicata: dic si hoc est dissoluto matrimonio: & sic in vidua, clarum est quòd publicantur: vt. l. si constante. in fin. & ibi doct. ff. solu. matri. aut constante matrimonio & nõ publicãtur nisi in quinque casibus: vt. l. quinq; legibus. ff. de bono. dam. si autem maritus debeat ex pacto vel statuto lucrari, partẽ dotis, agat postea contra fiscum & summatim probet matrimonium, dotem, & pactum, vel statutum producat, & consequetur à fisco partem lucri prędictæ dotis: ita dicit Bartol. in dicta. l. quinque legibus. per l. dos. §. à reo. ff. de iure fisci.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde do. Nel
lum in dicto tractatu banni. in secundo tempore post bannũ perfectũ in xxviij. q. qui dicit quòd ista est

ista est communis opinio quòd indistinctè solu. mat. dos publicatur. Si verò constante matrimonio est altercatio inter glo. & Dy. sed dicit quòd opin. Dy. est approbata à Iac. de are. & à Bart. in d. l. quinq; legibus. & ipse etiã ibi eam sequitur. & ibi in proxima sequen. q. ponit illam difficultatem: quãdo vxor bannita est propter adulteriũ possit maritus ad dotẽ cõueniri: vide per Albe. de rosa. in tertia parte statutorũ. q. iij. v. & vj. & ibi vide si est factũ pactũ de dote lucrãda. & Pe. de anch. in c. decreuit. de hæredi. lib. vj. An autem in præiudicium patris publicabitur dos talis filiæ: vide quæ dicunt docto. in d. §. si de vectigalibus. in l. si finita. ff. de dam. infec. per tex. in authẽ. qui cõtra. C. de incest. nup. qui dicunt q; nõ examino nũc: quia iste doctor non examinat hic istum passum.

30 *Bona damnatorum an reseruentur filijs: & episcopi debent applicare bona damnatorum cameræ apostolicæ, non autem sibi nec suæ curiæ.*

31 *Damnatus si tantùm perdat bona: an reseruentur filijs.*

32 *Bona contumacis etiam hodie omnino extantibus liberis annotantur: & per talem annotationem perduntur.*

33 *Damnato perdente tantùm statum, tunc iura antiqua remanent incorrecta.*

34 *Damnato perdente statum uel ciuitatem: uel libertatem, aut uitam, an bona reseruentur filijs.*

35 *Damnato perdente unam tantummodò partem bonorum, uel condemnato in aliqua pecunia: tunc iura uetera remanent incorrecta.*

36 *Statuto cauetur quòd bona homicidæ publicari debeant, reseruata parte filijs: an ex illa parte debent alere patrem: & si damnatur quis ex forma statuti ad mortem: an in consequentiam ueniunt bona, si non habeat descendentes neque transuersales uel applicantur aliis coniunctis usque ad decimum gradum.*

37 *Damnatus ad mortem extraordinem ex forma statutorum perdit factionem testamenti: tamen non habebit locum. authen. bona damnatorum: sed etiã omnes agnati usque ad decimum gradum succedunt ab intestato.*

38 *Damnatus secundùm formam iuris communis de crimine capitali, licet patiatur publicationem bonorum: secus tamen si quis est bannitus in persona ex forma statutorum pro crimine capitali.*

30 Ange. †Et quòd bona dănatorũ hodie reseruen
tur filijs secundùm authen. bona damnatorũ.
a Fallit in crimine[a] læsæ maiestatis: vt. l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. aduertas tamen ad id quod not. Bal. in d. authẽ. bona damnatorum, quòd episcopi hodie faciunt cõdemnationes, & sibi & suæ curiæ applicant cõdemnationes, & bona dănatorum, cùm debeant applicari cameræ apo
b stolicæ: & sic malè faciunt quòd not.[b] vt scias opponere cum occurrerit de facto. Pro plena declaratione an bona
c dănatorum publicentur:[c] vide glo. & Bart. in l. j. ff. de bodam. & Bal. in titu. de pace tenẽ. c. j. in princip. & Bald. in authen. bona damnato. C. de bo. dam. & ibi Ange. & Sali. & Angel. in authentic. vt nul. iudi. §. fi. Et conclude se
31 cundũ Bald. & Angel. † aut damnatus perdit bona tantùm aut statum & non bona: aut debet perdere statũ vel ciuitatem vel vitam: aut non perdit statum neq; bona: sed cõdemnatur ad aliquam partem pecuniæ vel bonorum. primo casu quando damnatus perdit tantùm bona: tunc indubitanter bona damnati filijs non reseruantur sed cõfiscantur: aliàs ex isto delicto nulla pœna applicaretur fisco: & per consequens non puniretur criminaliter: vt in
32 authen. de incep. nup. in princip. † Ex quo infertur quòd etiam hodie bona contumacis non extantibus liberis annotantur: quia per talem annotationem perduntur bona: aliàs non esset pœna ipsius contumaciæ & sic titulus de
33 requirendis reis non est correctus. † Secundò casu quando perdit statum & non bona tũc iura antiqua remanent incorrecta: vt. l. raptores. C. de episco. & cleri. & le. prima
34 ver. si quidem. C. de rap. vir. † Tertio casu quando quis debet perdere statum vel ciuitatem, vel libertatem, vel vitam: tunc habet locum distinctio. d. authen. bona damnatorum: vt bona reseruentur filijs: vt ibi. quòd etiam tenet ibi Angel. secundùm Iaco. butr. procedere quando pœna confiscationis venit in consequentiam pœnæ personalis: exemplum in deportato: vt leg. j. C. de bo. dam. & leg. deportatum. C. de pœn. Sed vbi bona olim confiscabantur expresse non in consequentiam vt cõtingit in relegatis qui ciuitatem non perdunt: & sic non moriuntur ciuiliter: nec naturaliter: tunc iura antiqua de publicatio
35 ne loquẽtia nullatenus sunt correcta. † Quarto casu quã do perdit tantummodo partem bonorum vel condemnatus est in aliqua quantitate, tunc iura vetera remanent in correcta. Et si quis damnatus est in mille: existentia liberorum non posset istam condemnationem impedire. ita
36 dicunt prædicti docto. † Quæro statuto cauetur quòd bona homicidæ debeant publicari reseruata parte filijs, an illi filij ex ea parte debeant alere patrem: dic quòd nõ. vt est text. not. in authentic. de pa. tenen. & eius vio. capi. primo. §. si habet. ita dicit Baldus in dicta authentic. bona damnatorum. & tene menti secundùm Iaco. butr. & Angel. in dicta authentic. bona damnat. quòd si ex forma statuti quis punitur ad mortem, non tamen in consequẽtiam veniunt bona, etiam si damnatus non habet de
d scendẽtes neq; transuersales:[d] imò illa bona applicantur aliis coniunctis vsq; ad decimum gradum. allegat rationem: quia omnis damnatus quantũcunq; de crimine publico ex forma statuti dicitur damnatus ex lege priuati iudicij, & damnatis tali. leg. non auferuntur bona nisi caueatur expresse quod not. dic vt ibi.

ADNOTATIO. a ¶ Fallit in crimine. Adde tu & vide Ce. in consilio xxvij. Ber.

b ¶ Quòd not. adde & vide Oldra. in consil. xvij. Ber.

c ¶ Publicentur Adde tu & vide Cep. in consilio xxij. & Ioan. de ana. in consil. lix. Ber.

d ¶ Transuersales. adde de hoc per Barto. in consil. clvij. Ber.

Augusti. Tu autẽ in hac materia, adde quæ dixit
Bal. in l. iij. C. si penden. app. mors interue. qui per glos. in leg. ij. C. qui testa. face. possit. dixit quòd quando quis damnatur ex crimine quòd non enumeratur inter publica crimina & bona non cõfiscantur. & idẽ dixit Bald. in titul. de pace constantiæ in verbo, criminalibus. vbi dixit quòd si fur dănatus est pro furto ad mortem, & sic pro crimine priuato eius bona non publicantur. Et ideo dixit Bald. in dicta leg. ij. C. qui testa. fa. poss. quòd si quis non de iure communi est damnatus ad mortem. Sed damnatus est ad mortem vigore statuti, tũc bona non publicantur: & isto casu habebit locũ authẽ. bona damnatorũ. Sed omnes agnati etiã vsq; ad. x. gradus succedẽt abintestato. & & hoc tenet Bal. in l. data opera. C. qui accusare. in xiij. col. & ipse Bal. hoc affirmat in l. iij. C. si pẽ. ap. mors interu. vbi dicit q; illi qui hodie damnantur extrà ordinẽ ex forma statuti ciuitatis non efficiantur serui pœnæ, & possunt relinquere hæredẽ ex testamẽto & abintestato & cessabit in eis disposition authenti. bona damnatorũ. & ita allegat Specul. hoc voluisse: & vide Bald. in leg. prima antepenult. colum. C. de hæredi. institu. qui
38 dicit quòd † licet istæ qui secundùm formam iuris communis est condemnatus de crimine capitali patiatur pœnam publicationis bonorum. Tamen secus est si quis pro crimine capitali est bannitus in persona ex forma statutorum dicentium, quòd accusatus vel inquisitus de aliquo crimine si fuerit cõtumax habeatur pro confesso, & ponatur in banno: nam postquã statutum nihil dicit de publicatione bonorum, nec nos debemus illud supplere: & hoc est de mente Cyn. & Sali. in dicta le. j. in fin. C. de hæredi. insti. & istud de bănito reassumpsit Bald. in c. j. in prin. de pace tenen. & Bal. in l. fi. C. si à nõ cõpe. iudi. in fi. & Bald. in l. gallus. §. & quid si tantùm. ff. de li. & posthu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in d.l.eius qui.& ibi Imo.& Petr.de ancha.in repeti.c. canonum statuta.extrà de constitu.in versic.quæro vlterius si aliquis.& per Bald.& Angel.in l.si quis filio.§. irritum.& §.eius.ff. de iniusto testa.& per Angel. latè in disputatione incipien.duo adinuicem vbi declarat quomodo in proposito debeat intelligi gloss.institu.quibus modius patriæ po.soluitur in §.relegati.dum gloss. dixit interdum bona bannitorum publicari de iure, vel de consuetudine.& per Imol.in l.qui à latronibus.ff. de testa.§.j. & per Io.an.in addi.Spe.in titu.de instru.edi.§.cõpendiosè in addi.incipien.per hanc.l. & ibi tenet quòd imò si quis est bannitus ex tali crimine ex quo de iure communi debuisset deportari, vel in metallum dãnari: vel alia pœna per quam de iure sequi debeat tacitè publicatio bonorũ: intelliguntur bona hoc casu tacitè cõfiscata & vide Modernos optimè distinguentes & cõcordantes opi. in d.l. ij.C.qui testa.fa.pos.& adde in ista materia dicta Alberi. de rosa.in tertia parte statutorũ. q.xvij. quæ.incip. Item quero,an hodie sint correcta.Nã iura loquentia de publicatione bonorum.per authen.bona damnatorũ.C.de bo. dam.& dicit Albe.quòd Cy.placet opi.alle. ibi not. licet non sit sine violentia literæ quæ est in authen. de incest. nu.& ideo refert ibi Alb.de rosa.verba Pet. qui dixit aut bona adimuntur tacitè per.l.eoipso.quòd quis est cõdemnatus.tunc olim veniebat fiscus hodie veniunt venientes abintestato secundùm formam dictæ authen. bona dam. Aut bona expresè per sententiam adimuntur,& tũc obtinet.d.authen.de incest.nupt. & hæc vera in cõfiscatione omnium bonorũ,& dicit quòd iura non sunt correcta quæ loquuntur de publicatione partis bonorum,& dicit Albde rosa.ibi quod illa opi.alle.est intelligenda in casibus in quibus olim bona publicantur.non autem intelligas quòd bona cuiuslibet delinquentis publicẽtur eo casu quo quis retinet ciuitatẽ,licet glo.aliter voluerit quòd est falsum secundũ Dy.nam dicta authẽ.bona damnatorum facta fuit non solũ vt corporales sed etiam pecuniarię pœnæ mitigarentur.vt dicit litera expresè in corpore,vnde sumitur. non ergo debet pœnarũ exacerbationẽ inducere argu.l.legata inutiliter.ff.de legatis.j.& ibi Albe.ponit multos casus vbi habet locum dicta authẽ. bona damnatorũ & ibi dicit etiam quomodo episcopi non habẽt ius cõfiscandi bona.& reddit rationẽ.vide do.Nellum in trac.bãni.in ij.tẽpo. post bannũ perfectũ in xlij.q. circa mediũ cui applicentur bona clerici quãdo bona laici propter delictũ cõfiscata essent in illa.qõ.an bona in alterius territorio sita censeãtur cõfiscata. & oibus istis vide Pet.de anch.in c.cũ secundũ.extrà de exhære.li.& ibi dicit q cõmuniter teneantur, etiã circa intelligentiam.d. authẽ.bona dam.& ibi ponit quid de bonis clericorũ. & ponit Alb.in tertia parte statutorũ.q.xvij. Pet.de ancha. in c.fœlicis.extrà de pœnis.in vj.Bal.in l.j.C.de priuilegio fisci dicit q episcopus nõ habet fiscũ. Et omnino vide do.Nellũ in trac. bãnito.in secũdo tẽpore post bannũ perfectũ in xj.q.qui notanter loquitur, & ibi ponit quid in bannitis.an bona ipsorum publicentur, & tenet opin. Bal.in d.l.gallus.§. & quid si tantũ.ff. de li. & posthu. & Bal.in c.j.de pa.te. & ita dicit fuisse consultum & obseruatum in magnis causis:& ibi ponit in quo corrigat iura antiqua.dicta authẽ.bona dãnat.& vide docto. & Ange. in d.authẽ.de incestis nupt.in ij.colũ. & latissimè omnes istos casus posuit Angel.in d.authen. bona damnato. & examina latè omnes supradictas conclusiones.& ibi vide etiam Sali.Iac.de bel.in authen.de ince.nu.& in authen. vt nulli iud.posuit ibi aliqua pulchra.ibi vide.

19 *Crimina quædam ita enormia sunt, quòd quãprimùm commissa sunt, statim administratio, & alienatio bonorum est ipsi delinquenti interdicta.*

19 Ange. †Et aduertas q sunt quædã crimina enormia quę quãprimũ sunt cõmissa statim administratio & alienatio bonorum delinquentis est interdicta:etiã ante inquisitionẽ & cõdemnationẽ de delicto factã.vnde si quid interim esset alienatũ etiam bona fide & titu.oneroso:reuocaretur. de quibus criminalibus habẽt per tex.glo.& Bart.in l.ex indiciorum.ff.de accu.Regulariter autem nũquam intelligitur.interdicta administratio bonorum bona fide:vt.d.l.ex iudiciorum. & ibi no.facit quòd plenè not.Barto.in l. post contractum.ff. de do. & quod no.Cy.in l.si quis post hac.C.de bonis proscrip.

Augusti. Tu aũt in hac materia, adde quæ dixit Petr. de ancha. in c.cũ secundũ, extrà de hære.li.vj.in prin.qui dixit in j.not. q regula est q nemo debet priuari ipso iure domínio rerũ suarũ:regulariter eñ propter delictũ ex quo bona veniũt publicãda delinquẽs nõ perdit ante sententiã,dñium,nec administrationẽ.vnde alienationes factæ ante & post delictũ & ante condẽnationẽ valẽt.Secus quãdo lex priuat statim & ipso iure ipsum delinquentẽ de ipso dñio, vt ibi in illis casibus: qa tũc alienationes postea factæ veniũt rescindẽdæ etiam si per mille manus res trãsisset: & fiscus etiam nõ restituto prætio vẽdicabit illas rẽs q est verũ secundũ Ioã.and.ibi nisi prętiũ solutũ,vel aliquid loco prætij esset in bonis de linquẽtis. Ita voluerũt ibi Io.and.& Pet.de anch.in l.imperator.§.fi.ff.de lega.ij. An autẽ ista militẽt in eo qui cogitauerat facere illa delicta,per quæ ipso iure bona confiscentur: & de materia ibi.vide doc.in locis allegatis per d.Ange.hic & omnino quæ dicta sunt in gloss. [Che hai tradito la tua patria.]in versi.& bene scias quod quando.

40 *Confiscatis bonis usuarij, usufructuarij, feudatarij, emphyteotæ, superficiarij, liuellarij: precarij: uel alterius qui habet ius in re: an in publicatione ueniant dicta iura.*

41 *Publicatis bonis domini: an ueniat proprietas rei feudalis.*

40 Ange. †Quid si usuarij, usufructuarij, feudatarij, emphyteotæ, vel superficiarij, vel illius qui habet ad liuellũ,precariũ,vel alterius qui habet ius in re: bona publicentur.dic quòd etiam in publicatione veniẽt dicta iura quæ habẽt in dictis rebus & sic fiscus succedit in dicto iure: vt.l.si finita.§. si de vectigalibus.ff. de dam. infec.& ibi plenè per Bar.Ange.Rapha.& Imo.

Augusti. Tu autẽ in hac materia,adde do. Nellũ in tract.bãnito. in secundo tempore in xxvj.q.qui loquitur in vsufructuario,& in q.xxiij. ponit de vasallo.& vide Ange.in l.eorũ.ff.ad leg.iul.maiest. & de materia per Pet.de anch.in c.decreuit.extrà de hæreti. li.vj.qui approbat dicta Bar.in d.§. si de vectigalibus. & Alber.de rosa.in tertia parte statutorum.quæstio. xvj. & xvij.& de vasallo.materiã,vide in c.fœlicis.extrà de pœ. in vj.per omnes maximè per Pet.de ancha.per Imo.in c. j.extrà de feu.& Bal.in c.j.an ille qui interfe.fratrem dñi sui.& Bal.in l.j.ff.de rerũ diuisione in iij.q.& tene menti quòd Ro.in d.§.si de vectigalibus.dicit quòd magis cõmunis opinio est vt cõfiscatis bonis feudũ nõ dicat confiscatũ,vt voluit Bar.ibi & Oldr.in cõsi.xvij. & Bal. in l. j.C.de bonis li.& in c.imperialẽ.de prohi.feu. ali. limitat tñ Ro.nisi feu.etiã ad personã extraneã posset trãsire, & sequitur ibi Imol.in materia emphytheosis.& vide Petr. de anch.in c.postulasti.extrà de foro cõpe.& vide Ange. & Imol.in l.eorũ.ff.de dam.infec. Andr.de iser.in c.j.§.si quis hominẽ.de pa.tenẽ.& in c.j.§.prętera.quę sit prima causa bene.amit.in c.j. si vasallus feudo priuetur aliquid per Pau.de ca.in l.insulã.ff.sol.ma.Pau.de ca.in cõsi.luo. cxlij.qui ponit de feudo an veniat in publica. bonorũ & in cõsi.cxlvj.qui ponit an laicus delinquẽdo perdat feudũ datũ ab ecclesia† Tene tñ singulariter secundũ Ro.in d.§.si de vectigalibus.q in publicatione bonorũ dñi, nõ venit ipsa proprietas rei feudalis.Sed cõsolidatur cũ vtili dñio vasalli, duo bona iura ibi allegat. ibi vide. Adde tex.bonũ ibi Bal.in c.j.in prin. hic finitur & vide Angel. in d.authẽ. bona dãnato. qui ponit an vsusfructus veniat in publicatiõe bonorum publicatis bonis vsufructuarij, & quid si sunt publicata bona proprietarij.

41 *SVMMARIVM.*

1 *Appellatio in criminalibus uiua uoce, & in scriptis fieri potest & interponi, non solùm per se, sed etiam per procuratorem.*

a *Appellatio in criminalibus interponi potest per quemcunq; de populo, etiam si festinans mori nollet interponi, & defertur executio.*

3 *Appellationem in criminalibus, an clericus interponere possit.*

4 *Appellatio in criminalibus, an possit fieri nomine damnati & nomine appellantis & simpliciter non exprimendo cuius nomine appellatur.*

5 *Appellatione in criminalibus per reum interposita casu quo tertius appellat, an prosequi possit iste tertius.*

6 *Appellans tertius, an possit nõ solùm appellare, sed etiam causam appellationis sine alio mandato prosequi.*

Præsente dicto Caio & appellante, qui dominus potestas,& dictus iudex maleficiorum, & quilibet eorum visis & intellectis prædictis & visa forma iuris & statutorum Bononiæ. Appellationẽ dicti Caij non admiserunt imò vt fruolam & contra, vel præter formam iuris & statutorum Bononiæ non detulerunt,quinimò non obstan.dicta appellatione mãdauit A.militi suo quòd dictam executionem realem faciat:prout habuit in commissione & mandato.Qui A.miles dicta die de dicta executione corpora
1 li fidem fecit per publicum instrumentum &c. † Quæ
a appellatio & in scriptis[a] & viua voce potest fieri vt in ciuili: vt l.litigatoribus.C.de appel.& intra decem dies sicut in ciuili.auth.hodie.C.de app.& c.Ro.§.si verò vocatus.de app.in vj.& sentit Bart.Angel.Raph.& Imo.in l. non tantùm.ff. de app.& in libello appellatorio seruanda. sunt nota.per tex.glos.Bart.Ange.& Imol.in l.j.§.fi.ff.de app.& non tantum ipse per se,sed etiam per procuratorẽ potest appellare in quocunq; crimine,etiam vltra relegationem, maximè quando sententia non potest eludi: vt
b quia est in carceribus[b]: vt l.j.ff.an per aliq.causæ app. Et
2 †etiam potest appellatio interponi per quemcunq; de populo,etiam non coniunctum:quoniã homo homini propter humanitatem tenetur: vt l.non tantùm.ff.de app.& l.addictos.C.eo.tit.& ibi doct.& Bal.in l.addictos.C.de episco.audien. Intantùm quòd etiam si festinans mori nõ
3 vellet appellationem interponi, potest interponi & susedetur in executione:vt d.l.nõ tantùm.†Et bene aduertas,an etiam clericus isto casu possit appellare pro cõdemnato.Spec.in titu.de aduoca.§.j.vers.in causa autem criminali.dicit,quòd tutius est,quòd clericus a tali causa abstineat.facit quod habetur in c.sententiam.extrà ne clerí.vel monach.& ita etiam tenet Ang.in d.l.non tantùm. sed ibi Imol.dicit, quòd cum appellatio tendat ad defensionem,ecclesia etiam pro defensione talium posset se intromittere.xxxiij.q.iij.c.reos.Et sic videtur quòd etiã clericus isto casu possit appellare & reũ defendere.pro quo
4 etiam facit d.l.non tantùm.quæ dicit causam prouocantem audiri.† Et tene menti, quòd dicta appellatio potest
c fieri nomine damnati,& nomine ipsius appellantis & simpliciter nec exprimere[c] cuius nomine appellat:quia tunc intelligitur appellare omni meliori modo quo potest nec iudex debet eum arctare ad exprimendum quo nomine appellet.facit quod not.Innocen.in simili in c.cùm olim. extrà de testib.ita dicit Bar.& Imol.in d.l.non tantũ.Sed
5 an†isto casu quo tertius pro condemnato appellat possit appellationem per reum interpositam prosequi.Bal.in di
d cta l.addictos.de episc.aud.dicit quòd non[d] nisi postea habeat mandatum, ne aliàs per factum suum præiudicet reo.allegat not.per Inno.in c.veniens.de accu.Sed Imol.
* in d.l.non tantũ.nõ tenet hoc:quia est contra d.l.non tantùm.quia etiam inuito reo potest appellari.nec obst. ratio Inn.quia factum appellantis non habentis mandatũ, non nocet damnato sed probationes sine quibus de delicto damnari non potest:vt l.absentem.ff.de pœn.

ADNOTAIO.a ¶In scriptis.adde an si iudex dicat notario q non scribat appellationem,an elapsis.x.diebus iudex possit appellantem reponere in eo statu in quo erat, vel remaneat interminis iuris communis.vide.d.Cardi.in consil.lxxij.in. viij.du.& appellatio tunc dicitur rationabiliter interposita cum intra decendium à die scientiæ latæ sententiæ sit interposita: vt.ff. quando ap.sit.l. j.§.si aduersus.item cum scit appellas sententiam contra se vel in suum præiudicium latam:vt est casus in c.concertationi.extra de ap.& ita dicit ro.in consi.ccxliij.& an dies interpositæ appellationis sit inserendus.dicit Cal.in consi.xij.de ap.q tunc appellatio dicitur manifestè friuola:& dicit Old.in consi.cccxiiij.q in ap.est inserendum nomẽ iudicis ad quem possit appellari quia forte appellans appellabit adinferiorem.Ber.

b ¶In carceribus.Adde vt per Cal.in consi.iij.in titu.de ap.& appellatio posit condemnatis per quencunque interponi vide Ce.in consil.xiiij.& si quis appellat primo viua voce: & postea in scriptis quam appellationem prosequi debeat.vide Ro.in cõsi.xlj.& Pau. de ca.in consi.xxv.in primo impressis.

c ¶Nec exprimere.Adde tu & vide Cep.in consi.lxiiij.supra allega. & adde q cuius nomine appellatur,debet intra .x.dies ratificare. ita.d.Alex.in consi.cj.in.ij.vol.Ber.

d ¶Quòd non.adde Cap.in consi.lxxiij.

* ¶Etiam ciuiliter. Adde in terminis Franci.de are.in cõsi.lxxxix.

Augusti. Tut autem in hac materia, adde quia iste doct.multum tractatat hic materiam. d.l.non tantùm.ff.de ap.primò vide Spec.in ti.de ap.§.j. versic.& præmissa qui ponit quomodo in criminalibus alius potest ap.interponere.& ibi bonas gl.alegat de iu canonico.& inquantũ do.Ang.hic quærit de clerico : an in casu.d.l.non tantùm.possit appellationem interponere multa allegãdo maximè Spe.& attribuitur q Ang. in l.non tantũ.ff.de ap.allegauerit Spe.in hac materia addatis q miror quod isti do. Illustres nõ allegent glo.in terminis.in.l.addictos.C.de epi.au.vbi glo.ibi hoc in terminis decidit,quã gl.nemo reprobat ibi:ibi doctores sequũtur illã gl.q imò isto casu cũ appellatio veniat ad defensam clericus potest interponere appellationem.& ibi vide Alb.qui multa ad propositum illius glo.in iure canonico.allegat.Et inquantũ.d. Ang.hic dicit q licet qs possit appellare nomine rei dãnati,& nomine illius qui ap. tamen iudex debet arctare appellãtem vt exprimat quo nomine appellat.Addatis q dubito de ista cõclusiõe:qa maxima est differentia.an qs appellet nomine rei,an nomine extranei appellantis:vt pulchrè declarat Ang. in l. ij.§.fi.ff.quãdo ap.sit propter tempora quæ dãtur ad appellãdum: nã si rõne pietatis in casu.l.nõ tantũ.ff.de ap. quis appellat.tunc propter causam alienã quis appellat: & ideo diuersa tẽpora habet ad appellandũ quã si ppter causam propriam appellaret:qa esset cõiunctus, vel nomine alieno appellaret:quia aliud tẽpus habet ad appellandũ. Et ideo cũ maxima sequaf vtilitas ex hoc iudex isto casu poterit arctare partes ad ostendendũ quo nomine cãm ille appellauit,per ea quæ ibi notãtur.†Et inquã
6 tum do.Ang.hic quærit an ille tertius qui appellauit possit nedũ appellare sed etiam cãm appellationis sine alio mandato prosequi.Addatis q Bal.in l.furti.in fi.princ.ff. de his qui not.infa.in vlti.q.dicit ista verba q licet in causa capitali appellatio possit interponi per alium per d.l. non tãtum.tamen persecutio debet fieri personaliter per ipsum reũ,& mouet per l.j.ff.an per alium causa ap.& vide Bal.in.l.ij.§.j.in.iij.col.ff.si ex nox.causa aga.quasi dicat q vbi non vertitur pecuniarium interesse sed pœna sit personalis:non solum admittitur persona sed quælibet coniuncta persona ad reuocandum confessionem & ad probandum contrarium & appellandum si est opus per l.ij.&.iij.ff.de libe.cau,& allegat dictã.l.non tantum. ff.de ap.Et si tu rectè consideras dicta Bal.ibi Bal.sentit q nedum ad appellandum,sed etiam ad quemlibet aliũ actum in fauorem ipsius condemnandi vel condemnati aliena persona admittatur.Et istam partem credo veram: quia istæ executiones sunt irretractabiles per d.l.non tãtùm.licet gloss.in d.l.addictos.dum tractat illam materiã:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrum clericus in casu. l.non tantum.possit interponere appellationem,ibi videatur velle q̃ solum iste tertius possit appellare,non autem prosequi appellationem.dum gl. dicit q̃ ex eo nō est causa sanguinis:quia appellationē nō prosequitur:& intellige prædicta quando quis in criminalibus potest appellare:quia vt j.videbitis in hac glosſ. multi sunt casus in quibus appellatio non deuoluit in criminalibus, & tene menti q̃ licet iste tertius possit appellare inuito reo:si tamē iste reus sponte cōfiteretur in appellatione & perseueraret in confessione non debet differri executio.ita voluit Ange.in l.ij.C.quorū ap.nō recidum glo.ibi alleg.d.l.non tantum.quæ cōclusio an sit vera vel falsa,dependet ab illa conclusione an confessus tātum possit appellare,etiam dicam.j.in hac eadem glosſ.in verbo.quæro quis damnatus audiatur appellans.

7 *Appellare potest quis pro alio condemnato non solum ad mortem sed & ad membri abscisionem quæ morti æquiparatur.*

8 *Appellare potest quis pro alio etiam ad mortem ciuilem condemnato:& potest quilibet soluere inuito reo,ne deportetur uel abscindatur membrum: etiam si fuerit protestatus ne pro eo soluatur:imo si reus sit dives, & tamē neque ipse,nec alius pro eo uult soluere:potest iudex facere executionem in bonis rei.*

9 *Soluere potest quis pro condemnato conditionaliter si non soluerit quòd deportetur: eo etiam inuito & c,ut supra,in uersicu.immediatè præcedenti.*

7 **Ange.** †Et no.q̃ lex non tantū habet locum siue sit cōdemnatus ad mortem, siue ad membri abscisionem,quæ mēbri abscisio mortis æquiparatur: quia saltē illud membrū moritur.& not.in l.ij.C.de offic. eius qui vi.al.ge.facit in auth.de colla.§.adhuc prohibemus.& in auth.de quæstio.§.super hoc.ita dicit Ange.in
8 d.l.non tantùm.†Et etiam habet locum si quis damnatus fuerit ad mortem ciuilem,per ea quæ not.Bar.in simili in l.stichus.ff.de pec.le.vbi damnatus conditionaliter si in mensem non soluerit centum quod deportetur q̃ potest quilibet pro illo inuito soluere,ne incidat in mortem ciuilem vel membri abscisionem,in tantum quod etiam si à prin.protestatus fuerit,ne pro eo soluatur potest solui:vt not.Bal.in l.fi.C.de nego.ge.Plus dico quod Bar.consuluit q̃ si ipse non vult soluere nec aliquis pro eo offerat: si tamen sit dives & soluere possit,quòd tunc iudex potest facere executionem in bonis,& non expectare quòd ipse incidat in illas pœnas mortis etiam ciuilis.allegat.ff. pro socio.l.cum duobus.§.idem respondit.

Augusti. Tu autē in hac materia adde q̃ dicta lex non tantum.in versi.velit. habeat locum in membri abscisionē,videtur esse de mente Bald. in l.ij.§.j.in iij.col.ff.si ex noxa.causa agatur. dum dicit q̃ dicta.l.non tantum.habet locum si pœna est personalis. idem dixit Bal.in.l.furti.in fi.prin.ff.de his qui not.infa. qui dicit habet locum.d.l.nō tantum.in causa capitali & causa capitalis potest esse etiam si infamia tantum irroga
9 tur.l.licet.ff.de verbo.signifi.vbi est casus.†Et inquātum do.Ange.hic tangit.illam difficultatem quando quis est condemnatus sub conditione si nō soluerit quod deportetur & quod alter potest pro illo inuito soluere etiam facta protestatione ne pro eo soluatur.& allegat Bart. in d. l.stichus.& Bal.in.l.fi.ff.de nego.gest. imò iudex potest facere executionem in bonis ipso inuito.si ille erat dives. per l.cum duobus.§.fi.ff.pro socio.& ibi Bart. addatis ea quæ dixi.ś.in glosſ.quas si non soluerit intra dies in vlti. q.in addi.meis.& in versi.quæro si aliquis fuerit damnatus in centum quæ si non soluerit.

10 *Appellationi in causa ciuili,siue ante sententiam, siue post licet renunciari possit in criminali:tamen quando tractatur de more ciuili uel naturali aut abscisione membri non potest condemnandus uel condemnatus, neque appellationi suæ neque per alium interponende renunciare: & sic in criminali potest à qualibet sententia appellari & an ab excommunicatione appellari possit.*

11 *Appellationi in criminali an renunciari possit ubi delictum est notorium & quando reus ita conuictus esset quòd delictum negare non possit.*

12 *Appellari an possit de iure canonico à sententia excommunicationis.*

10 **Ange.** †Et tene menti quòd licet in causa ciuili: siue ante sententiam, siue post possit appellationi renunciari:vt l.fi.§.fin.C.de tempo.ap.facit.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pac.tamen in criminali quā do tractatur de morte ciuili vel naturali vel membri mutulatione non potest per condemnatum vel condemnandum neque appellationi suæ neque per quemlibet alium
a interponendæ renunciarī:vt est casus in d.l.non tantum & not Bal.in d.l.fin.§.fin.Et sic à qualibet sententia criminali potest appellari,de quo infra sed non potest appella
b ri à sententia excommunicationis vt c.postoralis.de appel.licet glosſ.dicat contrarium in l.fi.& ibi.vide Bart.& doc.C.si à non compe.iu.

ADNOTATIO. a ¶Renunciari. Adde tu an valeat statutum q̃ in criminalibus non appelletur.& vide Ce.in cōsi.lxiiij. sup ra allegato.Ber.

b ¶Excommunicationis. Adde tu & vide Car. Alexan.in c.peruenit. & in c.præterea.de ap.& d.de Ro.deci.cccl.j. de appel.

Augusti. Tu autem in hac materia adde quòd Albe.de rosa.in tertia parte statutorum. q.xliij.in illa.q.an valeat statutum quòd in criminalibus non possit appellari. Allegat.Dyn.tenuisse quòd in criminalibus per pactum quis potest renunciare appellationi,& idem videtur velle Bar.in l.qui vltimò.ff.de pœnis. licet Rap.ful.reprehendat ibi in.l.addictos.C.de app.& Bal.etiā ex presse teneat quòd non potest renunciare appellationi in l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio proconsul.& leg.in xij.q.per d.l.nontantum.Sed aduerte si quis vellet tenere contrarium potest respondere ad.l.non tantum.quia ibi non constabat expresse de expressa renunciatione facta per pactum per ea quæ no.in l.j.C.de pac. cum si.Et ad hoc vide omnino dicta Angel. in l.tale pactū.§.qui ꝓuocauit.ff.de pact.in repe.in xij & xiij.col.dū allegat dictam l.non tantum. limita tamen prædicta q̃ inquantum esset vera conclusio, quòd non possit in criminalibus appellationi renuntiare per d.l.non tantum,
11 †Tamen.d.l.non.tantum.non limitat vbi delictum esset notorium:quia tunc teneret renuntiatio in casu.d.l. non tantum,hoc voluit Bal.in l.raptores.C.de epi.& cle. Idē voluit Ang.in d.l.pactum.inter hæredem. dum allegat. d.l.non tantum.in illa.q.an in capitali causareus possit renunciare suis defensionibus:quia renunciare ap. est renunciare dilationi datę à lege ad appellandum vt declarat Bal.in l.addictos.C.de de epis.& cle.& quod.d.l.non tantum.non habeat locum etiam in notoriis in isto casu. voluit hoc do.Ab.in l.ij.extra de re iud. Ita quando esset ita conuictus reus q̃ delictum negare non posset,non video quare non teneret talis renunciatio vel reus esset cō fessus & conuictus:quia vt dicam.j.in hac gl. multi sunt casus in quibus de iure appellatio in criminalibus nō de uoluit,adeò quod reus appellare non potest. & videbitis in quæstionibus in hac eadem gl.& adducas hic omnia ea quæ dixi.ś.in glosſ.qui iudex statuit terminum ad eorum desensionem faciendam in vlt.q.in addi.meis. vbi latè fuit tractatū an reus possit renuntiare termino trium dierum qui datur communiter post ratificationem factā per reos.Sed non potest appellari à sententia excōicationis vt c.pastoralis.extra de ap. licet gl.dicat cōtrariū in l.
12 fi.C.si à non cōpe.iudi.†Adde q̃ idē dicit gl.in l.qui vltimò.ff.de pœnis.& dic q̃ de iure cañ.à snia excōicationis nō appellatur nisi in duobus casibus scilicet cum lata est post appellationē legitimā:vel cū cōtinet intolerabilē error,puta quia excōico te quia credis in deū. vel quia facis eleemosynā vt no.per gl.in summa.de sentē.excō. §.fi.& habet in c.per tuas.extra de sen.excō. & vide latè per Hstiē.& in Spe.in tj.de sen.excō.& per Spe.in tit. de ap.§.j.ver.xvij.q multas remissiones in hac materia allegat de iure canonico.cōtra videt notari,in c.j.de his q̃ vi metus ve causa fiunt lib.vj.vide.xj.q.in c.nemo cōdēnat.

& per Archi.in c.cū medicinalis.& ibi per docto. extra de senten.excō.in vj.& vide Albe.de rosa.latè ponētem omnia ista in d.l.fi.C.si à non compe.iu.

13 *Appellari potest per procuratorem idoneum à sententia corporali à relegatione infra lata contra absentem à relegatione uerò supra non,& an isto casu possit quilibet de populo pro suo interesse appellare.*

14 *Procuratorem non posse secundū iura interuenire in causa criminali an sit uerum in causa appellationis.*

13 **Ange.** †Sinautem absens esset & in contumaciā ferreretur sententia corporalis,tunc à relegatione infra potest appellari per procu.idoneū. vt d.l.j.an per alium causæ ap.Sed à relegatione supra nō potest vt ibi:sed an isto casu quando absens est dānatus possit qui libet de populo pro suo interesse propter humanitatē & cōmunionē quā habet cum dicto condēnato appellare: videtur q̃nō quia cessat ratio.l.non tātum.quia ibi fiebat executio:vnde ad eā impediendā quilibet admittitur. facit.l.in prouincia.§.fi.cum.l.seq.ff.de oper.no nun. vnde cū hic non fiat executio videtur quod tali ratione cessante non admittatur ad appellandū cōtrarium. tamen verū est quia negari nō potest q̃ talis sentētia ex forma statuti nō afficiat condēnatum:igitur quia perdit ciuitatem & si vnquam in fortiam cōmunis redire fieret executio corporalis:igitur cuiuslibet de populo interest quod talis sententia si est iniqua condemnatum non afficiat & retractetur:ideo potest appellare.& hoc sentit Ang.in d.l. nō tantum.cogita.

a **Augusti.** Tu autem[a] in hac materia, adde q̃ dubito de ista conclusione quādo sententia fertur contra absentē,& sic cōtimacē verè vel fictè quia statuta sunt per Italiam q̃ ille nō.comparens habeat pro confesso. Quinimo statuta dicunt q̃ habeatur pro confecto & confesso quòd est fortius:tunc quomodo isti tales possunt appellare non video quomodo & maximè quia verus contumax possit appellare. Et ideo pro veritate istius passus,vide do.Nellū in trac. bēnito.in quarta parte primi tēporis in prima.q.qui multum eleganter loquitur & videbis omnino dicta Imo.in l.creditor. §.iussus. ff.de app.vbi multas decisiones allegat, & dicetur infra, quæro quis condemnatus audiatur appellans: & an isti banniti per contumaciam possint appellare vide Bald.latè in.l.ij.C.de epis.audi.& Bal.in l.ij.C.si penden. appel. Adde tamen q̃ Spec.in titu.de appel.§.j.versi.& permis-
14 sa tenet † quod iura dicentia q̃ in causa criminali nō possit interuenire procurator hoc non habet locum in causa appellationis: quia indistinctè in omni casu in causa appellationis potest interuenire procurator,& sic intelligitur ibi illo modo.l.non tantum.nec habet respectū ibi. Spec.q̃ in casu dicta.l.non tantum.reus esset in carceribus:vt intellexit Bart.istam materiam in d.l.nō tantum. quia Bar.aliquo modo non vult q̃ dispositio d.l.non tantum.procedat nisi reus condemnatus ad mortē fuisset in carceribus,& sic si fuisset absens cū non immineret illud periculum non haberet locum dispositio.d.l.nō tantūm. & alter posset appellare pro eo.Spe.verò hic non cōsiderauit,& ideo Bal.in addi.Specu.in titu.de appel.in. xiij. col.ibi facit mentionem de altercatione inter Bartol.& Spec.circa intellectum dictæ legis non tantum.mirantes præfati doctores quomodo possit interuenire alia persona ad defensam alterius in causa mortis:qa vt dixi Spec. non habuit illum respectum quòd ille reus fuisset incarceratus & sic præsens,vel absens,sed Bart.bene hoc considerauit intellige tamen sane quòd licet constitutus in carcere possit per procuratorem comparere, intellīgas si procurator solum vult defedere:sed si vellet per procuratorem respōdere in casu quo ipse posset respondere,hoc non est verum:ita declarat Raph. dicta Bar.in l.eos.§.super his.C.de appella.

ADNOTATIO. a ¶Tu autem.vltra dicta hic per Ang. Adde & vide.d.Ange.infra in ver.& quòd dixi & vide Cep.in consi,

xlj.& specialius in consi.lxiiij.Ber.per ea.quæ vult Fran.de are.in consi.cxlviij.Ber.

15 *Appellari an possit in crimine læsæ maiestatis.*

15 **Ange.** †Et not.per.d.l.non tantū.quæ indistincte loquitur & per glo.quæ reputatur singularis in l. pomponius.§.rei perduellionis.ff de acqui.hære.videtur quod in crimine etiam læsę maiesta.possit.appellari & illas duas gl.ponderat ibi Nic.de neapo.& miratur quod nemo ad eas aduertit,sed licet glo.in d.§. perduellionis.ita dicat non credo quod in crimine læsæ maiestatis possit appellari,moueor primò per rationem litere.l. constitutiones.ff.de appel.videlicet q̃ non admittuntur ad appellandum quos interest reipublicæ statim puniri, sed hi sunt huiusmodi:vt patet.C.ad leg.iul. maiest. igitur &c.& de hoc videtur casus in extrauaganti ad reprimendū vbi dicitur q̃ in tali delicto punitio non retardat aliqua.l.non obstante. Itē videtur casus in d.l.cōstitutiones.in verbo,factionū.cōiuncta.d.l. quisquis.in prin. nam factio sumitur pro productione quæ fit contra principem,vel rempublicā.& sic idem est factio q̃ crimē læsę maiesta.& etiā probat tex.in d.extrauaganti.in verbo, factionibus.& pro hoc est text notabi.in l.si qs;filio.§. hi autem omnes.ff.de iniusto testa.vbi dicitur q̃ condēnati in causa capitali appellant nisi sit Iatro insignis ibi factione cruēta &c.& sic sola factio.i.proditio impedit appellationem.Præterea tria sunt crimina excepta hæresi simoniæ & lesę maiest.iuxta no.per glo.in c.j.de testi.in vj.& sic illa tria æquiparantur,in crimine verò hæresis nō appellatur:vt in c.inquisitionis.de hære.in. vj. ergo nec in crimine lesę maiesta.ex quo à pari procedūt.& pro hoc est tex.secundū vnam expositionē Archi.in c.fœlicis. de pœn.in vj.vt ibi refert Io.an.in iiij.col.& ibi post Archi. dicit q̃ speciale est in crimine læsæ maiest.propter crimi nis immanitatem quia si in aliquibus criminibus quæ nō sunt ita grauia sicut est crimen lesę maie.non appellatur: vt d.l.cōstitutiones.ergo multominus debet posse appellari à dicto crimine quod est grauius.Et ad gl.d.§.rei per duellionis.Respondeo quod appellatio ibi de iure nō debuit admitti sed ex principis permissu admissa fuit: sic in simili in.l.chirographi.§.j.ff.de admi.tu.vel dici potest q̃ prima gl.expositio,videlicet q̃ cognitio erat suspensa in causa principali sit verior de iure per supra dicta.

Augusti. Tu autem in hac materia adde videtur quod vera sit illa conclusio quod in crimine lesę maiesta.nō admittatur appellatio:nā arguo sic,qui facit falsam monetam cōmittit crimen lesę maie. l.ij.ibi maiestatis crimen cōmittunt.C.de falsa mone.sed fabricās falsam monetā nō potest appellare.l.j.C.de falsa mo.igitur &c.Et multo minus debet posse appellare qui in primo capite committit crimē lesę maiestatis,cum acrius puniatur dicta.l.quisquis.C.ad leg.iul.maiesta. & l.j.ff.ad le.iul.maiesta.patet quia acrius punitur.Sed aduerte quia ego sum in contraria opi. quia cum expresse non reperiatur prohibitum non video quare non possit appellare,iuxta not.in.l.& in minoribus.C.de appel.nec obst.l.j.C.de falsa mone.quia respondeo quod crimen lę sę maiest.multis,& multis modis potest committi.iuxta. l.j.ij.iij.& iiij.ff.ad leg.iul.maiesta.sed non sequitur hoc cum crimen lesę maiestatis hoc modo cōmittitur tali pœna afficitur ergo & in alijs capitibus idem dicendum:qa hoc falsum iuxta ea quæ dixi latissimè supra in glo.tota illa che hai tradito la patria toa.probatur in.l.quisquis.C. ad leg. iul. maiesta.& ibi per docto.& per doct.maximè per Ang.in l.j.ff.ad leg.iul.maiest.Nam aliquādo filij dānantur & aliquādo non:secundū quod reus in aliquo capite criminis lesę maiesta.incidit. Præterea in l.j.C.de falsa mo.ibi dicit q̃ cōmittens crimē lesę maiesta. fabricando. falsam monetam perdit domum etiam alienam:ergo deberemus dicere idem erit in quocunq; alio capite criminis lesę maiesta.Certè hoc non credo quia odia & pœnę sunt restringendæ in regula odia de regulis iuris.de con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secra. dist. inc. j. c. pœnæ. Præterea aliquando committens crimẽ lęsę maiestatis dãnatur etiam quò ad succesiõnẽ: aliquãdo nõ vt declarat Cy. in d. l. quisquis. non sequitur ergo ista cõclusio & ista pœna est statuta in vno crimine lęsę maie. ergo indistinctè debemus idẽ dicere in omnibus capitibus: qa falsa est ista cõclusio. Nec obst. illa gl. in d. §. rei perduellionis. quia loquitur in illo crimine lęsę maiest. rei perduellioũis, & hodie illos hostes appellamus: vt ff. de ver. signi. l. hostes. & ff. de captiuis. l. hostes. & dicitur ille qui indicebat bellum vel imperator indicebat illi, siue esset sub obedientia principis, siue nõ qui poterãt à quocũq; occidi etiam priuato. l. iij. ff. de sicariis. Et ideo nõ erat opus aliqua appellatione: faciũt ea quę habentur in c. j. de homicidio. in vj. & ibi vide Dominicum de sancto Ge. & no. i d. l. hostes. & hoc modo possemus saluare illam gl. in d. §. rei perduellionis. & ideo mirabar quomodo iste bonus doctor hic domi. Angel. ita terribiliter arguat cõtra illam gl. ad. §. rei perduellionis postea reperio de verbo aduerbum, do. Ludo. Ro. ibi terribiliter arguentem contra illã gl. & adducentẽ omnia ista motiua quæ adducit do. Ang. hic & multò plura & facit mentionẽ de illa doctrina Io. An. in d. c. fœlicis. postea Ro. nitiẽ cõcordare opi. & eius saluatio nihil valet, dic vt ibi, cõcludeg o ꝙ in casibus in quibus expresè sublata est appellatio in illis nõ appellabitur, alias secus per prędicta: & limita ista vt dicam. j. in illa. q. quęro quis condemnatus audiatur appellari.

16 *Appellatione in criminali interposita, an debeat reus relaxari & quando appellatur à captura, an iudex à quo appellatur statim debeat dimittere appellantem, & quando ab interlocutoria appellatur, an prohibatur innouari donec sit inhibitum.*

17 *Reus captus qui fecit suas probationes, ad sui defensionem ita quòd pro eo debet ferri sententia absolutoria, etiam ante sententiam debet relaxari licet dicatur quòd lite pendente nihil innouetur.*

16 **Ange.** †Quæro an appellatiõe in criminali interposita debeat reus relaxari dic ꝙ nõ ita dicit Bar. in l. ab executione. C. quo. appel. nõ reci. facit quod no. Inn. in c. vt fame. de sen. excõ. & no. Bal. in simili in l. ij. C. de epis. audi. ver. sed incidẽter quęro &c. vbi quærit qñ appellatur à captura: quid sit iudicis officiũ à quo appellatur an statim debeat dimitterre appellantẽ: & primò arguit ꝙ sic: qa nihil inuocari debet cõtra eũ sed innouaret postea detinẽdo eũ in carcere: igit̃ &c. finaliter cõcludit, & dicit ꝙ nõ debet ipsum dimittere donec sibi per iudicẽ ad quẽ mandet. allegat. l. eos. §. pe. C. de appel. & dicit ꝙ ratio est quia qñ ab interlocutoria appellaẽ nõ prohibetur innouari donec sit inhibitũ: vt c. non solũ. de appel. lib. vj. tamẽ dicit esse aduertendũ ꝙ si per formã constitutionis vel statuti, nõ posset cõtra appellantem ab interlocutoria innouari, tunc non posset appellãs detineri nisi appellatio esset manifestè frustratoria: quia tũc ei nõ est deferendum: vt in c. cũ appellationibus. de appellationibus, in vj. sed Pe. de anch. in clemẽ. frequẽs, de excess. pla. in ver. quærit lau. pone ꝙ iudex &c. dicit ꝙ nõ dubitat hoc verũ quãdo appellatur ab interlocutoria si nõ fuerit appellatũ à diffinitiua. tũc cũ tota iurisdictio sit in iudicẽ appellationis trãslata & abdicata à iudice à quo videtur etiam ad ipsum deuoluta custodia carcerati: nã carceratio est de processu ergo sibi carceratus tradi potest, sicut reliquus processus: vt l. si is ad quem. C. de eden. maximè cum ad eũ spectet executio si cõtingat sniam confirmari non per iudicẽ à quo: vt no. in c. romana. de app. in vj. & hoc etiã firmat Bar. in l. eos. §. super his. C. de app. vbi dicit ꝙ appellãs debet detineri ad petitionẽ iudicis ad quẽ: sed ego simpliciter sub dubio forte dico ꝙ si primò quando snia fuit lata captus erat in fortia iudicis licet à tali sententia criminali & diffinitiua appellet. tamẽ nõ debet relaxari qa pendẽte appellatione omnia debẽt esse eo modo & forma quo erãt tẽpore latę sentẽtię: & tunc si qs ꝓsequẽ in eo iure in quo tunc erat nõ dicit aliqd innouare: vt est gl. no. in d. c. nõ solùm, & in l. pe. C. de pig. act. sed tẽpore primę sentẽtię & ante iudex à quo erat in quasi possessione detentionis istius malefactoris persęuerando ergo in sua detentione non dicitur aliquid innouare: sed ius suũ prosequi: & ideo aliquo modo nõ est relaxãdus quia ius suum defendit & conseruat: cogita quia in practica seruatur quod dixi & hoc videtur tenere Bald. in authen. si quis litigantium. C. de epis. vbi dicit quòd in criminali iudex primus detinet reum in carcere: & ipse sententiam exequitur.

Augusti. Tu autem in hac materia adde inquantum d. Ang. hic allegat dicta Inn. in c. vt infamẽ. extra de senten. excom. dicatis quod Bald. in l. seruum quoq; §. publcè. ff. de procur. in iij. colũ. intelligit illud dictum Inno. quando per appellationem causa capitalis deuoluitur ad iudicem alterius territorij: quia tũc reus debet retineri in careere iudicis à quo, & sic volunt prædicti doctores quod secus esset si in eodem territorio esset iudex appellationis: quia in carceribus iudicis ad quem debet reponi reus & custodiri. adde tamen quod latè posuit istam materiam Bald. in l. furti. in fi. prin. ff. de his qui no. infa. Et primò arguit quod reus debet retineri in carcere iudicis à quo per l. j. ff. nil no. appel. pen. Præterea possibile est quod appellans deserat appellationẽ, & sic executio pertiebit ad primum iudicem: ergo interim persona rei sibi offerenda non est. l. fundum. & l. fundi. ff. de excep. rei iudi. in contrarium allegat quia licet capitalis causa per alium possit agitari. l. non tantum. ff. de appel. Tamen persecutio debet fieri per ipsum in persona. l. j. an per alium quod fieri non potest nisi in persona remittatur ad iudicem ad quẽ & dicit, pone quod ex prouincia per appellationem, causa transfertur ad vrbem nisi persona transmittatur non poterit personaliter interesse: ergo videtur quod persona transmittẽda sit ad hoc. C. de appel. l. eos. §. super his. & dicit quod videnda sunt dicta Innocen. in c. vt famæ. extra de senten. excom. postea dicit Bald. cogita. & sic ibi Bal, reliquit istam materiã indecisam, Adde Bald. in l. minime. C. de appel. qui dicit ꝙ iudex à quo debet reum retinere in carceribus donec est tempus remittendi reum ad iudicem ad quem quia interim donec est incertum, an & ad quẽ debet pertinere executio nihil est circa carcerem innouãdum: nisi forte trãsmittat eum personaliter ad peragendum acti. qui non possunt explicari per procuratorem & debet eum mittere sub fida custodia: & expedito illo actu necesse est, vt faciat reum ad se adduci & non dimittet eum apud iudicẽ ad quem ne sibi sua iurisdictio subtrahatur ꝙ habere potest appellatione deserta, vel dicit Bal. quod obediẽdum est iudici appellationis tanquã superiori, & ibi Bal. dicit quo aliqui dicunt quod isto casu potest in causa appellationis comparere procurator, & quod hæc opinio de equitate potest defensari: sed etiam Bal. nõ stat in ista opinione. In hac materia mihi placet opinio Albe. de rosa. referendo pe. in l. eos. §. super his. C. de appel. ꝙ reus remanebit in carceribus primi iudicis: sed cum opus fuerit & ex necessitate præsentabitur coram iudice appellationis: vt coram ipso causam dicat: vt l. j. ff. de cust. reorum. l. lege cornelia. §. j. ff. ad sil. & si opus fuerit tradetur etiam iudici appellationis, vt per eum sententia mandetur executioni, & allegat Alberi. dicta per ipsum ad hoc in dicta l. eos. in princip. Adde tamen quod dixit Roma. in singu-
17 laribus primi anni. cccl xxiij. † qui dixit quod si sententia absolutoria deberet ferri pro reo capto: quia fecit probationes ad sui defensionem, tunc captus etiam ante sententiam debet relaxari, & potest relaxari per iudicem licet dicatur quod lite pẽdẽte nihil innouetur & incipit illud singulare sum accusatus de crimine capitali & ibi allegat casum singularem ibi vide.

18 *Iudex non debet esse proteruus in admittendo appellationem maximè quãdo non est manifestè friuola quoniam non admittendo teneretur. l. iulia. de ui publica.*

19 *Appellatio manifestè friuola quæ sit & iudex eam admittens peccat.*

Angelus.

18 **Ange.** †Tu aũt iudex sis docilis & nõ proteruus in admittendo appellationem, maximè quando non est manifestè friuola quoniã si non admitteres teneris. l. iulia de vi publica. vt est tex. & ibi Bart. in l. lege iulia. ff. ad leg. iul. de vi publica. nam cum per appellationem sententia sit rescissa executio fieri nõ potest & si fieret iudex capitaliter puniretur: quia paria sunt occidere innocentem, & occidere qui cõfugit ad iustam iuris defensionẽ: vt ff. ad leg. iul. repe. l. j. §. fina. ita dicit Bald. in l.
19 addictos. C. de episco. audien. †Sed aduertas quia si esset manifestè friuola: vt quia sponte cõfessus fuit & testibus
a conuictus* vel crimen est notorium: tunc si non admittis non teneris, quinimò si admitteres, peccares: vt in. c. cum appellationibus friuolis. de appellatio. in vj. imò etiã non obstante appellatione statim debet fieri executio, & maximè in delictis enormibus: vt l. prouinciarum. C. de ferijs. & l. cum reis. C. de pe. & l. constitutiones. ff. de appel. & l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto testamen. & quod ibi notant doct. & maximè rapha. & sic de facto Nursiæ obseruaui.

ADNODATIO. a ¶Conuictus. adde quando confessus & conuictus possit appellare. & vide Car. Alex. in c. ij. requiris. extra de appella. & quod notorie criminosus non appellat: vide eundem in c. cum sit romana. eo. tit. adde tamen quod Rom. in consil. cccxliiij. tenet quod appellatio admittitur in notorijs causa inserta. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde ea quę dixit Bal. in l. si quis filio. §. hi autem. ff. de inoffi. testamento. qui dixit quod iudex qui appellationẽ nõ admisit sed fecit executionem punitur pœna mortis. l. lex. §. fin. ff. ad leg. iul. repe. & vide Bal. in l. j. C. ne ex deli. defuncto. in vij. col. ꝙ iudex qui post appellationẽ executionem fecit, vel impediuit ne reus appellaret tenetur. l. iulia de vi publica. allegat d. l. iulia. & l. qui dolo. ff. ad leg. iul. de vi publica. idem voluit Pet. de anch. in cle. j. de excess. præla. vt iudex qui non admisit appellationem teneatur. l. iulia de vi publica. Et intellige prædicta in casu quo appellatio deberet admitti: quia non est notorium reum deliquisse, vel in alijs casibus vt videbis nunc. j. in sequen. q. Ita dicit Bal. in l. iudices. C. de appel. vbi habeẽ de materia in c. quoniam. extra de immu. eccle. lib. vj. & j. in sequen. q. videbis quando non ob. appel. statim debet fieri executio, dic vt ibi.

20 *Condemnatus omnia an appellans audiatur: & casus in quibus non auditur.*

21 *Confessus & conuictus uere, uel licet appellans non audiatur: tamen secus est in contumaci qui ex forma statuti habetur pro confesso & conuicto.*

22 *Confessus in causa capitali si appellat an debeat exprimere causam in appellatione: & an ille qui habetur pro confesso & conuicto per statutum audiatur appellans.*

20 **Ange.** †Quæro an omnis condemnatus audiatur appellans. dic quod non: vt supra dixi si crimen est notorium: vt in d. c. romana. §. penulti. in vj. de appella. Secundo in certis casibus & delictis enormibus quæ enumerantur in dicta l. constitutiones. & alijs iuribus allegatis. s. & etiam in casu. l. j. C. de rap. virgi. & ibi
b Salice. & in fabricantibus falsas monetas[b]: vt. l. j. C. de falsa mo. & ibi Sali. quoniam publice interest quod statim fiat executio. Tertiò si sit confessus & testibus conuictus vt. l. alijs actis: vt l. ij. C. quorum appella. non reci. nam cõfessus tantum etiam sponte, & si in confessione perseuerasset ante condemnationem, vel etiam in cõfessione perseuerasset post condemnationem: vt est tex. in d. l. non tã tum. tñ auditur in appellatione vt per se vel per procura. appellare possit vel per quemlibet de populo: vt supra dixi: vt d. l. non tantum. & dicta l. ij. & ibi gloss. Cyn. & Bal. facit quod not. gloss. in dicto c. romana. in verbo, vel de
21 quo &c. †Et quod dixi ꝙ confessus & conuictus non auditur appellans verum est si verè sit confessus, & conuictus: si verò fuit contumax, & sic ex forma statuti habetur pro confesso & conuicto: tamen quia proceditur per viam fictionis auditur appellans: vt l. ij. §. ac. C. de iura. calum. & l. creditor. §. j. & ibi gloss. de appellat. & Bartol. & Bald. in l. ita demum. in vlti. queſt. C. de procura. quod
c bene* not.

b ¶Monetas. adde & vide Bald. in consi. clxv. & ibi an dans consiliũ alias facturo falsam monetam possit appellare. Ber.

c ¶Quod bene no. Adde domi. de Ro. in deci. ccclxiiij. in ti. de do. & contu. inci. cum iura, clament, & vide Cepo. in consi. lxiiij. Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde Spe. in titu. de appella. §. in quibus. in vers. ij. & in sequenti. & in versic. item in notorijs. vbi ponit in quibus crimĩibus non licet appellare multos casus in delictis. ponit gloss. nostra in authen. de iudicijs. col. vij. §. nostros. & ibi vide docto. & domi. Anto. de but. in rubri. extra de re iudi. & domi. Abb. in c. ij. extra de re iudi. de confesso & conuicto, an audiatur appellans vide in locis supra allegatis: & de confesso tantum & non conuicto, & certè iste passus est dubius: nam Pe. de ancha. in c. romana. §. sinautem. extra de appel. in. vj. multos doctores maximæ authoritatis refert tenentes quod confessus tãtum in criminalibus, potest appellare maximè Hosti. Io. mo. & Barto. idẽ voluit ibi Archi. sed multos docto. antiquos & maximæ autoritatis refert Alber. de ro. in d. l. ij. C. quorum appel. non re. qui tenent istud idem: sed Bald. in l. j. in vj. colum. C. ne ex deli. defun. dicit quod glo. in d. §. sin autem. obseruatur in practica quod confitens tantum nõ reuocans suam confessionem non auditur appellans, & traditur iustè morti, & dicit quod assessores obseruant illam gloss. quinimo domi. Abbas per rationes bonas dicit quod ista conclusio est vera & ipsum sequitur & hoc expresè affirmat & dicit quod in hoc non est aliqua differẽtia inter ius ciuile & canonicum quicquid dicat ibi domi. Anto. de but. & ita voluit Ange. in. l. ij. C. quorum appella. non reci approbans ibi dicta Ioan. and. in gloss. in d. §. sinautem. quod si appellatio est indiscreta & sine causæ insertione postquã ille sine tormẽtis est confessus non auditur appellans, & certè hoc voluit etiam Imol. in d. §. iussus. vbi latè examinat istum passum, licet postea in fi. videatur se inuoluere & ibi certè multa allegat, licet post ea videatur velle concordare opiniones & in locis supra allegatis, videbis per Imol. & per Pet. de anch. & per domi. Abb. & per domi. Alberi. multas quotas gloss. & doc. in iure canonico & ciuili quicquid sit ergo semper admit 3
terem appellationem propter multa quæ possent occurrere etiam maximè vbi tractatur de vita hominis per ea quæ habentur in. §. nostros. in authen. de iudicijs. & in l. à procõsulibus. C. de appella. & per ea quę tradita sunt per Petr. de ancha. in d. §. sinautem etiam de materia: vide per Bal. in l. obseruare. §. proficiscì. in xij. q. ff. de offic. procõ. & lega. & per Bald. in addi. Spe. in tit. de appel. & de materia vide omnino per Lud. ro. in l. pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hær. qui ibi in fin. multum exclamabat de quadam singulari limitatione Ange. qui dixit ꝙ in istis casibus supradictis non tenet appellatio: tamen si iudex à quo appellatur admisit appel. deuoluit̃ talis appellatio puta in grauissimis delictis etiam si appellatio est prohibita de iure, etiam si est confessus & conuictus: quia iurisdictio iudicis à quo penitus est sibi abdicata p talem declarationem. ita dicit Ange. multum elegãter in l. cõstitutiones. ff. de app. sed certè hoc non fuit originale verbũ Ang. parcat mihi tãtus doc. qui oĩm singulariũ memoriã habebat, sed fuit originale verbũ Bald. in l. j. C. de cõfessis. in viij. col. qui Bal. notans illã gl. Io. an. in d. §. sin autẽ. ꝙ sponte cõfessus nõ appellat dicit declarando illã gl. & Io. and. nõ dicit ibi non appellat: sed dicit ꝙ iudex à quo nõ tenetur deferre illi appellationi, & sic statim potest iudex exequi snĩam suã, maximè in casibus in quibus nõ licet appellare, nisi vellet allegare errorem, vel nisi superiori inhibeat, vel nisi iudex à quo detulerit appellationi: quia statim transmissa est iurisdictio ad superiorẽ, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi steterit per.xx.dies q̃ appellāti nō dederit apostolos: nam nec caret iurisdictione per c.ab eo.de appel.in vj.§. illud autem.si ergo tu iudex vis tenere sententiam illius glo.§.finautem Io.an.teneas ipsum cū illis cōditionibus & limitationibus quas tradidit Bal.in d.l.j.C.de confess. vel intellige:vt dixit Bal.in.l.fi.C.si à nō compe.iudi. in vlti.col.quando cū confessione erant talia iudicia quę essent multū vrgentia & videtur sequi Abb.in d.c.j. extra de senten.& re iudi.& de omnibus istis:vide per Bal. in l.addictos.C.de epis.au.Adde hic pulchra verba Bal.

22 quæ posuit in l.minoribus.ff.de his quib.vt indig.†q̃ cōfessus in causa capitali si appellat an debeat exprimere causam in appellatione. Itē de eo qui habetur pro confesso & confesso per statutū,an audiat̃ appellans. multa allegat Imo.in d.§.iussus.& vide Bal.in l.ij.C.de epis.au. & Bal.in l.ij.C.si peden.app.mors interue.Et vide quę dixi.s.in addi.in ver. finautem absens dānatus esset in hac eadem glo.

23 *Appellatio sicut deuoluit nullitatem in ciuili:an sic in criminali, & sicut in ciuili appellat. penden.nihil est innouandum:an sic in criminali,& sicut in ciuili appellans est sub protectione iudicis ad quem:an sic in criminali: & an sicut in ciuili petuntur apostoli,sic in criminali: & an sicut in ciuili fit inhibitio in interlocutoria non autem in diffinitiua:ita in criminali.*

23 Ange. †Quæro an sicut in ciuili appellatio deuolu
uit nullitatē:vt.l.quędā mulier.ff.famil. ercis. & l.carmelia pia.de iure pa.& no. Bart.in l.si expressum. ff.de ap.an idē in criminali. Itē sicut in ciuili appellatione pendēte nihil est innouandū ita etiam in criminali: nā sicut in ciuili nil est innouandū appellatione pendente: vt in toto tit.ff.nil no.ap.pen.ita etiā in criminali. Item sicut in ciuili appellans est sub protectiōe iudicis ad quē: ita etiam in criminali. Itē sicut in ciuili petuntur apostoli:vt l.j.ff.de libel.dimis.& intra.xxx.dies:vt l.iudicibus.C.de ap.ita etiam in criminali. Itē etiam sicut in ciuili in snia interlocutoria fit inhibitio per iudicē ad quem non aūt in diffinitiua:vt d.c.non solum.ita etiam in criminali dico quod sic quia eadem est ratio cum in criminali ad similitudinem ciuilium procedatur:vt l.absentem .ff. de pœ.quod no.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod Bald.arguendo in causa capitali in l.furti.in fi.prin.in vlti.col.tenet quod rubrum & nigrum nil no.ap.penden.habeat locum in causa capitali,& ad idem allegat.c.non solum.de app.in.vj.idē dixit Bart.in.l.ij.§. si seruus.ff.de acquirē.pos.in vlti.q.& de apostolis. & de inhibitoria idē dixit.Bal.in l.j.C.de cōses.in.viij.colū.dū examinat an confessus in criminalibus audiat̃ appellans. & vide Bald.in.l.ij.C.de epis.audi.in illo articulo an captus debeat relaxari appellatiōe interposita:limita tamē prędicta secundū Ang.q̃ licet nil nouari debeat appellatione interposita etiā in criminali:hoc non habet locum, nisi appellatione interposita per tertium, respectu pietatis,reus perseueraret in sua cōfessione:quia executio tūc non differtur:ita voluit Ange.in l.obseruare. C. quorum appel.non recipi.in j.colum.

24 *Condemnatus licet non appellat sit tamen alio modo reclamet:puta quia dicit bannum uel sententiam post.x.dies nullam:an sententia exequi possit per iudicem,uel per alium possit impunè occidi.*

24 Ange. †Sinautem non appellauit sed alio modo
reclamauit,vt quia dicit bannū vel sententiā post.x.dies nullam:an possit sententia exequi per iudicē vel per alium possit impunè occidi. Istam.q.ponit Dyn. Barto.Ang.Imo.& Ro.in l.iij.§.fi seruus.ff.de acqui.pos. & Bal.& do.Io.in.l.qui à latronibus.§.j.ff.de testa.vbi in effectu cōcluditur aut est manifestè iniusta petitio & potest fieri executio.arg.l.satis apertè.C.de fal.aut est manifestè iusta,& non pōt exequi:vt l.emptorē.in prin.ff.de act.emp.aut dibitat:& tūc aut obtulit condēnatus se incontinenti probaturū & idē.vt no.Bar.in.d.§.cōdēnatus. & l.iiij.de re iudi.aut nō obtulit se incōtinēti probaturū, & tūc videtur quod nō impediatur executio,per no.in d. §.condēnatus.sed nō est verū,quia isto casu executio esset irretractabilis,meritò non habet fieri:vt not.Paul. de liazar.in cle.j.de re iud.vt.s.dixi.

Augusti. Tu aūt in hac materia,adde dom.Bal. in l.appellatione interposita.C.de ap. referens etiam Io.mona.q̃ sicut lite pendēte nihil innouan dū est,etiam pendēte querela quando proceditur per viā simplicis querelę,& opi.Bart.tenet Ang. in d.l.cū verò. ff.de fideicō.libertatibus.& de materia vide per Bal.in l. j.C.si à non cōpe.iu.& per Sali.in l.eum qui duas.C. de adulterijs.& per Bal.in.d l.apel.interposita.& per Bal.in l.lite ordinata.C.de libe.causa.& per Bal.in l.quæ suppli catio.C.de precibus impera.offer.& per doc.in l.si quis si lio exhęredato.§.si quis.ff.de iniu.rup.& irri.testa. Adde tamē q̃ si pēdebat lis super nullitate nec euidenter apparebat de calūnia:tūc nō dubito bannitū non posse offendi lite pendēte super nullitate,& ratio est qa alias allegatio nullitatis lete pendēte nō impediret executionem sententiæ.d.l.iiij.§.condēnatum.ff.de re iu.& l.fi.C. de ordi. cogni.fallit vbi executio esset irretractabilis. ita voluit Bal.in l.ab executione.C.quorū appel.nō reci. & Bal.in l.j.in vlti.col.C.qui accusare.& Bal.in l.ij.ff.de ferijs. & in l.j.C.de in integ.resti.post.& Bal.in d.l.eū qui duas. & Bal.in l.si feriatis.ff.de ferijs. sentit Bal.in.l.j.C.ne liceat tertio prouocare.dum sentit cle.j.de re iudi.non habere.locum in criminalibus,& not. Imol.in d.§.fi.& Imo. & Ro.in l.non solum.§.morte.ff.de ope.no.nuncia.& ibi & ibi limitat dicta Bart.in d.§.si seruus.& vide Ro.in singulari.cclxxxix.quod incipit cle.de calumnijs.& Ange. in terminis nostris in.l. fina.C.si ex falsis instrumentis. vbi dicit ita itelligere dicta Bar.post.Dy.in d.§.si seruus. licet Ange.errauerit.& alleget Bar.& Dy.in l.ij.§.in admittenda.ff.de acqui.pos.& si vis videre plenè istam materiam,vide do.Nellum,in tracta.Bannitorum in quarta particula primi temporis.in.v.qō.quæ incipit, an bannitus agens causam nullitatis banni &c.& ibi allegat Gandinum,in tractatu maleficiorum,& Alb.de ro.in iiij.parte statutorum tenuisse opi.Dy.postea ibi refert opi.Barto & ibi eam postea multum eleganter limitat: & sequit illam limitationem Pau.de liazar.in d.cle.j.de re iudi. & ipsam approbat & limitat,ibi vide.

25 *Statutum auferens appellationem in criminali an ualeat.*

25 Ange. †An ualeat statutum quod tollit appella-
tionem in criminali. videtur quod sic: quia per pactum potest renunciari appellationi:vt l.fina.§.fin. cum ibi not.per gloss.C.de tempo.appel.ergo etiam per statutum : vt l.non impossibile.& quod ibi not. gloss. & Bartol.ff.de pac.sed dubito & credo statutum non valere: quoniam tollit ius naturale, scilicet defensionem corporalem quam licet qualitercunque redimere:vt l.j.ff.de bon.dam.&c.ergo non valet.argu.clemen.pastoralis.de re iudi.Præterea hoc videtur contra l.non tantum. ff.de appella. nam ille damnatus licet confessus fuerit delictū post sententiam festinans mori, & appellationi renunciando:tamen quilibet auditur appellans : ergo videtur quod licet in ciuili vbi non vertitur tantum præiudiciū possit appellationi renunciari, non tamen videtur quod possit in criminali : ergo si pacto priuatorum renunciari non potest, igitur etiam non potest fieri per statutum
a cum disponat contra ius naturale:vt supra dixi Cogita[a] quoniam aliqua possunt fieri per leges quæ non possunt per pactum:vt not.Bartol.in l.omnes populi. ff.de iusti. & iure.& dicta l. non est impossibile, & ibi videas quia per eius dicta poteris determinare istam. qō. quoniam negari non potest quia dictum statutum sit contra ius naturale, & sic non valet sicut dicimus in simili aliquando statuto tollitur secunda appellatio, quæ deuoluitur
b ad superiorem [b] quia tale statutum non valet:vt no.Bar. & Imo.in l.fina.ff.de aqua plu.arcen.& in l.omnes populi.in.xvj.col.ff.de iusti.& iure.& Bald.& Salic.in l.fi.§.fi. C.de

C.de temp.appel.cogita ergo.

ADNOTATIO. a ¶Cogita. Adde tu vltra ea quæ p onit in frā d.Augu.quod tale statutum non valeat tenet Cep.in consi.iiij. & videtur etiā fuisse de mente d.Alex.in cōs.clxxxvij.vbi post quā latē examinauit an renunciari possit appellationi:dicit omnia prędicta restringo ad causas ciuiles in criminali autem,an possit renūciari non est nostrum,& an quod potest fieri per statutum possit fieri per pactum:vide Cal.in tit.de pa.consi.iij.Ber.

b ¶Ad superiorem. Adde tu & vide Ang.in consi.clxxxviij.& Roma.in consi.ccxviij.Ber.

Augu. Tu autem in hac materia, adde q̃ in pro-
prijs terminis istam q.formauit Alb.de Rosa.in q.statu.in iij.parte q.liij.quæ incipit, item quæritur an ualeat statutum q̃ in criminalibus non possit appellari, & primò arguit qd̃ videtur q̃ tale statutum non valeat:quia appel.est species defensionis, & defensio est de iure naturali quę non videtur tolli posse per statutum de qua materia dicit Albe.de Rosa.late in iiij.parte statut.in q.quæ incipit,sed quid si ex verbis statuti expresse cauetur:dicit tamen qd̃ di.tenet contrarium: quia per pactum potest appellationi renunciari: vt C.de tem.app.l.fi.§.fin. & l.j.§.si his.ff.qui.app.non lic.ergo per statutum potest hoc fieri:vt l.fi.C.de fideiuss.& ff.de pact.l.si nō impossibile.praeterea multi sunt casus in quibus appellare nō licet:vt C.quorū app.non reci.per totū.& maximè l.ij. vbi videtur expressum.& dicit Albe.qd̃ ita seruatur. sic ergo patet q̃ cōclusio d.Ang.est falsa,& ad ea quæ dixit Bar. in l.fi.ff.de aqua plu.arc.& in d.l.omnes populi. vltra oēs examinat Roma.in d.l.fi.de aqua plu.arc.vbi multa allegat de iure ciuili & canonico,& per cano.in c.venientes. extrà de iureiu.maximè per Bal.& d.Abb.ex quibus potes habere veritatē istius passus. & p̃ Bal.in l.fi.§.fi.C.de tem.app.sed Ro.in d.l.fi.multas decisiones allegat: ibi vide.& dicit Alb.de Ros.in l.si appel.C.de app.q̃ vidit seruari cōtrarium tenere statutū subditorum & populorum non posse appellari ad vicarium imperatoris,non obst.dicto c.venientes.& ideo dixit Bal.in dicto §.fi.qd̃ c.venientes.non seruatur in foro Iustiniani.

26 *Sententia corporali confirmata quis eam mandabit executioni.*

26 Ange. †Quæro quando sententia corporalis cō-
matur per iudicē appellationis quis eā mandabit executioni : respondeo & credo, q̃ primus iudex: quia ipse habet habilitatem prosequendi cum habeat reū detentum:quia vt suprà dixi, per appellationem non debet relaxari, ergo ipse exequitur,& maximè hodie cū nō fiat remissio:vt no.Bar.in l.si cui.§.j.ff.de acc.& in l.sepulchri.ff.de sepul.viol.sicut dicimus in ciuili quia ille mittit actualiter in poss.qui est iudex loci & fundi in quo fit missio,& qui habet facultatem actualiter mittendi : vt l. cum vnus.in fi.& ibi Bar.ff.de bon.auth.iud.pos.adde tamen qd̃ dixi in ista gl.ver.quæro, an appellatione in criminali interposita debet captus &c.

Augusti. Tu autem in hac materia, adde quod
Bal.in l.minime.C.de app.videtur sentire q̃ aliquando iudex à quo mandabit aliquādo iudex ad iudicem,& similiter vide quæ dixi supra in gl.ista ver. illo quæro, an appellatione criminali interposita in addit. meis vide docto.ibi in decisionibus ibi allegatis per me, sed Albe.de Rosa.in l.addictos.C.de app. dicit q̃ de hac materia dixit in auth.si quis litigantium.C.de epis.aud.& in l.eos.in fi.C.de app.& Host.in summa de appel.§.quis a
sit effectus.vers.sed quis mandabit.dicit Alb.dic latius si vtraq̃ sententia est absolutoria non est opus aliqua executione,si verò primus absoluit,secundus condemnauit: tunc primus non potest exequi:quia primus nihil iudicauit,q̃ executione indigeat,si vterq̃ condemnauit:tūc dicit,quòd aut primus iudex habet ius in criminoso: puta, quia deliquit in sua iurisdictione, & sic habet ius tale qd̃ vbicunq̃ sit potest crimino sum petere, vt sibi remittatur, per d.l.si cui. & tunc primus iudex debet hanc sententiā crimnalem mand are executioni,ea ratione: quia solatiū est cognatis & affinibus offensorum vt videant offendentes,punitos.l.capitalium.§.fi.de pœnis.nam hoc casu per per appellationem non deuoluitur ad iudicem appellationis nisi sola cognitio iustitiæ:vt not.Inn.extrà de elec. c.dudum rotomagensis.in gl.quæ incipit, quidam dicūt, si verò iudex primus nullū ius habet in criminosum, nisi ratione originis vel domicilij,tunc appellatione sequuta & lata sententia per iudicem appellationis manda tur executioni per iudicem appellationis: vt probatur in dicta l.addictos.in fin.& sic docto.ibi hoc videntur tenere maximè Raph.Fulgo.

27 *Syndicus communis an citandus sit quando appellatur à sententia criminali.*

27 Ange. †Quæro quando appellatur à sententia
in criminali,an syndicus cōmunis sit citandus.hanc q.ponit Bar.in l.j.§.fi.ad Turpil.vbi pro vtraq̃ parte allegat:nam primò videtur q̃ sic:quoniam fisco est condemnatus,& ex tali cōdemnatione ius ipsi fisco quęsitum est,ergo ipse vel eius procurator est citandus: quia possunt lædi,ergo citandi sunt: vt l.de vno quoq̃.ff.de re iudi.& maximè cū principaliter fiscus lædi possit, ergo citandus:vt not.glos.& Bart.in l.nam ita diuus.ff.de adopt. facit l.j.§.pe.ff.de ventre insp.sed contrarium tamen determinat:quia ipse accusator debet causam appellationis prosequi:vt d.§.fin.videtur enim lex sensisse & fecisse talem accusatorem syndicum, & fisci procurat.ad talē causam:præterea inter priuatum, & priuatum præses est iudex inter priuatum & fiscum est procur.Cæsaris,sed cause criminalis licet tractetur de pecunia applicanda fisco, debet coram præside tractari:vt l.j.C.vbi causæ fisc.ergo patet qd̃ inter priuatos tractantur, igitur fisci procu.non est citandus:vt ibi per Barto.Quod tamen credo verum, quando per accusationem proceditur,& ita loquit̃ Bart. quia tunc dicta causa appellationis habet & habere potest aliquem qui eam defendat,videlicet accusatorem: secus quando proceditur per inquisitionem : quia tūc cum iudex succedat in locum partis accusantis: vt not.Barto. in l.ij.§.fi publico.ff.de adul.sicut accusator secūdū Bart. est citandus, & ipse causam appellationis defendet, ita quando per inquisitionem aliquis qui causam posset defendere est citandus,& sic aut index:vt sentit Innoc.in c. cum speciali.de app.& Barto.in dicta l.j.§.fin.ad Turpil. aut syndicus vel fisci procur.cuius interest: vt d.l.de vno quoq̃ est citandus.& ita videtur practicari & Salice.in l. si quis.in fi.C.si reus vel ac.mor.fuer.allegat Inn.in dicto c.cum speciali.q̃ imò iudex etiam per inquisitionē procedens non est citandus: nam appellatio non immutat causam,vnde sicut coram iudice principalis causæ procedebatur:ita coram iudice ad quem. Item tunc primus iudex redderetur suspectus si coram superiore ad quem appellatum est se partem faceret, & cum eo iudicium agitaretur,fatetur tamen cum vt iudicem posse instruere superiorem allegat etiam quòd iudex per sententiam functus est officio suo:igitur &c.vt l.iudex.ff. de re iudic.& pro hoc allegat casum l.eos.§.super his.C.de appel.vbi habetur quòd copiam sententiæ & actorum, vnà cū reo debet coram iudice ad quem transmittere,sed cautius esse credo q̃ reus faciat debitum suum vt processus suus aliquo modo nō possit impugnari q̃ citet aut syndicum communis,aut etiam iudicem.Et ita vidi semel practicari,quando pœna erat aut ad vindictam publicam, aut fisco applicanda.

Augusti. Tu autem in hac materia[a],adde inquā
tum d.Ange.tangit hic de illa altercatione inter Bart.in d.l.fin.& Salic.in d.l.si quis. Addatis qd̃ Bal.in l.sancimus.C.de iudic.in xiij.q.in illa q. nunquid iudex inquirens debeat condemnari in expensis, dum procedit per inquisitionem dicit,qd̃ quando ista quæstio deuoluitur coram iudice appellationis consueuit ipse iudex citari,tamen tenet processus, licet non citetur : quia non agitur principaliter contra iudicem.allegat Innocē. ita voluisse in c.nostra.extrà de procu.vide tamen Inn.& do.Anto.de But.in d.c,decætero.extrà de transactionib. qui dicunt, quòd iudex non necessario citatur vel cita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur vt suum defendat processum.ij.q.vj.c.hoc etiam.licet quando voluntariæ,id est quando procederet ex officio suo posset suum defendere processum.alleg.d.c.cum speciali.idem dixit d.Anto.de But.in d.c.in nostra.q̃ iudex non est citatus ad defendendū suum processum corā suo superiore,nisi quādo sua interest:hoc est q̃d malè, vel iniustè,vel dolo iudicasset,non autē quando agitur ad infirmationem vel corroborationē sententiæ,& probaē : quia aliàs, cum solū agitur de infirmitate sententiæ si deberet iudex citari coram superiore , sequeretur q̃ fraudulenter posset postea suam sententiam reuocare contra l.j.C.sen. rescin.non posset.limitat tamen prædicta ibi Ant.de But.in peñ.col.in d.c.decætero.nisi iudex procederet ex officio per inquisitionē:tunc bene est citandus ex quo petit sententiam reuocari per c.cū speciali.extrà de app.& q̃d ibi no.sed aduerte:quia d.Ant.ibi non dicit,an de necessitate sit citandus.& vide Imo.in d.c.decætero. tenet quādo iudex nō ad instantiam partis processit, sed ex officio de necessitate sit citandus.& ideo dixit d.Abb.in d.c.cū speciali,allegando Fed.de Sen.in consi.cciij.q̃ processus superioris est nullus, si iudex qui ex officio processit nō ad peti.partis non fuit citatus per iudicem.ad quem allegat In.in c.pe.extrà de re iudi.& dicit d.Abb.q̃ hoc satis sibi placet:quia tūc iudex succedit ad hoc loco aduersarij, mi ror certe q̃ d.Abb.ibi ignorauerit dicta Archi.Ioā.And. Pet.de Anch.Domi.de sancto Gemi.in c.venerabilibus. extrà de sen.excom.lib.vj.vbi est melior tex. in hac materia,qui posset allegari probans hoc,an iudex debeat citari & dicit ibi Pet.de Ancha.q̃d nō,est tex.clarior in iure, q̃ non debet citari iudex quando tractatur de reuocatione sententiæ,sed solū quando agitur de pœna infligenda iudici,vel q̃d soluat interesse parti.dicit tamē Pet.de Ancha.iudex sententiā per se latam potest defendere.ij.q.vj. c.hoc etiā.per no.per Io.And.in c.dilectus.extrà de resc. & dicta Inn.in locis suprà alleg.dicit tamē ibi Pet. de Ancha.q̃ iudex qui processit per viā inquisitionis debet defendere suam sententiā coram superiore: quia tunc obtinet locū partis,ego non recedere à gl.in c.sacro.in verbo, cōstiterit.cōiuncto tex.qui videt velle q̃ iudex de necessitate debet citari cū ex officio procedit : quia succedit in locū partis.& ita videt voluisse gl.illa in d.c.cū speciali.

ADNOTATIO. a ¶In hac materia. Adde tu vltra hic dicta q̃ quando iudex procedit ex officio sit citandus ad defensionem suæ sententiæ,tenet Ro.in consi.cccxliij.vbi refert allegata per Ange. & ibi consuluit ad irritationem cōmissionis factæ p archiepiscopū.

28 *Iudex quid facere debeat si appellatur à sententia criminali, & illam non recipiat, & an á reiectione appellationis sit appellandum.*

28 **Ange.** †Quæro quid si appelletur à sententia criminali & dicta appellatio nō recipiatur,quid sit faciendum,dic q̃ non debet vlterius procedi nec exequi sententia,sed rescribere debet superiori, & causam exprimere:quare non recipit dictam appellationem : vt est tex.& ibi Bal.Raph.& Imo.in l.si quis filio.§.hi qui.ff.de iniust.test.quinimo à tali reiectione appellationis potest, & debet iterum appellari:vt est casus & ibi Bart.in fin.& doct.in l.j.C.quorum app.non reci..

Augusti. Tu adde & declara ista secundū Bart. in l.sciendum.ff.de app.reci. qui dixit , q̃ hæc nō procederent quando notorium esset appel. non debere recipi.hæc autem supradicta procedunt , quando erat certum appel.debere recipi,vel erat dubium & superior debet cognoscere de hoc,an appel.debeat recipi , & quæ cognitio vel probatio requirat. vide ibi Bar.allegantem dicta Inn.& Host.in c.pastoralis.extrà de offic.dele. & vide quæ infrà nunc dicentur.

29 *Iudex qui non admisit appellationem quam recipere & admittere debebat, si non obstante appellatione, suam exequatur sententiam qua pœna feriatur.*

30 *Officiali iniustè exequenti, an de facto resistere liceat , & exequutor non debet exequi sententiam capitalem, si eam uidet esse iniustam.*

29 **Ange.** †Quid autem si non obstante appellatione quam iudex non admisit & quam admittere & recipere debebat exequatur suam sententiam. dicas quod talis iudex debet capite puniri : vt est casus in l.lex Iulia.§.fi.ff.ad leg.Iulia.repetund.& ita singulariter dicit Bal.in dicto §.hi qui.& si iudex de facto velit exequi talem sententiam , quæ est postea irretractabilis.iuxta l.si quis prouocatione.C.de appel.ita etiam de facto per amicos & beniuolos talis condemnati potest resisti[a] : vt not. gloss.in simili in l.minor.§.j.de euict.& impunè resisti potest,ratio:quia per talem appellationem sublata est iurisdictio iudici à quo,secundū Inno.in c.si quando.de offi. deleg .& pro hoc facit q̃d not.Pau.de Leaza.in clemē.j. de re iud.nam vt dicit Inn.in c.pastoralis.de offi.delega. nunc executor pœnæ corporalis debet illā exequi,quādo videt sententiam iniustam , sed debet referre superiori[b]:vt l.j.in fi.C.de quæst.sed iniusta est,quando appellatum est:quia pronunciatum extinctum est:vt l.j.in fin.ff. ad Turp.ergo etiam miles socius cui talis executio commissa est videns appellationem interpositam,debet dictā sententiam nō exequi.quod no.& pro hoc vide etiā quæ supra scripsi in glos.super verbo,fama publica.&c.ver.ij. quæro quando aliquis est iam captus &c.

ADNOTATIO. a ¶Resisti.Adde & dic vt per Alex.in consil. cxliij.in ij.vol.

b ¶Superiori. Adde tu & vide Ang.in consi.ccvij.Ber.

Augusti. Tu autem in hac materia adde dicta Bal.in l.addictos.C.de episc.aud.qui voluit quòd iudex qui venit ad executionem capitalē pendente appellatione vel non annueñ.puniatur capitaliter, per d.l.lege Iulia.limita tamen prædicta non habere locum in certis casibus in quibus appellatio non deuoluit quos tu vidisti supra in versic.quæro quis condemnatus audiatur appellans,& ibi etiam multum declarat Bal. q̃d si pendente appellatione iudex vult exequi sententiā corporalem,q̃d isto casu possunt amici vel consanguinei de facto resistere & impedire ne executio fiat:quia per appellationē ablata est iurisdictio, secundū Inn.in d.c.si quando.& pro hac sententia facit id q̃d dixit Cy.in l.ab executore.C.quorum appel.non reci.allegando Petr.quòd vbi est tale factum quòd potest reparari per remedium appellationis.Tunc non potest resisti primo iudici exequenti: secus si est tale factū quòd non potest reparari: quia tunc de facto licitum est resistere iudici exequenti pendente appellatione, quam doctrinam approbauit do.Car.in c. ex literis.extrà de offic.deleg.& do.Petr.de Ancha.in c. ad aures.extrà de tempo.ordin.& ideo dicit Angel.in l. quoniam.C.de appel.fuisse obseruatum in Romandiolà quòd postq̃ est appellatū iudex desijt esse iudex, & ideo licitum est iudici resistere impunè.& dicit Iacob.But.ita voluisse.& idem dixit Angel.in l.addictos.C.de appella. quòd potest resisti vt sententia capitalis nō mittatur executioni si est appellatum : secus si sumus intra tempora appellandi:quia non licet resistere nec mirum, si quando factum est irretractabile , ista sunt permissa : quia refert Alber.de Rosa.in l.addictos.C.de episcop.audien. quòd imò etiam clerici si vidēt aliquem iniustè damnatum ad mortem,possunt eripere de manu familiæ. allegat.xiiij.q. vj.c.hi qui. & potest manu armata se defendere ille qui est iniustè damnatus.allegat Archid. ita voluisse in cap.

30 cùm homo.xxiiij.quæstio.vj. †Et an liceat de facto resistere officiali iniustè exequenti. vide omnino per Moder.latè post Abba.& capitu.si quando.& per Bartol.& Bald.in l.prohibitum.C.de iure fisci.libro x.& de materia vide per docto.maximè per Petr.de Anchar.in c.dilecto extrà de sententia excommunica.libro vj.qui approbat dicta per ipsum in dicto cap.ad aures. vide gloss.& doctores,in l.vt vim.ff.de iustitia & iure. & adde Bald. in dicta l. addictos. qui ponit , quòd executor non debet exequi sententiam capitalem si eam videt iniustam , & dicit hoc esse verum , & debet referre superiori & omni ingenio quo potest executionem differre , vel impedire , per leg.primam.§.si quis vltro.ff.de quæstionibus. & allegat

alleg.Inn.in d.c.pastoralis.extrà de offi.deleg. & ibi vide latissimè doc.& adde quæ dicta sunt suprà in gl.in verbo fama publica.in vers.ij.quæro & omnino pulchra verba in l.vt vim.ff.de iusti.& iur.Pet.de Ancha.in d.c.dilecto. allegat Bal.in repe.l.j.C.vnde vi.ibi vide.

31 *Appellatione non obstante quam iudex non admisit si in iudicio , uel inquisitione principali reus negauit,an possit postea confiteri : ut habeat locum statutum minuens pœnam confitenti.*

31 **Ange.** †Quid autem si non obstante appellatione quā iudex non admisit si in iudicio vel in inquisitione principali negauit reus , an possit postea in appellatione confiteri,& sic habeat locum pœnitentia,& in appella.confitendo habeat locū beneficium statuti q̃d minuit pœnam cōfitenti.istam q.format Bal.in c.j.§.porrò.circa fi.ver.quæro vtrum in causa appellationis &c.ti. quæ fuit cau.benefi.amit.& ibi concludit q̃ sic,& allegat glo.in l.si cum except.§.hæc actio.ff.q̃d met.cau.& l.j.in princ.ff.de actio.emp.& facit quod not.glo.in l.creditor. §.si iussus.ff.de app.& bene facit l.qui cum maior.§.accusasse.ff.de bon.liber.

Augusti. Tu in hac materia consydera q̃ illæ gl. allegatæ à Bal.in d.c.porrò. videntur innuere cōtrarium eius q̃d dicit,sed pro veritate istius passus opus esset vt videres dicta doct.in locis alleg.per me suprà in gl.quæ incipit deducta.iiij.parte per beneficium confessionis in vlti. addi.mea,in finalibus verbis.ex quibus apparebit q̃ doctrina Bal.in d.c.porrò.est falsa.

32 *Appellari à sententia iudicis in criminali,an liceat siue pœna sit ordinaria à lege uel statuto, siue sit arbitraria de iure uel statuto.*

32 **Ange.** †Et q̃d possit appellari à sententia iudicis in criminali procedit quando est pœna ordinaria à lege vel statuto imposita:iuxta l.hodie.ff.de pœn. Si autem ex aliquo delicto esset pœna arbitraria vel de iure vel statuto.iuxta no.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de insa.& iudex fuerit arbitratus secundū mentem suā infra mortē,vel vsq̃ ad mortē.iuxta gl.in §.pe.inst.de iur.& alleg.glo.similem in l.pe.C.si aduer.lib.& an à tali pœna pecuniaria vel corporali eius arbitrio imposita posset appellari.dicas q̃ sic:vt no.gl.& Bar.in l.si qua pœna.ff.de ver.sign.intantū q̃ gl.singul.in c.super his.de ap. in versi. arbitriū.in verbo,astringendo plus sentit,videlicet,q̃ à tali sententia nō tantum potest appellari: vt dixi, sed etiā potest peti reductio ad arbitrium boni viri,erit ergo duplex via reclamandi à tali sententia,vel appellare, secundū gl.& Bar.in d.l.si qua pœna.vel petere eam reduci ad arbitriū boni viri:quoniam ex certa consuetudine vel interpreta.de aliquo delicto cōsuetū est imponi & interpretari certa pœna & ipse iudex illā excessit,secundū q̃d habetur in l.quid ergo.§.pœna grauior.suprà allegata.ita singu.dicit Imo.in l.ij.ver.quid autē si in aliquo casu &c. ff.de pub.iudi. q̃d singu.not.in practica:quoniā sæpenumero statuta Italiæ in multis delictis imponunt pœnam ad arbitriū officialis:vnde quādo virtute talis arbitrij sententiam protulerit,tu scias q̃ remedium habeas intētare.

a **Augusti.** Tu autem in hac materia , adde d.Anto.de But.in c.j.extrà de dil.vbi infert ex illa gl.q̃ quando aliquid cōmittitur arbitrio alicuius licitum est appellare si iniquè arbitretur.& ita voluit d.Ant. de But.in c.j.extrà de consti.in prin.vlt.col.vbi approbat gl.in c.super his.extrà de acc.quæ loquitur in causa capitali q̃ in hac materia approbat etiā Imol. in c.quintauallis.extrà de iureiu.in xxxiiij.col.& approbat dicta Bar.in d.l.si qua pœna.de verb.sign.& multū eleganter loquitur Io.And.in add.Spe.in tit.de cita.§.sequitur.ver.sed nunquid.ibi Io.Andr.hoc idē affirmauit,& licet do.Anto.de But.alleget Bar.in l.eius.ff.de ap.nā voluit allegare Bar. in l.fi.ff.de app.reci.& hoc dixit d.Pet.de Anch.in c.j.de cōfess.in vj.& Bal.in l.admonendi.ff.de iureiur. ibi vide Ro.arguentē pro & cōtra in pe.char.& tenet q̃ potest appellari.& Abb.in cle.sæpe.extrà de verb.sign.& vide do. Abb.in d.c.super his.qui concordat quare aliquando nō appellatur & reducatur ad arbitriū boni viri, vide de materia latissimè per Domi.de sancto Gemi.in c.ij.extrà de iur.cal.in vj.& per doct.in c.epis.extrà de excess.præla. in vj.licet Inn.in c.fi.extrà de fer.tenuerit q̃ in istis arbitrarijs non possit appellari,quē videtur sequi Bald.in l.ij.C. quomodo & quādo iud.sed potest saluari dictū Inn. quādo iudex in arbitrarijs modicū lædit,secundū Bal.qui ita limitat in c.j.de mili.vas.qui contu.est.in vj.col.nec mirū quia in istis arbitrarijs lex multū fauet,& præsumitur pro iudice:vt patet ex his quæ dixit Inno.in c.innotuit. extrà de eo qui fur.or.susce.& sequitur Petr.de Anc.in c.ij.extrà de iur.calū.in vj.in fi.vnde non mirum si in istis minimis isto casu nō appellatur,& sic no.l.& in maioribus & in minoribus.C.de app.vel intelligas quando in istis arbitrarijs iudex non iudicauit per dolū,secundū dictā Bal. in l.si fugitiui.C.de ser.fug.dum alleg.c.eum qui.extrà de re iud.in vj.& vide gl.in c.romana.in verbo, minus legitima.extra de app.in vj.qui tenet q̃d appellari possit glo. in c.statu.§.assessorem.de rescr.in vj.gl.in cle.j.de iureiu. aliquid per Io.And.c.vt cōmissi.de hær.in vj.& gl.in c.j. in fi.glo.fi.de confess.in vj.& etiam vide dicta d.Anto.de But.in d.c.j.extrà de consti.qui not.loquitur circa intellectum illius gl.in d.c.super his.& eam limitat.& vide gl. & Io.An.in d.c.ij.extrà de iur.cal.& gl.in c.extrà de cor. vit.& dominos de Rot.decis.ccccl.xxviij.vide not.p Bar. & alios in l.si sit.de leg.j.& in l.alio.ff.de ali.& cib.leg. & in extraua.ad reprimen.& licet soleant aliqua allegari in contrarium vide Ro.not.respondentem in d.l.admonendi.& sic respondebis ad dicta Bal.in l.vbicunq̃.ff.de interrog.act.qui alleg.Spec.dicentem quòd non potest appellari.& responde vt dicit Io.And.in add.Spec.ver. sed nunquid.& Io.And.& d.Ant.de But.in d.c.cum speciali.extrà de app.tenet q̃ possit appellari.& d.Ant.in c.super hoc.extrà de renun.

ADNOTATIO. a ¶Tu autem.Adde tu vltra hoc quòd per arbitrium datum potestati non possit ipse imponere pœnas legibus interdictas & si imponit potest iniuriarum contra ipsum experiri.ita Ang.in consi.cclvj.& Alex.in consi.lxv.in j.volu.& consil. xciij.vbi q̃ iudex habens arbitrium non potest imponere pœnam mortis,sed melius.vide consi.cxj.eo.vol.Ber.

33 *Condemnatis pluribus si unus appellat, & absolutoria sequatur,an alijs prosit,& an appellans uideatur renunciare appellationi consortis.*

33 **Ange.** †Et quia in nostra inquisitione fuerūt plures condemnati,& tamen Caius tantummodo appellauit,videndum est, an si dictus Caius obtineat

b absolutoriam profit alijs[b] suis consocijs similiter condemna.& quia vt dixi in criminalibus proceditur ad similitudinem ciuilium:vt d.l.absentem.ff.de pœnis.ideo dicendum de hoc:vt habetur in l.scio.§.j.& ij.& in l.qui separatim.in princ.& §.fi.& ibi gl.Bart.Ange.Imo.& Raph. ff.de appel.& in l.j.& ij.C.si vnus ex plurib.appel.in quo concludunt , quod regulariter victoria vnius prodest alijs : vt dicta l.scio.§.ij.& ibi gl.& in d.l.j.& ij.C.si vnus ex plurib.fallit primò si alij acquieuerunt sententiæ : vt not.glos.in d.l.iij.§.fed illud.secundo fallit si omnes condemnati appellauerunt: quia ille qui appellat videtur renunciare appellationi consortis, & sic alterius victoria ei non proderit:vt not.Inno.in c.cum super.de re iud.& ibi Ant.de But.& habetur in l.ab executore.§.j.ff.de appel. & Bart.in l.à sententia.eo.titu.tertiò fallit quando causæ defensionis sunt distinctæ, & sic non est vnica & eadem causa defensionis:vt dicta l.separatim.§.fin.quartò fallit, quando sunt plures sententiæ latæ: vt dicta l.qui separatim.in princ.& non vnica sententia contra plures. quintò fallit si ille qui non appellauit acquieuit sententiæ nō tantùm expresse:vt dixi in prima fallentia, sed etiam si tacitè:vt puta:quia in casu nostro ignorauerunt Caium appellasse & tamen alij condemnati non appellauerunt,facit:quia paria sunt quid fieri tacitè vel expresse : vt l.cùm quid.ff.si cer.pet.Si autem vterq̃ appellat & postea alter non prosequitur suam appellationē de appellatione consortis,confisus tunc cum possit capi ista coniectura non capietur illa quod videatur approbasse sententiam, & sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

victoria prosequẽtis appel. sibi proderit. ita dicit Ang. & Imo. in d.l. qui separatim. §. fi. an appellatione pend. interposita à Caio possit cõtra alios fieri executio in casu quo victoria vnius prodesset alijs. dic qđ nõ. ar. in tit. nil nouĩ app. pen. & no. Imo. in d.l. q separatim. & ibi etiã scripsi.

b ¶ Alijs. Adde de hoc vt etiam per Cepo. in consi. lxiiij.

Augu. Tu autẽ in hac materia, adde qđ dubito q dicta in d.l. si quis separatim. §. fi. & in d.l. scio non habet locũ in causa capitali quicquid dixerit d. Ange. hic in fi. allegãdo Imol. in d.l. si quis separatim. §. fi. appellatione penden. interposita à Caio nõ potest fieri executio contra alios: nã hæc omnia confunduntur per tex. in l. minoribus. C. de his quib. vt indi. vbi expresse in causa capitali, dicitur contrariũ, & contra dicta Bar. & doct. & do. Ang. hic, per quẽ tex. in terminis nostris, dixit Bal. in rubr. si vnus ex plur. q ille titu. si vnus ex pluribus, vbi appellatio vnius prodest alteri: vt patet ibi in l. j. quia si sunt plures cõdemnati appel. vnius prodest alteri, nõ habet locum, quando sunt plures accusati de homicidio, & vnus appellauit, potest fieri executio cõtra cõdemnatos. per tex. in d.l. minoribus. quia dicit Bal. q ista iura nõ habent locũ in causa capitali nisi saluando cõmunem opi. di eamus q cum supportatio. Bal. ibi qui appellabant, habebant diuersam causam defensionis, nõ mirum ergo si appellatio vnius non prodest alteri, per ea quæ supra dicta sunt: quia in d.l. minoribus. poterat esse qđ illi occiderãt, sed ille qui appellauit non mandauerat fieri homicidiũ, & sic erat diuersa defensio, & istæ limitationes quas posuit d. Ang. hic colliguntur ex distinctione d. Bar. in d.l. si separatim. §. fi. ibi vide plenè per docto. & adde Bal. in l. j. C. si plur. vna sen. vide ibi per doct. & vide latè cano. maximè d. Ant. de But. in c. pe. extrà de ap. facien. mentionẽ de doctrina Bar. in d.l. si separatim. vide Spe. in ti. de app. §. j. ver. itẽ si plures. & ver. seq. Item adde q inquantum dictum est supra qđ vbi quis tacitè acquieuit sentẽtiæ, tamen ex appella. alterius & eius victoria non potest iuuari: quia dubito de ista doctrina per ea quæ dixit Ang. in l. ab executore. §. fi. ff. de app. qui allegando Inno. in d.c. cũ super. dixit, qđ potest tertius pro suo interesse appellare, etiã si appellet postq̃ sententia trãsiuit in rem iudicatam contra victũ per lapsum decẽ dierum & insurgit, tũc mirabile q sententia ferenda pro isto appellante proderit ei qui tacito consensu suo sententiã confirmauit non appellando: secus autẽ si sententiam ipsam confirmasset ipse appellans expresse: quia tunc non proderit talis victoria in appellatione, & similiter dicit non proderit inquantũ appellauit semel & bis & succubuisset: quia isto casu vnus quisq̃ conuolauit ad suum subsidium, & talis sentẽtia nõ proderit alteri. per dicta Inn. in d.c. cum super.

34 *Appellatione interposita si reus moriatur, an quo ad crimen sententia extinguatur, & an cadauer puniri possit.*

35 *Condemnatus si decedat nondum appellatione interposita intra tamen decem dies qui dantur ad appellandum, an crimen extinguatur etiam quò ad bona per sententiam confiscata.*

34 Ange. †Quid si reus moriatur appellatione interposita, dic quòd clarũ est q quò ad crimẽ sententia extinguitur, & sic cadauer puniri nõ potest: vt l. iij. C. si pen. app. mors interue. & l. j. ff. eo. & l. fi. C. si reus vel acc. mor. fuer. & ideo errant latrunculatores qui suspendunt vel cõburunt cadauera delinquentiũ. ita dicit Cyn. in l. ij. C. qui testa. fac. poss. & Bal. in l. j. C. ne ex delic. defunct. & Imo. in l. defuncto. ff. de pub. iu. dic vt ibi per eũ. & per Ang. in d.l. fi. C. si reus vel acc. qui dicunt prædicta vera, nisi quando hominis memoria ex delicto esset condemnanda q contingit iuxta no. inst. de hære. quæ ab intest. §. per contrarium. facit l. fi. §. fi. ff. de bon. co. & ibi per
35 Bar. †sed quid si condẽnatus decedat nondum interposita appellatione intra tamen decẽ dies qui dãtur ad appellandum. iuxta aut. hodie. C. de app. an crimen extinguat etiam quò ad bona per sententiã confiscata, ego dixi me dicturum hic. s. eo. in gl. in verbo, qui iudex videns. q dicti inquisiti & quilibet eorũ cõparent in vers. quid si reus decessit inquisiti & quilibet eorũ cõparent in vers. quid si reus decessit post appellationem &c. & dic q glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accu. tenet qđ sic: quia ista iudicantur à pari fore expresse appellatum, vel esse intra tẽpora quæ dãtur ad appellandũ, sed licet subtiliter intelligenti illa glo. hic dicat tamen hoc habetur in c. nõ solùm. de appel. in vj. & no. gl. in l. j. in prin. ff. nil no. ap. pen. & de hoc videtur mihi tex. in d.l. fi. C. si reus vel ac. mor. fue. in ver. idem obseruatur &c. sed vltramon. vt refert Cy. in d.l. fi. in ij. q. tenẽt cõtrarium: quia cum verũ sit qđ reus sit dãnatus & sic iudicium fuerit contra eum cœptũ & lis contest. & sentẽtia fuerit iudiciũ finitum transit effectus sententię quò ad bona contra hæredes: vt d.l. ex iudiciorum. in princ. facit l. j. cum no. ibi plenè per Bar. ff. de pri. delict. debet ergo hæres appellare si vult dicto beneficio gaudere, aliàs nõ gaudet: vt d.l. iij. & hanc opi. vltra. sequitur Bar. in d.l. ex iudiciorum. per l. si qua pœna. ff. de ver. signi. pro qua opi. potest allegari. l. furti. §. j. ff. de insa. sed opi. glo. sequitur simpliciter Dy. in d.l. ex iudiciorum. quã glo. etiam sequitur Imo. in d.l. defuncto. in prin. ij. col. ff. de pub. iu. qa ex quo pœna bonorũ venit in consequentiam pœnæ capitalis, si anteq̃ sententia perfectè effectum suũ cõsummaret superueniat mors, & sic defectus in principali: qa ipsa principalis pœna extinguitur videtur q in consequentiã extinguitur accessorium: vt l. si. ff. vnde lib. nec huic determinationi, nec dictæ gl. obstare videtur. d.l. furti. §. j. quia licet dãnatus sit statim infamis: vt ibi tamen videtur q ex quo reus moritur interim pen. termino dato à lege ad appellandum extinguatur etiã crimen infamiæ, & ideo nõ mirum si etiam extinguitur pœna publi. bonorũ qđ dicit esse verũ, quando nihil expresse dictum est de bonis, vel si in sententia dictũ fuerit accessorie, videlicet condemnamus eum ad mortẽ cum bonorũ publi. secus si æquè principaliter per copulam & fuerit lata sententia: vt d.l. iij. & dixi supra in gl. in verbo, & eius bona publicamus. ar. l. j. ij. & iij. ff. de pec. leg. & hanc sententiã gl. & Dy. sequutus est etiã in d.l. fi. C. si reus vel ac. quia vt proximè dixi adẽptio bonorum veniebat in consequentiam ergo extincto principali crimine extinguit, & accessoriũ. Præterea vbi est eadẽ ratio debet esse idem ius: vt l. à Titio. ff. de verbo. obl. sed ratio decidendi & diuersitas quã facit Imperator in d.l. iij. C. si pen. ap. est solùm vtrum adẽptio sit facta tacitè vel expresse: ista ratio videtur habere locum quando quis moritur pendente termino dato ad appellandum: si igitur eadẽ ratio habet locum, ergo eadem iuris dispositio debet etiam habere locũ. nec obst. d.l. ex iudiciorum. dum dicit cõdemnatione sequuta: quia illud limitatur vt intelligatur de condemna. quæ iam transiuit in rem iudicatã. arg. l. j. ff. de re iud. sed intra tempora appellationũ nondũ transiuit in rem iudicatã: vt no. gl. in d.l. j. igitur &c. & sic legũ interpretatione pœnæ molientur: vt voluit gl. in d.l. ex iudiciorũ. nec obst. d.l. si qua pœna. quia ibi loquitur q à pœna non potest appellari: quia à legis grauamine appellari nõ potest, sed à multa bene potest: quia est grauamen iudicis, & sic prima appellatio contra legis iniquitatem non admittit tanq̃ inepta: secus in multa: quia à sententia iudicis iniqua bene potest appellari: vt l. j. in princ. ff. de app. & appellatio debet admitti stãte ergo dicta pendentia appellandi, & mortuo condemnato: quia poterat appellari, vt à multa iudicis procedat dicta glos. in d.l. ex iudiciorũ. & hanc sententiã gl. sequutus est Bal. in d.l. iij. C. si pen. app. &c. ver. quæro deportatus &c. tali ratione: quia qđ sententia lata nõ posset retractari, nõ est hoc cõfirmatum, per prædictũ lapsum tẽporis dati ad appellandum, & ideo cũ sententia non sit adhuc cõfirmata, pẽdet adhuc eius effectus. facit l. cũ hic status. in prin. ff. de donat. inter virũ & vxo. hac igitur ratione attenta q adhuc eius effectus pẽdeat, infertur q si testamentũ qđ interim fecit damnatus ad mortem contra quem facta fuit executio intra decem dies valet, si institutus appellet ratione bonorum: secus si non appellet, sit tamen hæres cautus in appellando vt non appellet nomine defuncti, sed suo

suo & pro suo interesse bonorum quærẽdorum. sed idem Bal. vt sui moris est in l. qui à latronibus. ff. de test. tenuit contrariam opi. vltra. & Bart. contra dictam gl. quoniam appellatio in potentia non debet plus operari q̃ appellatio ineſſe producta & in actu: vt ff. de cond. indeb. l. Iulianus. ex quo apparet quòd quantum ad bona, sententia lata contra defunctum afficeret hæredes: vt d.l. ex iudiciorum. in princ. nam si hæredes appellarent & appellationẽ non prosequerentur eis non prodesset: vt d.l. fi. §. illud. C. de temp. app. ergo eodem modo si reus decedat intra tempus quo possit appellari si non sit appellatum, & hãc sententiam vltra. & Bar. sequutus est Ray. in l. fi. ff. si pen. ap. quia si reus moriatur intra tempora data ad appellandũ, & sic sententia traxit secum executionem non potest seruitus irrogata per sententiam tolli, ob defectum extremi à quo: quia fictio debet habere duo extrema habilia, vnũ à quo, videlicet mors rei, aliud extremum ad quod: vt no. plenè in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & in l. eadẽ. in prin. ff. de duo. reis. mortuo ergo reo extinguitur extremum à quo: quia mortuus non potest dici quòd definat esse seruus. Item quia aut hæres vult appellare tãq̃ quilibet de populo & non potest: quia tali casu non habet locum humanitas. de qua in l. nõ tantùm. ff. de app. propter mortem dicti rei iam secutam, & hanc sentẽtiam vltra. & Bar. postea sequutus est Imol. asserens se melius cogitasse in d.l. qui à latronibus. §. j. videlicet, quòd dicta temporis pendentia dati ad appellandum, non operatur idẽ qđ ipsa appellatio quò ad effectum. d.l. ex iudiciorũ. quia eo ipso quod quis est condemnatus per sententiã statim surgit effectus iuris: quia factus est intestabilis & perdit omnia ea quæ sunt iuris ciuilis: vt l. quidam sunt serui pœnæ. & l. qui vltimo. ff. de pœn. ex quo apparet qđ ex quo non fuit appellatum eo existente viuo, quòd ipse postea decessit intestabilis: vt l. quis filio. §. irritum. ff. de iniu. testa. & sic non potest habere hæredem, ergo frustra dispu tatur, an hæres debeat appellare, & maximè si bona sunt principaliter adẽpta. & hoc dicit sibi plus placere in d.l. defuncto. In hac itaq̃ quæstione: vt vides multæ sunt varietates. & opinio glos. & doct. vnde vt omnium saluetur opinio ex dictis omnium potest sic distingui, aliquando in sententia corporali bona non sunt expresse adempta, vel publicata aliquando in sententia sunt expresse adempta, & publicata. Primò casu tunc aut bonorum publicatio non venit de iure ex tali delicto, aut ipso iure ex tali delicto venit publicatio bonorum ex eius natura, licet in sententia hoc expresse non dicatur: vt est in crimine læsę maiest. iuxta l. pe. & fi. C. ad leg. Iul. maiest. & facit authẽ. bona damnatorum. C. de bon. damna. Primo casu, quãdo publicatio bonorum non venit à lege ex delicto intentato, nec iudex in sententia expresse publicat bona, & tunc aut talis condemnatus fecerat testamentum, aut nõ: quãdo condidit testamentum: quia statim cum fuit condẽnatus fuit effectus seruus pœnæ. d. §. irritum. & d.l. qui vltimò. & l. quidam sunt serui. & l. & in seruorum. §. j. de pœn. Et quia sententia ipso iure traxit secum executionem iuris: vt l. furti. §. j. & qđ ibi no. Bar. Bal. & Ang. & no. Bar. & doct. in l. j. ff. de re iud. & Bar. & doct. in l. j. ff. nil no. ap pel. pen. & per cõsequens eius testamẽtũ effectũ fuit ipso iure irritũ: vt d. §. irritũ. ibi & nõ tunc cõsumptus est &c. conjuncta gl. ibi quæ dicit, qđ hęc sententia traxit secum execu. nec dictũ eius testamentũ reconualescit, nisi appel lauerit: vt d. §. hi autẽ. Et ideo tali casu succedunt venientes ab intestato: vt habetis in d. auc. bona dãnatorũ. & l. j. & ibi Bar. ff. e. facit qđ no. in l. j. & l. si pater. C. de her. inst. aut talis cõdemnatus non fecerat testamentũ, & tũc quia nec à lege, nec à iudice in sua sententia bona sunt publicata, necessario sequit q venientes ab intestato in eius bonis succedũt: vt d. auc. cũ si. etiã si non appellauerint. Aliquãdo bona non sunt expresse in sentẽtia publicata: quia iudex omisit, sed publ. bonorũ ipso iure ex natura delicti intẽtati venit vt ex crimine læsæ maiest. vt dixi, & tũc licet pendente tẽpore ad appellandũ moriatur, tamẽ hæredes nõ cõsequentur bona: quia statim lex traxit secũ executionem. arg. l. j. §. j. ff. ad Turp. & ibi Bar. etiã si dicti hæredes appellassent: quoniã secundũ veritatẽ à tali sentẽtia nõ potest appellari: vt l. cõstitutiones. ff. de appel. & suprà dixi. Et quia hominis memoria tali delicto potest damnari: vt inst. de hær. ab intest. §. per contrariũ. Secũdo casu principali quãdo bona expresse sunt in sententia publicata, & tunc aut æquè principaliter: vt quia dixit, & eius bona publicamus, aut accessoriè: vt quia dixit cõdemnamus ad mortẽ cum bonorũ publicatione. Primo casu tot sunt sententiæ quot capitula: vt l. etiam. §. j. ff. de min. & ibi no. Et duo sunt capitula æquè principalia, vnum de morte aliud de bonorum public. & ideo licet illa pars sentẽtiæ extinguatur qđ debeat mori: quia iam mortuus est naturaliter post sententiã, tamen dicta sententia non extinguit quò ad illã aliã partẽ siue capitulum publicatio. bonorũ: vnde cũ illa sententia respectu bonorũ principaliter aggrauet ipsos hæredes, ipsi pro suo interesse & nomine suo, nõ nomine defuncti poterũt appellare: quã appel. vsq̃ ad finem debent prosequi, secundũ Bal. in d.l. iij. aliàs talis sentẽtia etiã quo ad bona lapsu decem dierum confirmaretur. Secundò casu quando bonorũ publicatio venit accessoriè, & tunc extincta sententia in principali, videlicet in crimine propter mortẽ naturaliter sequutam extinguet in accessorijs & sic in bonorũ publica. arg. l. ij. & iij. ff. de pecul. leg. & c. accessoriũ. de reg. iur. in vj. & sic in tali casu non est opus quod ipsi hæredes appellent meritò &c.

Augu. Tu adde q non reperio q Angel. in l. fi. dicat id ad qđ allegat eũ d. Ang. hic, quãdo memoria hominis venit dãnanda. Adde tamẽ qđ licet Iaco. de Are. & Pet. & Ang. in d.l. ij. C. qui test. fac. poss. hoc dicant qđ mortuo reo, cadauer nõ debet amplius puniri, & errant iudices quando faciunt suspendere delinquentes mortuos. & Ang. hoc dixit in l. qui à latronibus. §. si quis. ff. de testa. & dicit Ange. in d.l. defuncto. qđ potest agi in iuriarum contra talem iudicẽ: quia etiã mortuo potest inferri iniuria. l. j. §. quoties. ff. de iniu. Sed aduerte: quia Bal. in d.l. ij. aliter loquit, & dicit hoc esse arbitrariũ. per gl. in cle. j. de pœn. & remis. sed Raph. Ful. dicit, qđ nihil inuenit in d. cle. j. & ideo Ro. in d.l. ij. dicit qđ opi. Bal. procedet in famoso latrone. per not. per gl. in l. ij. ff. arb. fur. cæs. quę gl. singu. est, & sic latrones mortuos bestijs subijci. & allegat etiam quædã alia quæ allegauit Imo. in d.l. defuncto. & ita etiã affirmauit Ro. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. in xlvj. fallentia. Et adde quæ latius dixi suprà in gl. Qui iudex videns qđ non cõparent dicti inquisiti in ver. & bene nota. qđ in crimine: & posui addi. ibi post quæstionem sequentẽ. Et in hac vltima q. quã tangit hic d. Ange. Primò vide & adde quæ dixit d. Nellus in tracta. bannitorũ in iiij. partícula primi tẽporis in ij. q. qui facies mentionẽ de doctrina Bar. & aliorum qui in hac materia similẽ ipse allegat ibi vide reprehendens doct. ibi in hoc, per quæ possumus etiam reprehendere. Ang. in l. & post. ff. de trãsact. qui dicebat etiã ipse ibi illã gl. in d.l. iudicio rum. esse singu. quæ non est singularis secundũ d. Nellũ, vbi vide & omnino vide præfatũ d. Nellũ in dicto tract. bannito. in vltimo tẽpore in ij. parte q. vij. quæ incipit, pone Titius fuit bãnitus & eius bona fuerunt cõfiscata &c. Et de materia vide omnes illas remissiones quas allegaui in add. meis in gl. qui iudex videns q dicti inquisiti & quilibet eorum non comparent. in ver. quid si reus decessit post appellationem in q. seq. in add. meis.

Augustinus Bonfrancíscus de Arimino.

Domini Angeli Aretini in materia maleficiorũ tractatus, cũ additionibus maximi practici do. Augustini Bon francisci de Arimino & summarijs: ad Dei laudẽ eiusq̃ genitricis virginis Mariæ, Finem cœpit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alberti de Gādino iuris vtriusque doct. clarissimi, libellus super Maleficijs: nouiter cum pluribus exemplaribus manuscriptis reformatus; & à tenebris quibus propter infinitos errores offuscabatur illuminatus: cū summarijs & apostillis, Deo duce incipit.

PROOEMIVM.

VM assiderem Perusij iā est diu, ego Albertus de Gandino composui illum libellum parvum qui quędam de ordine maleficiorum, & plurimas quæstiones ad maleficia pertinentes, cōtinet & allegat. Eumq; sumpsi ex lectura do. Odo. & ex scriptis & rationibus do. G. de suza. & aliorū quāplurium peritorum iuris: & vt plurimū de facto cognoueram obseruari. Verum quia ille libellus multos defectus patitur. Et quia legitur quòd nihil est actū, dum aliquid supereſt ad agendū: vt. C. ad senatusconsul. sylla. l. cū syllanianū. Et quia illius libelli materia in vsu quotidiano consistit: & ideo nō est spernenda, nec etiā negligenda: vt. ff. de libe. leg. l. legaui. in prin. & ff. de vsur. l. iusto errore. in prin. præfatū libellū corrigere, reformare, & supplere præuidi, ad vtilitatē & eruditionē meā & scholariū studentium in iure ciuili: & nouorum aduocatorū & assessorum proficere volentium ad emendationem cuiuslibet, & suppletionem sapientis. Circa cuius libelli correctionem & continentiam talem intendo ordinē obseruare: ante omnia quòd de maleficijs cognoscit quinq; modis: videlicet, per accusationem, denunciationem, inquisitionem, exceptionem, & quando crimen est notorium. In primis itaq; intendo dicere, quomodo de maleficijs cognoscitur per accusationem: videlicet.

Quid sit accusatio: & qñ accusator sit necessarius. fo. 165.
Qui accusare possunt, vel non. fo. 165.
De filiofamilias, & vtrum possit accusare. fo. 166.
Qui possunt accusari. fo. 167.
Vtrum ille cōtra quem fuit per inquisitionē processum: possit de nouo accusari. fo. 168.
Qualiter fiat accusatio. fo. 168.
Qualr aduocati circa accusationē se debeant hre. fo. 169.
Qūo de maleficijs cognoscitur per denunciationē. fo. 169.
Qūo de maleficijs cognoscatur per inquisitionem. fo. 170.
Qūo cognoscit de maleficio vel crie p exceptionē. fo. 171.
Quomodo de maleficijs cognoscitur quando crimen est notorium: & quid sit fama, & infamia. fo. 172.
Vnde, aut quo loco possit fama procedere. fo. 172.
A quo vel à qbus possit fama incipere, & quo tpe. fo. 173.
Qui ad famę pba. possint & debēt de iure admitti. fo. 174.
Qualis & quantus sit famæ effectus. fo. 174.
De prę sumptionibus & indicijs dubitatis, ex quibus plerunq; proceditur ad tormenta. fo. 175.
De præsumptionibus & indicijs indubitatis, ex quibus condemnatio posset sequi. fo. 177.
De rumore occulto & manifesto. fo. 178.
Qūo de malefic. cognoscat: & qñ crimē notoriū est. f. 178.
De citationibus faciendis. fo. 179.
Vtrū ,pcurator in maleficijs interueniat, & quādo. fo. 180.
Quid sit agendum reo absente & contumace: & de bannitis pro maleficio. fo. 182.
De bannitis pro maleficio. fo. 182.
Quid sit agendum reo præsente, & non cōtumace. fo. 185.
De quæstionibus & tormentis. fo. 186.
De defensionibus à reo faciendis. fo. 189.
De transactionibus & pactis in maleficijs. fo. 190.
De pœnis reorum. fo. 193.
De homicidijs & eorum pœnis. fo. 202.
De furibus & latronibus. fo. 205.
De falsarijs. fo. 207.
Vbi puniatur delinquens. fo. 211.
Vtrum pœna possit augeri. fo. 211.
De bonis malefactorum. fo. 211.
De aliquibus quæstionibus varijs in maleficijs. fo. 213.
De rebus non portandis contra deuetum. fo. 215.
De obseruantia statutorum. fo. 217.
De multis quæstionibus dependentibus à statutis quæ incidunt circa maleficia. fo. 219.
Quęstio an in loco domicilij seu originis possit cōtra aliquem inquiri de maleficio alibi commisso. fo. 222.

Quid sit accusatio, & quando accusator sit necessarius. Rub.

SVMMARIVM.

1. *Accusare est deferre aliquem reum criminis in libello.*
2. *Accusator quando sit necessarius: & an sine accusatione procedat criminis cognitio, uel pœne impositio.*
3. *Inquisitione iudicis officio proceditur sine accusatione in casibus hic enumeratis.*
4. *Potestas an possit cogere hæredes uel fratres defuncti accusare homicidā, quę deferre timent propter eius potentiam.*

1 †ACcusare autem nihil aliud est quàm deferre aliquem reum criminis in libello: vt. ff. de accusa. l. libellorum. ibi, reum deferre &c.

2 †Est necessarius accusator vbicunq; est admittenda accusatio criminis vel delicti, tam publici q̄ priuati. ff. eo. l. fina. & dic vt in summa Azo. in prin. C. eo. tit. hoc tamē not. quòd sine accusatione non procedit criminis cognitio, vel pœne impositio: vt. ff. de mu. & ho. l. rescripto. §. si quis accusatorem. Et legitur Christum dixisse ei quæ pro adulterio adducta coram eo. Quis te accusat ó mulier? Et ipsa respondisset, nemo domine. Et tunc dominum dixisse. Si nemo te accusat, nec ego te condemno. Hoc tamen quod dictum est, scilicet neminem sine accusatore dānari, nec criminis cognitionem procedere. †Fallit in casibus specialibus, in quibus officio iudicis per inquisitionem proceditur. Qui casus sunt hi? a

b Primus casus est quando dominus esset occisus à familia sua, quocunq; modo dicatur occisus, quo casu etiam inquisitio fit in ipsa familia. ff. ad sylla. l. j. §. occisorum. Secundus casus est quādo accusator corruptus pecunia petit abolitionem vt possit ab accusatione desistere: vt. C. de aboli. l. abolitio. Tertius casus est

c quando præses prouincię generaliter inquirit cōtra malos vt purget prouinciam quam regit. Item latrones, plagiarios, fures, & receptatores eorum. Specu. de inquisi. §. quando. & ff. de offi. præsi. l. congruit. & c. j. extra. de offi. ordi. & Spe. de inquisi. §. quando. versi. iij. Quartus casus est in crimine lenocinij, quando mulier obiecit marito suo: secus in alio extraneo hoc crimen obiciente: quia eo casu est necessaria accusatio. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. ij. §. si publico. Quintus casus est in crimine suspecti tutoris. ff. de suspect. tuto. l. iij. §. sed præterea. Sextus casus est in crimine sacrilegij: vt. C. de episcop. & cleric. l. si quis in hoc genus. Septimus casus est in falso teste aures iudicis offendente: vt. C. de testibus. l. nullū? d. Octauus casus est in charta falsa seu suspecta coram iudice producta: vt. C. de probatio. l. iubemus. Nonus casus est in calumniatore. Nā si calumniosè fuero accusatus,

e possum postulare accusatorem de calumnia puniri? tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore sententiæ contra me proferendæ ex officio dicti iudicis, sed non postea nisi per accusationem: vt.C.de calū. l.j.ff.de bonis quæ libe.l.qui cū maior.§.libertus. Decimus casus est quādo hæres qui adijt hæreditatem cum beneficio inuentarij aliqua de hæreditate subtraxit: vt.C. de iure deliberan.l.scimus.§.licentia. Vndecimus casus est.C.de naufrag.l.quoties. Duodecimus casus est quando vnus ex malefactoribus confitetur se socios habuisse ad aliquod maleficium perpetrādum: quo casu inquiretur cōtra illos socios de illo maleficio: vt.ff.de quæstionib.l.j.§.si quis vltimò.&.§.idem. An autē iudex debeat interrogare de socijs,& vtrū fides sit adhibenda confitenti de socijs, vel non, plenè dicam infrà.in rubrica, de quæstionib.& tormentis. Spec.de inquisi.§.quando.versicu.vij. Tertiusdecimus casus describitur in crimine notorio: vt.C.de accusationi.l.ea quidem.de quo crimine notorio cognoscitur quinq; modis: vt plenè dicetur sub rubrica, quomodo cognoscitur de maleficijs quando crimen est notorium. Quartusdecimus casus est in crimine læsæ maiestatis: vt.ff.ad leg.Iul.maiesta.&.l.ij.&.iij.

Quintusdecimus casus est in bonis damnatorū indagandis.C.de bonis damnato.l.si quis intra.& de bonis vacantib.l.fina. Sextusdecimus casus est in crimine apostatarum.C.de apostatis.l.iij. Decimusseptimus casus est in crimine hæresis.C.de hæreticis & manich.l.manicheos. Sunt & alij casus qui his legibus cōtinentur.ff. de censibus.l.forma.in authen.de manda.princ.§.coges. ff.de confirman.tutorib.l.tutores.C.de curato.furio.l.ij.

f circa medium legis.ff.de rebus eorū.l.magis puto[f]. Itē casus est in omni falso.ff.ad syllania.l.si quis. Item si infamatus deficit in probatione sua: vt extrà de iuno.c.de hoc. Itē in alio casu, extrà de accusa.c.euidentia. Marti.de fano. Item inquiritur iudicis officio de iure Lombardorum, vt in Lombarda.de offic.iudic.l.vt iudex. Al-

4 ber.gandi. †Sed pone quòd Titius interfecit hominē, hæredes vel fratres eius mortui timebant accusatorē deponere propter potentiam illius Titij. Modo quæritur, nunquid potestas possit illos hæredes vel fratres compellere accusare hunc Titium cum hoc sit, quòd super illo maleficio non possit potestas inquirere. cum nō sit de casibus exceptuatis. Et videtur primò quòd non: vt.C.vt nemo inuitus agere vel accusa.compel.in rubro & in nigro. Et videtur contra, quòd possit, quia expedit reipublicæ ne maleficia remaneant impunita: vt.ff.ad leg.Aquil. l.ita vulneratus.&.ff.de public.iudi.l.si lōgius.§.si filius. ff.depositi.l.bona fides.& de fideiuss.l.si à reo. Item quia iudex debet curare vt prouincia quam regit malis hominibus sit purgata.ff.de offic.præsi.l.congruit. Item propter tumultum & scandalum euitandum, quandoq; conceditur quòd alias nō concederetur: vt.C.ad leg.Cornel. de sicar.l.penul. Item quia si istud homicidium nō puniretur, esset res mali exempli.ff.de fideiuss.l.si à reo.ff.de iudicijs.l.obseruādum.ff.de re iudic.l.diuus.ff.de pœnis. l.si quis aliquid.& de præcib.imper.offer.l.j. Solu.Dic,

g quòd iudex bene faciet,[g] si prædictos hæredes accusare compellit quamuis hoc non sit bene lege expressum: & si de potentia Titij timeatur, faciat potestas bonam securitatem de non offendendo dictum accusatorem: vt argu. C.de his qui ad eccle.confu.l.denunciamus.& Spec.de accusa.versi.quia si nullus. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶Impositio. Adde tu assessor quòd hoc fallit in crimine falsi, vbi sine accusatore quis damnari potest ij.q. j.c.nihil.& in c. de manife. Itē in dicto crimine quis ex suspicione damnatur: & si dictum crimen incidat super eo pronunciatur: ita arch.in c.in memoriam xxj.dist. & sequitur Pe. de ancha. consilio.clxij.Ber.

b ¶Sūt hi. Adde tu assessor qui sint casus in quibus de iure ciuili possit procedi per inquisitionem. Cal.in consi.j.de accu.Ber.

c ¶Inquirit. Adde Pe.de anch.consi.xxxj.Ber.

d ¶Nullum.&.ff.de testib.l.qui falsa.& dic vt not.extrà de cri.sal.c. j.& extra de elec.c.per inquisi. Sed quanto tempore duret hoc iudicis officium quòd iudex possit inquirere contra testes. doc. dicūt quòd tandiu durat quādiu durat causa principalis. vnde cum quidam episcopus vellet punire quosdam testes qui falsum deposuerant coram eo, dictum fuit quòd non poterat quia quandiu durat principale durat accessorium. C.de po.l.iiij.&.l.iij.C.de legi. licet do. Ioā.an.& Azo. dixerit hoc casu officium iudicis durare longo tempore. Iac.butr. tu autem adde per Petr.de ancha. consi.clxxij. &.alleg.Ber.lan.

e ¶Puniri. Adde tu assessor vt per Alex.consi.xj.si conuictus tamen excusatur à præsumpta calumnia. ita Fran.are.consi.lxxx.Ber.

f ¶Puto. Preterquàm in partu suppositio, in quo per accusationem debet procedi: vt.C.de falsis.l.cum suppositi.&.ff.eo.tit.l.lege cornelia.§.j.& not.Azo.in summa.eo.titu.Iac.but.tu dic quòd idem dicit Gandi. in fine seq.rubri.Ber.lan.

g ¶Bene faciet. Adde tu assessor quòd eiusdem sententiæ est Rom. consi.cxlvij.Ber.lan.

Qui accusare possint, vel non. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Accusare possunt omnes, nisi lege expressa prohibeantur.*
2 *Serui an prohibeantur accusare.*
3 *Statuliberi an possint accusare.*
4 *Mulier quando possit accusare.*
5 *Pupillus quando possit accusare.*
6 *Adultus an ualeat accusare.*
7 *Minori uigintiquinque annis, an permittatur accusare de adulterio.*
8 *Accusare & testificari quilibet potest in crimine læsæ maiestatis.*
9 *Militi quando conceditur accusare.*
10 *Merum imperium habentes accusare non possunt neq; accusari.*
11 *Tutor, curator, procurator, & generaliter omnes qui non suo sed aliorum nomine accusant, an prohibeantur accusare.*
12 *Illustribus personis an concedatur per procuratorem accusare.*
13 *Vniuersitas an possit accusare per syndicum ad hoc constitutum.*
14 *Accusare prohibetur qui præmium accepit ob accusationem institutam per eum sicut repellitur testis à testimonio ferendo si præmium recipiat.*
15 *Frater magnum ac capitale crimen intentans contra fratrem suum quando audiatur, & quid de matre.*
16 *Accusans & ab accusatione desistens non impetrata abolitione non auditur si postea uult de eodem crimine accusare.*
17 *Damnatus de publico crimine, uel de calumnia uel qui artem ludicram exercuit, ius accusandi quando habet.*
18 *Socius non auditur accusans socium de eodem crimine: & an idem sit si commisit aliud par delictum uel simile.*
19 *Maritus accusans uxorem suam de adulterio, quando repellatur.*
20 *Liberti & eorum liberi ac familiares, quando prohibeantur accusare patronos.*
21 *Accusans personas ecclesiasticas coram iudice seculari, de quocunque crimine repellitur.*
22 *Maritus uxorem accusare de adulterio, iure mariti prohibetur post quadragintà dies: & pater uxoris, & maritus non accusat uxorem quam primò repudiauit & mox reduxit.*
23 *Mulier, maritum & quemcunque alium repellit ab accusatione adulterij, obijciens eis exceptionem lenocinij antequam nomen eius sit receptum inter reos.*
24 *Seruus nec dominum nec quenquam accusare potest.*
25 *Litis contestatio & nomen receptum inter reos, quomodo differant: & quādo nomen dicatur receptum inter reos.*
26 *Exceptio peremptoria in causa criminali an obijciatur postquam nomen rei receptum est inter reos.*
27 *Accusari non potest quis coram pedaneo iudice uel arbitro.*
28 *Accusans de crimine post uiginti annos, repellitur: fallit in crimine subiecti partus.*
29 *Accusans mulierem quòd falsis medicamentis partum abortiuit: auditur etiā post uiginti annos.*
30 *Accusans mortuum repellitur: fallit in crimine læsæ maiestatis repetundarum hæresis, & peculatus.*
31 *Filius accusans aliquem coram patre suo iudice repellitur.*

1 NVnc videamus †de his qui possunt accusare vel nō: & certè omnes possunt accusare, dummodo lege expresse nō prohibeantur: vt.ff. de accusa.l.qui accusare. sic etiam procurator & testes admittuntur: vt.ff.de procura.l.qui mutus.§. cui quæritur.&.ff.de testibus.l.j.& ideo restat videre qui

2 prohibeantur legibus accusare. †In primis prohibentur serui: nam quo ad ius ciuile attinet, serui pro nullo & nihilo habentur. ff. de reg.iur.l.quod attinet.&.l.seruitutem.

3 tem. †Idem dicitur de statuliber.ff.de statulibe.l.statuliberum. Fallit in legibus Iul.ambi.ff.ad leg.Iul.ambi. l.j. Itē fallit in l.Iul.de annona.vt.ff.ad leg.Iul.de annona.l.j.& quandoq; seruus accusat illum qui subtraxit tabulas testamēti in quo sibi erat relicta libertas: vt.ff.de

4 fal.l.nullos. †Item repellitur mulier: vt.ff.de accusa.l.j. &.l.qui accusare. in princi. hoc tamen fallit in certis casibus: videlicet si ipsa mulier suam uel suorum iniuriā prosequatur: vt dicitur in.ll. prælegatis. Item accusat mulier quando contra testamentum falsitas est commissa: vt ff.de accusa.l.ij.§.penul. pro alia tamē falsitate mulier ac-

a cusare non potest: [a] vt.C.de fal.l.& si ad te. Item accu-

b sat mulier[b] in crimine leg.Iul.maiestatis: vt.ff.ad leg.Iul. maiest.l.& in quæstionibus. Item in lege Iul.de annona. admittitur mulier ad accusationem & in crimine suspecti tutoris: vt.ff.ad leg.Iul.de annona.l.j.& insti.de su-

5 spec.tuto.§.j. †Item prohibetur accusare pupillus: vt ff.de accus.l.qui accusare. Fallit: in casibus, scilicet si hoc agat autoritate tutoris, scilicet si accusat de morte patris

6 vel pro testamēto patris: vt.ff.de accusat.l.j.§.vlti. †Sed nūquid adultus admittitur autoritate sui curatoris ad accusandum. Respondeo sic, quòd probatur eo quod solus pupillus prohibetur tam in accusatione, vt suprà quàm in populari actione: vt.ff.de popula.actionib.l.mulieri. ergo patet. Secus in adulto dici potest si accusationem instituat pro consensu sui curatoris: vt.C.de auto.tuto.l.cla-

c rum[c]. †Saluo quòd in accusatione adulterij nullo modo,

7 admittitur minor.xxv.annis. nec cum autoritate tutoris[d]

d vel curatoris. vel sine: vt.ff.de adult.l.si maritus.§.lex. ni-

8 si ipse de suo violato toro accusasset: vt ea.l.caueē. †Itē in crimine læsæ maiestatis est omnium testium exequata conditio: & ideo indifferēter admittitur quilibet cuiuscunq; conditionis sit tam ad accusandum quam ad testi-

9 ficandum: vt.C.ad leg.Iul.maiest.l.nullus. †Item repellitur miles nisi suam vel suorum iniuriam prosequa-

10 tur. C.de accusa.l.nō prohibentur. l. crimine. †Item interim non accusant qui meri imperij potestatem habent, nec ipsi sine fraude possunt accusari: vt.ff.ad leg.Iul.de adult.l.si maritus.ff.de iniur.l.nec magistratibus.&.ff.de

11 accusa.l.qui accusare. †Item accusare prohibentur tu-

e tor, curator, procurator, [e] & generaliter omnes qui non suo nomine sed alterius nomine accusant, vt si tutores accusant aliquem de rebus & factis pupillorum non debēt dicere accuso nomine pupillorum, sed ipse tutorio nomine accusabit: vt.ff.de pub.iudi.l.accusatorem.§.ad crimē.

12 &.C.qui accu.non poss.l.ij.&.C.de fal.l.de fide. †Fallit tamen in personis illustribus quæ accusationes iniuriarum instituunt per procuratorem: vt.C.de iniur.l.vlti. Et prædicta intelligo vera, quando alieno nomine accusationes instituunt de criminibus ex quibus imponitur pœna relegationis vel vltra. Nam si minor imponatur pœna, tunc & ad accusandum nomine alieno, & ad defendendum videtur quòd possit intercedere tutor, vel curator, vel procurator: vt not. Accur. supra.d.§.ad crimen. Fallit tamē in illustribus personis quæ accusationem iniuriarum instituunt per procuratorem. C.de iniur.l.fina.

13 †Sed hic quæro, nunquid vniuersitas[f] possit constitue-

f re syndicum ad faciēdum accusationem, nomine vniuersitatis de aliquo crimine? respon. sic: vt probatur. C.de re

14 mili.l.tam collatores.§.si autē vniuersitas. lib.xij. †Item repellitur ab accusando ille qui præcium susceptt ob accusationem institutam vel vt desisteret ab instituta per eum sicut est in teste qui si præcium recipiat repellitur à testimonio ferendo: quia incidit in l.Iul.repetunda.l.eadem.§.j.&.ij.& hoc accidit propter suspicionem calumniæ, quia semel fuit malus & hodie præsumitur malus. ff.

15 de accu.l.si cui.§.ijsdem. †Item frater[g] non auditur si

g magnum ac capitale crimen intentat contra fratrem suū: vt.C.qui accu.non pos.l.quod si magnum. nisi prosequatur suam vel suorum iniuriam sicut dicitur de matre. ff.

16 eo.tit.l.propter.&.l.si sororem. †Item ille qui accusat si ab illa accusatione desistat abolitione non impetrata, non auditur postea si vult de eodem crimine accusare: vt

17 ff.ad Turpil.l.si qui desistit.&.C.de accu.l.ea quæ. †Itē ius accusandi non habet damnatus de publico crimine, vel de calumnia, vel qui artem ludicram exercuit: vt.ff. de accu.l.qui in iudicio. nisi suam vel suorum iniuriam

18 prosequatur: vt ea.l.&.l.hi tamen. †Item non auditur

h socius accusans socium[h] de eodem crimine: vt.ff.de libe. cau.l.si filium. Item forte dicam quòd iste non audiatur si commisit aliud par delictum vel simile. †Et ideo re-

19 pellitur maritus accusans vxorem suam de adulterio si ipse maritus de adulterio vel de lenocinio ante conuincatur: vt.ff.ad leg.Iul.de adulter.l.si maritus.§.præscriptione. nam dolus cum dolo compensatur: vt.ff.solu.matri.l. viro.C.de hære.l.quoniam.ff.de dolo.l.si duo.ff.ne quid in lo.pub.l.ij.&.C.de inoff.testa.l.in arenam.& hoc quādo nomen vxoris non est receptum inter reos: quia tunc non poterit opponi illa talis exceptio: vt.d.§.præscriptio-

20 ne.arg.ff.de adult.l.ij.§.si publico. †Item prohibentur liberti & eorum liberi & familiares accusare patronos propter reuerentiam quam eis debent prestare: nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur. ff.de accusa.l.qui accusare.&.l.hi tamen.§.j.C.qui accu.nō pos.l.iniquum.&

21 l.si quis ex familia.&.l.similem. †Item repelluntur vo-

i lentes clericos, [i] & alias personas ecclesiasticas accusare coram iudicibus secularibus de quocunq; crimine: vt.C. de epis.& cle.authen.clericus.& authen.causa quæ fit.& melius cum iure nouissimo Federici: vt in illa authen.ad

22 dedecus & decorem. †Item prohibetur maritus accusare vxorem suam iure mariti de adulterio post.xl.dies, & pater vxoris etiam repellitur: vt.C.ad leg.Iul.de adul. l.iure mariti. Item repellitur maritus accusare vxorem suam de adulterio si primò repudiauit eam mox approbauit mores eius reducendo tantumdem: quia sic accusaret mores quos ipse approbauit: vt.ff.ad leg.Iul.de adult.l.si

23 vxor. †Item repellitur mulier contra maritum & quēcunq; aliū ab accusatione adulterij, si dicat & obijciat accusatorem commisisse latrocinium: & hæc talis exceptio opposita & probata subijcit maritum pœnæ: quia ipse punitur arbitrio iudicis: vt.ff.de adult.l.j.§.si publico.&.l.si maritus.§.præscriptione.&.C.ad leg.Iul.de adult.l.quoniam.&.l.ita. Et hæc est ratio, quare seruus non potest talem exceptionem lenocinij opponere domino suo: quia talis exceptio lenocinij videtur instar accusationis habe-

24 re. †Et seruus dominum non potest accusare nec quenquam, vt supra dictum est: & hoc si ista mulier hanc exceptionem obijciat antequam eius nomen sit receptum in-

25 ter reos: quia postea nō auditur per superius alleg. †Et not.quòd differentia est inter lit.contest.& nomen receptum inter reos: vt.C.ad leg.Iul.de adul.l.adulterium.& ibi satis bene potest notari in tex. Et dicitur nomen receptum inter reos post lit.contesta.factis, tamen aliquibus probationibus super crimine contra reum: quia tunc iudex facit nomen rei describi in libro reorum & libellum accusati ibi poni in filo & acta: & tunc dicitur nomen es-

26 se receptum inter reos Bub. †Vnde videtur hic esse argu. quod in causa criminali non obijciatur exceptio peremptoria postquam nomen rei receptum est inter reos,

k quod ego verum non puto[k] quoniā exceptio peremptoria quandocunq; opponitur ante sententiam & probatur. Non obst. quòd hic dicitur in exceptione lenocinij: quia specialiter statuitur in hac exceptione: in alijs autem secus est quòd opponitur ante sententiam quandocūq;. ff. de adult.l.j.§.ij.&.l.abolitio.l.denunciasse.§. quæritur.&

27 l.adulterium.§.pœ.in fi. †Item non accusatur quis coram pedaneo iudice, vel corā arbitro: vt.C.de peda.iudi.

28 l.j.ff.de off.eius cui man.est iurisd.l.j. †Item repellitur accusator accusans de crimine post.xx.annos.C.de fal.l. quærelā.ad fi. Fallit in crimine subiecti partus in quo nulla tēporis præscriptio obijcitur. ff.de fal.l.qui fallsum.

29 §.j. †Item fallit in ea quæ falsis medicamentis partum abortiuit ne filium pareret iam facta inimica marito. ff.de

30 pœ.l.cetero. †Item repellitur is qui iam mortuū reum

Universidad de Deusto
Biblioteca

deproperat accusare:vt.C.si re.vel accu.mor.fue.per totum. Fallit in crimine læsæ maiest.repetundarum hæreseos peculatus in quibus licet reum accusare iam mortuum propter eorum bona & vt talium damnetur memoria:vt.ff.de accu.l.ex iudiciorum.C.de hære.l.quoniam.
31 ad.l.Iul.pecul.l.fi. †Item repellitur[l] filius accusare alium
l quem coram patre suo iudice.ff.de iudic.l.in priuatis.

ADNOTATIO.a ¶Non potest.Adde Rapha.consi.cvij. quòd mulier potest accusare illum qui intulit iniuriam compatri: sicut in suis intulisset.ita Alex.consi.xxxiiij.iij.lib.Ber.Ian.

b ¶Mulier.Sed an si mater accuset interfectorem filij, debeat probare primò se matrem?dic quòd sic,l.fi.ignorat.C.qui accus.& an sufficiat quòd sit in quasi possessione maternitatis.gl.in d.l.non ignorat.dic quòd sic:quòd verum est in terminis huius.q.secus si ageretur petitorio:vt.l.circa.de proba.de quo dic vt not.per Cyn.in d.l. non ignorat.Iaco.but.tu autem adde quæ voluit Bart.consi.cxvij. vbi ponit an probetur adulterium si non probetur matrimonium. & Pet.de anch.consi.cccix.vbi ponit quòd maritus accusans vxorem de adulterio debet prius probare de matrimonio.Ber.

c ¶Clarum.Quam autoritatẽ debet interponere à principio, aliàs non sufficeret.l.vniuersis,C.qui da.tut.possi.& no.C.si aduer.rem iudi.l.fin,per Cy.Iaco.butr.tu autem adde,vt per Ro.consi.l.

d ¶Tutoris.Adde quòd cautus aduocatus faciet scribere talis tutor accusat ad cuitandam opin.reus tamen poterit cogere vt declaret an suo an tutorio nomine accuset.facit.l.si duo.ff.de solu.&.l. qui.in prin.ff.de tu.Iaco.but.

e ¶Procur.Adde vt per Ro.consi.lx.Ber.

f ¶Vniuersitas.Adde Io.and.in addi.ad Spec.in titu.de accusat.in iiij.parte.Ber.

g ¶Frater.Adde quòd multominus soror fratrem:vt voluit Raph, cu.consi.cxvij.Ber.

h ¶Socium.Adde vt per Io.de ana.consi.lix.Ber.

i ¶Clericos.Adde vt per Feder.consi.xxiiij.Ber.

k ¶Verum non puto.Adde videndum Ro.consi.cccl.in fi.Ber.

l ¶Repellitur.Adde quòd etiam repellitur domesticus & familiaris illius qui prohibetur accusari:vt voluit Rom.consi.clij.rationibus de quibus ibi per eum.Ber.

De filiofamiliâs & vtrum possit accusare.

32 *Filiusfamilias an possit accusare, & in iudicio esse, & in causa criminali sine consensu patris.*
33 *Accusatori si dum testibus est conclusum in causa opponatur quòd sit filiusfamilias, & sic non tenuit iudicium,licet ei examinare testes quòd pater sit mortuus.*
34 *Accusatori oriundo de longinqua prouincia,an possit obijci quòd sit filiusfamilias,uel quicquam de patre.*
35 *Accusare uel agere prohibetur quis coram cognato, socero,priuigno,uitrico, & consobrino,per iniuriam quæ descẽdit ex.l.Cornel.& generaliter omnis repellitur ab accusatione propter ineptam libelli conceptionem.*
36 *Accusator an repellatur propter omissam subscriptionem.*
37 *Subscribere se qui & quando non teneantur.*
38 *Subscriptiones hodie de consuetudine non sunt in usu.*
39 *Accusauit Titius quendam de crimine,Sempronius opposuit quòd Titius erat seruus,uel aliquid aliud turpe,quam exceptionem probare non potuit,an Titius possit agere iniuriarum contra Sempronium.*
40 *Accusatus quando prohibeatur accusare suum accusatorem.*
41 *Accusans & prosequens suam uel suorum iniuriam,an poterit accusari ab accusato de pari uel minori crimine prosequente suam uel suorum iniuriam.*
42 *Accusatus quando possit suum accusatorem accusare, & quando non.*
43 *Accusare alij prohibentur propter paupertatem.*

32 a SEd ego quæro †nũquid filiusfa.[a] possit accusare,& in iudicio esse,& in causa criminali sine consensu patris?[a] dic quòd nõ,in causis criminum priuatorum:vt.C.de bo.quæ libe.l.cum non solum.§.necessitate.& ar.de iud.l.tam ex contractibus.& si pater nolit cõsentire cogitur captis pignoribus,& mulcta ei indicta.ff.de lib.agno.l.si quos.§.si quis.Sed in causis criminum publicorum sic:quia quantùm ad ius publicum pertinet,non refert inter patrem & filium:vt.ff.ad Trebel.l.nam quòd attinet.Et quia super hoc sunt leges expressæ.ff.ad leg.Iul.de adul.l.inter liberos.§.filiusfa.&.l.filiusfa. Et ita not.domi.Odofre.super d.l.cùm non solum.Et ad hoc.ff.de noxa.l.& si condemnatus.Tutius tamen est quòd semper pater consentiat. Et intelligas hæc vera esse,quando filiusfami.erat maior xxv.annis.Si autem sit minor,tunc solus cõsensus patris non sufficit,quia filius pupillus patris consensu obligari non potest:vt.ff.de verbo.oblig.l.fin.§.j.& insti.de inutilistipu.§.pupil.ver.sed quid. Et quare illud sit in tutore magis quàm in patre.no. Azo.si ergo in stipulatione non sufficit patris consensus filio minori,ergo nec in iudicio: quia in iudicio quasi contrahitur.ff.de pecul.l.licet.§.sed si filius.ergo dandus est curatoris autoritate cuius sit in causa.Nec obst.quòd filio in potestate constituto nõ potest dari curator:vt.C.de cura.furio.l.filius.quia illud verum est quòd non potest dari personæ, sed liti seu rei & causæ sic.vt no.d.l.cùm non solùm.& in authen.vt liceat matri & auiæ.in princip.Nec in hoc casu solius illius curatoris sufficit autoritas,sed est necessarius consensus patris cum autoritate illius curatoris:& est ratio,quia autoritas illius curatoris tantum hoc facit vt iudicium minoris suppleatur per eius autoritatem id est,vt perinde haberetur ac si esset maior:vt.ff.de acquir.pos.l.quãuis.§.infans.vnde tunc sicut pater habet consentire filio maiori: ita in hoc casu etiam habet consentire quãdo est minor: & hoc didici à peritioribus meis & processus plures vidi annullari propter dictam solennitatem curatoris non seruatam.de hoc dicam infrà.in rubr.de multis quæstio.male-
33 fic.in margine:sed hic melius dicitur quam ibi. †Sed quid erit,lex dicit quòd filius dum est in patris potestate non potest agere.C.de bon.quæ libe.l.cùm non solum.§. necessitate.C.de anna.excep.l.j.circa fi.reus vero maleficiosus dum testibus est in causa conclusum,ponit quod actor seu accusator habuit legitimum patrẽ actor hic confitetur,dicit reus,nego eum mortuum:& sic dico non renuisse iudicium.Respõdeo,si accusator vult testes super hoc articulo inducere cùm sit nouus, dico quòd potest. arg.ff.de iureiur.l.admonendi.& de interro.acti.l.de etate.§.ex causa.per canones hoc planum extrà de testib.c.
34 causam quæ.el.ij. †Sed quid si iste homo est oriundus de longinqua prouincia:nec potest hic quicquam de patre suo probare defuncto.Dico quòd non potest hoc sibi obijci cum & patre absente accusare possit.l.si lõgius.ff. de iudi.& de procu.l.fi.imo & si est in hac ciuitate in qua agitur & pater non comparet filius admittitur quasi patre absente.& facit si cer.pet.l.si filius.§.j.sed si reus negauit patrem abesse vel mortuũ,& probatur de morte per famam hoc casu puto sufficere.arg.ff.de acqui.hæred.l.si quis.§.si planè.idem dico de absentia:nam eoipso quòd non est præsens,præsumitur absens,& probãda est præsentia.C.de contrahen.stipu.l.j.&.l.optimam.nisi per instrumenta probaretur præsentia:& satis est quòd non cõparet.ar.C.de his qui.vt indi.l.si ideo.imo si esset hoc iudici notum non debet hanc obiectionem admittere,quia manifesta probatione non indigent.ff.de in integ.resti.l. j.sed nonne satis est quia actu in quasi possessione patrisfamilias probet ergo patrem actoris viuere.ff.qui.mad. testa.aper.l.j.§.si dubitetur in argumentum.licet sit argumentum contra.de probatio.l.filius.maximè quãdo probat se longo tempore,vt patremfamiliàs stetisse,satis est:
35 vt.C.de pat.potesta.l.j.Mar.de fano. †Item impeditur quis agere coram cognato,socero,genero,priuigno, vitrico,& consobrino,vel accusare per iniuriam quæ descẽdit ex.l.Corne.ff.de iniur.l.lex Corn.l.j. Et generaliter
b ab accusatione repellitur omnis propter ineptam[b] libelli conceptionem: vt.ff.de accu.l.libellorum.&.l. Titia. &
36 ibi not.hoc. †Item repellitur propter omissam subscri-
c ptionem,[c] quam accusator tenetur facere tam in priuatis quam in publicis delictis, & in eis priuatis delictis extraordinariè agitur criminaliter:vt.C.qui accusa.nõ pos.
37 l.qui crimen.ff.de priua.delict.l.fin.C.de fur.l.j. †Sunt tamen aliqui qui eorũ accusationibus se subscribere non
d tenentur vt officiales[d] positi ad accusandum:vt.C.de accusa.l.ea quidem. Item si crimen sit leue:vt.ff.de accusa.l.leuia. Item quando accusator est priuilegiatus vt

marítus

maritus pater patronus:vt.C.qui accu.nõ pos.l.de crimine.& de adulter.l.quamuis.ff.de iureiuran.l.iusiurãdum.
38 †Hodie verò de consuetudine nõ sunt huiusmodi subscriptiones in vsu,vt dicam infrà.in rubri.qualiter accu-
39 sa.est facienda. †Sed hic ego formo quæstionem taliter:Titius accusauit quendam de quodam crimine,ego
e vt impedirem accusationem eius opposui[e] quòd ipse Titius erat seruus vel infamis,vel leno vel aliqd aliud turpe,& istam exceptionem non potuí probare. Modo iste Titius vult agere contra me actio.iniuriarum quæritur nunquid possit?& videtur quòd non:quia iuris executio non habet iniuriam: vt.ff.de iniur.l.iniuriarum.§.j.ff.de regu.iur.l.factum.§.non videtur. Præterea filius contra patrem libertus contra patronum non opponit exceptione doli quod speciale est propter reuerẽtiam quæ talibus personis debetur: vt.C.de except.do.l.apud Celsum.§.aduersus.C.de thesau.l.j.lib.xj.ergo in aliis causis videtur talis exceptio posse opponi:vt.ff.de iudic.l.cum prætor. Item an ignoscendum est ei qui vult de iniuria se vlcisci:vt.ff.de bon.lib.l.qui cum maior.§.libe.&.§. non puto.Econtra quòd,scilicet,possit de iniuria accusare:nam ille tenetur actione iniuriarũ qui fideiussores idoneos reprobauit:vt.ff.qui fatild.cog.l.si verò.§.fi. Item in accusatione iniuriarum tenetur qui dixit aliquem delatorem,vel seruum:vt.C.de iniur.l.iij.&.l.si quis. Sol. Ego puto quòd pater vel patronus in præmisso casu possit agere actione iniuriarum contra filium & libertum:vt ff.de aqua quotid.& esti.l.ij.§.penul.in fi.& institu.de in-
40 sur.§.atrox.in fi.ceteros nõ credo accusare vel agere posse. †Item ille qui accusatur,prohibetur accusare accu-
f satorem suum[f] de pari vel minori crimine,donec à crimine de quo accusatus est se exemerit quod verum esse intelligo,nisi suam vel suorum iniuriã prosequatur.C.qui accusa.non pos.l.ij.de maiori autem crimine bene posset
41 accusare reus.l.j.C.qui accu.non pos. †Sed pone quòd ille qui primus accusauit prosequitur suam vel suorũ iniuriam.Secundus verò qui accusatur prosequitur suã vel suorum iniuriam,& prosequẽdo vult accusare suum accusatorem de pari vel de minori crimine.Nunquid eius secunda accusatio erit admittenda?do.Azo dixit quòd non:ista est ratio, quia quod secundo accusatori daretur priori derogaretur quod esset absurdum:vt ar.C.qui po. in pig.hab.l.assiduis.in fin.& ita not.Azo in summa,qui accu.non pos.& ac.sup.d.l.neganda.Sed do.Odof.aliter sensit sicut dicebat do.Iac.de bel.& hoc per totam Italiã de consuetudine seruatur.Dicebant enim doct.prædicti quòd secundus accusator prosequendo suam vel suorum iniuriam audiri debet volens suum accusatorem accusare.Et hoc dixerunt: ista ratione si te accusaui de crimine contra me illato & non potui probare meam accusationem,tempore sententiæ poteris me de ista calumnia condemnare,ex eo quòd tu tuam iniuriã prosequeris:vt.C. de calum.l.j.Namq; ignoscendum est ei qui prouocatus seu accusatus voluit se vlcisci.de bo.liber.l.qui cum maior.§.si libertus.ff.ad sillania.l.si quis in graui.§.penult.ff. de adult.l.j.§.si publico.Nec obst.lex alleg.per do.Axo. C.qui potio.in pig.ha.l.assiduis.quia lex loquitur in duabus quæstionibus, scilicet quæ debeat esse prima: & sic loquitur in causa ciuili, & regula iuris est, qui prior est tempore potior est iure.In nostro casu tractatur de ordine accusationis: & sic de quæstionibus criminalibus,& quæstiones seu causæ criminales, discrepant à ciuilibus valde:vt instit.de public.iudic.in princip.dicit do.Odofre.Sed si vultis defendere do.Azo.respondeatur ad legem.C.de calum.l.j.quia quod ibi dicitur nõ fuit per modum accusationis,sed iudicis officio, vt ibi not. Item respondeatis ad.l.si quis in graui.§.pe.& ad.l.qui cũ maior.§.libertus.quia quod ibi fuit non fuit per modum accusationis, sed per modum exceptionis.Sed secundùm hunc intellectum op.de lege.C.qui accu.nõ pos.l.prius. vbi dicit quòd si accusas me de crimine leuiori,& ego te de crimine grauiori accuso,quòd non admittitur mea accusatio,siue præcedat mea, siue sequatur: quia videtur quod obstat exceptio rei iudicatæ. Sed contra videtur ad hoc vt obstet exceptio rei iudicatæ, tria sunt necessaria,scilicet quòd idem corpus,eadem quantitas:idem ius agendi,& eadem conditio personarum,quorum quodlibet si deficiat deficit exceptio:vt.ff.de excep.rei iudi.l.cũ quæritur.&.l.lis.&.l.an eadem.in princi.vt in casu dictæ legis prius est.Ego accuso te de furto,tu verò lite contesta.de vulneribus, & morte me accusas,debeo ego condemnari ad mortem, quod si contingat non potero ego prosequi accusationem meam de furto:vt.C.si re.vel accusa.mor.fue.l.j.Sed si fuero absolutus potero illam prosequi:& hoc est quod dicit litera illa ex euẽtu causæ &c. & ita sentit do.Odof.Et cùm circa præsentem materiam contigisset mihi casus dubitabilis Bononiæ ad officium maleficiorum præsidenti consului domi.Dy.de Musello
42 qui deliberatè mihi in scriptis respondit dicẽs.†Cùm aliquis vult accusare suũ accusatorem,aut opponuntur aduersario crimina in modum exceptionis, aut in modum accusationis.Primo casu subdistinguitur,quia aut lis est contestata, aut non est contestata.Primo casu, scilicet quando lis est contestata accusatus non potest suo accusatori crimina oppo.in modum exceptionis.In secundo casu, scilicet quando lis non est contestata sic potest: vt probatur.ff.de adulte.l.j.§.extraneis.§.qui hic.&.§.si publico.&.l.si maritus.§.præscriptione.In secundo verò casu,scilicet quãdo accusatus vult obijcere crimina suo accusatori in modum accusationis,tũc etiam distinguitur: quia aut lis non est contestata, aut lis est contestata,aut lata sententia.In primo casu quando lis non est contestata, si vult accusare de crimine maiori, potest adeò quòd sua accusatio tanquam maior procedere debet eam.Si verò vult accusare de pari crimine,vel de minori, non potest,nisi prosequatur suam vel suorum iniuriã: vt.C.qui accu.non pos.l.neganda.In secundo casu quando lis est contestata,tunc aut iste accusatus prætendit suã vel suorum iniuriam,aut iniuriam priuatam.In primo casu audi tur.ff.de accu.l.j.&.l.hi tamen.siue velit accusare de maiori crimine,siue de minori,siue de pari.Secundo casu,scilicet quando prætendit iniuriam priuatam nullo modo auditur:vt.ff.de iudi.l.is qui.In tertio casu,scilicet quando lata sententia vult accusare suum accusatorem:tũc similiter subdistinguitur,quia aut sententia lata fuit absolutoria,aut condemnatoria:si absolutoria,tũc planum est quòd bene admittitur:vt.ff.de pub.iudic.l.is qui.in princ. ibi dum dicit quòd fuerit excusatus:ergo à cõtrario sensu si fuerit absolutus:& hoc est quod innuit ille versic.Illud autem &c.In alio casu,scilicet quando fuit sententia condemnatoria contra reum lata:similiter subdistinguitur,quia aut ex illa sententia amittit ciuitatem,vel libertatem,aut vitam,aut nihil ex his.Si nihil amittit,aut vult accusare extraneum,aut accusatorem suum.Si vult accusare extraneum non potest,quia est infamis:vt.ff.de pu-
g blic.iudi.l.infamem.Nam infames[g] repelluntur ab accusatione publica:vt.ff.de accu.l.qui accusare.Si verò vult accusare accusatorem suum bene potest: quia hoc quodammodo sibi conceditur ad vindictam:vt not.dicta.l.is qui.& ad hoc facit de bo.liber.l.qui cùm maior.§.si libertus.Si verò illa sententia ademit ciuitatem vel libertatẽ, tunc aut vult de nouo inducere accusationem,aut accusationem inchoatam vult prosequi.Primo casu nõ potest indistinctè nec contra extraneum,nec contra accusatorẽ suum:vt in dicta.l.is qui.verficu.sed hæc &c.In secundo casu,scilicet quando vult inchoatam prosequi, tunc aut sententia adimit vitam,aut solam ciuitatem,vel solam libertatem:si adimit vitam non potest prosequi, quia pœna non debet differri:vt.ff.de pœnis.§.si quid fortè.C.de pœnis.l.cũ res.&.l.si creditori.In alio casu,scilicet quando sententia adimit solam ciuitatem,vel solam libertatẽ, vel vtranq;,non tamen vitam:hæc accusatio aut perimitur per sententiam contra eum latam, & tunc non auditur:vt argu.C.qui accusa.non pos.l.j.aut non perimitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia sua accusatio potest esse etiam vera: & in hoc casu bene admittitur etiam contra omnes: vt dicta.l.is qui.ff.
43 de publi.iudic.versic.illud &c.Di. †Item repelluntur alij propter paupertatem.ff.de accusa.l.alij.l.nonnulli.Lil licitas.§.ne potentiores. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶Filiusfa.Adde an filiusfami.minor.xx. an.possit accusare sine autoritate curatoris.Bald.consi.lxix.& an possit se defendere cum conuenitur criminaliter sine consensu patris: dic quod sic.ita Pet.de anch.consi.lxxij.Ber.
b ¶Ineptam.Adde Pet.de anch.consi.cccxix.Ber.
c ¶Subscriptionem.Adde intelligendum parte opponente ante nomen receptum inter reos quia post non potest opponi.ita Ro.consi.cccclj.Ber.
d ¶Officiales.Adde an procura.fisci teneatur se inscribere.Cepo. consi.xvij.Ber.
e ¶Opposui.Adde an conueniri possit iniuriarum qui opposuit crimen quod non probauit.Oldr.consil.liij.Petr.de aucha.consi.cccxxvj.Ber.
f ¶Accusatorem suum.Adde late Fede.consi.xciij.Ber.
g ¶Infames.Adde Alex.consi.xj.Pet.de anch.consi.cccxij.

Qui possunt accusari. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusari an possint tam masculi quam fœminæ præsentes & absentes.*
2 *Accusari an possint viui tantum uel etiam mortui.*
3 *Accusato conuicto & condemnato Titio, si ab illa condemnatione appellauerit, & illa pendente moriatur, quid erit de illa condemnatione & bonis illius mortui.*
4 *Accusari an possint tam puberes quàm impuberes.*
5 *Accusari an possit seruus & de quibus criminibus.*
6 *Accusato Titio de aliquo crimine, an poterit ab alio accusari de eodem crimine.*

Vpra dictum est qui possunt accusare, vel non: nunc videamus qui possunt accusari.
1 †Accusari possunt tam masculi quam
2 fœminæ præsentes & absentes[a]: dummodo cõtra absentes possit offerri libellus sine accusatione. l.absentem.C.de accu.&.C.de re.exhi.l.ij.& absentes taliter accusati debent requiri & si cõtumaces fuerint proceditur contra eos: vt dicitur infrà.in rub.de citatio.aliàs de accusa.& quid sit faciendum reo absente & contumace. †Item accusari possunt viui tantum non mortui: nã
2 mortuo reo omnis criminatio extinguitur: vt.C.si re.vel
b accu.mor.fue.l.j.fallit in criminibus læsæ maiestatis[b] repetundarum peculatus & hæreseos quibus casibus accusatio de iam mortuo recipitur: & hoc est propter enormitatem delicti & propter talium delinquentium publicanda bona.ff.de accusa.l.ex iudiciorum.C.de apostat.l.apostatarum.& de hære.l.quoniam.ff.ad leg.Iul.repe.vel pecu.l.fin.Quod verum intelligo, si accusatus moritur ante accusationem expositam vel pendente ipsa accusatione morte naturali. Nam si constituit sibi mortem postquam fuerit in crimine deprehensus, vel postquam fuerit lis cõtesta.vel nomen eius receptum inter reos: tunc hæredibus sunt auferenda bona. Est enim durius se interficere quam principe mãdante trucidari &c. vt.ff.de bo.eo.qui mor.sibi consci.l.iij.C.si re.vel accusa.mor.fue.l.si defunctus. †Sed pone quòd aliquis fuit accusatus & conui-
3 ctus,& deinde condemnatus qui ab illa condemnatione appellauit,& ea pendente mortuus est: quæritur quid sit de condemnatione illa & de bonis illius mortui. Respõ. dic idem esse quantum ad crimẽ, quia omnis criminatio est extincta morte: sed quantum ad bona dic, quòd appellatio sit perficienda si in illa sententia bona erant adempta, vt est in relegatis: vbi quis damnatur in tertia parte bonorum suorum:& ita vtraq; quæstio, scilicet relegationis & ademptionis: tertiæ partis bonorum est principalis, vnde vna extincta, non extinguitur alia.ff.de interdi. & releg.l.relegatorum.§.ad tempus.sinautem in sententia bona fuerunt adempta tacitè, vt euenit in deportatione, quam tacitè bona deportati sequuntur: vt.C.de bon.proscri.l.deportati.tũc extincta causa principali, scilicet deportationis extinguitur, & accessoria, scilicet causa bo-
4 norum ipsorum: vt.C.si re.vel accu.mor.fue.l.fi. †Item accusari possunt tam puberes quam impuberes qui tamẽ sunt doli capaces. Nam fertur Aug. dixisse omne delictũ cadit in impuberem præter delictũ carnis.& dicit.l.quòd minor.xiij.annis non potest de adulterio accusari.ff.de adul.l.si minor.sed de stupro & alijs criminibus bene tenetur: vt.ff.eod.titu.l.stuprum.ad fin.ff.de mi.l.auxilium. &.l.si ex causa.§.si mulier.&.C.de pœ.l.impunitas.& ex ingratitudine potest minor reuocari in seruitutem: vt instit.quib.mod.testa.infir.§.quidem.&.§.item seruitutem. circa impositionem pœnæ mortis dic, vt no.infrà.de pœ.
5 &.C.de pœ.l.impunitas. †Item accusari potest seruus, sed non de omni crimine: nam non accusatur de crimine de quo imponitur pœna pecuniaria, nec pœna paricidij: quia seruus non dicitur patrem habere: vt.ff.de accu.l.hi qui.§.omnibus.ff.de regu.iur.l.quod attinet. In prædictis autem casibus recipitur accusatio contra seruum, vt ipse corporalem pœnam patiatur, quia natura omnibus communis est: vt.ff.de accusa.l.hos accusare.§.omnibus. dominus autem pro seruo defensionem suscipit pro pœna pecuniaria: vt.ff.de accu.l.si seruum.&.ff.de pub.iud.
6 l.sciendum. †Sed pone quòd sum ab aliquo accusatus de aliquo crimine, modo quæritur nunquid ego potero
c iterum ab alio accusari de eodem crimine? Respon.nõ: vt.C.de accu.l.qui de crimine.nisi primus accusator decesserit, vel aliàs impediatur in accusatione procedere, tunc intra.xxx.dies admittitur alius accusator de eodem crimine: vt.ff.de accu.l.libellorum.ad fin. Item hoc totum intelligo quando erat lis contesta.nam ante lit.contesta.ex pluribus accusatoribus eligitur vnus idoneus: vt.ff.de accusa.l.si plures.quod intelligo, si fuerit obiectũ. arg.C.qui accusa.non pos.l.si accusatoribus.vel dic quòd ibi ita processum & factum fuerit de facto: & vt melius pateat hoc modo distinguitur: prout no.Accur.C.de accusa.l.qui de crimine.quia quandoq; vnus accusat vnũ, & tunc si de vno crimine & vna lege potest si diuersis legibus non potest: vt.ff.de accusa.l.senatus si à reis. Si autem de diuersis criminibus descendentibus ex diuersis factis potest: vt.d.l.libellorum.§.& si alij. Si autem descendunt ex eodem facto nõ videtur quòd possit accusari ab eodem: vt ar.C.de accusa.l.qui ab eodem crimine.à contrario sensu illius legis ab alio autem bene potest. Si autem plures accusant vnum, si de eodem crimine: tunc eligitur idoneior accusator: vt.ff.de accusa.l.si plures.l.hi.§. fin.ff.de libe.ho.exhib.l.quòd ait lex.§.hoc interdictum. Si verò de diuersis criminibus descendentibus ex diuersis factis vel etiam ex vno, potest: vt.C.de accus.l.qui de crimine.interim tamẽ cum habet necesse respondere pro vno non artetur pro alijs: vt.ff.de custo.reo.l.ij.§.fi. Quãdoq; plures accusantur ab vno & si de eodem crimine licet etiam accusare centum: vt.C.si re.vel accus.mor.fue. l.ij.ff.de adulte.l.qui pupillam.§.incesti.&.l.vim passum. sed fallit in accusatione adulterij: vt.C. de adulterijs.l. reos.&.ff.eo.l.si maritus.§.fi.&.l.iij.in fi.

ADNOTATIO. a ¶Et absentes.Adde vt per Pet.de anch. consi,cccix.Ber,
b ¶Maiestatis.Adde Cepo.consi.xvij.si tamen tale crimen omittatur in ciuitatem memoria hominis non potest damnari, secundum Ange.consi,ciij.Ber,
c ¶Accusari.Adde Alex.consi.xj.Ro.consil.ccxiiij.Fran.arc.consil lviij.Ber.

Vtrum ille contra quem fuit per inquisitionem processum possit de nouo accusari.

7 *Accusato Titio de homicidio, uel facto processu contra eum per inquisitionem, & eo absoluto: quia non fuit repertus culpabilis, an hæredes occiji potuerunt eundem Titium accusare non obstante dicta absolutione.*
8 *Accusato Titio ut suprà dictum est ad quæstionem positam supra datur alia solutio.*

solutio.
9 *Denunciatione facta domino potestati per hæredes quòd eorum pater erat occisus, & quòd super eius morte deberet procedere facta inquisitione per dominum potestatem & iudicem maleficiorum: an audiantur hæredes uolentes accusare quosdam ex malefactoribus contra quos fuit inquisitum.*

7 †Sepe contingit de facto, Titius fuit de homicidio accusatus, vel contra eum per inquisitionem processum fuit: & quia nõ fuit repertus culpabilis extitit absolutus: modo hæredes dicti occisi eundem Titium accusare volunt dicta absolutione nõ obstante, quæro nunquid possunt? Et primò videtur quòd nõ: quoniam de commisso eiusdem hominis crimine, non debet sepius quæri: vt.ff.nau.cau.fta.l.licet. §.fin. Secundò quia lex Corne.de sica.est publica.ff.de accusa.l.j.aliàs.ff.de sica.l.j.& vno accusante ceteri repelluntur nisi in tribus casibus.ff.de accu.l.si cui.§.ijsdem.& de pop.act.l.ij. Tertiò quia si iste Titius esset condemnatus non deberet iterũ condemnari: multo fortius si extitit absolutus.ff.de adulte.l.denunciasse.§.fin. Quartò si dicti hæredes fuerunt præsentes & scientes, ergo videntur renunciasse suo iuri.de distra.pigno.l.si eo.ff.de reg.iur.l.sepe. Quintò quia iudex voluit procedere ad vindictam,& propterea non debuit alius admitti nec debet. Nam in priuato delicto si admittitur ille cuius interest, non debet postea admitti ille cuius non interest: vt.ff. de sepul.viola.l.sepulchri. Sextò quia lex dicit quòd statim reo exhibito siue ab accusatore exiterit, siue ab alio sit delatus sententia ferenda est: vt.C.de re.exhi.l.j.in princi. Septimò quia ex eodem facto circa remedium appel.sententia secunda non est ferenda.C.de senten.& interlo.om.iudi.l.post sententiam.C.quando prouo.non est necess.l.j. Octauò quia ille qui delinquit est debitor duorum insolidum scilicet communitatis & offensi: vt.ff. de pu.& vecti.& commis.l.licitatio.§.illicitè.ergo conuẽtus à ciuitate & absolutus non debet postea ab offenso posse accusari: vt.ff.de duo.reis.l.ij.C.de fide.l.fi. Econtra videtur posse allegari. Et primò quia potuit fieri inquisitio hoc casu: vt.ff.de muneri.& hono.l.rescripto.§.fi quis.nam debuit precedere accusatio: vt.ff.de accusa.l.libellorum.ergo si fuit inquisitio & absolutio facta contra solitum ordinem iudiciorum non tenet processus.C.de senten.& interlo.om.iudi.l.prolatam.debet interim ergo cognosci maximè repertis probationibus de nouo cum respublica sit læsa: vt.l.admonendi.ff.de iniur.&.l.Imperatores.ff.de excep.rei iudi.C.de transac.l.sub prætextu. contra argu.vt.ff.de adulte.l.si maritus.§.fin. Secundò quia potestas non potuit esse iudex & accusator, maximè in cõtrouersia iurisdictionis: vt ar.ff.de pœ.l.si præses.
Tertiò quia qui est insufficienter condemnatus de aliquo crimine potest iterum condemnari: vt.ff.vi bo.rapt. l.j. Quarto quia hęc sunt paria ab accusatione destitisse per abolitionem & iudicem absoluisse: ergo sicut potest reiterari accusatio abolitione petita sic,& post ipsam absolutionem: vt.ff.de accus.l.iij. Solu.Quidam dixerunt dictos hæredes admittendos non fore per iura pro
a hac parte superius alleg.& per generalem consuetudinẽ: & ita dixerunt fore iudicatum[a] in curia Imperatoris.de hoc.C.de accusa.l.si quis homicidij.dixi de regu.iur.l.fa-
8 ctum.in apparatu domini Dy. †Domino nostro Guil. de suza.aliter visum fuit quia soluendo ita dixit: quia aut hæredes prædicti sciuerunt accusationem vel inquisitionem præcessisse de prędicto homicidio aut ignorauerũt. Primo casu quando dicti hæredes sciuerunt non audiuntur accusare volentes. Secundò verò casu scilicet quãdo prædicti hæredes ignorauerunt præcessisse de dicto homicidio bene admittuntur ad accusandum: vt.ff.de accu. l.si cui.§.ijsdem.&.ff.de adulter.l.si maritus.§.extraneus. Et si dicti hæredes fuerint præsentes præsumuntur scire scilicet quãdo accusatio vel inquisitio procedat nisi probauerint de sua ignorantia: vt.d.§.ijsdem.licet aliter præsumatur ignorantia nisi probetur scientia.C.de probat.l. versus.C.qui milita.non poss.l.super seruis.&.C.de appel.authen.si plures. Nam hæc præsumptio si qui fuerint præsentes tollit aliam præsumptionem &c.l.filium. in fin.qui sunt sui vel alie.iur.hoc tamen saluo quòd si dicti hæredes potuerũt probare de preuaricatiõe primi accusantis quòd tunc audiantur in eorum accusationem.l. si quis.&.d.§.ijsdem.ff.de præuari.l.iij.§.fin.ff.de accusa.l. hi tamen.§.ab illo.ff.de libe.hom. exhi.l.iij.§.fina. Et hoc ideo quia dicti hæredes prosequuntur suam iniuriam, vt patet ex prædict.ll.& vt not. Azo in sum.de accu.§.item
9 not. †Sed pone quòd isti hæredes denunciauerunt domino potestati, quòd pater eorum erat occisus, & quòd super eius morte deberet procedere: potestas verò vel iudex maleficiorum super illo homicidio ex officio suo inquisuit: modo veniunt dicti hæredes,& quosdam ex malefactoribus, contra quos fit dicta inquisitio accusare intendentes: modo quæritur an sint audiendi.& primo videtur quòd sic: quia accusatio est ordinaria, & accusatio ordinaria debet præcedere inquisitionem quæ est extraordinaria.ff.de mino.l.in causæ.ff.ad carb.l.circa.ff.de tributo.l.iij.ff.ad muni.l.j. Item licèt dicti hæredes denũciauerint non propterea videntur renunciasse iuri suo & accusationi per eos faciendæ.ff.de inoffi.testa.l.mater.& de peti.hære.l.legitima.nam & variare eis licet si volunt. arg.ff.de noxa.l.& in delictis.§.fi.&.ff.de iudi.l.nonnunquam. Econtra videtur ex quo viam denunciationis elegerunt nõ debẽt posse variare: vt.ff.de tributo.l.quòd in hæredem.§.eligere.ff.de legat.j.l.pluribus.& quia de qua re cognouit iudex de ea pronunciare debet: vt.ff.de iudi.l.de qua re.& dic etiam pro,& contra: vt no.in.q.suprà proxi. Sol. Distinguitur vt nos docet do.Guil.duran.in Specu.sui operis: quia aut isti hæredes nominatim & expressim denunciauerunt domino potestati, scilicet eos quos nũc accusare intendunt & nominatim facta e i inquisitio contra eos: & ex officio proceditur contra eos, aut non. Primo casu nõ possunt postea accusare: quia elegerunt istam viam inquisi.in quo si isti absoluantur: non poterunt postea accusari: vt.ff.de accusa.l.si cui.§.ijsdem. &.d.§.eligere. Sinautem in dicta denunciatione nõ nominauerint aliquem nominatim, nihilominus postea accusabunt: quia videtur esse casus legis.ff.de custo.& exhi.reo.l.diuus.circa medium.& facit ad hoc.ff.de adulte. l.ij.§.fin.nam non videntur renunciasse iuri eorum quòd ignorabant sibi competere.ff.de inoff.testa.l.mater.& de pet.hære.l.legitima.Et hæc quæstio poterat competenter adaptari sub tit.præced. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶Iudicatum.Adde gl.in c.cum dilectus. extrà de leg.vbi glos.not.quod sententia lata in causa inquisitionis vel denunciationis præiudicat alijs: dic vt ibi no.per Innocen. Iaco.butri.

Qualiter fiat accusatio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio an requirat libellum.*
2 *Libellum dare an in omnibus & pro omnibus criminibus sit necesse.*
3 *Libellus accusationis quæ debeat continere.*
4 *Accusans notorium de falso uel quòd falsum instrumentum scripsit, an teneatur in accusatione inferere locum falsitatis.*
5 *Exceptio quòd in libello non sit mensis, annus, locus uel dies: an possit opponi post sententiam.*
6 *Libellus hodie non datur, sed per totam Italiam simpliciter obseruatur, quòd accusatio fit.*
7 *Accusatio non procedit nisi crimen sit commissum.*
8 *Accusatio accusatorem requirit.*
9 *Libelli criminalis exemplum.*
10 *Accusatione ciuili & criminali mihi competentibus, an possim utranque intentare.*
11 *Libello eodem an possim te de facto accusare criminaliter & petere rem furtiuam mihi restitui.*
12 *Accusasti Titium quòd te insultauit cum armis, probatur insultus: sed non cõ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ermis, an condemnabitur Titius de insultu simplici.
13 *Accusat Titius Caium de furto, & etiam dicit quòd est latro publicus & famosus, an in hac parte accusatio sit admittenda.*
14 *Accusatione non continente illa uerba generalia, latro publicus & famosus, an accusator posit in processu illa probare.*

1 SEquitur †videre qualiter fiat accusatio: & certè sicut in ciuilibus quæstionibus necessarius est libellus: vt no. in illa authen. offeratur. C. de lit. contesta. ita in criminalibus causis est etiã necessarius eodem modo libellus siue ex crimine agatur ciuiliter, siue criminaliter. ff. de accusa. l. libellorum. ff. de priua. delic. l. fin. & de fur. l. fin. C. qui accusa. non pos. l. ij. & iij. l. si crimen. l. neganda. l. de crimine. C. de accusa. l. si quis. & l. in causis. l. accusationis. & ff. ad Turpil. l. quæsitum. Et not. quòd vbicunq; pœna applicatur fisco quòd causa vnde secuta est condemnatio talis pœna dicitur criminalis*: vt instit. de iniur. §. in summa. & ibi not. accusa.

2 †Sed nunquid in omnibus & pro omnibus criminibus est necessarium quòd detur libellus? Respon. sic regulariter. Si enim in causis ciuilibus offertur libellus. C. de lit. contesta. authen. offeratur. multò fortius debet offerri in criminali causa. Nam vbi maius periculum vertitur ibi cautius est agẽdum: vt. ff. de carb. l. j. §. sed si quis. C. de appel. l. addictos. fallit in casibus in quibus libellus seu accusatio non est necessaria: quos casus not. suprà in rubri. quid sit accusa. &c. in princip. qui casus sunt in quibus potest inquiri.

3 †In libello autem omnia infrascripta sunt necessaria. Primò nomẽ accusatoris & accusati.
b Secundò crimen commissum. Tertiò cum qua persona
c sit commissum crimen. Quartò in quo loco[c] sit commissum crimen & etiam locus loci, scilicet in tali domo & in tali angulo dictæ domus. Sed quid si certus & determinatus locus non contineatur in accusatione: vtputà, quia contineatur in libello maleficium fore commissum ante domum dicti Petri: nunquid accusatus petere possit nomen suum aboleri de accusatione? Dic allegando pro & contra, & tandem soluas, & dicas, quòd accusator possit declarare illud verbum obscurum. argu. ff. de iudi. l. si quis intentione ambigua. & per hoc non aboletur nomẽ accusati. & ita fuit consultum Bonoñ. per plures legum docto. Quintò quo anno, & quo mense, diem, & horam commissi criminis nullus inuitus comprehẽdit. Annum autem, mẽsem, & diem dati libelli ponat accusator in accusationis libello. Sextò ponat nomẽ imperatoris vel papæ tunc viuentis. Septimò accusator habet necesse se in libello subscribere & astringere se probaturum crimen
d obiectum ad pœnam talionis[d] quæ est membrum pro membro, oculus pro oculo. Quæ omnia & singula, nisi in libello accusationis comprehendantur libellus reprobatur tanquam minus legitimè ordinatus: & tunc nomẽ illius accusa. eo postulante aboletur de eodem libello & ex integro detur facultas, id est accusatori recusandi intra. xxx. dies. ff. de accusa. l. libellorum. ff. de adulte. l. qui accusare. & ff. de furt. l. fin. & ij. qõ. viij. §. libellorum. quæ dicit de. xxx. diebus, intellige quando accusator absens impeditur per mortem, vel morbo, vel simili causa lit. cõtesta. vt. d. l. libellorum. §. vlti. nam si impediatur alia de causa, videlicet inepta conceptione libelli: vtputà quando locus, annus, mensis non continentur in eo, scilicet libello: tunc intra. xx. annos poterit reaccusare: tanto enim tempore tollitur accusatio criminalis: vt. C. de fal. l. quærela. nisi ipsa accusatio minori tempore tollatur: vt adul-
4 terij per. v. annos. †Sed quæro si quis velit aliquem notarium accusare de falso, vel quòd falsum instrumẽtum scripsit, an teneatur in accusatione inserere locum falsitatis. Tu dic, quòd si sciret locum accusator, & probare posset bene, tenetur apponere locum. Si verò non scit, tunc sufficit si iurauerit se pro certo non posse dare locum cõmississe falsitatis: vt. ff. de furt. l. in actione furti. §. de veste. ibi planè si quis iurat. & glos. ordi. quæ hanc. qõ. determinat. ij. q. viij. §. libellorum. & facit de postu. l. j. §. si quis argentum. & ita do. Carlinus consultus Paduæ de facto re
5 spondit. †Sed quæro nunquid exceptio ista, scilicet quòd in libello non sit mensis, annus, locus vel dies, possit opponi post sententiam? Respon. non: propter illa verba, scilicet reo postulante posita in. l. libellorum. præalle. Et quia hæc exceptio sicut dilatoria debet opponi ante lit. contest. vt. C. de exceptio. l. vlt. sicut aliàs dilatoria pura, vel peremptoria, debet opponi ante sentẽtiam & probari: vt. C. de exceptio. l. si quidem. & senten. rescind. non poss. l. peremptorias exceptiones. Et quia non est de illis exceptionibus quæ possint opponi post sententiam: vt C. de iur. & fac. igno. l. j. Daniel enim docet nos ponere in libello locum loci. Nam cum testes deposuissent adulterium fore commissum in pomerio, & ipse quæsiuit de loco loci: vt puta sic, dic mihi sub quo arbore: vt extrà de præsump. c. tertio loco. glos. in l. ob carmen. ff. de
6 testamen. †Hodie verò per totam Italiam obseruatur quòd libellus nõ datur sed simpliciter accusatio fit quam accusator iurat veram esse: & sic posteà in quaterno communis ponitur. Sed licet libellus non detur, tamen in illa tali scriptura debent contineri nomina accusatoris, & accusati, & iudicis, & crimẽ commissi, & quo loco, annus, & mensis quo commissum fuit, & dies dati libelli quæ omnia si deficiant non procedit talis scriptura quæ hodie dantur loco libelli: vt dicta. l. libellorum. Nec immerito dixi inscriptionem de consuetudine non esse faciendam: quia si hoc esset verum pauci homines inuenirentur qui se vellẽt obligare ad talem pœnam, scilicet talionis: quoniam posset reus absolui, vel quia plenè maleficium non esset probatum, vel propter imperitiam aduocati vel iudicis: & sic timore pœnæ subscriptionis multa maleficia remanerent impunita quòd esse non debet: vt. ff. ad leg.
7 Aquil. l. ita vulneratus. cum simi. †Item vt dictum est. not. quòd accusatio non procedit nisi crimen sit commissum. Nam crimen est peccatum accusatione dignissimũ: vt. xcj. distin. apostolus. & ita crimen est causa, vnde accusatio procedit, sicut & aliàs damnum est causa quare accusatio legis Aquiliæ procedit. ad quod facit. ff. quòd met. cau. l. sed si partus. Item aliàs mora est causa quare agitur ex contractu bonæ fidei: vt. C. de in integr. restitu. in l. minorum persona. & aliàs non habetur cognitio de familia nisi constet dominum fore occisum: vt. ff. ad Silla. l. j. §. illud sciendum. Et ideo dicit, lex quòd si quis confiteatur se occidisse hominem qui viuat quòd non no
e cet ei talis confessio: quia confessiones debent naturali-
8 bus conuenire[e]: vt. ff. de interrog. actio. l. confessionibus. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. fin. & aurea lex est ad hoc. ff. de verborum signifi. l. sepe. in fin. vbi dicitur quòd non videtur quis habuisse animum ad delinquendum, nisi factum, id est malum, fuerit subsecutum. †Item be
9 ne dictum est suprà, quòd accusatio requirat accusatorẽ, quia sine accusatore criminis cognitio & pœnæ impositio non procedit, nisi in casibus not. suprà in rubr. quid sit accusa. & quan. accu. sit necessa. Formatione autem vnius libelli volo esse contentus exemplo omnium aliorum.

†Ego Lucius accuso Titium coram vobis domino potestate vel iudice, quòd ipse commisit adulteriũ cum Berta vxore Ia. in tali ciuitate castro vel villa, in tali domo in prima camera ipsius domus, regnante tali Imperatore vel tali Papa hoc anno de mense Martij: vnde peto ipsum puniri capitali pœna: & profiteor ego Lucius Titius & subscribo me talem libellum dedisse, & tali anno: Anno domini Mccclxij. de mense Martij. ij. die, intrante dicto mense, & promitto me hanc accusationem legitimè probaturum & non calumniosè: hanc accusationem instituo & obligo me ad pœnam talionis seu calumniæ, quòd sic rectè concipiatur libellus dicunt dicta iura. C. ad legem Iuliam. de adulterijs. l.
10 quamuis. & melius, dicta. l. libellorum. †Sed pone quòd aliquis commisit malum, per quod mihi competit accusa-

accusatio ciuilis, & accusatio criminalis: quæritur an ego possim ambas intentare accusationes. Respondeo, aut iste accusationes competunt mihi de re familiari, id est propter rem familiarem: vt putà quia propter illud maleficium aliquis abstulit mihi de patrimonio meo, aut non. Primo casu intentata causa ciuili bene potest causa criminalis postea moueri, & econtra: vt C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. l. secũda. verbi gratia: quia si fui per vim de possessione deictus, possum ciuiliter recuperare possessionem meam per interdictum, vnde vi. Deinde hac causa finita potero accusare criminaliter. dicta l. Iulia de vi publica. Vel si mihi furtum feci-
11 sti, possum te primò criminaliter accusare: vt ff. de furtis. l. finali. deinde meam rem à te furatam potero aduocare ciuiliter, & econtra. Sed interim dum agitur vna istarum viarum, non potest altera intentari. ff. de public. iudicijs. l. quarta. ff. vi bonorum raptor. l. secũda. §. primo. Si autem ex eodem crimine nascatur accusatio ciuilis & criminalis, quæ non sit de familiari re, sed competat ad vindictam tantùm, tunc vna intentata altera tollitur. ff. de iureiurand. l. quòd senatus. & l. prætor. §. primo. & de hac materia dic vt plenè notat domin. Azo. C. de ordine iudicij. per totum. C. quando ciuilis actio præiudicet criminali. l. vnica. †Sed iterum quero, nunquid in eodem
12 libello possum te accusare de furto criminaliter, & petere rem furtiuam mihi restitui, vel possessionem de qua fui per vim deiectus. Respondeo non: vt ff. vi bonorum raptorum. l. secunda. §. primo. ff. de public. iudicijs. l. interdum. quia interim dum agitur ciuiliter non potest agi criminaliter nec econtra: quia fit interim vni præiudiciũ per aliud. Sed econtra hanc responsionem videtur esse, ff. de furtis. l. interdum. §. qui furem. vbi est casus quòd pro furto agitur simul & semel ciuiliter, & criminaliter.

Sed huic obiectioni respondet dominus Odofre. quia factum fuit ibi de facto quod fieri non debuit. Vel dic & melius quòd ibi furem deprehendi in furto, quando furtum faciebat, vel antequam perueniret ad locum destinatum ipsum captum coram iudice duxi cum re furata, qui iudex iussit ipsam rem mihi restitui, & ipsum furem puniri extra ordinem: vnde ibi ordo iudiciarius non fuit
f seruatus: sed si procederetur ordinario iure per libellum non posset vtumque iudicium, scilicet ciuilis actio & criminalis[f] intentari, sed vna finita bene intentarentur altera: vt ff. ad legem Aquiliam. l. inde Neratius. §. si dolo. & C. ad legem Aquiliam. l. ex morte. & quando ciuilis
13 actio præiudicet criminali. l. vna. †Sed circa materiam hanc formabo aliam quæstionem. Pone quòd tu me accusasti quòd ego te insultaui cum armis, vel quòd ego percussi te in capite, ita quòd sanguis exiuit: probasti per testes quòd ego te insultaui, sed non cum armis: & ego te percussi in capite, sed non cum effusione sanguinis. Quæritur an ego possim & debeam condemnari de simplici insultu, vel de percussione facta sine sanguine. Dic de hac materia pro & cõtra secundùm diuersas opi-
14 nio. vt not. infrà de pœnis. ad finem titu. †Item pone quòd te accusaui de furto vel vulnere, & in eadem accusatione ego pono & dico quòd tu es latro publicus & famosus, vel assassinus, vel quid simile: quæritur nunquid in hac parte sit talis accusatio admittenda. Dic quòd nõ. & ita dicit dominus Odofred. ex eo quòd maleficium de
g quo debeat accusari, pars debet esse certum[g], & accusatio debet continere annum, & mensem, & locum commissi criminis seu delicti: vt ff. de accusatio. l. libellorum.
15 †Sed pone illa verba generalia non contineri in accusatione verum in processu accusationis volo ipsum accusatum probare esse hominem malæ famæ assassinum publicum & famosum latronem, quæritur nunquid possum. & videtur quòd sic: quoniam crescente contumacia debet crescere & pœna: vt C. de episcop. audien. l. nemo. & C. de seruis fugitiuis. l. quicunque. ff. de pœnis. l. relegati. C. ad legem Iuliam de vi publ. l. seruus. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. si ita. & §. finali. & extrà vt lite non cõtesta. cap. quoniam frequenter. in fin. glos. Nam ex iteratione delicti augetur pœna vt patet ex dictis legibus. & ff. de pœnis. l. si diuturno. & quod ibi not. Item tutor remouetur à præsenti tutela si probetur eum malè administrasse aliquam tutelam: vt ff. de suspect. tuto. l. post finitam. Item si vtaris instrumento facto à notario, qui aliàs fecit & cõsueuit falsa instrumenta facere fidei eius derogatur per legem. ff. de accusatio. l. si cui. §. ijsdem. & de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. Si accuso te de falso, satis videtur me posse probare quòd tabellio ille alia falsa instrumenta cõfecit. Item dicit lex quòd aggressores qui prædam faciunt in metallum damnantur si tantùm semel prędam fecerunt: si autem sepius capite puniuntur, ergo non apparet quòd sit condemnandus in metallum, vel capite, nisi detur facultas probandi hoc.

Econtra videtur quòd non audiatur: quia hæc non sunt de accusationibus. Verumetiam si hoc probaretur non posset de his consequi condemnatio. argumen. ff. de iudic. l. non potest. C. communia diuidun. l. fundus. ff. de petitio. hæred. l. si quis libertatem. Nam quis non admittitur ad id probandum, quo probato non releuatur: vt C. de probatio. l. ad probationem. ff. de inoffic. testamen. l. j. & in hac opinione sunt aliqui sapientes qui resposderũt leges pro altera parte, quòd de omnibus prædictis delictis erat facta accusatio: & in accusatione illa erat oppositum factum certum & annus, mensis, & locus: aliàs autem nisi maleficium apponeretur certum accusatio nulla esset, vt suprà dixi in proxima quæstione. Solu. dic q; debeam admitti ad probationem prædictorum per iura primò allegata. Nam talis probatio saltem indicium cõtra accusatum de maleficio præsenti operatur, quia aliàs fuit malus &c. vt dicto §. ijsdem. & quia grauius punietur: vt not. infrà de iudicijs. & infrà de pœnis. in illa distinctione aut aliquis delinquit &c. Item pro hac solutione facit quòd persona est spectanda cuiusque: vt ff. ad legem Iuliam maiestatis. l. famosi. ibi, nam personam &c. Et ideo considerari debet cuiusque fama: vt ff. de quæstionibus. l. de minore. §. tormenta. Item qualem vitam quis ducit, talem eum esse præsumimus: vt ff. de iniurijs. l. apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de cõditionibus institutionum. l. quidam. de quibus plenè dic vt notatur infrà in rubrica, de præsumptio. & indic. & in rubrica de quæstio. & tormen. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶Criminalis. Adde quid si pœna veniat applicãda partim fisco, partim parti, an dicatur criminalis. Alex. consi. cxxxij. j. lib. Ber.

b ¶Accusati. Adde an procedat accusatio generalis, vel necessaria sit specificatio criminis. Alexander consilio septuagesimoprimo. ij. libro. Ber.

c ¶Loco. Adde Alexand. consilio lxxij. ij. libr. & consilio clj. & cõsilio clxxij. ij. libro. nota tamen quòd licet in actione famosa ciuiliter intentata locus & tempus debeat inseri: tamen vbi causa cõmittitur cognoscenda de veritate & æquitate, locus & tempus nõ sunt necessariè apponenda. voluit Alexander consilio vj. tertio libro. Ber.

d ¶Talionis. Adde an accusans & non probans teneatur pœna eadem qua teneretur accusatus. Alexander consilio xj. tamen cùm iudex inquirit non habet necesse inscribere: vt voluit Ioan. de ana. consilio j. Ber.

e ¶Conuenire. Adde Rapha. consilio cliiij. Petr. de Anchar. consilio xxiij. Ber.

f ¶Et criminalis. Adde Petrum de Ancharano consilio sexagesimoprimo. Ber.

g ¶Certum. Adde Alexandrum consilio sexagesimotertio. secundo libro.

Qualiter aduocati circa accusationem se debeant habere. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati qualiter circa accusationem se habere debeant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEquitur vt videamus qualiter aduocati circa accusationem †se habere debeant. Et certè aduocatus in his causis criminalibus debet se habere cautius quàm in ciuilibus. Nam vbi maius periculum, ibi cautius est agendum: vt ff.ad Carb.l.j.§.j.& C.de proba.l. sciant. & de appel.l. addictos.& de fal.l.vbi. itaque aduocatus dum aduocat debet stare rectus: vt C.de offic.præfe. anno.l.j. & C.de postu.l.quisquis. & si quidem negotiū sit arduum debet incipere. In nomine Domini, amen. quia sic incipit do. Iustinianus Imperator:vt ff.de offic.præfec.præto.aphri. l.in nomine domini.& in authen.de arbi.in princ.deinde debet supplicare vt benigne audiatur à iudice & à circūstantibus allegando quòd sermo perijt nisi præstetur benignus auditus:vt ff.de his quæ in test.delen.l.pe.postea debet præmittere aliquas præfationes vt reddat iudicem magis beniuolum & attentum,vt dicit lex.ff.de ordi.iud. l.j.incipiat quoq; & dicat,domine iudex rectos & iustos decet non immerito commendare: vt C. de iudic. l. rem non nouam.in prin.itaque vos domine iudex estis & debetis esse iustus.Nā cùm Rex iustus sedet super sedē non aduersabitur ei quicquam malignum:vt C.de sum.tri. & fide catho.l.inter claras. Item commendet eum de bonis moribus & summa probitate.ff.de decre. ab ordi.fac. l.j. Item commendet eum de singulari industria & fide probata:vt ff.de offic.præfe.præto.l.j.in fi. Item de castitate quæ sola potest Deo animas præsentare:vt in corpore.authen.de leno.post hoc dicat quòd debeat esse iudex medius inter vtrāque partem & personam nō declinando à dextris neq; à sinistris: vt C.de fal.l.vbi.sed etiā non de omnibus commendet dictum iudicem,sed de his tantum in quibus abundat. Item aduocatus si vult potest vti breuiori sermone in commendando iudicis personam,vel personam aduocati partis aduersæ:ita dicens. veritas,verborum adminicula non desiderat:vt C.si vt se ad hæred.absti.l.j.bonitas enim honestas,scientia, iustitia, & vera fides: ita manifesta est quòd commendatione nō indiget:vt aliās legitur.ff.de in integ. resti.l.j. & de exer. l.j.in princip. & quæ demonstrata sunt demonstrari non debent: vt ff.de do.præle. l.iij.§. si quis vxor. in fi. His præmissis intendat aduocatus ad allegādum de iure partis suæ:sed dicat,domine ego prius intendo narrare factū per ordinē,& postea allegabo de iure: quia ex facto oritur:vt ff.ad legem Aquil.l.si ex plagis. §. in cliuo capitolino.& ff.de iure codi.l.quidam referunt. & ff.de iureiur. l.duobus.§. fina. & sæpe video quòd in breuissima facti mutatione ius totum mutatur: vt ff.de excus.tu.l. si is.& de leg.iij.l.hoc legatū.& l.si.ff.de cōtr.emp.l.in emptio.§. pe.in fi.& l.qui fundū.& ff.de ī diē addic.l.iij.ff.de leg.iij. l.iij.&.l.si quis à filio.aliās dicit lex vt respōsum congruū habere possis insere pacti exemplū: vt C.de transact.l.vt responsum. Narret itaque aduocatus factum totum per seriem in narratione facti commendet personam illius in quo crimen commissum est: ad hoc est ff. de iniur.l.cum posit.& de re mili.l.omne delictum.ff.de pœ.l.aut facta. §.j. Item narret vtilitatem delinquentis: ad hoc.est. ff. de iniur.l.si plures.ff.de incen.rui.nau.l. nihilominus.§.j. & ff.de procu.l.qui tamen.§.aliās quidem. Item narret magnitudinem delicti atrocem iniur. quod quidem delictum & atrox iniur.augetur tribus modis,scilicet ex persona,ex tempore,& ex re ipsa. Ex persona enim augetur iniuria cū ipsa sit magna ab humili persona parenti a filio patrono a liberto. Tēpore vt si fiat in ludis vel prætorijs, vel in conspectu hominum. Re habeatur atrox iniuria & graue delictū, vt si in vultu ore vel oculo sit facta percusio,vel quod vulnus sit aliās magnum:vt ff. de iniur. l.prætor.§.fi.l.vulneris.& l.sed est quæstionis. & l. sed & si vnius. §. quædam. & insti.de iniur.§.atrox. & §.pœna. idem dicat aduocatus qualiter prædicta est res mali exēpli.ff.de ficar.l.iij.§.ij.& de pœ.l.si quis aliquid. §. qui abortionis.& C.de preci.impe.offe.l.j.& qualiter maleficia non debent remanere impunita: vt ff.ad legem Aquil.l. ita vulneratus. Item qualiter magna ratio suadet, vt pœnæ ob maleficia præstentur: vt ff.de fideiuss. l.si à reo. §.pe.ff. depositi. l. bona fides.& C.ad legem Iul. repe.l.j.

Item qualiter potestas debet esse speculum aliis successoribus: vt C.de decurio.l.j.& C. ad legem Iul. de vi publi.l.j.& ff.de pœ.l.si pœna.Et q; facilitas veniæ incētiuum est delinquēdi,& prouocat delinquentes:vt extrà de vita & ho.cle.c.vt clericorum.Et iudex qui crimen repertum non vindicat tegere vt conscius criminosa festinat.Et canon dicit,negligere cùm possis perturbare peruersos: nihil aliud est quàm fouere. extrà de sen.excom. c.delicto.in v j.arg.ff.qui sine manumiss. à lib.perue.l. Imperator.nec caret scrupulo societatis occultę qui manifesto facinori desinit obuiare: vt C.de commer. & mer.l.ij. versi.de hoc.& no.do.Azo in summa. Item potest aduocatus partem suā collaudare, scilicet qualiter ipsa fuit insons ab illa rixa vel maleficio, allegando quòd semper fuit cum bonis socijs conuersatus,& per loca honesta,& qualiter fuit natus ex bonis patre & matre.Et ecōtra potest dicere & allegare cōtra aduersarium suum, siue partis suæ:quòd dic vt not.infrà in rub.de præsump. & indi. circa princip. & potest etiam allegare dolum non fuisse adhibitum circa maleficium de quo agitur: vt infrà de pœnis.§.item no. Gandinus.

Quomodo de maleficijs cognoscatur per denunciationem. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare quid sit.*
2 *Denunciator an debeat assistere suæ denunciationi.*
3 *Inquisitionem præcedere debet clamosa infamatio.*
4 *Custodes agrorum quid facere habeant.*

NOn solùm de maleficijs cognoscitur per accusationē de quibus dictum est supra. sed etiam de eis cognoscitur per denūciationem.[a] †Circa quod quid sit denunciatio videamus. Denunciare enim nihil aliud est quàm deferre reum aliquem criminis:vt C.de accus. l.ea quidem. ff.ad Turpilia. l.ab accusatione.§.denunciationes. †Et not. quòd sicut accusator debet assistere suæ accusationi: ita denunciator debet assistere suæ denunciationi: vt nota. in d.§.denunciationes.& hoc verum est, nisi ille denunciator esset officialis ad denunciandum maleficia,vt sunt syndici & consules locorum & villarum, quo casu procedit iudex ex officio suo:vt dicta l.ea quidem.de isto tamen modo cognoscendi de maleficio nō sic est traditum nobis de iure ciuili,vt de iure canonico:& ad hoc vt procedat condemnatio expedit quòd ipsam denunciationē processerit charitatiua monitio, iuxta illud verbū Euangelicum:Si peccauerit in te frater tuus, corripe eū inter te & ipsum, vt extrà de accusatio.c. qualiter & quando. ad fin.Specula. de denuncia. §.quis. versicu.iij. Sic etiam videmus, † quòd accusationem debet præcedere inscriptio:vt ff.de accus.l.libellorum. Sic in inquisitione debet præcedere clamosa infamatio:vt dicetur infrà quomodo de malefic.per inquisitio. Sed circa materiam istam diligenter attende sicut etiam ponit domi. Guil. durantis in Specu.sui operis.quòd propter or.accusa.& inquisitionis homo quandoque absoluitur,quandoque condemnatur: nam quandoque nocturui custodes iurati ponuntur, vt quoscunque sub noctis silentio transeuntes capiant & denuncient puniendos, quandoq; etiam ponūtur custodes ad custodiam alicuius passus quoscūque inuenerint ad passum cum rebus vetitis transeuntes similiter denūcient & præsentent.†Nonnunquam ponuntur custodes agrorum custodiam,vt fructuum depopulatores eodem modo denuncient & præsentēt,& similiter quadrupedes in præd

a 1

2

3

4

in prædijs damnum dantes. Hi igitur custodes & eis similes cum ex hoc officio eis commisso aliquos denuncient non est opus secundùm locorum diuersas consuetudines,vt eos accusent,vel de calumnia iurent:sed solū simpliciter ex suo officio denuncient, & eorum denunciationi creditur ex quo prius iurauerit suū officiū bene & legaliter & fideliter exercere:vt C.de accus.l.ea quidē. & iiij.q.iiij.c.alijs. adeò q; nisi denunciatus suam probet innocentiā condēnabitur ex tali denunciatione quæ ad hoc fidē & probationē facit:licet ita de consuetudine obseruetur secundùm varietatem locorū:tamen de iure est secus:quia nō debet quis condemnari, nisi palā & aperta probatione:vt ff.de pœ.l.absentē. C.de accus.l.qui accusare.& de proba.l.fi.Sed quæro nunquid assertioni & re-
b lationi taliū officialiū sit credēdum.[b] Et primò videtur q; sic:quia iurauerūt bene & legaliter suū officiū exercere: vnde non est credendum q; ipsi sint immemores salutis æternæ:vt C.ad legem Iul.repe.l.fi. nam animæ hominū cæteris rebus præferēdæ:vt C.de epis.& cler.l.sancimus. & extrà de præsumpt.c.ad audientiam. Item omnia quæ in iudicio aguntur præsumuntur solenniter acta:vt ff. de verb.obli.l.sciendū.C.de contrah.& commit. stipu.l.j.& & insti.de fideiuss.§.j. Item pro hac parte consueuit allegari dicta l.ea quidē. C. de accus. Econtra videtur q; tales officiales habentur loco vnius testis,& vox vnius, vox nullius:vt C.de testi.l.licet.item quia soli arbitro nō creditur.ff.de arbi.l.in arbitro.§.autem.nec soli tabulario creditur:vt authen.de hære.& fal.§. vbi nō absunt. Itē quia executor negotiorum non potest esse testis:vt ff. de testi.l.vlti. Item quod non credatur videtur notari per Accur.super d.l.ea quidem.C. de accus. Item vbi quis inculpatur de crimine debent esse probationes luce clariores meridiana:vt C.de proba.l.sciāt. Ad quæ plerique iurisperiti bene respondent, & dicunt ita: quia aut dicti officiales sunt deputati solùm ad denūciandum maleficia & excessus,vt sunt cōsules villarū & locorum, & in isto casu relationi & denunciationi taliū officialium non creditur per iura superius allega. Aut officium talium officialium non solum consistit in denunciatione: verū etiā in inquirendo & cognoscendo quod plerūque contingit quotiescunque iudex vel quis nuncio, & familia curiæ discurrit per ciuitatem vel per castrum causa exercendi suum officiū, & videt vel inuenerit aggressorē vel aliud maleficium committētem:aut homines euntes de nocte, vel alios arma portantes vetita vel victualia,vel alia quę per statutum sunt prohibita. Nam tunc & eo casu satis dici potest:& videtur tale fore indubitatiuum indicium q; ex eo solo possit ipse iudex vel potestas sententiā ferre nulla alia super eo excessu probatione reperta: quoniam tale factum dicitur iudici notorium:& de eo excessu videtur sibi cōstare,non vt priuato,sed vt iudici. argu.ff.de fer.l.ij.in fi.de offi.prę.l.illicitas.§.veritas.Satis enim dicitur cōstare crimen quòd oculis subijcitur iudicis modo iudiciario inquirētis cum oculorum inspectio pro quadā specie probationis habetur:vt C.de admi. tuto.l.lex quæ tutoris.& C.fini.regund.l.ij. & iij. Nec obstat quod dici consueuit:& quod not.supra proxi. q. scilicet quòd officialibus non est credendū:vt ff.de cust.exhi.reo. l.diuus. in fi.& C.de decu.l.j.lib.xij.& vt no.C.de accus.l.ea quidem.quia illud quod dictis iuribus dicitur,videtur intelligi cùm officialis officium solum in denunciando consistit,& non in inquirendo & cognoscendo cōsistit:vt arg. ff.de offi.præfec.vrb. l.j.§.quies.& ff.de reb. eor. qui sub tut.vel cura.sunt.l.magis puto.§.ne tamen.& argu.d.l.ea quidem.C.de act.& ff.de iud.l.fi. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶ Denunciationem. Adde vt per Bar.in tract.ad reprimendum.in verbo,per denunciationem.Cal.consil. v.de accus.Ber.

b ¶Credendum. Adde Alexand. consilio lxxj.iij.libr. vbi ponit an stante statuto quòd stetur dicto denunciatoris: & quòd eius dictum teneatur secretum, an talis denunciator teneatur iurare coram iudice.Ber.

Quomodo de malefi. cogn.per inquisitio. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio habet fieri officio iudicis.*
2 *Inquisitio in quo loco debet fieri.*
3 *Inquirens iudex quid facere debeat.*
4 *Inquirere quando iudex debeat.*
5 *Inquisitio in quibus posit fieri de iure ciuili.*
6 *Inquiri quādo posit de quolibet crimine, & super quolibet crimine de iure canonico.*
7 *Inquirere contra aliquam singularem personam & inquirere quis tale maleficium commiserit quomodo differant.*
8 *Inquirendo contra aliquem nominatim an citubitur ille contra quem inquiritur.*
9 *Inquirendo de maleficio in genere quid seruandum sit.*
10 *Inquisitionis alia differentia.*
11 *Infamiæ probatio quot testes requirat.*
12 *Testibus dicentibus se carnaliter cognouisse Semproniam diuersis locis & temporibus,an sit fides adhibenda.*
13 *Infamiam probare uolens quid dicere & probare debeat.*
14 *Inquirens nullo promouente quid facere debeat.*
15 *Inquirens testes tantùm recipiat super articulis super quibus præcessit infamia.*
16 *Iudex si recipiat testes super infamia alicuius mero officio non auditur contradictor uolens probare de sua bona fama.*
17 *Inquirens ex officio suo potest publicatis attestationibus iterum testes excipere & examinare,non autem si aliquo promouente inquirat.*
18 *Inquisitione completa,an testes & totus processus debeant publicari, & de his fieri copia ipsi reo.*
19 *Inquisitione pendente quæ de iure fieri posit, si offensus uelit reaccusare, nunquid inquisitio cessabit.*
20 *Inquisitione ut suprà pendente si fiat accusatio ut suprà, nunquid acta facta in inquisitione ualebunt.*
21 *Iudice inquirente de maleficio in aliqua domo facto,an personæ uiles in eadē domo degentes poterunt esse testes.*

REstat modo videre quomodo de maleficijs per inquisitionē cognoscatur super quo tractatu est videndum quo loco fiat, in quibus casibus, & qualiter in ea procedatur. †Sciēdum est autem q; inquisitio habet fieri arbitrio iudicis:vt ff.de offi.prefi.l.congruit.ff. de magist.l.ij.§.si præses.& ff.ad Silla.l.j.§.quæstio. & C. de nau.l.quoties.&†debet fieri inquisitio in loco originis
a delicti commissi[a] tam propriè quàm paternè,si ibi sit maleficium commissum:aliās non:vt in vlti. q.huius operis.

Item in loco vbi inculpatus de crimine conuersatur.

Item in loco vbi est cōmissum maleficium: quòd dic, vt plenè not.infrà in rubr.vnde aut quo loco possit fama procedere.†Cùm ergo iudex super aliquo crimine intē-
b dit inquirere debet ipse personaliter ad locum, [b] vel ad loca ire,vbi debet fieri ipsa inquisitio, & ipsum locum & personam contra quē intendit inquirere oculis subijcere. argu. ad hoc. ff. finium regund. l. si irruptione. extrà de accusatio. c. cùm dilectus. de electio. c.postquam. Nam in loco in quo talis persona conuersatur, & in loco vbi maleficium est commissum melius potest indagari veritas criminis,& melius sciri de circunstantijs ipsius criminis & conditione, & qualitate personæ: vt C.vbi de crimagi opor.l.ij.& vt omnes causæ tam ciuil. quàm crimi. l. vna.circa medium l.Et si casus esset quòd iudex ad ipsum locum commodè ire non possit,seu accedere debet ad se aduocare in aliquo tuto loco,illum quem intēdat inquirere:vt extrà de appellatio. c.ex parte. & extrà vt lit.non
4 conteſt.c.accedēs. †Iudex autem super quolibet ma-
c leficio non debet nec potest inquirere: quia legitur quòd sine accusatione criminis cognitio & pœnæ impositio non procedit:vt ff. de muner. & honorib. l. rescripto.§.si quis. Secus tamen in casibus tam iure canonico quam
5 ciuili. † Qui autem sint casus in quibus de iure ciuili possit inquiri.no.suprà in ipsa rub.quid sit accusatio. qui sunt hi:quando dominus à familia sit occisus: quādo accusator pecunia corruptus abolitionē:quādo generaliter requiritur contra malos homines in crimine lenocinij,

1

2

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

in crimine suspecti tutoris : in crimine sacrilegij : in falso teste pro charta falsa:in crimine calumniæ:quãdo aliqua subtracta sunt de hæreditate adita cũ beneficio inuẽtarij: pro rebus naufragio amissis:quando confitetur de socijs malefactor:& tunc inquiritur contra eos in crimine læsę maiestą. In notorio crimine,in crimine apostatarũ,in crimine hæreseos:in bonis damnatorũ indagandis:in omni falso:quando infamator deficit in probatione. Itẽ in casibus notatis his legibus. ff. de censi.l.forma. in authen.de man.prin.§.coges.ff.de confir.tu.l.tutores. C. de cur.fur. l.ij.circa medium.ff.de re mili.l.magis puto. Idem de iure Lombar.inquiritur de omni crimine, vt in Lombard. de offi.iud.l.vt iudex.de quibus omnibus dic plenè : vt not. suprà quid sit accusa.in rub.Habemus ergo ex prædictis q de iure ciuili regulariter de malefic.est accusatio necessaria.Iure enim canonico de quolibet maleficio & super quolibet maleficio inquiritur,& cognoscitur:si tamen in
6 teruenĩat ea quæ sequũtur & nõ aliter regulariter. †In
d primis est necessariũ q ille contra quẽ inquiritur sit infamatus[a] de illo crimine, id est q sit publica vox & fama q ille sit culpabilis. Secũdò q ille talis de quo est talis fa-
e ma,siue infamia , sit subditus iurisdictioni[e] illius iudicis.

Tertiò q ad aures eius iudicis peruenerit illa talis infamia. Quartò q nõ semel tãtùm,sed pluries. Quintò
f q nõ peruenerit à maliuolis[f] sed à fide dignis, & discretis viris. Sextò q nõ causa malitiæ, sed zelo iustitiæ talis infamia prædicet:& hæc probãtur extrà de accus. c.qualiter & qñ. Itẽ de iure canonico regulariter nõ procedit̃ur in maleficijs per inquisitionẽ,nisi prędicta sex interueniant.Sed v trocq; iure in casibus specialibus potest per inquisitionẽ ex officio iudicis procedi:quos casus no.suprà per ordinẽ in rub. quid sit accusa. & quãdo accusator sit necessarius.vbi not.quãto tempore duret officiũ iudicis qñ potest inquirere in §.sed circa. Sed hodie de iure ciuili iudices potestatũ de quolibet maleficio cognoscũt ex officio suo per inquisitionẽ,qd̃ videtur posse fieri per hæc iura.ff.de offi.prę.l.cõgruit.in authen.de testi.§.iubemus.C.de abo.l.ij.C.de cust.& exhi.re.l.ij. circa princ. & ff.ad Silla.l.j.§.si quis.& de susp.tu.l.tutor.§.nõ tamen. & ff.de adul.l.ij.§.si publico. & ita seruant iudices de cõsuetudine:vt no.do.Guil.durãtis in Spec.li.iij. & ita vidi
10 cõiter obseruari quãuis sit cõtra ius ciuile. de iure Lombardo potest iudex de quolibet & super quolibet maleficio procedere per inquisitionẽ:vt in Lombar.de offi.iud. I.vt iudex. Super inquisitione autẽ per iudicẽ facienda
7 bene no.†q refert,vtrũ iudex de maleficio inquirat cõtra aliquã singularẽ & specialẽ & nominatã personam:an inquirat generaliter de maleficio quis illud maleficiũ commiserit.Et si quidẽ inquirat cõtra aliquã singularem personã,tunc seruandus est ordo traditus. extrà de accusa.c. qualiter & qñ.& tunc debet facere citari personã illã nominatã,& eidẽ exhibere articulos sen capitula super quibus inquirit , & nomina testiũ eidem sunt edenda & demonstrationes,& exceptiones, & replicatiões saluę sunt eidẽ,tam cõtra personas testiũ,quàm cõtra eorũ dicta, vt eis testibus falsum dicẽdi materia amputetur:vt d.c.qua-
8 liter.& c.cũ olim. †Sed nũquid in introductione testiũ
g iudex faciet illũ cõtra quẽ nominatim inquiritur citari,[g] dic q sic:aliàs autẽ processus iudicis nullus erit : vt C.de testi.l.si quãdo.& authẽ.ibi signata.& C. de fide inst.l.iudices.C.si vt se ab hære.absti. authẽ.oẽs creditores. ff. de mino.l.in causæ.§.in causa.& l.etiã. Sed d.Fed.Imperator de hoc interrogatus à Doctoribus Boñ. dixit q iudex per se de maleficio inquirere nõ poterat absq; parte: vbi fama publica & multi de terra aliquẽ dicerent malæ famæ malefactorẽ,& qd̃ in eis talibus non debeat inqui-
h sitio publicari:& sic nõ fiet eis copia[h] inquisitionis qui est malefactor,& aliàs malæ famæ. Secus si quidã dicerẽt eum cõmisisse aliquod singulare, & speciale maleficium.
9 †Si autẽ inquirat de malefi.in genere,nullũ in sua inqui-
i sitione nominãdo:tũc nõ sunt seruãdæ solennitates[i] prædictæ:nam tunc sine strepitu iudiciario non seruato iudiciorũ ordine de plano cognoscet & inquiret:& in introctione testiũ nullũ citari faciet:vt extrà de accus.c.olim. Sed hac generali inquisitione completa si ipse inquisitor inuenerit aliquẽ de ipso crie infamatũ faciet ipsum ad se citari,& det sibi articulos tãtùm criminis,de quo crimine fuerit infamatus,& nõ alios,& nomina testiũ quos super illo crimine examinare intẽdit : & ad iuramentũ horũ testiũ faciet citari illũ in prima & generali inquisitione tali-
10 ter infamatũ:vt extrà de accusa.c.inquisitionis. †Præterea est & alia circa inquisitionẽ facięda differẽtia : quia aut iudex ad inquirẽdũ ꝓcedit aliquo hãc inquisitionem ꝓmouẽte,cuius nomẽ reperiẽ scriptũ in actis, aut ꝓcedit promouẽte eandẽ.Et si quidẽ fiat inquisitio aliquo ꝓmouẽte:tunc ante oĩa citabiẽ ille cõtra quẽ debet inquiri , & fiet ei copia articulorum siue capitulorũ inquisitionis, & quæreẽ ab eo an sup illo crie sit infamatus. Et si cõfitebiẽ is cõtra quẽ debet inquiri:bene est, quia cõtra eũ ꝓcediẽ sine litis cõtest.& nõ seruata forma iuris ordinarij:vt extrà de re iud.c.cũ I.& A.& dabunẽ ei noĩa testiũ,& dabiẽ sibi terminus quo se defendat, & ꝓponet exceptiones & replicationes,& aperientur testes:de quibus fiet ei copia. Alioquin posset appel. vt extrà de accusa. c.qualiter.ij.§. debet aũt.c.olim.§.si verò.& c.inquisitionis. ff. de edẽ.l.j. §.edẽda sunt oĩa.& de bo.vac.l.fi.ibi data copia reclamãdi &c. Si aũt ille negauerit se de eodẽ crie infamatũ esse tũc ante oĩa debet cognosci, vtrũ sit infamatus an nõ : vt extrà de accus.c.inquisitionis.in fi. qa per negationẽ efficitur res dubia:vt C.qui.ad lib.ꝓla.nõ lic.l.iij. nec priùs poterit iudex sup crĩs ꝓbatiõe per inquisitionẽ ꝓcedere donec cõstiterit eũ de obiecto crie infamatũ,vnde ꝓmotor inqsitionis debet ꝓbare , q iste cõtra quẽ inqrie sit de illo crie infamatus. Et si hoc ꝓbauerit poterit iste ꝓbare cõtrariũ se esse hominẽ bonæ famæ:vt extrà de ꝓba.c.licet.in fi.& hæc sic de iure canonico sunt seruãda:qa ingri nõ potest,nisi prædicta sex interueniãt suprà nominata: quia aliter est & fit in casibus specialibus in quibus põt inquiri.no.suprà in prima rub.huius lib.hoc tñ dignũ no.
11 te volo seruare , videlicet q qñ inquisitio cõtra aliquem
k est facta,scilicet q sit examinatus,& relaxatus , nõ debet postea mitti pro eo,nec debet posse repeti,nisi indicia adsint,per legẽ bene notandã.C.de fal.l.sicut. †Et not. q super probatione infamiæ[k] sufficiunt duo vel tres testes bonæ famæ:qa vbi numerus testiũ nõ adiĳcitur duo sufficiũt.ff.de testi.l.vbi.Et sufficit si tres dicãt illũ de tali crimine infamatũ,& si fuerĩt interrogati debẽt dicere apud quos sit illa infamia,& si ipsi nõ dixerint apud quos, non videtur bonã reddere rationẽ , & si interim testes fuerint interrogati quomodo sciunt q est apud illos taliter infamatus,debẽt dicere q viderũt illos vitare eius familiaritatẽ,vel dicere quod audiuerunt ab eis.xxxviij.q.j.sæpe. Vel dic q sufficit si dicunt q de illo maleficio est rumor vel fama in tali contrata contra istũ non nominando aliquas singulares personas.Pars tamẽ cõtraria poterit probare q illa fama est apud viles personas, vel maliuolas, vel eius inimicos,vel ab eis orta , quo probato inquisitio non procedit : vt extrà de accusa.c. qualiter & quãdo.ibi vbi dicit prouidis & discretis, & nõ maliuolis seu inimicis:& sufficit q probet hanc famam processisse à duobus maliuolis seu inimicis pluralis elocutio &c. & l. vbi numerus.superius prælleg. Itẽ nõ est necesse q testes audirent hãc infamiam ab eisdem prouidis & discretis:sed sufficit si à diuersis. Itẽ sufficit si non audiuerunt eo tempore & eo loco,sed diuersis,& hoc illa ratione:quia cùm infamiã tantùm probare habeãt,sufficit si testes de hac & super hac infamia fuerint cõcordes:vt arg.ff.de peti. hære.l.si quis libertas. §.quoties. ff. de arbi. l.si arbiter.& C. de iu.& fac.ign.l.cũ falsa. Nec est etiã necesse q testes concordẽt super causis scientię:vnde si testes dixerunt se scire de illa infamia quia audiuerũt non debent probare q sic audiuerũt,nec habet vnus testis cũ alio cõcordare, scilicet de loco,tẽpore & causis sciẽtiæ:quia de illis nulla est quęstio:sed solùm est quęstio de fama & infamia &c.

Vnde

Vnde quãq; videantur singulares in suis dictis:tamen
1 stabitur assertioni[1] eorũ,tunc enim testes de loco & tẽpore debẽt concordare cũ locus & tempus sunt de substãtia contractus vel negotij,de quo agitur:& ita not.domi.
12 Guil.durantis in Speculo sui operis. †Et faciũt prędicta pro quæstione Pucini quæ fuit senis de facto,qui cõfessus fuerat se quandam puellam violenter & carnaliter cognouisse , qui in sua defensione probauit per quatuor testes illã puellam fuisse corruptam,dicentes illi testes se illam puellam cognouisse diuersis locis & temporibus: quibus testibus dicebatur q nõ erat fides adhibẽda ex eo q erant singulares in dictis eorum. C.de testi. l.iusiuran.

Econtra dicebatur q cõcordes erãt super corruptione illius puellæ,iuxta formã statuti q imponit pœnã quingentarũ librarũ corrũpenti per vim virginẽ vel maritatã: & ccc.librarũ cognoscenti aliam mulierẽ corruptã super qua corruptione cõstabat testes fore concordes:quia oẽs dicebant illã puellam fore corruptã,quãuis diuersis locis & temporibus,sicut videtur quando quis probat de possessione.Nã licet vnus testis dicat , ego vidi Titiũ possidere de mẽse Ianuarij,& alius Februarij : & alius de alio mense,bene tamen valent eorũ dicta:quia omnes dicunt de possessione Titij,quãuis sint singulares in dictis eorũ:
9 vt not.ff.de test.l.ob crimen.in gl. ordinaria. †Item nõ sufficit volẽti probare infamiã dicere quod apud duos sit ille taliter infamatus , imò oportet dicere & probare , q maior viciniæ pars clamat eũ de quo quæritur illud maleficium cõmisisse:& hoc est quod dicit illa decre. qualiter & quãdo.dum dicit ibi q clamor innuit. Aliqui tamẽ sapiẽtes voluere quod testes debẽt cõcordare q audiuerunt talem infamiã tali die,tali loco, talibus personis : vt not.extrà de præsum.c.illud.& licet in hoc debeant concordare,tamen nõ tenentur certũ quid respondere : nam si respondeãt q non recordantur quando audiuerunt,nihilominus valet dictũ eorum testiũ. De hac tamen fama
14 & infamia plenè dicã infrà sub propriis titulis. †Si aũt iudex ad inquirendũ accedat nullo inquisitionẽ promouente,tunc inquisitor faciet iurare illũ contra quẽ nominatim inquirit , vt super inquisitione illa ad interrogata respondeat : vt extrà de accusa.c.cùm dilectus. & in hoc casu licet reus se neget de illo crimine infamatum : tamẽ iudex inquireret de fama & infamia,qua reperta incipiet procedere ad inquirendũ de maleficio : vt extrà de offic.
15 iudi.ordi.c.j. †Caueãt tamen inquisitores v t testes nõ recipiãt nisi tãtùm super illis articulis super quibus præcessit infamia,& non super alijs:vt extrà de accusa. c.inquisitionis. Et si quidẽ inquisitor repetit infamiã de maleficijs cõtra Titiũ:& Titius neget se esse de illo crimine infamatũ,non tenetur iudex ei facere fidem de ipsa infamia,cui enim faceret cũ ipse idẽ sit iudex. Si tamen à tali
m grauamine appelletur,[m] tũc iudici superiori fides est ipsa
16 infamia facienda:vt extrà de app.c. cùm cessante. †Itẽ no.quod quãdo iudex recipit testes super infamia alicuius officio mero,nõ auditur cõtradictor volens probare de sua bona fama : vnde iudex summatim cognoscet super hac fama. Secus autẽ est quando iudex inquirit aliquo promouente inquisitionem:vt suprà dictũ est. Et est
17 ratio,quia nõ ita præsumitur contra iudicem sicut contra aduersariũ:vt d.c.oportet. †Item est in hoc alia differẽtia:quia vbi iudex ex officio suo inquirit , potest iudex
n publicatis attestationibus iterum testes recipere[n] & examinare : vt ij.q.j.notandum. & ij.q.v. habet proprium.& extrà de testi. c. cùm clamor. Sed vbi inquiritur aliquo promouente & subsequente non sic est:quia tũc timetur
18 de subornatione:vt C.de testi.authen.qui semel. †Sed quæro nunquid facta & completa inquisitione testes & totus processus debeat publicari , & de eis debeat fieri copia ipsi reo,dic quòd sic:vt argu.de bo.vac. l. fi.ibi data copia reclamandi.& argu. ff.de cust.& exhib.re.l.diuus. quæ lex loquitur in casibus criminalibus. Verũtamen si ille contra quem est illa inquisitio facta,est malæ famæ & vitę,[o] & olim sic est habitus quòd non sit ei de dicta inquisitione copia facienda alioquin sic:prout de prædictis not.do. Guil. durantis in Speculo sui operis quòd opus
19 multùm perutile reputatur. †Sed pone quòd iudex inquirat de quoddam maleficio in casu quo licet de iure inquirere:hac inquisitione pendẽte , superuenit is cui facta est iniuria,& vult solenniter accusare[o] & accusationẽ
o corrigere.modo quæritur nunquid inquisitio illa cesset: dic q sic. quoniam ordinariũ iudiciũ præfertur extraordinario.ff.de mino. l.in causæ ij. & not.de hoc d. Azo in sum.C.de excusa.tuto.& facit ff.de carb.edic.l.cum sine.
20 ff.de mu.& ho.l.j.in fi.de edem.l.quædã. in prin. †Sed quæro nunquid ea quæ primo acta fuerint , dum iudex inquirebat modò in hac accusatione valebunt : dic q sic. ff.de arb.l.cum antea.§.fi.C.de testi.l.fi.C.de lib.cau.l.iubemus.licet secus sit in actis quorũ instãtia perijt elapso termino:vt C.de iudi.l.properandum. circa princ. Vel dic latius & melius si dubitetur vtrũ accusatio superueniens tollit inquisitionem , vel vtrũ probata inquisitione posit cõdemnatio fieri si superueniat accusator , dic stari inquisitioni.Et inquisitione probata posset ad cõdemnationem procedi rationibus infrà scriptis:primò ne maleficia remaneãt sine pœna.ff.ad legem Aquil. l.ita vulneratus. Item quid prodesset iura esse in ciuitate nisi essent obseruata &c.ff.de orig.iur.l.ij.§.præterea. Nam accusatio & inquisitio ad idem tendunt,scilicet vt maleficia puniantur:altera ergo vt inquisitio sufficit:vt ff.de regu.iur. l.quoties.ff.de noxa.l.fi. & ibi not. Item certum est delictum fore commissum per inquisitum:ergo nõ debemus capere coniecturas:vt ff.de verb.obli.l.continuus.§.cùm ita.præterea videtur q accusatio fiet per collusionẽ quæ est euitanda.ff.de inoffic.testa.l.si suspecta. & C. de litig. authen.nunc si hæres.ad idẽ ff.de iureiur. l. eum qui.§.in popularibus.propterea vide l.cui resisti non potest accusatus iterũ accusari nõ potest nisi probetur de collusione, vel nisi suã prosequatur vel suorum iniuriã. ff.de accus.l. si cui.& C.eo.tit.l.si quis homicidij.& hoc habet locũ vbi facta est absolutio:multo fortius vbi non est facta absolutio potest potestas inquirere , & inquisitio facta tenet. arg.de hoc.C.quando lic.ab emp.dice.l.j.& ff. de pact.l. ab emptione.& l.iurisgentium.§.adeò.de verb. signifi.& & multa impediũt faciẽda quæ &c.vt ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.l.pater.præterea videtur lex quasi expressa. Accusaui aliquem de aliquo delicto , postea impetraui abolitionem vt desistam,non obstante abolitione vel accusatione,nihilominus iudex inquiret:vt C. de aboli.l.ij. sic hic videtur. Itẽ casus est legis q si facta est per officialem denunciatio,q nõ est necessaria inscripto.Si autẽ accusatio sit facta debet fieri inscriptio : cùm ergo hodie de consuetudine non fiat inscriptio , ergo nec accusatio est necessaria:vt C.de accusa.l.ea quidem.& l.fi. Item nõ obstat q dici posset quòd ordinarium nõ concurrit cum extraordinario:vt ff.de mino.l.in causæ secundò. quia illud habet locum cùm extraordinarium est contra ius cõmune.Si autem extraordinarium est secundùm ius commune:tunc vnum non tollitur per aliud:vt ff.de publi. & vectiga.& commis. l.ij.§.j. vbi de hoc notatur. Nam in quæstione nostra vtrũque est secundùm ius commune: quia qui accusat intendit q maleficia puniantur,& iudex qui inquirit similiter & ius commune est ne maleficia remaneant impunita:vt suprà dixi. Præterea inquisitio admittitur de iure:vt suprà dictũ est in pluribus:licet cesset superueniente accusatore per dictã l.in causæ.tamen si ab initio valuit non vitiatur:licet perueniat ad eum casum à quo incipere non potuit,imò durat : vt ff. de regu.iur.l. in ambiguis.quę lex videtur determinare quęstionẽ istã.
21 †Sed pone q iudex inquirit de adulterio , vel de alio
p maleficio facto in aliqua domo[p]:modò quæritur nũquid possint induci seu recipi in testes scutiferi predissequæ & aliæ viles personæ degentes in ipsa domo, & ibi reperte: dic q sic.& est ratio:quia ea quę domi fiunt per domesticos probari oportet.de repu.l.consensu. & extrà de testi. c. veniens. Et hoc est verum quando iudex inquirit de

Universidad de Deusto
Biblioteca

maleficio in genere quis illud fecerat. Quando verò inquirit contra singularem, & nominatam personam: tunc testes sunt adhibendi legitimi; vt extrà de re iudi. c. cùm Ioannes. & ita ponit verum esse domi. Guil. in speculo sui operis. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶ Commissi. Adde quòd stante statuto quòd postetas possit inquirere contra subditos, quod non debet intelligi de subdito ratione delicti commissi. ita Bald. consi. ccxij, iiij. lib. Ber.

b ¶ Ad locum. Adde quòd hæc sunt verba Specu. in titu. de inquisi, §. j. Ber.

c ¶ Inquirere. Adde in quibus casibus de iure ciuili possit formari inquisitio. Cald. consilio iij. de accusa. & vide Petrum de Ancha. consi. cxc. Ber.

d ¶ Infamatus. Adde quæ posui in apostillis ad Angel. in verbo, ex mero officio. & in verbo, fama publica. vbi latè per Pet. de Anch. consilio ccliij.

e ¶ Iurisdictioni. Adde Alexand. consilio clj. ij. libro. Angel. consilio cclxvij. Ber.

f ¶ Maliuolis. Adde quòd quò ad purgationem indicendam fama mala potest habere ortum à maliuolis secundùm Roma. consilio cccviij. Ber.

g ¶ Citari. Adde Ioan. de ana. consi. j. Ber.

h ¶ Copia. An reo sit danda copia inquisitionis & indiciorum. Cep. consi. lxvij. Ber.

i ¶ Solennitates. Adde Cald. consi. iiij. de accus. Ber.

k ¶ Infamiæ. Adde an testis qui deponit de voce & fama debeat allegare duas vel tres personas à quibus audiuit: & si fama non habeat certum autorem sit ramen iusta credulitas iudici ad inquirẽdum. vide Franc. are. consi. lxxiij. & vide Alexan. consi. lxx. iij. lib. & xxv. iiij. lib. & cx. ij. lib. & not. quòd præsumptiones in genere de bona fama non tollunt malam in spẽ: vt dicit Alexan. lxxvij. j. lib. & voluit Ro. consi. cccclj. Ber.

l ¶ Assertioni. Adde an testes singulares faciant indicium ad tortu ram. Alexan. consi. lxij. iij. lib. Ber.

m ¶ Appelletur. Adde quòd hæc fuerunt verba Specu. in titu. de inquisi. §. quando. versi. autem inquiratur. Ber.

n ¶ Recipere. Adde vt per Franc. aret, consil. cxlviij. Feder. consilio cclxij. Ber.

o ¶ Accusare. Adde an superueniente accusatore, cesset inquisitio. Ioan. andr. in additio. ad Specu. in titu. de inquisi. §. fina li. versicu. porrò. Ber.

p ¶ Domo. Adde Alexand. consilio xxiiij. ij. libr. & consilio v. j. lib. Fed. consi. cxix. Ioan. de ana. consil. lxiij. Francis. de are. consi. lxj. Cal. consilio iij. de testi. Ber.

Quomodo cognoscitur de maleficio vel crimine per exceptionem. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione de maleficijs cognoscitur.*
2 *Iudicantis arbitrio generaliter committitur crimen puniendum vbi à iure non est pro eo pœna à lege terminata.*
3 *Obijciens crimen electo ante confirmationem, & obijciens post quomodo differant.*
4 *Crimen in modum exceptionis obiectum nõ tantùm ad replicandum ciuiliter, sed ad puniendum criminaliter, an pœnam imponi faciat.*
5 *Excipiens de falso contra instrumentum per quod conueniebatur in centum, super quo falso petijt inquiri per iudicem, si iudex inquirat, non tamen pronunciet: imò excipientem in centum condemnet, an dictus excipiens possit iterato contra executionem dictæ sententiæ de falsitate dicti instrumenti excipere.*
6 *Excipiens de falso ut suprà, non tamen petens producentem puniri: an lata sententia contra excipientem in centum, possit dictum instrumentum de falso accusare.*
7 *Excipiens contra instrumentum de falso tam ciuiliter quàm criminaliter: an lata, uel non lata sententia super centum contentis in instrumento possit accusare de falso producentem instrumentum, ratione usus dicti instrumenti.*

1 NOn solùm †autem de maleficijs cognoscitur prædictis modis, sed etiam per exceptionẽ: vt probatur C. de transact. l. si ex falsis. & C. de adult. l. quoniam Alexander. & ff. ad legẽ Iul. de adul. §. fi publico. ff. de bo. quæ lib. l. qui cũ maior §. si libertus. & ff. ad Silla. l. si quis in grauí. §. pe. Et circa cognitionem huius materię est notandum, q quandoq; crimina excipienda obijciuntur cõtra accusatorem: quandoq; contra testes: quãdoq; contra producentes falsa instrumenta, vel suspecta: quandoque contra aliquem qui se ad aliquod officiũ postulat promoueri: & in his casibus refert qualiter quis illud crimen obijciat: quia si obijciat crimen vt repellat accusatorem ab accusando, testem à testimonio ferendo, vel quod instrumẽto fidei derogetur: tunc si ille excipiens nõ probauerit quod obijcit, non punitur: & posito q probauit, non punitur accusator, testis, nec producens instrumẽtum: nec ex hoc aliquis efficitur infamis. ff. de his qui not. infa. l. Lucius. extrà de ordi. cogni. c. cùm dilectus. §. fi. extrà de testib. c. ex parte. & extrà de simo. c. licet Hely. Aliàs nec mulier excipiens de adulterio mariti punitur. ad legem Iuliã de adul. l. si vxor. §. si iudex. Nam paria delicto mutua, compensatione tolluntur. ff. solu. matr. l. viro atque vxore. Nã lenocinij crimen ab accusando maritũ repellit. ff. ad legẽ Iul. de adult. l. castitati. Ratio autem est: quia ex obiectis criminibus non sequitur punito in casibus suprà dictis: quia ille qui excipit, nõ accusat, & sine accusatore nemo punitur: vt ff. de mune. & ho. l. rescripto. §. si quis. Nam cũ excipitur contra aliquẽ non est intentio excipientis, vel iudicis, quod pœna imponatur, sed solummodo q accusator, vel testis, vel producẽs falsum instrumentũ, repellatur, vel q etiã repellatur ille qui se postulat promoueri. Et si opponatur q ille qui excipit agere videatur: vt ff. de excep. l. j. j. respon. & ff. de proba. l. in exceptionibus. respõde hoc verum est quò ad onus probandi, & non ad aliud. hoc tamẽ quod dictũ est suprà fallit in exceptione lenocinij, q si obijciat ab vxore marito, & fuerit probatũ nõ solũ repellitur maritus ab accusatiõe de adulterio: sed etiã subijcit maritum pœnæ lenocinij: vt ff. ad legẽ Iul. de adul. l. j. §. si publico. & C. eo. tit. l. qm̃ Alexander. & l. ita. sed dic q speciale est in crimine adulterij, seu lenocinij, propter priuilegiũ castitatis & odiũ ipsius criminis. Si autẽ alicui electo[a] obijciatur crimen in modũ exceptiõis, tunc aut obijcitur ante confirmationẽ, aut post. In primo casu nec obijciẽs nec is contra quẽ obijcitur punitur per iura superius alleg. Si autẽ obijciatur post cõfirmationẽ, tunc si obijciens in probatione deficiat seu defecerit, punitur extra ordinẽ iudicis arbitrio: †quia hoc est generale in l. vbicunq;. super aliquo crimine à iure non est pœna determinata quod illud crimen puniendũ cõmittitur arbitrio iudicantis:[b] vt extrà de offi. & pot. iud. deleg. c. de causis. ff. de iure delib. l. j. ad fi. ff. de pœn. l. hodie. & à tali pœna sic imposita, bene potest appellari. de verbo. signi. l. si qua pœna. †Sed quæro quare in superiori casu obijciens crimen non punitur. In isto autem casu sic respõdeo, quia in superiori casu crimen obiectum solùm impedit promouendum, cui adhuc nullum ius erat acquisitũ. In secũdo autem casu crimen obiectum si probatũ fuerit deijcit: iam promotũ ad hoc est. extrà de accus. c. sup his. & de proba. c. tuæ fraternitatis. †Si autẽ crimen in modũ exceptionis obiectũ, nõ tantùm ad replicandũ ciuiliter, sed ad puniendũ criminaliter fuerit obiectũ: quia fuerit petitũ pœnã imponi: & tunc crimẽ in modũ exceptionis oppositũ pœnã imponit[c], qa tũc excipiẽs nõ tãtùm excipere, sed accusare vtdef. †Sed pone q tu à me petebas libras cẽtũ occasiõe mutui, sicut dicebas cõtineri in quodam publico instrumẽto, q coram iudice producebas: ego autẽ excipiẽdo cõtra dictũ instrumentũ & tuã petitionẽ, illud dixi falsum, sup quo falso petij inquiri per iudicẽ & condẽnari de falso, cũ sit in casibus in quibus per iudicẽ potest inquiri: vt C. de proba. l. iubemus. Super quo quidem facto inquisiuit, sed non pronunciauit, sed tulit cõtra me sententiam condemnatoriam in illis centum libris. Ego iterato contra executionem dictæ sentẽtiæ excipere volo de falsitate dicti instrumenti, quæritur nunquid ego possum hoc facere. Dic secundum dominum Dynum qui hanc & infrascriptas duas quæstiones fecit quòd non. C. de fide instrumen. l. finali. ff. de exceptio. 6 l. qui agnatis. & C. si ex falsi. instrument. l. prima. †Sed quid si dixi dictum instrumentum falsum tantùm in modum exceptionis, non petendo producentem de falso puniri, & lata sententia contra me in centum libris, volo dictum instrumentum accusare de falso, quæritur nunquid possum. dic q sic: vt C. quãdo ciui. act. præiu. crimi. l. vna. & ff. vi bo. rap. l. ij. ff. de tabu. exhi. l. locum. §. si quis dolo.

Sed arg. est contra quod non possit. C. si ex fal. instru. 7 l. j. in fi. à cõtrario sensu huius legis. †Itẽ quid dicemus de alia quæstione pone retẽto dicto themate quæstionis, q ego dixi dictum instrumentum quo vtebaris falsum in d modum exceptionis[d] ciuiliter & criminaliter: quia petij te puniri officio dicti iudicis: tunc lata sentẽtia super illis centum libris, vel nõ lata, volo te accusare de falso ratione vsus dicti instrumenti: quæritur nunquid ego possum hoc facere: & primò videtur q nõ: quia de delicto ciusdẽ hominis sepius quæri non debet. ff. rem rat. habe. l. licet. vnde cum de falso sit cognitum in modum exceptionis, non debet vlterius posse cognosci: præterea si in modum accusationis cognitũ fuerit de falso, de eo vlterius quæri non posset. C. de fide iustru. l. fi. sed excipiens loco accusatoris habetur. ff. de adulte. l. j. §. si publico. ergo bene sequitur conclusio q excipiens nõ possum postea accusare de falso. econtra videtur: quoniam ille contra quem excipitur non punitur: vt euidenter apparet ex allega. circa princ. huius titu. & vt not. Accur. super d. §. si publico. Itẽ alia ratione: quia video q verbo accusationis non continetur exceptio. ff. de verb. signi. l. verbum pertinere. §. accusationis. ergo eadem ratione verbo accusa. non debet contineri exceptio. Præterea in d. l. fi. C. de fid. inst. innuitur quòd in modum accusationis oporteat quæri de crimine, ibi dum dicit inscriptionis pagina apud cõpetentẽ iudicem &c. Solu. Dic secundum do. Dy. & alios sapientes plures de Bonoñ. accusationem non procedere secundum alleg. pro prima parte quæsti. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶ Electo. Adde vt per Oldrad. consilio ccxxij. Ber.

b ¶ Iudicantis. Adde Alexan. consi. lxv. iij. lib.

c ¶ Pœnam imponit. Adde Oldra. consil. lxxviij. sed an in except. criminis debeat inseri locus & tempus sicut in accusa. vide Cald. consi. j. de except. Ber.

d ¶ Exceptionis. Adde vt per Pet. de Ancha. consi. clxxij. & consil. lxj. Ber.

Quomodo de maleficijs cognoscitur quando crimen est notoriũ, & quid sit fama & infamia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Maleficiorum cognitio quomodo fiat: quando crimen notorium est.*
2 *Fama quid sit.*
3 *Fama hominis quomodo minui, & quomodo consumi dicatur.*
4 *Infamia quid sit.*
5 *Testibus aliquibus deponentibus, quod est communis opinio in ciuitate contra Titium quod ipse tale maleficium commisit: aliis dicentibus quod de hoc est publica nox & fama: aliis uerò dicẽtibus quòd homines ciuitatis æstimant contra eum idem: an dicant diuersa uel concordent.*

1 DIctum est suprà †quomodo de maleficijs cognoscitur per accusationem, denunciationem, inquisitionem, & exceptionem: restat nunc videre quomodo cognoscitur quãdo crimen est notoriũ: sed quia fama, infamia, præsumptionis & indicia sunt precedentia cognitionem dicti notorij criminis. Et etiam quia pro inuestigatione & cognitione criminum plurimum operãtur, ideo de his 2 omnibus videamus. †Et primò quid sit fama. Et quidem fama est illæsæ dignitatis status, moribus, & legibus cõprobatus, & in nullo diminutus. Hæc est bona diffinitio quantùm ad famam hominis: sed non quantùm ad famã alterius rei inter homines existentis, de qua tractare intendimus. Vnde dic quòd fama est publica & cõmunis proclamatio ex sola suspitiõe ab incerto autore procedens: vt ff. de var. & extraordi. cogni. l. cognitionem. §. æstimatio. aliàs illæsæ, quod ideo est illæsæ id est non læsa. Sciendum est tamen & notandum quòd nomen dignitatis positum in diffinitione famæ, non sumitur pro aliquo honore publico, nec administratione secundùm quod sumitur, aliàs C. de dignit. lib. x. Sed dignitatis nomen est hic sumendum & habendum pro potentia attributa homini à natura. Et quòd homo sit dignior aliarum creaturarum potest multis rationibus cõprobari. Et primò quia legitur in diuinis quòd virtus angelica est hominis seruitio deputata, & autoritates diuinas tanquam leges in causis allegare conceditur, in authen. vt iudi. sine quoq; suffrag. §. cognitio. ibi est quoque hoc. & in authẽ. quomodo opor. episco. §. quanta. circa prin. Et est secũda ratione dignior: quia omnes proprietates creaturarum in se admittit. Nam cum animatis habet communicationẽ: quia cum herbis, & arboribus, vt viuat cũ brutis, vt sentiat, & fructus percipiat: & ideo dictum est quòd gratia hominis nostra rerum fructus quod creauit: vt ff. de furt. l. qui vas. §. ex furtiuis. ff. de vsur. l. in pecudum. Tertia ratione: quia habet communicationem cum Angelis vt discernat, & mẽte cõtemplatur cœlestia: vnde Ouidius.

Pronaq; cùm spectent animalia cætera terram.
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre iussit,
Et erectos ad sidera tollere vultus. & alibi ait Virgil.
Cœlestiq; illi origo est. Quas autoritates, & maximè vbi leges deficiunt non est prohibitum allegare: vt ff. de stat. homi. l. septimo. ff. de sol. l. si pater. Sequitur in diffinitione famæ verbum illæsæ, & exponendum est illæsæ, id est non læsæ, sed integre, vt sic hæc dictio imponatur pro non, licet alibi imponatur pro valde, vt ff. de libe. & posth. l. Gallus. §. ille casus. additur in diffinitione verbum dignitatis, quod exponitur vt dictum est, id est notabilitatis, potentiæ & dignitatis. Sequitur quare dicit status: & crtè hoc ideo: quia status hominis habet considerari circa tria naturalia: & circa tria rationabiria. Naturalia rationabilia quidẽ sunt, vt est memoria præteritorũ: scientia præsentium: prouidentia futurorum. & not. in procemio instit. §. quorum vtrãque viam. & etiam naturalia tria sunt, libertas, ciuitas, & familia, quæ tria sub appellatione status hominis continentur: vt not. ff. de capi. dimi. l. j. Adijcitur in diffinitione verbũ moribus: hoc ideo: quia is qui bonis moribus se gubernat bonam famã sibi acquirit & augmentat, & dignoscitur esse suæ ciuitatis placabilis & dilectus: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. j. idem agit aduersus maximè cum boni mores plusquam diuitiæ operentur: vt ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. scire. §. j. ff. de verborum obliga. l. si quis stipulatus. in fi. dictum etiam est quòd mores consueuerunt à iuuenture formari, cùm propter seruorum conuersationem fiat & inducatur perfecta eruditio & educatio iuuentutis: vt in corpore. authenti. de monachis. §. cogitandum. Et ea quæ moris, & consuetudinis, bonæ sunt circa famam & statum hominis intuenda & considerannda sunt: vt ff. de manumissis vindict. l. à manumittente. ff. de ædili. edict. l. quòd si nolit. §. assidua. vnde dictum est moribus, id est iure consuetudinario & diurno, quod est ius non scriptum: quia ex non scripto venit: vt ff. de legi. & consti. l. de quibus. §. inueterata. & institu. de iure natur. §. ex non scripto. Nunc videndum est de verbo legibus, in diffinitione contento, & exponendum est legibus, id est iure scripto. Nam per ius scriptum consueuerunt homines esse & effici sapientes, dum ius docet quòd ab illicitis se abstineant, & permissa sequantur: vt C. de legi. & cõsti. l. leges sacræ. Et etiam homines sub iure & regula coartati discunt honestè viuere alterũ non lædere: vt ff. de iustitia & iure. l. iustia. §. iuris præcepta. & ff. de legi. & senatusconsult. l. lex est. Et ideo dictum est quòd legibus est viuendum: vt ff. de legi. l. quod principi. & institut. quibus modis testamenta infirmentur. §. finali. per leges enim & iura, mali homines boni

Universidad de Deusto
Biblioteca

efficiuntur metu pœnæ inferendæ: vt C. de transact.l.si quis maior.& vnius pœna metus est multorum:vt C. ad legē Iul.repe.l.j.& extrà de calum. c. fi. & boni meliores efficiuntur præmiorum exhortatione.ff.de iusti. & iu.l.j. C.de stat.& imagi.l.vt virtutum.præmia & hoc est quod consueuit duobus versibus denotari. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Sequitur in diffinitione famæ comprobatum: & dicitur comprobatus status hominis, id est simul probatus:quia simul à iure non scripto, id est à bonis moribus suæ ciuitatis,& sua cōuersatione laudabili, & à iure scripto,id est à legibus, fama, & status cuiuslibet hominis comprobatur:vt suprà dictum est:& quod est legibus & moribus semel comprobatum non licet amplius reprobari:nisi in reprobationibus interueniat aliqua iusta causa:vt ff.de nego.gest.l.Pomponius scribit. & ff. de adult. l. si vxor.in fine. Sequitur in diffinitione in nullo:istud enim verbum in nullo legis diffinitionem non continet: sed potius à magistris & Doctoribus est additū, & supletum. Et quidem verbum istud sumitur ex illo verbo illæsæ:per hoc enim q dixit illæsæ intelligitur & elicitur verbum in nullo: vt not. in illa l.cognitionum. §.j. ff. de var.& extraordi. cogni. Vnde dicendum est in nullo, subaudi, scilicet eorum quæ sub appellatione status hominis continetur. Nam quotiescunque quis in se nō habet omnia quę sub appellatione status iure continentur: aut aliquid de his amittit hominis tamen interueniente facto non diuino iudicio accedente: tunc fama hominis & eius status damnatur & lęditur:vt not.ff.de capi.dimi.
3 l.vlti.quia capitis dimi.&c. ff.eo.tit.l.j. †Restat modo 6
videre & vltimo de verbo diminutus: & certè ideo dixi diminutus:quia fama hominis quandoq; minuitur:quādoq; consumitur ex ipsius hominis delicto autoritate legis:consumitur enim ex toto, & extincta habetur vt accidit in eo qui simul & ciuitatem & libertatē amittit, vel ciuitatē tātùm:vt instī.de capi.di.§.ij.ff.eo.l.amissione. & ff.ad legem Iul.pec.l.iij. Item minuitur hominis status & fama lædítur & mutatur quoties libertas & ciuitas retinetur.sed status cōmutatur, aut quoties quis circa statū suum pœnā plectitur:vt ff.de capi.di.l.fi.§.fi.& l.libertas. & ff.de var.& extraor.cog.l.pe.§.minuta.& §.cōsumitur. Verū quia in superioribus tactum est quid sit fama. Nūc videndū est quid sit & quid dicitur tali famæ oppositum: & certè dici potest q famè oppositum sit, & esse dicatur infamia,ideo: quia infamia est famæ priuatio: vnde qui infamis efficitur extūc,dicitur & videt sua fama priuari: & ecōuerso cū sit & esse debeat cōtrariorū eadē disciplina,vt ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.j.ff.de verb. obl.l.
4 inter stipulantē.§.rē sacrā. †Vnde si quæratur quid sit 7
infamia describi potest,& dicitur q infamia est læsæ dignitatis status moribus & legibus reprobatus, & ī oībus diminutus:vt potest colligi.ff.& C. de his qui.infa.irrog.
5 †Sed quid si de crimine publico vel priuato, testes cō- 7
tra aliquē deponūt,& plures: & ex his testificantur duo, q est cōmunis opinio in ciuitate contra Titiū q ipse tale maleficiū cōmisit. Alij duo deponunt q de hoc est publica vox & fama. Alij dicūt q homines ciuitatis æstimant contra eū idem. Quæritur an istorū dicta videātur cōtinere diuersa,an super eodē videātur deponere dicta sua, & se adinuicē concordare. Et videtur quod sunt diuersa, & quod adinuicē se discordant,tamē propter nominū diuersitatē cū fama opinio & æstimatio sint diuersorum:& vbi in nominibus occurrit diuersitas, ibi est diuisa sententia proferenda, & ideo testamentū & codicilli dicuntur diuersis moribus nuncupari: quia eorū significatio non est eadē sed diuersa:vt C.de codicil.l.si idē. & instī.eod.§. codicillis.tamē etiā ratione secūda:quia tam rebus quam hominibus nomina fuerūt impositā, vt vnū dignoscatur ab altero,& eorū significatio sit diuersa: vt instī.de leg.§. si quis in nomine.& arg.ff.de supel. leg.l.Labeo. Ecōtra videtur dicendū & verius:quia licet fama, opinio, & æstimatio sint diuersorum nominū:tamen in eis est eadē sententia & potestas,sicut dici consueuit in singularibus legatis,& fideicommissis.Nam licet nomina sunt diuersa,tamen est eadē sententia & ipsarū conditio exequata: vt C.cōmu.de leg.l.j.& instī.de leg.§.nostra. Præterea licet quantū ad nomen aliqua diuersitas sit cautū, tamen est quòd quantū ad sententiā est idē, sicut dicitur de hæreticis manicheis,& similibus contra quos est eadē pœna statuta:vt C.de hære. & mani.l.quicunq;. Nomina enim ista,fama,opinio,& æstimatio,sinonyma sunt:quia idem significant sicut mucro ensis spata.ff.de var. & extraordi. cog.l.pe.§.æstimatio.& in corpore authen.de testi.§. nos igitur.Et not. in sum.Azo.C.quib. ex cau. infa. irrog.in princ.vnde dictum est q parū aut nihil de diuersitatibus nominū est curandum quando sensu eorum & effectu:vt C.de consti.prin.l.ij.ibi sed vt subtili:& potest ratio assignari: quia magis sensum quàm verba spectamus:vt ff. de adi.leg.l.iij.§.conditio.ff.de condi.& demon.l.in conditione.in aliquibus tamē alijs nota differentiā esse inter notorium,communem opinionem, & famam:quod dic vt not.infrà quomodo de maleficijs cognoscitur quando crimen est notorium ad finem.

Vnde aut quo loco posit fama procedere. Rub.

6 *Fama unde aut quo loco procedere possit.*
7 *Testes in aliquo territorio degentes, an possint cogi ad comparendum corā iudice quæstionem aliquam uentilante in alio territorio.*

QVia dictum est quid sit fama,& qd infamia sequitur, vt videamus vnde aut quo loco posit fama præcedere. †Super quo videtur dicendum q tam fama quàm infamia procedere possit ex loco originis cuiuslibet, tam propriæ quàm paternæ:cū eius loci quis ciuis efficitur & forū sortitur:vt C.de munic.& ori.l.pe.& fi.lib.xij. Nā in ciuitate vnde quis traxit originē propriam vel paternā:meritò potest eo loco fama procedere: quia quilibet à natura[a] & origine propria pręsumitur esse bonus,& a
cuiuslibet amicus,& bñ morigeratus:vt C.de inoffi.test. l.omnino.j.respon. & ff.de manumiss.testa.l.seruos. & de lega.ij.l.cū quidam.& ita ratione patriæ originis eo loco potest fama procedere:quia quis ex bona natione natus, & non infamata,bonus esse præsumitur:vt ff.de ædi.edi. l.quod si nolit.§.mācipia. Secūdò potest etiā fama procedere ex loco vbi quis delinquit, vel quasi si ibi conueniatur,q potest:vt C.vbi de cri.agi opor.l.j.& authē.qua in prouincia.ac etiā in locis omnibus vbi quis sortiē forū cū quolibet prædictorū locorū possit quis tam ciuiliter quam criminaliter cōueniri:vt not.ff.de iudic.l.hęres absens.& C.vbi sena.vel cla.l.j.& ij. Potest etiā & tertio loco fama alicuius procedere, maximè vbi quis, & quo loco fuerit cōuersatus:vt extrà de elec.c.postē.& de prę- sump.c.quoniā.& c.quanto. Et pōt ratio laudabilis assignari,quare pōt & debet fama ex dictis locis procedere: qm̄ est magis verisimile in eis locis fore verisimilia documēta.& nota testimonia inuenire.& arg.ad hoc.C.vbi de ratio.l.fi.C.quādo impe.inter pup.& vid.l.vna. Et etiam quia in eis locis vita & actus cuiuslibet melius sciri & agnosci possunt:vt extrà de elec.c.postē.de pur. c.cū dilectis. Et ideo dictum est, q in locis talibus plurimum quoq; consueuit quæri cuius opinionis,& æstimationis, & famæ sit quisq; in ciuitate sua:vt ff.de re mil.l.non ois. §.à barbaris.& ff.de quæsti.l.minore.§.plurimū quoque.
7 †Sed quid si inter aliquos aliqua quæstio moueat corā 7
iudice cōperenti:& ad probationē illius causę requiratur productio testiū alterius territorij, [b]nūquid testes aliquo b
loco degētes corā iudice illius causę cōparere coguntur, ad petitionē partis vel iudicis:in ista quæstione videtur primò posse dici:q nō cōpellant:vt arg.C.de fid.inst.l.iudices.quia debebunt testes & ꝓbationes recipi & induci corā iudice loci,vbi testes degūt,& ꝓbationes sunt sitæ: vt ff.de testi.l.iij.§.pe.& C.qñ imp.int.pu.& vi.l.j.Et etiā secūda ratio:quia cōpelli nō possunt:quia nō debēt testes à suis

à suis negotijs auocari: vt C. de testi. l. si quando. & ff. quemad.testa.aper.l.si quis ex signatoribus. Est & tertia ratio quare compelli non debent: quia munus testificādi publicum est:vt ff.si quis cau.l.ij.§.ij. & publicum officiū nemini debet esse damnosum:vt ff.de fur. l.si seruus communis.§.quod verò.& ff.quib.ex cau. ma. l.valet. Sol. In quæstione præmissa distinguendum esse videtur:vtrū ciuilis sit quæstio vel criminalis quæ mouetur:quia si ciuilis est,tunc est planū,q testes in alio degentes non coguntur ad ferendum testimonium coram illius causæ iudice corporaliter comparere: sed in præsentia illius iudicis vbi degunt:in auth.de testi.§.quoniā.& hoc est regulare:quia in casibus cōparere coguntur coram iudice eius loci in quo causa ciuilis mouetur:quod est vbicunq; iudici causæ videbitur æquum.quod æquū videri potest, vel propter suspicionē testiū:quia in absentia de facili mentirentur,aut propter causę magnitudinē,vel rei quę petere tur:vt not.in auth. de testi. §. & qñ.& in auth.de defunc. seu fu.§.illud.col.v.Et etiā propter loci cōsuetudinē,si locorū consuetudo suadet,vt testes in absentia non recipiātur,sed in iudicis præsentia:vt ff.de testi. l.iij.§.fi. Nā etiā plerunq; loci consuetudo spectanda est: vt ff. de euic.l.si fundum.&.ff.de vsur.l.j.Si verò causa quæ mouetur fuerit criminalis:tunc indistinctè cogendi sunt testes & debent compelli licet absentes & de alio loco ad ferendum testimoniū corā iudice causæ prędictæ venire:vt C.de testi.l.nullum.& probatur & no.in corpore auth.de testi.§. quoniam.in fin.& potest ratio assignari: quia in criminali causa maius periculum vertitur, & maius & diligentius est consilium adhibendum: vt C.de appel. l.addictos.& ff.de ven.inspi.l.j.§.j.

ADNOTATIO. a gNatura.Adde Bal.consi.xxix.j.lib.B.
b Territorij.Adde vt per Franc.Aret.consi.lxxxij.Ber.

A quo,vel à quibus posit fama incipere, & quo tempore.

8 *Fama à quo,uel à quibus,& ex quo tempore incipere possit.*
9 *Fama & uoce publica,maleficio contra aliquem probato:si ex aduerso probetur quòd illa fama habuit ortum ab inimicis:an illa fama præsumptionem inducat.*
10 *Fama ex quo tempore posit & debet incipere.*
11 *Crimine aliquo publico uel priuato commisso: si duo aut tres deponunt contra aliquem uel plures,quòd ille sit de dicto crimine culpabilis de quo crimine nunquam fuerat inculpatus:an talis fama sic ad denunciationem talium inquisitionem & præsumptionem inducat.*
12 *Crimine aliquo priuato uel publico commisso, quidam malæ famæ postquot dies criminis commissi ob causam dicti criminis uel aliam fuit captus & ductus ad iudicem:post hæc clamor insonuit per ciuitatem, quòd ille erat culpabilis de dicto maleficio:nunquid ex dictis præsumptionibus posit inquiri.*

8 NVnc videamus † à quo, vel à quibus persoa nis possit fama incipere & ex quo tempore:& videtur q fama debeat & possit potissimè incipere ab hominibus honestæ[a] opinionis & bonæ:vt à grauibus,& honestis,& antiquis:vt ff.de leg.ij.l.cum pater. §. rogo. & l.cū quidam.quod est ideo:quia huiusmodi conditionis hominibus maior fides adhibetur:vt ff.de fide instru.l.fi.& extrà de testi.c.licèt ex quadam.& quia talibus personis est credendum:vt ff.de testi.l.iij.§.ideoq; diuus.& C.eo.titu. l.iureiur.& meritò à talibus personis debet fama procedere:quia omnis qui sit notatus, & reprehensibilis, & inculpatæ vitæ,est à testimonio repellendus:vt ff.de testi.l. iij.in princ.& l.Iulia. Item nec à parentibus alicuius potest contra aliquem fama incipere:quia parentes vsq; ad quartum gradum tam in ciuili, quàm in criminali causa inuicem nec pro se,nec contra se testimonium ferre possunt:vt ff.de testi.l.iiij.& C.eo.l.parentes. & not. in summa.C.vbi in cau.cri.Nec potest vel debet fama incipere ab odiosis:quia secundùm odij qualitatē, odiosi sunt à testimonio repellendi:vt in auth.de testi.§.si verò. & C.eo.
9 titu.§.si quis. † Sed quid si publica voce & fama de maleficio contra aliquem sit probatum: deinde ex aduerso probetur q illa fama initium & ortum habuit ab inimicis
b suis sibi maliuolis[b],nunquid illa fama aliquam præsumptionem & inquisitionem inducat? Et primò videtur q sic,duplici ratione: primò, quia regulariter ad cuiuslibet rei probationem duo vel tres testes sufficiunt: vt ff.de testi.l.vbi.& arg.ff.de op.leg.l.j.& ideo in ore duorum vel trium testium stat omne verbum:vt extrà de testi.c.à nobis. Secunda ratio: quia quotiescūq; constat legitimè de veritate rei:de qua quæritur,non est ad alia admiculanda recurrendum:vt C.si vt se ab hære.absti.l.iij.& ff.de of fic.præsi.l.illicitas.§.veritas.& ideo non est curandū vnde dicta fama probata traxit originem.Et quia in plerisq; casibus de rei origine non curatur, & propterea de famæ origine curandum non est.arg. C.de manichæ. l.fi.§.fi.& ff. de pecu.l.licet.§.fi filius.& §.seq. Tertia ratio: quia cùm sit principaliter de fama quæsitum,super ea tantùm,& nō super alio iudex cognoscere & pronūciare debet:& ideo non habet locum super famæ origine disputare: quia de qua re cognouerit &c. vt ff. de iudi. l. de qua re. & l.ij.

Econtra videtur dicendum multiplici ratione: primo, quia ipsius famæ originem spectare debemus:cum origo in quibuslibet rebus & factis sit principaliter intuenda. arg.ff.de neg.gest.l.Pomponius.& ff. manda.l.si procurator.in princ.& ff.pro soc.l.si quidem.§.fi filius. & ideo de famæ origine quæri debet. Secunda ratio: quia principium & origo pars cuiusq; rei principaliter iudicatur, & potissima:vt ff.de ori.iur.l.j.& C.quādo liceat vni.se sine iu.vindica.l.j.Et ideo dictum est, q sine origine sua nihil iudicatur esse perfectum:vt argu.ff.de aur.& argen.lega. l.& si non sint.§.quid ergo.de orig.iur. & l.j. Tertia ratio:quia illa fama ortum habuit à maliuolis:& sic non inducit præsumptionem:quia nobis cordi est lites sine suspicione procedere:vt C.de iudi.l.apertissimi.& etiā quia in huiusmodi casibus exiguntur probationes indubitatæ luce meridiana clariores:vt C.de proba.l.vlti.& C.de accus.l.singuli.& ff.de testi.l.ob carmen.§.si testes. Quarta ratio:non habet talis fama præsumptionem vel inquisitionem inducere: quoniam quæ sunt ex illicito principio vel origine inchoatæ,viz est vt fundamento careant & suspicione,& bono exitu peragantur:vt in auth.vt iudi.sine quoquo suffra. §. cognitio. & ideo mancipia quæ sunt ex mala origine procreata,si fuerint simpliciter vendita,possunt redhiberi suorum malorum considerata origine:vt ff.de ædili.edic.l.quod si nolit.§.qui mancipia. vt C.de cohorta.l.si cohortalis.lib.xij. Solu. In hac quæstione credo dicendum fore, q ex tali famæ probatione nulla possit præsumptio vel inquisitio produci prædictis rationibus:etiam quia inimici facilè mentiuntur.vnde inimicorum quæstioni non est facile fides adhibenda: vt ff. de quæstio.l.j.§.præterea.& ideo inimici propter infidelitatem ipsorum à tutela procur.legato & arbitro repelluntur:vt ff.de suspe.tu.l.tutor.& ff.de procur. l.vt ex illo. & ff.de arbit.l.nō distinguemus.§.cum quidam.& ff.de admen.leg.l.iij.§.fi.& sic non debet fama incipere à maliuolis & maledicis alicuius:sed à viris prouidis & honestis, & omni exceptione maioribus.Et vide j.aliam quæst. in titu. an consiliarij ciuitatum nostri temporis &c. Restat modo videre de secunda parte rubr.scilicet ex quo tempore
10 possit & debeat fama incipere.†Circa quod iciendum est 10
q videtur q possit rationabiliter ortum habere demum ex tempore flagrantis criminis,aut incontinenti post cōmissum crimen publicum vel priuatum. ideoq; illis temc poribus orta fama illi crimini inesse[c] videtur, & ipsius pars & sequela censetur. cum ea quæ incontinenti fiunt & procedunt,videantur inesse,& quasi factum vnum reputatur: vt C.ad leg. Iul. de vi.l.hi quis ad se fundum.& C.vnde vi.l.j.& ff.si cert.pet.l.lecta est. & meritò dicitur fama post crimen commissum incontinenti orta, statim oriri & ipsi inesse crimini:quia tunc proteruo actu & impetu cùm ipso crimine fingitur esse orta.argu.ff.de adult.

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.quod ait lex.§.fi.& ff.de verbo.oblig. l.continuus. ff.de sol.l.ratum. Secus verò si fama ex aliquo interuallo, aut dudum postea orta est contra aliquem post diē commissi criminis: quia nō videtur ꝙ sit tunc rationabilis iudicanda, cùm nō careat tunc periculo suspicionis & fraudis. Et ideo dictū est, ꝙ iniuriam illatā alicui, non licet ex interuallo propulsare. cùm potius ex causa vindictæ & doli inferendi, quàm defensionis occasione facere intelligatur: vt ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & l. si ex plagis. §. j. & arg. ff. de incen. rui. l. j. §. fin. & etiā quia testis præsumitur malitiosus & suspectus, qui vult ex interuallo corrigere dictū suum: vt in corpore auth. de testi. §. quare not. & extrà de testi. c. præterea. in fi. Sic & à simili iam
u fama ex interuallo orta poterit dici suspecta. † Sed pone ꝙ crimen publicum vel priuatū sit cōmissum: duo aut
d tres testes deponunt contra aliquem, vel etiā contra plures, ꝙ ille sit de dicto crimine conscius vel culpabilis: de quo crimine vel alio nunquam iste fuerat inculpatus præterquam à testibus supradictis. Quæritur, nunquid talis fama sic ad denunciationem paucorū orta, inquisitionem & præsumptionem inducat? & videtur ꝙ sic, triplici ratione. Prima: quia fama etiā orta post aliquot dies criminis, non fingitur ex interuallo, sed incontinenti orta: cùm videatur statim quidem incontinenti factum, quod incōtinēti, vel post aliquot dies factū est. arg. C. de erro. aduo. l. fi. & ff. ad leg. Fal. l. j. §. si ita. Secunda ratio: quia regulariter ad cuiuscunq; rei probationem duo aut tres testes sufficiunt: & sic fama orta ad denunciationem duorum vel plurium, rationabilis est habenda: vt ff. de testi. l. vbi. & extrà eod. tit. c. in omni. & ff. de optio. lega. l. j. Tertia
e ratio: ꝙ si propter talem probationem nō posset ad inquirendum procedi, iam sequeretur, ꝙ maleficia remanerent impunita, quod esse non debet: cùm magna ratio suadet, pœnas ob maleficia solui: vt ff. ad leg. Aquil. l. ita vulnera tus. & ff. de fideiuss. l. à reo. E contra dicendū videtur, ꝙ cùm statim crimine commisso orta non fuerit: sed dudum postea videtur in se aliquam malitiā continere: quoniam quæ ex interuallo procedunt, nō videntur suspicione carere. Nam quod ab initio fit palam, & indubitatum extitit, ꝙ autē postea meditationem & suspicionē inducit: vt in auth. de æqua. do. §. dedi. arg. ad hoc ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ff. de vi & vi arma. l. in possess. Et in huiusmodi criminalibus causis debet sine aliqua suspicione procedi: vt arg. C. de accu. l. singuli. & ff. de custo. & exhi. re. l. diuus. in fi. Potest & quarta ratio assignari: quia cùm aliqua fama contra aliquem non procedit: tunc potest propter paucorum dicta secundùm denūciationem eorum ad inquisitionem procedi: quia contra eos tantùm ad inquisitionem proceditur, contra quos insinuatio clamosa procedit: vt extrà de accus. c. qualiter & quando. & c. inquisitionis. Nam clamor præcedens cōtra aliquem delatus & exauditus, in publicā præsumptionē inducitur. C. de his qui. vt indig. l. fi. & ff. ad Silla. l. j. §. hīc autem senatus. Solu. In quæstione præmissa dicendū videtur, ꝙ talis famæ probatio ad dicta paucorum orta, adversus eum cuius opinio in publicum læsa non fuerat, nō debeat ad inquisitionem animū iudicis promouere: quia toties fama cōtra aliquem orta inquisitionis præsumptionem inducit, quoties contra eum fuerit scandalū vel clamor generatus per villam, parochiam, aut alicuius vicinię maiorem partem: vt argu. ff. de fun. instru. l. cū delationis. §. asinam. in fi. & extrà de accusa. c. inquisitionis. in fi. & ad hoc etiam facit. extrà de præsum. c. illud. & extrà de consan. & affi. c. super eo. & argu. ff. de testi. l. iij. §. eius quoq;. Et meritò, quia ad quædam admittuntur plures vt vniuersi, & eis vt vniuersis conceduntur: vt ff. ad munici. l. quod maiores. & ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. l. nulli. & l. placet. & C. de sacrosan. eccle. l. illud. quæ pluribus denegantur vt singulis: vt ff. de serui. rusti. prædi. l. per fundū. & C. commu. præd. l. acceptum. & C. commu. diui. l. solemus. & ff. de pact. l. vt suum. & l. maiorem. † Sed pone
12 quæstionem quæ sæpe occurrit de facto. aliquod delictū publicum vel priuatum est commissum in ciuitate, villa, vel castro in personam alicuius. tempore verò illius delicti de malefactore aliquo non patebat. post aliquot tamē dies criminis: quidam ob causam dicti criminis vel aliam captus fuit, & ductus ad tribunal iudicis de ipso maleficio cognoscentis: qui captus & repræsentatus erat aliàs homo malæ cōditionis & famæ, post hæc sic acta clamor insonuit per ciuitatē, ꝙ iste conscius & culpabilis fuerat de maleficio antedicto, de quo crimine & maleficio nullus ante dictam captionem erat aliquatenus inculpatus. Nunc verò aduersus hunc duo probari nituntur: vnum, ꝙ aliàs est habitus homo malæ cōditionis & famæ: aliud quod est nunc per ciuitatem clamor & publica fama de dicto maleficio contra eum, quæ duo per idoneos testes
d probantur. Et tamen incertum à quo authore[d] super crimine cōtra ipsum processit illa fama publica atq; clamor.

Quæritur nunquid ex dictis præsumptionibus & indicijs possit iudex quæstionibus inquirere contra illum. & videtur quadruplici ratione, ꝙ non. Prima, quia fama quæ statim orta non fuit commisso crimine, non videtur suspicione carere, imò simulatè præsumitur processisse. argu. ff. de fideiuss. l. Modestinus. & l. cum his. & extrà de testi. in c. prætrea. in fi. Secunda ratio: quia vox ipsa & fama contra aliquem oritur & nascitur, surgit facile & de leui procedit, ita quòd ad dictum vnius sequi multitudo facilè consueuit: vt extrà de purg. ca. c. cùm in iuuentute sua. & quæ leuia sunt, non curantur. arg. ff. de accu. l. leuia. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. virum. vnde & procedit, quòd omne quod in multitudine onerosa effunditur, propria dicitur minui honestate: quoniam immensa multitudo nihil habet honesti: [e] vt in authen. de testi. in prin. & in fi. §. præterea. & quia nullum malum velocius fama discurrere dicitur, cùm ipsa mobilitate vigeat, & sibi vires acquirit eundo. & ab initio nata & inchoata, de facili transeat & spargatur, & falsi nuncia plerq; consistat. vnde ait Virgilius. Fama malum, quo non aliud velocius vllū mobilitate: viget, viresq; acquirit eundo. Parua motu primo, mox sese tollit ad auras. Ingrediturq; solum, & caput inter nubila cōdit. & alibi. Fama volat, transitq; modum quocunq; feratur. Tertia ratio: nam cū incertum sit quo autore processit ipsa fama, sicq; sit difficile & ipsius contrariū probare: vt extrà de conse. distin. iiij. sanctum est. ideo satis videtur posse dici & omnē inquisitionem cessare. Quarta ratio videtur ex prędictis indicijs non posse ad inquisitionē procedi: quia cùm clamor & fama publica insurrexerit contra illum, demum postquam deprehensus fuit, quæ ante de dicto crimine nulla erat, videtur quasi quadam populi proclamatione subitò potius processisse, quàm ex aliquo rationabili & legitimo actu: vt arg. ff. qui & à quib. l. si priuatus. & C. qui ma. nō pos. l. diuo Marco. nam vanæ voces populi non sunt audiendæ: vt C. de pœn. l. decurionum. & ff. de app. l. si constat. E contra videtur, ꝙ ex talibus præsumptionibus possit ille quæstionibus subijci quinq; ratio. nam cùm videatur probatum eum captum fuisse aliàs hominem malæ famæ, dici potest, ꝙ adhuc tempore criminis de quo quæritur, esse præsumitur eiusdem conditionis & famæ: quia ea quæ in præteritum vera fuerunt, sic esse vera &
f in eo statu hodie præsumuntur[f]: vt ff. ad Macedo. l. iij. in fi. C. si ser. expor. l. moueor. & arg. ff. fini. regun. l. in finalibus. & ideo præsumendum. videtur eum aliquam huiusmodi delicti conscientiam habuisse potius quàm alium hominem conditionis alterius. Vnde cùm magis de isto verisimilis videatur & in obscuris & in dubijs, iudex habet imitari & inspicere ea, quę verisimiliora sunt, & aptiora esse videntur: vt ff. de testa. l. ob carmen. §. si testes. & ff. de verbo. obli. l. eum qui ita. in princ. & ff. de regu. iur. l. in obscuris. & extrà de testi. c. ex tenore. in fi. præterea cum his videtur etiam ꝙ possit quæstionibus adhiberi: vt ex tali improbitate & malignitate suam pœnam & non præmium consequatur: vt arg. ff. de furt. l. itaq; fullo. & C. de leg. l. pe. & extrà de test. c. ex tenore. in fi. Alioquin occasio &

sio & materia præberetur huiusmodi conditionis hominibus, ꝙ ad delicta temere & de facili prosilirent, ꝙ de iure prohibitū est: vt arg. ff. de iudi. l. iij. §. fed & si agant. & ff. de pœ. l. sed si operis. Secūda ratio: quia qui in vno aut pluribus habitus est suspectus, erit & in cæteris suspectus præsumendus: vt ff. de suspec. tuto. l. iij. §. si autem. & ff. de testa. tut. l. testamento. §. non omnino autē. ꝙ ea potest ratione procedere: quia qui in vno fuit malus, & in cæteris
g esse præsumitur[g]: vt ff. de accusa. l. si cui. §. ijsdem. & de remili. l. non omnis. §. à barbaris. & ideo non videtur carere suspicione huius criminis: & ideo torquēdus extitit: quia tunc demū videtur quis esse torquendus, cùm criminis, quod obijcitur, est suspectus: vt ff. de quæstio. l. j. in princ.

Tertia ratio: quia cū appareat per probata eum esse & fuisse hominem malæ famæ, talis famæ probatio indiciū faciat & verisimile argumentū, & semiplenā probationē inducat: vt extrà de restit. spol. c. solicite. de purga. ca. c. si quis de gradu. & ff. de suppel. leg. l. iij. in fi. ex tali iudicio torquendus erit. cùm hinc sit, ꝙ ex vno legitimo & rationabili indicio possit ad tormenta procedi: vt ff. de quæst. l. de mino. §. fi. & l. marītus. & l. fi. vt not. infrà de q. & tor.

Quarta ratio: cautū est enim de iure, ꝙ ad iudicis officium spectat inquirere veritatem modis omnibus quibus potest: vt C. de iura. calum. l. j. C. de quæstioni. l. interrogari. at cum per inquisitionem possit ad veritatem, criminis peruenirī, cùm quæstio dicitur esse inquisitio veritatis: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quæstionem. & ff. ad Silla. l. j. §. quæstionē. & iste ex probatis per testes malæ famæ & conditionis homo habetur, & publicè interfit de maleficijs inquirere veritatem ne remaneāt impunita: vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. & de fideiuss. l. si à reo. §. item quod vulgo. Meritò iudex criminis potest contra talē inquirere per tormenta, vt saltem tanquàm ignobilis & infamata persona ferat testimonium super occulto crimine quid de ipso nouerit, vel audiuerit ad similitudinē cuiuslibet ignobilis & infamati testis, qui dictum suum habet deponere cū tormentis: vt ff. de testi. l. ob carmen. §. si ea. & no. d. Azo. in sum. C. eo. §. repelluntur ignoti. Quinta ratio, ꝙ cùm ex probatis per testes appareat eum esse & fuisse hominē malæ famæ, & exinde videatur fecisse contra bonos mores suæ ciuitatis, villæ vel castri, & propterea illi ciuitati, villæ vel castro se præbuerit iniurio-
sum & indignū: quia qui contra bonos mores facit, iniuriam cōmittere dicitur, vnde aduersus eum animaduerti solet: vt ff. de extraordi. crimi. l. j. §. j. & argu. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. sed quod dicitur à prætore. & §. idem ait. Et propterea aduersus eum tanquā famosum & denotatum iudex causæ criminis debet se terribilem præbere: vt in auth. de mand. prin. §. deinde. & in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. eos autem qui ita. Ergo vt denotatus & male meritus hic de quo quæritur, non poterit ipsius ciuitatis, castri vel villæ contra cuius mores commisit, aliquod pro se auxilium inuocare: quia frustra iuris auxilium implorat, qui contra illud commisit. ff. de mino. l. auxilium. in fi. & ff. si fami. fur. fec. dica. l. j. §. hoc autem. Et ideo videtur, ꝙ iudex animaduertendo in eundem vt iniurioſum & male meritum possit vt terribilem se ostendendo de dicto crimine inquirere per tormenta, & maximè vt publicè aliįs ad terrenda maleficia sit exemplū: vt ff. depos. l. bona fides. & ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. & in auē. de man. prin. §. homicidia. Sed licet incertum sit quis illud maleficium cōmiserit, tamen eum de isto detēto & capto malū exemplum habetur, dum sua sponte cōstituit & se fecit hominē malæ famæ, videtur ꝙ iudex ex officio suo & de bono regimine possit de crimine occulto ad quęstio nes procedere contra illū, arg. ff. ad leg. Cor. de sicar. l. iij. §. sed ex senatusconsulto. & ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. quod videtur triplici ratione posse procedere.

Primò, quia solicitè debet agere quilibet qui iurisdictioni præest, vt prouincia quam gubernat, malis hominibus careat: vbicunq; sint animaduertendo in eos, nec distinguitur vnde sint. ff. de offi. præsi. l. iij. in fi. & l. cōgruit.

Secunda ratio: quia peccata nocentum nota esse oportet & expedit: vt ff. de iniu. l. eum. §. qui nocentem. & C. de offi. rec. prouin. l. iustissimos. & ij. q. j. c. si peccauerit.

Tertia ratio: quia cùm nulla necessitate vrgēte sua spōtanea voluntate datacq; opera se fecerit & constituit conspectui hominum homo malæ famæ, merito erit sumendus suspectus: vt ff. ex quib. caus. ma. l. data opera. ff. ad le. Corne. de sica. l. vxori. §. j. Nec poterit conqueri si quęstionibus exhibeatur, cùm sibi hoc imputare debeat, eo ꝙ sua culpa se fecit hominem malæ famæ & cōditionis: & dānum quod quis sua culpa sentit, iure sentire videtur. ff. de regu. iur. l. quod quis. & ff. de noxali. l. si cōmunis familia. & C. de fideicom. libe. l. si quis. Solu. In quæstione præmissa videtur fore dicendū, & forsan non male, ꝙ si cōtra istum reperiatur probatum per idoneos testes de publica voce & fama, & ꝙ illa talis fama habuit certam originē, & ꝙ non processit à maliuolis & sibi maledicis, sed à viris prouidis & honestis: & ꝙ nō processerit ad denunciationem paucorum: sed alicuius parochiæ, aut maioris partis alicuius vicinię: & etiam appareat quod ante maleficium commissum de quo quæritur opin. istius erat aliàs læsa apud bonos & graues homines: tunc & in tali casu poterit & debet quæstionibus subijci: vt probatur quinq; argumentis pro hac parte suprà proximè allegatis. Et sexta ratione: quia quantum ad quæstionē contra aliquē faciendam videtur sufficere fama parochiæ: aut maioris partis loci vbi crimen commissum est, seu vicinię alicuius: vt extrà de præsumpt. c. illud. & argu. C. ne de sta. defunc. l. si mater. Septima: quia dum se hominem malæ famæ & conditionis cōstituit, seipsum sua bona fama priuauit; & fuit sibijpsi crudelis: cum is crudelis possit meritò iudicari, qui suam famam negligit, & prodigus suæ salutis extitit: vt extrà de pignori. c. ij. & xj. q. iij. c. nō sunt. & extrà de accusa. c. vlti. & arg. C. de his qui poten. no. l. j. in fi. C. vt in cer. temp. cri. q. l. ij. vnde & alterius hominis salutis & famæ pręsumendus erit, & habendus prodigus & crudelis: quoniam qui sibi parcere non curauit, multominus alijs parcere voluisse credendum est: vt ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. fin. §. videri autem. ibi, & quidam sibi. ff. de ædi. edic. l. cum autem. §. malus seruus. Octaua: quia ad inquisitionem & veritatem habendam de aliquo, plurimum operatur & intuendum est cuius opinionis & æstimationis in ciuitate sit quisq; & habetur: vt argu. ff. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. asinam. in fi. & ff. de quæstio. l. de minore. §. plurimum quoq;. & ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.

A DNOTATIO. a ¶Honestæ. Adde Alex. consi. lxxv. iiij. lib. & qualiter testes debeant concludere, vt probetur fama per eū dem consi. lxx. iij. lib. Cal. consi. j. de proba. & Raph. Cu. cōsi. lxx. iij. Fulg. consi. clxxxiiij. & an fama sit sufficiens vt quis tanquam irregularis reprobetur. vide Cal. consi. ix. de probat. Ber.

b ¶Maliuolis. Adde Alex. consi. cxxvij. iiij. lib. Ro. consi. cccl. Pe. de Ancha. consi. ccliiij. Oldra. consi. ccx. Ber.

c ¶Inesse. Adde quòd ea quæ sunt incontinenti, dicuntur inesse Roma. consi. lxv. & consi. lix. Ber.

d ¶Autore. Adde quod voluit Franc. Aret. consi. lxxiij. Ber.

e ¶Honesti. Et alibi dicit Cy. non est consilium in vulgo. Ber.

f ¶Præsumuntur. Adde ꝙ hæc ratio procedere posset vbi aliàs iste captus non destitisset à malo viuendi genere per triēnium sed vbi dicto tempore destitisset: quia tunc præsumitur nouus homo hic scripta procedere non posse: & pro hoc allego ea quæ consuluit Roma. consi. ccxxxvj. vbi vide iura quæ allegat: & not. quia faciēt tibi honorem. Ber.

g ¶Præsumitur. Adde ꝙ semel malus non semper præsumitur malus: quia in alia specie mali non præsumitur malus, secundum Bal. & Imo. in l. j. ff. de hæred. instit. quorum opi. sequitur Alex. consi. v. vbi consuluit, ꝙ quidam non poterat poni ad torturam quia esset suspectus de furto, licēt probatum esset de mala fama: non tamen ꝙ solitus esset furari: dicit tamen Pet. de Anch. consi. cccxv., referendo verba Dy. ꝙ accedens naturæ contractus remouet effectum præsumptionis naturæ, & semper iudicari debet tanquam cōstitutus in quasi pos. malitiæ. & dicit ꝙ ista sunt consona: quia illa quæ solo cursu tpis non mutātur, vt est excōmunicatio, infamia & simi lia, præsumuntur hodie durare postquā probatur semel quē in tali statu fuisse. alleg. Cy. in l. edita. & alia iura quæ ibi videre potes. B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui ad famæ probationem posint & debeant de iure admitti.

13 *Famam contra aliquem probari per quos possit & debeat de iure.*
14 *Fama qualiter probari possit.*
15 *Fama probata per testes omni exceptione maiores: an ex illa possit ad sententiam diffinitiuam procedi.*
16 *Fama sola legitimè probata, in quibus casibus plenam faciat probationem.*
17 *Testis super pluribus articulis interrogatus, dicens se nihil scire, super aliquibus verò probet: in fine autem interrogatus dicat, quòd de omnibus supradictis est publica uox & fama, quid erit?*

NVnc videndum †est qui ad fa-
mæ probatio-
nem contra aliquem faciendam possit & debeat iure admitti. Et quidem videtur q̃ possint de iure admitti, & eorum depositiones debeant de iure valere qui odiosi & inimici non sunt illius aduersus quem producuntur: imò videtur generaliter quòd omnes admittendi sint, & recipiendi, qui edicto dē testibus specialiter nō inueniantur prohibiti: vt ff. de test. l. j. sicut & dicitur de procuratore. l. inuitus. §. j. ff. de procur. Debent ergo & possunt ad famę probationem admitti prouidi viri & honesti, & qui omni sint exceptione maiores: vt extrà de accusa. c. qualiter & quando. vnde antiqui homines graues, necnon honestæ & bonæ opinionis sunt ad tale testimonium admittendi: vt ff. de legat. ij. l. cùm pater. §. rogo. & l. cùm quidam. & extrà de testi. cap. licèt ex quadam. quod quidem videtur posse ea ratione procedere: quia huiusmodi conditionis hominibus maior fides in dubijs adhibetur: vt ff. de testi.
14 l. iij. §. idem diuus. de fun. instruc. l. fin. † Vnde si quæratur qualiter fama probari possit: dici potest & videtur, q̃
a toties dicitur fama probari [a], quoties testes omni exceptione maiores deponunt, & dicunt q̃ publicè dicitur in ciuitate illa vel loco, id de quo quæritur taliter processisse: aut ita factum fuisse vt dicitur: & arguitur dicto §. à sententia. & ff. de fun. instruc. l. cum de lanionis. & argu.
15 ff. de flumi. & ne quid in loco publi. l. j. §. j. † Sed si quæratur nunquid fama per supradictos testes eo modo probata, adeo plenam probationem adducat, vt ex ea sola possit ad diffinitiuam sententiam procedi. respondeo, distinguendum videtur: an de ciuili, an de criminali causa quæratur: quia in causa criminali, licèt sola famæ probatio, quæ processerit ex legitimo tempore & personis omni exceptione maioribus indicium & præsumptionem inducat, vt possit secundùm opiniones quorundam ad quæstiones procedi: vt dicetur infrà de q. & tormentis. tamen per eam solam non poterit quis diffinitiuè condem-
b nari [b]: quia ex suspicionibus non est diffinitiuè condemnandum: vt ff. de pœ. l. absentem. & ff. de ven. in pos. mit. l. j. quia in criminalibus dum de hominis salute tractatur, debent esse lucidæ & apertæ probationes: vt C. de proba. l. vlti. & bene posui & dixi quod per illam talem famam solam potest ad quæstionem procedi: quia talis famæ probatio facit præsumptionem: & dicitur esse quoddam veri simile. arg. vt extrà de pur. ca. c. si quis de gradu. & arg. extrà de resti. spol. c. solicite. & ff. de suppel. leg. l. iij. in fi. Verum si de ciuili causa tractetur, tunc licet duæ semiplenæ probationes, sicut est dictū vnius testis, & fama cōmunis: vt ff. de do. præleg. l. Theopompus. vnam plenam probationem adducant, vt possit diffinitiua ferri sententia: vt ff. de proba. l. probationes. & C. de reb. cre. & iureiur. l. bonæ fidei. & ff. de testi. l. iij. §. eiusdem quoq; tamen sola fama, quæ semiplena probatio in hac causa censetur, regulariter hoc nō poterit operari: quia ex vna semiplena probatione, non est regulariter sententia diffinitiua formanda: vt arg. C. de iudi. l. iudices. & in auth. de fide instr. §. penul. Regulariter autem dictum est: quia contingit interdum quod sola fama parit & producit probationem: ita q̃ ea sola probata, potest diffinitiua sententia proferri: quod in omnibus solet procedere: quæ ex antiquo tempore loco remoto procedunt. Vnde probari per testes q̃
c Bulgarum mortuum [c] viderunt, tam difficile quàm forsan impossibile videtur. Ideo tali casu debet ad famæ probationem decurri: satis enim sufficere dicitur, si testes aliqui dicant, q̃ eum esse mortuum fama sit in sua ciuitate, vt eius possit tanquam mortui hæreditas apprehendi: vt argu. ff. de capti. & postlimi. reuer. l. nec nos præterijt. & C. sol. mat. l. si quidem. Idem etiam videtur dicendum si de loco remoto quæratur: vt aliquem esse trans mare defunctum. Nam satis est probare eum esse mortuum, si hoc vulgaris dicatur opi. vt arg. ff. de sepul. l. iij. in fi. & ff. quãdo actio de pecu. est an. l. j. §. quæsitum. & argu. ff. de offic.
16 præsi. l. Barbarius. & C. ne de sta. defun. l. si pater. † Et vt breuiter loquar, multi sunt casus speciales, quibus plena probatio sumitur & habetur per solam legitimam probationem de fama publica & opinione communi sine alio adiuncto. qui casus istis legibus denotantur: vt ff. de flumi. l. iij. §. pœna. & extrà de testi. c. præterea. & ff. de test. l. iiij. §. numerus. ff. de iureiur. l. vulgo. ff. de fun. instr. & instru. leg. l. cum de lanionis. §. afinam. ff. de vsuca. l. non solum. §. j. ff. de hær. instit. l. Pacumeuius. ff. quis ord. in pos. ser. l. ij. C. de repud. auth. ibi posita. Sed contra hoc videtur quòd fama non probet. C. de offic. rec. prouin. l. iustissimos. Sed respondeo, quòd ibi fama vera non erat, & ideo ibi poterat probari contrarium: sed in l. suprà not. nō poterat probari contrarium do. autem Mar. de Fano dicebat, quòd semper fama probat per se solam, donec contrarium fuerit probatum. & quod dicitur. ff. de testi. l. iij. ibi, aliàs veluti consentiens fama &c. dic, aliàs, id est aliquando in specialibus casibus fama consentiens, scilicet cum assertione partis, probat &c. de hoc etiam not. Accur. in d. §. à sententia. & C. de testi. l. j. & insti. eo. §. testis. Qualiter autem probatur ista talis fama, & per quot testes, & super quæ debeant concordare, dixi suprà, in tractatu de
17 inquisitionibus. † Sed quid si testis super pluribus articulis interrogatus dicat se nihil scire, super aliquibus verò deponat, & probet. in fi. autem dicti sui deponat interrogatus & dicat, quòd de omnibus supradictis est publica vox & fama. hìc dicunt quidam, quòd dictum vnius testis restringendum est tantum ad illos articulos super quibus deposuit, & non ad illos super quibus dixit se nihil scire. Aliqui dicunt vt not. Gul. durantis & melius, q̃ debet referri ad omnia in omnibus articulis cōtenta: quia cum ponens de omnibus ponat siue asserat, testis iste de omnibus intelligitur respondisse: bene enim potest esse, q̃ testis aliquid nescit: tamen cum dicit & deponit, quòd est de omnibus publica vox & fama, deponit de scientia & non de credelitate. Aequum tamen est, quòd testis in hoc dubio requiratur, quod ipse debeat dictum suum declarare. & ita verum esse describit dictus Guliel. durantis in Speculo iuris ciuilis & canonici: quod opus valde comprobatur.

ADNOTATIO. a ¶ Probari. Adde videndos docto. in consilijs, suprà alleg. sub rubri. à quo, vel à quibus possit fama incipere. & vide etiam Francis. Aret. consi. ciij. Ber.

b ¶ Condemnari. Adde Ioan. de Ana. consi. j. Francis. Aret. consilio xiij. Ange. consi. iiij. Barto. consi. xcv. Cald. consi. ix. de probat. & quando fama plenè probat in ciuilibus. & vide Alexand. consilio lxvj. & lxxx. iij. libro. Roma. consi. lxxvij. pulchrè Petr. de Ancha. consi. cclij. Ber.

c Mortuum. Adde Alex. consilio xc. ij. lib. & consi. lxxiij. iij. lib. Ber.

Qualis & quantus sit famæ effectus.

18 *Famæ effectus qualis & quantus sit.*
19 *Fama & uoce publica probata per testes infames, an dictis talium fides sit adhibenda.*
20 *Periurus testis an tanquam infamis sit repellendus à testimonio ferendo.*

SEquitur videre qualis & quã-
tus sit famæ ef-
18 fectus. † Circa quod sciendum & notandum, q̃ fama aliquando consumitur & aliquando minuitur: ipsa enim consumitur & dicitur esse consumpta, cùm ex toto habetur pro extincta: qui

cta: qui effectus est, vt is ad nullum publicum vel ciuile officium admittatur, cuius fama sit ex toto consumpta: vt ff. de va. & extraord. cri. l. penul. §. fin. Minuitur verò fama, cùm libertas & ciuitas retinetur: sed circa statum quãuis pœna plectetur: vt d. l. no. sed qualis & quantus sit effectus tam famæ consumptæ quàm minutæ videtur dicendū: vt plenè not. do. Azo. in summa. C. de his qui not. infa. & de infa. l. j. lib. vij. & etiam in pluribus partibus huius operis colligi potest. † Sed pone per testes fore probatum contra aliquem de publica voce & fama, qui tamē testes reperiuntur esse infames: quæritur an dictis talium testium sit adhibenda fides: & certè in causis ciuilibus cũ tormentis: tamen infames recipi non prohibentur in testes: vt in corpore auth. de testi. §. scimus. & no. in sum. C. eod. tit. §. in pecuniaria. at in causa criminali infames, de quibus dicitur. ff. de his qui not. infa. l. j. à ferendo testimo-
a nio repelluntur [a]: nec ipsorum dictis est adhibenda fides: vt ff. de testi. l. iiij. §. lex Iul. fallit in crimine læsæ maie. C. ad legem Iul. maiest. l. nullus. Omnes autem supradicti infames, nec ad ferendum testimonium admittuntur, nec ad accusandum. C. qui accus. non pos. l. criminis. & ff. de accus. l. qui accusare. & l. qui iudicio. Nisi suam vel suorũ iniuriam prosequantur: vt ff. de act. l. hi tamen. & meritò testes infames à ferendo testimonio repelluntur: quia ferre testimonium dignitas est, & honor: vt xxij. q. v. præceptum. & publicum officium cētetur, & actus: vt ff. si quis caus. l. ij. §. ij. & infami. non solum sunt actus publici inter dicti: vt ff. de decu. l. iij. §. superius. & C. de decur. l. ne quis ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. ij. & extrà de test. c. licèt ex quadam. in fi. j. respon. sed etiam porte dignitatis eis patere non debent: vt C. de digni. l. neq; famosis. & C. de re mili.
20 l. iij. lib. xij. † Sed quæro, nunquid testis quem constat esse periurum, sit tanquam infamis à testimonio ferendo repellendus. Et certè primò videtur q̃ sic: quia iure cauetur, q̃ qui periurus est, infamis efficitur: vt C. de transac. l. si quis maior. & C. de diuor. & rep. auth. hodie. C. de pœ. iudi. qui male. iu. auth. nouo iure. econtra videtur multiplici ratione. Prima, quia edictum de testibus est prohibitorium: vt ff. de test. l. j. & nulla lege cauetur, q̃ periurus à testimonio repellatur. Item quia nemo periurus potest dici infamis: quia satis est q̃ de periurio Deum habeat vl
1 torem: vt C. de reb. cred. & iureiur. l. ij. Item quia periurus inter infames non connumeratur: vt ff. & C. de his qui not. infa. l. j. ergo non est infamis. arg. instit. de act. §. actionum. Item quia qui deierat, crimine stellionatus punitur: & qui condemnatur eo crimine, non efficitur infamis: vt ff. de cri. stel. l. j. & l. de periurio. Item, quia infamia odium est & pœna: vt arg. C. de decur. l. nec infamia. & l. nec infames. & C. de insta. l. vna. & odia non sunt amplianda sed potius restringenda: vt ff. de libe. & posthu. l. cùm quidã. Solu. In quæstione ista dicendum videtur, q̃ ille qui periurus inuentus est regulariter iure nostro infamis nō fiat: & ideo non sit à testimonio repellendus: vt suprà dictum est: licèt ei sit minor adhibenda fides: quoniam qui retro fuit malus &c. vt ff. de accus. l. si cui. §. ijsdem. & ff. de sena. l. cassius. hoc tamen fallit in casibus in quibus eoipso
b q̃ quis deierat periurus efficitur: & ideo tāquam infamis est à testimonio repellendus [b]: qui casus notantur & colliguntur in legibus in cōtrariū allegatis, qui casus sunt speciales: tamen non sunt trahendi ad consequentiam, siue regulam: vt ff. de leg. & senatusco. l. quod verò. iure autem canonico omnes periuri à testimonio ferendo repellūtur vt extrà de testi. c. testimonium eius &c. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶ Repelluntur. Adde Alexã. consi. xj. j. lib. Oldr. consi. cxcij. Ber.

b ¶ Repellendus. Adde Cald. idem dicentem consi. v. de iureiuran. & vide Oldra. consi. cxcij. Roma. consi. ccxc. Alexã. consi. cxxxiij. j. lib. & consi. xliij. ij. lib. & consi. xx. iiij. lib. Ber.

De præsumptionibus & indicijs dubitatis, ex quibus plerunq; proceditur ad tormenta. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones & indicia quibus plerunque ad tormenta proceditur.*
2 *Præsumptionum species quæ sint.*
3 *Præsumptio facti quid sit.*
4 *Præsumptio facti quando de tempore præterito trahatur ad præsens.*
5 *Præsumptio ex præsenti facto quando trahitur in præteritum.*
6 *Præsumptio hominis quid sit.*
7 *Præsumptio naturæ quid sit.*
8 *Præsumptio iuris tantum quid sit.*
9 *Præsumptio iuris & de iure quid sit.*
10 *Præsumptio temeraria & leuis quid sit.*
11 *Præsumptio probabilis & discreta quid sit.*
12 *Præsumptio uiolenta quid sit.*
13 *Præsumptio & fictio quomodo differant.*
14 *Indicium quid sit, & unde dicatur.*
15 *Crimine aliquo publico uel priuato commisso: si contra Titium fuerit per idoneos testes de publica uoce & fama probatum: an iudex possit contra Titium bonæ opinionis quæstionibus inquirere.*
16 *Indicium primum quomodo fama coadiuuetur, ut quis subijci quæstionibus possit etiam si inculpatus de crimine erat inimicus offensi aut suorum &c.*
17 *Indiciū secūdū est: si inculpatus contraxit cōuersationē cū inimicis occisi &c.*
18 *Indicium tertium est: si quis receperit malefactorem in domo sua post maleficium perpetratum, cui non erat aliqua affinitate coniunctus.*
19 *Indicium quartum est: si inculpatus aliquid fecit quominus delinquens deprehensus & captus ad iudicem duceretur.*
20 *Indicium quintum est: si inculpatus de crimine aufugit crimine commisso.*
21 *Indicium sextum est: si probetur quòd inculpatus fuit uisus in domo uel itinere gladio exuaginato cum occiso aut uulnerato.*
22 *Indicium septimum est: si inculpatus captus confessus fuit etiam extra iudicium se esse culpabilem de tali crimine.*
23 *Indicium octauum est: si probetur quod inter inculpatum & occisum fuerūt uerba iniuriosa ad animum reuocata &c.*
24 *Indicium nonum est: si inculpatus sciuit delinquentem quem potuit prohibere & non prohibuit.*
25 *Indicium decimum est: si probetur aliquem sciuisse quòd in aliquo loco erant malefactores & derobarent uel occiderent transeuntes: & tamen duxit mercatores secum per illam uiam qui fuerunt derobati, uulnerati, & occisi.*
26 *Indicium undecimum est: si probetur per testes idoneos quòd is contra quem inquiritur est homo malæ conditionis & famæ: habentis ortum à uiris omni exceptione maioribus.*
27 *Indicium duodecimum est: si inculpatus aliàs commisit maleficium in personã offensi, uel etiam aliorum.*
28 *Indicia multa alia sunt contra delinquentes, quæ iudex bonus & lector curiosus perpendere potest ex qualitate personarum & temporum & locorum diuersitate &c.*

1 VIa suprà dictum †est de fa-
ma & eius partibus. Restat modo videre de præsumptionibus & indicijs dubitatis quibus plerumq; proceditur ad tormenta. Et primò videamus de præsumptionibus, & postea
2 erit de dictis indicijs subscribendum. † Præsumptionū autem multæ sunt species. Nam alia facti, alia hominis, alia naturæ, alia iuris tantum, alia iuris & de iure. Item præsumptionum, alia temeraria & leuis, alia probabilis & discreta, & alia dicitur violenta. † Præsumptio facti
3 est quando ex facto alicuius hominis præsumitur aliquid contra eum, vel pro eo: nam iudex circa personam criminosi habet considerare ex motu sui animi secundùm varietatem factorum contingentium. Nam ex qualitate facti & conditionis personarum capitur coniectura: vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. vir. & ff. de actio. & obli. l. fin. ibi, in personis causisq; æstimatorum &c. ff. ad legem Ial. maiest. l. famosi. Et in primis habet iudex considerare cuius vitæ quis antea fuerit: vt ff. ad legem Iul. maiest. l. famosi. ibi, & persona spectanda &c. nam qualis æstimationis & famæ quis antea fuerit, talis præsumitur: vt ff. de re milit. l. non oēs. §. à barbaris. ibi, qualis antea æstimationis &c. Et facit ad hoc. ff. de ædili. edic. l. quæro. & ff. de rei ven. l. à bonæ fidei. & ff. de quæstio. l. de minore. §. tormenta. & ff. de testi. l. iij. in princ. Item, quia qualem vitam & habitum quis duxerit, talem eum esse præsumimus: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. & ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. ab his. §. his qui. & ff. de condit. instit. l. quidam. Item habet indagare iudex curiosus & sapiens, cum quibus hominibus, & per quæ loca con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersabatur & vtebatur de crimine inculpatus, quem intendit aggrauare & torquere: quoniam mala conuersatio, est malę vitæ indicium: vt ff.de admi.tuto.l.si plures. §.assidue. Nam ex mala conuersatione etiam bonus efficitur vitiosus: vt ff.de ædili. edic. l. ædiles. §. pedius.ibi, aleator fortè &c. Ad idem dictum est philosophi. Qualis quisq; est, talium consortio delectatur. Item consideret locum seu loca in quibus conuersabatur: quia secundum locorum diuersitatem & varietatem, varia colligitur conjectura: vt C.si mancip.ita fuit.aliena.l.fin.& ff.de pœn.l. aut facta.§.euenit. Præterea consideret iudex factum: quia ex qualitate facti, animum facientis metimur: vt ff. de peti.hæredi.l.j.vt est videre hoc exemplo. Nam si tibi seruum ligatum vendidero: & si in verbis exprimam talem: tamen seruum fugitiuum dicere videor & vendere: vnde si postea ab emptore aufugit, me non poterit redhibitoria conuenire: vt ff.de ædili. edic.l.si tamen.§.ei qui seruum. facit ad hoc. institu. de hære. quali. & diffe.§.is quoq; tantum. in fin. & ff.commo.l.si vt certo loco.§.custodiam.& ff.depositi.l.si hominem.& C.de testa. l.non codicillum.& extrà de præsumpt. c.j. Nam per extrinseca, probantur intrinseca: vt ff.de diuor.l.fina.circa fin.& instru. de re.diui.§.pauonum. His namq; pensatis actibus & factis præcedentibus & præsentibus de homine bonum vel malum præsumitur: vt dicto §.à barbaris.& C.de prin. agen.in reb.l.j.§.fi.& de offi.magi.mili.l.prima.& melius. ff.de re mili.l.desertorem.§.ad hostes.ibi, considerato eius
4 præcedentis vitæ actu. † Et hæc facti præsumptio ali-
b quando trahitur de præterito [b] tempore ad præsens: vt si quis consueuit falsa instrumenta facere, & aliquod instrumentum eius reuocetur in dubium: ex præterito facto præsumitur incontinenti contra eum: & sic vno modo intelligitur.C.de probat.l. iubemus. sic enim qui olim fuit malus, hodie præsumitur malus: vt ff. de accusa. l.cui.§. ijsdem.sic etiam præsumitur pro aliquo si olim fuit bonus
5 quod hodie sit bonus: vt d.§.à barbaris. † Aliquãdo ex præsenti facto præsumitur in præterito: vt est videre in casu legis.C.ad legem Iul.de adult.l.hi qui. & in corpore auth.vt nulli iudi.§.si quis nota. Item, qui non probat crimen obiectum, ipso facto præsumitur calumniæ: vt C. de aduo.diuer.iudi.l.j. & ff. de præua. l. præuaricatione. Sic & de illo malum præsumitur qui paciscitur de crimine: vt ff.de his qui not.infa.l.athletas.in fi.& l.seq. & istæ præsumptiones facti bene recipiunt probationes in contrarium: quia factum plerumq; etiam prudentissimos fallit: vt ff.de iur.& fac.igno.l.j. † Præsumptio verò homi-
6 nis est, vt quando vir potens dicit se vim passum ab humili: vel dicat se compulsum in vrbe, vel loco vbi frequentia est hominum. Nam non est verisimile: vt ff.quod met. cau.l.non est verisimile. Item homo non præsumitur iactare suam pecuniam: vt ff.de proba.l.cum de indebito. Item lex præsumit quem non culpabilem: vt ff.de testi.l. diuus.j.responso.in fi. Item q̃ aliquis sit bonæ fidei: vt C. de probat.l.iurisiur. & C. de his qui mili. non pos.l.super seruis. Item lex præsumit, & propter legem præsumitur notarium scripsisse vera: vt C.de contrahen.& committẽ. stipul.l.optimam. Item lex præsumit propter coniunctionem sanguinis omnem fraudem cessare: vt ff.de ritu nup. l.non solum.j.responso.& ff.quod cum falso tuto.auto.l. penul. Item lex præsumit aliquem potius simplicitate quam malitia deliquisse: vt ff.de his qui sibi asseri.l.pen. hoc tamen quod hæc lex dicit, speciale est in milite propter simplicitatem armatæ militiæ. Nam not. diligenter hoc esse regulariter verum: quotiescunq; cõstat aliquem malum commisisse, fecisse vel fieri fecisse, semper præsumitur quod dolo & fraudandi animo hoc fecerit & commiserit: vt C.ad legem Corne.de sica.l.j.& C.de iniur.l.si non conuitij. vnde semper ille quem deliquisse constat, si prætendat ignorantiam vel aliam excusationem, ita quod dicat quod non dolo illud crimen commisit, hoc debet & habet probare. Quo dic etiam, vt not. Accur. super dicta l.j.C.de fica. Aliud etiam not. dignum & obliuioni non trade: quòd ad hoc vt debeat & possit præsumi contra aliquem, quòd ipse aliquod delictum commiserit, debet constare iudici illud malum fore commissum, & quomodocunq; per testes vel indicium: vel aliàs per euidentiam facti: quoniam lege cauetur, quòd nemo videtur animũ habuisse nocendi, nisi & effectus fuerit subsecutus: vt ff. de verbo.signi.l.sæpe.ad fin. Et propterea dicit lex, quòd si quis confiteatur se hominem occidisse qui viuat, quòd non tenetur hac confessione. Nam debet constare hominem à quoquam fuisse occisum: vt ff.de inter.act.l.cõfessionibus. Quod dic etiam: vt not.supra quali. accusa.fiat. §.item est dictum. peccatum enim est illud crimen super quo debet præsumi & fundari: vnde si de ipso crimine non constaret, quicquid ædificaretur, nullum esset: vnde discreti assessores antequam inquirant, vel accusationes recipiant, vel super eis procedant, faciunt per aspectum videri hominem mortuum vel vulneratum. Nam non nascitur iniuria ex reuocatione ad animum: sed ex facto, id est ex contumelia, id est ex eo quod maleficium factũ est: vt ff.de pact.l.si vnus.§.pactus.ad fin.de actio.& obli. l.ex maleficio. Et omnis iniuria præsumitur praue facta & male: vt extrà de præsump.c.j. vnde legitur, quod crimen est peccatum accusatione dignissimum; vt lxx. dist. apostolus.in fin.& ita crimen est causa, vnde accusatio procedit: sicut aliàs damnum est causa: quia datur accusatio vel aliàs: vt not.do. Azo in summa. circa fin. princ. & præstat ad hoc argu.ff.quod met. cau. l. sed & paratus.§. fin. Item aliàs mora est causa quare agitur ex contractu
d bonæ fidei: vt C.in quib.cau.in integ.resti. non est necesse. l.in minorum persona. nam nisi constat de morte domini, non est habenda quæstio de seruis vel familia eius: vt ff. ad Sillan. l. ij. §.illud sciendum.& facit optime quòd debeat constare de maleficio.ff.ad legem Aquil.l.idem Neratius.§.fi.cum l.seq. nec prodest dicere q̃ ludendo iniuriam intulit: quia ludus noxius est in culpa: vt ff.ad legẽ Aquil.l.item.§.fin.cum l.sequen. nisi ratione parentelæ, societatis, vel amicitiæ, vel personæ contempserit iniuria
7 tus: vt v. quæst.v. non omnis qui verberat. & hæc est probatio ex parte inferentis iniuriam: vt C. de iniur.l.si non conuitij. Nam ei qui dicit, incumbit onus probandi: vt ff. de probat.l.ei qui.& l.quoties. † Præsumptio enim naturæ: vt si aliquis sit natus ex bona progenie, vel bonos habuerit parẽtes, præsumitur iste bonus: vt C.ad legem Iuliam maiest.l.quisquis.& C.de cohor.l.si cohortalis.sic & si natus fuerit ex mala progenie, vel malis parentibus, præsumitur esse malus sæpe: vt ff.de ædili.edict. l.quod si
8 nolit.§.qui mancipia. † Et est præsumptio iuris tantũ. de qua pone exemplum, quando lex aliquid præsumit, & de tali præsumptione iuris vltra non procedit aliquid statuendo: vt C.de proba.l.siue pos. & C. ad exhib.l.j. & ff. de dona.inter vir. & vxo. l.quantominus. & ff. de pact. l.
9 pactum. † Iuris & de iure dignoscitur esse præsumptio
c quoties ius contra [c] aliquem præsumit aliquid esse factũ, & de sua præsumptione ita confidit, quòd vltra procedit generale statutum, vel sententiam: proferendo quòd ita verum sit illud, quod præsumitur, & non aliter: tunc ei talis præsumptio dicitur esse le.vt probatur.C.ad Macedo. l.fin.in fi.& C.arbi.tute.l.fina.& C.de inoffic.testa.l.si mater.& pone exemplum.C.ad legem Iuliã. de adult. & l. si qui.& in corpore auth.vt nulli iudi.§.si quis verò compre
hensorum. Et hæc talis præsumptio præsumptionem in
d contrarium non admittit [d], vt patet per iura prædicta: cæteræ autem præsumptiones prædictæ in contrarium pro-
10 bationes admittunt. † Temeraria verò & leuis dicitur esse præsumptio, quoties alliquid à leuibus, siue vilibus
e personis procedit, & à talibus quibus non est credendũ [e]; vt arg.in auth.de testi.§.nos igitur.C.de incest.nup.l.humilem.& huic præsumptioni non statur: vt argu.ff.de mino.l.iij.§.j.verbic.idem tamen.& ff.de proba.l.si chirographum. & ideo non potest quis ex talibus præsumptionibus subijci quæstionibus, vel tormẽtis: vt argu.ff.quod metus causa.l.non est verisimile. Nam ea quæ leuia sunt & friuola,

& friuola, spernenda sunt.ff.de dona. inter vir. & vxor.l. virum.ff.commoda.l.si vt certo loco.§.possunt.ff.de aceu
11 sa.l.leuia.& ff.de vend. inspi.l.j.in fi. † Probabilis verò & discreta potest esse præsumptio quando à grauibus & honestis personis dicitur, & fama precedit fore aliquem factum malignè per aliquem: vt extrà de senten. excom. c.inquisitionis.& extrà de præsumpt.c.illud.potest etiam dici probabilis & discreta præsumptio ratione loci vel tẽ
f poris: vt quia visus fuit in loco suspecto; aut quia hora [f] suspecta: quo loco, aut hora crimen aliquod factum est: nam locus & tempus & hora suspicionem facit, & præsumptionem inducit: vt argu.ff.de pœn.l.aut facta. §.tempus.& §.locus. C. de adul. l. Gracchus. & extrà de præsumpt.c.iij.& c.literis. & hæc talis præsumptio facit credulitatem & præsumptionem inducit: vt not.extrà de sententen.excommun.c.inquisi.& dicitur esse quoddam verisimile.arg.de purga.cano.c.si quis de gradu. & de suppel. leg.l.iij.in fin.& ideo ex tali præsumptione potest ad quæstiones procedi, cùm semiplenam probationem adducit:
12 vt ff.de testa.l.ob carmen.§.si verò ibi,& non proximiora esse prosp̃exit &c. † Violenta verò præsumptio alicuius facti dicitur, aut iuris tantum, aut iuris & de iure. de quibus dictum est suprà ergo hîc non repeto: & quia de his plenè dicam infrà quomo. de malefi. cogno. quando crimen est noto. Et dicitur præsumptio alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquando semiplena inuestigatio, se
g cundùm quod not. Gof. in summa de præsumpt. insuper not. quòd argu.& præsumptio sunt idem, quod indicia quibus proceditur ad tormenta. vndè argumenta dicuntur indicia: vt colligitur.C.de fal.l.vbi. & ff.de quæstio.l. milites. & l. vnus. §.in ea. Item præsumptio & suspicio sunt idem, quas iudex habet contra accusatum: & de tali præsumptione loquitur lex.ff.de quæstio.l.j.in princ.ibi,
13 suspectio &c. † Item not. q̃ differentia est inter præsumptionem & fictionem: nam præsumptio est super incertis, & sic coniecturis opus est: vt ff.de verborum obligatio.l.continuus.§.j.in fine. fictio verò est super certis, vt quando iussit vnum esse, & figit aliud: vt instit.quib.modis ius patr.potesta.fol.§.si ab hostibus. & qui testa.face. pos.§.fin.& C.ad legem Iul.de adulte.l.hi quidem. Vi-
dimus de prima parte rubricæ. Nunc verò videamus de secunda: videlicet de indicijs dubitatis, quibus ad tormẽ-
14 ta proceditur. † Et primò videamus quid sit indicium vnde dicatur, ex quibus indicium habeatur, & quis sit eius effectus. Et quidem indicium hîc sumitur & dicitur signum alicuius maleficij cõmissi, vel alterius rei de qua agitur: vt colligitur ex legibus tractantibus de indicijs, & de quibus infra dicetur per ordinem: & dicitur indicium ab indicando: vt ff.de præscrip. verb. l. solent. de quibus etiam indicijs dic vt not.infra de quæstio.& tormentis.§. quæro quæ & qualia. versi. possimus &c. Sequitur vi-
dere ex quibus causis indicium habeatur; sed circa huius materiæ cognitionem intendo præmittere quandam quę stionem quæ tota die de facto subsistit, quæ talis est.
15 † Pone aliquod crimen publicum vel priuatum fore commissum in aliqua ciuitate, castro vel villa: Titius statim commisso crimine inculpatur: cuius Titij opin. apud bonos & graues nunquam læsa fuerat, & q̃ ipse Titius fuerit conscius & culpabilis de ipso maleficio per idoneos testes probatur per publicam vocem & famam, ortam statim commisso crimine in loco vbi per ipsum Titium dicebatur crimen commissum: quæritur an iudex possit per talem publicam vocem & famam de dicto maleficio quæstionibus inquirere contra dictum Titium? Et videtur quod sic, quatuor rationibus. Primò, quia fama quæ aduersus aliquem oritur incontinenti commisso crimine, eidem crimini inesse videtur: & ideo legitima & rationabilis est habenda: vt ff.de adult.l.quod ait lex.§. fina.& ff.de vi & vi arma.l.iij.§.cùm igitur. Secunda ratio: quia iura videntur velle quòd quantum ad inquisitionem contra aliquem faciendam sufficiat fama parochiæ vel maioris partis loci vbi crimen commissum est: vt extrà de præsump.c.illud.& argu.ff.de offic. præfe.præto.l. Barbarius. Nam quod publicè dicitur & creditur, iuris præsumptionem inducit, cui statur, quandiu contrarium non probatur: vt ff.ad Macedo.l.si quis patrem. §.j.& C. qui & aduer. quos.l.j. Tertia ratio: quia si non posset procedi quæstionibus contra istum: iam daretur materia etiam homini bono delinquendi, quæ est à quolibet auferenda: vt C.de indi.viduí.l.ij.in fin.& ff.de iudi.l.si ingratus.in fin. Quarta ratio: quia cum humana natura facile ad delicta prorumpta: vt in corpore auth. de mona.§.si verò. Tamen licèt de isto Titio ante istud crimen commissum non fuisset aliquid sinistri auditum: tamen non contingit propterea quin potuerit fuisse obiecti criminis conscius & culpabilis: quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse: vt C.vnde legiti.l.non hoc. vt C. de probatio. l. neq; natales. Et ideo, cùm aduersus eum ineat clamor vicíniæ & famæ loci hoc nunciet, poterit ad inquirendum ad tormenta legitimè animus iudicis promoueri: vt extrà de accusa.c.inquisi.in fin.& arg.C.de lati. liber.tol.l.vna.§.qui diu.Sol.in quæst.prædicta puto fore dicendum quòd iste Titius possit quæstionibus subijci & non possit, secundùm diuersorum sapientum opin. diuersas: vt not. infrà de quæstio. & tormen.§.sed denuo quæro &c. Sed secundùm omnium doctorum opi. si iste Titius probauit se hominem aliàs bonæ opinionis & fa-
g mæ: dico quòd non possit [g] subijci quæstionibus vel tormentis, obstante priuilegio bonæ famæ: cùm tale priuilegium potentius infamia sit habendum: vt ff.de leg.ij.l.cũ pater.§.rogo.& extrà de accusa.c.licèt. quod potest multis rationibus comprobari. Primò per locum à præsumptione naturæ, quæ est: vt de quolibet bono præsumatur: & quod sit potius bonæ famæ quàm malæ: vt ff.de ma.te sta.l.seruos.& argu.ff.de leg. ij.l.cùm quidam ita. Secũ da ratio: quia infamia non ineſt naturaliter alicui: & ideo dictum est, quòd infamia alicui multis modis irrogatur. non dicit, ineſt: vt ff.& C.de infa.per totum. nam infamia contra aliquem oritur faciliter: frequenter enim ad dictũ vnius sequitur multitudo: vt extrà de pur.ca.c.cùm in iuuentute. Sed fama & integra opi. naturaliter ineſt alicui: vt C.de inoffic.testa.l.omnimodo. & ideo est magis duratura: quia naturalia non ita de facili immutantur, sicuti quæ ex accidẽti proueniunt: vt instit.de iure natu.§.quod non.& §.penul. Et ideo iure cauetur, q̃ cursus aluei naturalis derelinquens facies suorum agrorum, ipsorum esse non desinit, nec eorum formam dicitur immutare. ac nouus alueus, qui ex accidenti processu agrum occupans alienum si relinquat eundem: tunc agri occupati priorem formam non immitat: vt argu.ff.de acquiren. rer. domi.l. adeò.§.quod si in vno.& instit.de re.diui.§.insula.& ideo magis intuenda sunt quæ naturalia sunt, quàm quæ ex accidenti contingunt. Tertia ratio: quia quoties duo diuersa iura occurrunt, aliqua priuilegiata, & aliqua non: semper iure priuilegiati est tam habenda ratio, quàm intuenda: vt ff. de regu. iur. l.in omnibus causis. & C.qui pot.in pigno. ha. l. assiduis. §.j.de pecu.l.sed ex facto.§.j. & ideo iudex debet delectari potius in odore & suauitate bonæ famæ, quàm credulitati, malę opinionis & famę. argumen. extrà de accusa.licet.in fin.& de purga.cano.c. cùm in iuuẽtute. & quia in præmisso dubio iudex potius esse debet promptior ad bonum quàm ad malum: vt ff.de pœn. l.si de interpretatione. Quarta ratio: quia debet præponderare priuilegium honæ opin. & famæ priuilegio malæ opinionis & famæ duplici ratione; vna intrinseca, quam quis habet primordialiter à natura: alia extrinseca, quam hîc Titius sibi acquisiuit, tam ex bonis moribus suæ terræ, quam ex sua conuersatione laudabili: vt in corpore auth.de mona.§.cogitandum. & ff. de iniur. l. item apud Labeonem.§.idem ait aduersus. Ex quibus rationibus coniectura præteritorum capitur circa futura, cum ex transacta vita sciatur qualis debeat in futurum præsumi: vt ff. de accusa. l. si cui.§. ijsdem.& ff.de re mili.l.non omnes.§.à Barbaris. At talis infamia vna tantùm nititur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratione, scilicet testium probatione: vndè cùm pro fama & bona opin. duæ faciant rationes: sed pro infamia vna tantùm, meritò debet bonæ famæ priuilegium infamiæ prævalere: quia regulariter duæ rationes vincunt vnam: vt in auth. de consan. & vte. fra. §. hi. col. vij. & C. de iur. & fac. ignoran. l. j. Quinta ratio: quia opin. & bona fama favorabilis est, cùm per eam quis ad honores & dignitates admittatur: vt C. de digni. l. ij. at infamia in se odium continet: quia per eam quis pœna plectitur cum infamia facti, quem à dignitate repellat: vt ff. de decur. l. j. §. spurios. & C. de digni. l. iudices. & l. ij. Et etiam cum iure infamia à publicis actibus quem repellat: vt ff. de test. l. iij. §. lege Iul. & ff. de accus. l. qui accusare. & ideo restringi debent. arg. ff. de liber. & posthu. l. cum quidam. & ff. de in ius vocan. l. quæsitum. & l. sed si hac. §. fin. Sexta ratio: quia sicut probatio malæ famæ habet inducere qualemqualem præsump. contra istum: vt C. ne de sta. defun. l. si maritus. & extrà de præsump. c. illud. ita probatio bonæ opinionis & famæ habet pro ipso & in eius favorem præsumptionem inducere. Sanè quidem hæc præsumptio habet tollere primam præsumptionem: cùm posterior præsumptio amoueat præcedentem: vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. in fin. & ff. de in integ. restitu. l. diuus. & C. de adulter. l. hi qui. his igitur rationibus non potest quæstionibus subijci vel tormentis, obstante priuilegio bonæ famæ: verùm si dicta fama coadiuuetur aliquo indicio, vel rationabili adminiculo: tunc credo, q̃ eo casu posset iudex quæstionibus inquirere contra Titium supradictum: quia legitur vno modo, quòd fama consentiens, id est omnibus alijs assentiens, cõfirmat rem de qua agitur & quæritur fides: vt ff. de testi. l. iij. ibi, aliàs veluti consentiens &c. quia quæ per se nõ prosunt, singula mul
16 ta iuuant: vt C. de proba. l. instrumenta. † Sed quæ & qualia poterunt esse ista talia indicia quibus fama coadiuuetur, vt possit quis quæstionibus subijci & tormentis: & certè hæc omnia quæ sequuntur. Primum indiciũ: si probetur quòd iste Titius de crimine inculpatus extitit
h inimicus offensi, aut suorum[h], vt sui intelligantur omnes qui admissi fuissent ad huiusmodi iniuriam prosequendã cùm eorum iniuria, sua iniuria & dolor proprius habeatur: vt not. de his. ff. de accu. l. j. & ij. & ff. de libe. causa. l. j. & ij. Nam tunc & eo casu, erit suspectus de crimine præsumendus: quia talis inimicitiæ qualitas, causam suspicionis adducit: vt extrà de accus. c. cùm oportet. & ff. de proba. l. idem. & C. de testi. l. si quis. nam lex præsumit de inimicis omne malum. ff. de quæstio. l. j. §. præterea. & ideo lex dicit, q̃ accusator non cogitur facere ambasiatam ad amicum accusati, quasi amicus accusati incipiat esse inimicus accusatoris: vt ff. de legi. l. sciendum. & eadem ratione repellitur testis à testimonio ferendo: vt in auth. de
17 test. §. quia verò. † Secundum potest cognosci indiciũ si probetur quòd iste de crimine inculpatus contraxit cõuersationem cum inimicis occisi vel iniuriati vel amicitiam: aut quia cõtra eundem occisum vel iniuriatum fuerat taliter versatus in alijs & conuersabatur, quòd credebatur esse inimicus potius quàm amicus: quod quidem potest ex varijs causis procedere: vt not. C. de reuo. do. l. fina. & l. his sol. & argu. ff. de liber. & eorum libe. l. ij. Ex talibus enim intercedentibus crimen potest præsumi. & cõiectura capitur, quòd in delinquendo fraudis inesset consilium: vnde non præmio, sed pœna afficiendus est: vt ff.
18 de offic. præfec. vrb. l. j. §. cùm patronus. & C. de inoffi. testa. l. liberi. §. fina. † Tertium indicium adijcitur: si appareat quòd quis scientes malefactorem receperit in domo sua post maleficium perpetratum, nulla etiam cum eo affi
i nitate coniunctus[i]: cùm in isto casu non videatur minus delinquere, quàm ille qui tale crimen commisit: vt argu. C. de his qui latro. l. j. & ff. de recep. l. j. & de incen. rui-
19 naufr. l. ij. §. non tantùm. † Quartum indicium dicitur: si is de crimine inculpatus aliud tale quid fecit, quominus delinquens deprehensus & captus ad iudicem duceretur. Nam eo casu videretur conscius criminis, & quòd in delicto illo dolum commiserit: vt arg. ff. de custo. & exhib. re. l. fi. §. j. & de eo per quem. l. j. in princ. & C. de fur.
k & ser. corrup. l. eos. imò etiam talis puniendus[k] erit lege Iul. de vi publi. & priua. vt argu. ad legem Iul. de vi pub.
20 l. lege Iul. & ff. ad legẽ Iul. de vi priua. l. lege Iul. † Quintum indicium reperitur: si constet quòd iste Titius de crimine inculpatus commisso crimine vnà cum malefactore vel sine eo, fugit[l] de loco criminis, quo casu criminis
l cõmissi suspicione nõ carer: imò propter fugam seipsum accusare videtur. arg. ff. ad Silla. l. j. §. si quis. ibi, si cum dominus. & l. si quis in graui. §. de his autem. & ff. de suspec. tuto. l. impuberibus. §. j. & in auth. de exhib. & introdu. re. §. si vero. col. v. & C. de assel. l. consiliarijs. & C. de omni
21 agro deser. l. locorum. ibi, & si. &c. † Sextum indicium potest dici: si probetur quòd de crimine inculpatus fuit visus in domo, itinere, vel agro gladio euaginato cum occiso vel vulnerato. Nam ex hac coniectura capi potest & colligi præsumptio, q̃ fuerit dicti criminis conscius. argu. ad hoc extrà de præsumpt. c. iij. & in corpore auth. vt
22 liceat matri & auiæ. §. his quoq; col. vij. † Septimum habetur indicium: si probetur quòd quis de crimine inculpatus fuerit inuentus, deprehensus, & captus ab aliquo ob crimen prædictum. Qui sic captus confessus fuerit: licèt
m extra iudicium[m], se ex illo crimine fore culpabilem: nam tale indicium operatur vt sit subijciendus quæstionibus
23 & tormentis. argu. ff. de adul. l. capite. iuxta si. † Octauũ etiam describi potest indicium: si probetur, q̃ inter occisum & vulneratum ex vna parte, & de crimine inculpa
n tum ex altera, extiterunt verba iniuriosa[n], quæ fuerunt ad animũ reuocata: aut quòd hîc de crimine inculpatus occiso vel vulnerato fuerit minatus paulo ante maleficiũ commissum: forsan quod traheret sibi vnam pennam de ala, vel quod faceret eum tenere male caput, vel quid simile. Nam ex talibus verbis & similibus antecedentibus ipsum crimen coniecturari potest, & præsumptio denotari, quòd fraudem & dolum in delicto illo commiserit: & q̃ illa verba dixerit sua malignitate, & animi prauitate. argu. ad hoc. ff. de bon. dam. l. cum ratio. §. ex bonis. ibi, fraudis &c. & arg. ff. de ser. fugi. l. ex quodam iniuriandi proposito. §. pen. & fi. & C. de iniur. l. si non conuitij. hæc enim verba sic extra iudicium asseuerantè prolata: licet præiudicium plenum inferre non possint: tamen contra asseuerantem & proferentem indicium & præsumptionem inducunt: vt ff. de probat. l. quidam. & l. fina. & not. C. de test. l. neq; professio. & ff. de proba. l. etiam. nam his modis animus & volũtas cuiusq; declaratur. Et ideo dictum est quod non solum ipsis rebus & factis quis propriam volũtatem declarat: vt ff. de ædili. edi. l. si tãtum §. ei qui. & notari consueuit. ff. de legi. & consti. l. de quibus. imò etiam ex verbis prolatis intelligitur quis voluntatem propriam declarare, & intrinseca sui cordis: quia non intelligitur verbis exprimere, quod mente non agitauit: vt ff. de sup. leg. l. Labeo. ad fin. & quia per acta & gesta extrinseca secreta cuiusq; & animus declarantur. arg. C. de testa. l. no. a codicillum. & ff. de legi. l. si seruus plurium. §. fin. & ff. de testa. l. heredes palam. §. sed & si notã. Et in maleficijs spectatur cuiusq; propositum & voluntas: vt ff. ad legem
24 Cornel. de sica. l. diuus. † Nonum potest connumerari indicium, si probetur te sciuisse quem aduersus aliquem delinquentem, quem potuisti quo minus delinqueretur
o prohibere & non prohibuisti[o]: nam tunc carere culpa eius criminis non videris: vt ff. de regu. iur. l. culpa. & l. nullum. & extrà de offic. & potest. iud. deleg. c. j. Sed si prohibere non potuisti, venia dignus eris. Etenim si à morte potuisti hominem liberare & non liberasti, occidisse videris: vt ff. ad legem Aquil. l. scientiam. in princ. & argu. ff. de noxa. l. in omnibus. & l. in delictis. in princ. & ff. ad legem Cornel. de sica. l. iij. §. is cui. & licet forsan talis non deberet eadem pœna qua delinquens puniri: tamen est paulo minori pœna multandus: quia carere non dicitur scrupulo societatis occulto, qui manifesto facinori desinit obuiare: vt extrà de homic. c. sicut dignum. §. illi etiam.

etiam. & C. de commer. & mer. l. ij. & extrà de senten. excommu. c. quantæ. quod tamen sic non intellígas indistinctè: sed intellige: vt not. infrà de pœ. §. item pone, quòd
25 ego vidi. † Decimum colligitur indicium, si probetur aliquem scire in certo loco malefactores vt derobarent, vel occiderent transeuntes: vel narrauit & dixit dictis mercatoribus vt secum irent, vel transirent per dictum locum, qui fuerunt derobati, vulnerati, vel occisi. Nam tale indicium operatur vt possit quæstionibus & tormentis subijci: quia non solùm causam criminis videtur præbuisse: sed etiam particeps est & noxius præsumendus: cùm teneatur pœna. l. Corn. de sicar. l. iij. §. alio senatus. ibi, qui vt fal. &c. & argum. ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. penul. & ff. vi bon. rap. l. penul. §. si cum eo. & l. sed si quis. & ideo in quæstionibus est habendus: quia de his est quæstio habenda, qui suspicione cædis conscientes videbuntur: vt ff. ad Sillania. l. j. §. occisorum. ibi, tamen
26 si quis &c. §. si quis in villa. † Vndecimum colligitur indicium quoties probatur per testes idoneos, quòd is contra quem inquiritur est homo malæ conditionis & famæ, quæ fama sumpsit originem, non à maliuolis, sed prouidis viris & discretis, omni exceptione maioribus: & in altero de locis ex quibus rationabiliter potest fama procedere: vt not. suprà vnde & ex quo tempore possit fama
27 procedere. † Duodecimum indicium sumitur, si iste de crimine inculpatus aliàs commisit aliud maleficium in personam dicti offensi, vel etiam aliorum: nam qui semel fuit malus, semper præsumitur malus: vt ff. de accus. l. si cui. §. ijsdem. & C. de assel. l. nemo. & C. ad legem Iuliam. de vi publi. l. seruos. ibi, & hi qui his &c. Ex præterito enim vnoquoq; facto futura metimur: vt ff. de re milita. l. non omnes. §. à Barbaris. & l. seruorum. §. ad hostes.
28 † Sunt etiam alia multa[p] indicia contra delinquentes,
p quæ quilibet curiosus lector & iudex bonus potest perpendere, secundùm varietatem personarum & qualitatem temporum, factorum contingentium, & locorum diuersitatem: vt de his not. in prima parte huius titu. vbi de præsumptione est notatum. Quis autem sit indiciorũ prædictorum effectus satis colligitur ex prædictis: & dicetur plenius in titu. proxime &c. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶Indicium. Adde Bald. consi. lxxix. iij. libro. vbi voluit quòd in crimine hæresis confessio socij spontanea vna cum conuersatione sit sufficiens indicium ad torturam contra socium. Ber.

b ¶Præterito. Adde quando in præterito præsumatur in præsens. Alex. consi. cij. ij. lib. & quando præsumitur de præsenti in futurum per eundem consi. xlvj. j. lib.

c ¶Contra. Adde Alex. consi. lxij. iij. lib.

d ¶Non admittit. Adde quando talis præsumpt. probationem capiat in contrarium. Alex. consi. lxxvij. j. lib. Ber.

e ¶Credendum. Adde Oldra. consi. cxcij. Ber.

f ¶Hora. Adde Ro. consi. ccccl j. Ber.

g ¶Non posit. Adde Rapha. Fulgo. consi. clxxiij. Cepol. consi. lx. Raph. Cuma. consi. cxxxv. Alex. consi. xxiiij. ij. lib. Bal. consi. xxix. lib. j. Ber.

h ¶Suorum. Adde qui veniant appellatione suorum domi. de Rota decis. cclx. quod met. causa in antiquis. Et an veniat compater. vide Alex. consi. xxxiiij. ij. lib. Ber.

i ¶Coniunctus. Adde quod coniunctus etiam recipiens scienter delinquentem punitur, sed mitius quàm extraneus. ita Alex. consil. cxliij. ij. lib. Ber.

k ¶Puniendus. Adde Alexand. consilio xxxv. ij. lib. Cepol. consilio xiiij. Ber.

l ¶Fugit. Adde Alexan. consi. lxv. & lxxvij. iij. lib. Ioan. de Ana. cõsilio j. Oldra. consi. lxv. Ber.

m ¶Extra iudicium. Adde an confessio extraiudicialis sit sufficiens indicium ad torturam. vide Roma. consi. vij. Ber.

n ¶Iniuriosa. Adde Alex. consi. xiiij. iij. lib. Ber.

o ¶Prohibuisti. Adde dicendum de hoc vt per Roma. consi. xvij.

p ¶Alia multa. Adde videnda aliqua alia indicia per Roma. cõsil. vij, & consi. ccccl j. Ber.

De præsumptionibus & indicijs indubitatis, ex quibus condemnatio posset sequi. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Præsumptiones & indicia indubitata quæ sint.
2 Occiso Titio in domo ignorato malefactore, si publica vox & fama orta fide dignis sit, quòd Seius tale homicidium commiserit, & illius inimicum fuisse est probatum: necnon quod visus fuerit exire de illa domo gladio euaginato, in qua domo incontinenti repertus est Titius occisus, quid erit faciendum.
3 Indicia indubitata vel documenta apertissima ex quibus possint ad condemnationem procedi, quæ & qualia dicuntur esse.
4 Indicium indubitatum primum est, quando contra aliquem est præsumptio iuris & de iure.
5 Indicium indubitatum secundum est, quando aliquis sponte in iudicio confessus est crimen, vel in tormentis, & perseuerauit &c.
6 Indicium indubitatum tertium est, quando constat aliquem dato precio transegisse super crimine pro quo sanguinis pœna non ingeritur.
7 Indicium indubitatum quartum est, quando crimen quod contra aliquem oritur est ita publicum, ut meritò possit notorum appellari.
8 Indicium indubitatum quintum est, quando propter euidentiam facti: nam si constat Titium eruisse oculum alteri, statim colligitur quòd sit atrox iniuria.
9 Indicium indubitatum quando officialis, cuius officium est in inquirendo & puniendo delinquentem, propriis oculis intueretur.
10 Indicium indubitatum septimum est, ut si sit camera habens tantùm unum introitum, & aliquis uisus est exire pallidus cum gladio sanguinolento in manu: & in illa camera reperitur homo recenter mortuus.
11 Indicium indubitatum est: pone quòd occiditur quis in uinea, de quo inculpatur Titius & contra quem sunt hæc indicia: quia erat inimicus capitalis occisi. Item fuit uisus solus ambulare cum gladio, & solus fugere de loco cum gladio euaginato, & est publica uox & fama quod homicidium commiserit.
12 Indicium indubitatum nonum est: pone inculpatur Titius quod fecerit interficere Caium: primo erat capitalis inimicus Caij: & Titius erat prope locum criminis quando fuit occisus: quo perpetrato receptauit homicidam qui erat domesticus Titij, qui iactauerat se quòd faceret occidi Caium, & inter eos fuerant offensæ, & orta publica uox & fama quòd fecerat committi tale homicidium.

1 NVnc restat † vt videamus de præsumptionibus & indicijs indubitatis, ex quibus condemnatio possit sequi. Et circa præsentem nostram materiam: primo intendo formare quandam dubitabilem quæstionem, quæ tota die de facto potest subsistere: & consequenter inferam de præsumptionibus & indicijs antedictis: & quæstio
2 talis est. † Quidam nomine Titius in domo vel agro reperitur occisus vel vulneratus: de malefactore autem non constat aliter, nisi quia quidam nomine Seius de dicto maleficio inculpatur contra hunc Seium. Ista probantur per testes idoneos omni exceptione maiores. Primo quòd publica vox & fama orta est ab idoneis personis, quòd dictus Seius dictum maleficium commisit. Secundo quòd ipse erat illius Titij capitalis inimicus. Tertio quòd ille Seius visus fuit solus exire domum vel agrum Titij cum gladio euaginato in manu fugiens in qua domo vel agro ille Titius incontinenti repertus est occisus vulneratus. Modo quæritur, nunquid ista indicia simul iuncta, vel mista sint, & dici possint indicia indubitata ex quibus possit ad condemnationem procedi? Et primo videtur posse dici quòd sic triplici ratione. Prima, quia sicut sufficit quòd quis sit testibus superatus, vel propria voce confessus ad hoc, vt possit capitalis sententia contra eum proferri: vt C. de pe. l. qui sententiam. C. de episcopis & cleric. l. si quis. & C. quorum appellat. non recip. l. secunda ita eo. modo debebit ex dictis indicijs contra eum repertis sententia diffinitiua proferri: cùm talia indicia non respuantur à iure: vt suprà dictum est in ti. præce. & cùm talia indicia non videãtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõtinere minorem autoritatem & fidem probatam quàm testes vel instrumenta: vt C. de probat. l. ad probationes. & C. de rei vend. l. indicia. Item tam testes quàm aperta indicia & manifesta æquiparantur, vt possit sequi sententia diffinitiua, vt C. de proba. l. vlti. Secunda ratio: quia quoties circa idem plura auxilia eiusdem generis ex eodem facto descendentia simul commista iuncta concurrunt: debent rem perficere, & plenam probationem[a] adducere: vt ff. de excu. tuto. l. ij. §. hoc amplius. & de appel. l. si quis separatim. §. j. & C. qui nume. tute. l. vna sic. & à simili supradicta indicia simul coniuncta plenam probationẽ inducunt: ideoq; singula quæ non prosunt: tamen simul iuncta coadiuuant: vt in auth. de fi. instr. §. si verò additũ. & §. si verò nullus. col. v. & insti. de hære. insti. §. si plures. & extra de testi. c. præterea. & C. de testa. l. scimus. & not. Accur. ff. de excu. tuto. l. ij. in fin. j. respon. Tertia ratio, quia cùm in qualibet ciuili causa regulariter duæ semiplenæ probationes faciunt vnam plenam: & possit causa ciuilis per indicia & præsumptiones probari: vt extra de præsump. c. ex literis. & arg. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. & notari consueuit. C. de reb. credi. l. in bonæ fidei, & de proba. l. etiam proprietatis. plus tamen valere debent & operari tria vel plura auxilia quàm duo. Nam ratio consistit, vt plus tribus quàm duobus credatur: pluralitati enim standum est: vt ff. de pac. l. maiorem. & de testi. l. iij. §. hæc verba. & C. de fideicom. l. quæstionem. in fi. Ergo per locum à proportione maiori tria indicia seu tres semiplenæ; & probationes vnam plenam probationem poterunt operari. Alioquin facilè & frequenter remanerent maleficia impunita, quod in contrarium magna ratio suadet: vt ff. de pac. l. item si vnus. §. pacta. ff. de fideiusso. l. si à reo. §. id quod vulgo. Quarta ratio, quia videmus q; duo vel plura imperfecta vnum perfectum constituunt: vt C. de agric. & censi. l. cùm scimus. in princ. Quid plura? reperitur in iure quòd ipsa principalis causa criminalis per argumenta & per præsumptiones dignoscitur & terminatur: quanquàm liquido delictum probari non possit: vt ff. de re mili. l. non omnes. §. à Barbaris. ibi. & si hoc liquidè probari non possit argumentis[b]: tamen cognoscendum est: & tamen ibi capitalis causa agebatur: vt constat per l. eod. titu. desertorem. §. is qui. & facit ad hoc in auth. vt lic. ma. & auie. §. illud. Econtra videtur dicendum, q; non possit quis ex dictis indicijs & præsumptionibus diffinitiuè damnari rationibus tribus. Prima, quia cum in ciuilibus quæstionibus maioribus vna libra auri non minor quàm trium testium exigatur probatio: vt in auth. de fide instru. §. oportet. & §. hìc dicimus. colũ. vj. & not. C. si cert. pet. l. fi. multofortius in qualibet criminali causa duæ vel tres præsumptiones, aut indicia plenã probationem non poterunt operari: sed erit maior numerus testium requirendus: vt possit super crimine sententia diffinitiua proferri. maximè cùm quælibet causa criminalis sit maior & censeatur qualibet pecuniaria, quantũcunq; sit magna: vt ff. de pœn. l. in seruorum. §. fin. Et licet in causa ciuili duæ semiplenæ probationes (vt est fama publica & dictum vnius testis) vnam plenam probationem adducant: vt C. de proba. l. proprietatis. & argu. ff. de testib. l. iij. §. eiusdem. & iiij. q. iij. §. item sæpe. & extra de testib. c. præterea. Tamen in criminali causa ex dictis semiplenis probationibus non erit quis diffinitiuè damnandus[c]: quia in causa criminali probationes debẽt esse apertissimæ: vt C. de probat. l. fi. strictius enim in eis proceditur: cùm contra hominis salutem agatur: vt C. de appel. l. addictos. & not. extra de testi. c. veniens. Secunda ratio, quia euidentia rei: licet habeatur pro quadam specie probata: vt ff. fi. reg. l. si irruptione. §. fin. & C. eod. titu. l. iij. etiam cùm manifestum & apertum indicium habeatur aliquem inuenire in crimine & fore detentum & captum. argu. de fur. l. iij. cum l. sequen. & manifesta non indigent probatione: vt ff. de do. præleg. l. j. in fi. & ff. de act. emp. & ven. l. exemplo. in fin. j. respon. tamen non debet quis talibus indicijs diffinitiue damnari: quia non eoipso, quod quis captus inuenitur, de crimine poterit damnari: nisi aliter de maleficio conuincatur: vt argu. ff. de ritu nupt. l. palam. §. quæ in adulterio. vt C. de defen. ciui. l. defensores. Et ideo si aliquis inueniatur pro qualicumq; crimine captus ab aliquo, qui coram pluribus testibus extra iudicium confiteatur illud crimen commisisse: & quod occasione illius criminis captus sit. quamuis ista tria contra istum inueniantur probata, scilicet quòd sit captus ob illud crimen: & q; sit confessus illud crimen commisisse: & q; ob id sit captus: tamen licet ista indicia videantur apparentia, non debet ex illis solis indicijs iudex illum captũ diffinitiuè damnare: licet quæstionibus subijci possit & tormentis: vt not. ff. de adult. l. capite. in fi. & extra de iud. c. cùm non ab homine. Potest etiam tertia ratio assignari: quoniã ex testibus & instrumentis & ex indicijs indubitatis non autem ex præsumptione est diffinitiua sententia proferenda. C. de probat. l. fi. & C. de accu. l. singuli. In ciuili autem secus, ideo quia in criminalibus causis maius periculum vertitur: ideo quia imminet periculum animæ: vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. vnde maior est requirenda cautela: vt C. de appel. l. addictos. & C. de fal. l. vbi. Et in casibus dubijs & incertis probationibus melius est facinus relinqui nocentis, quàm innocẽtem condemnare: vt ff. de pœ. l. absentem. & C. quo. appel. non reci. l. obseruare. Et quia in dubio pœnæ sunt potius moliendæ quàm exasperandæ: vt ff. de pœ. l. interpretatione. & l. si præses. Solu. videtur quòd ex supradictis indicijs possit colligi tantum iuris præsumptio, cõtra prædictum Seium: dum colligitur probatum, quòd erat capitalis inimicus occisi vel vulnerati: & quòd visus fuit fugere cum gladio de loco præfato: & q; publica vox & fama est &c. Sed quamuis in causa ciuili ex iuris tantum præsumptione possit diffinitiua sequi sententia, ex quo in contrarium non probatur: vt C. de proba. l. fiue possidetis. & ff. de dona. inter vir. & vxor. l. Quintus Mutius. tamen in criminali causa, vel in causa quæstionis prædictæ ex tali præsumptione iuris tantum non debebit vel poterit quis diffinitiuè damnari: quia in criminalibus causis interuenire debet: & requiruntur probationes luce clariores: vt C. de proba. l. vlti. de pœ. l. qui sententiam. & de accusa. l. singuli. quod videtur ea ratione procedere: quia in causis criminalibus perspicacius est consilium adhibẽdum: quia ibi maius periculum & detrimentum contingit: vt argu. d. l. addictos. & ff. de ven. inspi. l. j. §. j. Et ideo ex prædictis præsumptionibus non poterit capitaliter condemnari: quia quis ex præsumptionibus & mendicatis suffragijs condemnandus non est: vt ff. de pœ. l. absentem. in princip. & C. de accu. l. singuli. & not. do. Azo in summa. C. de pœ. §. causa ac. ver. ij. Quod videtur ea ratione, quia sanctius est facinus nocentis impunitum relinqui, quàm innocentem damnare: vt ff. de pœ. l. absentem. arg. ff. de requi. reis. l. j. j. respon. & quia in talibus dubijs pœnæ veniunt moliendæ: vt ff. de pœ. l. interpretatione. & ff. de reg. iur. l. vbi. §. fi. Sed licet ex ea sola probatione quę iuris est tantum: aliquis non debeat vel possit corporaliter diffinitiuè damnari: tamen ex ea sola præsumptione quæ iuris est & de iure, & ex quolibet alio indicio indubitato poterit contra aliquẽ diffinitiua formari sententia: quia talis præsumptio quę iuris est & de iure, probationẽ aliquã in contrariũ nõ admittit: cũ legis dicatur esse sentẽtia: vt C. de adul. l. ij qui. in auth. vt lic. matri & auiæ. §. his quorũ. col. f. viij. & no. do. Azo in sum. C. de adul. §. sed & præsumptiones. Itẽ ex quolibet indicio indubitato poterit diffinitiua formari sentẽtia: vt C. de prob. l. vlti. & merito: quia illa lege caueẽ, q; accusatores eã rẽ hoc est illud crimẽ habẽt & debẽt in publicã notionẽ referre: vt possit diffinitiua sentẽtia proferri: quod crimẽ idoneis testibus sit munitũ, saltẽ duobus: quia vbi numerus testiũ nõ adijciẽ: duo sufficiũt: vt ff. de test. l. vbi. & ff. de oper. lib. l. j. vel q; sit apertissimis documentis instructũ. i. publicis scri. sic exponiẽ. ff. de cõtrah. & cõmit. stipu. l. optimã. & in auc. vt spõ. lar. §. hìc insuper. col. viij. vel q; sit instructũ ad proba-

indicijs indubitatis & clarioribus luce expedita. †Sed quæ & qualia dicuntur esse apertissima documenta vel indicia indubitata, ex quibus possit ad condemnationem procedi: & quidem videtur dici posse, q; sit confessio alicuius in iudicio spõte facta & in actis curię redacta: quia nedum ex testibus, sed ex confessione in iudicio sponte facta[d]: potest quis diffinitiuè damnari[e]: vt C. de confes. l. j. & arg. C. quorum app. non re. l. ij. ff. de custo. reo. l. si confessus. potest etiam esse apertissimũ documẽtum & indubitatum indiciũ quodlibet publicũ instrumẽtũ: per quod crimen probatur & instruitur fuisse cõmissum, quod accidit & frequẽter: quoties in aliquo instrumento inuenitur q; aliquis dato præcio assertiue est pactus super eo crimine, q; non ingerit pœnã sanguinis: quo casu illud se cõmisisse cõfiteri videtur[f]: ideo erit pro cõuicto & pro cõfesso habendus: & ideo puniendus est: vt ff. de bo. eo. qui ante sen. l. j. & ij. & ff. de iur. fis. l. in fisci causis. & ff. de his qui not. infa. l. furti. §. pactis. & l. quoniã. & ff. de iur. fis. l. eius qui. & l. imperator. & nor. C. de proba. l. vlti. debet etiam crimen esse instructũ indicijs indubitatis: vt possit super eo proferri diffinitiua sentẽtia. de quibus indubitatis indicijs multa possunt notari exẽpla. †Primũ est indubitatũ indiciũ, quoties contra aliquẽ est iuris & de iure præsumptio: & vt est in illo qui prætextu consanguinitatis excusauit se ab accusatione adulterij: & postea inuenitur cõtraxisse matrimoniũ cum illa[g]. Nam præsumptio est, & super hæc est legis sententia q; omnino puniatur: vt C. de adul. l. qui audierint. de qua præsumptione dixi §. tit. proxi. & dicã. j. quomodo de malefi. cogno. qñ crimen est noto. †Secundũ est indiciũ indubitatũ, qñ constat q; aliquis in iudicio de crimine sit sponte confessus vel in tormentis, & pseuerauit, aut etiã sit de maleficio per idoneos testes cõuictus, vel inuenitur q; quis sit de crimine condẽnatus, quæ condẽnatio trãsiuerit in vigorẽ rei iudicatæ: vt ff. de pœ. l. sententiã. & C. de epis. & cle. l. si quis in hoc. & arg. extra de cohabi. cleri. & mul. c. vlti. †Tertiũ est quãdo constat aliquẽ dato præcio super eo crimine transegisse: pro quo crimine pœna sanguinis nõ ingeritur. dixi. §. e. §. potest etiã. quo casu eoipso sine alijs probationibus potest de crimine condẽnari. †Quartũ habetur indicium indubitatũ, quoties constat q; crimen, quod aduersus aliquẽ oritur ita est publicũ & manifestũ: vt merito possit & debeat notoriũ appellari. quo casu nec testes requiruntur nec etiã acta: vt extra de coha. cleri. & mulie. c. tua nos. & c. nostra. & arg. ff. de custo. & exhi. re. l. si confessus. & C. quorũ appel. non reci. l. obseruare. & in tali notorio statur officialis simplici assertioni[h]: vt iiij. q. iij. §. aliquando. de quo plene dicam j. quomo. de malefic. cogno. quando crimen est notum. †Est etiam & quintũ indubitatum indicium propter euidentiã & qualitatem facti, quod accidit quando constat aliquẽ eruisse oculũ alicui. Nam ex hoc colligitur q; iniuria illa fuit atrox: vt arg. ff. de fer. l. ij. in fi. vel quoties quis dixerit alicui vel fecit non dicenda vel facienda. Nam ex hoc & qualitate facti huius apparet, q; dolo illam iniuriã dixerit vel fecerit: vt C. de iniur. l. si non cõuitij. & C. ad leg. Cor. de sica. l. j. aut quoties cõstat aliquẽ alium occidisse vel vulnerasse vel cõtra eum gladiũ traxisse. Nam ex tali euidentia facti apparet q; dolo fecerit hæc & ex sui animi prauitate: & ideo puniendus: vt arg. C. de sic. l. j. & l. is qui. & not. domi. Azo in summa eo. tit. §. occidere autem. †Sextum verò indiciũ indubitatum est, q; accidit & frequenter: quoties iudex vel quis alius qui iurisdictioni præest alicuius ciuitatis Castri vel Villę cuius officium nõ consistit in denũciando tantũ: sed consistit in inquirendo & puniendo: discurrit per Ciuitatẽ vel Villam vel Castrũ causa suũ officium explicandi: & inuenit & videt aggressores, vel aliquẽ aliquod maleficiũ cõmittentẽ, aut arma portantẽ vetita, vel de nocte euntem, vel res vetitas deferentem cõtra interdicta ciuitatis. Nam & tunc tali casu satis dici potest & videtur istud fore tale indubitatum indicium, quod ex eo solo nulla alia super eo crimine probatione reperta possit ipse iudex sententiam diffinitiuam proferre: quia illud crimen seu illud tale factum dicitur esse iudici non vt priuato notoriũ. arg. ff. fin. reg. l. si irruptione. §. fi. & ff. de fer. l. ij. in fi. & de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. Satis enim dicitur probari crimen qđ sub oculis subijcitur iudicantis more iudiciario inquirentis: cùm oculorũ inspectio habeatur pro quadam specie probationis &c. nec his obstat q; alias dicitur & no. C. de accus. l. ea quidẽ. vbi dicitur denunciationi officialis non esse credendũ: quia hoc locũ habet, quando officialis officium solũ in nunciando cõsistit. quod dic plenius vt not. §. quomodo per denũcia. de malefi. cogno. †Ponitur & septimũ indubitatum indicium. vt ecce est quædã camera habens tantũ vnum introitum & exitum. aliquis visus est exire dictam cameram pallidus cũ gladio sanguinolẽto in manu: in qua camera inuentus est homo mortuus recẽter: & ita intelligitur. C. de proba. l. vlti. Nã palliditas siue trepidatio est vnũ indicium: vt arg. ff. de quæstio. l. de minore. §. pe. & aliud indiciũ est gladius. Nam cõtra deportãtes arma lex præsumit omne malũ: vt in auth. de armis. in pluribus locis. & C. vt armorum vsus &c. l. j. lib. x. Itẽ q; gladius erat sanguinolentus est aliud indicium. In homine enim occiso gladius solet esse sanguinolentus. & ex qualitate facti capitur coniectura: vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. virũ. & quia raro talia inueniuntur indicia: subijcimus duo alia exẽpla de indicijs indubitatis, saluo tamen in pœna imponenda: vt j. dicam in §. ex prædictis verior. †Pone igitur pro viij. indicio indubitato: vr puta, pone q; aliquis occiditur in vna vinea vel alio loco de quo inculpatur Seius: contra quẽ sunt hæc indicia: valet q; ipse erat inimicus capitalis occisi. Item q; visus fuit solus ambulare cum gladio. Item q; visus fuit solus fugere de dicto loco cum gladio euaginato. Itẽ q; publica vox & fama est, q; ipse dictum homicidium cõmisit: & sic intellige. d. l. fi. C. de probat. †Ponitur & nonũ exẽplum. ecce inculpatur Seius, q; Titium fecit occidi. contra Seiũ ista probantur. Primo q; erat capitalis inimicus Titij. Itẽ q; ille Seius erat prope locũ illum tẽpore, quo factum fuit homicidium prædictum. Item q; ipse perpetrato dicto homicidio receptauit homicidam. Itẽ q; homicida erat domesticus dicti Seij. Item q; ille Seius iactauit se, q; illum Titium faceret occidi: & est de hoc verisimile q; faceret. Item q; olim aliquæ offensæ fuerunt inter prædictos. Item q; publica vox & fama est, q; dictum homicidium fecit cõmitti. hæc omnia simul iuncta videntur esse indubitata indicia, q; ille Seius fecerit committi homicidiũ supradictũ. Ex prædictis verò indicijs tribus. §. proximè dictis: videlicet. vij. viij. ix. scripsit do. Tho. de Pipe rata posse ad condẽnationem procedi: dicens sic intelligi l. vlti. C. de proba. tanquam ex indubitatis indicijs. Nõ obst. l. ff. de pœ. absentem. vbi ex præsumptionibus nemo dãnandus existit: sed omnes sapientes quos Boñ. vidi & alibi dicunt: & etiã ita vidi cõsuetudine obseruari, q; propter talia vel similia nõ possit quis diffinitiuè in personã dãnari[i] rationibus & iuribus pro hac parte allegatis in q. posita. §. eo. tit. §. q. talis est &c. at si ex maleficio ex quo essent talia indicia, deberet sequi pecuniaria pœna habeat potestas arbitrium: aliàs nõ posset locũ habere quod scripsit dictus do. Tho. & quod dicitur. d. l. vlti. C. de probat. & ita vidi sepius obseruari. Ratio est: quia vbi maius periculum &c. vt §. in d. q. not. Illud tamẽ in summa notandũ est, q; omnia prædicta indicia de quibus habetur mẽtio. §. eo. tit. per totũ nõ adeo indubitata dicũtur, quin aduersus ea possit probari contrariũ, præterquã in casu illo vbi est iuris & de iure præsumptio cõtra aliquẽ de dicto delicto: vt notatur §. quoniã nihil est adeo indubitatũ quin quandam solicitã dubitationẽ recipiat: vt in auth. de tabel. §. si verò. col. iiij. & C. quibus ad liber. procla. non licet. l. fi. & nor. extra de elec. c. bonæ memoriæ. §. licet. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶Probationem. Adde an in criminalibus diuersa genera probationum iungantur vt probent. Alexan. consi. xxiiij. ¶. lib. Roma. consi. xcij. Ber.

b ¶Argumentis. Adde Roma. consi. ccccl. Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ¶Damnandus. Adde Oldrad.consi.cxcij.Francis.Aret.consi.xiij. Ange.consi.iiij.Ber.
d ¶Sponte facta. Adde Pet.de Anch.consi.clxxij.Alexā.consi.j.iij. lib.si tamen confessio non sit verisimilis non poterit damnari: ita Pet.de Anch.consi.xxiij.& Raph.Cuma.consi.cliij,Ber.
e ¶Damnari. Adde Oldra.consi.cxcij.vbi dicit,q Salomon non voluit damnare mulierem de plagio,Item damnauerit ad restitutionem:& eandem sententiam tenet Pau.de Cast.consi.cxcvij.in primo impressis.vbi dicit,q propter dicta Gandi,defendit quendam à morte: contra quem erant indicia adeo vrgentia,quòd humana mens aliter credere non poterat:& idem tenet Alexā. consil.xv.j. lib.& consi.xiiij.iij.lib.Cepol.consi.xxxij.Ber.
f ¶Videtur. Adde limitandum vt per Pau.de Cast. consi. ccxix. in primo impressis.Ber.
g ¶Cum illa. Adde vt per Roma.consi.cccxvj.Ber.
h ¶Assertioni. Adde vt per Franc,Aret.consil.clxv. vbi dicit,q nullum est maleficium ita notorium,quòd non possit habere aliquam excusationem.Ber.
i ¶Damnari. Adde videndos doct.in consilijs alleg.suprà in verbo, etiam damnari.Ber.

De rumore occulto & manifesto, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Rumor quid sit.*
2 *Fama quid sit.*
3 *Manifestum quid sit.*
4 *Occultum omnino,& penè occultum quid sint.*

1 ESt nunc videre de rumore manifesto & occulto. †Et quidem rumor est particularis assertio ex incerto autore & ex sola suspicione proueniens: vt extra de eo qui cogno.consan.vxo.suæ.c.super eo. & hîc minus
2 probat quàm fama. † Nam fama est communis viciniæ proclamatio:vt suprà de fa.no.rumor verò est,cùm pauci aliquid notum publicè dicunt:vt dicitur & probatur in d.c.super eo. & de iureiur. in c. veniens. prope fin.
3 † Manifestum autem est publica seu famosa proclamatio ex certa scientia & ex certis autoribus proueniens: & potest illud manifestum probari per multos autores:non tamen per tot quòd fiat notorium:vnde dicit l. quod palam,id est manifeste testari dicitur,qui non publicum hęredem nominat:sed nominat coram testibus,qui ad solennitatem sufficiunt:vt ff.qui testa.face. posſ. l. hæredes palam.in princ.sic sumitur rei manifestum xj.quæst.iij.cap.
4 eorum qui.in fin. †Est autem omnino occultum & penè occultum.Omnino occultum est, quod nulla ratione potest probari: vt extra vt eccle.benefi. c. vt nostrum. in fi.vnde occulta soli Deo reuelantur ij.q.v.consuluisti. & tale occultum vocatur secretū:vt extra de sica.c.tua nos. in fin.ij.q.j.si peccauerit.Est tamen aliquid quandoq; occultum iudici,q debet & potest probari: vt C.de appel. l.eos.§.si quis autem.penè occultū dicitur,quod per paucos potest probari & quasi occultum: quia illud pauci sciunt:puta duo vel tres:ita tamen, quod potest probari. Nam secretū dicitur,q fit in præsentia quinq;:vt de pœn. dist.j.versi.si secreta vero non sunt &c. Gandi.

Quomodo de maleficio cognoscatur & quando crimen notorium est. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Notorium præsumptionis quotuplex sit.*
2 *Notorium præsumptionis quid sit.*
3 *Notorium iuris quid sit.*
4 *Notorium facti quid sit.*
5 *Notorium facti quibus modis possit deprehendi super quocunque crimine.*
6 *Notorium facti actu transeuntis quid sit.*
7 *Notorium facti actu interpollati quid sit.*
8 *Notorium facti actu permanentis quid sit.*
9 *Notorium iudici & alijs quid operetur.*
10 *Notorium alijs tantum quid operetur.*
11 *Notorium alijs tantum quomodo per testes ostendatur.*
12 *Notorium esse crimen quot testibus probetur.*
13 *Notorium,fama,& communis opinio quomodo inter se differant.*
14 *Fama non facit ius.*

VIdimus supra de fama & eius partibus,de præsumptionibus,& indicijs: nunc videamus quomodo de maleficijs cognoscit,& quãdo crimen est notorium. † Ad quod
2 1 sciendũ est,q aliud est notorium præsumptionis:aliud est notorium iuris:aliud est notorium facti: & hic articulus subdiuiditur:quia aliud est notorium facti actu transeuntis:aliud actu interpellati: aliud actu manentis. Item notorium facti aliud est notorium alijs tantum & non iudici:aliud est notorium iudici & non alijs: aliud est notorium iudici & alijs:de quibus per ordinem videamus:& postea subijciam quid testes probare debeãt
2 & quot testes sufficiant. † Notorium præsumptionis est,euidentia iuris vehementis præsumpta: vt est paternitas vel filiatio:vt est quando maritus & vxor vocant alium infantem in suum filium:nam tunc est præsumptio iuris,q sit filius eorũ:vt extra de proba. c.per tuas. & qui filij sint legiti.c.transmissæ.quia filius is est,quẽ nuptiæ demonstrant:vt ff.de in ius vocã.l.quia semper. & ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.l.filium. Itẽ consanguinitas est notoria iuris præsumptione,vel etiã præsumptiuè: vt extra de diuor.c.j.& istã probationem non exigunt:vt extra de
3 probatio.c.euidentia. †Notorium verò iuris est,id crimen de quo quis condẽnatus est vel in iure confessus: vt in prædicto.c.euidentia. ff.de statu homi.l.ingenuum.ff. de re iudi.l.& res iudicata.dũmodo in iure confessus per seueret in sua cõfessione facta sine formidine tormentorũ,aliàs autẽ non:vt ff.de quæstio.l.j.§.quæstio. Quidam autẽ dicere voluerunt, q crimen quod non probatur fore cõmissum:nunquã per confessionẽ vel per sententiã possit fieri notoriũ:vt si quis falsò cõfiteatur se crimen de quo agitur cõmisisse:vel si sit quis condẽnatus de crimine qd nunquã cõmisit:requirunt ergo dicti sapientes euidentiã facti quæ se ingerat hominibus loci vbi cõmittitur: dic tamẽ q hæc non obstat. Nã licet falsò quis confiteatur vel condẽnetur iniquè:tamẽ per illã confessionẽ vel sententiã factã id habetur notoriũ iuris,donec contrariũ ostẽdatur: vt C.de confes.l.j.& extra eo.tit.c. fi. etiam sententiæ statur,donec eius iniquitas detegatur:vt extra de re iudi.c.j. & C.de appel.l.hi qui ad ciuilia.cũ simi.& extra de renũ. c.in præsentia.Et ita tale crimen habetur notorium iuris, non dico facti:& cõtra ipsum probatur cõtrarium,si in dubium reuocetur:& quis appellans auditur:vt extra de appel.c.romana.§.si autẽ.lib.vj.do.verò Mar.dixit,q notorium iuris etiã erat illud crimẽ quod per testes erat proba
4 tum:ita q ex eo possit condẽnatio sequi: vt C.de proba.l. vlti.& C.de re iud. l.gesta. †Notoriũ verò facti habetur,id crimen in quo fama suũ præbet adminiculũ: & ita protestat ipsa euidẽtia rei, q se præbet & exhibet cõspectui omnium hominũ vel maioris partis alicuius loci: vt nulla possit tergiuersatione celari:vt extra de coha. cle.& mu.c.tua.& c.nostra.& c.fi.& de hoc ponitur exẽplum.j. eo.tit.§.notoriũ facti actu manẽtis &c. vel dic etiã q notorium facti est,quod cõmissum vel factum nõ dubitatur à populo vel à maiori parte populi:vt dicit d. Vber.de bobio.vt ecce accusatur Titius,q iacet cũ Berta vxore Seij, quã ipse tenet palã in domo mensa & lecto: & palã cum ea vtitur & conuersatur:vt j.§.notorium facti.vnde dixit do.Vber.quod si quis aliquẽ in platea corã hominibus interfecit,q illud crimẽ non erit notoriũ:dicẽs q potest esse quod hoc crimẽ non cõstat iudici:quia accusatus corã eo inficiatur,& sic fit res dubia:vt C.qui.ad liber.procla.non
5 licet.l.j. †Tamen dic, q notoriũ facti super quocunq; crimine potest colligi & deprehẽdi tribus modis. Primo modo ex multitudine gentiũ præsentiũ : tot enim debent esse præsentes:quot eorum præsentia crimẽ faciat esse notorium? Nam paucorũ præsentia,puta duorũ vel triũ vel quinq;,crimẽ nõ facit esse notoriũ:vt ff.ti.proxi.§.penè occultũ.licet duo probent esse notorium:vt j.dicetur.Super hoc

hoc articulo dixerunt quidam quòd requiritur notitia totius vicinię,& quod omnes crimen fore cõmissum proclament:vt ij.q.j.scelus. Alij dixerunt sufficere notitiam maioris partis viciniæ:vt extra de pur.cano.c.cõstitutus. Alij dixerunt vt do. Io. sufficere præsentiam x. hominũ: nam x.homines faciũt collegiũ:vt ff.de verb.sig. l.Nera. quod nihil est dicere:quia eadem ratione sufficerent tres: vt extra de elec.c.nosti.Tu verò dicas,q arbitrio iudi. cõmittitur:quot homines faciant notoriũ : cũ hoc non sit in iure expressum.arg.ff.de iur.delib.l.j.ff.de verb.obli.l.cõtinuus.& extra de offi.deleg.c.de causis. Itẽ notoriũ facti deprehenditur secũdo loco ex qualitate loci, vbi crimen fit cõmissum.vt puta,quia in loco publico.Nã si in occulto nõ fieret notoriũ seu publicũ:vt in sti.de iniur. §.atrox. & ff.de pœ.l.aut facta. Tertio deprehenditur notoriũ facti ex temporis qualitate: vt puta si crimẽ fuerit de die cõmissum:quia si fuerit cõmissum de nocte, nõ possunt homines ita bene videre,vbi lumẽ non est:vt extra de offic.
6 deleg.c.consuluit.& ff. de pœ.l.aut facta.§.tẽpus. †Notoriũ facti actu transeuntis dicitur quod semel ita notoriũ factũ fuit,q nulla potuit tergiuersatione celari: quod tamen factũ ex quo ita semel publicè actũ fuit, reiteratione non habuit:& hoc modo dicitur esse notoriũ Christum passum fuisse in Cruce.in q.iiij.notandum. sed hoc
7 verum est,si ijdem homines viuerẽt:aliàs autẽ nõ est notoriũ,sed est fama de facto præterito. †Notoriũ verò facti actu interpollat dicitur,quod sic fit publicè, vt tergiuersatione celari non potest quod quidem sepius iteratur,non tamen continuè:quale est crimen vsurarij, quod non continuè,sed sępius iteratur,& quale est crimen, qd in loco publico & in die sub multorũ præsentia cõmittitur:vt extra de vsu.c.cùm tu manifestus. & vt exprædentibus patet. †Notorium verò facti actu permanen
8 tis est crimen,q habet continuationem facti,sicut cũ aliquis manifestè in carcere detinetur , vel si quis tenet publicè concubinã in domo,mensa,& lecto.de quo notorio
9 habemus extra de appel.c.dilectus filius. † In qualibet autẽ specie notorij puto secundùm veriorẽ opin.aliter distinguendũ.Nam quædã sunt notoria iudici & alijs:quædam verò alijs tantũ & non iudici.in ijs quæ sunt notoria iudici & alijs: vt quia facta sunt præsente iudice & tot alijs,qui sufficiant ad notoriũ facti : in hoc enim casu iudex nõ recusatur:vt extra de appel.c.proposuit.nec requiritur accusator vel denunciator:nec datur libellus:nec lis cõtest.nec iuratur de calumnia vel de veritate dicẽda:nec requiruntur testes vel aliqua probatio : imo tunc ordinẽ iudiciorum nõ seruare est secundũ ordinẽ iuris procedere citabitur criminosus ad sententiam audiendã:vt præfatis c.tua nos.& c.vestra.& extra de consang. & affi. c. quod verò.& extra de purga. cano. c.cùm dilectus. nec in hoc
10 casu à sententia lata poterit appellari:vt extra de appel.c. peruenit.& c.consuluit.& c. cùm speciali. † Si verò sit notorium alijs tantũ & non iudici.tũc officiales seu denũcians auditur sine inscriptione:vt C.de accu.l.ea quidẽ.& in hoc notorio requiritur probatio, quod sit factũ in loco publico de die & tot præsentibus qui faciant crimen esse notoriũ:vt extra de vsu.c.bonæ.§.licèt autẽ.iudex tamen super hoc notorio potest duplici via procedere : scilicet per inquisitionẽ ex officio suo vt inquirat an dictum crimen sit notorium,vel etiã potest procedere alio hoc crimen denũciante & causam prosequẽte & probare volente hoc crimen fore notoriũ, & quocunq; modo procedat nõ est ordo iudiciarius obseruãdus, nec libellus dandus, nec litis cõtestatio facienda:reus verò potest interrogari an crimen cõmiserit:& si negauerit, possunt testes recipi sine alia lit.conte.& iurare de calũ.seu de veritate:quia in talibus iuris ordinẽ non seruare est eius ordinẽ peruerte-
11 re:vt suprà. †Testes verò qui super hoc notorio inducuntur,duo debẽt (secundùm quosdam) probare vt eorũ dictũ valeat,scilicet quod viderunt crimẽ, de quo testificatur cõmitti de die & in loco pub. & quod tot homines erant præsentes,qui videre similiter potuerunt,q crimen notoriũ factũ fuit:aliter enim non probarent crimen esse notoriũ:nec ob eorũ testium dicta reus esset damnandus. quia si nõ probaretur,vel nõ constaret crimen esse notorium:per consequẽs sequẽs lit. nõ contest. & iuris ordine nõ seruato testificati forent:quod fieri nõ debuit:vt extra vt lit.non cõtest.per totũ.& C.de sen.& interlo.om.iudi. l.prolatã.& quia cõtra nõ cõuictũ & nõ cõfessum processum est:vt ij.q.j.nosin quẽq;.& c.Deus omnipotens. Alij verò dicũt sufficere , si testes probarent alterũ de duobus, scilicet vel crimẽ fore notoriũ,vel se vidisse illud cõmitti. vtrãq; tamẽ opinio potest saluari.prout no.d.Gul.durantis in Spec.sui operis dicens , primã opinionẽ posse locũ habere,quãdo iudex probationibus notorijs procedit ad petitionẽ alicuius:secundã verò quãdo iudex ex suo officio procedit,querẽdo an crimẽ sit notoriũ : tunc enim lit. nõ cõtest.possunt recipi testes. de qua etiã materia not.s.
12 quomodo de malefi.cogno.per inquisi. †Ad probandũ autem q crimen sit notoriũ,sufficiunt duo vel tres testes: vt ff.qui satisf.cog.l.si verò.§.qui pro rei. & extra de elect. c.bonæ.quo crimine probato quod sit notoriũ,& pronũciato procedere potest iudex de ceterò sine solẽnitate iuris:tanquã super notorio crimine.& hoc verũ est, nisi fuerit appellatũ:quia à pronunciatione illa facta super notorio bene potest appellari.extra de appel.romana.§.si autẽ.
13 † In fi.autẽ huius tituli videndũ est,quæ sit differentia inter notoriũ & cõmunem opi.& famã. Nam communis opi.est tantũ de præteritis : notoriũ vero de præsentibus vel proximè præteritis,quod potest facilè probari per testes de visu.Sed cõmunis opi.nõ potest probari per testes de visu.Itẽ differt cõmunis opi.à fama.quia cõmunis opi. facit ius:vt C.de testa.l.j.ff.de offic.præto. l.Barbarius.& C.de sen.& interlo.om.iudi.l.si arbitris. & C.de muni.l.fi quis.& ff.de suppel.leg.l.ipsi.§.fi.& ff.de acquir.hære. l.si
14 quis.§.plane. †Sed fama non facit ius : statur tamen ei donec contrariũ probetur secundùm opi.d. Mar.de fano.

Itẽ hîc cõmunis opi.probat,& pro veritate accipitur: scilicet proborũ & bonorum:vt C.de epis.audien.auth.si præses.sed cõmu.opi.vilissimorũ nõ probat: vt d.l.Barbarius.de quibus etiam dic vt not.s.quod sit fama ad fi. vbi dixi,q æstimatio cõmunis opi.& publica fama in effectu sunt idem. Item q statur probationi de publica fama donec contrarium ostendatur:vt etiam not.s.qui ad probationem famæ possunt de iure admitti. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶Notorium. Adde vt per Spec.& Io. And.in titu,de noto.crimi,Alex.consi.cxvij.iiij.lib.do.Cardi.cõsil. cxl.Abb.consi.xliiij.latè per do.præceptorẽ meum do.Hiero.torquatũ eius singulari consilio edito in fauorem Florentinorũ : cum excõmunicati fuerunt ex eo,q suspendi fecerant vnũ archiepiscopum.vide etiam Franc,Aret.consi.clxv. qui in eodem facto consuluit.Ber.

De citationibus faciendis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Citari quemadmodum debeat inculpatus de crimine.*
2 *Citatio an semper debeat fieri ex parte iudicis.*
3 *Ambasiata nunquid possit nuncio per iudicem committi die feriata.*
4 *Citatio ad domum rei uel accusati nunquid sufficiat.*
5 *Citatio ubi fieri debeat,si reus tempore commissi delicti habitabat Paduæ: ex quando agitur Paduæ de crimine habitat Bononiæ.*
6 *Citatio facta Bononiæ per iudicem Paduæ quomodo ualebit retento themate præced.uersi.*
7 *Banniti,exules,seu expulsi de terris suis,an possint ibi conueniri pro delictis ante bannum,aut expulsionem ibi commissis?*
8 *Citatio ubi fiet homicidio cõmisso regij per Parmensem, qui postea Parmam adijt iudice regij uolente hunc Parmensem citare.*
9 *Citatus retento themate superiori:si dicat non audere ire regium propter timorem potentiæ inimicorum suorum,quid faciet iudex?*
10 *Citato aliquo ut personaliter accasione alicuius maleficij compareat, si sit in casu in quo potest per procuratorem comparere:an mittendo procuratorem excusabitur?*
11 *Nuncio referente se aliquem de mandato iudicis citasse,an ei credatur?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

OVia quocunq; modo de maleficijs cognoscatur, debet reus citari. videamus de citationibus faciendis, scilicet quomodo fiant, & quo loco, & de eorum obseruatione. † Et quidem inculpatus de crimine debet citari [a] sicut fiunt citationes in causis ciuilibus: videlicet tribus edictis, vel vno pro omnibus [b]: vt ff. de iudi. l. ad peremptorium. cum l. seq. & C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. & l. tres. & in auth. qui semel. & ff. de re iudic. l. contumacia. q autem citationes ita fiant in causis criminalibus sicut fiunt in ciuilibus. dicunt iura. ff. de pœn. l. absentem. & de pub. iudi. l. in accusatore. & C. qui accus. non pos. l. qui crimen. † Et not. q citatio debet semper fieri ex parte iudicis. Nam not. q nullus debet vel potest detineri, vel est citandus, vel exhibendus, nisi ille quē iudex præcipit. C. de custo. & exhi. re. l. nullus. & l. neminē. & C. qui accus. non pos. l. qui crimen. hoc tamen q dictū est, q nullus potest detineri & exhiberi coram iudice: nisi præcepto iudicis: fallit in casibus in quibus sine licentia iudicis potest detineri & exhiberi coram iudice: vt in falso monetario: vt C. de fal. mo. l. vna. in desertore militiæ. publico latrone, raptore virginis; vt C. quando lic. se sine iudi. vindi. l. j. & ij. C. de rap. vir. l. vna. & C. de epis. & cler. l. raptores. & forte idem in fure: vt ff. de furt. l. interdum. §. qui furem. & ff. ad leg. Aquil. l. itaq. & ff. ad leg. Corn. de sic. l. furem. Id forte in debitore meo ex causa maleficij fugiente q possum eum capere & ducere coram [c] iudice vinctum: licet non possim eum occidere: vt ff. de his quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. si debitorem. † Sed quæro nunquid ambasiata possit nuncio committi per iudicem in die feriata [d]? videtur q sic [d]: quia officium iudicis latissimū est: vt ff. de iurisd. om. iud. l. j. & facit valere q aliās non valeret: vt ff. quod cum fa. tut. l. j. §. autem. Item quia refert qualiter & à quo denuncietur. ff. de pet. hære. l. item. §. à quo. & ff. de hære. insti. l. mulier. Item sufficit qualitercunq; innotescat: vt ff. de admi. tuto. l. pater. §. ij. Sol. dic secundū do. Guido de suza. q talis impositio facta vel ambasiata non valet: vt C. de fer. l. dies festos. Itē quia talis impositio dicitur sententia: vt C. de epi. & cle. l. cū cler. & ideo ille q nō fuerit citatus, impune iudicio nō parebit.

† Sed nūquid sufficit si citatio facta fuerit ad domum [e] rei vel accusati? videtur q sic: vt ff. de dam. infec. l. dies. §. prætor. & ff. de excu. tuto. l. scire. & ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. ij. in fi. & C. de anna. excep. l. vt perfectius. & pro & contra est. ar. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. j. §. itē. nam cū talis citatio ad domum facta sufficiat in ciuilibus: ergo sufficit in criminalibus: cū ita quis citetur in vno sicut citatur in alio: vt ṡ. dictum est. Sed ego nō puto sufficere q fiat citatio ad domum rei vel delati: imo dico qd illa citatio debet fieri vbi est ipse reus, sicut vt ipse sciat se citari: nisi per eum fieret quominus ipse possit inueniri & citari tanta inquam forte præcluſa: vt ff. quod vi aut clā. l. vim facit. & ff. de euict. l. si dictum. & ideo non sine causa statuitur, q ille licet citetur, nihilominus mittat iudex literas ad magistratū: vbi degit ipse reus: vt per eum possit innotescere illi qui requirendus [f] est: q ipse est de tali maleficio accusatus, & ad hoc vt scit q eius bona sunt an notata: & quod missio facta est in bonis annotatis: vt ff. de requi. reis. l. j. & ex hoc duo notabilia colliguntur: vnū q omnis magistratus alteri magistratui tenetur obedire in his quæ pertinent ad suū officium. aliud q citatio mittitur alicui: vt alius citetur: de consuetudine autē generali & etiam per iura præalleg. sufficit si citatio facta fuerit ad domum delati. † Sed pone q tempore maleficij cōmissi habebat domicilium Paduæ postea domiciliū transtulit Boñ. nunc verò de crimine agitur Paduæ vbi fuit commissum: quæritur vbi debeat fieri ipsa citatio Paduæ an Boñ. Respon. Paduæ si placet iudici: quia est in eius electione: vt C. de epis. & cler. l. cum cler. & ff. de eo quod cer. loco. l. non vbiq. in princ. nam inspicitur conditio persone quæ erat tempore commissi maleficij: vt ff. de verb. oblig. l. si filius. & ff. de iurisd. om. iud. l. cùm quædā puella vel dicamus & melius q ipse debet citari Boñ. vbi nunc habitat: vt C. vbi de crimi. agi opor. & C. vbi in rem act. l. ij. & ff. de bon. auth. iud. pos. l. cùm vnus. C. eod. titu. auth. ei qui iurat. ij. respon. Nam Boñ. potius transtulisse domicilium videtur: vt ff. ad munic. l. nō vtiq. & l. nihil. † Sed quomodo tenet hæc citatio quando iudex Padua. mādat Boñ. fieri: cùm fiat extra territorium suum: vt ff. de iurisd. om. iudi. l. vlti. & ff. de bo. auth. iud. pos. l. cum vnus. §. pe. respon. bene valet & tenet ipsa citatio & viribus nititur: ex eo quia iudex Padua. in loco vbi ipse habet iurisdict. interloquitur de citatione facienda imponendo nuncio ambasiatam qui vadat Boñ. & citet illum reum seu delatum argu. ad hoc ff. de re iudi. l. ad inopiam. §. j. vnde non inspicitur q citatio sortiatur effectum extra territorium iudicis: & hæc ita sentit do. Guido de suza. die tamen q tutior [g] via est, q Padua. iudex mittat suas literas iudici Boñ. & illum citet. argu. d. l. cùm vnus. §. pe. † Sed ego quæro an illi qui sunt exules seu banniti [h] seu expulsi de terris suis possint ibi conueniri pro maleficijs ante bannū vel expulsionem ibi cōmissis? respon. si comparemus eos relegatis planum est quod sic possunt: vt ff. de mi. l. Papi. & ff. ad muni. l. eum. §. fina. Solu. dic q si bona taliū sunt confiscata: & ipsi sunt condemnati ob tale crimen propter quod amiserunt ciuitatē & bona, non debent vel possunt conueniri in dicta eorum terra, vnde sunt expulsi vel condemnati: Nam taliter condemnatos æquiparamus deportatis: vt ff. de bo. dam. l. j. & ff. de capi. di. l. pertinet. in prin. & l. tutelas. & l. si libertatem. §. fi. & C. de fideiuss. l. j. & C. ad legem Iuliā. de vi pub. l. tutores. Si verò retinent bona omnia vel partem bonorū & ciuitatem: tunc possunt in eis locis conueniri. dictis. ll. pap. exuli. & l. tut. & C. de fide. l. j. ad hanc di. præstat arg. ff. si quis caus. l. sed & si. §. rei capitalis. & C. qui satis. cogan. l. si decesserit. in fin. & facit glo. Acc. posita insti. quib. mod. ius pat. po. sol. §. relegati. in glo. illam differentiam &c. Gui. † Sed pone q quidam Parmensis commisit homicidium Regij: quo facto rediit Parmam. iudex Regius vult facere citari hunc Parmensem. quæro vbi habeat fieri ipsa citatio: vtrū Parmæ, an Regij, vel in quo istorum locorum conuenietur & punietur iste delinquens? videtur quod Parmæ cùm habeat ibi forum: vt C. vbi de crimi. agi opor. l. j. Item quia actor sequitur forum rei: vt C. de iurisd. om. iud. l. iuris ordinem. & in l. in criminali. Item ne iste auocetur à suis negotijs: vt ff. quemadmo. test. aper. l. si quis ex signatoribus. & de test. l. iij. §. fin. Item alia ratione, quia non est Regij vexandus pro maleficio quod non constat ibi commissum. Econtra videtur q Regium debeat remitti puniendus: vt in auth. vt omnes obed. iudi. §. ij. & vt nulli iudi. regij: vt C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. & ff. de offi. præsi. l. iij. Item ſerui ibi defendendi sunt, vbi arguuntur deliquisse: vt ff. de accu. l. si cui. §. fin. & de noxa. l. iij. Sol. dic faciendam esse citationem Parmæ: vt ṡ. dixi in §. sed pone q Titius. & q de maleficio est cognoscendum Regij. & q Regium est facienda transmissio [i]: vt ṡ. dictum est in illo. §. fin. sed de consuetudine non fiunt hodie tales transmissiones: nisi quādocunq; propter enormitates criminum: & maximè quando persona est pauper & vilis conditionis Gui. † Sed quid si Parmensis dicat q non audeat ire Regium timore potentiæ suorum inimicorum. Nunquid in hoc casu cogetur ire Regium, & defendere? si ita sit verum illo periculo non obstante respon. non cogetur. argu. ff. si quis cau. l. ij. & ff. de excu. tuto. l. sed & milites. §. si ignominia. & ff. ad Treb. l. de etate. Quid ergo fiet dic, q potestas Regius præstabit sibi securitatem, vel designabit sibi certum locum in sua iurisdict. in quo tutè se possit defendere: alioquin Regium venire non cogetur: vt ff. de custo. & exhi. reo. l. j. & l. ij. & l. diuus. † Sed pone, iudex fecit aliquem citari vt personaliter debeat coram eo comparere occasione alicuius maleficij. quæro nunquid sit excusatus, si mittat procuratorem in calibus in quibus potest ipse per procurat. respond

respondere? respon. si iudex causam non expressit vel expressit & iniustam: sufficit si mittatur procurator: vt ff. de leg. j. l. filiusfa. §. diuo. & de leg. ij. l. pater. §. iustus. Si autē expressit iustam causam, debet venire & personaliter cōparere: quia præceptum habens iustam causam, seruandum [k] est: vt præallegata. l. & facit etiam. ff. de adopt. l. si arrogator. §. j. & ff. de dona. l. si patronus. Sed patronus quod † nuncius retulit se aliquem citasse mandato & licentia iudicis, quæritur nunquid sit credendum [l]? videtur q sic: quia in iudicijs omnia præsumuntur solenniter acta: vt ff. de verbo. oblig. l. sciendum. & instit. de fi. §. fina. & de insti. §. item si scriptum. C. de contrahen. & commit. stipu. l. j. Item quia nuncius bene iurauit se legaliter facere & exercere officium suum, vnde non est verisimile quòd ipse sit immemor salutis eternæ: vt C. ad leg. Iul. repe. l. vlti. Nam animæ hominum cæteris rebus præferendæ sunt C. de sacr. sanc. eccle. l. scimus. & facit extra de præscrip. c. ad audientiam. Econtra videtur quod non credatur: quia vox vnius vox nullius: vt C. de test. l. iuretur. & ij. q. iij. c. j. extra de test. c. licet. & ff. de quæstio. l. maritus. Item soli arbitro non creditur: vt C. de arbit. l. ne in arbitris. §. si autem. nec soli tabulario: vt in authē. de hære. & fal. §. vbi non absunt. nec executor negotiorum potest esse testis: vt ff. de testi. l. fi. Item soli officiali nō creditur: vt C. de accu. l. singuli. & de custo. reo. l. j. Solu. dicit do. Guli. & alij sapientes nuncio fore credendum super citatione per eum facta: & talem citationem valere per iura primo allegata. & facit. C. de exhi. reis. l. fi. & per literam illam ad referendum &c. vt ff. de offic. præfe. vrb. l. j. §. qui eo. & ff. de reb. eo. l. magis puto. §. ne tamen. & C. de exact. trib. l. apparitores. Super eo verò quòd dicat & referat se illam citationem fecisse præcepto & mandato iudicis: non credo quòd in hoc credatur vel stetur relationi ipsius nuncij: quia eius officium est solum super citando: & in hoc est iuramentū suum: vnde in eo quod nō iurauit non ostenditur officium suum, nec creditur ei: veruntamen licet ei nuncio de citatione sit credendum: vt suprà dictum est: poterit tamen citatus probare contrariū secundum formam traditam à lege: vt C. de contrahen. & committen. stipu. l. optimam. Gandinus.

ADNOTATIO. a ¶Citari. Adde Spec. in titu. de inquisi. §. quando. & Ioan. de Ana. consi. l. Ber.

b ¶Omnibus. Adde, quòd tamen si statutum diceret, quòd deberēt fieri tres citationes quòd non, sufficeret vna pro omnibus: vt voluit Alex. consi. cxxxvij. iij. lib. Ber.

c ¶Coram iudice. Adde, an etiam iudici debeat consignari res quæ aufertur fugienti: vide Alex. consi. lxiij. Ber.

d ¶Quod sic. Adde videndum Paul. de Cast. consi. xxv. & Fede. cōsilio ccxliiij. Ber.

e ¶Ad domum. Adde quando teneat citatio ad domum latè Roma. consi. cccciiij. Ber.

f ¶Requirendus. Adde Barto. in tracta. ad reprimendum in verbo, per edictum. Ber.

g ¶Tutior. Adde, an iudex loci commissi delicti possit citare extra territorium delinquentem Francis. Aret. consi. lviij. & vide Oldra. consi. lxxxviij. Ber.

h ¶Banniti. Adde Alex. consi. lxxij. ij. lib. & ibi an teneatur mittere procuratorem. Ber.

i ¶Transmissio. Adde an hodie habet locum remissio Cepol. consi. lviij. Oldra. consi. cxxiiij. vbi citandus est post delictum commissum si se absentat: vide Franc. Are. consi. cxxxv. Ber.

k ¶Seruandum est. Adde quando quis citatus personaliter non possit per procur. comparere Oldra. consi. ccxcviij. Cal. consil. v. de cita. & not. quod citatus personaliter in criminali si comparet per procura. qui fuit admissus, valet processus secundum do. de Rot. decis. clj. de procur. Ber.

l ¶Credendum. Adde Paul. de Castro, consilio cclxxv. Roma. consilio xcvij. Alex. consil. cxiij. ij. libro. Francis. Aret, consilio xxiij. Abba. consi. xliij. Bernard.

Vtrum procurator in maleficijs interueniat & quando. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Procurator an interueniat in causis criminalibus & quando.
2 Procurator an possit interuenire ad proponendum exceptiones dilatorias seu declinatorias: an in causa ubi corporalis pœna ueniret imponenda reo.
3 Procurator an possit interuenire ad impetrandum dilationem, testes producendum, & alia peragendum quæ fiunt ante sententiam: & hoc pro isto existente in carceribus inculpato de homicidio post litem contesta. & nomine rei inter reos recepto.
4 Procurator allegans causas absentiæ an teneatur satisdare.
5 Amicus an admittatur sine mandato: ad allegandas causas absentiæ amici accusati de homicidio.
6 Infirmus citatus occasione an teneatur mittere procuratorem, uel excusatorē ad allegandum causam suæ infirmitatis.
7 Processus factus contra infirmum tali modo excusatum an teneat & ualeat?
8 Citatus si non audeat ire ad iudicium propter insidias malorum hominum an teneatur mittere procuratorem?
9 Pater an possit defendere filium pro crimine capitali inculpatum & citatum?
10 Procurator in crimine publici iudicij quando possit interuenire.
11 Procurator an possit interuenire in maleficio pro quo pœna mortis imponenda alterata est in pecuniariam ex forma statuti?
12 Procurator an possit interuenire ad totam causam homicidio commisso pro quo de iure communi imponitur pœna mortis: ex statuto autem pœna mille librarum?
13 Procurator an possit interuenire quando aliquis inculpatur, & citatur in causa capitali existente statuto quòd absens possit condemnari in causa capitali ac si esset præsens?
14 Procurator in duabus supra positis quæstionibus an teneatur facere comparere personam principalem in iudicio pro ueritate dicenda si fuerit requisitus?
15 Exceptio ista, dico quòd bannitus pro maleficio ex forma statuti poterit impunè occidi: an impediat litis contestationem statute statuto quod banniti pro enormibus maleficijs impunè possint offendi?
Item stantibus prædictis an talis exceptio possit per procuratorem opponi?

REo autem non veniente neque comparente, vel etiam comparente & obediente sepissime est opus quòd procurat. intersit pro eo: ideo hic subijciamus & videamus vtrum procurat. in malefic. interueniat, & quando.

1 † Et in primis ego quæro. Ecce Titius citatus à iudice, quòd ipse compareat coram eo ad se excusandum à quodam maleficio, de quo ipse inculpatur accusatur vel inquiritur contra eum. Iste verò Titius vult constituere procuratorem qui eum defendat plenè in tota causa: quæro nunquid possit hoc facere? videtur quòd sic: vt C. de procurat. l. reos. & ff. eodem titu. l. seruum quoque.

a §. publicè vtile est. Sed contra est, quòd non [a] possit. ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. Super hac quæstione ita dicendum & notandum est, quòd in causis læsibus in

b quibus imponitur pœna vsque ad relegationem [b] & infra, potest constitui procurat. ad totam causam: quia in his potest absens damnari: vt ff. an per alleg. causa appel. vna. in alijs autem grauioribus criminibus procurat. interuenire non potest: vt ff. de pœn. l. absentem. & C. de accusat. l. absentem. & de hoc not. in dicto §. ad crimen. & est ratio quare procurat. in his casibus interuenire non possit: quia sententia quæ ferenda est, si ferretur in personam procurat. nulla esset per l. C. de sentent. & interloc. omnium iudicum. l. j. & ff. de procurat. l. licet. §. penultimo. & l. qui proprio primo respon. Nam sententia in prædictis grauioribus causis ferenda est in persona domini & non procuratoris, vt dicta l. absentem. sed in alijs criminibus leuioribus sententia potest ferri contra procurator. quia in eos pœna non imponitur

2 corporalis: vt not. in dicto §. ad crimen. † Item quæro, ponamus quòd reus quidam citatur pro crimine, pro quo corporalis pœna deberet imponi: quæritur, an ipse reus possit cōstituere procu. ad proponendū exceptiones dila

Universidad de Deusto
Biblioteca

torias seu declinatorias contra personam accusatoris: videlicet quod ipse accusator sit minor & seruus, vel infamis, vel alius talis qui nō admittatur ad accusandum: vel contra personam iudicis quod non sit suus iudex, vel aliter incompetens ad cognoscendum de malefi. vt declinet ille procura. & euitet ne ille reus citatus compareat, vel procedatur contra eum, vel aliter aggrauetur: & primo videtur quod non admittatur: vt ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. Nam declinare forum aliqua est defensio: vt C. de excep. l. fi. Item decretalis est q cum querendum est de veritate super aliquo articulo, debet principalis persona venire: ad hoc etiam est. C. de iur. calum. l. ij. & auth. principalis. ibi posita. Econtra videtur q non videatur defendere in hoc casu: sed videtur morā iudici inducere: vt ff. de neg. gest. l. liberto. §. amico. Solu. domi. Odof. dicit q procurator ad prædicta proponenda & alleganda possit interuenire: vnde dicit q procurator bene poterit allegare, q accusatus sit pupillus vel seruus, vel q ille qui citatus est, non est de foro iudi. & q maleficium non est commissum in territorio suo. & alia prædicta & similia. Nam dicit q non est allegare causam causæ, sed exceptionem proponere & allegare: vnde sicut tales exceptiones admittuntur in causa ciuili, vt C. de excep. l. præscriptionem. & C. de proba. l. excep. & sic in criminalibus est seruandum: vt ff. de adul. l. si maritus. §. præscriptiones. Nam extra territorium iudi. impunè non paretur: vt ff. de iurisd. om. iudi. & l. fi. & ff. de offi. præsi. l. vlti. & q per pro-
c curatorem [c] vel amicum possent tales exceptiones opponi: videtur dicere glo. Accur. posita. C. de requi. re. l. j. super illo versi. requirendum, nam & iudex potest de iure supplere: vt C. de ap. l. ampliorem. in fi. ver. si autem. C. vt ne. priua. l. ij. in fi. C. vt quæ desunt aduo. in rubro & nigro. Odof. † Item pone, quæro q quis in carceribus te-
3 neatur occasione homicidij q ipse dicitur commisisse lit. contest. & nomine eius inter reos accepto, vult iste cōstituere procuratorem ad dilationem impetrandam, atq testes producendos & ad reddendum suspectos, & ad certa facienda, quæ aguntur ante sententiam. quæritur nunquid ad hoc possit constitui procurator? & videtur q non: quia videtur allegare causam cause: si iste procurator inducat testes super innocentiā illius detenti. Nam cum aliquid prohibetur, & eius pars intelligitur esse prohibita: vt ff. de spon. l. omnino. & C. si man. ita fue. ali. ne prosti. l. fina.

Item quia illa verba posita in illo. §. ad crimen. ff. de publi. iud. l. pe. sicut generaliter sunt prolata, ita generaliter sunt intelligenda: vt ff. de pu. l. de pretio. & l. si ego. §. idē. & de emp. & ven. l. ex empto. §. si quis. Item quia lex dicit q accusatus de crimine capitali debet ex vinculis causam dicere: quando accusatus vult inducere testes, debet
d iudex eum facere de carceribus coram se duci: vt ff. de custo. & exhi. reo. l. ij. Econtra videtur q sic [d]: quoniam procurator potest constitui ad vnam speciem: vt ff. de procura. l. ij. Sol. do. Odof. Guil. & alij doct. dicunt q procurator ad prædicta possit constitui cum hoc concedatur in ciuilibus, nec in criminalibus videatur esse prohibitū: ergo videtur esse concessum: vt ff. de proba. l. ab ea parte. Nam illa est causa, quare procurator non constituitur ad plenam defensionem. quia sententia debet ferri cōtra procuratorem, quæ debet ferri contra dominū: q fieri non debet, vel non potest in casu præmisso: vt s. dixi: & hoc etiā sentit Accur. in glo. posita in d. §. ad crimen. Non obst. q procurator videatur allegare causam causæ. i. plenā defensionē: quia hoc nō est verū: imo allegat quoddā ministerium. Itē non obst. l. ij. C. de cust. & exhi. reo. quia illa lex dicit hoc q accusator cū custodibus debet venire corā iudice ad lit. contest. & non prohibet quominus ad
e alia possit interuenire procu. Patet ergo ex dictis, q si accusatus de crimine sit absens [e] q pro eo potest interuenire & intercedere procu. qui potest allegare causas absentiæ eius. & hoc est quod dicit lex. ff. de procu. l. seruum
4 quoq. §. publice vtile est. † Sed queritur vtrū ille, qui allegat causas absentiæ debeat prestare aliquā satisdatio-
nem? videtur q sic scilicet de representādo personā eius, pro quo allegat ipsam causam absentiæ: ne factū iudicis videatur illusoriū: vt ff. de iud. l. si prætor. & ne quid in lo. pub. fiat l. fin. Nam per talem allegationē posset cognitio iudicis impediri: & ideo maleficia remanerēt impunita, q esse nō debet: vt ff. ad le. Aqui. l. ita vulneratus. & ff. de fideiuss. l. si a reo. & ff. de solu. l. stichum aut Pamphilū. §. j. & ff. depos. l. bona fides. Sol. dic, q nullam satisdationem præstare cogatur: quia hoc nulla. l. cauetur: vt alleg. C. de caduc. toll. l. vna. & ff. de præua. l. iij. §. fi. ff. de iure fis. l. iij. in fi. Item quia nō debet quis grauari superuacua satisdatione: vt ff. de procu. l. non cogendum. in fi. & ff. vt leg. no. ca. l. hæc satisdatio. in fi. Item quia officiū istius non debet sibi esse damnosum. ff. de præto. stip. l. Paulus respō
dit. † Sed quæro, quilibet etiā non procurator admitti
f tur ad allegandum causas absentiæ: vt dicto §. public. sed pone, q amicus allegat causas absentiæ pro aliquo suo amico accusato de homicidio sine aliquo mandato, nunquid admittitur sine mandato [f] ad allegandum causas absentiæ? & videtur q nō: quia non habet mandatū ad hoc, aut aliquam accusationem. arg. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. videamus. & ff. de admi. tut. l. quoties. §. item. Sol. dicas q iste amicus admittitur etiam sine mandato. arg. d. §. public. ff. de procur. vbi dicitur, Nam & in capitalibus iudicijs defensor datur. Nam ista lex hoc sibi concedit & illud videtur sibi esse concessum sine quo, id explicari non potest: vt ff. de iurisd. om. iudic. l. ij. ff. de procur. l. ad rem. &
6 l. ad legatum. & C. de iudic. l. quoties. † Sed pone q ali
g quis infirmus citatur occasione alicuius maleficij: quæritur nunquid teneatur mittere procuratorem vel excusatorē ad allegandum causam suæ infirmitatis? videtur q non. Nam talis infirmitas tribuit sibi excusationem: vt ff. si quis cau. l. iij. §. fi. quid. & ff. de re iudic. l. quæsitum. vbi de hoc not. Sed contra videtur, vt ff. de mino. l. Papinianus. Sol. dic q in casibus in quibus procurator admittitur ad sui defensionem, q infirmus quis non tenetur mittere procuratorem: quia infirmitas tribuit sibi immunitatem & excusationē per iura primo alleg. cùm etiam si sanus esset, non teneretur venire si procu. mitteret: vt C. de procu. l. in pecuniarijs. Non obst. d. l. Papinianus. quia ibi propter suū delictum seu pœnam non poterat venire: & ideo debuit mittere procu. Pœna enim seu delictū nō tribuit immunitatē: vt ff. de interdi. & releg. l. relegatorū. ad
g fin. tamen licet non teneretur mittere procuratorem, debet mittere aliquem excusatorem qui dicat & alleget de eius
7 infirmitate & qui hoc modo eum excuset [g]: vt extra de procura. c. querela. † Sed quæro nunquid processus factus contra infirmum tali modo excusatum valeat & teneat? dic q non tenet de iure per iura prædicta: & ideo non debet reuocari quod factum est contra reū: vt ff. de re iudi. l. quod iussit. & ff. de arbi. l. qualem. §. nunc videndū.
8 † Item quid si quis propter insidias malorū hominum [h]
h non audeat citatus ad iudiciū venire: nunquid saltem tenetur mittere procuratorem? Respon. non: sicut non tenetur venire vel procuratorem mittere propter pericula im-
9 minentia: vt ff. si quis cau. l. ij. §. pe. Gui. † Item pone q filius Titij inculpatur de crimine capitali pro quo mandato iudicis est citatus: opponit se Titij pater: & vult dictū suum filium plene defendere allegando causam causæ ici licet eum non esse culpabilem: quæritur nunquid debeat audiri, si pro illo crimine pœna sanguinis imminebat? videtur q non: quia ad crimen publici iudicij &c. vt ff. de pub. iud. l. pe. §. ad crimen. Nam illa lex non distinguit, si fuerit pater vel alter: ergo nec nos distinguere debemus. ff. de pub. l. de precio. & ff. de offic. præt. l. iij. ad fi. Nam verba generaliter prolata indistincte sunt intelligenda. ff. de contrarab. bo. pos. petita. l. j. §. generaliter. ff. de alea. l. j. §. quod autem. Econtra videtur, cùm pater filium defendendo, quodammodo seipsum defendere videtur: quia eadem persona videtur patris & filij: vt C. de impu. & aliis subst. l. fi. in fi. & C. de agric. & censi. l. cū scimus. §. fina. Item quia officium patris est defendere filium: vt

ff. de iniur. l. sed si vnius. §. qui tamen. Item quia vxor patris, & filij eadem reputatur: vt in st. de inuti. stip. §. post mortē. magis enim veretur pater de filio quàm de seipso: vt ff. qd' met. cau. l. isti quidem. §. fi. Item quia patria potestas consilium capit pro liberis: vt ff. de adul. l. nec in ea. & alibi nullus est amor, qui vincat paternum: vt C. de cura. fur. l. fin. circa prin. & etiam vt sanguinis & affectionis non habeatur: vt ff. de recep. l. ij. ff. solu. matr. l. Caius. & ff. mand. l. cùm seruus ex tota. Item vidimus qd' aliàs dominus defendit plenè seruum suum per se & secundario per procuratorem in crimine capitali. ff. de public. iudic. l. seruus. & ideo multo magis pater poterit defendere suū filium. Sol. d. Guid. de Suza fecit hanc quæstionem & soluit, dicens quòd pater admittatur ad defensionem sui
i filij [i], in casu prædictæ quæstionis rationibus suprà alleg. duntamen præstet securitatem idoneam de eo suo filio præsentando in fortiam potestatis si contigerit eum succumbere in causa, & hoc ne iurisdictio dicti iudicis vel
10 potestatis illusoria videatur: vt suprà not. est. †Ex prædictis enim constabat, q ad crimen publici iudicij, frustra procurator interuenit siue ex parte accusatoris, siue ex parte rei: vt ff. de pub. iud. l. j. §. ad crimen. extrà de accu. c. veniēs. & v. q. iij. c. in criminibus. Sed hoc fallit in multis casibus. Primus est: quia procurator admittatur ad allegādas causas absentiæ: vt ff. de procu. l. seruus quoq. §. publicè. & extrà de acc. c. veniens. Secundus in accu
k satione iniuriarum si sit illustris [k] ille qui agit, vel qui conuenitur: vt C. de iniur. l. fi. Tertius est in leuibus criminibus: vt ff. de accus. l. leuia. Quartus si crimen non excedat pœnā relegationis: vt ff. an per ali. cau. l. j. Quintus in crimine suspecti tutoris: vt ff. de procur. l. non solū. §. penū. & vlti. Sextus cùm quis accusat alium de crimine ingratitudinis: vt ff. de procu. l. sed & hæ personæ. hoc verum est cùm de crimine quæritur ciuiliter: secus si criminaliter: vt in d. §. ad crimen. Septimus cùm dominus defendit sernum suum: vt ff. de accu. l. si cui. §. pe. & C. eo. tit. l. si seruus. Octauus quando pater vult defendere filium: vt suprà dictum est. Nonus casus vbicunq dicitur, quòd iudex non habuit cognitionem de illo maleficio: q dic vt no. j. eo. titu. §. vlt. circa materiam &c. Dominus autem Martinus dixit, quòd post litem contest. semper ex parte rei poterant interuenire procura. in quolibet crimine: vt v. q. iiij. c. reos. Sed dicas: quòd illud capitulum loquitur in procuratore dato ad allegandum causas absentiæ, vel aliquod ministerium, non autem ad plenam defensionem: videtur tamen qd' procurator in causa capitali non possit subuenire ad testes introducēdos, & etiā ad dicta capitula, de quibus suprà dictū est, cùm hoc priuilegium specialiter concedatur in actione iniuriarū quibusdam personis, ergo in cęteris est prohibitum: vt d. l. vl
11 ti. de iniur. nisi solum ad allegandum causas absentiæ: vt in d. §. publicè. & §. ad crimen. & l. no. † An procurator
l possit interuenire in maleficio, pro quo pœna mortis imponenda alterata [l] est in pecu. ex forma statuti &c. Sed quęro, pone quòd fideiussores non possunt exhibere reū, pro quo fideiusserunt, sed volunt eum in iudicio defende
n re plenè: & iudicium in se suscipere nunquid possunt? vi de j. in ti. quid sit agen. reo præsen. & non contu. §. fi. & vide not. de procu. pro alio interue. vol. j. in fo. cxxx. Sed
12 pone quæstionem, † quæ tota die occurrit de facto. Ecce Titius commisit homicidium seu maleficium, pro quo de iure communi est imponenda mortis pœna: vt ff. ad legē Cor. de sica. l. iij. & vt dicam j. de homi. §. item quæro. Ex forma verò statuti est imponena pœna mille librarū, modo Titius citatur pro dicto homicidio, ille Titius vult cō stituere procuratorem, qui pro eo interueniat ad totā causam. quæritur nunquid possit. & primò videtur quòd sic, nam per statutum nō imponitur pœna sanguinis, sed pecuniaria: vnde potius debemus inspicere pœnæ impositionem quàm materiā & originem criminis: vt ff. de pœnis. l. quam ad statum. ibi, potius finē quàm genus & naturam criminis spectamus. Item vbi imponitur pœna relegationis vel minor, potest interuenire procurator: vt d. Accur. not. in d. §. ad crimen. ergo multo magis vbi pœna pecuniaria est imponenda cùm quælibet pœna corporalis sit acrior qualibet pecuniaria: vt ff. de pœn. l. in seruorum in fin. Item crimen capitale consideratur ratione euentus vel finis, & non ratione originis: vt scilicet dicatur capitale, quando pœna capitalis imponitur, & sic ratione impositionis pœnæ dicitur capitale, vel non: vt ff. de pub. iud. l. ij. Item si filius patroni accusat libertū de crimine capitali, repellitur ab eius successione, scilicet si accusatio fit de eo crimine, de quo pœna capitalis est imponenda. Si tamen iudex leuiter puniuit libertum & nō capitaliter, non propterea videbitur eum accusasse de crimine capitali, & ideo non repellitur à successione, nō inspecta accusatione & criminis originis, sed impositione pœnæ: vt ff. de bon. lib. l. qui cùm maior. §. fi. cum l. seq. ita dicam hic, vt non censeatur crimen capitale, ex quo imponitur pœna pecuniaria. Item cùm pœna corporalis translata sit in pœnam pecuniariam, & cum causa cesset, quare procurator interuenire non poterat, debet etiā cessare effectus causæ: vt C. de epis. & cle. l. generaliter. & ff. de iure patr. l. adigere. §. quanq. & not. ff. de pact. l. qd' dictum. Item iura municipalia quę pro homicidio pœnā
m pecuniariam imponunt, sunt derogatoria [m] iuri ciuili: vt ff. de leg. & senatusc. l. de quibus. in fi. Econtra videtur q procurator interuenire non possit: quia ad crimen publici iuris prosequendum frustra procur. interuenit: multo minus interuenit ad defendendum: vt ff. de pub. iud. in l. pe. §. ad crimen. & quod sit, publicum crimen dicitur. ff. eo. tit. l. j. Item quia origo criminis & titu. accusationis potius debet inspici quàm causa statuti: vt C. ad Mace. l. iij. & ff. de fideiuss. l. tutor. Item hæc pœna mille librarum fungitur & succedit loco pœnæ corporalis quę imponebatur de iure ciuili, ergo debet esse eiusdem effectus & potestatis in qualibet sui parte: vt ff. si quis caut. l. si eū. §. qui iniuriarum. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. si donare. §. sponsus. Nam istud delictum ob istud statutum nō desinit esse capitale seu publicum. Sol. d. Guil. de Suza. dicit, q ipsæ vidit sæpius pronunciari pro & contra, tamen decidendo indubitanter dicit procurator interuenire nō posse per iura proxi. alleg. d. autem Iac. de Lar. Lamber. Ramp. & d. Dy. de Musel. dicunt referre qualiter iaceant verba statuti. Nam si statutum simpliciter dicat, quòd qui homicidium fecerit, soluat pro pœna mille libras: tūc dicunt procura. posse interuenire ad totam causam per iura primò allega. Si autem statutum dicat, quòd quicunq homicidium fecerit, debeat decapitari, nisi intra certū terminum soluat lib. mille: vt est Florentiæ: tunc dicunt, qd' non possit interuenire procu. quia pœna corporalis est in obligatione, sed in solutione est pœna pecuniaria. Sed
13 † pone q statutum sit in ciuitate, q absens in causa capitali possit condemnari, ac si præsens foret: sicut vidi in multis ciuitatibus obseruari. Modo aliquis inculpatus de crimine capitali, & citatus vult constituere procuratorē ad totam causam, qui eū defendat. quæritur an possit? d. Dy.
n de Musel. dicit quòd sic [n] potest. & ita dicit consuluisse in quadam quæstione, quæ commissa sibi fuit Bononiæ per potestatem Regij: per l. ff. de procu. l. seruum quoq. §. publicè. vtile est. vbi dicitur, q vbicunq quis absens dānari potest: ibi & procura. interuenire potest: vnde vt ipse ad hoc vt procurator non possit interuenire duo sunt necessaria, scilicet q pœna sit supra relegationem, vel q corporalis, & q absens damnari non possit diffinitiuè, aliàs si alterum istorum duorum deficiat: poterit procurator interuenire secundùm ipsum d. Dy. Sed alij plures doct. & sapientes dicunt contra, per iura suprà alleg. in prox. q. pro
14 parte ista. † Sed in vtraq ex prædictis proximis quæstionibus videtur dicendū & bene, q si petatur ab illo procuratore admisso ad defendendum q personam de maleficio inculpatam facit coram iudice causę personaliter cōparere pro veritate dicēda de maleficio illo, qd' ad hoc teneat [o] procurator & ipsa principalis persona: vt C. de pro-
o

Universidad de Deusto
Biblioteca

cu.l.vlt.& ff.de procu.l.si actor.puto etiam fore locum,q ipse subijciatur quæstionibus propter indicia quæ præcedant. Vel qd veniat ad respondendum positionibus vel interrogationibus iudicis:cùm melius noscat veritatem, quã ipse procurator,& hoc illa ratione: quia dum de rei veritate quæritur,debet principalis persona venire.c.imperatores.extrà de iur.calũ. Item si principalis persona melius sciret veritatem, vel sit persona honestior, debet venire respõsurus obiectis: vt C.de procu.l.vlti.& ff.de procura.l.si actor.Et si non venerit personaliter ipse reus credo eum fore contumacem, & tanq̃ contra contumacem posse procedi contra eum ad qd est.C.de iur.cal.l.ij. & aut.principalis.Nam ipse reus tali modo debet defendi,ne propter talem defensionem ius actoris vel commu nis efficiatur deterius:vt ff.quib.ex cau.in poss.ea.l.ij. in fi. Vltimò circa materiam istam intendo quæstionẽ formare, quæ omnibus assessoribus multoties in maleficijs
s occurrit de facto.†Statutum est quasi in qualibet ciuitate q banniti pro enormibus maleficijs impunè possunt offendi.accidit qd quidam occidit talem, & talem sic bannitum,citatur iste occasione illius homicidij: vt se veniat excusare, ille mittit coram iudice procuratorem suũ qui fidem iudici faciat de illo crimine, & petit super illo ma-
p leficio vlterius non procedi:quæritur si ad hanc exceptionem opponendam possit intercedere procurator & ex hac quęstione alia oritur dubitatio,an talis exceptio obiectio obiecta per ipsum procuratorẽ, vel etiã per ipsum principalem reum lit.cõtest.impediat: de quibus duabus quæstionibus videamus ad plenum.Et primò videamus an exceptio ista,dico q bannitus pro maleficio ex forma statuti impunè potuit occidi lit.contest.impediat. & primò videtur qd non,iuxta allegationes do.Iac.de Lar.cũ hæc exceptio sit perẽptoria:q patet,quia ea probata causa perimitur ex parte interfecti & ex parte cõmunis,cũ li cite potuerit occidi tanq̃ hostis.ar.C.de his qui ad eccle. confu.l.si seruus.& C.de ser.fug.l.j.& ij.ff.de sica.l.iij.§.fi. & ff.de cap.dimi.l.amissione.§.j.& qd legitimè factũ est, pœnam non meretur:vt ff.de leg.j.l.quid ergo.§.si hæres seruum.& ff.de ver.obli.l.si seruus.& C.de adul.l. Gracchus.aliàs autem deciperetur illa aut.l.j.statu.qd esse nõ debet:vt C.de his qui ven.eta.impe.l.j.ergo hæc talis exceptio est peremptoria:vt inst.de excep.§.appellatur. sed exceptio peremptoria licet possit protestari ab initio, tamen non impedit lit.contest.cùm lex dicat sufficere eam ab initio protestari, & post fundatam intentionẽ actoris probari:vt C.de præscr.x.vel xx.anno.l.emptor.& C. de excep.l.si quidem.& ff.de except.l.præscriptionẽ. Si ergo sufficiat sibi eam exceptionẽ ab initio protestari, si vltra petat iste de crimine inculpatus audiendus nõ est: vt ff.ad Treb.l.ex asse.& C.de neg.gest.l.tuto.& ideo exceptio illa non impedit lit.contest. Item constat q in cau
q sis criminalibus est lit.cõtest.facienda:vt C.vt intra cer. temp.quæst.crimi.termi.l.vna.& C.de fal.l.vbi.C.de iudi.l.properandum.in prin.sed certe tres tãtum sunt exceptiones quæ impediunt lit.contest.vt excep.rei iudic.vt C.quæ sen.rescin.non poss.l.fi.& C.de postu.l.velamẽto. & excep.transact.vt C.de transact.l.causas.& l.fratris.& ff.de condi.inde.l.eleganter.§.si quis. Item excep.præscrip.vt C.de præsc.xxx.ann.l.sicut,de quibus excep.no. in d.§.si quis.& extrà de lit.cõtest.c.exce.li,vj.inter quasi hæc excep.non connumeratur,ergo hęc exceptio remanet sub regula,quæ per excep.firmatur:vt ar.in aut.de nõ alie,aut permu.reb.eccl.§.vt autem lex.& ar.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.patre furioso. Item si dicat quis, quomodo arguis de ciuilibus quæstionibus ad crimina-
r les:Resp.legis aut.ff.de pœn.l.absentem.j.respõ.& ff.de cust.reo.l.ij.§.vlt,& d.Azo in summa,C.de acc.consentit posse fieri;vt in authẽ.§.oblato.& ff.de adult.l.maritus.§. præseri. Item in criminalibus diligentissimè causa examinanda est: vt C.de fal.l.vbi.& C.de probat.l.vlti.& ff. de app.l.addictos. Nam iudiciarius ordo ideo nosciꝰ instítutus,ne innocẽtia aduersantium pateret insidijs,& ne culpa delinquentis sententiã effugeret iusti examinis: vt ij.q.j.c.de manif.& C.de accu.l.fi. ergo nihil de or.iu.est omittendũ:ne aliàs lata sententia cõtra solitũ ori.iur. nullius foret momenti:vt C.de sen.& interlo.omn.iud.l.prolatam.do.etiam Lamber.de Rãp.allegando dixit, excep. prædictam lit.contest.non impedire per iura superius allega. Econtra videtur,q dicta exceptio lit.contest.impediat.Et pro hac parte subijcio allegationes dicti d. Lãber.Nam dicit q excep.rei iudi.iureiu.& transact.lit. cõtest.impediunt:vt ff.de transact.l.elegãter.§.si quis post. & C.de transact.l.fratris.ff.de iureiur.l.j.& hæ exceptiones si opponantur ante lit.contest.sapiunt naturam dilatoriarum exceptionum:si verò opponantur post lit. contest.sapiunt naturã peremptoriarum.Quędam enim sunt aliæ exceptiones perpetuæ, vt pacti de non petẽdo & solutionis,& istæ tales quæ sunt materiæ peremptoriæ lit. contest.non impediunt nec processum. Est & aliud genus exceptionis,vt cùm dicitur & excipitur tua accu.nõ est recipiẽda:vt quia lex per iniuriam tibi illata denegat actionem,& actu possit instituí,& hęc similiter exceptio si opponatur ante lit.contest. sapit naturam declinatoriæ exceptionis, & declinat iudicium & impedit processum iudicis & cognitionẽ iudicij principalis. Et de hoc subijciebat d.Odoff.duo exempla per quæ soluebat præsentẽ quæstionem.Primum est exemplũ tale.Pro seruo occiso agitur.l.Cor.de sicar.criminaliter,sicut agitur pro libero homine occiso: vt ff.de acc.l.hos accusare.§.omnibus.at si seruus intret armatus in ecclesia,& armis resistat domino suo,potest impunè occidi,adeo q accusatio de morte ipsius non est admittenda:vt C.de his qui ad ecc.confu.l. si seruus.vnde hęc exceptio in initio posita sapit naturam declinatoriæ exceptionis, & impedit totum processum: & potest per procuratorẽ opponi.Secundũ est exemplũ: Ecce ego possum deponere & rescindere velum regium id est aquilam,si prædio meo fuerit appositum ab aliquo priuato,& si accusatio de me fiat,nõ est recipiẽda:vt quia licuit mihi hoc facere:vt C.vt nemo pri.&c.l.fi.vnde dicebat d.Odoff.Sume ex his duabus legibus arg.imo decisio cuiusdam quæstionis quæ Bonoñ.frequentatur.Dicit statutum,q bannitus pro graui maleficio possit impunè occidi,si bannitus occidatur & excipiatur de bãno, q illa talis exceptio lit.contesta.impediat,& ideo possit per procuratorem opponi,& q talis accusatio non sit recipiẽda:vnde potest dici q exceptio rei iudi.transac.& iurisiu. & excep.quę continent accusationem de iure nõ esse recipiendam vel admittendam:vt est in casu nostro & simi. etiam dictis duabus legibus,sed sui natura possit dici qd sint peremptoriæ,tamen in initio oppositæ sapiunt naturam declinatoriarũ,& impediunt processum.Meritò igit dici potest,q istæ exceptiones sunt anomalæ.Simile videmus in excep.non numeratæ dotis & nõ numeratę pecunię:vt C.de non nu.pec.l.fi.Simile est in bonorum excussione,quæ nõ dicitur esse facta,& qd principalis persona non est primo loco conuenta:sicut consueuit notari per d.Odoff.de his in corpore aut.de fid.instr.§.sed neq̃.

Nõ obst.q dictum est suprà, q exceptio peremptoria opponatur ante lit.contest.& probetur post lit. contesta. quandocunq̃ ante sententiam: quia hoc recipit instantiã in tribus casibus prædictis,& in alio casu & casibus.quibus cauetur accusationem non esse recipiendã:quia tunc exceptio opposita impedit lit.contest.& totũ processum, vt dictum est;cùm ergo videat iudex actori non competere ius accusandi,quia ius agendi ex persona actoris metimur:vt ff.si pars hær.peta.l.j.debet iudex talem accusationem dilaniare:cùm in hoc consistat eius officium:vt ff. de assess.l.j.d.etiam Iac.de Aret.allegando pro hac parte dicit,non obstat qd dictũ est suprà,q peremptoriã exceptionem in iudicio sufficit proponere, & post litem contesta.probare:quia debet intelligi, vt nõ sit necessarium, q ante lit.contest.probetur,sed si ante lit.contest.vult eã proponere & probare, non reperitur prohibitum:& hoc innuitur.ff.sen.resc.non poss.l.peremptorijs,& de excep.

l.præsen

l.præscri.& hoc videt dicere l.ff.de interro.act.l.si filius. §.j.& C.de excep.l.si quidem.sed hęc allegatio impugnari videtur per l.ff.ad exhid.l.iij.§.ibidem.sed id,qd ibi dicitur,habet locũ in actione,vbi sit summaria cognitio:& ideo iura rei nõ sic plenè examinantur: vt ea.l.§.sciendũ. Huic etiam intellectui obst.prædictum c.extrà de lit.contest.c.exceptio.sed potest dici q illud habet locum, vbi reus statim non potest probare suam exceptionem, aliàs autẽ constat vt hodie agatur:vt ff.in poss.leg.l.si is à quo. & ff.ad Trebel.l.ille à quo.§.j.& ff.de compen.l.fi.& d.§. ibidem. Præterea quicquid dicatur in ciuilibus & criminalibus,peremptoria exceptio impedit processum: vt arg.C.de fal.l.præses.& ff.de adult.l.si maritus.§.præscriptiones.l.vim passam.in princ.& ff.ad Turpil.l.si quis. in princ.& ff.de iniur.l.item apud.§.q deinde. Item cùm in statuto dicatur possit impunè offendi,nihil aliud est dicere,nisi vt non recipiatur querela, ergo non debet in iudicio quis duci.Nam indefensam esse rem, de qua accipere iudiciũ nullus compellitur, prætor non arbitratur: vt ff.iud.sol.l.vir bonus.vbi de hoc no.& facit ff.de iniu. l.ait prætor.§.fi.& l.nam & postea.ff.de iureiu. Sol. dicunt sapientes:vt ff.de alea.l.j.non compellatur quis iudicium suscipere.& dictus d.Dyn.& dicũt cõmuniter oẽs docto.q cùm hæc exceptio & sententia, id est ex banno descendat, q bannum ex forma statuti imponit finem homicidio suprà dicto,qd dicta exceptio lit.contest. impediat,& totum processum.Sententia nanq̃ banni talis cõ-
s ditionis fecit illum bannitum,q omnibus pœnis bannitorum subiecerit.eundem arg.ff.ad Turp.l.j.§.calũniatoribus.in fi.& arg.ff.de cap.dimi.l.amissione.§.j.& quia cõstat qd exceptio rei iud.impedit lit.contest.vt dictum est suprà, ergo & hæc exceptio, & ideo de hac exceptione prius est cognoscendum, & si vera est impedit lit.cõtest. aliàs non:vt ff.de exce.rei iudi.l.in hoc iudicio.& hęc est veritas,& ita communiter obseruatur: quãuis etiam viderim aliqualiter contrarium obseruari.Recordor etiam, q dum semel officio maleficiorũ preesse̅m in ciuitate Bonoñ.& super prædictis quibusdam occurrentibus dubitarem consului domi.Ro. de Romaneis de prædicta quæstione, tunc occurrente de facto occasione cuiusdam homicidij, q dicta exceptio de banno nõ impediret lit.contesta.cuius occasione dixit,qd quidam nobiles de Bonoñ.requisiti fuerunt personaliter: & comparuerunt responsuri cuidam accusationi:& xxxiij.diebus steterunt detenti,tandem occasione dicti banni absoluti fuerũt.& ita dixit & cõsuluit per iura primò allega. Nunc restat videre de alia quæstione,videlicet an exceptio bãni prædicti possit per procuratorem opponi, cùm lege municipali sit cautum,qd banniti pro maleficio impunè possint offendi,& q possit opponi per procuratorem:& q impediatur processus videtur per l.ff.de adult.l.denunciasse. §.sed & si per procuratorem.& ff.de man.vind.l.etiam.§. absens.& C.de ma.l.neq̃. Item quia probata tali exceptione apparet non debere ad lit.contesta.procedi: vt est probatum in superiori proxi.q.meritò per hoc probaꝰ iusta causa absentiæ.Iusta enim causa absentiæ est,quæ nõ est iniusta:vt ff.de fideic.lib.l.si cum.§.ex iusta.ibi, nõ videtur &c.& ff.de iudi.l.non videtur.& ff.de pec.l.eo tempore.& ff.iudi.sol.l.vir bonus. Istud autem constat,q ad causas absentiæ allegandas, probandas, & terminandas potest interuenire procur.vt ff.de procu.l.seruũ quoq̃.§. publicè.& l.absens reus.& ff.de pub.iud.l.accusa.& l.pe. §.j.in fi.& C.de accu.l.reos.ad hoc bene facit extrà de accu.c.veniens. Item pro hac parte est q no.Accur.C.de acc.l.ij. Econtra videtur:nam hæc exceptio non descẽdit ab aliquo accidenti in persona eius, qui accusatur; vt infirmitate vel alio simili impedimento:de quibus dicitur ff.si quis cau.l.ij.& de re iudi.l.quæsitum.& ff.de exc.tut. l.scire oportet.tunc enim obtineret de excusatione facienda per procuratorem:vt vij.q.iij.si egrotans.§.ecce.sed ex eo qd dicitur ipsum iustè & legitimè hoc facere potuisse: quia bannitus hostis & rebellis erat occisus, non allegatur causa absentiæ,sed potius allegatur meritum causę & defensio plena, & sic non debet audiri procur.vt C.de accu.l.tunc conuenit.& C.de fal.l.diffidere.& ff.de public. iud.l.pe.§.ad crimen.& ff.de adul.l.miles.§.ea quæ.& ad hoc bene facit l.C.de exh.reis.l.ij.vbi dicit,q postq̃ accusatus ad iudicium venerat, ius debet explorare quæsitũ, id est videre accusatorem & opponere exceptionẽ, & sic per se hoc facere, & non per alium. Item cùm sit citatus quòd veniat ad se excusandum: & dubium sit de hac exceptione, an competat & incertum sit: perinde debet venire,ac si certum esset eum subesse iurisdictioni citantis eum:vt ff.de iud.l.si quis ex aliena.ff.si quis in ius voca.non ier.l.ij.Nam cùm incertum est an aliquid sit,perin de habetur ac si illud non sit.arg.ff.de dolo.l.eleganter.§. non solum.& not.ff.de offi.præsi.l.Barbarius.& sic intelligitur.ff.quib.ex cau.in poss.eatur.l.Fulcinius.§.si quis actione.d.Inn.dicit,q causas consistentes in facto poterit procurator allegare pro alio:puta talis non comparet: quia infirmus vel absens,causas autem consistentes in iure vt opponere exceptiones dilatorias, aut non cõparet: quia clericus, vel aliàs similes non potest.Hoc nota.ipse extrà de accu.c.super his.d.autem Iaco.de Lar.in q.præmissa allegat pro & contra,sed non vidi qd soluat: vnde d.Lamb.de Ramp.soluit & dicit,quòd procurator possit & debeat admitti ad dictam exceptionem opponendam & probandam,& ista etiam sentit d.Dy. & sentiunt com
s muniter doct.nec obst.d.§.ad crimen.ff.de pub.iud.l.pe. quia verum est, quòd procurator non interuenit ad defensionem causę principalis,sed ad causas absentię,& ad declinatorias opponendas,& ad alia quæ differunt causam & declinant iurisdictionem bene interuenit procur. vt suprà dictum est.& not.per Accur.super d.§.ad crimẽ. Sed d.de Roman.dicebat contrarium.Ego autem cõmuniter vidi seruari opi.do.Lamber.& etiam veriorem credo,licet aliquoties contrarium viderim obseruari per aliquos assessores:pro quorum opi.facit l.C.de iniur.l.fi.vbi personis clarissimis in priuilegium est concessum in causis criminalibus posse per procur.agere & respondere, ergo in cæteris videtur esse prohibitum:vt argu.ff.de iud.l. cùm prætor.& C.de procu.l.maritus. Gandi.

ADNOTAIO. a ¶Quod non. Adde quare in criminalibus nõ possit interuenire procura.& an sit bona consequentia venit impo nenda pœna corporis afflictiua,ergo causa est criminalis.Cal.consil.ij.de procura.

b ¶Relegationem. Adde latè & pulchrè Alex.consil.cxvj.ij.lib.Pet. & Io.And.in tit.de procu.§.j.ver.item q est criminalis.

c ¶Procuratorem. Adde q voluit Bal.consi.cvj.vbi dicit,q licet aliàs in causa criminali non admittatur procurator,tamẽ vbi accusatio est inepta admittitur ad allegan.de ineptitudine.Ber.

d ¶Quod sic. Adde Io.de Ana.consi.j.d.de Ro.deci.ccl.de procur. in impressis.vbi dicunt,q iuridice potest fustiniri, q sine mandato à quolibet talis carceratus defendi potest:& dicũt eo.tit.præfati doc. decisio.cciij.q vxor clerici detenti in carceribus potest pro matito procur.constituere.Ber.

e ¶Absens. Adde Cep.consi.xlvj.& consi.xlix.& liij.& consil.lxiiij. & lxxiij.Ber.

¶Sine mandato. Adde Cep.consi.prox.alleg.& d.de Rot.dec.ccccxiij.de procu.vbi concludunt q procu.generalis admittitur ad allegandas causas absentiæ in criminali:quia interest reipub.absentẽ à quocunq; defendi.& vide Cep.consi.lxiij.Ber.

f

g ¶Excuset. Adde q Io.And.in tit,de procu.§.ratione constituentis. in fi.dicit,q si infirmus teneretur mittere procuratorem nullum esset priuilegium infirmitatis.Ber.

h ¶Malorum hominum. Adde vt per Old.consi.xliij.Ber.

i ¶Suifilij. Adde Cep.consi.xlvj.vbi consuluit,an pater Iudeus possit in causa capitali filij suscipere defensionem.Ber.

k ¶Illustris. Adde Cep.consi.l.

l ¶Alterata. Adde an procurator possit interuenire in causa vbi pœna est arbitraria.Pet.de Anch.consi.lxxiij.Ber.

m ¶Derogatoria. Adde esse notandum:quia iste doctor præsupposuit,q tale statutum valeat,& verum est qd valet, cũ sit cum causa, aliàs secus.ita dicit Fran.de Are.consi.d.Ber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

n ¶Quod sic. Adde videndum Cep.consi.lxxiij.vbi dicit, q ad allegandam innocentiam & causas absentiæ potest interuenire procura.non autem ad totam causam.ita dicit q concordabat do.Ant.de Rosellis præceptor suus.

o ¶Teneatur. Adde pro hoc q voluit Pet.de Anc.consi.cclxxiij.Ber.

p ¶Nam procedi. Adde vt late per Cep.consil.xx.& adde qđ voluit Pau.de Cast.consil.xxxiiij.in primo impressis.Ber.

q ¶Facienda. Adde vt per Franc.Are.consi.lviij.Ber.

r ¶Criminales. Adde an statuta loquentia de ciuilibus ostendantur ad criminalia.Fran.Are.consi.cix. Ber.

s ¶Communiter. Adde q idem consuluit Cep.consi.lxxiiij.vbi dicit q etiam post sententiam potest quilibet comparere & ostẽdere iudici,q occisus poterat impunè occidi,pro cuius sententia optimè faciunt scripta per Pet.de Anch.consi.vj.Ber.

Quid sit agen.reo absen.& contuma.& de banni. pro malefi. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Reo absente & contumace, quid agatur circa annotationem bonorum illius.*
2 *Accusato existente contumace ante litem contestatam, & non habente bona, quæ possint annotari, quid agetur.*
3 *Annotatio bonorum rei & expectatio illius, an hodie seruetur.*

POstquã requisitus fuerit reus ! si
1 non venerit ad iudicium, quid agendum
† sit videamus. Et certè bona illius taliter pro maleficio requisiti & non cõparentis sunt annotanda hoc modo. Quia iudex cum notario veniet ad domũ accusati,& inquiret de bonis ipsius, & ipsa bona faciet describi per ordinem:& qualiter sint scribenda.not.C.de bon.proscri.l.si quis intra prouinciam. quæ bona debent sic describta collocari in aliquo tuto loco, vel personis idoneis assignari. Post hoc iterum ille accusatus debet vocari & citari per edicta, q veniat ad se excusandum,& debet sibi notificari qualiter eius bona sunt annotata & descripta:vt ff.de requi.reis.l.j.vbi dicitur, q debet innotescere ipsi reo, qđ eius bonorum sit facta annotatio,& ille taliter requisitus poterit intra annum venire & recuperare bona annotata:qui annus incipit currere à tempore scientiæ ex quo sibi vel per edictũ,vel per literas magistratus vbi degit,notum fuerit de ipsa annotatione bonorum facta:vt d.l.j.ff.de requi.reis. Si autem ille taliter citatus & annotatus non venerit intra annum,illa bona annotata confiscantur,& illius requisiti leditur & grauatur opinio apud bonos & graues:non quidem efficitur infamis per sentẽtiam nec ipso facto:vt ff.de his qui not.infa l.j.& l.athletas.& ff.de requi.reis.l.j.in fin. Itẽ ita demum confiscantur illa bona,si à procuratore fisci capiantur:vt ff.de requir.reis.l.anni spatium.& ff.de diuer. & tempo.præscr.l.in omnibus.hodie fortè de alijs bonis aliter obseruatur: quia ipsa bona dãnatorum seu proscriptorum conseruantur filijs & ascendentibus [a] & descendentibus vsq; ad tertium gradum: vt in auth.vt nul.iudi.
2 §.j.colla.vlij. †Sed quid si accusatus sit contumax ante lit.contest.& nõ habeat bona,quæ possint annotari qualiter procederetur contra eum? Resp.q fortè indicet mulcta per illud edictum,si quis ius dic.non obtem.& prodesit hoc:quia licet pauper,tamẽ si postea capietur,luet pœ
3 nam in corpore suo:vt ff.de pœn.l.ij. †Sed hodie de cõsuetudine generali non seruatur contra contumaces, qđ dicitur de annotatione bonorum:& q accusatus expectetur per annum:imo cùm fuerit citatus solenniter ponitur in banno communis & protestatis,& postea super illa accusatione & banno condemnatur, & ita obseruatur in Lombar.Mar.Tuscia & alibi per totam Italiam, & licet videatur,q lite non contest.non possit contra accusatum sentẽtia diffinitiua proferri, tamen cõtrarium est.Quia quilibet potestas & iudex potest iurisdictionem suã de
b fendere pœnali iudicio[b]:vt ff.si quis ius dicẽ.non obtem. l.j.& maximè secundùm Accur.qui not.qđ etiam lit.nõ contest.potest procedi contra absentem ad cõdemnationem imponendo pœnam relegato.& j.vt ff.de pœn.l.absentem.C.de accu.l.absentes.vltra autem relegationẽ in absente pœna non infertur,vt patet in legibus prædictis, & ff.de requi.reis.l.ij.hoc enim bannum, qđ sit de cõsuetudine & condemnatio, quæ subsequitur loco pœnæ relegationis succedit,cũ ipsæ pœnæ hodie non sunt in vsu: vt no. Accur.quib.mod.ius pat.pot.fol.§.relegati.insti.& hoc bene de consuetudine obseruatur. Gandi.

ADNOTAIO. a ¶Ascendentibus. Adde vt per Bar.consi.cij. vbi ponit,an prædicta auth. habeat locum in collateralibus, & an bona ipso iure transeant in ascendentes absq; additione. Ber.

b ¶Iudicio. Adde vt per Alex.consi.xxxv.ij.lib.Ber.

De bannitis pro maleficio.

SVMMARIVM.

1 *Banniti quando æquiparentur relegatis, & quando deportatis.*
2 *Statutum ciuitatis continens, quod banniti pro maleficio posint impunè offendi & occidi, an teneat.*
3 *Statuto dicente quod banniti pro maleficio impunè offendi possint, si bannitus pro maleficio ex causa ex qua non poterat in sanguine damnari occidatur an erit occisus impunè.*
4 *Statuto dicente ut suprà, si procurator banniti dicat bannum fore nullum ipso iure, & sit in causa coram potestate, & medio tempore bannitus occidatur, an hoc erit factum impunè.*
5 *Statuto dicente: ut suprà, si Titius interficiat bănitum in tempore appellationis: nunquid Titius erit puniendus.*
6 *Statuto dicente, ut suprà si occidatur bănitus appellatione pendẽte, quid erit.*
7 *Accusatus de maleficio non comparuit, propter quod fuit positus in bãno centum librarum: postea moritur, an bannum exigetur ab hæredibus illius.*
8 *Bannitus de ciuitate Bononiæ pro maleficio, an posit pro alio maleficio accusari & poni in alio banno.*
9 *Statuto dicente quod banniti pro maleficio posint exire de banno si pacẽ habuerint, & soluant libras centum communi: si uniuersitas sit in banno pro aliqua offensa facta Titio, quid agendum ut exeat de banno.*
10 *Statuto dicente quod bannitus pro maleficio impunè posit offendi, si Titius sit rogatus quod ueniat ad soluendum condemnationem librarum centum de eo factam, & non uenit, propter quod fuit positus in banno, & descriptus in libro bănitorum pro maleficio: quæritur si talis bannitus posit impunè offendi.*
11 *Bannum Titij qui non comparuit ad satisfaciendum de condemnatione soluẽda, si contineat quod sit in banno centum librarum, & à quocunq; posit offendi impunè, an poterit offendi impunè.*
12 *Statuto dicẽte quòd banniti pro maleficio posint impunè offendi, & illi intelligantur banniti, qui reperiuntur scripti & non cancellati in libris &c. si Titius uulnerauerit sacerdotem, qui fuerat bannitus pro maleficio à iudice laico, quid erit.*
13 *Statuto stante ut suprà, & quòd illi nullus præstet auxilium uel fauorem sub certa pœna: si quis pro tali bannito alleget causas absentiæ uel associet eũ, an incurrat pœnam.*
14 *Bannitum fugere faciens: quomodo puniendus sit.*
15 *Statuto dicente quòd nulla uniuersitas alicuius castri uel uillæ debeat retinere uel receptare bannitum pro maleficio, uel pro auere, id est post deuetationem creditorum sub certa pœna communi soluenda & creditoribus, si bannitus pro debito steterit per unam & duabus noctibus in aliqua uilla tenebitur &c. ad pœnam &c.*
16 *Statuto dicente quòd bannitus pro maleficio posit impunè occidi, si bannitus dum captus & ligatus per berqarios ducetur ad curiam, fuit per aliũ interfectus, an potuerit impune occidi.*
17 *Statuto dicente ut suprà, si bannitus dedit fideiussores de soluendo uel soluit, & bannum non sit cancellatum ac interim occidatur, an potuit impunè offendi.*

VIa vidimus de prima parte rubri.nũc videamus
1 de secunda, scilicet de bannitis pro maleficio. †Et circa hanc materiam not.quòd
a dictos bannitos æquiparamus [a] relegatis, si fuerint banniti pro maleficio, pro quo imponatur pœna relegationis.Si autem fuerint banniti pro maleficio, pro quo imponatur pœna deportationis, eos æquiparamus deportatis:vt not.Accur.insti.quib.mod.ius pat.po
2 testa.sol.§.deportati. †Sed pone contineri statuto ciuitatis,quòd banniti pro maleficio impunè possint offendi: & specialiter quòd possint occidi:quæritur an valeat tale statutum? & primo videtur quòd sit factum contra ius diuinum.Continetur enim in diuina scriptura,nõ occides, non mechaberis.Et ius diuinum, quod est excellentius, non debet posse tolli per dictum statutum,vel per ius ciuitatis, quod est debilius, Nam par in parem non habet impe

imperium,multominus minor in maiorem:vt ff.de arb.l. nam & magistratus. & ff.de mino.l.etiam.præterea tale statutum est contra ius gentium,& naturali instinctu introductum:vt vnus homo alij nõ insidietur:vt ff.de iusti. & iure.l.vt vim.& ius ciuile(quod est mutabile) mutare vel tollere non potest ius naturale vel gẽtium,qđ est immutabile:vt insti.de iur.nat.gen.vel ciui.§.sed naturalia. Ecõtra videtur, q statutum tale valeat & teneat de iure: quia absolutè concessum est cuilibet ciuitati iura posse condere inter suos: vt ff.de iusti.& iure.l.omnes populi. nec distinguit quæ statuta possint condere, & quæ non: ergo nec nos debemus distinguere:vt ff.de pub.l.de præcio.& ff.ad Silla.l.si quis in graui.§.ad causam.nec mirũ. Nam cùm Imperator concesserit vnicuiq; ciuitati posse condere iura inter suos:vt dicta l.omnes.ipse Imperator eam legem facere videtur:vt C.vbi & apud quem co.re. po.agi.l.fina.& ipse Imperator dicit,omnia enim merito nostra facimus,quibus nostra impartitur autoritas: vt C. de vete.iur.enucl.l.ij.§.& ideo. Quid plura? ipse etiã Imperator concedit quosdam homines impunè posse occidi varijs de causis:vt ff.ad leg.Corne.l.iij.§.transfugas.& C. de adul.l.Gracchus.& C.quando lic.vnicuiq; se sine iudi.vin.l.j.& C.de his qui ad eccl.confu.l.iij.& l.raptores.
b C.de rap.virg.Sol.dico q valet[b] statutum:quoniam hene verum est, q de iure diuino & gentium non licet hominem occidere,qđ tamẽ verum est,nisi ex causa licita hoc fiat:vt permittente iure generali vel particulari positiuo: nam tunc licet,& quod lege permittente factum est non prestolatur pœnam:vt dicta l.Gracchus.& C.de his qui
3 ven.eta.impe.l.j. †Item pone quæstionem quæ fuit de facto in ciuitate Lucana:dum officio app.preesset, ibidem statutu est,quòd banniti pro maleficio impunè possint offendi: quidam verò bannitus pro maleficio ex tali causa ex qua in sanguine damnari non poterat, extiterat occisus:quærebatur an ille bannitus occidi potuerit sine pœna? dic de hac quęstione:vt plene no.j.sub rub.de mul tis quæstio.pend.à statu.in fi.& illa quæstio commodius
4 sub hac rubrica poterat collocari. †Item pone, statutũ est in ciuitate,q bãniti pro maleficio impunè possint offendi:procurator vero alicuius banniti erat in causa corã potestate,& dicebat ipsum bannum fore nullum ipso iure:medio verò tempore iste bannitus est occisus vel offensus:quæritur nunquid licitè potuerit occidi? Respon. distinguen.quòd aut illud bannum dicitur esse nullũ per modum appellationis, aut alio modo. Primo casu nõ habetur pro bannito:vt C.si pend.app.l.j.& ff.ad Turpil.l.j. in fi.& ff.nil noui app.pen.l.j.§.si quis.& ff.de pœn.l.ij.in fi.Secundo verò casu:quia habetur tunc interim pro bannito,bene potuit occidi.arg.ff.de lib.eau.l.si cui.§.licet.& l.ordinata.& l.iij.§.si seruum quem possidebam. Item si in statuto dicatur, qđ banniti possint impunè offendi: nunquid poterint occidi? dic vt plenè not.j.sub rubri.de
5 mul.quæstio.prouenien.ex statu.§.constat.in fi. † Sed retento eodem themate pone, qđ ego interfeci bãnitum intra tempora,intra quæ de iure potuit appellari: quæritur nunquid ego sum puniendus? videtur quòd sic: quia intra decem dies nulla est exactio facienda.ff.nil no.app. l.j.vbi de hoc not. Item per appellationem reuocantur innouata post sententiam intra decem dies.extra de app. c.non solum.lib.vj. Tu tamen dic contra:quoniam ante appellationem intra decem dies dicitur sentẽtia & res iudicata:vt ff.de re iud.l.j.vbi de hoc not.Accur.& ff.nil noui app.pen.l.j.& rei iudicatæ sortitur effectum sententia lata etiam ante lapsum decem dierum: vt ff.de pœn.l. qui vltimo.vbi de hoc not.Accur.& l.in seruorum.§.qui ex causa.& l.ij.§.j.ibi,damnatum accipimus &c.ff. de iust.rupt.& irri.testamen.l.si quis.§.hi tamen.& sic intra
6 decem dies impunè potuit occidi. †Sed quid dicemus si occisus fuerit appellatione pendente? Resp.q hoc casu teneor,ac si occidissem non bannitum: quis casus est l.ff. nil noui appel.pend.l.j.§.j.ibi, nec; vllam aliam iniuriam patiatur:& quia per appellationem fingitur non pronunciatum:vt ff.de collu.deteg.l.pe.& d.l.si quis.§.hi autem. & ff.ad Turpil.l.j.nam damnatum accipimus ritè condẽ
7 natum : vt ff.de peti.l.ij.§.j. †Quæro, quidam accusatus de maleficio non comparuit:vnde positus fuit in banno centum librarum,& postea bannitus decessit,an illud bannum possit exigi ab ipsius hæredibus? & videtur qđ sic:quia illud bannum est loco cuiusdam mulctę,quę debet fisco applicari,nec expedit super banno lit. contesta. cum quo enim contestaretur non video,& talis sententia dicitur diffinitiua,cùm ab ea possit appellari, qđ non est ab interlocutoria:vt ff.an per aliq.cau.app.l.vna.est enim pecuniaria & per se patet, ergo ex ea oritur actio in factum:vt ff.si quis ius dic.l.j.in prin.& ita est ex quasi contractu:quia in iudicio quasi contrahitur:vt ff.de pecu.l.licet.§.idem scribit. Nam iudicati actio ex contractu, vel quasi contractu transit in hæredem: vt ff.de act.& obli.l. ex contractibus.quare hoc bannum potest peti ab hæredc. Præterea iurauit potestas bannum & condemnauit exigere:quare videtur esse periurus, nisi exigat.vnde in tali dubio exigere debet:simile ad leg.Iul.repe.l.fi.si dicas hoc iudex non dixit condemno:quia tunc planum esset:
c vt ff.si quis in ius voc.l.ij.sed dixit pono eum in bãno & non exeat,nisi centum solutis : & non processit vltra iudex dicendo sit bannitus,vel non : recurrendum est tunc interpretationem iudicis: vt ff.de verb.obli.l.in conuentionalibus.& l.inter stipul.§.fiij.Econtra videtur:vt C.ne ex delict.defunct.l.j.& ff.si quis adie.fal.cau.test.l.si quis sub conditione.& ff.de reb.dub.l.cùm principalẽ.& expresse si quis ius dic non obt.l.j.in fi. Sol.Dic, q exigi non possit,per l.j.in fi.ff.si quis ius dic.non obt. & dic qđ regulariter actio in factum quæ oritur ex contractu, vel quasi,transit ad hæredem: sed casus specialis est vbi not. transit: vt ff.de actio.& obli.l.in honorarijs.& ita hic erit
8 etiam casus specialis. †Item pone aliquem fore bannitum de ciuitate Bonoñ.pro maleficio : modo quæritur, nunquid iste bannitus possit pro alio maleficio accusari & poni in banno? & videtur q non,ex eo: quia per dictũ bannum perdidit domicilium Bonoñ.vbi nunc accusat: vt ff.ad muni.l.ei qui.§.fi. Sol.d.Dy.dicit,q si iste bannitus per istum bannum seu relegationem perdidit domicilium,q Bonoñ.habebat ratione incolatus, qđ tunc nõ potest iterum accusari: si autem perdidit quod ipse habebat ratione originis, q tunc bene possit iterum accusari: quia iste bannitus hoc casu non perdidit domicilium.& iste est casus & gl.simul miscendo d.l.ei qui.§.fi.est tamẽ arg.q bannitus de alio delicto accusari non posset : vt ff. de adul.l.adulterium.tamen contra est: quia ad multiplicationem delictorum, non sequitur diminutio pœnarũ, sed econtra,multiplicationem delictorum sequitur multiplicatio pœnarum : vt ff.de pri.deli.& l.nonnunq;.& ff. de lib.ho.exhi.l.iij.§.fi quis dolo.& ff.de pœn.l.aut dãna.
9 & l.relegati.& C.de ser.fugi.l.quicunq;. †Item quid si in statuto contineatur, qđ banniti pro maleficio possunt exire de banno,si pacem habuerint,& soluant libras centum communi pro banno.Ecce vniuersitas quædam est in banno pro offensa mihi facta : quæritur an sit necesse, qđ omnes de vniuersitate singulariter habeant pacem & centum libras soluant communi pro banno? Dic cũ fuerit tantum vnum factum, q sufficiat pacem reddita syndico,& quod soluat tantum centum libras.arg.l.ff.q; cuiusq; vni.no.l.ij.ibi,qđ nõ erit hoc dicendum quasi à pluribus &c.& ff.de fideiuss.l.mortuo.
10 †Item quæro, statutum est q bannitus pro maleficio impunè possit offendi,quidam fuit rogatus,q veniret ad soluendum quandã condemnationem lib.centum de eo factam : & quia non venit positus fuit in banno,& scriptus in numero bannitorum pro maleficio:quæritur nunquid si taliter bãnitus, impunè possit offendi? & primo videtur q sic. Quia ille qui mandato iudicis non obsequitur à iure diuersimode coarcetur, ac si alia maleficia patrasset : vt ff.si quis ius dic.non obtem.l.j.& ff.de re iudi.l.contumacia.addit do. Dyn.super l.j.de cri.stel.super hac quæstione, scilicet an

Universidad de Deusto
Biblioteca

non obedire iudici sit maleficium? & dicit, iam vidi quæstionem istam de facto & dum essem aduocatus, q̄ non esset maleficium faciebam prædicta arguendo, tamē succubui. In hac quæstione videtur distinguendum: aut citatus fuit inuentus, ita q̄ constat, q̄ in eius notitiam venit citatio, & tunc non veniendo satis dicitur contemnere iudicem, & sic dolus sit expressus ipso facto, & per consequens sit maleficium, aut non fuit inuentus: & sic nō constat in eius venisse notitiā, & tunc non fuit dolus, sed culpa: & per consequens quasi maleficium: per ea quæ dixi suprà C. de iudi. l. properandum. sinautem reus non obst. ff. de eden. l. j. in fi. cum si. quia sicut sunt diuersæ cōtumaciæ: ita sunt earum diuersi effectus. ff. de app. l. creditor. §. iussus. & l. ex consensu. §. vlt. d. Dy. præterea dicit lex, qd' in quibuscunq; causis vbi dolus versatur, & vbi deest nomen delicti, q̄ illud delictum extraordinarium dicitur & coercetur, & dicitur crimen stellionatus: vt ff. de cri. stel. l. stellio. versi. & vt generaliter. & patet q̄ iste non parendo iud. fuit in dolo: quia dolo non caret, qui non obtemperat imperio magistratus: vt ff. de re iud. l. non potest videri. & ff. de re mil. l. iij. §. in bello. & ff. de dol. l. si legatarius. præterea maleficium dici potest considerata prolatione verborum, quòd est male facere. Nam malè facit, qui facit, qd' lex prohibet, & quia facit qd' nō debet facere, & omittit ea quæ facere debet: vt ff. de regu. iur. l. qui non facit. & est planum, quòd ibi qui non obedit iudici, facit qd' facere non debet: & dolus à lege in non parēdo præsumitur: vt d. l. non potest. Econtra videtur q̄ non parere iudici vel contumacem esse, non est crimen vel delictum, nam non est aliqua lex quæ hoc dicat, ergo non est delictum: vt ff. de priua. delict. l. iij. §. fi. præterea obligationum summa diuisio tradita est: inst. de obli. §. sequens. cuius quarta diuisio ex maleficijs est, & in illa quarta specie non inuenitur q̄ non obedire iudici sit delictum, vel maleficiū, vel quasi: vt inst. de obl. quæ ex quasi malef. Præterea omnia maleficia siue iudicia tam publica, q̄ priuata, tam ordinaria q̄ extraordinaria sunt descripta per ordinem, & sub competentibus tit. in ff. nouo, à tit. de pri. deli. vsq; ad titu. de app. & de hoc nil ibidem est repertū. Præterea ille tractatus de punienda contumacia non parentis iudici est positus inter ciuiles tract. sub rub. ff. si quis ius dic. nō obtem. & ff. de re iudic. l. contumacia. igitur maleficium dici non potest. Sol. d. Mart. de Fano, dicit hunc contuma
d cem non haberi pro ban. pro maleficio [d], per iura proxi. alleg. Nec obst. q̄ inueniatur scriptus in libro bannitorū, & in eorum numero. Nam propterea non habet pro banni. pro maleficio, sicut nō habetur pro decurione quis ex eo solo q̄ inueniatur scriptus in numero decurionum & in eorum matriculis, vbi alias nō doceat solēniter se creatum: vt ff. de decu. l. Herennius. Crimen enim est illud, q̄ facit quem bannitum pro maleficio non scriptura banni. quid enim si ex aliqua ciuili causa inueniatur scriptus in libro bannitorum pro maleficio? certè non propterea erit bannitus pro maleficio, aurea lex est ad hoc. ff. de castren. pec. l. si fortè. ibi, veritatem spectamus. Item non obst. q̄ dolus videatur adhibitus in non parendo: nam non sequitur q̄ ob hoc videatur crimen extraordinarium: quia non sequitur vbicunq; est dolus adhibitus vel præsumptus, in non veniendo vel parendo, qd' propterea sit crimen vel maleficium: vt videmus in actione de dolo adhibito in contractu, vbi agitur quandoq; actione de dolo, quandoq; actione ex contractu. Item non obst. qd' dicitur de prolatione verbi, quia secundum veram opi. nominis argumentatio siue allusio non facit plenam probationem q̄ sic fit: prout verbum sonat, sed ar. præbet qd' sit: prout verbum sonat: vt not. in d. §. item scripserunt. Nam si concederetur quodlibet maleficium esse maleficiū seu crimen: sequeretur quòd ex qualibet ciuili causa posset agi criminaliter, quod falsum est. Differentia est enim inter ciuilia iudicia & criminalia: vt inst. de pub. iu. in prin.
11 sed pone † contineri in banno dato illi qui nō comparuit ad testificandum, vel ad satisdandum de condemnatione soluenda, quod sit in banno centum libr. & quòd à quocunq; possit offendi impunè. Quæro nunquid in hoc casu iste bannitus offendi possit impunè? dic quòd sic, secundùm d. Franc. Are. quia iudex in hoc casu videtur iudicasse istud fore maleficium imponendo pœnam tanq̄ bānito pro maleficio, & ideo offensor videtur excusatus cùm iussus prætoris excuset, aliàs non esset excusatus à sententia iudicis, sicut nec rescriptum principis non debeat aliquem decipere: vt ff. de his qui notā. infa. l. furti. §. iussus. & C. de his qui ven. eta. impetr. l. j. præterea qd' factum est secundum sententiam, quasi legitimè videtur factum, & maximè in sententijs, quæ inter omnes præiudi
12 cant &c. †Item subijcio quæstionem quæ potestati Senarum contigit de facto, & decem assessoribus qui ibi eramus, tunc me dante operam ordinationi præsentis libelli. Statutum est in illa ciuitate, q̄ banniti pro maleficio impunè possint offendi, & qd' illi intelligantur banniti nomina quorum reperiuntur scripta non cancellata in libris clausum dictæ ciuitatis, accidit quòd Guil. & Titius fratres & nepotes d. Eneæ de picholominibus in campo fori cum ensibus nudis & alijs armis insultauerunt d. Landum filium d. Pellacanis & Raynerium clericum presbyterum & rectorem episcopalis ecclesiæ, quem constabat fore bannitum pro maleficio, & scriptum in libris dictarum clausum; & aliàs fore remissum ad episcopum pro alio maleficio, tanq̄ clericum. Modo fuit in quæstione, an prædicti deberent & possent puniri per dictum dominum potestatem non obstante dicto banno, cùm de illo insultu, & multis vulneribus illatis eidem & factis liquidè constaret tam per testes quā per confessionē ipsorum? Allegabant nauiq̄ dicti fratres dictum bannum, & quòd impunè potuerunt prædicta committere autoritate dicti statuti, licet contra dicebatur, q̄ illud bānum erat ipso iure nullum. Et primò videtur, quòd dicti fratres potuerūt de iure puniri & condemnari pro maleficio prędicto. Nā constat, quòd clericus non potest condemnari per iudicem secularem: vt extrà de iudic. c. at si clerici. v. bi nec cōfessio, nec condemnatio facta de clerico per iudicem secularem, nec coram eo præiudicat: vt C. si à non competat. iudi. per totum. C. de episco. & cler. auth. statuimus. vnde illud bannum debet haberi, ac si nunq̄ fuisset factum: cū nullum sit ipso iure, & quia statutum respicit tantū subditos: vt l. cunctos populos. C. de summa tri. Nam quòd per vnum iudicem faciendum est, & si fiat per alium non valet. C. de decurio. l. nemo iudex. Nam non est rectè factum à iudice, qd' ad officium suum non spectat: vt dicit regula iuris. l. factum. vnusquisq; enim iudex debet esse contentus iurisdictione sibi concessa, & in alterius iurisdictionem se immiscere non debet: vt C. de app. l. apparitores. & C. de exce. vel exac. l. quicunq;. & si secus fiat nō valet: vt C. si à non compe. iudi. l. j. per totum. & de legi. l. non dubium. & est ratio: quia Deus ab initio dominationes & prelationes constituit, vt vnusquisq; sua iurisdictione contentus in alterius iurisdictionem se non immisceret: vt in authen. quomodo opor. epis. in prin. aliàs autem rerum turbarentur officia: vt C. de test. l. consulta dialia. & facit etiam quia diuersorū varia & separata debeat ratio & censeri conditio: vt C. de don. inter vir. & vxo. l. si maritus quondam. nam & condemnatum accipimus ritè condemnatum: vt ff. de re iudica. l. si se non obtulit. §. condemnatum. Item exhæredatum accipimus ritè exhæredatum: vt ff. de contrab. l. non putauit. §. non quæuis. Item testamentum accipimus ritè confectum: vt ff. de verb. signi. l. Paulus. & ff. de pœn. l. si quis aliquid. & ff. quemadmo. testamen. aper. l. tabularum. j. respon. ita patet, quòd debet puniri. arg. ff. de pact. l. rei capitalis. ad fin. & ff. ad Turpil. l. j. §. fi. C. de stat. defunct. l. si pater. & facit ff. de falsis. l. impuberem. §. si enim seruo. & ff. de cri. expi. hære. l. fi. vbi punitur, qui furripuit rem meam credens eā esse hæreditariam. Econtra videtur, quòd non puniatur: nam qualis sententia seu bannum videtur prædictos excusare à pœna; nam tale bannum quò ad huiusmodi impunitatem

punitatem pro legitimo habetur, sicut & non iusta & nō legitima vxor habetur pro legitima vxore, ne de adulterio puniatur, qui eam cognouerit, si more vxoris & bonę matronæ vsuebat: vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. vxor. j. respō. & facit op. ff. loca. & conduct. l. si ignorante. & ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. fi quis virginem. & ff. ad ma. l. si quis patrem. Præterea cùm ille clericus fuerit publicè positus in banno & scriptus inter alios bannitos, credendum est à quolibet vulgo eum fore ritè bannitum, & si vellemus dicere contrarium, deciperentur prædicti auctoritate legis & statuti, qd' esse non debet: vt C. de his qui ven. eta. imp. l. j. Nam principes omnia ritè agere præsumuntur & specialiter in iudicando. vt ff. de offic. præfect. præto. l. vna. ad fi. Præterea error iustis rationibus motus excusationem meretur in his etiam, quæ coercenda veniunt: vt ff. vi bono. rapt. l. ij. §. si publicamus. & ff. de adul. l. miles. §. mulier. ignorans enim nō intelligitur delinquere: vt ff. de act. & oblig. l. ex maleficio. Item veniam errori dedimus: quia nō ex malignitate, sed simplicitate peccauit. extrà de transact. c. ij. in fi. & facit extrà de immu. eccle. c. non minus. & de cleri. excom. c. apostolice. Nam & in delictis parcitur illi, qui iustam causam habeat credendi: vt ff. de bon. lib. l. in seruitore. §. j. & ff. de abig. l. j. §. fi. & ff. de liber. cau. l. Gracchus. §. pe. Præterea illud bannū nō potest haberi pro nullo, nisi cum fuerit dictum vel derectum pro nullo & nullum, sicut dicimus de testamento, quod propter præteritionē filij in potestate constituti nullum est ipso iure, & tamen rei veritate non prius est, nec potest haberi pro nullo, nisi primo fuerit decretū esse nullum: vt ff. de iniust. rup. & irri. test. l. nullo. Sol. do. Iaco. de Are. Dyn. de Musel. Nico. Mat. & alij multi doct. sunt in hac opi. quòd dictus sacerdos & clericus potuerit impu-
e nè offendi', per iura proxi. allega. & aurea lex est pro hac solutione. ff. de adult. l. pe. vbi dicitur, qd' ille non punitur de adulterio qui cognouit mulierem nuptam cui maritus miserat libellum repudij, licet ille maritus non ritè & secundum formam traditam miserit libellum repudij, tamen excusatur quis, quia ignorat an fuerit missus iure libellus, vel non. de hoc not. Cyn C. de repud. auth. si vxo. & Ray. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio. tangitur in l. j. §. notandum. versi. cæterum. ff. de vent. inspic. & pro hac solutione etiam facit, quòd ille habetur pro milite, qui scriptus reperitur in numero militū: vt ff. de re mili. l. ex eo. & C. de cohort. l. quicunq;. Et licet contra hanc allegationem videatur, quòd scriptus in numero decurionum & eorum matricula non est habendus pro decu-
f rione: nisi se doceat solenniter ordinatum: vt ff. de decur. l. hæres. Nec obst. dictæ solu. dictus §. condemnatū. cum legibus suprà allegatis: quia illud locum habet quantum ad condemnatum: quia non habetur pro condemnato minus legitimè condemnatus quantum ad se, sed quantum ad alios secus. Verum quia constitit dictos fratres sciuisse, quòd prædictus erat clericus, & quòd sæpius viderāt eum celebrasse missam, ita quòd non fuerunt ignari, & sic non potuerunt pretendere ignorantiam facti vel iuris
13 an fuerit condemnatus. †Item pone in statuto cōtineri q̄ bannitus pro maleficio possit impunè offendi, & qd' nullus illi præstet auxilium vel fauorem sub certa pœna: quæritur nunquid incidat in pœnam, qui pro eo allegat causas absentiæ? Dic pro & contra: vt in quæstionibus statutis, & solue: qd' incidat in pœnam: quia allegādo causas absentiæ defendere & fauorē præstare cēsetur: & hoc si istud allegat coram iudice, non coram alio. Item pone qd' aliquis sociauit bannitum talem, nunquid incidat in pœnam? dic quod sic, & semel interrogatus, respondit do. Odoff. per legem C. de his qui lat. l. j. in princ. Quæ-
14 ritur, †quidam fecit fugere quendam bannitum, quomodo debeat puniri? Respon. in id in quo iste bannitus erat condemnatus, vel condemnādus: vt C. de exactio. trib. l. quoties. lib. x. & l. ad commentariensem. de custod. reo. & l. quisquis. §. item qui confessum. ff. ad leg. Iul. maiesta.
15 †Alia etiam quæstio Senis incidit tempore quo suprà dixi, me assidente ibidem continetur in statuto dictæ ciuitatis, quòd nulla vniuersitas alicuius castri vel villæ, debeat retinere vel receptare in eorum terris, vel etiam permittere aliquem bannitum pro maleficio vel pro auere, id est post deuetationem creditorum sub certa pœna communi soluenda, & sub pœna soluendi debitum ipsi creditori, nisi debitorem præsentauerit intra dies xl. contingit, quòd quidam bannitus pro debito mille librarum ad petitionem Getij de suralupis post deuetationem sibi factam solēniter, inuentus fuit esse vna die & duabus noctibus in terra de Sciano, de qua terra ille natus non fuerat, nec habitator in ea: accusabatur illa terra vel vniuersitas in ipsum creditorem, & petebatur, quod præsentaret illum bannitum, vel quod solueret illud debitum secundum formam dicti statuti: & eadem potest esse quæstio de bannito pro maleficio. Modò quæritur, quid iuris. Et primò videtur, quòd vniuersitas debeat & possit condēnari: quia statutum illud nō distinguit si sciuerit vel ignorauerit illa vniuersitas, ergo nec nos distinguere debemus: vt ff. de pub. l. de precio. & verba generaliter & indistinctè prolata generaliter sunt intelligenda: vt ff. de libe. præstan. l. j. §. generaliter. Item non videtur haberi respectus scientiæ vel ignorantiæ: vt C. de col. & illi. l. j. lib. xj. vbi legitur, q̄ si quis alienus illiricianus monstrabitur fuisse in domo vel agro Titij, tenebitur Titius tanq̄ receptator sublata differentia scientiæ, vel ignorantiæ. Item optimè facit ad hæc l. græca. ff. de leg. & senatusco. ibi vbi dicit, delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio: vt C. de fal. mone. l. j. §. domus. vbi ignorans dominus dictæ domus punitur. Nā in culpa est ab initio receptans, nisi qui sciuerit de condict. personæ: vt C. de agric. & censi. l. cùm satis. aurea lex est ad hoc ff. nau. caupstab. l. fi. §. seruorum. Econtra videtur, qd' non teneatur: & primo: quia modicum stare in loco & nullo modo stare æquiparantur: vt ff. de his qui deie. vel effud. l. j. §. hospes. ff. de diuor. l. diuortium. ff. loc. & conduct. l. sed & si lege. §. colonus. Item facit ad excusationē vniuersitatis modica mānsio banniti quàm facit in dicta terra. Nam ratione breuitatis temporis præsumitur, qd' vniuersitas ignorauit. arg. ff. de exerci. l. j. §. j. & ff. dep. l. j. §. meritò. Item stare causam abscondendi fugitiuum. ff. de ser. corrup. l. j. §. quod autem. Præterea aurea lex est, quòd receptatio quæ non dolo fit non venit punienda: vt ff. de incen. ruinaufra. l. quo naufragium. §. non tantum. communitas aut tem nō dicitur quid scire vel dolum committere, nisi certa forma, vt quando cāpana pulsata [f] vniuersitas quid contra legem facit vel vexillo leuato, vel alio modo: vt not. ff. de dol. l. si ex do. §. an municipes. & l. metū. §. animaduertendum. ff. q̄ met. cau. qd' non interuenit in casu nostræ quæstionis: imo præsumitur vniuersitatem ignorasse, nisi probetur q̄ sciuerit: vt ff. de prob. l. verius. C. de tabu. exhib. §. generali. & iusta ignorantia meretur excusationem: vt ff. si quis test. liber esse iuss. fue. l. j. Præterea receptator ita demum pœna dignus est, si scit illum quē receptat esse bannitum: aliàs autem non [g]: vt ff. de ver. sign.
g l. sæpe. & in auth. de ecc. tit. §. si quis in sua. & §. si quis heres. & C. de pa. sa. l. fi. & arg. C. de episc. aud. l. si legibus. & C. ad leg. Iul. de adul. l. castitati. & ad leg. Iul. de vi pub. l. crimen. C. de his qui lat. l. ij. & aurea lex est. ff. loc. l. si ignorans. & ff. de pub. & vectig. & con. l. cotem ferro §. dominus. & facit optimè C. de agric. & censi. l. cùm scimus. §. fi. & est ratio: quia nemo ignorans videtur contrahere, vel delinquere: vt ff. de actio. & oblig. l. ex maleficio. §. j. Et in maleficijs potius spectatur animus q̄ euentus: vt ff. de liber. homi. exhib. l. iij. §. is qui nescit. dic etiam pro & contra de hac materia: vt not. j. de furt. §. sequitur. Solu. do. Odoffr. & do. Guil. soluerunt hanc quæstionem, per posterius allega. Et sic nos decem assessores (qui Senis eramus) consulimus dictam vniuersitatem fore absoluendā: & ad hoc optimè facit C. ad leg. Iul. de plagia. l. plagij. in gloss. ordi. Vltimò duas quæstiones subijcio terminan
16 das. † Prima quarum talis est. Continetur in statu. com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munis,quòd bannitus pro maleficio possit impunè occidi. Quidam verò bannitus pro maleficio captus erat per
h beroarios vel famulos potestatis,& dum captus & ligatus duceretur ad curiam,venit quidam & interfecit eundem. Secunda quæstio:talis est,pone quòd quidam bannitus pro maleficio satisdedit per bonos & idoneos fideiussores de banno & condemnatione soluenda intra mensem,vel pone qđ soluant,tamen ipsum bannum non erat cancellatum: interim autem quidam interfecit eundē. In ambabus autem quæstionibus quæritur,an iste bannitus potuerit impunè occidi?& primo videtur qđ bannitus, qui captus ducebatur,potuerit impunè occidi. Nam lex statuti seruanda est,licet perē dura.ff.qui & à quib.man. lib.non fi.l.prosp exit.& ff.de re milita.l.qđ constituitur.

Item à verbis legis non est recedendum,nisi mens cōtraria appareat:vt ff.de exerc.act.l.j.§.si is qui.& ff.de verbo.obli.l.si colono.& ff.de leg.iij.l.non aliter. Item lex non distinguit bannitum captum à non capto, ergo nec nos:vt ff.de pub.l.de præcio.& ff.de condict. ob cau.dat. l.dedi.§.si liber homo. Item quia adhuc durat bānum, & per consequens & eius effectus: sic ergo nemini impo nenda est pœna,vt arg.à contrario sensu:vt C.de infir.pe. ce.l.j.& de fer.l.nullo.& arg.ad hæc.ff.de repu.l.fi. Itē licet ille bannitus foret captus: non propterea certum est qđ ipse pateretur pœnam:quia poterat fugere.C.de appa ri.l.si apparitor.lib,xij.& ff.de acqui.rer.domi.l.iij.§.illud. & in l.laqueum.& opti.arg.est ff.de incen.rui.naufr.l. Pe dius. Item iste bannitus occisus est eo existente banni to:& licitum est occidere quem in facinore deprehēsum, quem non alios licet:vt C.de sica.l.is qui aggressorem.& l.si vt allegas.& C.de adul.l.Graechus.& ff.de verb.obl. & l.qui seruum.& de leg.j.l.quid ergo.§.si hæres.& C. vt nemini liceat sine iud.se vin.l.j.vnde qđ lege permittente est factum pœnam non meretur: vt d.l.Graechus.

Econtra videtur qđ occisores puniantur.Nam statutū ꝙ loquitur qđ bannitus possit impunè offendi, intelligit de eo bannito cui per iudicem pœna imponi nō poterat. arg.C.de iudi.l.nullus.hic autem captus pro familia erat in potestate reipubl.argu.C.de dona.l.qui sensu.Nam & alias licet autoritate legis occidere resistentem,à cuius legis contrario sensu non licet occidere non resistentem: vt C.de his qui ad ecc.confu.l.si seruus. Item iste bannitus erat in custodia publica, & ideo debuit custodiri vt torqueretur:vt C.de epis.& cle.l.raptores. & vt saluus sit debito supplicio:vt ff.de quæst.l.quæstiones.& C.de custo.reo.l.j.aurea lex est ad hæc C.de malefi.& math.l.vlt.

Sol.dicit d.Iac.de Lar.dic quòd bannitus impunè occidi non potuit.arg.legum pro hac parte allega.& ad hāc sol.allegat etiam istam rationem vltra allega.per d.Iac.de Lar.Nam lex dicit qđ hostem licet interficere:vt ff.de sicar.l.iij.tamen postē captus est,non potest occidi: vt insti.de iur.perso.§.j.& ff.de statu homi.l.iij.§.serui.Item facit ff.ad leg.Aquil.l.sed si quæcunq.circa princ. Item quia cessat causa: quare ille bannitus impunè poterat occidi,quæ erat propter defectum publicæ vindictæ, quæ in eum irrogari non poterat,& ideo debet cessare illa facultas occidendi:vt arg.ff.de pact.l.quod dictum.& C.de iud.l.nullus. Item quia postē curia cœpit illum talem bannitum illam potestatem occidendi reuocasse videtur. argu.ff.de fideiusso.l.postulanti.& in hoc casu melior est conditio occupantis:vt ff.de procur.l.pluribus.C.de acc. l.qui de crimine.Item facit pro hac solu.ff.de in ius voc. in rub.& per totum.Non obst.quia statutum indistinctè & absolutè dicit bannitum impunè posse occidi: quia illud locum habet nullo alio extrinseco intellecto interueniente:vt dicitur ff.de iusti.& iure.l.ius pluribus modis. scilicet bannito in sua libertate existente & non detento à communi:vnde quod dicitur,cui licet liceat &c. intelligitur nisi alius impediat & hoc impedit: quia est in custodia communis,& commune inchoauit suam iurisdictionem exercere, sic etiam aliàs tutor legatus possunt esse testes in testamento, nisi aliud impediat:vt ff.de testib,l.testamento.in prin.ff.de obseq.l.Titius. & alius potest iusiurandum deferre,nisi aliud impediat:vt quia non est habilis:vt ff.de iureiur.l.tutor.§.j.ad idem.ff.de mune.& hono.l.vt gradatim.§.fi.& l.fi.& sic promptum est leges legibus concordare,& vna lex terminatur per aliā: & quia permissum est &c.vt ff.de probatio.l.scio.& statuta terrarum determinationem recipiunt:vt d.l.vt gradatim.ff.de in ius voc.l.quæsitum.& ratio legis tenenda est non minus quàm verba:vt C.de leg.l.non dubiū. & propter hoc responsum est,quòd hoc non est factum lege permittente,imo vetante lege,nec ex iusta imo iniusta: nam aggressores & similes occidere possumus,ꝙ intelligitur flagrante crimine, aliàs sequitur pœna: vt not.j.de defen.à reo fact. Item ad hanc quæstionem nouissimè alleg. domi. Ioan.Faxiolus, vltra quam inuenerim nunq allegatum, scilicet quòd ille puniatur,qui occidit bannitum dum est in carcere,vel etiam captus per heroarios : quia videmus quòd nemini licet seruum alienum occidere: vt ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.l.j.in fi.& nonne hic seruus cōmunis erat quandiu erat in eius custodia:cùm parum distet à specie seruitutis, cui non datur facultas recedendi: vt ff.de liber.homi.exhib.l.iij.§.præterea.nam iste erat in custodia publica:vt ff.de verbo.sign.l.vinculorum.& est causa licita.argu.ff.de custo.reorum.l.diuus.& l.si confessus.& carcer non est inuentus ad puniendum, sed ad custodiendum:vt ff.de pœn.l.damna.§.solent.ergo erat sub custodia reipubli.nemini ergo licet manus imponere nisi publicè,& vigore iudiciario & eius autoritate.arg.C.de iudic.l.nullus.& de iure fisci.l.prohibitam.in fin.& publicè dictum crimen non priuatum erat iudicandum reipubli.causa sicut cætera crimina per domesticos non commissa: vt ff.de pœn.l.respiciendum.§.furta domestica.& ff.depositi.l.j.§.meritò.Nam qualiscunq esset talis accusatio,siue crimen illatum non accusantis voluntate,sed iudicis cognoscentis autoritate aboleri debet: vt ff.ad Turpillia.l.j.§.accusatore.ibi,quem mouet &c.& ff.de custo.reorū.l.si confessus. quid plura damnatum vel addictum supplicio nemini licet tenere vel vendicare,multominus occidere:vt C.de appella.l.addictos.Ratio est:quia à publico tenebatur,& publicè puniebatur,cuius supplicium nemini cuiuscunq dignitatis vel religionis , licet punire vel impedire.arg.ff.depo.l.si hominem.& de condi. causa dat.l.cùm seruus.insuper negari non potest, quòd iste nō sit homo communis ratione delicti,& custodiæ , & executionis faciendæ , & hæc omnia publico competunt & non priuato:vt ff.ad municipa.l.de iure.& authenti.qua in prouincia.& per dictam l.de custo.reo.& C.de præcaplus dico quòd videtur expressum:vt ecce qui confessus in iudicio reum,& propterea detentum in vinculis emisserit lege Iulia maiestatis tenetur: vt ff.ad legem Iuliā maiestatis.l.cuiuscunq.in fin.& quis magis emittit,quā qui interfecit:sunt etiam paria auferre,frangere,& delere , & si:vt ff.de iurisdict.omn.iudi.l.si quis id.§.j.& ff.vi bono. rapt.l.prætor.§.loquitur.& ff.de seruo corrup.l.in hoc iudicio. Item licet commune concesserit potestatem capiendi & offendendi cuicunq: nonne & sibi reseruauit? certè sic:vt ff.de app.in fin.l.j.quia non propterea à se abdicauit:vt ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict.l.j.in fin. & si quis dixerit hoc ius & hoc punire communi & aliis insolidum competere:dico ꝙ est à communi prætum, & sic alijs denegatum:vt ff.de iu.l.si quis postea.& de iurisdict.omn.iudic,l.cum quædam puella. nam & hoc est ius in omnibus quibus insolidum competit : vt de duobreis.l.ex duobus.idem in criminalibus & accusationibus. ff.de accusationibus.l.si cui.§.ijsdem. Imo amplius dico quòd si etiam priuatus ad hanc vindictam concurreret: commune tanē magis idoneum & maius deberet preferri : vt ff.de accusatio.l.si plures.& ff.de fide instrumento. l.fina.vel tanē dominus & cui hoc ius directè competit: vt C.de nouationib.l.iij.not. vel quia communis voluntas est fauorabilior & æquior, & via iuris & iustitiæ , altera vindictæ singularis & priuatæ, & quasi horribiliter vt ff.

vt ff.de regu.iur.l.inter pares . & C.qui bo.cede.poss.l.fi. Nec potest ignorantiam allegare,qui sciebat iurisdictionem inceptā à cōmuni,& cui rei petebatur:vt ff.depo.l.si hominem.& sciebat cōmune incoasse & velle exequi vigore iustitię:& sic sibi per consequens denegatum.Nam per extrinseca colligūtur intrinseca:ad ꝙ bene accedit.ff. de diuor.l.fi.circa fin.preterea probatur euidentissima ratione,quia statutum debet intelligi de eo, qui est in sua potestate & non cōmunis custodia.Nam qui est in banno & sua libertate & est inobediens in non veniendo , & factus est hostis non parēs,nec se capi permittēs,hūc talem permissum est capere & occidere,quia talis sua cōtumacia auget pœnā:vt ff.de pœnis.l.relegati. & de tabul. exhi.l.locum.§.condēnatio.sed cum est apprehensus & in cōmunis potestate,cessat talis contumacia , quæ erat in nō veniendo:& si permisit se capi,cuius causa permitebatur occidi,licet non esset pœna,quę est à cōmuni,imponenda ratione preteritę eorū contumacię & iniurię illatę cōmuni,quę fortè per statutum est sibi imponenda: quia cōmunis debitor factus erat:& sublata iniuria, quā cōmittebat in nō veniendo in se permittēdo capi. postē in fortiam cōmunis peruenit:qa in his omnino nō est cōtumax:licet quia fuerit citatus aliquis re , & verbo:vt ff. de in ius voc.l.plerię.& si verbo citatus,non venit:licet aliqua pœna ei propter suā cōtumaciam imponatur,vel sit imposita:si tamen postea per vim cōprehensus veniat, non est amodo plus cōtumax:qa venit:& ita cessante illa causa & iniuria quā quotidie cōmittebat in non veniēdo,cessat effectus illius quotidianę iniurię : & propterea occidi à priuato non potuit.Et hęc probo per duo argumēta,qua transfugis non datur postliminium,sed captis subuenitur:vt ff.qui.ex cau.ma.l.item ei qui. †Itē nec transfugam nec hostem licet occidere postē captus est, nisi rei publicę cui vindicta à iure pmittitur:vt.ff. de pœ. l.aut dāna. §.j.& ij.& l.si qs.§.j.Simile bānum est in feris & bestijs,quę ad nos pertinēt,quādiu in nostra sint custodia,& nulli licet eas capere:cum verò euaserint &c.occupanti conceduntur:vt ff.de acqui.rer.do.l.iij.in fi.nam si admitteretur,esset exēplū perniciosum: vt ff.de pœn.l.si quis.§.qui abortionis.C.de proba.l.exēplo.ad hoc est de his,qui dicunt delinquētes ad magistratus puniendos.ff. de furt.l.inter dum.§.qui furem.& de ser.fug.l.j.§.fi. &.l. ad publicum.quibus legib.colligitur,ꝙ ex tūc sunt securi,licet antea potuerint offendi.& facit.C.de exac. tribu.
20 l.j.& iij.&c.† Super quęstiōe.ij.an bānitus,qui soluit vel satisdedit de soluendo,poterit impune occidi.videt ꝙ sic potuerit.ar. legū allegatarum pro hac parte.s.proxi.q.& facit extra de sen.excom.c.ꝙ in dubijs. Item in dicto statuto continetur,ꝙ ex quo satisfecit trahatur de bāno:ergo interim est in banno.argu.ff.de integ.resti.l.nam & si. ff.de ędil.edic.l.bouem.§.pe.& si durat bannū.& pœna.

Item cū plura sunt necessaria ad aliquid obtinendū, si aliquid defuerit,id nō valet:vt ff.de iti. actuꝫ pri,l.iij.§. interdictū. Itē sicut alibi necesse est quē scribi in numero militum,vt de numero habeatur:nec sufficit quē esse electum,vt ff.de re mili.l.ex eo.& C.de eohor.l.quicūq. ita nō sufficit quē esse in eo statu,vt eximi debeat de numero bannitorum,nisi fuerit exēptus:vt cōtrariū eadē sit disciplina,cū nihil tam naturale est &c.vt C.quan.lic.ab emp.disce.l.j.& ij.Econtra videtur,ꝙ de bāno habeatur exēptus.arg.l.ff.de re mili.l.filiusfamilias.Nā & domus pro cōbusta habetur ad quā ignis prope venit:vt ff.ꝙ vi aut clam.l.si filius.§.est & alius.& ꝙ paratus est dare:simi lis est danti:vt in auf.vt exact.do.fi.§.vlt.& quę habēt se ad esse,quę negotiū non suspendūt : vr ff.de noua.l.si pupil. Itē incœptū,videtur factū:& pro facto habet: vt ff. de au.& ar.leg.l.& si non sint.§.quid ergo.nam & vt ibi in explemēto negotij resurgere habet fauor:ita hic libera tio & exēptio de banno vt negotium cœptū habetur pro completo & cōsummato:vt ff.man.l.j.ff.de test.l.de qua ętate.& de vsucap.l.in vsucap.& ff.de minori.l.denique. §.minorem. Item iste bannitus habet actionem,vt eximatur de banno:ergo ipsam rem,id est effectum exēptionis habere videtur,vt eximatur:vt ff.de re.iu.l.qui actionem. Item debitor reipub.post satisdationem honoribus rectè fungitur:ergo multomagis pœnam euitat : vt C.de deb.ci.l.j.§.fi super. Item cessante causa cessat effectus:vt.s.in proxi.qō.notaui.Sol.do.Iac.de Are.soluit hāc.q.dicēs,ꝙ iste bānitus occidi nō potuit sine pœna.cū post satisdationē vel satisfactionē euanuit virtus bāni:& bannitum accipere debemus cum effectu : vt ff.ne quis eum.l.si per alium . & ff.quod quisque iur.l.tertia. §. hæc verba.Nam non potest dici bannitus,qui ad cancellationem banni habet actionem,& contra vires banni habet exceptiones:nam cui damus actionem,multofortius exceptionem:vt ff.de superfi.l.j.ff.de re iud.l.inuitus.§.quidam.sicut & non dicitur obligatus,qui exceptione est tutus : vt ff.de re.iur.l.nihil interest.& ff.de cond. ob turp. cau.l.pe.ff.de dolo.l.eleganter.l.seruus pactiones. Itē ita demum occiditur quis,cum ex eius parte bellum sit illicitum,ita quod resistere sibi non liceat:vt C.de his qui ad eccle.confu.l.iij.& C.de ser.mili.l.ij.& alias est bellū illicitum ex parte effendentis:cum nephas sit hominem homini insidiari: vt ff.de iusti.& iur.l.vt vim. cum ergo liceat resisti banno post satisdationem vel satisfactionē: ergo non licet offendi.Non obst.c.qui in dubijs, quia illud habet locum in sententia excommunicationis , quæ difficilius tollitur:vt extra de transla.præla. c.inter corporalia.Hæ duæ quæstiones fuerunt disputatæ in ciuita te Paduæ in scholis.per do.Accur.de Regio, & solute, vt s.pro qua etiam solutio.aureę sunt leges.ff.de reg. iur. l.non singulis.& C.de malefic.& mathe.l.vlti. & optimè etiam facit si subtiliter intelligatur.C.de iude.& cel.l.nul lus.cum legibus nota.per quam legem idem do. Accur. dixit se terminasse.q.de bannito offenso cum in publica custodia teneretur. Gandinus.

ADNOTATIO a ¶Equiparamus.Adde cui æquiparetur bannitus:an relegato vel deportato.Alexand. consilio. cxvj.ij. lib.Ber.

b ¶Quod valet.Adde,quod tale statutum valeat Ioan.andr.in addi. ad Spe.in titu.de de cri.in fi.addi.Barto.consil.clxxxviij . Alex. consilio.cxiij.j.libr.Cep.consilio. viij. Angel. consilio.cclxxxvij. Ber.

c ¶In banno.Adde Cep.consi.xl.

d ¶Maleficio.Adde quod contumacia sit delictum,tenuit Io.de ana consil.xlviij.Pau.de ea,consi.cxciij.

e ¶Offendi.Adde Alexan,consil.lxv.iij.lib.Bal.in addi.ad spec.tit. de citatione.Ber.

f ¶Campana pulsata.Adde quod in delictis,quæ habēt tractum successiuum vniuersitas punitur,licet non pulsata campana delictū fiat.ita Pet.de anch.consi.ccvj.Ber.

g ¶Autem non.Adde Ro,consi,cccIxxxvij.Ber.

h ¶Beroarios.Adde de quæstio.hic tractis videndum Io.an.in Spec. in ti.de accu.in.iij.parte.in additio.magna.Ber.

i ¶Non potuit.Adde dicendum vt per Paul.de cast.consil.xxxiij,& cxciij.in j.impressis. Ale.consi.lxxvij.iij.lib.Ang.consi. cclxxxvij. Cep.consi.vj.& xxxix.Ber.

Quid sit agendum reo præsente & non contumace. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Reus quando præsens est & non contumax,quid facere debebit.*
2 *Accusato Titio quod commiserit homicidium Parmæ:si ipse dicat quod fuit commissum Cremonæ,non tamen confiteatur se commisisse homicidium:an hæc exceptio prius decidetur:& quid fiet si maleficium sit commissum in confinio utriusque territorij.*
3 *Accusatione ut supra stante,si non appareat in quo territorio maleficium sit commissum:quid erit faciendum.*
4 *Accusato comparente si confiteatur uel neget delictum , quid agendum erit.*
5 *Delictum graue quod dicatur esse.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 *Accusatus comparens & dans fideiussores de parendo iuri & condemnatione soluenda: si relaxetur, & postea uocetur per iudicem, ille uerò non compareat: quid erit faciendum.*

7 *Fideiussoribus datis, ut supra si admoniti non præsentauerunt principalem, an & quomodo contra eos procedetur.*

8 *Fideiussor, ut supra in exigendo pœnam quam soluit, an seruabit ordinem iudiciarium.*

9 *Fideiussores si non possunt exhibere reum pro quo fideiusserunt, an poterunt eum plenè defendere, aut inducias ad eum præsentandum petere.*

REo autem comparente
& veniente ad mandata potestatis, quid
1 sit agẽdum † videamus? Et certè ipse reus poterit suas exceptiões opponere, si quas habet, tam dilatorias quam peremptorias. Nã sicut in causis pecuniarijs talis exceptio debet opponi in instio, id est ante lit. contesta. vt C. de excep. l. vlti. & pe. & de proba. l. exceptionem. ita & in criminalibus causis debet obseruari: vt ff. de adulte. l. si marítus. §. præscrip. & vt no. supra, de procur. §. vlti. vnde ante lit. contesta. poterit opponere quod accusator sit seruus, pupillus, mulier, vel similis, vel quod non sit de iurisdictione iudicis. Si autem reus non habet aliquam de prædictis exceptionibus, tunc iurabit de veritate dicenda, & nomen eius recipietur inter reos. Item videtur etiam q̃ ipse reus ante lit. contesta. debeat opponere exceptiones peremptorias: vt dicto. §. prescriptiones. Circa quæ dicit do. Odof. quod exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ, sicut in ciuilibus, ita & in criminalibus debent opponi ante lit. contesta. per iura superius alleg. sed exceptiones peremptorias dicit posse opponi & probari quandocũq; ante sententiam: vt C. de excep. l. si quod. & C. senten. rescin. non pos. l. ij. Nec ob. d. §. prescriptiones. vbi innitur quod exceptiones peremptoriæ, debent opponi ante lit. contesta. quia illud quod ibi dicitur speciale est in crimine adulterij, vbi postquã nomen rei receptum est inter reos, dictę exceptiones peremptorię opponi nõ possunt: vt ff. de adulterijs. l. ij. §. extraneus &c. † Sed quid si tu
2 me accusas de crimine quod dicebas Parmæ esse commissum: ego autem dico illud maleficium seu homicidiũ fuisse commissum Cremonæ, non tamen confiteor me illud commisisse: quæritur an hęc exceptio prius debeat decidi, quam nomen meum recipiatur inter reos? videtur quod sic, cum hęc quæstio sit emergẽs: vt C. de dilato. l. à procedente. ff. de libe. cau. l. liberis. §. fina. pro qua quęstione incidenti secundum communem opi. est pronuncian dum: vt not. do. Azo. in sum. C. de or. iudi, circa fi. rubri. Tu tamen dicas, & ita sentit do. Gui. de su. quod super accusatione illa est procedendum, nõ obst. exceptione prędicta: vt ff. de iust. om. iud. l. cum quędam puella. vnde cũ accusator in sua accusatione poterit homicidium illud, vel maleficium fore commissum Parmæ, debet accusator Parmæ respondere. Verum si in causæ processu probabitur dictum maleficium alibi fore commissum, apparebit Parmensem iudicem fore non competentem, & sic ipso iure non valebit quod factum erit, vt C. si à non compe. iud. l. vlti. Si tamen in confino vtriusque territorij factum fuerit dictum maleficium, & putat accusatus quod accusator desinet locum dicti maleficij, debet & tenetur hoc facere. ff. de accus. libellorum. & etiam locum illum designabit ad oculum: vt insti. de gradi. §. fina. ff. fi. regun. l. si
3 irruptione. §. fina. † Sed quid si non appareat vtrum sit factum illud maleficium in territorio Parmæ, vel Cremonæ, quid erit tunc faciendum? respon. quod fines vtriusq; territorij sunt distinguendi & terminandi. Si autem non distinguantur, tunc vterque petestas tã Parmæ, quã Cremonæ cognoscet de illo maleficio: vt ff. de execu. tuto. l. iurisperitos. §. cum oriundus. Accusatione autem exposita, si ipse accusatus nullas habet exceptiones, procedet in accusatione, quam accusationem accusator semper necesse habebit probare veram esse: alioquin obtinet regula, quod si accusator non probat, reus absoluitur: vt C. de eden. l. qui accusare. Fallit in casibus in quibus tam accusato quam accusatori incumbit onus probandi: vt C de abolit. l. vbi. & C. de abolit. l. fallaciter. §. quid. Item obtinet alia regula quæ est, vt accusator non probans videatur & intelligatur calumniator: vt C. de aduo. di. iudi. l. prima, quod fallit tamen in marito & alijs quod non est verisimile calumniari: vt ff. ad turpi.
4 l. prima. §. calumniari. & C. de adulte. l. quamuis. † Sed pone, quod accusatus comparuit, & confessus est delictum, vel etiam negauit, quid est iudici faciendum? respond. quia aut confitetur, aut negat. Primo casu subdistingue: quia aut confitetur crimen de quo tantum pœna pecuniaria est imponenda, & tunc est fideiussoribus [a] committendus: vt C. de appellatio. l. eos. §. penultimo. & ff. de custo. reorum. l. final. Si autem confitetur crimen propter quod debet pœna coporalis imponi, tunc ponendus est in carcerem: vt ff. de custo. reorum. l. si confessus. & l. diuus. & tenendus, donec ex crimine pronuncietur cui confesso pœna velox est imponenda: vt C. de custodia reorum. l. vltima. debet tamen ille confessus admoueri, quod suam defensionem faciat si quam habet: vt. C. de iure fisci. l. defensionis facultas. & C. de bon. vacan. l. vltima. ibi, data copia reclamandi. & facit. ff. de quæstio. l. prima. §. si quis vltro. vbi sponte confesso danda est defensio ad suam innocentiam excusandam. Nam probationes & defensiones possunt fieri vsque ad sententiam: vt C. de re cre. & iureiuran. l. si quis iusiuran dum. & de proba. l. indicia. & de transact. l. contentio. si autem accusatus negat crimen de quo accusatur, vel contra eum inquiritur, tunc aut agitur de crimine graui, aut de non graui, primo casu ponitur in carcerem: vt ff. de custodia. reorum. l. diuus. & indagatio criminis statim debet fieri, vt innocens absoluatur, & noxius puniatur. Carcer enim ad custodiam est inuentus, non vt pœna imponatur ex carcere: vt ff. de pœn. l. aut damna. §. solent. Hoc tamen fallit, seu corrigitur in muliere quæ ob aliquod debitum fiscale vel priuatum, seu ob aliquod delictum vel, crimen, in carcerem non ponitur: imo si tale sit crimen, quod non sit necesse eam in carcerem ponere committitur fideiussoribus, si fideiussores dare poterit: alias præstabit iuratoriam cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo & relaxabitur. Sed si crimen sit grauissimum de quo hæc mulier accusatur in monasterium mittitur, vel mulieribus traditur, per quas custodiatur: vt in authen. vt nulli, iudicum. §. necessarium. Si autem crimen quod quis negauerit non sit graue, & sit accusatus, tunc fi-
5 deiussoribus est relaxandus, vt dicta. l. diuus. † Sed quod dicitur esse graue delictum, respondeo, illud pro quo quis debeat personaliter puniri, vt est in crimine læsæ maiestatis: vt C. ad legem iuliam maiestatis. l. quis. vel patria prodita vel sacramentis rupt. C. de aboli. l. fallaciter. vel in furto, vt C. de seruis fugitiuis
b authent. suo iure. & simi. De his grauibus [b] delictis, habes not. per ordinem, infra de pœn. circa. vbi tractantur casus, vbi quis amittit oculum, nasum, manum & pedem: tunditur, verberatur, & comburitur, suspenditur, & signum imponitur, & eo ipso quod quis accusatur de graui crimine, est ponendus in carcerem: vt nota. Accursius. C. de custodienda reorum. l. secunda, in summa. not. quod ad hoc vt quis sit ponendus in carcerem vel fideiussoribus committendus, bonus iudex estimabit pro qualitate criminis, vel propter honores, vel amplissimas facultates, vel pro nocentia personæ, vel qualitate & dignitate eius qui accusatur:
6 vt ff. de requir. re. l. prima. † Sed pone, quod iste accusatus negauit se fore culpabilem & dedit fideiussores de parendo iuri, & de condemnatione soluenda & relaxatus postea ante condemnationem requiritur, & in contumacia perstitit in non veniendo, & obiectis respondẽdo, nũquid bona erũt annotanda? dic q̃ nõ. imo alio modo procedetur

cedetur contra eum: quia imponetur ei pœna pecuniaria: vt ff. si quis ius di. non obtemp. l. j. Et si adhuc in contumacia perseueret, sepius admonitus debet relegari: vt ff. de pe. l. absente. §. a Iuersus. & h capitalium. §. primo. &
7 ff. an per alium capi. l. prima. † Sed quæro nunquid possit contra fideiussores procedi admonitos quod principalẽ præsentent. & si potest procedi qualiter procedetur: respondeo, & contra fideiussores potest procedi hoc modo quia aut promiserunt certam pœnam, quod illum accusatum exhiberent, & tunc ad pœnam promissam agetur vt ff. si quis cau. l. j. & de exhi. re. l. si quis reũ. Si autem nõ promiserunt pœnam, sed simpliciter promiserunt illum exhibere, tunc pœna pecuniaria potest iudex eos punire: quia iudici non obtemperauerunt iubenti reum exhiberi: vt ff. si quis ius di. non obtemp. l. j. & hæc pœna seu mulcta applicatur fisco vt C. de mo. mulcta. l. mulctarum.
c Et hoc est verũ quando fideiussor non est in dolo, qa nõ exhibet reum. Si autem dolo fecit quominus eum exhiberet, tunc poterit extraordinem puniri, vel poterit relegari ad tempus, vel fustigari, vel acerbe poterit procedi cõtra eum: vt ff de requi. re. l. si quis reum. & C. de fideius.
8 l. si quis barsatorã &c. † Sed nunquid fideiussor in exi-
d gendo hãc pœnam, tenebitur dare libellum [d] &c. ordinis iudiciarij facere? & determinatum fuit q̃ nõ, per id quod not. Accur. C. de epi. & cle. authen. generaliter. in gl. quę
9 incip. nunquid ex hac. & ita ibi dixit Raph. † Sed ego quæro pone quod fideiussores non possunt exhibere reũ pro quo fideiusserunt, sed volunt eum in iudicio defendere plene, & in se iudicium suscipere, quæritur an possint. Vel pone, q̃ petant inducias ad eum presentandum dum. secundum quod in causa ciuili conceditur fideiussori: vt. C. de fideius. l. sancimus. Respon. primum nõ admittitur, quod possit defendere illum reum: quia ad crimen publici iudicij frustra procurator interuenit: vt ff. de publi. iud. l. pen. §. ad crimen. preterquam quod illustris persona. vt C. de publi. iudi. l. fi. † Item quia fam puniretur qui nullum maleficium commisit contra iura cum pœna iuos debeat tenere autores: vt C. de pœ. l. sancimus. Itẽ si fideiussor puniretur capite vel aliter in personã vel relegaretur vel exportaretur nunquã hoc posset repetere: quod secus est in causa ciuili vel pecuniaria, & hoc quãdo ille reus erat puniendus pœna relegati, vel vltra quia alias admitteretur defensor: vt plene de hac materia not. s. de procu. & no. ff. de procu. l. ieruum quoq;. §. publice vtile est. & d. §. ad crimen. quod autem fideiussor possit præsentare, bene dabuntur inducie. C. de fideiussor. l. sancimus. Gandinus.

ADNOTATIO a ¶Fideiussoribus. Adde Io. de Ana. consil. j. & Paul. de cast. consil. cccxlvj. inj. lib. inci. clarum est iure. in quo consi. notabiliter volunt quod etiam vbi pœna corporalis venit infligenda reo, iudex ex causa possit illum fideiussoribus relaxare, licut potest ex causa pœnam corporalem augere & minuere: cogita tamen quia cum iudex minuit pœnam, delictum aliqualiter punitur: quod forte non puniretur si reus fideiussoribus relaxaretur. vnde cum sit diuersa ratio, non videtur inferendum. iuribus vulgaribus, autoritas viri est magna. Ber.

b ¶Grauibus. Adde quæ dicantur grauia delicta Cep. consi. xj. Ber.

c ¶Dolo. Adde vt per Cep. consi. xxv. & promittens reũ presentare toties quoties, liberatur præsentando bis, secundum R om. consil. xv. Ber.

d ¶Libellum. Adde Spe. & Ioan. and. in addi. ad Spe. in tit. de fideius. §. sequitur. in prin. Ber.

a De quæstionbus & tormentis.[a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet de facili neque repente ad tormenta seu quæstionem prosilire.*

2 *Quæstio non ex quolibet maleficio, neque ex qualibet causa, neque indifferenter de qualibet persona est habenda.*

3 *Quæstio quando sit adhibenda.*
4 *Quæstio quando repetenda.*
5 *Iudex quæ temperamenta secum habere debeat in quæstionibus.*
6 *Quæstio quid sit.*
7 *Quæstionibus subijci quæ personæ ualeant.*
8 *Testis an torqueri possit.*
9 *Torqueri qui non possint.*
10 *Quæstio quomodo sit habenda, & cum quo moderamine.*
11 *Quæstio quo ordine habenda est quando plures sunt torquendi.*
12 *Torqueri homines ex quibus causis possint: & quando liber homo torqueatur.*
13 *Quæstionem quæ præcedere debeant.*
14 *Indicia quæ & qualia debent quæstionem præcedere.*
15 *Quæstionis quis sit effectus.*
16 *Reus quæstionibus subiectus si de alio confiteatur, an illius dicto sit standum.*
17 *Reo in quæstionibus alios inculpante, an illi erunt quæstionibus subijciendi.*
18 *Tortus nominat aliquem male famæ & conditionis: an nominatus poterit torqueri in casibus non exceptuatis.*
19 *Tortus indicijs præcedentibus confitetur se illud furtum fecisse, an poterit torqueri & interrogari de alijs furtis ad quæ nulla indicia habemus.*
20 *Tortus qui nihil dixit an poterit repeti.*
21 *Tortus si dicat teneatis me ad tondulum quantum uultis: quia nihil dicã cum sim innocens: an statim de tormento est deponendus.*
22 *Tortus fuit quidam à potestate Bononiæ causa maleficij commissi in comitatu Bononiæ, pro quo tamen debebat pati pœnam corporalem, qui confessus est se fecisse aliqua furta mutinæ, an ista potestas poterit eum punire.*
23 *Reo indicato, iudex uult eum torquere: ipse dicit, detis mihi meam defensionem: quia uolo tollere indicia &c. an danda erit dilatio ad se defendendum.*
24 *Confessus in tormentis, & perseuerans, si dicat se errasse an audietur.*
25 *Confessione in tormentis facta, non habita perseueratione, quid operabitur illa confessio.*
26 *Tortus non præcedentibus indicijs, si confiteatur homicidium & perseueret, an possit damnari.*
27 *Confessio in tormentis facta, non præiudicat: nisi sit perseueratum.*
28 *Confessio quæ dicatur facta metu tormentorum.*
29 *Confessio facta à ducto ad pedem tormentorum, non ligatis manibis de retro, sed adhibitis minis de torquendo, nisi confiteatur, an uidetur facta metu tormentorum, ut dicamus illam non ualere nisi fuerit perseueratum.*
30 *Confessio facta extra locum in quo homines torquentur, iudice dicente aut cõfitearis, aut ducam te ad torturam inferendo sibi metum, an uideatur facta metu tormentorum.*
31 *Statuto ciuitatis dicente, quod quis non possit poni ad torturam, nisi in certis casibus, potestas auidus honoris, fecit ponere reum in aliqua turri, denegãdo ei cibum & potum usquequo confessus fuit, an talis confessio dicatur facta metu tormentorum.*
32 *Perseueratio in quo loco fieri debeat & qualiter.*
33 *Perseuerationis tempus quantum distare debet ab hora confessionis.*
34 *Quæstioni qui debeant interesse.*
35 *Iudex adeò modum excedens in tormentis quod tortus uel deficit, aut in membro debilitatus est, an tenebitur, & quo iure tenebitur.*
36 *Indicium sufficiens ad torturam an sit, probato maleficio per unum testem de uisu.*
37 *Milites nostri temporis, an torqueri possint.*
38 *Aduocati an torqueri ualeant.*
39 *Infamatus contra quem fuit de crimine probatum per publicam uocem & famam ortam incontinenti commisso crimine, in loco criminis & à personis fide dignis, an poterit torqueri.*
40 *Infamatus post aliquod tempus publica uoce & fama maleficij commissi: ita occultè quod non constabat de malefactore: qui alias est homo malæ conditionis & famæ, an possit torqueri.*
41 *Statuto dante liberum & generale arbitrium potestati inquirendi & puniendi maleficia &c. an poterit contra delatum de crimine, ad torturam procedere sine indicijs, & nonnulla alia de arbitrio potestatis.*

TRactaturi plenius de
quæstionibus & tormentis, videndum est quid sit quæstio, quæ personæ possunt torqueri, qualiter debeat quæstio fieri, seu cum quo moderamine, quo ordine sunt homines torquendi, ex quibus causis & quæ oporteat præcedere quæstionem, & quis sit quæstionis effectus. denuo formabo circa materiam aliquas

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonas quæstiones & vtiles. Et vt iudicibus immodicè se uientibus quædam temperies adhibita videatur. Primo
1 notanda sunt quinque magistralia. †Primum ante om nia, quod omnis iudex qui de aliquo quæstionem habe re intẽdit, ante omnia habere debet iuris & humanitatis considerationem hanc: scilicet vt non facile nec repeten te ad quęstionẽ prosiliat si aliqua alia via leuiori vel verio ri potest obiecti criminis veritas inueniri quantuncunq; adsint indicia vel verisimilia argumenta. ff. de quæsti. l.
2 diuus. &. ij. respon. & l. edictũ. & C. eod. l. quoties. †Se cundum not. quod non ex quilibet maleficio, nec ex qua libet causa, nec indifferenter de qualibet persona habẽ
3 da est quæstio: vt d. l. edictum. †Tertium no. quod non quælibet indicia sufficiunt ad torturam habendam: tunc enim torquendus est reus cum suspectus est & indicia præcesserunt verisimilia talia quod quasi sola torquen
4 di confessi esse videatur: vt. ff. eo. l. j. ij. respon. †Quar tum not. quod in quæstione non est aliquis repetendus de iure nisi duo concurrant, & quod noua superfint indi cia, & quod tortus in fortitudine corporis animiq; dura uerit. arg. ff. eo. l. vnius. §. j. licet de consuetudine multi as sessores hoc non seruent, vt j. subijciam. eo. titu. §. quæro
5 quod. †Quintum not. quod iudices hoc temperamen tum teneant vt tormenta non sumant de aliquo, immen sa nec quanta postulauerit accusator. sed prout modera te rationis temperamenta desiderant, adeo quod tortus, sanus, seu saluus innocentie, seu supplicio conseruetur: vt. ff. eo. l. de minore. §. tormenta. & l. quęstionis modum.
6 alias tenetur iudex: vt ff. de iniu. l. apud labeonẽ. §. qõnis. uersi. ibi teneri eum &c. †Incipiamus à primo. s. quid sit quæstio, & quidẽ quęstio est inquisitio quę fit ad eruen dam veritatem per tormenta & corporis dolorem: vt ff.
6 & sic tenet do. Odof. †Sed pone quòd tu deiecisti me de fundo, & ego conuocatis amicis nō incontinenti, sed ex interuallo deieci, & meam possessionem recuperaui: quæritur nunquid hoc licitè facere potui? & videtur q sic, quoniam dolus cum dolo, culpa cum culpa compensatur: vt ff. de dolo. l. fi. & ff. de eo per quem factum est. l. fi. §. j. ff. de compensa. l. si ambo. & quia paria delicta mutua compensantur, tolluntur: vt ff. solu. mat. l. vi. atq; vxo. & ff. de adult. l. si vxo. do. Odo. soluendo hanc quæstionē dicit, quòd differentia est, inter crimen seu violentiam, occultum seu occultam, & crimen seu violentiam, notorium seu notoriam: nam si occulte deiecisti me de possessione mea, possum ex interuallo occulte deijcere te: nam tunc dolus cum dolo, culpa cū culpa. tex. vt suprà dictū est. si autē publicè & palam deiecisti me de possessione mea, ita quòd sit publicum & notorium: tunc dicit quòd incontinenti expedit quòd hoc fiat propter tumultum & scandalum euitandum. argu. ff. ad legem Cornel. de sicar. l. pe. & C. ad legem Iul. de vi pub. l. si quis ad se fundum. & quod dicitur, crimina mutua compēsatione tolluntur, hoc erit interdum verum, interdum nō: nam si hodie fe-
12 cisti mihi insultū, non possum cras tibi facere. ita si hodie deiecisti me de fundo meo, non possum te cras expellere, & ita vtrunque crimen punitur: & sic not. quòd incōtinenti licet mihi resistere, & non ex interuallo. & accipe incontinenti, id est antequam diuertatur ad alios actus: vt ff. de verbo. signifi. l. continuus. j. respon. & ff. de duob. reis. l. duobus. §. h. & ff. de adult. l. q ait lex. & ff. de test. l.
7 hæredes palam. §. fi. †Sed quid si ego expulsus de fundo, iui ad domum, & missi pro amicis meis: stetī per diem vel vltra, ad conuocandum amicos, & postea iui ad locū, & possessionem meam recuperaui: nunquid videor hoc fecisse ad defensionem? & incontinenti dic quòd sic. arg.
8 quia actus extraneus intermedius non fuit. †Et not. q omnis defensio quæ à iure conceditur, facienda est cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod moderamen attenditur circa duo, vt si aggrediaris me cū armis: possum me cum armis defendere: si autem sine armis, me defendere debeo sine armis: vt ff. de vi & vi arma. l. iij. §. cùm igitur. sed quid si pugnus vnius, sit durior quàm ensis alterius, forte propter debilitatem naturæ: dic quòd debilior vtetur armis. illud autē dixerunt quidam simplicitate nimia, quòd potentior debeat pati primò se percuti: nam ipsi male dixerunt: quia forsan nunquam percuteret, si primò percuti patiatur quàm percutiat, quod dic vt plenius no-
9 do. Azo in summa. C. vnde vi. circa principium. †Sed pone quòd ego per vim deieci te de possessione fundi tui
☞ publicè & palam, tu verò ex interuallo deiecisti me de possessione fundi illius. ego nunc te accuso de ista secūda violentia, tu verò contra istam accusationem fecisti petitionem, excipiendo proponens me prius violentiam cōmisisse, vel vis me principaliter conuenire. modo quæritur nunquid debes audiri? Respōdeo quod nō. & istud valde dignū. & not. q videtur innuere gl. apposita. C. ad legem Iul. de vi pub. l. si quis ad se fundum. dicens quòd prima violētia est absumpta seu sublata per violentiā secundam, & ex interuallo illatam vt ex prima violentia agi non possit: vt ff. de vi & vi arma. l. qui possessionem.
10 †Sed pone quòd ego conuocatis amicis sui ad quendā fundum volēdo possessorē illius fundi expellere de possessione: ille verò possessor cum suis amicis cœpit resistere: resistendo, aliqui sunt hincinde mortui vel vulnerati, quis inde punietur? Respondeo, autor & inceptor rixæ punietur pro omnibus excessibus perpetratis: vt ff. ad legem Iul. de vi publi. vel priu. l. quoniam multa facinora.
11 †Sed quid si rixa vel rumor non fuit inceptus ratione possessionis, sed alia causa, nunquid eodem modo punietur autor rixæ? Respōdeo q sic punietur: vt ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio. vbi autor belli punitur, & quia in dubio tutior via eligenda est: puniendo potius inuasores & autores criminum, quàm alios quos ignoramus deliquisse vel occidisse: vt ff. de damno infec. l. inter quos paries. §. j. arg. ff. ad legem Cornel. de sica. l. fi. supradictum est, quòd quis impunè possit aliū occidere, pro defensione sui corporis, vel suarum rerum mobilium vel immobilium, vel pro defensione sui patris, vxoris, & filij, vel alterius cuiuscunque qui esset in societate mea. inde est q nocturnū agrorum depopulatorem, vel deuastatorem, aut eos qui in itineribus frequentissimè stant in insidijs, possum impune occidere, cùm melius sit in tēpus occurrere, quàm post exitum vindicare: vt C. quando licet vni. se sine iud. vin. l. j. Item desortorē militiæ licet opprimere: vt C. præ-
dicto titu. l. fi. item furem nocturnum in furto deprehensum quocunque modo se defendat, licitum est occidere, sed furem diurnum non licet occidere, nisi telo se defendat: duntamen in vtroq; casu clamore hoc fiat: vt ff. ad legē Aquil. l. itaq; sunt & alij casus in quibus quis impunè ius sibi dicit: vt notatur illo generali, aliquem impunè sibi ius dicere posse. quos casus hic non prosequor. euitat etiā quis pœnam in multis alijs casibus, quod dic: vt infrà de pœ. circa fi. §. nō sequatur punitio. alias autem, nemo impunè potest aliū offendere, vel occidere: vt ff. de iudæis
12 & cel. l. nullus. & ff. quod met. cau. l. extant. †Sed pone q ego eram præsens in loco vbi Titius percutiebat, vel verberabat & occidere nitebatur Sempronium, quæritur nunquid debeam & tenear me interponere, & prohibere
c ne dictum homicidium committatur. videtur q sic. aliās autem q debeam puniri: vt ff. ad legem Cor. de fal. l. lex Cornelia. & ibi not. alias autem quo ad pœnam teneat: vt ff. de re iudic. l. culpa. & ff. de noxal. l. in omnibus. & l. in delictis. in princ. nam nō tantùm non careo culpa, imò etiam maleficium videor fecisse: vt ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. j. extrà de senten. excom. c. dilecto. lib. vj. & ff. de re iudi. l. omne delictum. §. qui præpositum. sed contra videtur ff. ad senatusc. Silla. l. j. §. eod. & l. j. §. sed in eodem. Solu. Dic secundùm cano. quòd ego teneor me interponere verbis, vel alio honesto modo, & licitè: vt in illo

illo c. negligere cum possis perturbare peruersos &c. sed secundùm ius ciuile non nisi in his quos habes corrigere, vt filios vel seruos, de quibus intelliguntur iura primo
d 13 alleg. & dic de hoc vt not. Accur. super d. l. culpa. †Sed pone quæstionem de facto, quidā fuit accusatus de quodam maleficio, vel cōtra eum per inquisitionem processum, iste comparauit & negauit postea: quia maleficium probatur per testes, vult confiteri, & dicere quòd illud maleficium commisit & fecit ad sui corporis defensionē: quæritur an sit audiendus? & primo videtur quod non: quia quoties agenti plures cōpetunt actiones contrariæ, debet actor vnam earum eligere: vt C. de fur. l. j. C. si ser. ex. se emi. l. vna. ff. de trib. l. quòd in hæredem. §. eligere. ff. de leg. ij. l. cùm filius. §. varijs. ergo debet esse idē in reo: quia reus excipiēdo loco actoris habetur: vt ff. de excep. l. j. præterea habemus q ille, qui conuenitur actione noxali, si neget se seruum in sua potestate habere, & postea de mendacio conuincatur, quòd tenetur hîc insolidum. ergo & in proposito negando se illud maleficium cōmisisse, perdit priuilegiū per quod poterat probare se illud fecisse ad sui defensionem: arg. ad hoc. ff. de noxa. l. quoties. §. prætor. & l. si seruus. §. si negauerit. & arg. ff. si quad. paup. fe. di. l. j. §. interdum. præterea videtur casus l. quod non audiatur. nam si ago contra possidentem fundum hypothecaria actione, & ille neget se fundum possidere, & ego conuincam eum de mandato, probando quòd ipse possidebat, & ipse postea velit excipere & dicere bene possideo: tamen ille fundus est mihi obligatus, primò, quod non audiatur: vt in authē. de trien. & semis. §. illud. & §. studium. Ecōtra videtur per l. ff. de exceptio. l. nemo prohibetur. ff. de reg. iur. l. nemo ex his quibus. lex dicit, quòd nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur etiā ex his quæ negauit. Præterea si quis recipiat pecuniam, & ab eo repetatur per condictionem indebiti, & in iudicio neget se pecuniam accepisse, certè si conuincatur, q illam pecuniam habuerit, poterit excipere, & dicere, & probare quòd illam pecuniam debitam habuerit & receperit: ergo idem erit in proposita quæstione: vt argu. ff. de probationib. l. cùm de indebito: & per istas leges consueuit quæstio nostra solui per plerosque Docto. Solu. Verum est secundùm do. Dy. de musello & alios Doct. Bononiæ, quòd talis defensio nullo modo admittatur, si ille accusatus primo fuerit & negauerit se illud maleficium commisisse. nam si postea audiretur volendo probare & illud maleficium commisit ad defensionem, iam veniret contra suum iuramentum, & suam turpitudinem allegaret, quòd est prohibitum in excipiente: vt extrà de do. c. cùm dilecti. extrà de exceptionib. c. cùm venerabilis. verum si iste accusatus negauit simpliciter se fore culpabilem: tunc dic quod possit postea probare se illud maleficium ad suam defensionem commisisse & fecisse: quia in isto casu videtur solùm negasse quod illud maleficium iniuriosè commiserit, sicut ipse accus. quia per hoc patet quod iniuriosè non fecit: sed in superiori casu negauit factum, scilicet quod nō fecit hoc homicidium vel malefi. de quo Accur. & pro hoc facit ff. de reb. dub. l. si is qui du-
14 centa. §. vtrum autem. †Item pone quòd accusatus dicat in sua responsione, ego nego me fecisse maleficium de quo sum accusatus, & si apparet me fecisse, dico q ego feci ad mei defensionem: quæritur an talis responsio admittatur de iure? videtur quod sic: vt C. de exceptionib. l. si quid. & ff. ad legem Iuliam de adulterijs. l. quoniā. vbi Alexander accusatus de adulterio dicebat se adulterium non commisisse, sed si commisisset, dicebat accusatorem post comprehēsum adulterum cū vxore retinuisse vxorem. Item debitum in iure accipitur tam ciuile quàm criminale: vt ff. de pe. hære. l. sed vtrum. sed lex generaliter præsupponit in debitis vt possit quis dicere non debeo. sed si apparet me debere, pactum de non petendo recipitur: vt ff. de regu. iur. l. nemo ex his. potest etiam allegari prout dixi suprà proxima quęst. pro & cōtra. potest etiā allegari q non sit audiendus: quia contraria allegans au-
diendus non est: vt C. de non nu. pecu. l. generaliter. & in authen. contra qui propriam. & quod ibi not. Sol. Dic
d vt suprà proxi. q. a quia si neget factum, quòd non sit audiendus, si autē simpliciter neget se esse culpabilem, tunc bene est admittenda responsio prædicta, scilicet nego me
15 fore culpabilem: & si apparet &c. Sed pone quòd †alius quis expulit me per vim de possessione fundi mei, peto possessionē fundi illius mihi restitui. ille verò vult probare & dicere, quòd ille fundus spectat ad ipsum. quæritur nunquid possit? Respon. dic quod non: quia ego spoliatus debeo cū eo sistere in iudicio: imò prius debet mihi
e restituere possessionē, quā violenter inuasit: vt C. ad legē Iul. de vi pub. l. si quis ad se fundū. & C. de dona. inter vi. & vxo. l. si maritus. & C. de appel. l. j. & C. de rei vendi. l.
16 ordinarij. cum ijs quæ ibi not. †Item pone contineri in statuto, q bannitus pro maleficio impunè possit offendi. quæritur an talis exceptio possit per procuratorem opponi? Item an ista exceptio lit. cōtest. impediatur? dic de his vt suprà dixi, vtrū procurator interueniat & quādo. §. vltimo duo &c. Item accusato competunt cōtra iudicem exceptiones, q ipse non sit competens: & cōtra accusatorem, q sit inhabilis ad accusandū. q dic vt suprà quid sit agendum reo veniēte & cōpetente, & qui accusare possunt vel non &c. Præter hæc quę dicta sunt suprà bene notandum & seruandum est, quòd ante dictam condemnationem vel pœnæ impositionem de aliquo faciendam, semper dari debet terminus ad defensionem faciendam accusatis & his contra quos inquiritur de quocunq; maleficio tam publico quàm priuato: vt C. de bon. vac. l. fin. ibi tanta copia reclamandi: vt C. de iure fis. l. defensionis facultas. nam quocunque tempore postulante reo defensionem denegari non debet: vt ff. de quæstioni. l. j. §. si quis vltro. & l. vnius. §. cognituru &c. Gandinus.

A DNOTATIO. a Non licet. Adde quòd licet repercutere & sumere defensionem familiæ & famuli. ita voluit Alex. consil. cxl. ij. lib. Ber.

b ¶ Aggreditur. Adde vt per Franc. de are. cōsi. xxxiiij. Pau. de cast. consil. xxxv. in primo impressis. Ber.

c ¶ Quod sic. Adde vt per Ro. consi. xvij.

d ¶ Proxima q. Adde videndum Bar. consi. incip. Catherina accusauit Riram. Ber.

e ¶ Restituere. Adde videndum Old. consi. ccxxiiij. & cccxj. Alexā. consi. lxxviij. lib. Ber.

De transactionibus & pactis in maleficijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Transigi an possit ex parte rei sine aliqua pœna pro quolibet crimine de quo ingeritur pœna sanguinis.*
2 *Crimina ex quibus imponitur pœna sanguis quæ sint, & quibus personis, ac in quibus criminibus liceat transigere.*
3 *Transigere an liceat in crimine læsæ maiestatis hæreseos, per iam oppugnata, uel prodita & talibus exceptuatis.*
4 *Transigere an liceat in lenocinio, & incæstu, & quid secundùm eo nones.*
5 *Transigere an liceat in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis præterquam in crimine falsi.*
6 *Transigere an liceat in priuatis criminibus.*
7 *Accusato Titio de crimine pro quo sanguinis pœna uenit imponenda: & facta transactione an alius uolens eundem accusare de eodem crimine audiatur.*
8 *Soluitur suprascripta quæstio.*
9 *Transactionis causa datum an repeti possit.*
10 *Transigere & procuratorem statuere an liceat: si per statutum pœna sanguinolenta mutatur in pecuniariam.*
11 *Banno facto per prætorem uel pacto: quod præsentans bannitum pro homicidio, si talis bannitum præsentet, an de banno extrahetur.*
12 *Transactio facta in criminali an postea præiudicet in ciuili actore agente ex eodem facto.*
13 *Transactio facta & remissione totius iuris sui per filios & hæredes occisi ch homicida, an potestas posit homicidam illum punire?*
14 *Iniuria illata Titio si postea bibat & comedat cum iniuriante, an poterit accusare de iniuria?*
15 *Vulnerato Titio pluribus uulneribus à Sempronio, Titius fecit pacem Sem-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

promo de dictis uulneribus:& postea mortuus est,an uideatur fecisse pacem solùm de uulneribus,uel etiam de morte subsecuta?

16 *Vulneratus mortifere iacens in lecto si dicat: Titius qui inculpatur de isto maleficio non fuit ille, qui me uulnerauit, sed alius: nunquid Titius erit liberatus? si uerò dicat, Titus me uulnerauit, an faciat præiudicium Titio?*

17 *Pax uel transactio an obstan.accusanti.& dicenti. non uoluerunt, an charta pacis producta per unum ex rixantibus, prosit alteri contumaci?*

18 *Vulnerauit Titius Seium, ex quo inter ipsos & eorum amicos orta est magna guerra: modo Titius & sui petunt pacem,uel quòd satisdent, quid erit?*

19 *Accusato Titio de uulneribus ei illatis per Seium, deuenerunt ad transactionem: an Seius poterit condemnari propter talem transactionem.*

20 *Statuto imponente pœnam pecuniariam pro homicidio, an poterit super illo maleficio transigi: item si uulneratus mortiferè & in lecto iacens faciat pacem offensori in manibus sacerdotis dum recipit pœnitentiã: an ualebit talis pax?*

21 *Statutum quòd qui de maleficio habuerit pacem ante accusationem porrectã uel inquisitionem inchoatam puniri non posit, an ualeat?*

22 *Pax facta per matrem & tutricem filiorum suorum de homicidio matri pupillorum, an ualeat?*

23 *Statuto dicente quòd si bannitus habuerit pacem ab offenso uel hæredibus exire posit de banno, an habenda sit pax ab omnibus hæredibus.*

24 *Pace facta inter Titium & Seium de uerbis & uerberibus inter eos habitis, quam promiserunt seruare sub pœna centum: postea Titius uulneraut Seium: & Seius repercussit Titium: an Seius posit accusari tanquam uiolator pacis?*

25 *Iusiurandum an conferri posit in criminali uel publico iudicio.*

26 *Statuto dicente quòd qui fecerit homicidium nunquam posit habere pacem & concordiam: & illius bona deuastentur: & si habuerit pacem ei non prosit: si Titius mandato Sempronij fuit interfectus: an Sempronio mandanti proderit habere pacem, & an illius bona erunt deuastanda.*

NVnc videamus de trãsactionibus & pactis in maleficijs faciendis: circa quæ notandũ est †super quolibet maleficio de quo ingeritur pœna sanguinis transigi, vel pacisci potest ex parte rei sine aliqua pœna: vt C. de transact.l.transigere. & est ratio, quia vnicuique licet redimere sanguinem suum in omnibus modis quibus po
2 test: vt ff. de bo. eorum qui sibi mor. consci.l.ij. †Quæ autem sint crimina ex quibus imponitur pœna sanguinis poteris reperire.in fi.titu.de pœ. infrà vbi de particularibus pœnis tractatur. tales igitur & similes accusati sine periculo supradicto quod habeãtur pro cõfessis trãsigere possunt.Sed talis licentia denegatur accusato de adulterio, licet sanguinolentum sit: imò pœna mortis iniungitur.C.de adulte.l.quamuis. ff. de extraordi. crimi.l.j.in principio.& l.de crimine. C. de adult.licet autẽ accusato transigere & pacisci concedatur: accusatori tamen prohibetur omnino: aliàs in Turpillianũ incideret. ff.ad Turp. l. ab accusatore. In alijs verò crimínibus non sanguinolentis transigere prohibetur: de quibus est exemplum in accusato.l.Iulia de ambitu.rep. de residuijs. & hoc habetur insti.de publi.iudi.§.itẽ lex Iulia de vi. & §.sunt præterea. fallit hoc in crimine falsi: vt dicta l.transigere. cuius pœna est in libero deportato cum publicatione bonorũ: quamuis in seruo sit vltimum supplicium. ff. de fal. l.j.§. ij.insti.de publ.iud.l.lex Cornelia.ff.fal.omnino.ergo accusatus de falso licitè transigit & impunè: quia aut pœna sanguinis irrogatur: vt C.de fal.mo.§.actorem. & l.ij.& in eo qui fecit falsam chartam iure Lombardorum, vt in Lombardia de eo qui fecit falsam chartam. c. ij. & tunc procedit transactio ex princi.l.transigere.aut non irrogatur pœna sanguinis, & tunc non licet ex fine illius legis. est autem ratio quare in crimínibus non sanguinolentis transigere prohibitum est: quia ad hoc nos inducit zelus puniendi delicta: vt l.si operis. C.de pœnis.& l.si à reo.ff. de fideiuss.& l.quod vulgo. exceptionis autẽ de falso ratio est: quia vt plurimum priuata commoda respicit, ad quæ iura & vnusquisque debet suæ rei legem dare posse. ff.de pact.dot.l.ob res.§.j.C.man.l.in re mãdata.c. de his. extrà de sepul. & hanc rationem tangit principium vlti. glos.l.transigere. sed eam cõfundit: quia idem & si pœnã sanguinis irroget: vt ex princi.dictæ legis colligitur, & sic remanet exceptio falsi sine ratione ab aliquo hucusq; reddita: sed quòd ratione caret extirpare necesse est.c.cor episcopi.in fine.lxviij.distinctio. vnde rationem assigno naturalem & iure probatam talem, scilicet in effusione sanguinis licet transigere: quia pro hoc homo annihilatur, bonum est ergo, quòd qualitercũque se redimat. arg. l.j.ff.de bo. eorum qui mor. an.sen. sed qui mendacium falsitatis incurrit, ad nihilum inter homines recidit: quia postea dicitur homo sine fide, id est conscientia esse: aut quia ex conscientia peccatum est: vt extrà de præscrip.c. fi.sed peccatum dicitur idem quod nihil: vt in Euangelio Ioan.ibi,& sine ipso factum est nihil: præterea mendacis siue falsarij pœna est, quòd non creditur ei: quòd est verum iuxta illud, qui mentiri sic sæpius solent, verum dicere si quandoque vellent, non adhibetur fides. ad hoc l. si is cui crimen.§.ijsdem crimínibus.ff.de suspect.tuto. & l.iij.§.finautem.ipse tutor & cæteris criminosis creditur: melius esset ergo talibus mori, quàm misere viuere.arg. l.is qui sanctos.C.de apost. & Seneca dicit: Mors quam dulcis est amare viuentibus. & hæc est ratio quare talibus conceditur transigere, accedit ff.de consti.pecu.l.j.in principio.& l.illud.quare autẽ prohibetur de adult.trãsigere rationem assignat: quia facit criminis frequentiã & enormitas:& ad id primum, id est frequẽtiam & assiduitatem.facit ff.de pœ.l.aut facta. §.nonnunquam. & C.de hære.l.quicunque.§.quòd fecerit. & l.j. C.ad legem Iul. repe.& de suspect.tuto.l.j.§.j.ad secundũ enormitas probatur.ff.de mi.l.auxilium.& no.Azo in summa. de adul. in principio.& pro hoc optimè facit: quia obijcitur castitati, quæ sola possibilis est Deo nostras animas præsentare: vt in authen. de leno.§.faciamus igitur. col.iij.& de trien.& semis.§.consideramus.c.nupt.xxxij.quæstio.j.ex prædictis ergo dic cessare oppositionem de raptu. quam facit glos.l.transigere. per l.vlti. C. quib. ex cau.ser.li.ac. quia idem in ipso imò expellit: vt l.raptores.in principio. C.de episcop.& cler. ibi pessima criminum peccatis &c. per hæc transactio & pactum prohibetur. non obst. op. glos.prædictæ: quia non dicitur in dicta lege pactum in hoc esset licitum: sed sic deuenerat de facto, quòd fuerat pactione transmissum: non ergo loquitur de pactione iu
3 ris effectum habente, cùm nõ comparatur dissimilationi quàm clarum est nullũ iuris effectũ habere in talibus.†& eadem ratione dicã esse prohibitum in crimine læsæ maiestatis hæreseos, patria oppugnata vel prodita, & in talibus crimínibus exceptis, quia nõ paciscendo sed suam innocentiam monstrando purgare se debet reus. arg.C. de bo.eorum qui ante sen.l.j.in principio. in glos. ibi posita, ac si dicat &c. & accedat ff. de accusa.l. ex iudiciorũ.
4 & C. de abol.l.fallaciter.aliàs fi.in fi.†Idẽ in lenocinio & incœstuoso est eadẽ ratio: vt l. si adulteriũ cũ incœstu. in principio.& in l.is cuius ope. & l.ij.ff. ad legẽ Iuliam de adulte.nec obst.si obijciatur de legibus. ff.de iniurijs.l.in oĩbus.ij.q.iij.§.notandũ.& §.in oĩbus.ff.de iu.fis.l.in fisci. quia accusato licet non accusatori, qui incidit in Turpilianum.ff.ad Turpil.l. ob accusationem. nisi desistat ante inscriptionem,& tunc etiam accusatori, licet l.vt mulier. & l.quæsitum.ff. ad Turpil. lite verò contesta. non licet, nisi iudicis autoritate, & cũ determinatione. l. fallaciter. C. de abo. secundùm canones verò dicitur de nullo crimine posse transigi: quia omne crimen secundùm canones videtur publicũ: vt in dicto §.notã. & extrà de collu. deteg.c.j.& ij. & qualiter de ciuili & criminali & matrimoniali & spirituali iure licet cano. transigere: dic vt not. d.§.no.in glos.scias quod &c.& dicto c.j.de collu.deteg. in gl.arg.quòd ex. Item ad id quod dictum est de adul terio non posse transigi: videtur contra in authent. vt lic. mat. & auiæ.§.penult. ibi, vbi tamen nondum &c. Solu. secundùm glos.& opi. Io. quod ibi dicitur, non est referendum ad crimen adulterij, sed ad alia capitula in eadẽ authen.posita.sed tu dic quòd huius contrarij solutio nõ est sufficiẽs: imò dic quòd ad omnia præcedẽtia refertur: nec sumitur ibi amicabilis compositio pro transactione, sed

sed gratuita conuentione: quia conuenire pecunia non est propriè amicorum, sed extraneorum. & hæc omnia
5 sunt secundùm do. Hug. de la font. †In alijs autẽ crimínibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, non licet transigere præterquã in crimine falsi: vt dicta l.transigere. & est ratio quare in his crimínibus nõ est licitũ transigi: quia transigens habetur pro confesso: vt ff.de præua.l.in omnibus crimínibus.& not.quod illa l.transigere.nõ vetat in ij.parte sui, quin possit pacisci.vnde dic q̃ in oĩbus crimínibus in quibus nõ ingeritur pœna sanguinis, gratuita pactio vel remissio bene potest fieri. Idem dic in cri
a mine adulterij,ª vt ff.de iu.fis.l.in fisci.& ff.ad legẽ Iuliam de vi pub.l.qui crimen.§.qui vacãtem.& dic vt not.Azo in sum.C.de transact. sed quæro, lex prædicta transigere
6 in j.& ij.parte sui loquitur in crimínibus pub. †Sed qd erit in crimínibus priuatis: nũquid in eis licet transigere vel pacisci?d.Guid.de suza dicit, quòd sic: vt C.de fur.& ser.corru.l.post decisionem.& ff.de condi.fur.l. si pro fure.ff.de fur.l.interdum.§.qui tutelam.& ff.de pac.l.si tibi. §.quẽdam.reus tamen, qui pretio dato pacisci tur, infamis
7 est: vt ff.de his qui not. infa. l.quoniam. & l. seq. †Sed pone quod aliquis est accusatus de crimine de quo pœna sanguinis imminebat. iste accusatus de crimine transegit cum aduersario suo de illo crimine. venit modo alius &
8 vult istum alium de eodem crimine accusare iterũ. †quæritur nunquid possit? hæc quæstio fit in glos. ordin. super d.l.transigere. sed d.Guid.de suza dicit, quòd si is ad quẽ spectat dolor trãsigit super eodem crimine super quo potest transigi: & suam remittat iniuriam, quòd præcludit viam omnibus alijs accusatoribus, vt ff.de iureiuran. l.eũ qui.§.in popularibus.& ff.de præuari.l.præuaricationes. & ff.de sepul.vio.l.sepulch.& ff.de accusa.l.si cui. §.ijsdẽ. non obst.l.ff.ad legem Iul.de vi publ.l.qui cœtu.§.fin. & ff.de adul.l.si maritus.§.si negauerit.per quas leges gl.ordinaria videtur decidere quòd alius non impediatur accusare: quia lex illa loquitur in crimine adulterij & raptus in quibus transigi non licet: nec enim debet de admisso eiusdem hominis sæpius quæri: vt ff.nau. cau.stab. l.licet.dic etiam pro & contra: vt no. suprà qui accus.posvel non, in vltima q.&c.quæritur an tale pactũ vel transact.noceat extraneis vel eidem, vt iterum reus accusari non possit de eodem crimine.glos.ordina.d.l.transi. dicit vtique non nocere.per l.qui cœtu.§.fi.ff.de public. iudic. sed do.Hug.de la fon.dicit quod extraneis nõ nocet, idẽ bene nocet,& pro glos.facit ff.de sepul.vio.l.ij.§.sed & si is cuius interest.cum fi.Sed contra.C.qui accus.non pos. l.accusationem.vnde dicit si incidit in Turpilianum, infamis est,& tunc non reiicitur quia non supersit crimen, sed reiicitur quia infamis est: vt C.vt in.cer.tempus quæ. cri.termi.l.j.ad Turpil.& l.ij.& ff.de publi.iudi.l.infamẽ. & sic saluatur l.accusationem.sed admittitur inquantùm suam vel suorum prosequatur iniuriam,& sic saluatur.§. si is cuius interest.& de adulte. l.si marítus. §. si negauerint.ff.& quod not.super §.si paciscar. ff.de pac.non obst.
9 si tunc temporis sit infamis, vt l.hi tamen.ff.de publi.iud. secundùm d.Hug.de la fon.sed d.Guil.de suza aliter soluit & dicit: dic vt per eum in solutione proximę quęstio
10 nis. †An autem datum ex præmissa transact. peti possit? dic quod sic, vt in tex.& gl.percipitur.C.de commi.& & contrahen.stipu.l.si quidem. vnde versus. Sanguinis in pœnis nisi mechus transigit omnis. In cæteris nulli licet nisi crimine falsi. Sanguinis & capitis metuens de crimine pœnam. Transige si placet non transigit vllus adulter. In cæteris nulli liceat, nisi crimine falsi. Dat censura tamen noua meco vnde leuamen.†Quærit do. Guid.de suza, quid si loco sanguinolentæ pœnæ per statutum sit subrogata pœna pecuniaria, vel alia non sanguinolenta? determinat quod quò ad transactionem & procuratoris constitutionem remanserit idem ius quòd à princip.arg. ff.de do.l.id quod.& totum illud generaliter initium spectandum.& facit ff.de seruí.vrb.pred.l.si domus.cũ simil. & hoc notaui suprà in titu.vtrum procura.interueniat in
11 male.§.sed pone quæstionem quotidiè.cum concord.do. verò Hugo de la fon. contra, quia iudiciorum qualitas dijudicatur à pœnæ qualitate: vt l.ij.ff.de publi. iudic.sed nunc ponitur pœna non sanguinolenta: ergo non transigitur: quia cessat causa prima: ad quod ff.de leg.ij.l.Imperator.C.de inter.l.j.non ob.alle. originis: quia noua forma rei dat nouum esse.ff.ad exhi.l.ob.& l.si domus.l. Iulianus.§.si quis rem fecerit.& de seruí.vrb.prædio.l.si domus.cum similibus. quia vno de duobus principalibus subla.remanet alterum: secus autem si principale mutatur: quia etiam accessorium per cõsequens sicut trãsactio & procurationis cõstitutio, quæ sunt eiusdem animi sequelæ.ad quod est ff.de re iudi.l.cùm principalis.& C.de nup.l.fi.& de vsur.l.eos.in princ.ff.non ob. si dicatur surrogatum debet sapere naturam hanc vt hæc: hìc autem habeant separatam naturam non sanguinolentam à sanguinolentis.ad quod ff.de priua. delic.l.si magistratibus. & de leg.ij.l.codicillis. §.insulam.& l.vt tantùm. in prin. C.de ser.corrup.l.quoniam.& cùm quid mutatur & eius qualitates mutantur. C.de impo. lucr.descrip.l.j.§. quod licet.& ad hoc C.de transactio.l.causa cognita.C. de edi. diui Adri.tollen.l.edicto.circa principium.vbi subla. videntur omnia occasione eius institu. sic pœna corporali sublata & redacta ad pecuniariam similiter reducuntur omnia occasione eius institua, videlicet transactionis pœnæ imponendæ permissio,quàm procuratoris instituendi prohibitio.ad quod optimè est ff.de leg.j.l. si fundum sub conditione.§.si pater.& l.non quocunque.§.qui graui.Hug.de la fon.de Parma.quid si ciuitas voluit cõponere cũ aliquo suo castro super dissensionibus,discordijs,& iniurijs. & facit conuentionem & statutum quod habitatores castri gaudeant immunitate: valebitne talis compositio? videtur quod sic: quia fides etiã hostibus est seruanda.c.noli æstimare.xxiij.q.j.& accedat ff. de censi. l.j.in princip.& in authen.de nup.§.distrahuntur. & totũ illud generale pacta seruari. Et econtra videtur quòd nõ videtur casus expressus C.de decur. l. euacuatis. ad hoc C.de transactio.l.interpositas.Sol.Dic quòd iustitia erat, & fuit de illis dissensionibus ex parte ciuitatis: tunc erat calumnia in restituentibus,& non debet eis seruari conuentio secundùm quòd no.super l.ij.C.de transactio.nec statutum tanquam ambitiosum valet.ff.de decre.ab ordi. fac.l.ambitiosa.& sic saluabitur l. euacuatis. Aut iustitia super contentionibus faciebat pro castellanis, & tũc seruabunt: quia tunc cessat ambitionis causa. C.de transact. l.præses.& facit C.de noxa.l.iij.non obst.l.interposita.C. de transactio.quam quidam inducunt: quia isti non sunt serui,licet sint subditi: quòd patet,quia admittuntur ad iudicia,& omnes actus ciuiles,quod non est in seruis.l. qd attinet.ff.de re iudi.sed plus obst.quod suprà no.de patria oppugnanda in quo transactio prohibetur: sed patet sol. quia supponitur vbi sit iustitia ex parte castellanorum: quia ex parte ciuitatis erat notoria violẽtia, quo casu eis quamuis subditis licuit resistere & se defendere.C.de iu.
fisci.l.prohibitum.d.Hug. de la fon. Parmensis. †Item
12 dependet & alia quæstio quæ est talis. fecit præconizari potestas, quòd præsentans aliquem bannitum de homicidio cancellabitur de criminalibus,id est de damno, seu tale pactum cum aliquo fecit bannitus aliquis, seu idem cum quo pepigit potestas, præsentauit bannitum: petit se de banno & criminationibus eximi.quæritur an potestas ex se possit hoc?& videtur q̃ sic: & pro hoc faciunt prima argumenta proximæ quæstionis.& C. ex qui.cau. ser.pro præ.li.ac. per totũ. quia cùm sit potestati permissum bãnitos capere,& hoc per quod peruenitur ad illud. l.oratio.ff.de spon.l.cui iurisdictio.ff.de iurisdi.om.iudic. & hoc concedit do. Gui.de suza. Econtra videtur per l. præses.C.de transact. & l. pactum curatoris. de pact.& l. distin.c.j.ij.& iij.ff. de pœ.l.diui. & l.relegati. & est casus ff.quod vi aut clam. l. prohibere.§. plane. & hæc est ipsa veritas.nec obstant signata in contrarium. Primò generale de pacto seruando vel ordinando,quia ius sibi admi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nistrandi ei non competit. l. iusiurandum quod ex conuentione.ff.de iureiuran.ibi,sed replicabitur &c. ex quo tollitur aliud generale, cui aliquid permittitur &c. quia
a hoc expresse interdicitur præsidi, nisi quantum lex cõmunis vel municipalis concedit. Hug.de la fon. de Parma. †Item nunquid transactio facta in criminali præ-
12 iudicat postea in ciuili agente actore,& ex eo facto sicut fit in quolibet crimine:vt ff.de priua.delic. l.fi.ff.de publ. iudi.l.interdum.in quo casu de priuato & marsupiali dãno lege agitur,vt de domo incensa & similibus:ne obijciatur de l.quod sena.& l.& prætor edixit.de iuiur.& videtur quòd non.l.j.C.quãdo ciui.act.præiu.cri.Et econtra dic quòd præiudicat vt aliud sit in sententia, & aliud in transactione,vt hic. & no. Accur.C.de transact. l.si de certa.in gl.de quibus non sit actum &c. & facit C. eo.tit. l.si causa cognita. & ratio diuersitatis ibi assignatur: & hæc est veritas.Hug.de la fonta. An habens pacem post pactionem & transactionem factam pro homicidio no-
13 ceat communi. †Sed pone quæstionem, quòd filij & hæredes cuiusdam hominis occisi fuerunt pacem cũ homicida de prædicto homicidio & totius sui iuris remissionem.vult potestas illum homicidam punire & condẽnare in capite,dicta pace & remissione obtenta,quæritur nunquid possit? & videtur quòd sic. Ius acquisitum cõmuni pactis priuatorum non tollitur, nec immutari potest:vt ff.de pact.l.iurisgentium.§.fi paciscar.& l.ius publicum.& l.si vnus.§.pacta. Item quia maleficia nõ debent remanere impunita:vt ff.ad legẽ Aquil. l. ita vulneratus.& ff.de fideiuss.l.si à reo. & ff.depositi.l.bona fides.& arg.ff.de offi.præsi.l.congruit.& ff.de iurisdi. om.iudi.l.si familia. Econtra videtur quòd non possit. Nam pax est ad bonum lenitas quędam:vt C.de cadu. tollen.l.vna.in principi.& quia nemo sine accusa.punitur:vt ff.de mu.& ho.l.raptores.§.fi quis.item quia iam iste deciperetur auctoritate primi statuti,quod esse non debet:vt C.de ijs qui veni.æta. impet.l.j. Item si pœna posset imponi iam l. transigere imponeretur verbis,quod esse nõ debet:vt C. commu.de leg.l.ij.in fi.item d.l.transigere. indistincte loquitur:ergo indistincte est intelligenda: vt ff.de pu.l. de pretio.& ff.de offi. præsid.l.iij. Item super hoc lata est lex domini Imperatoris,quam mandat seruari per omnes rectores.in vlib.feud.de pace tenen. inter subdi. &c. Solu. secundum do.Guid.de suza dicit quòd si potestas super illo crimine habet statutum, quòd illud debeat obseruare,& pœnam imponere secundùm formam statuti illius. Nam ciuitates bene possunt habere huiusmodi leges & statuta: vt ff.de iusti.& iu.l. oẽs populi. & lex illa seruari debet,& si per quã dura sit: vt ff. qui & à quib. prospexit legislator. nam per talia statuta recessum est à iure communi:vt d.l.omnes.Si autem super illo crimine seu delicto non sit statutũ,& tale sit illud crimen, super quo possit transigi:tunc dicit idem d.Gui. quòd super illo homicidio vel alio delicto potestas non possit procedere, nec pœnam imponere delinquenti.nam trãsactio seu pactio, quæ toleratur à lege tantam habet efficaciam & autoritatem quòd omnem iniuriam etiam reipub. sustulisse videtur,per iura suprà proximè allega. Sed secundùm opi. communiter omnium Doct.aliorum dico, quòd siue super illo crimine possit transigi siue non, quòd talis pax non impediat condemnationẽ super illo crimine faciendam potestatem,siue super illo crimine sit statutũ siue nõ sit. & ita de consuetudine seruatur, & hoc ista ratione, quia omnis homo,qui delinquit,offendit rem publicam ciuitatis:vbi male committitur: & offendit etiam illum, quem ledit:vt ff.de pub.& vect.& com.l.licitatio.§.quod illicite. vnde remittendo quis iniuriam suam, non propterea remittitur iniuria communis & publica: vt ff. de pact.l.iurisgentium.§.si paciscar.& ff.quod vi aut clam.l. ij.& ff.de no.ope.nun.l.præter.§.inquiritur. & facit ff.de iniur.l.j.§.si fortè cadauer.& ff.ad legem Iul. de vi pub.l. qui cœtu.§.qui vacantẽ.& ff.de re iudi.l.ne quid pignus. & in hac opi.fuit do.Dyn.& ita determinauit Bononiæ.

14 †Sed quid si feci iniuriam aliquam tibi: & postea co-
c medisti & bibisti mecum: nunquid possis postea me de iniuria accusare vel agere mecum? videtur q̃ non: vt instit.de iniur.§.fi.Econtra videtur,quia illa iniuria iã erat nata,q̃ patet ex eo q̃ dissimulatione tollitur.nã non posset tolli,si non esset nata:quia q̃ nullum est, rũpi vel tolli non potest.ff.de iniust.rup.& irri.testa. l. nam & si. quod dic vt not.Accur. super d.§. vnde dic quòd iniuria non tollitur quantum ad ius quod est acquisitum communi seu publ.vt patet ex iniur.suprà proxi.q.not.hoc est quãdo pro iniuria agitur criminaliter, quod fieri potest: vt instit.de iniur.§.in suam. Nam eo casu pœna quæ debet imponi applicanda est fisco:vt ff.de iniur.l.fi.Si autẽ agatur ciuiliter,tunc tollitur iniuria dissimulatione:vt dicto §.vlti.instit.de iniur. nisi statim dixisset illam iniuriam ad animum reuocasse.Nam eo casu non tollitur nuda volũtate seu dissimulatione,sed verbis expressis vel pacto:vt not.Accur.super §.vlti.in glos. quæ incipit, aboleuit. in
15 fine glos. †Item subijcio aliam & dubitabilẽ quæstionem, & quæ sæpius assessoribus occurrit de facto. Ecce Titius percussit & vulnerauit Sempronium inferendo sibi multa vulnera.iste Sempronius eidem Titio fecit pacem & remissionem de dictis vulneribus, & postea mortuus est: modo quæritur an videatur feciss̃e pacem non solùm de illis vulneribus,sed etiam de morte postea subsecuta? Et primò videtur quòd nõ:quia in dicta pace nõ fuit actum de morte:ergo pro omisso debet haberi:vt ff. verbo.obliga.l.quicquid. nam iniquum est perimi pacto id,de quo cogitatum non docetur:vt ff. de transact. l.qui cum tutoribus.& l. Aquiliana. ff.de pactis.l.tres fratres.

Item is qui habet duo remedia remittẽdo vnũ retinet aliud:vt ff.de peti.hæred. l. legitima.& de inoffic.testa.l. mater. Item non videtur renunciare iuri quod ignorabat sibi competere.C.de fur. l.fin.§.sinautem. Item ille vulneratus non videtur renunciare iuri suo casuali & futuro:vt ff.de leg.j.l.& si ita.& ff.de acquir. hæred.l.is qui hæres. & l.is potest. Item quomodo potuit remittere iniuriam publicam seu communis nõ video:vt ff.de pac. l.iurisgentium.§.si paciscar.cum legibus similibus alleg. suprà proxi. q. in fi. Item quomodo potuit paciscí de morte nondum secuta: neq; enim dolus futurus remitti potest:vt ff.de pact.l.si vnus.§.illud.& §.pacta. Item nec accusationem,quam nõ habet,potest remittere:quia accusatio de morte non tantum defuncti, quàm hæredum est:vt ff. ad legem Falcid. l. reperitur casus. Regulariter enim nullus potest iuris plus in alium transferre quàm ipse in se habet:vt ff.de regu.iur.l.nemo.& ff. de acquirẽ. rerum do.l.traditio. Item in casu nostro duplex actio nascitur:vna de occiso,altera de vulnerato, quorum vna per aliam nõ tollitur:vt ff.ad legem Aquil.l. si vulnerato seruo.potest ergo de subsecuta morte damnari, licet pax prosit de vulneribus:& habet locum actio legis Cornel. de sicar.vt ff. de sicar.l.fi.in §.fi.vnde constat ex dicta l.ff. de sicar.quòd si actum & cognitum sit de vulneribus etiã mortiferis,quòd nihilominus postea agitur de occiso,per quod datur intelligi, q̃ mors & vulnus non sunt idem: quia si essent idem,iam sequeretur q̃ lata sententia super vno,obstaret exceptio rei iudi. super altero, quod tamen non est:vt d.l.si vulnerato seruo.cũ l. seq. & est ibi ratio: quia aliter fit æstimatio vulneris,& aliter mortis,vt ibidẽ dicitur à simili in proposita quæstione. Aliud venit in iudicium,cùm quis accusatur de morte:quia condemnatur in capite. Aliud cùm accusatur de vulnere: quia fit condemnatio in pecunia.præterea cùm ex eodem facto oriũtur plura crimina, quorũ quodlibet exigit pœnalẽ coartationem in talibus regula comprobata est q̃ de vtroque tanquam de diuersis potest accusari & puniri: ita quòd exceptio transactionis vel iudic.super vno habere,nõ nocet in alio:vt C.de accus.l.qui de crimine.versi.si tamẽ.& de priua.deli.l.penul.ita & erit in quæstione proposita, q̃ pax non prosit illi quominus possit de occiso cognosci: cùm aliud mors,aliud vulnus:vt suprà dictum est. Nam

hodie

hodie secundùm aliam generalẽ consuetudinẽ Lombar. & totius Italiæ vulnerũ nõ est accusatio publica,sed priuata:quanq̃ secundùm iura cõmunia cõsueuerit esse capitalis,q̃ patet ex eo q̃ defensor interuenit: & quia pœna sequitur pecuniaria: sed secus cùm agitur de morte: quia tunc defensor respuitur,& capitalis imponitur pœna.cùm igit̃ sint diuersa, ergo pax nõ obstat in casu proposite quæstionis. Econtra videtur q̃ pax facta fauore pacis obstet.C.de cadu.tol.l.j.circa princ.vnde pacis be-
16 neficium debeat ampliari: quia beneficia & fauores ampliandi sunt:vt ff.de libe.& posthu.l. cùm quidam. Itẽ remittẽtibus actiones suas,nõ est ad eas amplius regressus:vt ff.de ædil.edic.l.quæritur.§.si vẽditor. Itẽ hęres nõ reuocat per ingratitudinẽ ea, quæ pater nõ potuit reuocare:vt ff.de re.do.l.j.& vlti. nec videtur obstare q̃ si proseruo vulnerato actũ est ciuiliter lege Aquilia, q̃ nihilominus potest postea agi lege Cornelia de sicar.vt dicta l. si seruos.& ff.ad legẽ Aquil.l.idem Neratius.§.si dolo. &
d C.quãdo ciui.act.præiudi. cri.quia hoc est verũ quando vna est ciuilis,alia criminalis:vel quia agitur pro re familiari ciuili actione legis Aquilię ad estimationẽ damni serui vulnerati,vbi per eas leges fingitur mortuus tẽpore vulnerũ, quantũ ad respectum æstimationis seruí habendæ à die illatorũ vulnerũ:sic actio illa l.aq̃l.respicit se retro.hic aũt vtroq; modo ad vindictã habendã intẽditur tã de morte, quàm de vulneribus.igitur videtur dicere q̃ homo mortiferè vulneratus nõ sit idẽ q̃ mortuus, nisi tũc cũ spiritũ emiserit,q̃ probat̃ apertè per l.ff.ad legẽ Aquil. l. ita vulneratus.§.fi.vbi quis interfecit seruum ab vno mortiferè vulneratũ,teneẽ de occiso,quod nõ esset, si hominẽ mortuũ interfecisset:quia hominis mortui homicidiũ cõmitti nõ potest:cùm nõ sit homo:vt ff.de verb.sig.l. Paulus. & ff.de vsu & habi.l.Sẽpronius. & ideo ad cautelã dic pacẽ esse faciendã de vulneribus & de morte,si sequeretur vel de omni vel de toto eo, quod subsequi posset occasione illorũ vulnerũ.nã hoc casu bene intelligit̃ pax facta etiã de morte subsecuta:quia iuri futuro bene potest renũciari per pactũ:vt C.de pac.l.ij.& ibi not.per Accur. per l.ff.

ad Sillã.l.j.§.fi.& l.seq.& ff.de reuoc.dona.l.j. & fi.& ff. si quis cau.l.nõ exigimus.j.respon.nam hæc clausula,& de omni eo qd̃ posset subsequi &c. debet aliqd apari vt oĩa specialiter cõplectantur:vt ff.ad legẽ Aquil.l.si seruus.§. inquit lex.referẽ ergo illa clausula ad mortẽ & nõ ad vulnera,de qbus specialiter est actũ:vt ff.qb.ex cauſ.l. sed & si per prætorẽ.§.dictũ.& ff.de verb.obl.l.doli clausula. & facit etiã q̃ clausula apposita aliqd operet̃:vt ff. de vsu.l.
16 si stipulatus.& ff.de leg.j.l.si qñ.ff.ad muni.l.ij.&c. †Sed pone q̃ quidã mortiferè vulneratus iacens in lecto dicit, Titius,qui de isto maleficio inculpat̃, nõ fuit ille qui me vulnerauit:sed fuit alius.quæritur nunquid iste Titius sit ex hoc liberatus? videt̃ q̃ nõ:quia non est pactũ:quia pactũ est duorũ pluriumue &c.vt ff.de pac.l.j.§.pactũ. licet dicat lex nõ refert cũ qbus qs de supremis loquat̃: vt ff. de leg.ij.l.cùm pater filios.§. donationis. sed tu dic secũdùm d.Gui.q̃ ille Titius p hęredes mortui accusari nõ possit: vt ff.ad Sillã.l.j.§.fi.& l.seq. Itẽ si dicat,Titius me vul-
e nerauit,nũqd prejudicat ipsi Titio:dic q̃ nõ:vt ff.ad Sil. l.si qs in grauí.§.j.& no.gl.& ibi Ang.in l.ij.C.de calum. Postq̃ verò aliqs trãsactionẽ & pacẽ fecit de vulnere sibi illato:illũ eũdẽ de dicto maleficio accusare nõ põt:vt patet ex prædictis:& vt no.s.q accu.pos. vel non.in vltimis
17 duabus quæstionibus. † Sed qd si dicã talis transactio vel pax nõ valuit,qd̃ multis casibus cõtingere põt:nũqd hoc casu audiat̃ accusans.in s.pxí.queſt.dic qd̃ sic,si talis pax vel trãsactio fuerit cõtra legẽ.arg. C.de sac.san.eccl. l.iubemus.§.sanè.& ff.de lib.cau.l.j.& ff.de agri. & cẽsi.l. quãdmodũ.& ff.de sepul.vio. l.ij.§.pe. licet quidã dicãt cõtra p l.ff.ad Treb.l.q destituit. & C.ad Treb.l. quãuis. statuto caueẽ,q̃ quicunq; habuerit pacẽ de maleficio, q̃ nõ puniat̃. Duo adinuicẽ se percusserũt ad pacẽ.ambo requirunt̃ per iudicẽ.vnus eorũ cõparuit,& producit chartam pacis,alius verò fuit cõtumax, & bãnũ recipit.modo quæriẽ,an ,ductio dictæ pacis prosit huic cõtumaci: videt̃ q̃ nõ, ,pter contumaciã suã:& quia pro eo nõ sunt factæ defensiones & ,bationes,quæ fieri nõ poterãt: qa præsentia opus erat:vt ff.de pub.iudi.l.fi.§.ad crimẽ. Sed de æquitate sunt argu.cõtra, vt per consortẽ & socíũ criminis beneficiũ sit huic acquisitũ, vbí est eadẽ causa defensionís & idẽtitatis:vt arg.C.si in cõi eademque causa. per totũ.& si vnus ex pluri.app.per totũ.& ff.de mi.l.ij.§. fi.& si ser.ven.l.si cõe.& maximè qa hodie ex inquisitio-
18 ne nõ procedit̃ solẽniter vel in figura iudicij. Io.an.faxolus de pisis &c. †Sed pone q̃ Titius percusit & vulnerauit Seiũ, ex quo inter prædictos & eorũ amicos est orta magna guerra:modo Titius & sui petũt pacẽ à Seio
f & suis, saltẽ q̃ satisfiet de nõ offendẽdo,quæriẽ nũquid ad dictã pacẽ vel saltẽ ad dictã satisfactionẽ possit cõpelli? & primò videẽ qd̃ sic:nã curare debet potestas, vt quietã atq; pacificã habeat prouinciam, quã regit:vt ff. de offic. præsi.l.congruit. Itẽ nõ debet prætor pati, q̃ veniãt ad arma & rixã,quos potest sua interdictione cõpescere: vt ff.de vsufruct.l.æquissimũ. Itẽ vides q̃ aliàs satisfiat pro rebus saluãdis: vt ff.de iudi.l.in omnibus. & fi.si ser. vendi.l.harũ.& per totũ. ff. de dam. infec. ex quo dicto satisfiat ,pter damnũ futurũ:ergo multofortius debet satisfieri pro corpore saluãdo:quia corpora quæ animata sunt cæteris rebus prę̃ferenda sunt:vt C.de sac.san.eccle. l.sancimus.& in corpore authen. vt cùm de appel.cog.§. sed si alicuius.Econtra videẽ, q̃ nõ debet quis grauari iuperuacanea satisfactione:vt ff.de procu.l. non cogendũ.§. fi.& ff.vt lega.nomi.caue.l.hęc stipulatio.in fi. Itẽ quia durũ est præstare talẽ satisfactionẽ, & q̃ durũ est & difficile respuitur à iure.vt ff.de procu.l.sed & hæ personæ.in fi.ff.si quis cau.l.fi. Item nõ est facile interdũ omnibus satis,qd̃ interdũ difficilius reperiunt̃ fideiussores, quàm pignora vel pecunia ad soluendum:vt ff.de iu.l.ij.§. sed si dubitetur.& lex dicit q̃ quoties quis nõ potest satisfacere,qd̃ cõmittit̃ iuratoriæ cautioni: vt instit.de satisd.§.sed hodie.& C.de episc.& cleric.authen.generaliter. Itẽ quia ille Titius ex iniuria & delicto quod cõmisit, non debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

præmium aliquod reportare,sed pœnam:vt aliâs dicitur C.de hære.& Manich.l.curiales.& ff.de interdi.& releg. l.relegatorum. §.fin.& ff.de nego.gest.l.siue hæreditaria. imò debet pœnam reportare:quia quicquid mali ex hoc sequitur, iste Titius tanquam author maleficij puniẽdus erit:vt C.ad legem Iul.de vi publi.l.quoniam. Solu. duæ sunt quæstiones. Ad primã de pace dicã, quòd ille Seius non sit cogendus ad pacem faciendam rationibus prędictis:nisi in casu, scilicet quando ex tali guerra posset tumultus & scandalum in ciuitate illa oriri, seu loco. nam tunc possunt partes ad pacem compelli.argu. ff.de sica.l. penult.ad secundam quæstionem dic, quòd iniuriati nõ
g possunt compelli[g] fideiussores dare per iura superius allegata.Sed alio modo poterit adhiberi remedium,videlicet quòd potestas præcipere poterit parti iniuriãti,quòd nullam offensionem faciat sub certa pœna : & etiam poterit dictis iniuriantibus assignare confines. argu. ff. de offi.præfec.vrb.l.j.§.fi.& ff.si quis ius dic. non obtempe.
per totum.vel dic quòd iudex ex qualitate personarum poterit sumere coniecturam & debet:vt ff. de nego.gest. l.Pomponius.& si in animo ipsius sedeat, posset suo officio compellere prædictos ad pacem & ad satisdationem de non offendendo,sicut aliâs in contractibus fieri cõtingit.arg.l.si fideiussores. §. j. †Item quæro Titius accu-
i sauit Seium de vulneribus sibi per eum factis : demũ venerunt ad pacem & transactionem de illo maleficio, de quo nihil per testes constat, vel per confessionem modo quæritur nunquid dictus Seius possit de prædictis vulneribus condemnari propter talem transactionem & pacem quam fecerunt adinuicẽ:& videtur quod sic:quoniam is videtur confiteri crimen, qui paciscitur : vt ff.de ijs qui not.infa.l.quoniam.& facit quod puniatur tanquã confessus:vt ff.de bo.eor. qui ante.l.j.& ij. & ff. de iur.fis. l.in fisci.& l.eius qui.in prin.& consueuit no. C.de prob. l.sciant.tacite enim videtur confessus,quod illud maleficium commisit, de quo tacito consensu legitur C. de re iudica.l.ad solutionem.& C.de pact.inter emp.& vendi. l.commissoriæ.Solu.dicta Gui. de suza dicit q ille Seius & omnis,qui data pecunia trãsigit vel paciscitur, debeat haberi pro confesso in his casibus in quibus transactio
h prohibita est,ita quòd posset cõdemnari[h] ex hoc, de quo etiã dic vt not.suprà de indi.indu.§.potest. vnde ad cautelam dic,ita pacem fore faciẽdam. Seius fecit pacem & transactionem Titio de vulneribus, quæ dicuntur,quod intulit & fecit eidem.negat tamẽ dicta vulnera se fecisse vel maleficia commisisse:abundans enim cautela nõ nocet:vt C.de testa.l.testamẽtum.& quæ dubitationis causa inferuntur in contractibus , ius commune non lædũt:
vt l.qui mutuam.ff.man.suprà dictum est nõ posse trãsigi
20 in casibus in quibus nõ imminet sanguinis pœna †Sed pone quòd ex forma statuti pro homicidio imponatur pœna pecuniaria : nunquid super illo maleficio poterit transigi? Respondeo , dic pro & contra & sol. vt not. in simili quæstio.suprà.vtrum procu. interueniat & quãdo.

Item pone,quod quidam mortiferè vulneratus iacens in lecto accipit pœnitẽtiam , & in manibus sacerdotis recipientis nomine & vice offensoris,fecit pacẽ de illo maleficio & homicidio : quæritur an talis pax valeat & teneat? & videtur quòd sic:quia sacerdos est publica persona:vt ff.de iusti.& iu.l.ius publicum. & nobis per publicam personam acquiritur actio & ius : vt ff.de adop.l.nõ aliter.Ecõtra videtur q̃ illa pax nõ valeat:quia alteri per alterum non acquiritur actio:vt ff.de verb.obli.l.stipulatio ista.§.alteri.instit.de inuti.stipu.§.alteri. ff.de regu.iu. l.qui tutelã.§.fi.Item ille sacerdos nõ est filius,seruus,vel procurator quibus nobis actio acquiritur , sed est extranea & libera persona:& per liberam personam non acquiritur actio:vt ff.de verbo.oblig.l.filius.& l.si ita.§.Chrysogonus.& de bo.auto.iud.poi.l.cùm vnus. & quod vi aut clam.l.iij. Item non solet quis absens alterius confessione condemnari , vt ff.de confes.l.certum.§.penul.Sol. dic quod pax valeat & teneat.arg.d.l. non aliter, & §.ius publicũ.& quia procliuiores debemus esse, vt res potius valeat quam pereat,vt ff.de verb.obli. l. quoties.& quia pactum pacis fauorabile est,vt C.de cadu.tollẽ.l.iusta.& quia fauores sunt ampliandi. ff. de libe. & posthu. l.cùm quidam.§.circa princip.dictũ est,quòd de crimine adulterij non potest fieri pax vel trãsactio. †Sed pone que-
21 stionem quam sæpius vidi de facto fore:statutũ est,quòd quilibet,qui de maleficio habuerit pacẽ ante accusationẽ porrectam , vel inquisitionem inchoatam , quòd ex illo maleficio puniri non possit. contingit quòd quidam cõmisit adulterium , vel ante accusationem porrectam,vel inquisitionem incœptam venit ad transactionem de illo adulterio,postea verò accusatur de illo adulterio & maleficio:probatur fore commissum, quæritur an illa transactio profit sibi? Solu. Dic quod statutum illud non valet in hoc casu vel similibus : quia de quo potest fieri pactũ,
22 & lex seu statutum fieri potest, & econtra:vt not.Accur. C.de decre.decur.in rub.lib.x. †Item pone quòd Titius percussit & vulnerauit Seiũ,ita quòd mortuus fuit. iste Seius reliquit plures suos hæredes filios impuberes & vxorem.hoc vxor data fuit tutrix dictis filijs suis , seu quòd à iure sibi delata est tutela filiorum suorũ,hæc verò vxor fecit pacem eidem Titio de dictis vulneribus & de morte dicti Seij patris dictorum filiorum pupillorũ:quæritur an hæc pax valeat? & primò videtur quòd nõ:quia tutores & curatores impuberum debitum exigentes non etiam remittentes præstant obligationis liberationem. C.de pactis.l.pactum. Item quia tutor loco domini habetur,cùm res pupilli bene administrat , non cùm malè.
i ff.pro emp.l.qui fundum.§.si tutor.Ecõtra[i] videtur quod tutor potest deferre iusiurandum in causa pupilli. ff. de iureiuran.l.tutor. Item quia tutores iurant in litem : vt ff.de in lit.iuran.l.videamus. §. si tamen. Item quia tutores iurant de calumnia,vt C.de iura.calum.l.ij.§. quod obseruari. Item tutor potest transigere cum fure , qui rem subtraxit.vt ff.de fur.l. si pignore. §.fi.& l.interdum. §.qui tutelam. Item tutor est loco domini. ff. de admi. & peri.tuto. l. tutor qui tutelam. Solu. Dic quod aut est certum Titium illud prædictum homicidium fecisse , & tunc non valet pax facta:aut non est certum, & tunc valet:vt arg.ff.de iureiur.l.iij.& ff.de admi.tuto.l.Lucius.in
23 fine glos. †Pone statuto caueri , quòd si bannitus pro maleficio habuerit pacem cum offenso vel eius hæredibus possit exire de bãno,quæritur an expedit quod pax procedat ab omnibus hæredibus , qui sunt tres fratres & hæredes:an sufficit procedere pacem à duobus tantùm? dic quod est necesse,quòd omnes hæredes pacẽ faciant.
24 per l.ff.de lega.ij.l.si pluribus.Dyn. †Item pone quæstionem de facto.Titius & Seius venerũt ad verba , post hęc fecerunt inter se pacem,quã seruare promiserunt sub pœna centum librarum.post hæc Titius pacis fœdera nõ seruauit,quia percussit & vulnerauit Seium. Seius verò reperculsit Titium,quæritur nunquid Seius possit accusari tanquam violator pacis, & ad pœnam promissiuam conueniri? & videtur quod sic : vt C.ad legem Iul.de vi publ.vel priua.l.si quis. Item quia non incontinẽti hoc fecit,sed ex interuallo , quod sibi non licuit:vt ff.de vi & vi arma.l.iij.§.cùm procurator. Item quia stipulatio facta de vi non facienda sæpius committitur : vt ff.de vi & vi arma.l.iij.ff.de verb.oblig.l.si sit.item in stipulatione de raro:vt ff.rem ra.habe.l.si procurator.Tu tamen dic secũ-
k dum d.Gui.quod non potest accusari[k] de pace rupta,vel conueniri ad pœnam per l.C.de pact.l.cùm proponas.& de trãsact.l.siue apud acta.& l.si quis maior.& ff.de inoff. test.l.si instituta.in prin. Itẽ qa pœna semel cõmissa fuit, scilicet qñ Titius vulnerauit Seiũ : ergo amplius cõmitti nõ põt:vt ff.de arbi. l. si duo.§.fi.hoc verũ intelligas esse, nisi in charta pacis sit dictũ,q̃ pœna toties committatur, quoties contrauentũ fuerit:sicut etiã in cõtractibus apponitur:quia tũc bene potest accusari:& tenet ad pœnã , vt ff.de trãsac.l.qui fidẽ.& d.l.si duo.in fi.de vulneribus autẽ semper tenetur:quia non debuit sibi vindictam sumere:

vt C.

vt.C.de iudæ.& celi.l.nullus.& ff.quod met.cau.l.extat.
25 & ff.ad leg. Iul.de vi pub.l.creditores. †Quæritur nũquid in criminali vel publico iudicio possit deferri iusiurandum? dicit.d. Azo.quòd sic.arg.ff.de iureiur.l.nam & postea.§.si damnetur.licet postea super eo trãsigi nõ possit:sed hoc secundùm do.Odofr.videtur habere locum in voluntario non autem in necessario vel iudiciali iuramẽto:cùm eius probationes esse debent sole clariores.C.de proba.l.fi. Vltimo circa materiam istam intendo quæstionem formare per quam aliæ multæ quæstiones simi-
26 les decidũtur.†Pone quòd statutum sit in ciuitate,quòd quicunq̃ fecerit homicidium,nunquam possit habere pacem & concordiam : & si pacem habuerit,quòd illa pax non prosit ei : modo est quod quidam sua manu propria homicidium non cõmisit:sed tractauit,ordinauit,& mandauit quòd quidam occideretur.quæritur nunquid iste mandans possit habere pacem,& ea habita sibi prosit.& eadem est quæstio de bonis,si statuto dicatur quòd bona
l homicidæ debeant destrui.vtrum bona eius,qui mandauit & fecit fieri homicidium destrui possint[l]? Allegationes enim infrascriptæ pro & contra faciunt pro illa quæstione quam subijciam,infrà de homi.§.item pone quòd Titius.& infrà de pœ.§.item qui mandat.Et in primis videtur quod ille,qui mandauit fieri homicidium non contineatur sub illo statuto , quod loquitur de pace vel destructione bonorum:& quòd illud statutum non vendicet sibi locum in persona mãdantis,sicut in persona principalis rei.quia in ipso statuto nulla fit mentio de mandante,sed solum de committente homicidium vel maleficium.Et ideo aliud est mandans & aliud est faciens:vt patet ex diuersitate vocabulorum & nominum varietate ex quibus diuersi habẽtur effectus : vt.C.de codicillis. l.si idem. Item quia lex dicit expresse alium esse homicidam,alium mandantẽ:vt.C.de accusationib.l.nõ ideo. lex igitur facta super vno,nõ intelligitur facta super vno alio,cùm sint diuersa.Si enim statutarijs placuisset idem seruari in vno , quod in alio bene erat eis hoc dicere & exprimere.ar.C.de cadu.tol.l.vnica.§.sed ne veritas.Cũ igitur non dixerunt,debet haberi pro omisso? & pro hoc est lex aurea.ff.solu.matr.l.si verò.§.de viro.Nam & ipse imperator quando vult idem seruari in mandatoribus & fautoribus,quòd in ipsis reis principalibus hoc exprimit sua lege:vt.C.de ijs,qui ad eccle.confu.l.præsenti.§.adijcientes.ergo cùm statutum de mandante nullam fecerit mentionem,nec aliquid innouauerit:relinquitur iuri cõmuni:quod enim non mutatur,quare stare prohibeatur? vt.C.de test.l.sancimus.ergo mandans poterit habere pacem:& habita prodest sibi de iure cõmuni:vt.C.de transac.l.transigere.& præsens statutum non vendicat sibi locum. Præterea hoc est regulariter in iure nostro in ijs quę sunt stricti iuris,vt in statuto terrarum & in stipulatione quod id,quod non est expresse cautũ,habetur pro omisso:vt.ff.de verb.oblig.l.quicquid.j.respon.nisi palam verbis exprimatur:vt.ff.de condic.ob tur.cau.l.si a seruo ad hoc.ff.de iniur.l.item apud.§.ait prætor.& de regu.iur.l. expressa.præterea statuta terrarũ sunt stricti iuris,& sterilia tanquam mulæ : & sic nullam interpretationem & subauditum intellectum recipiunt,sed secundùm eorum verba iuxta grammaticalem intellectum strictè & rigidè sunt intelligenda,& secundùm rudem & primam significationem:vt.ff.qui & à qui.ma.li.non fi.l.prospexit.& l. lator.& de exerci.l.j.§.is qui.& de mi.test.l.quod constitutum. Præterea solùm homicida dicitur propriè sumpto vocabulo ille qui manu adhibita cedere fecit:quia homicidium deriuatur à cede.ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus, in princi.sibi qui adhibita manu &c.iste autem mandans non adhibuit,sed solum mãdauit.Item omnino aliud est facere,aliud mãdare:vt.ff.de ma.vin.l.iij.§.fi.sic alius est homicida,alius est mãdans.ff.ad Silla.l.etiam.§.si certus. & l.si prius.item ex forma & ordine conueniendi arguitur alium esse mãdantem,alium principalem:vt.C.de fideiuss.auth.præsente.& de act.& oblig.aut.hodie.& concessus est modus arguendi de quæstionibus ciusmodi delicta:vt.ff.de cust.& exhi.re.l.ij.ad fin.econtra videtur, quòd idem in mandante seruetur,quòd in homicida : & dante auxilium & fauorẽ , propter generale brocardicũ, quod sic se habet communiter ad maleficia,quod qui maleficium fieri mãdauit,ipse fecisse videtur:& perinde puniatur,ac si fecisset : vt.ff.de vi & vi arma.l.j.§.deiecisse. ff.de iniur.l.nõ solũ.in prin.& §.si mandatũ.& §.procul us.& l.item apud labeonẽ.§.fecisse . & §.audiuisse.ff.de admi.tuto.l.ita autem.§.gessisse.qui enim maleficiũ mandauit fieri,id propria manu fecisse videtur.ff.de sica.l.diuus.§.senatus.ibi ipsius domini manu &c.ff.de re iudi.l. hoc iure.§.deijcit.ff.de eo per quẽ factũ est.l.j.§.j.corrumpit enim aliũ & is qui mãdauit.ff.de iurisdi.om.iud.l.si quis id quod.§.hoc iure.versi.item & qui. Item hominẽ interfecit & qui mãdat,& qui mortis causam præbuit.ff.de sol.l.qui mãdat.& ff.de parrici.l.vtrum.& melius.ff.de re iudi.l.is qui dam.quid plura.casus est legis,quòd ita dicitur homicida,qui mandat,sicut qui manibus suis fecit.ff. ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.ij.respõ.hec est enim regulariter in leg.Cor.de sica.vt nil intersit inter occidentẽ & mandantẽ,vel aliâs mortis causam præbentẽ.ff.de sica.l. nihil interest.Si igitur nihil interest:ergo pax facta super vno,intelligitur super altero.nõ obstat.l.ff.ad leg.Aquil. l.item si obstetrix.j.respon.& l.itẽ vulneratus.ij.respõ.qa dicitur nõ haberi pro homicida qui mortis causam præbuit:sed tãtũ qui propria manu cedẽ fecit detracta nominatione à cedo,cedis:quia illud verũ est quantum ad tractatũ leg.Aquil.directo competẽtẽ,vbi intenditur ad interesse siue ad æstimationẽ dãni applicãdi agẽti:sed quãtum ad criminis accusationẽ ex publico iudicio descendentẽ.ex leg.Corne.de sica.ex qua delatione habet coerceri pœna capitali etiã mandãs,& q̃ mortis causam præbuit,habetur pro principali homicida.& ita soluitur contrarium de dictis legibus:ad.l.ff.de sica.l.nihil interest.in glo.ordi.præterea quæ de principalibus reis sancita sunt, eiusdẽ legis autoritate de fautoribus & mãdatoribus sancitũ est.ff.de ijs qui ad eccle.cõsu.l.fi.§.sicubi. Itẽ pari pœna puniuntur mãdãs & faciẽs.C.de accu.l.v.nõ obst. alleg.partis aduersæ in eo quod dicit,statutũ est strictι iuris:& sic eorũ verba rigido &c.& sic nõ sunt trahenda in argumentũ,vel de similibus ad similia procedendũ,quasi cõtra regulas iuris introducta.ff.de leg.& senatusc.l.qd cõtra.quia secũdũ veriorẽ intellectũ & opiniõnẽ cõmunem doctorũ,statuta intelliguntur ſm determinationem iuris cõmunis & eius interpretationẽ:vt.ff.de vẽ.inspi.l. j.§.quãuis.ff.de mu.& ho.l.vt gradatim.§.& si lege præterea si statutũ quod loquitur in homicida,dicatur loqui in mãdate:hoc nõ est interpretari,cũ ius mandatẽ habeat pro homicida:vt supra dixi.nã interpretari proprie dicit vbi obscura est declaratio.ff.de ver.obli.l.j.in fi.ff.de iur, & fac.igno.l.ij. Itẽ in verbis huius statuti nõ est ambiguitas:ergo interpretationi vel qõni ambiguitatis nõ est locus.ff.de leg.iij.l.illa aut.§.cũ in verbis.præterea posito quod mãdãs & faciẽs nõ sit idẽ:nihilominus ad cõsequẽtiã trahẽdo de similibus ad similia ,pcedendo,dicã statutũ istud in mãdatoribus obseruari multofortius:quẽadmodũ in iure cõi ,pcedit de similibus ad similia.ff.de legi.& senatusc.l.nõ possunt.ita de particulari lege ad particularẽ legẽ,sicut & de similibus idẽ est iudiciũ:vt.ff.de fer. l.j.§.hoc interdictũ.& oẽs similes passiones similẽ exigũt medicinã:vt in auc.qui.mo.nat.effi.sui.§.si quis ergo.quæ enim quo ad culpæ effectũ paria sunt,eadem debẽt iuris interpretatione gaudere.ff.de adul.l.si postulauerit.§.ratio.ff.de consti.pecu.l.fi.C.de epis.& cle.l.sed quamquã. ad finẽ mandare autem homicidium fieri,prius est quam p oprijs manibus interficere:quia mandãs peccat in se & in aliũ:quia illũ cui mãdat,fecit peccare.& hac rõne dicit lex iustius est primũ autorem delicti coercere pœnali iudicio quàm delinquentẽ : vt in eũ seuiat pœna à quo autore emanauit offensa.ff.de seru.corrup.l.in hoc iudicio ibi iustius est enim teneri &c.ff.quod vi aut clam.l.si di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi.ergo acerbius est & seuerius iudicãdum delictum per alium factum,quàm per seipsum.Præterea etiã quæ contra regulas introducta sunt,licitum est trahere ad consequentiam: & trahi argumentum de similibus ad similia procedendo vbi est par ratio & maior vt in nostro casu. solu.d.Iaco.de arena dicit semel hanc quæstionem dum accidisset de facto Bononiæ fore solutam & malè, quòd dictum statutum locum non habeat in mandante:cũ statutum nihil dicat de eo.aurea lex est de hoc.ff.solu.ma.l. si verò.§.de viro.C.de accusa.l.non ideò.&.ff.ad Silla.l.si certus.&.d.§.occidisse. &.ff.de ví & ví arma.l.j.ibi per vim &c.sed do.Vber.de bo.& do.Iac.aliter sentiũt,quòd idem ius seruetur in mandante,quòd in eo,qui est principalis per iura pro hac parte alleg.& hæc opinio.magis est communis:& ideo pacem dicit non prodesse mandãti,sicut nec ipsi reo.& bona mandantis & homicidæ fore destruenda secundùm formam statuti : & ita communi-
m ter obseruatur[m] & sic etiam sentit do.Odofre.dicens no. quod mandans maleficium fieri ipsum videatur propria manu fecisse pet.l.arg.& bene not.ff.de fal.l.diuus Claudius.§.scribere autem.ibi,videri non solum eum ad idem fortius.ff.de sic.l.nihil interest.vnde vterq; puniẽdus est, tam mandans,quàm committens.ff.ad Silla.l.si prius & si percussor.C.de accusa.l.non ideo.insuper magis peccat mandans quàm faciens : vt probatur suprà proxi.ibi, in audire autem &c.& ideo acerbius puniendus:vt in authen.vt iudi.sine quoquo suffra.§.eos autem.colla.ij.vbi & non ipsi,& ista sunt efficacissima argumenta aduersus illos,qui aliquos offendi faciũt per passiones vt acerbius puniantur,qui geminum facinus perpetrasse videtur.C. de sepul.vio.l.qui sepulchra.j.respon.& est aurea lex ad hoc.C.de ví publi.l.apud.ibi, & alterius parti &c.&.ff.si quadru.paupe.fec.di.l.j.§.cum auto.& nota.aliam quæstionem infra, in titu. not. de mandante. §. primo. ad finem titu. Gandinus.

ADNOTATIO.a ¶Adulterij. Adde vt per Paul.de castro consi.xx.Ber.
b ¶Interdicitur. Adde vt per Alex.consil.cxxvij.iiij.lib.
c ¶Bibisti,Adde vt per Ioan.de ana.consi.xlvij.Ber.
d ¶Præiudicat.Adde tamen quòd pace facta super delicto,licet sit facta mentio de qualitate, facta intelligitur:vt consuluit Roma. consi.ecccxlix.Ber.
e ¶Quod non.Adde Alexan.consi.xxiiij.ij.lib.Pau.de cast.consilio cxcvij.Ber.
f ¶Non offendendo. Adde Petr.de ancha.consil.lj.vbi petit quid si per statutum sit dispositum,quòd offensus teneatur satisfdare offensori & suis consanguineis,si maior pars consanguineorum renunciat cautioni an præiudicent alijs?Ber.
g ¶Compelli. Adde quòd iudex possit etiam partes inter quas diu fuit discordia ad pacem compellere.Ro.consi.cxxvj.Ber.
h ¶Condemnari.Adde quòd tamen si quis de pœna paciscitur cum iudice,quòd per hoc non videtur crimen fateri.ita voluit Paul.de cast.consi.cxix.in.j.impressis.Ber.
i ¶Econtra. Adde quòd idem consuluit Abb.consi.xiiij.Ber.
k ¶Accusari.Adde Alex.in consi.cxix.Ber.
l ¶Possint. Adde Io.de ana.consi.lix.Ber.
m ¶Obseruatur.Adde quod Bal.consi.lij.iij.lib.consuluit quod stante statuto quod homicida capite puniatur ita quod mori.& stante alio statuto quod nullus corporaliter puniatur nisi.l.municipali caueatur quæ statuta vigent mediolani quod mandans homicidium committi non debet capite puniri de quo an mandans dicatur vere facere vide late in consi.Alex.consi.lxvj.iiij.lib.Ber.

De pœnis reorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quid sit:delictum verò quot modis committatur : & pœna quot modis aggrauetur,& attenuetur.*
2 *Delicti distinctio seu diuisio:& maleficium omissum cùm cogitat & perficit punitur.*
3 *Maleficium ut supra commissum quando impunè committi possit.*
4 *Maleficium cogitans & agens, non tamen perficiens, quando puniatur. & quando non.*
5 *Maleficium cogitans, non tamen agens, nec perficiens, quando puniatur & quando non.*
6 *Maleficium agens & perficiens, non tamen de illo cogitans,quando puniatur & quando non.*
7 *Maleficium non cogitans,non agens nec perficiens,quando puniatur & quando non.*
8 *Iudex quomodo se habere debeat in pœnarum impositione &, quæ consideret.*
9 *Maleficium cogitans & agens,non tamen perficiens,an puniatur uel non.*
10 *Punitur grauius rixam incipiens,quàm alij in rixa delinquentes.*
11 *Pecudem tuam mueni in agro meo dantem damnum,an mea authoritate illam possim retinere usquequo mihi de damno fuerit satisfactum.*
12 *Mandans aliquod maleficium fieri,uidetur illud propria manu committere:ac grauius peccat quàm committens,& grauius puniendus est.*
13 *Offendi facientes per assassinos grauius puniuntur, quàm si proprijs manibus fecissent.*
14 *Maleficium debet esse instructum apertissimis documentis ut possit pœna imponi.*
15 *Instrumentum an probet homicidium fore commissum,ita quod homicide eo ipso pœna possit imponi.*
16 *Maleficium commissum per Placentinum in districtu Cremonæ posito quod illud iure communi puniatur pœna pecuniaria:& uigore statuti Cremonæ pœna corporali quando punietur.*
17 *Maleficium an puniatur pœna statuti extantis tempore commissionis illius,an pœna statuti quando punitur.*
18 *Alapam dans uolenti,an puniatur.*
19 *Accusatione contra Seium pendente si uulneratus ab illo ante sententiam & condemnationem moriatur, an iudex super dicta accusatione possit procedere.*
20 *Stante themate suprà dicto si hæredes Titij intra triginta dies à morte sequuta accusent Seium de dictis uulneribus & morte sequuta,an Seius poterit condemnari ex inductis super accusatione prius facta.*
21 *Accusatus de homicidio uel strata derobata:quia nõ comparuit eo habito pro confesso:fuit condemnatus & in bando perpetuo positus,ita quòd si ueneret in fortia moriatur eo capto auditur ipse & accusator.*
22 *Maleficio commisso propter quod aliquod membrum abscindi debeat:quod membrum abscindetur.*
23 *Manus quando uenit amputanda:quæ amputabitur.*
24 *Manus debet alicui amputari:si tantum unam habeat,quid fiet.*
25 *Manus si debet alicui amputari:& nullam habeat,quid fiet.*
26 *Officiali seu alicui de sua familia, si notorie fiat iniuria in persona uel rebus uerbo uel facto,an iudex poterit delinquentes punire.*
27 *Iniuria facta iudici an censeatur duplex:id est facta illi tanquam priuatæ personæ,& positæ in dignitate,ut duobus modis agatur.*
28 *Vulnerans aliquem cum forcipe:& plura faciès uulnera,an punietur pro pluribus uulneribus stante statuto, quòd quilibet puniatur in libris decem pro quolibet uulnere.*
29 *Statuto dicente quòd percutiens in uia publica magis puniatur quàm si alibi fiat:si Titius alium percutiat in uia priuata,per quam uulgo sit iter, quid erit. Et an uidens homicidium fieri teneatur se interponere & ferre auxilium.*
30 *Minor.xxv.an.quando & quomodo puniri debeat si deliquit.*
31 *Maleficio à pluribus commisso,qui erunt conueniendi,& qui tenebuntur.*
32 *Maleficio commisso à Titio,fuit accusatus & citatus : ille postea occasione maleficij effectus est clericus,ac deinde subsequuta est condemnatio,an potuerit condemnari.*
33 *Professus ordinem sancti Augustini si postea exeat,uxorem ducat,arma portet,& uestes laicales & more laicali uiuat, de percussione sit condemnatus, ultimo committit delictum propter quod est condemnatus,si appellet,an sententia debeat annullari.*
34 *Priuilegium clericale quot modis perditur.*
35 *Vulnera plura uel plures alapæ si uni uno,momento illatæ fuerint, an pro uno uulnere uel pro pluribus debeat puniri.*
36 *Consilium dans quòd fiat homicidium uel furtum,an eo sequuto puniatur cõsulens.*
37 *Stante statuto quòd quicunq; fecerit insultum puniatur in c.libris:& alio statuto ducente pro percussione puniatur in c.lib.Parmen.aliquis simul & semel faciat insultum,& percutiat Titium,& condemnetur in ducentum & appelletur,an sententia ueniat infirmanda uel non.*
38 *Laboratores ducti à Sempronio in fundum Titij,ut illum deiiceret de possessione si accusentur una cum Sempronio,an puniantur.*
39 *Pauperes & diuites,an pari pœna puniantur.*
40 *Percutiens in cõsinibus plateæ,an puniatur ac si percussisset in platea in qua per statutum imponitur maior pœna.*
41 *Insultus factus contra Titium ad domum quam habebat conductam,an uideatur fecisse insultum ad domum propriam Titij, cùm per statutum imponatur maior pœna quàm si ille insultus fuisset alibi factus.*
42 *Statuto dicente quòd pœnæ maleficiorum commissorum de nocte duplicetur si quidam de sero malum commisit quæritur,an pœna sit duplicanda.*
43 *Statuto dicente quòd magis puniatur,qui insultum fecerit ad domum alicuius quàm alibi:si aliquis faciat insultum ad porticum domus alicuius, an uideatur fecisse ad domum.*

Accusa

44 *Accusatione una dicente quòd tu feristi mihi insultum cum cultello, & alia quod tu me percussisti cum cultello, ita quòd sanguis exiuit:si de prima fuit probatus insultus,non tamen cum armis:& de secunda quòd tu me percussisti cum cultello,non tamen quòd exiuit sanguis,an debeat sequi condemnatio sine armis in prima,& de percussione sine sanguine secunda.*
45 *Vulnerato Titio per iactum lapidis factum ab uno quatuor existentium in quadam domo,si nescitur quis proiecerit,quid faciet iudex.*
46 *Maleficium,percussio,aut damnum à pluribus factum quomodo & quando punietur.*
47 *Potestas præcipit Titio ut iuraret ei præcepta sub pœna lib.x.eo existente in contumacia præcipit sub pœna lib.xx.deinde sub.xxx.an poterit exigere dictus potestas omnes pœnas prædictas.*
48 *Sententia qua aliquis ad mortem damnatus est, quomodo debeat exequi:& an exequendo committatur peccatum.*
49 *Sententia condemnatoria in criminalibus,an sit mandanda executioni statim.*
50 *Iurans & promittens alteri facere aliquod maleficium uel illicitum:nunquid uatione iuramenti & promissionis teneatur illud facere.*
51 *Interpretatio quando sit facienda in fauorem delinquentis,& quando non:& quid sit in hoc seruandum.*
52 *Manum in quibus casibus quis dicatur amittere.*
53 *Pedem in quibus casibus quis amittat.*
54 *Oculum in quibus casibus quis amittat.*
55 *Verberari in quibus casibus quis debeat & tundi.*
56 *Tundi in quibus casibus quis debeat.*
57 *Comburi in quibus casibus quis debeat.*
58 *Suspendi in quibus casibus quis debeat.*
59 *Bullari quis debeat.*
60 *Pœnæ quando quis non subiaceat propter delictum.*

QVoniam suprà vidimus de multis & variis & necessario præcedẽtibus pro maleficijs imponendis : restat nunc vt videamus in genere de pœnis,& de percussionibus,& insultu : de quibus per ordinem videamus. Vnde primo videamus quid sit pœna, & qualiter imponatur,& quæ & quando,& post hęc subijciam multas & 1 vtiles quæstiones.†Pœna autem est delicti vel pro delicto satisfactio,quę propter delicta imponitur à.l.vel à ministro legis.Sed in his attenditur vtrum delictum proueniat ex animo vel non : quia si non proueniat ex animo, plerunq; nullo modo punitur:vt si committatur casu,vel impetu,vel furore , vel ebrietate:vt.ff.ad leg.Pompe.de parrici.l.pe.&.ff.de offic.præsid.l.diuus.&.ff.de pœ.l.respiciendum.§.fin. Si autem delictum proueniat ex animo,tunc subdistingue:vt infrà subijciam. Delictum autem committitur quatuor modis:dicto scilicet scripto,facto,& consilio.Et septem modis aggrauatur,& attenuatur pœna causa,persona,tempore,loco,qualitate , quantitate,& euentu.& fertur sententia contra præsentem & 5 non contra absentem , in criminibus in quibus imponitur pœna suprà,de legatione.de quibus omnibus plenè dic,vt nota.do.Azo.in summa.C.de pœn. Verum circa præsentem tractatum intendo multa extraordinaria enarrare,& multas quæstiones de facto subijcere vt pa-
2 tebit infrà. †Et in primis notanda venit distinctio : vt sciamus de impositione pœnarum.quia aut quis cogitat, & agit,& perficit:aut cogitat,nec agit,nec perficit:aut nõ cogitat,& agit , & perficit,aut nec cogitat,nec agit , nec perficit. In primo casu cùm cogitat,agit,& perficit punitur:quia publicè interest ne maleficia remaneant impunita:vt.ff.de iudi.l.si longius.ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus.in fin.ff.de fideiuss.l.si à reo.ff.depos.l.bona fides. ff.de iniur.l.si quis iniur.& facit.ff.vi bonorum raptorũ. l.palam.&.ff.de furt.l.qui ea mente.Nam in lege Mosi sunt verba.Qui irrogauerit alicui maculam sicut fecit, fiat ei fractura pro fractura,oculum pro oculo,dentem pro dente , manum pro manu,pedem pro pede,vulnus pro vulnere,lemurem pro lemure , animam pro anima, adustionem pro adustione , & sicut fecit fiet ei : vt in ve-
3 teri testamento lib.Leuitici.xxiiij.capi.& in libr.exodi. cap.xxj.†Hoc tamen fallit contra hostes populi Romani,quos licet occidere:vt.ff.ad legem Corneliam de sicarijs.l.iij.Item in casibus contra hostes nota.suprà in rubr. quando posset quis occidere alium sub titu.de defensione à reo faciẽda. Item fallit in eo,qui occidit aliquem volentem stuprum inferre per vim.ff.de sicarijs.l.diuus| euitat tamen pœnam aliquis quandoq; si pœniteat se vemendet : vt.C.de crimi.stellio.lege prima.ff.de serui fugiti.l.j.§.j.&.ff.de publi.& vectiga.l.j.&.l.quòd si fecerit. &.ff.quod metus causa.l.si eum.§.satis. Item cùm quid fit ob tutelam suarum rerum vel sui corporis.ff.de iustitia.& iure.l.vt vim.&.C.vnde ví.l.ij.vel ob tutelam filij patris,fratris,vxoris,vel alterius qui essent in societate mea,quòd dic vt not.suprà.de defen.facien. Item fallit.C.quando licet vnicuiq; sine iudic.se vendic.lege prima & sequenti. Item fallit in adulterio,quem patri &
a marito mulieris in facinore deprehensum occidere licet[a]: vt.C.de adulteriis.l.Gracchus . &.ff.eo.l.marito.&.l.pater. Item fallit.ff.ad legem Aquil.si seruus seruum.§.qui oliuam. Item fallit in fure nocturno si se telo defendat deprehenso in furto,dummodo cum clamore hæc fiat:vt ff.de siccar.l.furem.&.ff.ad leg.Aquil.l.iiij.&.vj. Item fallit in iudice , qui secundùm legem aliquem occidi fecit:vt.ff.de sica.l.lege.§.planè.&.ff.de iniur.l.iniuriarum. §.j.&.ff.de ví public.l.prima.§.quod si fecerit.&.ff.quod metus cau.l.si cum exceptio.§.satis. Item euitat pœ-
b nas in multis aliis[b] casibus,quod dic vt infrà eodem titu. ad fi. Si autem cogitauit & egit,sed non perfecit : tunc
4 subdistingue:†quia aut noluit,& potuit:aut noluit,& nõ potuit:quia noluit , venia dignus est : vt.ff.de fal.l.quia fallsum.Si autem quia non potuit punitur:quia in maleficijs spectatur voluntas non exitus : vt.ff.de sicarijs.l.diuus.&.ff.ad leg.Pompe.de parricidij lege prima.&.C.de episco.& clerí.l.si quis non dicam rapere.&.C.de fun.& fer.cor.l.si quis.&.ff.de extraordi.cri.lege prima in princip.licet sit argu.contra.ff.de verborum signific.l.sæpe.in fin.vbi dicitur , quòd quis nocendi animum non dicitur habuisse , nisi & factum fuerit subsecutum. Sed quod supra dictum est , fallit in vno casu speciali : vt.ff.quod quisq; iur.l.j.in fin.quod ideo contingit:quia verbum statuit rem perfectam significat , vt ibi dicitur.& intelligas egit & non perfecit , id est ad aliquem actum peruenit: vel subdistingue secundùm do.Odofre.quia aut cogitauit,& ad actum processit , & per eum non stetit , & fuit de maleficijs atroci:& tunc punitur per iura prædicta:vt C.si quacunq; præ.po.l.j.aut non erat de maleficio atroci:& tunc punitur per iura prædicta : vt.d.l.quod quisq; iuris.l.j.in fin. Item non punitur,quia tractauit & ordinauit maleficium fieri:ita quòd per eum nõ stetit quo-
minus illud maleficium non fuerit subsecutum.quod dic 5 vt not.infrà de ho.§.item pone quod ego dedi &c. †Si autem cogitauit,nec egit,nec perfecit:subdistingue quia aut agitur in foro seculari seu contentioso:& non punitur.quia cogitationis pœnam nemo meretur:vt.ff.de pœ. l.cogitationis fallit in crimine læsæ maie.nisi sponte confiteatur & socios prodiderit & manifestauerit : vt.C.ad leg.Iul.maiest.l.si quis. Item fallit in crimine hæresis: vt.C.de hære.l.quoniam.Si autem agatur in foro diuino seu pœnitentiali:subdistingue,quia aut cogitatio est firma seu fundatur in peccato scilicet faciendo:& tunc punitur.quia tunc iudicio animæ sola talis cogitatio & voluntas meretur pœnam:vt in decretis.& de pœni.distin. j.c.hom.&.c.sequen.Deus enim non ex operibus iudicat,sed ex corde.xxij.q.v.c.qui peierare.& Deus cor respicit,non autem manum:vt.xiiij.q.v.c.si quid inueniste. & ex corde procedũt adulteria & criminalia peccata.xv. q.vj.c.j.&.ff.de verb.signi.l.fugitiuus. Si autem cogitatio est solũmodo tentatiua & ei resistatur in aliquo non punitur:sed potius premium meretur:quia non coronabitur nisi,qui legitimè certauerit.& primi motus nõ sunt in potestate nostra : & beatus qui tenebit & ligabit parvulos suos ad Petram.& secundùm hoc consueuit exponi moraliter.j. quæstione prima quisquam. Si autem egit & perfecit,sed non cogitauit:vt in eo,qui hominem prætereuntem occidit:vt.ff.de sicarijs.l.pe.&.ff.ad legem Aquiliam.l.si putator . &.ff.de pœnis.l.respiciendum.§.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delinquentem.& tunc ſubdiſtingue:quia tũc aut infans vel furioſus,minor vel maior primis duobus caſibus impunitum eſt facinus.ff.de ſicarijs.l.quod infans.Si autem
6 eſt maior & ſanæ mentis, iterum ſubdiſtingue.†Quia aut eſt propter ebrietatem,aut propter laſciuiam,aut nõ. Primo caſu punitur minus:vt.ff.ad leg.Cor.de ſic.l.in lege.& hoc ſi agatur criminaliter. Si autem ciuiliter,aut eſt tale factum in quo venit dolus tantum:vt in leg.Cor. de ſica.l.j.& tunc non tenetur.ff.de pœ.l.reſpiciendũ.aut eſt tale in quo venit leuiſſima culpa:vt in lege Aquilia. & tunc non tenetur: vt.ff.ad legem Aquil.l.in lege. Si autem eſt legitimæ ætatis & delinquit non ex propoſito, ſed ex caſu,non tenetur:vt.ff.ad leg.Aqui.l.ſi putator.& ff.de pœ.l.abſente.&.l.reſpiciendum.& hoc ſi agatur criminaliter.Si autem agatur ciuiliter, tunc aut eſt tale factum,quòd non poteſt committi ſine dolo,vt iniuria vel furtum:& tunc nõ tenetur:vt.ff.de fur.l.in furti actione. &.ff.de iniur.l.illud.aut eſt tale factum in quo venit leuiſſima culpa:& tunc tenetur:vt in lege Aqui.vt.ff.ad le ge Aqui.l.qui occiderit.Odofr.Et vt ſcias quando minor
d excuſatur à delicto vel nõ,dic:vt infrà eo.§.cùm aliquis
7 minor.& vt not.ff.de reg.iur.l.ferè in omnibus. †Si autem nec cogitauit,nec egit,nec perfecit:tunc regulariter non punitur.quia peccata ſuos debent tenere authores: vt.ff.de pœ.l.ſcimus.fallit in crimine læſæ maieſta.vbi filij puniuntur,qui nihil egerunt. Item in crimine habetur:vt.C.ad leg.Iul.maieſta.l.quiſquis.& extra de hære. c.vergentis. Item fallit in falſa moneta, vbi dominus amittit domum vel fundum,vbi ipſa falſa moneta fuit fabricata vt.C.de fal.mo.l.j. Item fallit in domino, qui punitur ex delicto ſerui: quia tenetur dare eũ pro noxa, vel æſtimationẽ:vt.C.&.ff.de noxa.& ſi quadr.pau.fec. dic.per totum quaſi. Item fallit in primipilari offi.vbi mulier perdit dotem:vt.C.de primipila.l.j. Item fallit in filijs ſacerdotum & alijs illegitimè natis:vt extra de fil. præſby.per totum. Item fallit in omnibus his cauſis in quibus quis puniatur ex delicto alterius,de quibus multa not.j.q.iiij.c.in ſum.&.xxij.q.iij.c.ſi homines.hanc autem diſtinctionem ſic copioſè notauit.d.Ioan.de Anguſel.de Ceſena legum docto.in vtroq; iure Padu.in ſcho-
8 lis.ego Alber.didici ab eo. †Et circa impoſitionẽ pœnarum eſt bene notan.quod iudex nõ debet ſubito & inconſulto calore delatum vel accuſatum punire: vt.ff.ad
u leg.Iul.maieſta.l.famoſi.Nam eoipſo quòd quis accuſatur vel defertur coram iudice,non eſt criminoſus de maleficio,vel culpabilis examinandus:vt.C.de accuſa.l.fin. in princ.vnde iudex æxiſtimare & indagare debet quis illud maleficium fecerit:& ſi inuenerit accuſatum,vel illum contra quem inquiritur illud maleficium commiſiſſe:exiſtimet qua mente illud fecerit.& ſi inuenerit illud feciſſe errore,non puniet eum:vt.ff.ad Turpil.l.caſum.& ff.ad leg.Corne.de fal.l.diuus piuus.ad fin.C.de ſicar.l.j. vbi hoc not.in glo.ordi.&.ff.de abig.l.j.in fin.&.ff.vi bo. rap.l.ij.§.ſi pub.&.ff.de adul.l.miles.§.mulier.iuſta enim ignorantia excuſationem meretur:vt.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue.l.pe.Et quia iudex debet ponderatè ferre ſententiam,& cum aliquo benignitatis temperamẽto: vt.ff. de pœ.l.reſpiciendum debet enim iudex intueri cauſam
12 & finem maleficij:vt dicitur in illo,qui libidinis cauſa fregit oſtiũ meretricis,per quod latrones intrauerunt:quod
c non tenetur pro rebus furatis:quia cauſa furãdi nõ fuit, ſed libidinis:vt.ff.de fur.l.verum.nã perſona conſideranda eſt, quæ arguitur deliquiſſe an potuerit facere, & an fuerit an non,& an cogitauerit,an ſane mẽtis fuerit &c. ff.ad leg.Iul.maieſt.l.famoſi.Nam in maleficijs ſpectatur voluntas & nõ exitus:vt.ff.ad leg.Cor.de ſic.l.j.§.Diuus
9 cum.ll.alleg.ſuprà eo.tit. †Si autem cogitauit & egit, ſed non perfecit:maleficium enim ex effectu committentium æſtimamus:& intuemur voluntatem potius quàm effectum:vt.d.l.verum.&.ff.de iniur.l.iij.j.reſpon.cum ſi. delictum enim non ſtudioſè commiſſum caret vocabulo criminis & effectu:vt.C.ſi aduer.vend.l.j.de quo delicto puniendo vel non commiſſo culpa vel negligentia. dic vt not.infrà.de ho.§.item pone.qõ.Item debet iudex bonus peius præſumere & acrius procedere contra percutientes cum ferro,quàm cum ligno vel alia ſimili re.ff. de ſic.l.j.ibi,ſed ſi claua &c.&.ff.de re mili.l.omne delictum.§.ſi quis cõmenſationem.vbi ſeuerius vindicatur percuſſio facta cum telo vel ferro,quàm cũ lapide. Itẽ ſeuerius iudicatur magnum vulnus,quàm paruum:vt.ff. de iniur.l.vulneris magnitudo &c.de quibus no.d.Odofre.ſuper.d.l.fa.& ſuper.d.l.j.C.de ſica.habet etiam conſiderare iudex cuius vite antea fuerat iſte,quem condem
10 nare intendit & cuius famæ & æſtimationis,& qualitatem facti conſiderando circa prædicta varia ſecundũ varietatem perſonarum & qualitatem factorum contingentium:vt de his not.ſuprà de iudi.†Not.etiam ſecundùm do.Odofre.quòd ille, qui incipit rixam magis punitur, quàm puniantur alij,qui in ipſa rixa deliquerunt: vt.C. ad legem Iul.de vi publi.l.quoniam malorũ.&c.Et ideo cauti aduocati:ſepè probare nituntur,quòd talis aduerſa
d rius incœpit rixam per ipſam.l.&.ff.ſi quadr.paupe.fec. dic.l.ſi arietes.Pone quòd aliquis me inuito[a] intrauit domum meam:quæritur an ex hoc debeat puniri?dic quòd ſic.quia tenetur actione iniuriarum.argu.ff.de iniur.l.iniur.§.fin.ſuper verbo,agrum alienum prohiberi.ſed ſi intrauit cauſa ſuæ rei quærendæ etiam me inuito non tenetur:vt.ff.ad exhib.l.theſaurus.&.ff.de ſerui.fugi.l.diuus. C.eod.titu.l.requirendi.Item quia voluntas & propoſitum &c.vt.ff.de iniur.l.qui iniuriarum.&.C. de ſica.l.j. Nam ignorans nõ intelligitur delinquere:vt.ff.de actio. & obliga.l.ex maleficijs. Item errori veniam dedimus: ei qui non ex malignitate ſed ſimplicitate peccauit: vt extra de tranſac.c.ij.in fi. Item non attendas quę fiunt, ſed quæ ex animo fiunt.Item quem conſcientia defert liber eſt inter accuſantes.Item quando Deus erit iudex alius teſtis quàm conſcientia tua non erit. Item in habentibus poteſtatem debet eſſe vinum & oleum, & miſericordia & iudicium: per vinum ſeueritatem accipite, quando iugulant & ſuſpendunt homines:per oleum nomine miſericordiam. Itẽ affectio tua nomen imponit operi tuo.item Phara.legis notitiam non habuit:& ideo minus peccauit:vt extra de immu.eccle.c.nõ minus.& multum facit ad hanc materiam extra.de cleri.ex.c.apoſtolicæ.Goff. †Pone, ego inueni pecudem tuam dantem
u damnum in ſegete mea:quæritur nunquid illam poſſim mea authoritate tenere,donec mihi illud damnum emendetur?Reſpon.vtiq;.Nam & furem in furto deprehendere poſſum & capere:vt inſtitu.de oblig.quæ ex delict. naſc.§.fur.nec per hoc teneor iniuriarum:quia hoc facio cauſa mei iuris ſeruandi:vt.ff.de iniur.l.iniuriarum.§.j.& cùm hoc non faciam animo lucrandi: licet lex videatur contradicere.ff.ad leg.Aquil.l.quamuis.d.Bagarotus dixit quod eum retinere potero loco pignoris,donec mihi ſatisfactum fuerit de damno:& donec ſciatur cuius ſit:& cum quo agendum eſt,conſuetudo enim talis eſt, quòd tales beſtiæ retineantur, quæ conſuetudo eſt optima legum interpres:vt.ff.de leg.& ſena.l.ſi de interpretatione legis tamen prædicta.l.quamuis aliâs eſt.l.Quintus Mu
12 tius.§.fin.ponit caſum quòd non poſſit retineri. †Item nota.vt dicit dominus Odofred.quòd ille, qui mandat & fieri facit aliquod maleficium, quòd videatur illud propria manu feciſſe per.l.argumentabilem & bene notandam.ff.ad legem Corneliam.de fal.l.diuus claudius. §.item ſenatus.ibi,videri enim agi &c.Ad idem eſt fortius.ff.de ſic.l.nihil intereſt.&.ff.de vi & vi arma leg.j.§. deiecciſſe.vnde puniendus eſt vterq;,tam mandans quàm maleficium committens: vt.ff.ad Silla.l.prius.&.l.ſi percuſſor.&.C.de accuſat.l.nõ ideo minus.&.ff.quod vi aut clam.l.ſi ego tibi.Sed quis eorum magis peccat?reſpon. mandans:quia autor eſt peccati:quia ipſe peccat in ſe,& alium peccare facit:& ideo acerbius puniẽdus eſt,quam ſi proprijs manibus offendiſſet: vt in authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.eos autem.verſic.& non ipſi.&.ff.quod vi aut

vi aut clam.l.ſi ego tibi.&.ff.de ſer.cor.l.in hoc iudiciũ.
ß ad fin. †Et ſunt iſta efficaciſſima argu.contra facientes aliquos offendi per aſſaſinos vt acerbius puniatur quàm ſi proprijs manibus offendiſſent:geminum enim facinus perpetrare videtur,qui per aſſaſinos aliquem facit offendi: vt.C.de ſepul.violа.l.qui ſepulchra.j.reſpon.aurea.l. eſt ad hanc materiam.C.ad leg.Iul.de vi pub.l.quoniam mulcta.& alterutri parti cauſam malorum præbuerit &c. &.ff.ſi quadr.pau.fe.di.l.j.§.cum arietes.quæ lex videtur velle quòd plus puniantur illi qui incipiunt rixam.& not.etiam de hac materia vt not.infrà cod.titu.§.vlti.circa materiam iſtam &c.Et etiam bonus iudex habet conſiderare circa impoſitionem pœnæ.an maleficium ſit probatum teſtibus idoneis ſaltem duobus, vel an ſit inſtructum apertiſſimis documentis,id eſt inſtrumẽtis & actis publicis,vel an ipſum maleficium ſit inſtructum indicijs indubitatis clarioribus luce expedita: vt.C.de probat.l. vlti.de qua materia dixi ſuprà.de indi.vidui.tol.circa materiam intendo.q.ſcribere,per quam aliæ multæ.q.deci-
14 duntur. †Sed hic ego quæro,dictum eſt ſuprà proxi.§. quod maleficium vno modo debet eſſe inſtructum apertiſſimis documẽtis:vt poſſit pœna imponi,ſed ponamus:
15 †quòd Titius tali anno menſe & loco & præſentibus talibus teſtibus:& tali nocte vulnerauit & interfecit Sempronium:de quo homicidio ille notatur rogatus fecit inſtrumentum.modo quæritur nũquid tale inſtrumentum probet dictum homicidium fore cõmiſſum:ita quòd eoipſo poſſit illi Titio pœna imponi?& primo videt quòd ſic.arg.C.de fide inſtru.l.in exercendis.nam ſicut duo teſtes probant homicidium fore commiſſum:vt.ff.de teſti. l.vbi.& inſtrumentum cùm parem vim obtineant tam teſtamenta quàm inſtrumenta:vt dicta.l.in exercẽdis.item inſtrumento ſtãdum eſt:vt.C.de proba.l.cum præcibus. quid plura?caſus videtur expreſſus quòd inſtrumentum in caſu criminali faciat probationem:& quòd illud probet maleficium fore commiſſum.C.quorum appel.non recip.l.ij.C.de proba.l.vlti.vbi fit mentio de tribus generibus probationum:vt ſuprà proxi.dixi.Præterea glo.ordi.videtur hæc dicere:vt.C.ad leg.Aquil.l.contra negãtem.&.ff.ad Turpil.l.& in priuatis.vnde videtur ſicut in ciuili cauſa creditur inſtrumento: & ita in criminali debet credi.Nam bona eſt argumentatio de quæſtionibus ciuilibus ad criminales:vt.ff.de cuſto.& exhib.reo.l.ij.ad fin.adducitur ad hoc & alia lex quæ iudicio meo nihil facit ad factum.ff.de fal.l.ij.vbi dicitur quòd atrox iniuria æſtimatur ex aſpectu:& dicũt quidam quod in quæſtione noſtra eſt caſus.d.l.ſed dic quod illa lex loquitur in iudice,qui ex aſpectu ſuo habet æſtimare atrocem iniuriã & non ex alio. Item facit pro hac parte.extra de maio. & obedien.c.cùm in eccleſijs.& ibi not.Econtra videtur quòd inſtrumentum non probet: quia in cauſibus criminalibus requiruntur probationes luce clariores:vt.d.l.vlti.C.de probat.&.C.de fal.l.vbi.vltra quàm in ciuilibus, per quod videtur argui quòd licet in ciuilibus duo teſtes ſufficiant.l.vbi numerus.ff.de teſt.in criminalibus fortè non.Nam neq; in qualibet ciuili duo teſtes ſufficiunt:ergo in criminalibus maior numerus exigitur:& inſtrumẽtum æquiparatur duobus teſt.in d.l.in exercendis.vnde conſtat quòd inſtrumentum in criminali nõ ſufficit.Nã cum agitur de ſalute hominis,cautius eſt agẽdum:vt.C. de appel.l.addictos.Item valde facit pro hac parte quòd quis abſens accuſari non poteſt, nec debet:vt.C.de app. l.abſentem.multofortius,nec conuinci:vt.iij.q.ix.per totum.&.C.de requi.re.l.ij.C.de accu.l.fin.Item facit quòd literis patriarcharum de quibus legitur.ff.de mu.& ho.l. munerum.§.renatchæ.non creditur:vt.ff.de cuſto.& exhib.re.l.Diuus Adrianus quæ lex multum facit ad hanc materiam &.q.pro iſta parte.Præterea teſtes debent etiã in criminalibus cauſis coram iudice venire:vt.C.de fide inſtru.l.iudices.& authen.ibi poſita.at conſtat quòd tabellio in inſtrumẽto pro vno teſte reputatur:vt.ff.de teſt. l.Domitius Labeo.Nam hic non venit tabellio coram iudice:ſed accuſati tantum producit inſtrumentum:quid plura poteſt dici niſi quòd ſit caſus legis.ff.de teſt.l.iij. idem dicimus ibi,vbi dicit teſti credendum non teſtimonijs.nam conſtat quòd teſtimonia dicuntur chartæ:vt.ff. de fid.inſtru.l.j.Solu.d.Iac.de la.ſoluit hanc quæſtionem
e & dicit,quòd inſtrumentum non probat & hanc ſol.d. Dy.dicit teneri & ſeruari pro Euangelio.Reſtat ergo reſpondere iuribus & legibus in contrarium alleg.vnde dicit quod.l.ij.C.quo.appella.non recip.loquitur in probationibus coadiuuantibus aliàs probationes.vt ecce ac cuſatur aliquis de adulterio:oportet quòd iſte accuſatus ſciuerit mulierẽ eſſe nuptam,ad hoc vt puniatur de adulterio vnde adduco inſtrumentum matrimonij illius mulieris,in quo ille accuſatus eſt ſcriptus pro teſte.modo illud inſtrumentum coadiuuat,quòd illa mulier fuerit nupta:& quòd ille ſciuerit illam eſſe nuptam quam cognouit.Eodem modo intellige.l.ſciant cuncti.C.de proba.& glo.ſuper illa.l.contra negantem:ibi enim probaueram damnum mihi datum eſſe in tali vinea:& ad probandum quòd vinea eſſet mea:produco inſtrumẽtum emptionis vnde poteſt dici quòd inſtrumẽtum cooperatur ad probationem, non tamen probat.verumtamen poteſt dici,quòd in vno caſu inſtrumentum probat maleficium.vt crimen coniurationis quam aliquis fecit aduerſus principem vel rempubli.vel alium:de qua coniuratione factum eſt publicum inſtrumentum.nam per inſtrumentum publicum probat pactum:& per pactum per conſequens probatur illud crimen:vt.C.ad leg.Iul. maieſta.l.quiſquis.nam quædam per conſequens conceduntur,quę per principalem non concederentur:vt.ff.de auto.tut.l.j.&.l.quod dicimus.vnde dic in ſumma ſecundum opinio.prædictorum doct.aut crimen committitur dicto vel pacto:& tunc probatur per inſtrumentum,per quod dictum probatur vel pactum:aut crimen alio modo committitur:& dic ſi criminaliter agatur,non probatum maleficium fore commiſſum per inſtrumentum: ſi aliter ciuiliter agatur, ſtatur inſtrumento per iura ſuperius allegata. †Pone.q.quę tota die occurrit.Quidam
16 Placentinus in diſtrictu Cremonæ commiſit delictum: pro quo delicto de iure communi pœna imponitur pecuniaria:ex forma vero ſtatuti Cremonæ imponitur pœna corporalis:modo quæritur an iſte Placentinus ſit puniẽdus ſecundum iura & leges cõmunes:an ſecundum formam ſtatuti & conſuetudinis ciuitatis Cremonæ? dic quòd iſta eſt veritas ſecundum opinio.dominorum Dy. Lamber.de ramp.& Ro.de Roma & communiter aliorum doct.quod dictus Placentinus debeat puniri ſecundum ſtatuta conſuetudinis ciuitatis Cremonæ: nam delinquendo factus eſt de foro poteſtatis Cremonæ:& ibi debet puniri vbi deliquit.C.vbi de crimi.agi opor.l.j.& authen.qua in prouincia.&.ff.de offi.præſi.l.iij.nam quẽ admodũ ſortitur forum quo ad hoc vt puniatur, vbi delinquit,& cognoſcatur:ita ſortitur ſuper ſe leges loci vbi delinquit,quòd ſic arguitur,Nam quãdiu dubitatur quã legem habet ſeruare iudex,vel conſuetudinem:dicemus ſi illa lex vel conſuetudo eſt de deciſione cauſæ ſpectabimus legem vel conſuetudinem loci vbi eſt celebratus contractus:vt.ff.de accuſa.l.ſi fundus.&.ff.de admi.tut.l. ita.§.j.&.ff.de ædili.edi.l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.& ff.de pig.act.l.ſi pignore.§.j.idem dicemus in delictis,vt lex propria loci ſpectetur,vbi delictum commiſſum eſt: ſi lex illa eſt ad deciſionem litis, vel pœnæ impoſitionẽ. Nec mirum ſi nos argumentamur de cõtractibus ad delicta:cum ipſa parificentur à iure:vt.d.authẽ.qua in prouincia.ff.de cuſto.& exhib.re.l.ij.ad fi.ibi,quod in priuatis &c.&.ff.de pœ.l.abſentem.ij.reſpon.Expedita eſt igitur.q.prædicta quòd dictus Placen.debeat & poſſit puniri Cremonæ[f] perſonaliter ſecundum conſuetudinem
f & ſtatutum Cremonę,& non ſecundum iura communia per iura prædicta,& maximè per.l.ff.de extraor.cri.l.facularij.ibi,ſecundũ formã conſuetudinis &c.&.ff.loca.& cõdu.l.ij.&.C.de ędifi.priu.l.an in totũ.ibi,ſecũdũ ea quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

in oppido &c. Præterea iurat potestas Placentinę absolutè seruare statutum: vnde si non seruaret, deieraret: & sic incurreret periculum animæ quæ omnibus est rebus, & ab omnibus præferenda: vt. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. scimus, & extrà de iureiurand. c. contingit. Præterea lege cauetur, quòd magistratus etiam legem iniquam seruare debet in suo magistratu: vt. ff. quod quisq; iur. l. j. §. magistratus. nam est magistratus ius dicere, & si iniquè decernat: vt. ff. de iusti. & iur. l. fin. Supradicta autem vera sunt in his, in quibus delictum est quātum ad ius commune, etiam si illud delictum à iudice non sit prohibitum: vt in furto, adulterio, falsitate, & similibus: quia ipsa delicta pu-
18 niri habent secundùm statuta legis & cōsuetudinis loci, vbi commissa sunt. In alijs autem licitis mercationibus, id est quæ licitè fieri possunt quantum ad ius commune: nisi foret prohibitio statuti puta trahere frumentum, carnes, bestias vel aliàs res extra iurisdictionem dicunt dicti doc. quòd si ille, qui fecit contra prædicta fuerit sciēs, quòd teneatur pœna illius statuti quia sciens tale statutum contra faciendo delinqui: propter tale delictum efficitur de iurisdictione illius rectoris: vt suprà dixi. Nam licet aliàs quo ad ius commune non sit delictum: tamen prohibitio facit esse delictum: vt. ff. de re milita. l. iij. §. qui rem. & ff. de nego. gesto. l. fin. & de oper. no. nun. l. prętor. §. ait. vbi hæc no. Si autem ignorat quod in dubio præsumitur, non tenetur per. l. C. de test. l. iubemus. ad fin. ff. de decre. ab ord. fac. l. fina. Et hæc vera sunt in extraneo, qui iustè & probabiliter poterit ignorare: si autē tantam adeo moram & conuersationem habuerit in eo loco, quòd scie-
g bat vel scire debebat & poterat talem prohibitionem vel statutum fore factum super illis rebus non exportandis alio: tunc dicat tanquam scientem eum teneri. quia quò ad obligandum scientia vel supina ignorantia æquiparantur: vt. C. de libe. cau. l. iubemus. & ff. vnde cogna. l. octaui gradus. & C. de in integrum restitu. milit. l. de tu-
17 tela. †Pone me accusare Titium de vulnere commisso per eum: nunc est annus, quo tempore secundùm formā statu. ciuitatis Parmæ pro vulnere erat pœna. c. li'b. nunc verò cùm accusatur, est statutum, & est adiuncta vel pœna minuta: quæritur vtrum pœna sit imponenda secundùm statu. præsens, an seruandum statu. quod vigebat tēpore commissi crimi'nis. Et primò videtur quòd statutū præsens debeat obseruari, & secundùm illud pœna impo-
h ni, quod ita scriptum est: & ita iuratum est per potestatē. ad quod est. ff. de verb. obliga. l. quæ extrinsecus & C. ad Velleia. l. iubemus. & C. de transact. l. si quis. Nam lex vt est scripta, debet intelligi: vt. ff. de lega. iij. l. non aliter. vt ff. de alb. scri. l. j. & in authen. vt cum de appella. cogno. in princ. Item, quia illud statutum erat annale: vnde non durat plusquam per annum: vt instit. de perpe. & tempo. act. §. j. & facit. ff. iudi. sol. l. cum apud. ibi, iudex totū &c. & C. de reb. cre. l. antepe. & conquerebatur in versi. interposita. Ecōtra videtur, & ista est veritas. Primò, quia ista potestas idem videtur cū prædecessore suo: vt. ff. de iud. l. mortuo. & l. cū proponebatur. & C. eo. l. propter. §. fin. autem. & extrà de offi. deleg. c. quoniam abbas. Item, quia tempus maleficij commissi est inspiciendum in pœna imponenda: quia iam erat malefactor obligatus, sicut in contractibus initium spectatur: vt. ff. de nego. gesto. l. Pomponius. Item videtur casus scilicet, quod tempus delicti spectetur: vt. ff. de noxa. l. in delictis. & ff. de fur. l. quia. & l. seruí. Item, quia actio non debet esse ambulatoria: vt. C. de fur. l. manifestissimi. Item, quia obligatio non debet mutari ex persona successorum: vt. ff. de verb. obliga. l. iij. §. j. & de dam. infect. l. damnum. §. si quis. & ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. cum hæres. Item, si aliquis mutuat ad certam mensuram, & postea mensura mutetur: debet reddere secundum mensuram cōtractus: vt not. Accur. ff. de vi. tri. & oleo leg. l. ij. Item, quia ius iam quæsitum communi sine suo facto, & ex certa scientia tolli non potest, nisi fieret mentio de præteritis: vt. ff. de regu. iur. l. quod nostrum. Item, quia lite pendente nihil est innouandum: vt. C. vt lit. penden. per totum. & in authen. vt in medio litis non fiant sacræ cōstitutiones. & melius extrà de constit. c. cum M. & c. cū accessissent. & c. ecclesia. non obst. vt in authen. vt cum de appel. cog. quia iam erat ibi iudicatum. Item facit, quia condictio ex lege est perpetua: & sic perpetuo competit, id est vsq; ad. xxx. annos: vt. ff. de vsufruc. l. cor. Item, quia non vt
19 exnunc, sed vt extunc valere debet statu. vt. C. de codi. l. cum proponas. & instit. quib. mod. testa. infir. §. postea. ff. iudi. solu. l. si quis seruum. & facit optime. ff. de pœ. l. j. & sic vidi Bononiæ & alibi peritiores consulere, & seruant communiter assessores. †Item, pone fore statutum in ciuitate quòd si quis dederit alicui alapam, puniatur in centum solu. Modo aliquis dedit alicui alapam patienti
g & volenti. Modo quæritur an ille percussor debeat & possit condemnari in soli. c. & videtur quòd nō: quoniam crimen, seu violentia non infertur in volente: vt. ff. de iur. l. j. §. vsq; adeo. & ff. de furt. l. inter omnes. §. rectè. ibi, per contrarium. & ff. de lib. ho. exhi. l. iij. §. si quis volentē. & ff. de aqua plu. arcen. l. iij. Ecōtra videtur quod puniatur: vt. ff. ad. l. Corne. de sicca. l. in lege. §. fin. & C. de rapt. vir. l. vna. & C. de fur. & ser. corrup. l. si quis. Itē, si quis offendat volentem punitur: vt patet ex. d. ll. & facit ad hoc optime. ff. ad leg. Iul. de vi publi. l. qui cœtu. §. fi. Sol. dic quòd ex dicta alapa, & ex quolibet alio maleficio alicui illato, oriuntur duæ actiones: vna reipubli. altera passo iniuriam: vt. ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicitè. & argu. ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. & ff. de fideiuss. l. si à reo. cum simi. vnde pro iniuria illi facta, non debet posse puniri: & sic intelliguntur iura pro prima parte allegata: sed quò ad pœnam applicādam communi pro sua iniuria: dico quòd debeat & possit puniri: & ita intelliganturle. aliæ. & hoc alia ratione: quia pœna debetur, quæ publico non debet posse tolli priuatorum consensu, pactis vel dissimulatione: vt. ff. de pact. l. iuris gen. §. si pacisear. & l. ius publi. & ar. d. l. licitatio. & ita hanc quæstio-
19 nem sol. d. Dy. †Pone quòd Titius mortiferè vulneratus accusauit Seium quòd eum vulnerauit, ac accu. pendente, & probato illo maleficio per testes, mortuus est ille Titius ante condemnationem & sententiam. Modo quæritur nunquid iudex super dicta accusatione possit
h procedere ad condemnationem, dic breuiter quòd non: quia illud est vnum de generibus abolitionis, quę ipso facto à lege conceditur absq; petitione à principe faciēda: vt. ff. ad Turpil. l. & priuati. j. & ij. respon. nam mortuo accusatore, sicut mortuo accusato, perit omnis instantia iudicij, & extinguitur omnis actio & alia quæcunq; acta: vt. C. si reus vel accusa. mor. fue. l. j. §. j. & not. ibi per Accur. & ff. de accu. l. diui fratres. & est casus. l. ff. de accus. l. libel. §. j. & circa hoc caue varium effectum aboli. quæ facto contingit: quia si quidem accusa. pendente mori contingat accusatum, ipso facto à lege cōceditur abolitio sine cancellatione accus. vel actorum: & in perpetuum ab eodem, vel ab alio nō conceditur accusatio, nisi in tribus casibus in quibus post mortē quis potest accusari: vt. C. si re. vel accusa. mor. fue. l. fin. §. j. & ff. ad Tertul. l. senatus. §. post mortem. & ff. de publi. iudi. l. defuncto. Si autē accusatorem pendente accusatione mori cōtingat: & hic est casus. q. nostræ: quia fit abolitio à lege ipso facto, tam accusationis, quàm omnium actorum. & nomē rei aboletur & absoluitur ab obseruatione iudicij: tamen accu. ab alio potest institui intra. xxx. dies, & etiam ab hæredibus accusati mortui: non vt ab hæredibus, sed vt ab alijs: vt di-
20 cta. l. libellorum. §. fina. †Sed pone quòd hæredes dicti Titij intra. xxx. dies accusauerunt dictum Seium de dictis vulneribus & morte inde secuta, quæro nunquid iste Seius possit condemnari ex probationibus factis & inductis super accusatione prius facta per ipsum Titium: videtur quòd sic: quia probatis ipsis vulneribus, videtur probata ipsa mors: quia mortifere vulneravit & occidit, & tenetur lege Corne. de sica. etiam ante veram mortem: vt. ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. in princi. & l. huic

& l. huic scripturæ. §. si quis. & l. j. §. diuus. & l. diuus. & ff. ad leg. Corne. de sic. & ff. de pœ. l. aut facta. §. euentus. & C. de siccarijs. l. is qui cum telo. Præterea acta in vna causa, valent in alia. C. de arbi. l. pe. §. fin. & C. de lib. cau. l. iubemus. & quia gesta quæ translata sunt &c. vt. C. de re iudi. l. gesta. Item videmus quòd quando ipsa sententia est ipso iure nulla: idem iudex pronunciat ex eisdē actis, tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus: vt. ff. de appel. l. si expressum. & C. de accusa. l. si accusa. & C. quomo. & quando iud. l. si vt proponis. Solu. dic quòd iudex ex dictis accusa. seu proba. nil facere potest: vt suprà dictum est proxi. q. accusatio enim & omnia sunt abolita, prout not. Accur. C. si reus vel accu. mor. fue. l. vlti. dic
21 etiam de hac materia vt plenè nota. suprà quando de malefi. cogno. per inquisi. c. fin. †Sed quæro nunquid &c. Pone quæstionem de facto: aliquis fuit accusa. de homicidio, vel strata robata: & quia non cōparuit, positus fuit in banno perpetuo: demum extitit condemnatus, eo habito pro cōfesso: quòd si quo tempore venerit in fortiam communis, quòd debeat decapitari, vel furcis suspendi: postea iste malefa. tractu temporis venit in fortiam communis. Potestas intendit eum decapitari facere, quæritur quid iuris? & primò videtur quòd iste sit audiēdus ad sui defensionem: & quod ex eo ipso non debeat mori: quia absens ad mortem damnari non potest: vt. ff. de pœ. l. absens. §. j. & condemnatum accipere debemus ritè cōdemnatum: vt. ff. de re iudi. l. si se nō obtulit. §. condemnatum. nec factum iud. potuit iuri pub. derogare: vt. ff. de fer. l. j. §. j. & ad hoc facit. ff. ad Turpil. l. j. §. senatus. & ff. ad mu. l. ordine. in fi. j. respon. nam facti quidem. q. in arbitrio est iudi. pœnæ verò impositio, demandatur, & reseruatur legis authen. vt. d. l. j. ff. ad Turpillia. Econtra videtur quòd non audiatur, & quòd pœna possit imponi. quoniam fuit inobediens & contumax, vndè pro confesso debet haberi. C. de omni agro deser. l. locorum. libr. xj. in authen. de exhibi. & introdu. reis. §. si verò. colla. v. & in authen. qua in prouincia posita. C. vbi de cri. agi opor. & tanquam cō fessus potuit damnari: vt. ff. de custo. & exhi. re. l. si confessus. Item, quòd fuga & absentia facit eum confessum: vt. C. de assel. l. consiliarios. & ff. de suspec. tu. l. iij. §. tutor. & instit. eod. titu. §. si quis. ff. de publi. iudi. l. fin. item quia rebus iudi. standum est: vt. C. de re iu. l. j. & ff. de sta. ho. l. ingenuum. multa enim fieri nō debent, quæ tamen facta tenent: vt. ff. quando appella. sit. l. ij. §. biduum. & ff. de excu. tu. l. j. §. fin. & not. ff. de fer. l. j. §. fin. & l. si feriatis. Solu. dic quòd bene debet audiri: & nisi maleficium probetur, condemnari non debet, nec puniri: cùm absens vltra pœnam relegati. damnari non possit: vt. ff. de pœ. l. absen. & ff. de accusa. l. absen. nulla enim præscript. temporis à causa suæ defensionis submouetur is qui accusa. est: vt. ff. de requi. reis. l. omnes. in fi. Sed quæro nunquid audiatur aduersarius huius accus. dicens se paratum procedere in accus. & probare maleficium fore commissum. non obst. quod steterit. v. vel. x. annis quòd nihil dixerit de prædictis? videtur quòd non: quoniam causa criminalis debuit biennio terminari: vt. C. de iudic. l. properandum. circa princip. & C. vt intra cer. tempus crimi. q. terminetur. l. fi. Solu. dic quòd debeat audiri: vt. C. de tempo. in integ. restitu. l. petendæ. & ff. de requi. reis. l. annus. in fi. nec obst. leges in contrarium allegatæ: quia illud quod ibi dicitur, vendicat sibi locum lit. contest. nam ante lit. contest. non dicitur esse causa regulariter: vt. C. de lit. contesta. §. si verò. nam in casu præmisso non fuit lis contesta. nec debet imputari accusa. quia per eum non stetit quominus procederet in causa: vt. C. de institu. & substi. sub condi. fac. l. j. C. de condic. quæ sub mo. l. j. & fin. ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. has duas quæstiones proximè dictas se-
22 cit & soluit. d. Guid. de suza. †Sed pone Titium commisisse delictum, propter quod membrū aliquod debeat ei abscindi. Modo quæritur quod membrum ei abscindetur. Respondetur, quòd vna manus sola: vt in authen. vt nulli iudi. §. quia verò, quę est posita. C. de ser. fugi. authen. sed hodie. sed quæ sunt illæ leges quę loquuntur de abscissione membri? respondeo. C. de seruí fugi. l. si fugi. & authen. sed hodie. & in authen. de man. princi. §. coges.

Item in nouellis reperitur de quibusdā hæreticis. Itē in Lombarda est de notario qui fecit falsam chartam: vt in Lombarda, de eo qui fecit falsam chartam. & ff. ad Silla. l. de his. & l. legem. in fin. j. respon. & dic de his quí debent puniri oculo, manu, pede, bullari, tundi, verberari, comburi, vel suspendi: vt habes nota. infrà eod. titu. ad fi.

23 Sed †quæro quæ manus debeat abscindi? respon. leges non dicunt: sed tu dic, illa manus abscinditur, in qua minus potest: quia interpretatione legum & c. vt. ff. de pœn. l. interpretatione. nisi illud cōtingat ratione delicti quod magis frequentatur in illo loco, quo casu pœna debet augeri in exemplum aliorum: vt. ff. de pœ. l. aut facta. in fin. sed si esset tabellio, qui fecisset chartam falsam, vel testis qui falsum tulisset testimonium: tunc tene quòd eidem amputetur manus dextra cum qua delinquitur: hoc est si ex forma statuti manus amputari debeat ei, qui falsum
24 testi. tulit. †Sed quid si non habeat nisi vnam manum? respon. quòd illa sola amputabitur ei. ff. de contrahen. em-
25 ptio. l. si empti. §. penulti. †Item, quid si ille cui manus debeat abscindi nullam manum habeat? respondeo & dico, quòd in alio membro debeat puniri: vt. C. vt intra certum tempus. q. crimi. termi. l. secunda ibi, & si persona vi-
26 lior. †Item, quid si aliquis fecit iniur. alicui officiali, potestati, vel alicui de sua familia: vt notorium crimen in persona vel rebus, verbo vel facto: nunquid iudex illius curie poterit delinquentes punire? videtur quòd non. esset iam aliquis iudex in re sua vel suorum, vel in proprio facto, quod esse non debet: vt. ff. ne quis in re sua. l. vna. & ff. de iurisdictione omnium iudi. l. qui iuri præst. nec in re sua quis potest esse arbiter: vt. ff. de arbi. l. pen. Solu. secundùm domi. Gui. dic, quòd si pube. & noto. est facta offensa iudi. vel suis: vt quia facta fuit dum ius reddebat, vel sedebat pro tribu. poterit delinquentes punire: nam hanc iniur. sine accusa. & iuris or. prætermisso potest punire iudex. lxiij. distinct. c. salonitane. & hanc iniur. iudex retractare vel remittere non potest: quia non est tam sibi facta quàm communi, & toti populo ciuitatis: vniuersis enim redditur, quod pro voto primatibus indulgetur: vt C. de aduo. diuer. iudi. l. restituende. & ff. de condictio. & demonstra. l. municipibus. nam in prędicto casu non ipsi iudici vt priuato: sed vt iudici facta est iniuria, & nō ipse vt in suo negotio: sed vt alius procedit & condemnat: vt argu. ff. de adoptio. l. si pater. §. qui duos. Et ad hoc est nouus canon Inno. c. Romana. extrà de pœ. lib. vj. Nam cui iurisdictio concessa est, id cōcessum sibi videtur sine quibus iurisdictio explicari non potest: vt. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. ij. & extrà de offi. & potesta. iudi. delega. c. j. & c. præterea. & c. suspicionis. Alijs vt domi. loan. videtur procedendum esse in hac. qō. secundum formam. l. ff. de offic. præsid. l. senatus. Quidam alij distinguunt sic: talis iudex est qui habet merum imperium: & tunc possit hoc facere: an verò si municipalis vel delegatus: & tunc
27 non possit: vt. ff. de iu. l. in omnibus. sed prima solutio magis placet. †Quæritur hic an duplex iniuria videatur facta, scilicet iudici tanquam priuatæ personæ & in dignitate posito, vt duobus modis agatur de iniuria iudici facta? dixerunt quidam quòd non: quia non debet quis duplici pœna puniri: vt. ff. de offic. præsid. l. diuus. nec de eo. delicto sæpius quæritur: vt. ff. nau. cau. sta. l. licet. §. fin. Tu dic, quod commune vniuersitas potest agere pro sua iniuria, & iudex pro sua propria, vel priuata: vt dicitur in filia & vxore vt institutio. de iniur. §. patitur. & præstat ad hanc solutione argumen. ff. de publi. l. li-
28 citatio. §. quod illicitè. †Sed pone quod aliquis percussit & vulnerauit aliquem cum quadam forfice, & intulit duo vulnera vno ictu: quæritur an debeat puniri pro vno vulnere, an pro duobus, secundum formam statu. dicentis, quòd quilibet puniatur in libro. x. pro quoli-
i bet vulnere. dic quòd puniatur pro vno vulnere: tantum: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tùm:vt ar.ff.arb.fur.cæ.l.si gemina.Sed videtur quòd pro pluribus puniatur,etiam si constet quòd animum habuit vnum vulnus inferendi:vt quia cum ense,vel alijs armis percussit:nam debet quis puniri secundùm effectum,nõ secundùm affectum.ff.vi bo.rapt.l.prætor.§.si quis aduẽtu.&.§.pe.& de fur.l.qui faccum. Item vna conceptione verborum,plures stipu.continentur.l.scire debemus. ff.de verb.obli.& vna nouatione,& sic conceptione,plures obli.tolluntur.ff.de noua.l.fi.licet videatur contra.l.si quod fur.ff.de fur.sed non obstat:quia licèt dicatur quòd non teneatur fur.teneor tamen in aliquali actione:sed tu potes dicere quòd si statu.imponatur pœna pro percussione,quòd vna pœna puniatur : quia vna percussio siue ictus:si autem pro vulnere,pluribus pœnis puniatur, cũ
29 plura sint vulnera. †Item pone cõtineri in statu.quod quicunq; percusserit aliquem in via publica,magis puniatur pro vulnere,quàm si alibi percusserit.Ecce aliquis aliquem percussit in via priuata per quam iter vulgo fit, quid erit?dic quòd perinde puniatur,ac si in via publica percussisset:vt.ff.de his qui deie.vel effu.l.j.vbi,dummodo per ea &c.&.ff.si men.fal.mo.dixe.l.fin.nam mentem non verba spectamus:vt.ff.de alea.l.iij.§.condictio. Itẽ pone quòd ego vidi quòd Titius percutiebat,vel vulnerabat,vel occidebat Seium:quæritur nũquid ego teneat
k eum iuuare?videtur quòd sic:aliàs autem sum puniendus:vt.ff.de re iudi.l.culpa.&.ff.de noxa.l.in omnibus. &.l.in delictis.in prin.Nam nõ tantum careo culpa,imò hoc maleficiũ videor feciſſe : vt.ff.de infa.l.quod ergo.§. j.Sol.dic secundum canones quòd ego teneor me interponere verbis vel alio honesto modo : vt in c.negligere cùm possis.ij.q.vij.sed secundum lect.non nisi in ijs,quos habeo corrigere vt filios vel seruos per leges prædictas, & dic vt de hoc not.per Accur.super.d.l.culpa.ff.de re
30 iudi. †Cum aliquis minor.xxv.annis delinquit:vt scíamus an possit puniri vel non:distingue,quia aut est pubes , aut impubes.Et si est impubes,aut est infans , vel proximus infantię:aut proximus pubertati:& dicitur minor.vij.annis : vt.C.de iure deliber.l.si infanti.proximus infantiæ est à.vij.annis vsq; ad.xj.cum dimidio masculus,fœmina vero a.vij.vsq; ad.ix.cum dimidio:vt instit. de inuti.stipu.§.pupillus.& hi si delinquunt nullo modo puniuntur:vt.ff.de fal.l.impuberem.&.ff.ad legi Aquil. l.sed & si quocunq;.§.fi.&.ff.de rei ven.l.quod infans.& arg.instit.de inuti.stip.§.sed quod diximus.Si autem est pubes vel proximus pubertati,vt in eo qui est maior.x. annis cum dimidio,qui dicitur proximus pubertati:vt.ff. de re.iur.l.pupillus.tunc regulariter omne delictum cadit in eum puberem,qui dicitur doli capax:vt.ff.de furt. l.impuberem.&.d.§.pupillus.&.d.§.sed & si infans.Et in hoc casu aut delinquit culpa : & tunc minor in nihilum punitur beneficio restitutionis in integ.vt.C.si aduer.delic.l.j. Item in sene , qui si culpa delinquit punitur mitius:vt.ff.de ter.amo.l.ij.aut delinquit per imprudẽtiam, & tunc nullo modo punitur:vt arg.ff.de iurisdi.om.iudi. l.si quis.§.doli.aut delinquit dolo pupillus vel pubertati proximus:& tunc si ciuiliter cõueniatur,nullo modo punitur:vt.ff.de mi.l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de regu.iur.l.ferè.si autem criminaliter conueniatur : & tunc aut delictum est tantum atrox:& non subuenitur illi,nisi quatenus miseratio ætatis produxerit iudicẽ ad mediocrem pœnam imponendam : vt.ff.de mi.l.auxilium.§.in delictis.in prin.aut est atrocissimum:& tunc nullo modo ei subuenitur : vt.d.§.in delictis.in.ij.parte sui.Sed fallit in minore.xiij.annis in crimine adulterij:vt.ff.de adult.l. si minor sed de stupro bene tenetur:vt.ff.eo.titu.l.stuprũ. in fin. Item excusatur minor.xiij.annis in crimine falsæ monetæ : vt.C.de fal.mo.l.j.§.impubes.Sed ibi fortè non erat doli capax,vel dic quod ibi falsum non fecerat, sed consenserat. Item excusatur in alijs casibus.C.de ijs,qui no.infa.l.pen. Item à delicto non petiti tutoris: vt.C.si aduer.deli.l.fin.& aliàs.ff.de bo.lib.l.qui cùm maior.in princip.Nec etiam impubes tenetur crimine sepulchri violati:vt.ff.de sepul.viola.l.prætor.§.j.aliàs autem punitur:quia legitur quòd impunitas delicti propter ætatem:non datur:vt.C.de pœ.l.impunitas.sed qualiter fiet prædictorum punitio?respondeo,leuiter.quia ætas eorũ quicquid videt ignorat:vt.ff.de iur.& fac.igno.l.fin.C.de fal.mo.l.j.in fin.& instit.de inuti.stipu.§.furiosus.vnde dic quòd impuberes quando alij decapitantur ipsi debẽt ferula cædi:vt.ff.ad Silla.l.j.Puberes autem iudicis arbitrio puniuntur : vt dicta.l.auxilium.§.fina.&.ff.de termi. amo.l.ij.& facit ad prædicta.ff.ad Silla.l.si quis in grauj. §.clauos.&.ff.ad leg.Corne.de fal.l.impuberem.Et vide quod not.per Azo.de lega.l.Aquil.§.culpam autem.institu.de obliga.quæ ex qua.delict.nascun.§.fin.ff.de furt.
31 l.impuberem. †Pone quòd plures homines commiſe-
1 runt delictum:quæritur qui conueniantur & teneantur? ad quod dic:quia aut occiderunt tantum:aut vulneraverunt tantum : aut vulneraverunt & occiderunt.Primis duobus casibus omnes tenentur , & conueniuntur insolidum ad pœnam legalem , vel statuti:nec vnus soluendo liberat alium:vt.ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.&.l. item mela.§.sed si plures.in.iij.casu.Si maleficium commissum fuit in rixa,ictus vniuscuiusq; contemplari oportet:vt dicta leg.&.ff.ad legem Corne.de sicarijs.l.fi.vt mitius puniatur,qui percussit cum paruo telo leuiter,quàm ille qui percussit cum falcastro , & intulit mortale vulnus:& hoc nisi constaret istos habuisse animum occidendi.quia tunc puniuntur omnes ad mortem:vt dicam plenius infrà.de ho.§.ponamus.Et circa hanc materiam distingue secundum do.Odofre.Cùm plures tenentur:aut teneãtur ad rem tantum:aut ad interesse tantum:aut pœnam tantum:aut ad rem & pœnam.Si ad rem tantum solu.vnius liberantur alij:vt.ff.de eo per quem fac.erit.l.ij. §.si plures.Si autem ad pœnam tantum,vtputa plures furati erunt rem aliquam:tunc restituta re remaneret actio furti ad pœnam:vt.ff.de condi.fur.l.si pro fure.§.fin.tunc licet vnus soluat rem vel pœnam cæteri non liberantur à pœna:vt.C.de condictio.fur.l.j.&.ff.de iurisd.omnium iudi.l.si quis id.ad fin.Si autem ad rem & pœnam,vt est in actione legis Aquiliæ , quæ crescit per inficiationem: tunc si vnus soluat duplum,in alio,quod est simplum cæteri liberantur:in alio verò quod est pœna cæteri non liberantur:vt patet per iura prædicta. In nomine domini amen.circa finem etiam præsentis titu.hic pono.qõ. quæ fuit de facto coram me Perusij tunc præsidente of-
32 ficio appellatione dicti communis.†Ecce ex forma statuti generalis pœna imponebatur facientibus percussiones & assaltus.quidam candr.magistri Nicolæ quendam alium insultauit & vulnerauit,qui postquam fuerat accusatus citatus & requisitus occasione dicti maleficij,factus fuit clericus , qui nihilominus in quinq; libris extitit condemnatus:à qua condemna.ad me extitit appellatum allegabat,quòd non potuit condẽnari ex eo,quod tempore condemnationis inueniebatur quòd erat clericus:modo quæritur quid iuris sit?& primò videtur quòd potuit & debuit condemnari de iure.quoniam iura dicunt,quòd si aliquis fuerit accusatus in ius,& postea miles vel alterius fori esse cœpit : ius reuocandi forum non habet,quasi ab alio iam præuentus:vt extra de foro competen.c.proposui.&.ff. de iurisdict.omnium iudi.l.cùm quædam puella.& per solam citationem perpetuatur iurisdictio tam ordinarij : vt prædictis iuribus,quàm delegati vt extra de officio.& potestate iudicis delega.c.gratum.&.c.relatum.& de offic.lega.c.fin.& per solam citationem præuenitur iurisdictio,seu per solam conuentionem:vt extra de appella.c.vt debitus.& de rescrip.c.præter.&.c.sanctæ Crucis. Item tempus commissi delicti debet spectari & non tempus iudicij.Nã videmus quòd si aliquis committat aliquod maleficium,& tempore facti maleficij vna lex vigeat , & tempore contestationis & tempore sententiæ alia:debet iudex iudicare secũdum legem,quæ vigebat tempore commissi delicti:& vt plene nota.C.de legib.& constit.l.leg.& constit.& in corpo.auf.

po.auth.vt eũ de appel.cog.in prin.Itẽ videmus q; si iniuria fiat alicui,& agatur iniuriarum ciuiliter debet fieri estimatio:& referri non ad id tempus quo iudicat.Sed semp inspicitur tẽpus commissę iniurię:vt ff.de iniur.l.iniuria rum estimatio.Itẽ videmus q; post accusationẽ proposità & actionem.secutam,nec actor nec reus possit variare: imò oportet eos vsq; ad finẽ persistere.in accusante loquitur auth.vt C.quomo.& quando iud.auth. qui semel.& in cor.auth.de liti.§.omnem verò.In reo verò loquũtur leges prꝛallegatę.ff.de iudi.l.si quis postea.& l.vbi.& d. c.proposuisti.& d.l.cum quędam.sic non licuit forũ mutare. Item videtur casus.l.alia ratione.Nam iura dicũt.q; si aliquis impetret literas à summo pontifice:& ille contra quem impetrentur,vt mandarum summi Pontifi.elu dant,anteq; literę ad iudices perueniant:vel postea prius quã citetur euacuando mandatum summi pontifi.de possessione de qua controuersia vertitur commutationem fecit:nihilominus tenetur ratione possessionis,quę nõ erat tempore citationis penes se coram iudicibus delegatis à summo Potifi.responde ergo mutomagis post citationẽ cõmissam:vt extra de alie.iud.mu.cau.fac.c.ex quorũdã post citationẽ factam prꝛesumitur q; accusatus si fiat clericus, quod fiat causa euitandi iudiciũ iudicis secularis & pœnæ imponendę:& prꝛesumitur mala fide hoc facere,& de suo iure vacillare.ar.l.C.de acqui.pos.l.nemo. ibi interpellationem verò.ff.de pe.habetur.l.interuenit.§.petitam autem fisco.&.§.petitam autem habetur. Itẽ quantuncunq; efficiatur clericus,non tamen ob hoc exuitur. ab obligationibus seu delictis à se commissis,sed ex præcedentibus contractibus vel quasi,vel delictis vel quasi poterit conueniri & puniri:vt in auth.apud quos oportet mona.causam dicere.§.j.C.de epis.& cle.l.quisquis.emersis.&.l.ad simílitudinẽ.vt ff.de cap. dimi.l.iij. &.§. nemo. & l.tutellas.§.ij.in authen.de sanctiss.epis.§.prouidere. in vlt.char.& de mona.§.j.&.§.si quis autem semel.& ad fi. glos.quę incipit,idem in alijs. Item quia personalis actio vel obligatio semper personas quo vadunt prosequitur.ar.ff.de.mu.& ho.l.rescripto.§.fi.& idem dicimus in delictis: vt instí.de nox.§.omnis.& si seruus delinquerit liber effectus tenetur : vt ff.de iniur.l.sed & si vnius. §.si iussu.& ff.de vsufr.l.Iulianus. §.si qs pars.& de cõtrahẽ. emp.l.fi.ff.de nego.gest.l.Pomponius .in maiori glos.& arg.ff.de verbo.oblig.l.quicunque.& de nouo ingredi religionem,vel fieri monachum non est modus tollendæ obligationis:vt instí.quib.mo.tol.obli.per totũ.quid plura videtur etiam quod dicta causa non prosit collatio ordinis clericatus.Nam hoc factum est post crimen contractum quasi in fraudem,& ad euitandam pœnam criminis ante à se commissi.ar.C.de sac.san.eccl.l.qui sub prętextu.&.ff.. de dona . causa mor.l.si quis.& est quasi expressum in authen.de mo.§.si verò & si quis. vbi ingressus monasterium,pro pœna subeunda eximitur de monasterio,& in pristino statu traditur:& ad hoc optimè facit.C.de his q; ad ecc.confu.l.j.& ff.de re mil.l.qui mœtu non pos.l.prima. & secunda . C . de episc.& cleri. l. officiales.& ff.de mu.& ho.l.cura.§.fin.Prꝛeterea decuriones non sunt torquendi:vt C. de car.l.decu. & tamen si quis tabellio falsa efficit instrumenta:& postea decurio factus est:nõ propterea excusatur propter superueniẽtẽ dignitatem quominus possit torqueri:vt C.de fal.l.si quis decurio.& nemo delictis exuitur,qui minuitur capite:vt ff.de capi.di.l.tute.§.j.hinc est quod si seruus delinquerit & ante condemnationem ad libertatem peruenit quod inspici tur tempus qualis status fuerit eo tempore quo deliquit: vt ff.de pœn.l.j. Item in seruo delinquente si postea efficiatur liber,nihilominus tenetur,& noxa capitis sequitur:vt ff.de iniur.l.sed & si vnius.§.si iussu.& instí.de noxa.act.§.omnis.&.ff.si ex noxa.causa aga. l.ij.in princip.

Item post munus sibi iniunctum tale priuilegium sit ademptus,quod soleat à tutelis excusare sibi nõ prodest: vt ff.de excu.tut.l.tutor petitus.in princ. Item ad quid diem in sermone tenemus casus est:vt ff. de iudi.l.si quis pœna.& de iurisd.om.iud.cum quidam.ad municip.l.incola.& extra de fo.compe.c.proposuisti . Nã sufficit quod iste candrolus tempore commissi delicti erat de foro iudicis secularis:& si postea alterius fori sit effectus : vt ff. de re iud.l.si cognatus.& ff.de bono.pos.secundùm tab. l.prima.§.finautem.Prꝛeterea iste qui deliquit à principio erat laicus:ergo qualis tunc erat eius conditio,est attenddenda:quia cuiusq; rei potentissima pars principiũ est: vt ff.de ori.iur.l.prima.& ff.de contrahen . empt.l.vlti.ff. de regu.iur.l.quod ab initio.& ff.de ser . expor.l.si mi . & de pœn.l.prima.Non enim vitiatur nec variatur,licet ad eum casum peruenerit,à quo incipere non potuit : vt in authen.vt lic.ma.& auię.§.quia verò.& instí.de leg.§.si quis debitori.Sic in proposito non vitietur cognitio secularis iudicis propter superuenientem clericatum . licet si ab initio fuisset clericus non potuisset cognoscere : & sic est confirmanda sententia. Item si fuisset clericus ante commissum delictum non posset per iudicem appellationis exgrauari:cum iudex ipse non eum grauaret,nisi per acta primi iudicis ex forma statuti,& iuris.Econtra videtur quod non potuerit vel debuerit per secularem iudicem condemnari.Imprimis propter quoddam generale.Nam certum est generaliter quod omnis res iudicatur secundum præsentem statum:vt ff.de verb.oblig.l. continuus.§.cum quis.cum ergo tempore sententiæ nõ erat secularis persona,sed clericus iam effectus : satis patenter concluditur quod non potuerit puniri à iudicę seculari:& tanquã à non suo iudice lata non tenuit:vt.C.si à nõ compe.iu.per totum.Item alio generali. Nam vbicunq; res deducitur ad eum casum à quo non potest &c. deductione illius casus impeditur negotium.de quo conqueritur:vt ff.de verb.oblig.l.inter stipulantem.§.sacram. & ff.de ali.& cib.leg.l.solenniter.cum simi . Item si aliquis tutor accusatur de suspecto durante tutela:& si interim finiatur tutela:iudicium dissoluitur iam inceptum:vt ff.de suspe.tut.l.post finitam.ita & hoc finito negotio omnino per mutationem alterius fori,finitur primum iudicium, etiam si iam esset ceptum:multo ergo fortius definit habere initium,vbi iudicium nunquam fuerit cœptum : & intellígitur post litis contestationem:vt in authen.de liti.§.si verò initium.Prꝛeterea sicut superueniente satisdatione,alias sacerdotio,iudicium vel arbitrium iam inceptum finitur:vt.ff.de arbi.l.non distinguemus.§. satisda. multofortius vbi per solam citationem est inceptũ.Quid plura alio inconuincíbili ostenditur arg. nam plautianũ senatus.locum habet de filijs,qui post diuortium nascuntur:aliud sena.sub diuo Adriano factũ de his,qui nascũtur cõstante matrimonio quid si est dubium?certè ex vltimo agetur:vt ff.de lib.agno.l.iij.§.qui Flauianum.ita & hoc in dubio. Nam & si dubium esset quod non est ex natura à iurisdictionis vlti.iudicis & fori deberet agnosci. Prꝛeterea licet regulariter à muneribus publicis subeundis quis accusari non possit:tamen satisdatione obueniente bene excusatur:vt.ff.de va.l.prætо.in prin. Quid plura videmus, quod si quis post delictum commissum seruus hostium factus sit:dicitur quod actio pro delicto competens extinguitur:vt ff.de furt.l.si quis in hostium. §.si post noxam.multofortius si trãsit in potestate episcopi. Item vides , quod superueniens dignitas secularis quemlibet liberat ab onere personali: & est casus duarũ legum.ff.de execu.tut.l.non solum.§.qui pup.& l. spadonem.§.finautem.multofortius liberat cum accedit clericalis & sacerdotalis dignitas.quid plura:casus videtur es esse duarum legum de excu.tu.l.isti vltimo.§.sunt & alij. vbi dicitur quod tutor mutando domicilium authoritate principis à tutela & foro eximitur.secundus.ff. de accu. l.hos.acc.§.hoc beneficio.vbi dicitur quod si aliquis post reatum commissum impetrata generali abolitione à principe efficiatur legatus:quod etiam lite contestata nõ poterit super ipsa accusatiõe procedi:multofortius hic, vbi nulla citatio præcesserit,vel si præcesserit non bannum vel condemnationem,antequam clericus fieret.Item sola ci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatio seu accusatio non videtur sufficiens ad impediendū hominē clericari, nisi prius damnetur. lxxxj. dist. quicūque. & q qui sine examinatione. Si ergo non impeditur clericatus propter delictū commissum: sequitur q nō impedit clericorum beneficia assequi: cum positione vnius sequatur positio alterius: nam posito quod possit fieri clericus, sequitur q eum sequantur priuilegia clericorum. Et ad hoc optimè facit insti. de hęre. insti. §. est aūt casus. vbi dicitur, quod non potest seruus manumitti: ergo nec hęres instituī: quia si institueretur. efficeretur liber, vt dicitur. Item super prędicta probatur alio incōuincibili argumento nam non q fuit, licet q sit, considerari oportet: vt l. di. fere de terra. Hic ita licet fuerit laicus tamen quia modo est clericus, nunquid possit puniri à iudice secularm ri: certe nō video[m]. Quid plura: non potest plus ficta cōfessio, quæ resultare dicitur ex cōtumacia, quā soperaret vera sed: ęquum est, q si etiam hęc fuisset cōfessus, nihil sibi noceret: multo fortius nō debet sibi nocere, vbi nō est vera cōfessio, sed ficta: vt c. at si clerici. extra de iu. Nunc verò restat respondere allegationibus partis aduersæ primò non obstant prędicta iura. l. si quis postea cum quædam puella. &. d. c. proposuisti. quia si veritatem velimus inuenire: ista locum habent, quando addimus forum foro: quia per talem conditionem non dicimus forum primū mutari: sed secundū primo foro addere. ar. ff. de senatusc on. l. senato. & de condi. & demon. l. falsa. & ff. ad municip. l. assump. §. quod' solet. Verum quando principis seu summi pontificis ex certa scientia concedentis propter dignitatem secularem vel clericalem forū seu domiciliū mutamus, vt in casu prędicto. tunc sequitur loeū secundū domicilium vel forum primū non cùm primi fori nullæ reliquię remanserunt, & sic intelligūtur secundū iuris subtilitatem. §. sunt. & alij. & §. hoc beneficio. & §. qui primipilum. & sic manifestè concludit contra supra dictum candiolum non potuisse procedi: prętera potest ad dicta iura etiam alio modo responderi: nam omnis actus primę obligationis transit in pm: ita sanè vt nihil reliquisit quod virtute primæ agi possit, sed virtutæ secundę. arg. ff. de act. & oblig. l. obligationū fere. §. fina. & de ver. obli. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & ff. de noua. l. cū enim. & de transac. l. cū acqui, itaq; hæc virtus caracteris impressa est tantæ virtutis, q cùm eximat omnino à iurisdictione iudicis secularis: ita quod nil fori vel iurisdictionis penes eū remanebit: sed omnia extinguūtur, & transeūt in iurisdictione ecclesiastica. quinimo nedum si reclamaret: vt fuit hic: vel si sponte litigaret nō valet vt supra probatum est: sed in legibus allegatis pro alia parte vtriusq; iudicis poterit esse iurisdictio. Ad alias autem leges & authen. vt cū de oppel. cog. facilis est responsio: quare tam primus iudex, quam appellationis erat competens iudex damnati. Item hic non tractat secūdùm quas leges debeat puniri: sed an debuerit & poterit puniri à iudice seculari. Item potest responderi, q speciale est in causa appellationis. ad. l. iniuriarum æstimatio. duplex est responsio: Prima quia hic non agitur de tempore æstimationis iniuriæ, sed vtrū iudex secularis iurisdictionem habeat in clericum iam effectum. Secūda, quia idem iudex erat vtroq; tempore eiusdem conditionis homo, tam tempore commissi maleficij quam tempore quo fuit prolata sententia. ad authen. qui semel. satis patet respon. qa logtur in accu. ad. c. extra de alie. iu. mu. causa fa. patet respō. quia ibi delinquerunt permutando rem causa mutādi iudicis: vt duriorem constituerent aduersarium in authen. ergo in illud edictū tenetur ad interesse: & melius tenet respondere coram iudice delegato, qui alias erat competens: sed hic vbi omnino forū mutatur non potest dici q teneatur coram non suo iudice respondere. i. iudice seculari. Ad aliud autem quod alleg. que quantuncunque efficiatur, clericus ab obligatione: & delicto non eximitur duplex est responsio. Primò, quia licet non eximatur tamen debet coram suo iudice respondere, vt supra probatum est: & ita intelliguntur iura ad hoc alleg. Secūdò, quia superuenięte sacerdotio siue clericatu à muneribus personalibus exuitur: vt prędicta. l. prętor. in princip. ff. de mu. & ho. in fi. j. respon. ibi, vel quid si facer. & ad. l. si quis ff. de dona. causa mor. & ad. l. ff. de remiss. l. qui me. & similes, facilis est respon. quia in prędictis legibus probatum erat plenè, quia timore criminis & pœnæ inferendæ prędicta fecerat. Cæterum quoniam hoc non apparuerit vel est dubium: certum est q non præsumitur, nisi probetur: vt ff. de proba. l. quoties. §. qui de dolo. tum quia quilibet præsumitur bonus &c. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. tum quia eo tempore quo clericus fuit effectus, nō erat de crimine conuictus vel in facinore deprehensus. secundùm quas terminationes intelliguntur prædicta iura in contrarium alle. & ita intelligitur lex. illa post contrarium &c. præterea ex delicto efficitur delinquens debitor à tempore latæ sententiæ: vt l. defensionis facultas. C. de iu. fis. lib. x. Item ad alleg. ff. de pœn. l. j. potest de facili responderi: quia licet dicat ibi q non prodest sibi status priuatio: quia mutatur secundùm statum in quo erat tempore maleficij commissi prodest tamen quantum ad hoc q in illa pœna, quæ erat sibi inferenda imponetur sibi à suo iudice. s. à iudi. ecclesia. & nō à iud. seculari: vt C. si à non compe. iud. per totum. so. d. Mar. de fano. dispu. hanc. q. & soluit, quod iudex. secularis hāc cognitionem habeat & punitionem de. d. maleficio non obstāte, quod postea factus fuerit clericus per iura allegata pro hac parte. d. vero Dy. de Musello similiter hanc soluit. qō. dicens distinguendo: quia aut certum est, q ille malefactor factus est clericus causa euitandæ pœnæ imponedæ per iudicē secularē: & tunc dicebat, quod iudex secularis poterat cognoscere, & pœnam imponere. arg. l. C. de satisf. l. qui sub prætextu. & de do. causa mor. l. si aliquis. & in authen. de mona. §. si verò. &. §. si quis. cum legi similibus. s. alle. ad hunc arti Aut certum est, quod iste non est factus clericus causa euitandi. d. pœnā nec in fraudem: & tūc nō poterit puniri: nec contra eum procedi à iudice secularī. ar. legū pro hac parte allegatarum. & specialiter. ff. de accus. l. hos accusare. §. omnibus. & l. hoc ver. ff. de va. mu. l. pe. in prin. ff. de execu. tu. l. idem. §. sunt & alij. & ff. de bo. eo. qui ante mor. l. j. §. j. Aut dubitetur an sit factus clericus in fraudem & causa euitandæ pœnæ vel non sit clericus factus: & tunc subdistingue. Quia aut fuerit in crimine deprehensus vel de crimine conuictus per testes vel suam confessionem: & tunc præsumam q sit clericus factus in fraudem, & causa euitandæ pœnæ. arg. lex allegata. circa primum membrum huius solutionis: & arg. ff. de peti. hęre. l. item veniunt. §. petitū. ff. de iu. l. si quis postea. & de iurisdic. omn. iudic. l. cum quædam puella. & ff. ad munī. l. incola. & extra de fo. cōpe. c. proposuisti Aut non est deprehensus vel conuictus: & tunc non videtur, quod in fraudem sit factus clericus arg. ff. de bon. eo. qui mor. sibi cō. l. j. §. j. & ad hanc solutionem &, q. accidit autea. l. C. de fal. l. si quis decu. †Quæstio talis fuit Perusij Pellolus filius facoli clerici intrauit ordinem sancti Augustini & ibi fuit professus. postea exiuit ordinem, accepit vxorē, portauit arma & vestes laicales, & more laico vixit, & percusserat quēdam de quo fuerat condēnatus in lib. v. à qua condēnatione fuit ad me appellatū. quęrit an sīa debeat annullari ratione. d, professionis & clericatus? ad hanc. q. maximè alleg. fuit quędā glo. Inno. papæ quā posuit. extra de apost. c. j. ad phandū, q ille Pellolus amisserat priuilegiū clericatus, quę glo. talis est. Triplex est apostasia. s. perfidię: vt qñ quis recedit à fide. ij. qō. vi. non potest. Secunda inobedientię: vt quādo quis trāsgredit prędictū prętati tertia irregularitatis &c. & quādo exiuit ordinē &c. nam tūc si se nō emēdat post admonitionem. caret priuilegio clericali: vt no. Inn. Itē no. liij. di. q nedū illi, sed etiam. Psalmista & lector semper gaudent priuilegio clericali: & vlterius non pñt viuere secula. nec fieri milites. xx. q. iij. eos. Sed alij cōtradicūt, eum quibus & nos sentimus, distinguētes si sumpserint aliqd ordinis pœnitus cōtrarium: vt si accepit secūdā vxorem, alias

alias corruptam, vel fecit se militē & seua exercuit: priuat priuilegio clericali: vt xxxiij. dist. qsquis. Si verò nō fecit aliquid pœnitus cōtrarium ordini. s. ducēdo vxorem virginē vel fieret miles dūmodo nō exerceat sæua, pōt viuere vt clericus: & priui. clericali gaudere, xxxij. di. c. feria. Sed si velit viuere seculariter negotiādo, tabernā tenēdo, vel tonsuram dimittendo: tunc nullo gaudebit priuilegio canonis. extra de cle. excō. c. Ioā. &c. sed alij tamen dicunt, q gaudebit priuilegio. c. si quis suadēte. quod in fauorem ordinis nō clericorum est introductū: & ideò illi renunciare nō potest. extra de fo. cōpe. c. si diligēti. & hoc satis verū credo antequ moueatur: sed postea nō gaudebit si in omnibus laicaliter se habet. d. authen. c. eos. non ob. quia loquitur de constitutis in sacris ordinibus &c.

Itē allegabat, q sententia esset cōfirmanda & pro hoc alle. glo. cuiusdam sapientis, positam extra de sen. excō. ca. cōtingit. cuiusq; gl. talis est casus. Criminosus clericus licet in crimine fuerit deprehensus quātuncunq; in negotiationibus se immisceat, semper gaudet priuilegio clericali, nisi monitus non destitit. Ad huius merè declarationē (quia decretales vario modo loquunt) videt esse taliter distinguendū. Aut clericus est in habitu clericali puta in vestibus clericatui conuenientibus & non virgatis & non in armis: & tūc gaudet priuilegio cle. donec depositus & incorrigibilis curiæ tradatur. extra de iudi. c. cum non ab homine Aut inuenitur cum habitu seculari: puta in vestibus virgatis & armis alias clericis non conuenientibus: & tunc subdistingue Aut nō portat tonsuram quo casu ab exercentibus iustitiam potest sine pœna puniri: vt extra de priui. c. ex parte. lo. liij. & de apo. c. primo si quis verò non exercens iustitiam ipsum percuteret, qui alias eum clericum noceret, excommunicatus esset extra de sententia. excommunica. §. primo. si verò nescieret, ignorātia excusaret eum vt ibi Aut inuenitur deferēdo tonsurā in habitu: & tūc aut se immiscet enormitatibus, perseuerando in eis: & tunc sine pœna excommunicationis posset puniri: vt extra de sen. excō. c. cū nō ab homine. & c. perpendimus. & c. contingit. etiā si qs sciret eū esse clericū: vt dicitur in d. c. cum non ab homine. aut non perseuerat in eis: qa semel cōmisit furtum aut homicidiū, & recessit: quo casu subdistingue. Aut erat monitus ter vt desistat: quo casu amittit priuilegiū clericatus. ex toto. Aut nō erat monitus? & tunc gaudet priuilegio clericali: vt extra de sen. excō. c. in audiētia. & c. cōtingit. Abb. Itē videtur q. d. Pellolus nō posset gaudere priuilegio cleri. quoniā in primordio. d. causæ dixeret se nō esse clericum: vnde quātuncunq; postea clericus appareat denegandū est sibi propter suū mendacium beneficiū: & licet tali bñficio pacto renunciari nō possit nisi tantū mēdacium admittat. quod prędicta facta renūciatio non excludit, sic patet in benefi. Mace. q filius perdit ppter mēdaciū, licet ei renunciare nō possit: vt C. ad mace. l. j. & ff. eo. tit. l. nā & si. nam leges mēdaces persequuntur, & sua beneficia eis denegant: & auxilia, quę citra mēdacium sibi cōceduntur: vt ff. quod cum eo. l. sed & si ex modico, §. j. & C. qui pot. in pig. ha. authen. item posterior. & ff. de fi de. l. si dubitetur. §. j. & ff. de nō nu. pe. auth. cōtra qui propriā. & sic nō obstat q clericus non posset renunciare beneficio clericali: quia renunciatio eum nō priuat suo priuilegio, sed mēdacium suum. & delictum: vt dictum est omnē eū huiusmodi honorem reatus & mędaciū excludit: vt C. vbi sena. vel cla. l. j. sic & in clerico dicitur: vt extra de fo. cōpe. c. si diligēti. in gl. sed si cōtra eos &c. nō obstat quomō doceat se clericū, qñ nō potuit reuocare. d. suam cōfessionē. nisi allegato probabili errore: vr ff. de inter. act. l. de ętate, §. Celsus qd plura? ex eo q accepit vxorem laicali more apostatauit, & sępius se immiscuit, perdidit priuilegiū cleri. sic q pōt sub seculari iudicio cōueniri pro criminalibus ab eo cōmissis, siue fuerit clericus simplex, siue religiosus, siue professus: vt extra de vi. & ho. cle. c. cleri. excō. c. clerici. lib. vj. vel vt de app. c. j. & ibi not. Inn. in ver. si verò nō fecit sed velit viuere seculariter &c. Nā de apostasia & irregularitate ibi dicit, & probat hoc extra de priui. c. ex parte. iij. nec obstat extra. de sen. excō. c. si verò. & c. in audientia. quia clerici non inferunt iniuriā alijs: sed ipsi ab alijs patiuntur, & ecōtra: & ideo mitius cum eis agitur. constat em dictum Pellolum bis alijs iniurias intulisse diuersis tēporibus de quibus extitit condenatus. & binus actus in maleficijs inducit cōsuetudinē: vt C. de opis. aud. l. iij. in fi. & qa qui semel fuit malus, semper presumit malus: vt ff. de accu. l. si cui. §. ijsdē.

Iem nō ob. auth. statuimus. quia intelligitur in clericis & alijs religiosis gaudētibus priuilegio cleri. quibus hic Pel. non debet gaudere. Ecōtra allegatur q dictus Pello. gandet priuilegio clericali. & q propterea nō debent exgrauari. & in primis: quia clericus cuiuscunq; ordinis nō debet posse coram seculari iudice conueniri: vt extra de consue. c. ad audiētiā. & de fo. cōpe. c. si diligenti. & c. nullus cleri. & xj. q. j. c. inolita. & c. placuit. imò de iure ciuili iudex, qui procedit cōtra clericū priuatur sua iurisdictione, & actor sua clausa: vt C. de epi. & cle. auth. statuimus. nō ob. q. d. Pello. sit cōiugatus. qm per iura antiqua & nouissima Titius cōiugatus cūvna virgine omni gaudebit priuilegio clericali extra de cle. cō. c. j. excepto de collectis: vt ibi not. & eo. tit. c. cleri. lib. vj. Prętera. q. nostra dibitationē nō recepit: vt prędictum est dictus Pell. est professus: & sic per consequens non potest effici per aliquē actum de foro seculari: quia votum solēnizatum fuit p ipsum: vnde sic annexus est, q amplius resilire non potest. extra qui cleri. vel vo. c. rursus. xxvij. qō. j. omnes fœninę. & xxiij. q. ij. c. eos. q semel in clero translati fuerunt siue in monasterio deputati. Ad idem dic q quę possent dici per aduersarium nō obstant dicentem q dictus Pell. per actus suos perdidit priuilegium. quia professus nonquā potest priuilegium perdere: vt extra de regu. c. nec religiosus. & ibidē traditur modus, qui debet seruari in religiosis religionē deserentibus: & nunquā reperitur q iudex secularis quātuncunq; religiosus dimiserit religionem & etiam apostatauerit, habet quicquā in eo facere. ad hoc facit extra de sta, mo. c. ad monasterium. in fin. in eo q firmat religiosum non posse aliquo modo. fieri de foro seculari. ad idē certus modus à iure est traditus: qualiter clerici efficiantur de foro seculari: quia primò deponitur & degradatur: & postea exuit vestibus clericalibus: & sic relinquitur iudici seculari: vt extra de verb. signi. c. nouimus. & de pœ. c. degradatio. lib. vj. at in clerico prę-
missō premissus modus seruatus non fuit: sic patet, q iudex secularis nihil. potuit in prędictū iurisdictionis exercere. Quid plura? etiā dato q etiā. depositus & degradatus, tamēsi viuere vult, clericorū gaudebit, priuilegio fori, lxxxj. di. c. dictū est nobis. prętera dato, q dictus clericus apostata fuerit & seuis se immiscuerit: tamen adhuc gaudebit priuilegio fori. nā secundum rei veritatē ad hoc vt perdat priuilegiū fori, nō sufficit tantū q apostata, & seuis se immiscuerit: imò est necesse cū prędictis, q se militē faciat, vel vxorē virginē vel corruptā ducat. & ita no. Inn. subtiliter extra de apo. c. j. ad idē no. Inn. extra de hęre. c. ex cōica. vbi not. casus in quibus clericus perdit priuilegiū fori, in quibus nō est casus nostrę. q. prętereà religiosus quo ad actus ciuiles pro mortuo habetur: vt C. de epis. & cle. l. Deo nobis, & in auth. Ide nup. §. distrahant. & de epis. & cle. auth. causa quæ sit cum monacho. & sic in iudicio esse non potest, sine consensu sui prælati, & coram suo iudice: vt no. in. d. auth. causa. & ff. q satis. cogā. l. quoties. Solu. ego Alber de Gandi, prędictus cognitor. d. cause in d. causa appellationis habito secreto consilio cum plurimis peritissimis in iure canonico iudicaui bene iudicatum per supra dictū. d. Capitaneū & malè app. per. d. Pellolum per. d. iura alle. pro hac parte: & per. d. gl. dicti. d. Innoc. & per do. extra de priui. c. ex parte. lo. iij. &
34 per ea quę ibi not. †Et not, q tribus modis perdit qs priuilegium clericatus. Primò si facit contrarium ordini suo contrahendo bigamiam. s. ducendo post mortem primæ vxoris secundam, factus est bigamus. extra de biga.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c.j.& c.nuper.& c.debitum.& iſte bigamus cõtrahendo bigamiam ipſo iure perdit omne priuilegium clericatus. extra de bíga.c.alterationis.Secũdo modo apoſtatando, & enormia committẽdo:& hoc intellige quando habitu, o & tonſura dimiſsis,nihil de clericatu.oſtendentes°,vt laici inter laicos conuerſatur & prelijs & aggreſſuris & enormitantibus ſe laicorum immiſcerent:nam tales clerici offendẽtes & occidentes excõmunicationem latę ſententiæ nõ incurrunt.extra de ſen.excõ.c.cum non ab homine.& in glo.quę incipit,ſimiliter.& c.perpendimus.& ibi,inglo.quę incipit,ſed cõtra videt &c.& extra de apoſta.c.j.& in glo.ibi poſita.not.d.Inno.extra de apoſta.c.j. in glo.quę incip. de ſentẽ.excom.& frater Ray.no.idem per omnia in ſua ſum.de ſen.excõ.§.v.Tertio modo perditur,ſi clericus habitum & tõſuram dimiſit poſtq̃ à ſuo p Epiſcopo tertio fuit communitus,ꝓvt ad eccleſiam reuertatur,ſi reuerſus non fuerit.extra de ſen.excõ.c.in audiẽtia.ibi huiuſmodi clerici ſi à prelatis ſuis tertio commoniti militaria noluerint arma deponere:de priuilegio clericorum ſubſidium aliquod habere non debent:vt eo tit.c. contingit.lo.ij.& facit extra de iureiur.c.cum non ab ho-
35 mine. †Quæſtio frequens & vtilis:quidam eo momẽto dedit alicui plures alapas, vel intulit plura vulnera: modo quęritur an debeat puniri pro vna alapa vel vno vulnere an pro pluribus,Primò videtur q̃ tantũ de vno debeat puniri:vt.ff.ad leg.Aquil.l.illud.in fi.C.ad leg.iu. de ví pub.l.quoniã.& C.de mo.mul.l.eos.& ff.de iudi.l. prętor.& d.§.ſi in plures.ff.de fur.l.inficiando.§.infans.& ff.ſi fa.fur.fec.dic.l.j.& l.ſeq.de leg.j.l.cũ.q.& ff.de actio. emp.& ven.l.nõ eſt.ff.pro ſoc.l.cum duobus.§.ſi plures. & ff.de priua.deli.l.non nunq̃. Ecõtra videtur: vt ff.de priua.delic.l.nunq̃.Nam pro vna iniuria eo momẽto facta cõpetunt plures actiones & pluribus : vt ff.de iniur. l.j.in fin. &.l.ſeq. multomagis pro pluribus iniurijs eidem factis debent plures actiones competere, & vbi cumulat delictum & pœna.ff.de pœn.l. regulati.in fi.ſol. ſecundũ Dy.& alios communiter do.Dic q̃ pro omnibus alapis & pro omnibus percuſsionibus debeat puniri,& ea imponi pœna iuris vel pena ſtatuti. vt.d.l. nonnunq̃. & ff.de adult.& l.ſi adulterum cum inceſtu in prin.& C. de ſer.fugi.l.quicunq̃.& ff.de verb.oblig.l.quod dicitur. & quaſi caſus expreſſus eſt.ff.de termi.mo.l.agraria. vbi ſi quis plures terminos auulſerit, punitur pro quolibet termino in.l.aureis.& facit.ff.ad Turp.l.ſena.circa princ. ver.hoc autem verbum.ibi vbi dicit ſing. cauſis ſingulæ pœnæ irrogentur.& ff.de iniur.l.eum qui.§.ſi nupta . Et ad iura in contrarium allegata reſpondet idem.d.Dy. qa vbi ex vulneribus pluribus ſequitur idẽ & vnus effectus ſ.mors.tunc vna tantum pœna imponitur,ſcilicet mortis & non vulnerum . Nam licet plura fuerint vulnera : tamen quía ad vnum effectum tendunt,ſcilicet mortis tantum:ergo de morte punietur . & ita intelligit. d.l.illud. ad fi.ſ.alleg.Sed ſi non ſequatur effectus mortis:pro omq nibus vulneribus punietur?& ita intelligitur.l.ſi adulrium.& eo.modo reſpondet ad.d.l.quoniam multa.ſimiliter non obſtat.l.eos.C.de mo.multa . quia illa loquitur in extraordinarijs criminibus. Itẽ non obſtat.l.inficiando.§.infans.vbi dicitur,quod ſi quis vni rem ſurripuerit, & poſtea contractat:quod non punitur.niſi ſemel ex primo furto ſiue contractatione?Ratio eſt in promptu:quia iteratis vicibus contractationis,non poteſt magis contractari furtum niſi res medio tempore in domini peruenerit poteſtatem:& ſic ſufficit quod ſemel tantum damnetur actione furti.& in hac opinione fuit Dy.&.d. Odof.
36 †Item pone quod ego tibi dedi conſilium?,quod tu ho-
r micidium, furtum vel aliud maleficium committeres.tu feciſti.quæritur nunquit ego puniar ex hoc?diſtingue vt habetur ſecundùm.d.Dy.quia aut alias nullo modo eras facturus:aut ſic.Primò caſu quando non eras alias facturus,teneor.ff.de iniur.l.non ſolum.§.ſi mandato.& §.proculus.& §.at ille cuius. Si autem eras alias facturus:tunc aut præbui conſiliũ:& non opem:aut opẽ,& non cõſiliũ aut opẽ & cõſiliũ:Primò caſu teneor:qa nõ oportet laudando malitiã augeri.ff.de ſer.cor.l.ij.§.pſuadere.C . de furt. l.ſi quis ſeruo. Si opem tantẽ ſine conſilio principali vel ſecundario,non teneor. ff. de furt.l.in furti actione.§.rectè.Si conſilium & opem,tenor.ff.de verbo.ſigni.l.ſæpe. §.ita dubitandum eſt.inſti.de oblig.quæ ex deli. naſcun. §.ope.& conſilio.& dic ſup.dicta.l.ſæpe.quod Lan.& veteres conſiderauerunt ſignificationem verborum ex effectu agendi:& tamen non ſunt contrarijs?quía Lan.loquitur,quía probaui conſilium ſine ope ei,qui alias non erat facturus:quo caſu teneor furti.inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi deli.naſ.§.ope. Itẽ quando prębui opẽ principali ter,conſilium ſecundario:quo etiam caſu teneor furt. ff. de fur.l.ſi pignore.§.qui ferramenta.veteres vero intellexerunt cum præbui opem ſine conſilio principari vel ſecundario:quo caſu nullo modo teneor:vt.d.§. ope . Item cũ prębui conſilium ſine ope ei.qui alias facturus erat ſecundùm hoc expone,niſi factum fuerit ſecutum &c. vel niſi conſilium præbuerit cum ope:quía dubium eſt an ſit opus præbere opem & conſilium ad hoc vt habeat locũ actio furti,& determinatum eſt,quod non ſufficit conſilium,niſi fiat furtum:ſed eo caſu,quo conſilium eſt mixtum cum ope,teneor indiſtincte,ſiue erat alias facturus,
37 ſiue non.Dyn. †Pone inſuper.q.quæ aſſeſſoribus , & rectoribus quotidie occurrit de facto. Continetur ſtatuto quod quicunque fecit inſultum, puniatur in centum libr.alio verò ſtatu.continetur,quod quicunque percuſſerit,in centum libr.Ecce aliquis ſimul & ſemel inſultauit aliquem,& eum percuſsit , de quo fuit accuſatus & condemnatus in.cc.libr.pro inſultu & percuſsione:à qua condemnatione fuit appellatum:quæritur an.d. ſententia debeat confirmati an infirmari in c.libr . Ad hoc ante omnia ſciendum eſt,quod ſtatuta ciuitatum iura ciuilia vocantur:vt ff.de iuſti.& iur.l.omnes populi.& inſti.de iur.natu.§.ius autem.& §.ſi ius.& §.naturalia.Item ſcien dum eſt,quod ex ſtatuto ciuitatis oritur condictio ex lege:& ſic ſtatutum eſt ſtricti iuris:cum non inueniatur in ter actiones bonæ fidei:vt inſti.de act.§.actionum. Nam viſo ibi quæ ſint bonæ fidei : ſequitur quod omnes aliæ ſunt ſtricti iuris Nam poſito vno de contrarijs , ſequitur reliquum:vt ff.de tutel.in princ.& de his qui ſunt ſui vel alie iur.& ff.eod.titu.in prin.& ſic ſtatuta ſunt ſtricti iuris:& ſic eorum verbis eſt inherendum , nec interpretationem recipiunt:vt.ff.de neg.geſt.l.ſi pupil.in fin.& l.ſi. & inſtit.de obli.quę ex qua.contractu.in fi.tit. Tertio eſt præmittendum,quod iura iuribus concordare debemus: vt correctionem legum inquantum poſſumus euitemus. ar.C.de inoffi.do.l.prima.& de inofficio.do.l.vlti . & in auc. de exhi.& intro.§.fina.& in authen.qui mo.na.effi.ſui.§. tribus.& C.de no.codi .comp.§.quibus . &.§. tollendis.

Item debitis ſcire,quía de diuerſis delictis tractant ſtatuta:quía ſi diceres inſultum cum actu & percutione eſſe vnum delictum:iam vnum ex ſtatuto eſſet ſuperfluũ & inutile:& ſic nil operaretur:quod eſſe non debet.cum ſimilitudo ſiue ſuperfluitas ſit euitanda,vt ſupra dictum eſt?& verba debet aliquid operari:vt.ff.ad muni.l.prima & ff.de lega.j.l.ſi quando.& ff.de vſur.l.ſi ſtipu.Dicas ergo,quod inſultus cum actu dicatur aſſaltus : impetus cũ aliquo actu non cõfirmato:vt quía voluit percutere, ſed non potuit:quía fuit detentus vel quía cecidit : vel quía fortis erat is quem eſt agreſſus,& fugit:vel aliud quid ſi mile accedit,quod non percuſsit.Sic enim videmus ſupra puniri delicta cum actu non conſummato : vt C .de epiſco.& cleri.l.ſi quis non dicam.& C.ſi quacunq̃ prę. po.l.vbi.& ff.de extra.crimi.l.ij.circa princ.& C.de his, qui ad eccle.confu.l.fina.& potuit puniri delictum eum actu non conſummato:cũ de ſimilibus ad ſimilia poſſumus procedere:vt ff.de leg.& ſe.con.l.non poſſunt.cum. l.ſeq.& cum ſit promptum leges legibus concordare:vt C.de inoffic.don.l.vnica. & cum ſimilitudo ſit vitanda. & cum percuſsio ſit aliud delictum? & ſic patet quod de diuerſis delictis tractant ſtatuta:& ſic duæ pœnæ debent imponi:

& vna non tollit alteram:vt ff.de priua.deli.l. nonnunq̃. Videmus etiam quod duo delicta commiſſa de eadem re & in eadem perſona dicuntur plura , & pluribus pœnis puniuntur,quía quodlibet delictum ſubijt ſuam pœnam: vt C.de furt.& ſer.cor.l.aduerſus.l.ſi quis ſeruo. & ff.ad leg.Aquil.l.ſi ſeruus ſeruo.in princip.& vt dixi.ſ. proxi. qõ.& ſic eſt in crimine falſi,vbi imponitur pœna deportationis & ademptionis bonorum.C.de fal.l.prim.in fin. & facit.C.de piſco.aud.l.nemo. Item qui accepit pecuniam ad accuſandum alias non accuſandum : diuerſis legibus punitur.ſ.lege Iul.repetundarũ,quę ponit pœnã extraordinariam.& actionem in factũ,quæ datur ad quadruplum.& leg.Cor.de fal.vt ff.ad leg.Cor.de fal.l.j.reſpon.& ff.ad leg.Iul.repe.l.eadem.§.primo.& ff.de cal.l. j.§.ij. Econtra debet dici bene appellatum,& malè iudicatum quo ad ſpeciem.i.quo ad vnam pœnam pluribus rationibus:primò,quía vnum delictum videtur eſſe in quæſtione noſtra.ſ.percuſsio:& ſic de centum vna tantũ
s pœna dignum:ſed ſecus ſi verum eſſet,quod inſultus factus eſſet interuallo.ſ.poſt vel ante vulnera . quía tunc duo ſunt delicta:vt ff.ad leg. Aquil.l.illud.in princip.§.ſi idẽ.& l.ſi vulnerato ſeruo.&l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus. & in diuerſis legi.inuenies vulnus & actionem vulneris vt diuerſa delicta puniri:vt.ff.ad legem Aquil.l.qui occidit.& in l.ſeruus,præterea lex Aquil.in primo capite loquitur de occiſione hominis vel quadrupedis non vulnere:tertio autem capite tractatur de vulnere & non de occiſione:vt.ff.ad leg. Aquil.l.ij.in princi.&.l. ſeruum.§. tertio autem capite.& ſic apparet aliud eſſe delictum vulneris,aliud mortis.Sed ſi ſimul.contingat : ambo dicuntur tantum vnum delictum.ſ.mortis:quaſi fuerit incontinenti ſecutus:vt d.§.idem.in fi.Hoc idem oſtendo alia ratione.lex dicit,q̃ ſi vna manu verberaſti ſeruũ meũ , & eũ leſiſti in corpore q̃ ex iſto delicto oritꝰ actio iniuriarũ & leg.Aquil. ſed vna tollit aliã, in eo quod concurrunt: vt ff.de act.& oblig.l.qui ſeruum.in princi.& l.plura delicta.& l.cum ex vno.& ſic in noſtro caſu cum ambæ pœ uæ ſint æquales vna tollit aliam per exceptionem , non obſt.ff.ad leg. Aquil.l.ſed & ſi quecunq̃.§.primo.&.l.cũ enim.ff.ſi cer.pet.l.certi condictio quía ibi vterq̃ tentaba tur in eo quod plus eſt in vna quã in alía:& ſic cõcordãt. Præterea nonne alias videmus,quod plura delicta incõtinenti facta in vno impetu, comprehenduntur ſub vno violentiæ nomine.C.ad leg. Aquil.de vi pu.l. quoniam multa.ibi verbera,dãna,vulnera,homicidia.& ſic ibi habes,quod plura delicta ſub vno violentiæ nomine continentur.& ſic cum vnum delictum dicatur:vna debet pœna imponi pro omnibus illis delictis cum alias quod licet ex illis delictis ſeparatim factum & commiſſum habet propriam & ſpecialem pœnam.Et ad hoc idem facit, quod no.C de actio.l.qui de crimine.in glo.quæ incipit, & iniuriam.& ad idem.ff.de iniur.l.poteſt.§.ſi in plures. ibi dicitur,quod pro iniurijs mihi factis ſimul. & ſemel, nõ ago ſeparatim q̃ qualibet iniuria:ſed ago ſimul, ſicut ſimul factæ fuerũt?& hoc ideo vt pœna imponatur per. l.quoniam multa facinora.Nam alius nõ eſt efectus vel vtilitas illius.§.ſi in plures quía quælibet iniuria deberet pati ſuam pœnam : quare prohibet ſimul agi , vel quare vellet ſimul agi:certè quæ eſt vtilitas vel læſio,non videmus.Ex prædictis apparet vnum fuiſſe delictum , ſcilicet percutionis,& ſic ſtatutum loquẽs de percutione habet locum,& per illud in lib. centum debet condemnari:non autem habuit locum ſtatutum de inſultu. Præterea qui vi rapuerit tenetur duplici pœna,ſcilicet furti & rapinæ?Sed in eo quod concurrunt , vna tollit aliam. vt ff.vi bon.rap.l.prima.ff.ar.fur.ce.l.j.Nec obſtat,quod dixi ſtatuta non debere eſſe ſuperflua:quia nõ ſunt superflua:ſed intelligitur tantùm vnum ſtatutum de inſultu cùm actu non conſummato,aliud cũ actu conſummato. Non obſtat quod dixi,vnum delictum pluribus pœnis poſſe puniri:quã aut pro eadem lege:& tunc per excep. tollitur:& tunc eſt verum,vt not.in falſo:aut in diuerſis legi.& tũc per exceptionẽ tollitur:vt dicta.l.qui ſeruum: & l.plura quod vnum delictum intelligitur:& ſic vna pœna dignum per.dicta.l.illud.in fin.ff.ad legem Aquiliam. Sol.d.Fran.Accurſius.hanc.queſtio.diſputauit & ſoluit pro hac vlti.parte:& dixit bene appella.pro lib.c.& male iudicatum.d.vero Guil.de ſu.ſoluendo dixit , quod ſi inſultum fecit, & eo animo vt percuteret : tunc tantùm de pecutione fiat punitio non de inſultu:quia vnum delictum eſt:vt ſupra dictum eſt per dictã.l.quoniam, ſi autem inſultum facere propoſuerim:& poſtea pro inſultu creſcente rixa etiam percuſsi : tunc dicit , quod debeam puniri & pro inſultu & pro percuſsione : quía voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia . ff. de furt.l qui ea mẽte.Sed qd præſumemus in dubio ſi de animo & volũ
38 tate non conſtet? dic quod voluerit tantum percutere per.d.l.quoniam. †Pone quod ego dixi certos laboratores in fundum Titij volens eum de poſſeſsione deiꝛe re:accuſantur laboratores quæritur an labora.puniantur.
s & teneantur:dic quod non ?:vt ff.de iuriſd.om.iudic.l. ſi quis.§.fina.& vt habes per Mar.de fano.& not. Accur. ff.de re iudi.l.in rem.§.tignum.in gloſſo.& hoc niſi fuerint ſcientes & in dolo . Nan ſerui in delictis non tenentur domino ſuo obedíre:vt.C.ad legem Iuliam de ví pu. l.ſeruos.& ff.de ſer.ma.l.ſecunda . de quo not.ff.ad leg. Aquil.l.liber homo.in prin.ſed ſi fuerunt ignorantes: nihilominusqui eos duxit,tenetur.ff.de eo per quem fac. eſt.l.prima.§.primo.& hoc ibi plenè habes Hodofred.
39 †Item quæro an pari pœna puniantur tam homines diuites quam pauperes:reſpondeo aut tractatur de pœna pecuniaria,aut de pœna corporali?Primo caſu magis puniuntur diuites.& ideo dicit lex,quod propter pauperta, tem debet pœna reſtringi & minui:vt videmus per poteſtates fieri tota die:vt not.C.de ſer.fug.l.quicunq̃. In ſecundo caſu magis puniãtur pauperes:vt.C.de ſum.tri.& fi.ca.l.nemo.& ff.de pe.l.mitti.& ff.de fur.l.prima. Fallit ſecundùm.d.Odofr.in crimine falſi,vbi corporaliter magis punitur diues quam pauper,& maior quam minor:vt C.de epiſco.& cleri.l.presby. Item fallit in crimine deſertæ militiæ:vtputa cum miles lenocinium commiſit, vel cum maior ſe vendit ad precium participandum : vt ff.de pe.l.quemadmodum.Sed contra.d.Odofred . videquod in crimine falſi magis punitur ſeruus quam liber:
40 vt ff.de fal.l.j.§.fina. †Item pone , quod aliquis percuſsit aliquem in confinibus plateæ:nunquid puniꝛetur ac ſi percuſsiſſet in platea,in qua ex forma ſtatuti impo
t nitur maior pœna.dic quod ſic?:vt C.his qui ad eccle. cõ fug.l.præſenti.§.j.& ff.de leg.iij.l.prædijs.& ff.de fun.in-
41 ſtru.& inſtru.leg.l.Seie.§. penul. †Item pone quod quis fecit inſultum contra me ad domum quã habeo conductam:quæritur nunquid videtur feciſſe inſultum ad meam propriam domum:cùm per ſtatutum maior impo natur pœna quã ſi ille inſultus factus fuiſſet alibi?dic qd? ſic per.l.aleator.l.j.§.domum.& inſtit.de iniur.§.pe.& ff.
42 de iniu.l.j. †Prętерea.pone contineri in ſtatuto quod omnes pœnæ maleficiorum commiſſorum de nocte deꝛeant duplicari?modo quidam de ſero malum commiſit: quęritur an pœna debeat duplicari?& primo videtur q̃ non,tanquã maleficium de die fuiſſet commiſſum.arg.ff. de pœn.l.interpretatione.& C.quí bo.ce.poſ.l.fin.& §.fi. & ff.de pact.l.ma.C.de fidei.l.cum interueniẽs.C.de vſu & habi.l.cum antiqua.ff.de reg.iur.l.ſemper.vbi dicitur, quod in dubijs humaniorem ſententiam ſequi debemus.

Item facit.ff.de act.& oblig.l.Arrianus, & quía fauorabiliores &c.ff.de re.iu.l.fauorabiliores.& l.non debet.

Item aliud eſt ſero quam nox.ſi enim idem eſſet : cur diuerſis nominibus vacarentur?vt ff.de codic.l.ſi idem.

Item contra fiſcũ ptonunciamus indubijs:vt ff.de iur. fiſ.l.non puto. Item in ſtatuto nihil eſt dictum de ſero. ergo intelligitur eſſe omiſſum:vt ff.ſolu.mat.l.ſi cum dotem.§.primo.& l.ſi vero.& ff.de lib.& poſthu.l.commodiſsimè.§.ſi alter.& caſus.ff.de verb. obliga.l. quicquid.

Econtra videtur:nam dominus diuiſit diem à tenebris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apponendo diem luci & tenebras nocti. Item factum mane & vespere dies vnus. Item alias dicitur,quando sol est super terram,dies est:a contrario ergo sensu:si sol non est super terram,nõ est dies. Itẽ attendẽda est causa statuti vt alias.quę sit lon,cõsue.l.j.cũ ergo dicant testes q̃ sero erat & obscurũ:debemus iudicare,q̃ fuerit de nocte.Sol.d.Gui.dicit iudicandum fore commissum de
43 die rationibus pro prima parte allegatis. †Item pone contineri in statu,quod magis puniatur qui insultum fecerit ad domum alicuius,quã si fecerit alibi contingit q̃ aliquis feceri insultum ad porticum domus alicuius:quęritur an videatur fecisse ad domum:videtur q̃ sic.quia appellatione domus & porticus continetur:vt ff.de le.j.l.cętera.§. sed senatus.ff.de verb.sig.l.ędificia.&.l.qui continentibus.& ff.de leg.iij.l.Pedius.in fi.ff.de pign.l.creditores.§.fin.nam si aliquis faciat porticum,si tamen non noceat vsui publico,non tenetur eum destruere,sed salariũ tantum prestare:vt.C.de oper.pu.l.edifi.&.ff.ne quid in lo.publi.l.j.§.si quis.& de ope.pu.l.si legatum.§. si tamẽ. Econtra videatur.Nam porticus sit super solum publicum merito cõtra legem quia omne solum debet esse liberum vsq̃ ad cœlum:vt ff.de serui.l.fin.ff.q̃ vi aut clam l.pe.§.fi. item appellatiõe domus, dicitur domicilium.ff. de iniur.l.lex cor.§.fin.& ff.de.adult.l.qui domum. &.ff. de ven.inspi.l.j.§.fi.sol.videtur quod appellatiõe domus contineatur porticus attenta consuetudine.& quia magis ratione suadente,ne maleficia remaneant sine pœna: vt ff.de fideiuss.l.si à reo.ff.ad leg. Aquil.l.ita vulneratus.
44 †Vltimo circa materiam & tractatuũ huius tĩtuli intendo formare duas.q.quę tamen recidunt in idem, quæ tota die de facto subsistunt.Prima quarum talis est. Accusaui te quod tu fecisti mihi insultum cum spata,cultello,vl̃ alijs armis.Altera est talis.Accusaui te,quod tu me percussisti cũ quodam cultello,ita quod sanguis exiuit. super quibus accusationibus ego ꝓduxi testes.per quos ego probaui,quod tu mihi fecisti insultum:non tamẽ cũ armis,vel q̃ tu me percussisti cum cultello, non tamẽ q̃ exit sanguis, Modo quæritur an debeas & possis condẽnari de insultu simplici facto sine armis, & de facta percussione sine sanguine:cum per statutum alia sit pœna in vno casu quã in alio.Et primò videtur q̃ non possit condemnatio sequi per statutũ.quia diuersę sunt pœnę statutæ in vno quã in alio per statutũ. Item quia diuersa sunt facta:& per legem diuersæ sunt pœnæ.Nam per insultũ cum armis est pœna legis iul.de vi pu.l.tut.& l.ij.& insti. de pub.iudi.§.item lex.Item aliud est damnum commissum dolo,vt ff.si test.liber esse iuss. fu.l. nam. nec dicitur rapi.quod clam aufertur:vt ff.vbi bo.rap.l.ij §.damni gd.

Item si insultus & percussio esset idem quod insultus cum armis & percussio cum sanguine:cur diuersis nominibus vocarentur:vt C.de condi.l.si idem.Nam diuersorum separata &.varia debet haberi ratio & censeri conditio:vt C.de dona.inter vir.& vxo.l.si maritus quondam. & ff.de cal.l.vlti. Item quod aliud sit maleficium commissum cum armis aliud sine,& aliud cum effusione sanguinis aliud sine.ex hoc declaratur maioris pœnæ impositio in vno quam in alio:vt arg.ff.de sepul.vio.l.iij.§. aduersus.& ff.iniur.l.itẽ apud labeonem.§.si curauerit. ibi, aut non in cetu &c.quod par dicatur esse delictum, vbi par pœna imponitur not.C.qui accu.non pos.l. item. ad hoc facit quod non videtur quod possit recedi à verbis in accusationis traditis:vt ff.ad muni.l.constitutionibus. Nam secundũ formam petitionis,formanda est sententia.ff.de neg.gest.l.pac.ij.extra de simo. c.licet prætereadicit lex,mutata forma videtur alia res.ff.ad exhi.l.iij.§. si quis rem.ff.commo.l.sed mihi videtur.§.j.ff.de verbo. signi.l.mulieris.sic erit in.nostro casu:& sic dictum testis non valet quando deponitur super capite super quo non iurauit.ff.de peti.hære.l.si quis libertatem. Quid plura: videtur casus legis qui tantum sepulchrum violat cum armis capite punitur,sine armis pœna metalli coercetur. ff.de sepul.vio.l.iij.§.aduersus.cùm ergo diuersæ pœnæ imponantur: diuersa cẽsentur esse delicta.C.de episco.& cleri.l.si quemquam,ibi,quos per facinus &c.extra de simo.c.non satis.Præterea qualitas delicti mutat delictũ: & facit vt aliud sit vnum, & aliud sit aliud:vt est videre in furibus manifestis.& not. vt ff. de pœn.l.aut facta.§. qualitate.sic & in proposito,qualitas & modus insultus diuersificat vnum insultum ab alio.præterea si expuli de fundo,armis teneor leg. iul.de vi pu.si sine armis lege iu. de vi priua.ad.l.iul.de vi pu.in.l.eadem.§.si personæ. ergo quod me accusasti.de leg.iul. de vi pu.non probatur de arms:sed de simplici expulsione:nunquid teneor.certè non.secus si solum accusasti me:nec apparet qua lege nam tunc probato crimine minor,pœna sequenda est:vt ff.de pœn.l.præses.Præterea lex dicit, cùm adiicitur vel detrahitur obligationi:vitiatur obligatio:vt ff. de iurisdiom.iudic.l prima.§.cùm adiicitur.sed in proposito, cùm sit detractum formæ insultus,vitiatur.quod actum est:& aliud videtur esse probatum.Præterea quãdo ponitur genus criminis:& certa forma sibi addatur, desciscitur ad speciem specificata:ita quod de genere est exempta:vt quod sub illa forma vel specie fiat non valet.ar.ff.de sup. leg.l.legata.Ecce accuso te quod falsum commisisti, scribendo falsum instrumentum: modo probatur te falsum commisisse in alia specie simili:putat radendo instrumentum,vtroque enim modo falsum committitur.ff.de fal.l. prima.§.qui in rationibus,& l.Paulus.§.primo. attamen exinde non potest sequi condemnatio,cùm diuersum sit vnum crimen ab alio:& ita in nostro casu insultus est genus,cui certa forma fuit annexa:scilicet quod cùm armis est factus,non probata forma ipsi generi attributa,licet genus probetur,non sufficit. Præterea quoties delicto certa qualitas adscribitur.de ipsa qualitate constare debet:vt ff.vi bo.rap.l.prætor.§.hæc actio. vbi dicitur, q̃ debet constare de damno dato in turba:vt sequatur condemnatio:& sic in casu nostro debet constare de armis & sanguine,ad hoc concordat etiam quod dicitur. ff.ad legem.Iuliam.de adul.l.denunciasse.§. quid tamen. ibi, vbi dicit, neq̃ enim crimen quod denunciauit &c. vbi crimen nõ fuit ea forma probatum: vt fuit obiectum. sicut in casu nostro contingit quæstionis prædictæ, stultus ergo fuit quod se artauit,quando necesse non habuit sic si vnum locum posuisset & de alio probaretur:vt.ff.de accu.l.libellorum.habet ergo locum probare necesse &c. debet ergo ille accusatus absolui.quia pœne sunt demolendæ:vt ff.de pœnis .l.interpretatione.& quia in dubijs contra fiscum pronunciamus:vt ff.de iur.fis.J. non puto. patet ex prædictis duabus legibus.l.prætor.§.hæc actio. ff.vi bo.rap.& l.denunciasse.ff.de adul.quæ videntur esse casus nostræ quæstionis,quod si maleficio sit certa forma adscripta,quod de ea constare debet sicut est in casu nostræ quæstionis &c.ratio, quia facta sunt reiterabilia. scilicet vterq̃ insultus, scilicet & cùm armis & sine:& vtraque percussio cùm sanguinis effusione. & si est adhuc. ar.ff.si cui plusquam per.l.falci.l. quarta. §. quęsitũ. & ff.rem pu.sal.fo.l.non quasi.§. penul.& ff. de verborũ obliga.l.si sic.Idem cùm in nostris casibus non constet de qualitate delicti.scilicet de armis & de effusione sanguinis:& potuit contingere hoc,quod non est probatũ, & illud quod est probatum, concluditur absolutio.

Econtra videtur posse dici,quod pœna possit imponi de eo quod constat probatum Primo quia acusatio videtur esse facta de duobus.scilicet de insultu & percussione tantum,& de insultu cùm armis & percussione cùm sanguine:sicut dicimus de præcepto arbitri:vt ff. de arbi. l.Celsus.& facit.ff.de calum.l.si ab eo.& C.de calũ.l.prima quasi insultus sine armis,& percussio sine sanguine inuentum pro testibus, videatur inuentum per modum inquisitionis,si cùm de illo crimine poterat ingri: nam tũc dicemus per dicta.l.Celsus.quod illud crimen probatum videatur venisse in dicta accusatione,& quod de illo possit pœna sequi:dummodo super his insultu & percussione proba,sit data defensio illi accusato:quę debet cuilibet

super

super quolibet maleficio assignari:vt ff.de qõ.l.vnius. §. fina.ibi quocunq̃ tempore postulante reo &c.& C.de iure fisc.l.defensionis facultas.& C.de bo.vac.l.fin.ibi, data copia reclamando.quod si factum non fuerit:non subsistit condemnatio,quæ fuerit facta.arg.C.de leg.& constit.l.non dubium.nam defensio si data fuerit de insultu cum armis,non videtur super insultu simplici fore data. Præterea si testator leget ancillam cum liberis: debetur ancilla etiam si non sint liberi.ff.de lega.j.l.si ancilla.& l. si cui. Item si legat seruum cùm peculio,& etiam seruus non habet peculium:valet prędictum legatum: vt ff. de pecu.le.l.iij. Item prętor cùm dicit ventrem cum liberis in possessionem mittam:si non sint liberi, ventrem in possessionem mittit.ff.de ven.in pos.mit.l.vbicunq̃.§.fi. Sic erit in nostro casu:vt si dicam cum armis vel cum sanguine de illo insultu vel percussione facta: & propterea hęc additio cum armis est accessorium insultus deficiente accessorio,non propterea deficit principale:licet secus sit contra.ff.de contrahen.empt.& vendi.l.si in emptione.in prin.Prętera quod additur in accusatione, videlicet cùm armis, vel cum sanguine:posita sunt illa verba causa grauandi delictum.Nam delatio armorum aggrauat delictum.ff.de sepul.vio.l.tertia.§.aduersus.nõ ergo debet deficere ad quod agitur:licet hoc non doceatur.sicut si testator legatus addit causa ampliandi legatum: vt dicta.l.sicuti.Prętera duo videntur esse in inquisitione, scilicet insultus factus,& cùm armis.arg.ff.de arbi.l.Celsus.si ergo vnum probetur sufficit.Prętera duo sunt excessus insultus,& armorum delatio:& non adstringit se ad omnia probanda:sed quod potuit tantum.extra de appel.c.significasti.Nam & si vendidisti mihi domum: & domus non erat tua:sed pubica.si habes ius in ea,scilicet vsum:licet non teneat venditio domus:tenet tamen venditio iuris,quod habes.ff.de contrahen.vẽdi.l.qui tabernas,sic erit in nostro casu.Prętera potest dici,quod accusatio prædicta videatur continere vnum tantum delictũ,
45 scilicet insultum & percussionẽ, quod illa verba cum armis vel effusione sanguinis veniant ad terminationem insultus & percussionis,& non per se.quoniamvno ictu non potuit,vtrunque committi cum armis & sine, cum effusione sanguinis & sine:vt ff.de pecu.leg.l.j.& ij.& sic hęc dictio,cum,ponitur demonstratiue: non causa alicuius adiectamenti:quia tunc secus esset:vt ff.de fun.dotal. l.prima vnde ex quo testes concordant de percussione vel insultu,quod est principale & substãtiale:licet inqualitate discordant:videtur quod possit sequi condemnatio de percussione vel insultu.arg.eorum quę notantur circa percussionem vel insultum:vt ff.de testi.l.ob carmen. in fi.glo.quę incipit:vt supra,de proba.&c.d.Dy.de mus sel.cira pręsentem quęstionẽ in scholis legendo notauit ar.allegando super.dicta.l.ff.vbi bo.rap.l. prætor.§. hæc actio quod non possit condemnatio sequi de percussione vel insultu vel per ipsum.§.& per ipsam.l.de adulter. ff.l.denunciasse.§.quid tamen.Verum hęc ea.quęstio cõsulenda sibi do.Dyn.fuit transmissa Bonoñ.dum ibi legeret,per potestatem:& assef.Flo.ibi tunc temporis ego assidebam responsionis cuius talia verba fuerunt. Mihi Dyn.videtur,quod in eodem iudicio siue inchoatione nouę accusationis possint detrahi verba illa.scilicet cùm armis,&illa verba,ita quod sanguis exiuit:ita quod in iudicio & consequenter in condemnationeꝫ remanebit insultus tantum,& percussio tantum cùm cultello facta. arg.l.ff.de noxa.l.in delictis.§.si detracta. Et ita videtur quod se habeat consuetudo terrarum cõmuniter in Lõbardia & Tuscia.tamen cum potestas Senarum consilio cum assef.qui eramus in causa simili condemnasset: fuit dicta sententia appellationis remedio reuocata per capita populi Senarum consilio duorum assef.eius per iura primo allegata. Quid ergo dicemus:respondeo§. dic rationibus prædictis allegatis pro hac parte & etiam secundum opi.d.Thomasij de Are.legum doct.à quo deliberato per eum consilio hoc audiui,quod absolutio fieri debeat,& non condemnatio per dicta.l. denunciasse.§. quid tamen.argu.ff.de iureiur.l.si duo.§.si quis iniuriauerit.vbi dicit, quod si quis iurauerit causa seu forma adiecta:non debet informiter ver separarim iuramentum intellige: nec enim in crimine in quo dolus est vagari accusationem oportet.ff.de dolo.l.si ex dolo.§.in hac. & l.seq.& per hoc non obstat dictus.§.si detracta, licet lex illa sic disponat.vel dic & verius,iuxta consiliũ dict.Dy. quod condemnatio sequatur & non absolutio. & sic se
v habet consuetudo vbicunque fuit & vidi v Sed pone absolutionem fore secutam de insultu cum armis, vel percusione cùm sanguine secundum opinionem multorũ: nunquid accusator poterit de simplici insultu & percussione accusationem producere & instituere:respondeo sic,iuribus & rationibus allegatis pro prima parte quæstionis proximæ dictæ:& sic terminauit do.Tho.sed arg. videtur fortissimum,quod non possit accusare:& quod obstat exceptio rei iudicatæ.ff.de noxa.in delictis.§.si detracta.sed potest dici quod lex illa loquitur in ciuilibus. leges autem prædictæ loquuntur in criminalibus. Nam pœna ob maleficia soluí magis ratio suadet:vt ff.de fideiusso.l.si à reo.§.fina. Item videtur quod obstet exceptio rei iudicatæ secundùm opinio. illorum. qui dicunt vnum esse maleficium.& quod illa verba,cum armis vel effusione sanguinis, non veniant in accusatione per se: sed veniant per determinationem percussionis vel insultus:quia vno ictu non potuit vtrunq̃ committi &c. Solu. Dic accusationem de nouo posse institui.& quod nõ obster exceptio absolutionis factæ de insultu cum armis & percussione cùm sanguine:si vis inherere allegationibus & opinionibus & illorum,qui dicunt absolutionem esse faciendam. Si autem vis inherere alijs allegationibus & consilio & opinio domi.Dyn.dicentis, condemnationem sequi de eo quod est probatum. dic exceptionem absolutionis & rei iudicatæ obstare: quod verum
45 credo.& hoc communiter per assessores seruatur. †Pone quod quatuor homines erant in quadam domo:vnus quorum proiecit lapidem de illa domo:& quendam hominem vulnerauit,vel interfecit:& nescitur quis eorum hoc fecerit:quæritur quid sit iudici faciendum: videtur quod omnes teneantur.ff.de his qui dese.vel effu.l.prima & propter incertitudinem. ff. de transact.l. controuersia &.ff.ad legem Aquiliam.l.item Mela.§.sed si plures.Cõtra videtur quod nullus:Nam constat quod tres non peruserunt.ergo non tenentur.argu.extra de his quæ fiunt à maio.parte capi.quæ sunt.C.de pœnis.l.scimus. & melius est innocentem absoluere &c.ff.de pœn.l.absentem. extra de simo.capitu.licet.C.de his qui la.l.fina.ff.ad leg. Aquiliam.l.scientiam.§.causam.deficit testis probatio & non ius.de resta. tute.l.duo sunt Titij.dic secundùm do. Gui.& alios sapientes quosdam, quod si illi intrauerunt domum causa offendendi:quod tunc quilibet teneatur, licet vnus videatur fecisse hoc de madato aliorum & voluntate.C.de fica.l.non ideo mimus.ff.de vi & vi arma.l. prima.§.quoties.extra de homi.capit.sicut dignum.si verò non quod tunc omnes absoluuntur.extra de proba.c. ex literis.ff.de actio.& obliga.l.Arrianus.& argu.C. de proba.l.scientia.omnes tamen iudices vt cæteri terreantur,& ne maleficia remaneant sine pœna, pecuniariter
x condemnent.Guil.duranꝰ.Et dic de simili materia vt latius est not.infra, de homici.§. pone quæstionem.
46 †Pone etiam,quod plures homines percusserunt vel alias damnum vel maleficium commiserunt: quæritur quomodo & quando sint puniendi:circa hanc materiam distingue.aut damnum dederunt inter semetipsos: aut contra alios.Si inter se:aut apparet quis primo prouocauit, aut non.Si apparet.aut prouocans dedit damnum: aut prouocatus.Si prouocans.tenetur.Si prouocatus,nõ tenetur:vt ff. si quadru.pau.fecit.dic.l.prima.§.cùm arietes.ff.ad legem Aquiliam.l.si ex plagis.§.tabernarius. Si autem non apparet quis primo prouocauit:neuter tenetur,vt ff.ad legem. Aquiliam.l.scientiam.§.cum instru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta.Si autem plures dant damnum contra alium:si habentur loco vnius:habet locum.ff.ad legem Aquiliam.l. illud.§.j.& si fa.fur.fe.dic.l.prima Si verò non habentur loco vnius,sed plurium:si vulnerauerunt tantum,vel tantum occiderunt:habet locum. d.l.illud.§.j.ff.ad le.Aqui. Si autem vulnerauerunt & occiderunt:tunc secus:vt ff. ad leg.Aquil.§.si alium sed nunquid idem in leg. cornel. de sic.respon.idem & non idem.Nam si consideres causas, quæ inducunt has actiones seu accusationes : non est disceptatio:nisi propter causas,quæ iducũt has actiones seu acusationes:nam legem.Corneliam de sica,tenetur qui dolum commisit.ff.ad legem Corneliam.de sica.l. in lege adeo vt lata culpa non equiparetur dolo. Item leg.Cor.de sic.tenetur,qui gladium strinxit:licet non occiderit.ff.de sic.l.prima non sic in legem.Aquil. vnde ex his collige,quod si quis percutitur in rixa,quod ictus cu iuslibet contemplari debet:secus quando ex proposito aliquis percutitur:& est ratio,quia ex proposito ita tenetur,qui noluit occidere:sicut ille,qui occidit:non sic in rixa,vnde videtur,quod qui in rixa aliquem occidit:qd non teneatur leg.Cornel.de sica.nisi dolo fecerit:vt.ff.de sica.l.pe.& ideo cauti aduocati nitentur probare , quod homicidia facta fuerint in rixa per iura & actiones preal leg.Verum hodie secundùm leges municipales ciuitatũ ita punitur qui in rixa percusserit:sicut qui ex proposito.

47 Vber.de bob. † Quæstio insuper talis est. Potestas Floren.præcepit subdito,quod seruaret ei præcepta , vel quid simile sub pœna.x.lib.& dum in contumacia persisteret:præcepit eidem sub pœna.xx.lib.deinde præcepit sub pœna.xxx.modo.quæritur nunquid potestas possit exigere omnes pœnas prædictas:& videtur quod sic:ga in omnibus fuerit inobediẽs.ff.si quis ius di. non obten. l.prima & crescente contumacia &c. vt extra vt lit. non contest.c.quoniam.in fi.& ff.de pœn.l. relegati . Item in correctione vnius personæ bene potest trina condemnatio inferri si peccat, & contumacia hoc exigeret:vt.C.de mo.mul.l.fina.& quia iteratione delicti , iteratur pœna: vt C.de episc.audi.l.tertia,& de ser.fu.l.quicunque.& in contumacia persistentibus seueros esse conuenit:vt secũda.qõ.v.quãto.& quod fuerint præcepta tot fuerint inobedientiæ,arg.ff.de verb.obli.l.scire debemus.& l.quod dicitur.nec delictum minuit pœnam:vt ff.de priua. deli. l.nunquam. Econtra videtur, quod vnum solum fuit delictum,scilicet inobedientia,licet plura præcepta incõtinentiꝫsecuta.arg.ff.si fa.fur.fec.di.l.prima.in fin.& l.seq. & ff.fami.ercis.l.hęredes.§.de pluribus.vnde posito ꝙ in plures pœnas inciderit,vel plures pœnæ oriantur:altera tamen debet esse contẽtus:vt ff.de act.obli.& l.qui seruũ in princip.& l.plura.l.cùm ex vno.plures enim pœnales actiones se inuicem impediunt:nisi quantum plus sit in vna quã in alia.ff.vi bo.rapt.l.prima,vnum enim factum reputatur,ꝙ fit in vno impetu vel contemptu.ff.de vi & vi arma.l.tertia.§.cùm igitur.ff.si cer.pet.l.lecta est. extra de elec.c.officij tui.& de testi.c.secũdo,quod autem delinquens pluries circa eandem rem non nisi semel punia tur,probatur.ff.de fur.l.ei qui,& l.infaciãdo.§.infans. qa plures pœnę non sunt ab initio insligendę.extra de iudi. c.at. si.§. fina.item si quis pluries aliquẽ vno impetu vulnerauerit:tenetur tantum de vulnerato, & non de occiso.ff.ad legem Aquiliam.l.illud.§.fina.Sol.dicunt quidã, quod est quasi vnum delictũ:cum fuerit tantum vna species delinquendi.sicuti vbi sunt diuersę species,vt si primo rapuerit & postea interfecit.ff.de pri.delic.l.nonnun quã.vnde vno banno siuevna pœna dicunt esse puniendum:cùm idem factum sit:vt supra,& ff.de popul . act.l. tertia.punietur autem maiori banno siue pœna:quia quoties ex eodem facto in plures pœnas quis incidit : altera debemus esse contenti:licet habere possumus quatenus plus sit in vna pœna quã in altera,vt ŝ.dictũ est. Potestas em maiorẽ pœnã comminando vel exigendo,videtur recedere à minori.ff.manda.l.Stichus.ff.de hęre.insti.l.si ita scriptum,& de præto.stipu.l.idemque.domi,Guil.durã.

48 no.hoc in Specu.sui operis. †Pone quod propter homicidium commissum per Io.lata est sententia,quod ipse Ioan.debeat mori:quæritur quomodo illa sentẽtia debeat executioni mandari:& an exequendo committatur delictum seu peccatum:respon.quod illa sententia est executioni mandanda per executores,qui carnifices vocantur. xxiij.qõ.v.non frustra.& capitu.cùm homo.& talis carnifex trunquando caput vel membrum , non peccat.ea. q.miles.& capitu.non est crudelis.& c.si homicidium.ga non ipse sed lex occidit.ea.q.cum homo.si tamen quis occiderit sponte aliquem, qui erat à iudice occidendus,peccat,& homicida est,ea.quæstio.cum ministe.& capi.seq. & c.cum homo.sed nec iudex , qui iustè hominẽ ad mortem damnat,peccat:quis officia iuridico bono animo impleri possunt,quomodo iudex & quomodo lex.ea.q.c.ofsi.&.c.si. cum pluribus alijs.nec scelus committit ipse iudex:nec sanguinem effundit.vt ea.qõ.ipse iudex. & c. si cũ.imo minister Dei est.ea.q.malos.& Deus in hoc placatur.& eadem causa.q.iiij.c.si quos.igitur. Guil.duran.

49 †Sed quæro an sententia cõdemnatoria sit statim mãdanda executioni in causa criminali? Respondeo distinguendo:quia aut ab illa sententia potest appellari,vel in integrum restitutio petí:aut non.Primo casu statim post elapsum decem dierum.ij.q.j.sicut sine.C.de pœn.l.cum reus.& hoc nisi incontinenti exceptio legitima probanda obiciatur.extra de testibus.c.veniens.& c.cum igitur. infra,de restitu.spo.c.literas.& nisi obijciatur , quod iudex sententiam ex iracundia tulerit : vt C.de pœnis.l.si vindicari.& cum sententia capitalis est lata contra mulierem.prægnantem:vt.ff.de pœnis.l.prægnantis. Item differri solet sententia in alijs omnibus:vt.C.de bo. prescri. l.ij.& de custo.reo.l.ij.in secundo verò casu,quãdo à sententia appellari vel in integrum restitui peti non potest: potest & debet incontinenti sententia executioni mandari:vt.ij.q.vj.§.sinautem.& c.cũ speciali.§.porro. Guil.

50 duran. †Pone etiam, quod aliquis homo promisit alteri,& iurauit facere aliquod maleficium vel aliquod illicitum:quæritur nunquid ratione sacramenti & promissionis teneatur hoc facere:& si fecit nũquid excusetur à pœna.Et videtur quod non:vt extra de elec.c.B. & C.& de rebus eccle.non alie.c.secundo.& de regu.iur.c . non est obligatorium.in vj.& ff.de condi.institu.l.filius.& l.quidam. Econtra videtur.C.si aduer.ven.authen.sacramẽta.C.de rei vxo.actio.l.vna.& extra de iniu.c.licet.in.vj. quibus legibus per sacramentum cõfirmatur quod alias per legem prohibetur.ad quod dic,quod aut istud, quod est prohibitum,est prohibitum propter turpitudinem facientis:tunc tale sacramentum præstitum nihil operatur per iura prædicta.Aut est prohibitum in fauorem iurantis:& tunc iuramentum est obligatorium : & confirmat rem de qua agit:vt in alijs legibus.supra,alleg.Dy.Et dicit,quod dupliciter dicitur malè promissum.vno modo: scilicet super mala vel turpi re:& illud non expedit obseruari.ff.de pact.l.iurisgentium.§.generaliter.& insti.de inuti.stip.§.veluti.& ff.de verb. oblig.l. generaliter.& l. veluti.& l.stipulatio hoc modo concepta.& l.si plagij.& ff.de fideius.l. si à reo.§.quod vulgo . Alio modo dicitur malè conceptum,id est male promissum:quia interuenit te dolo:& tunc tene.Sed de equitate datur exceptio : vt in alijs legibus contrarijs,iuramentum tamen confirmat: vt supra,proximè est dictum.& dic de his vt infra.proxi. q.Dyn.Et quia maleficia varijs ex causis,& diuersis modis,& à diuersis personis quotidiè committũtur:ideo modo conuenit in ipsis maleficijs puniendis promptos nos esse.& multum intentos ad pertinaciter condemnandũ: & ideo circa præsentem materiam & tractatum de pœ-

51 nis, est videre: † quando interpretatio sit facienda in fauorem delinquentis,& quando nõ, & quid sit in hoc seruandum . Et primo videtur,quod interpretatione legis pœna debeat restringi,& non ampliari .ff.deli. & posth. l.cum quidam.ff.de suspe.tut.l.hęc.§.secundo.de pœn.l. si preses,& l.pe.ff.de actio,& oblig.l.Arrianus.de solu.l. stichum.

stichum.§.naturalis.ex tra de elec.c.statutum.& de re.iu. c.odia.& c.in pœnis.Econtra videtur ff. de hijs qui notã. infa. l.j.§.exercitum.Item contra est etiam,quia si percussero aliquem vel occidero,quod præsumitur, quòd dolo & malo animo hoc fecerim in dubio C.de iniurijs l.si nõ conuitij.& de sicarijs.l.j.Item si sit incertum,quis ex pluribus percusserit,præsumitur contra omnes & ampliatur odium,& restringitur fauor.videlicet quòd omnes sunt puniendi ff.ad legem Aquiliam l.item Mela. §.sed si plures.& not.j.proximo §.& certam materiam.& c.ad quę ita dicendum est secundum quod dicit & notat dominus Dyn.hic not.extrà de regu.iur.c.odia.Quia aut ex vtraq; parte scilicet fauoris & odij,versatur ius publicum : aut priuatum:aut ex altera priuatum ex altera publicum.Primo & secundo casu ampliatur fauor,& restringitur odiũ quia cùm iura sint hincinde paria, certum est in re dubia fauorabilem causam potius assumi debere quã odiosam vt preallegata lege cum quidam.& argumento ff. de re. iu.l.quoties idẽ sermo.& lege quoties nihil. Tertiò casu quando ex vna parte versatur ius publicum ex altera priuatum : semper præfertur ius publicum: siue versetur ex parte odij,siue ex parte fauoris:& de isto tertio casu loqtur lege ff.de ijs,qui not.infa.l.ij.§.exercitum.Ratio autẽ est:quoniã fauor publicus preferri debet vtilitatibus priuatorum:vt ff.de priui.l.vtilitas.& in authenti.de resti. & ea que par.in xj.mense.§.quãobrem.colla.iiij.sed hoc falsum esse videtur euidenter.Certum est enim quòd in maleficijs puniendis fauor publicus versatur:vt ff.de public. & vectiga.& con. l.licitatio.§.quòd illicitè.& de fideius. sori.l.si à reo.& ff.ad legem Aquiliam l.ita vulneratus. tamen de iure cauetur,quòd interpretatione legum pœnæ sunt potius moliendæ quam exasperandæ:vt ff.de pœnis l.si præses.& l.interpretatione.ad quod dicendum est fauorem publicum considerandum:ne maleficia remaneãt sine pœna.ex quo constat ipsa maleficia commissa : aliàs autẽ in re dubia, & cum sit certa qualitas criminis pœna restringitur.cùm debeamus potius esse proni ad lenitatẽ, quam ad seueritatem:vt ff.de pœnis. lege respiciendum. in princi.Eodem modo potest responderi leg.ff.de suspe. tuto.l.nec enim §.ij.quia nec ibi erat certa qualitas criminis,quare tutor esset remotus vt suspectus:ideo præsumitur in dubio minus fuisse delictum : & ideo ad sententiã condemnatoriam sequitur minor pœna,cùm pœna moderanda sit secundum qualitatem delicti vt ff.de offi.præfec.vrba.l.j.§.cum patronus.ff.de patro.l.j.Dyn. Vltimo etiam circa præsentem materiam & tractatum de pœnis:intendo summatim dicere & ponere de quibusdã pœnis.Primò in quibus casibus quis amittat manum.Secundò,in quibus pedem.Tertiò,in quibus oculum vel oculos.Quartò,in quibus nares. Quintò,in quibus verbere tur.Sextò,in quibus tundatur.Septimò, in quibus comburatur.Octauò,in quibus suspendatur.Nonò &vltimò in quibus casibus quis bulletur vel signum inferatur.Ad pœnam verò capitis non scribo aliud præter id quam qd scriptum est:quia illa pœna famosa est, post hoc ponam

52 casus,in quibus quis punitur.†Et primo amittit quis manum,si aliquis vulnerauerit alium infra pacem constitutam quam coactus fecit scilicet illam cum qua percussit: vt in vsibus feudo.de pace tenen.& eius violat. §. si quis alium. Item si voluntate fecit pacem,sed negans per pugnam conuictus est,& non per testes:vt e.ti.§.qui verò. Item si infra pacem alium vulnerauit,qui non diffitetur: sed dicit se fecisse ad defensionem suæ vitæ:& per pugnã probare nõ poterit:vt eodem titu.§.si quis alium. Item tabellio si chartam suo nomine factam,quę falsa dicitur,nõ poterit veram probare: vt in Lombarda qualiter quis se defendendo.l.de chartis.& de eo qui chartam scripsit.l. j. idem in eo,qui chartam falsam fecerit licet non sit tabellio,postquam in iudicio producta est:quia punitur in amissione manus in quibusdam ciuitatibus:led per legem Niburiam pollex dexter auferetur;vt in lege Niburiam in capitulo lxix. Item si aliquis conuictus fuerit de periurio amittit manum:vt in Lombard.de testi. l. ij. in fine & de periurijs.l.ij.& iij. Item si res aliqua fuerit bannita , & in potestate iudicis peruenit:& alius veniat, qui dicat esse suam: si sua esse dicitur,iudex faciat ad eum peruenire: si tamen suam esse iurauerit:& si postea de falso cõuictus fuerit dextra manus ei amputetur:vt in Lombard.de his qui ad pala.l.cuius.in fine.Item si discordauerit cum alio in testimonio,& conuictus fuerit per pugnam:vt in Lõbar.de testibus.l.si duo.§.si quis cum altero.Item si quis sine iussione principis aurum figurauerit,aut monetam cõfixerit:vt in Lombar.de eo qui falsa moneta l.j.& ij. Itẽ manum amittit si quis librum hæreticum habeat . & igni non tradat:vt in authen.de depositione.§.vnde etiam interdicimus. Item amittit manum seruus qui sine iussu domini sui noua signa in silua alterius fecerit:vt in Lomba. de extra.termi.antiqui l.si quis propter.& l.si seruus. Item manũ amittit,qui titulos prędijs alenis imposuit:vt in authen.de proconsule capu.§.titulus.Item amittit manum tabellio,qui fecitchartam superenditione rei facta à muliere vendente consentiente viro sine notitia parentum: vt in Lombar.qualiter muli.ali.l.ij.Item amittat quis manum si crimen commiserit,quod membri abscissionẽ postulet:nec lex dicat debere eum mori:vt in authentica.vt nulli iudi.§.vlti,Item exactores tributorum , qui illicite excutiunt,& suscepta non describunt,vel celant: puniuntur in amissionem manus:vt in authen.de manda princi. §.coges autem.Item si quis alium percusserit vnde manũ amiserit:percutiẽs similiter amittat manũvt in lege Moi. in lib Exodi c.xij.præterea dominus ver.si rixati fuerint. Item manum amittat mulier,quæ apprehendit manu verecundia virilia aduersantis vel iurgantis cum viro suo: vt in lege Moysi.lib.Deutero.c.xiij si fuerit inter vos homo,in ver.si habuerit inter se iurgium.Item si quis dixerit falsum testimonium cõtra aliquem super crimine,vnde manum amittat,ipse testis falsus manum amittet : vt in lege Moisi in libro Deutero.capitulo xj.si exierit Le-

53 uites.in ver.cumq; diligentissimè. † Secundo amittat pedem seruus fugitiuus qui deprehensus est transeundo ad hostes:vt C.de seruis fugitiuis lege iij.Item qui alium percusserit vnde pedem amittat vt in lege Moisi &c.vt ŝ. Item si oculum quis effuderit oculus ei eruatur:nisi sit dominus seruí vel ancillæ:quia pro oculo debet dominus seruo vel ancillæ dare libertatem:vt in lege Moisi,in lib. Exo. capitulo xij.versicu.qui si rixati.& in versic.si percusserit. & in libro Leuitici.capitulo decimosexto versiculo qui irrogauit maculam. Nam suspenditur fur pro secundo furto : vt in Lombard.de furt. lege de latronibus. & lege si quis latro Item in raptoribus & in conspiratoribus : vt in Lombard. de argumento , in vico factis lege

55 de conspiratoribus. †Verberatur generaliter quis vbi deliquit & qui propter inopiam pœnam pecuniariam luere non potest;vt ff.de pœnis lege prima. §. vltimo. & de in ius vocandi lege vltima & de iurisdictione omnium iudicum lege si quis §.in seruos.& in vsibus feudorum de pace tenend. inter subditos ex lege hac editali §.iudices vero.Item fur si furatus fuerit valens minus, quinque solidis vt in vsibus feudorum de pace tenenda.§. si quis quinque solidos valens . Item si seruus qui literas imperiales despexerit nudum ad pallus vapuletur : & capilli eius tundeantur vt in

54 Item in eo qui falsum testimonium dixerit contra aliquem in accusatione:vnde accusatus amittere debet pedem in lege Moisi.in lib.Deutero.cap. xj.si exierit Leuites.in versicu.cumq; diligentissimè. †Oculi amissio ne punitur fur pro primo furto:vt in Lombar.de fur . de latronibus lege si quis fur.l.si latro.Item punitur oculo,si reperiatur quis falsum dixisse testimonium contra aliquẽ vnde oculum amitteret:vt in lege Moisi &c.vt ŝ. Item si oculum quis effuderit oculus ei eruatur:nisi sit dominus seruí vel ancillæ:quia pro oculo debet dominus seruo vel ancillæ dare libertatem:vt in lege Moisi,in lib. Exo. capitulo xij.versicu.qui si rixati.& in versic.si percusserit. & in libro Leuitici.capitulo decimosexto versiculo qui irrogauit maculam. Nam suspenditur fur pro secundo furto : vt in Lombard.de furt. lege de latronibus. & lege si quis latro Item in raptoribus & in conspiratoribus : vt in Lombard. de argumento , in vico factis lege

55 de conspiratoribus. †Verberatur generaliter quis vbi deliquit & qui propter inopiam pœnam pecuniariam luere non potest;vt ff.de pœnis lege prima. §. vltimo. & de in ius vocandi lege vltima & de iurisdictione omnium iudicum lege si quis §.in seruos.& in vsibus feudorum de pace tenend. inter subditos ex lege hac editali §.iudices vero.Item fur si furatus fuerit valens minus, quinque solidis vt in vsibus feudorum de pace tenenda.§. si quis quinque solidos valens . Item si seruus qui literas imperiales despexerit nudum ad pallus vapuletur : & capilli eius tundeantur vt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsi feudo.de feud.& be. lege liber homo in Lombard.de eo qui literam depor.l.j. Item verberantur & tundun-
tur mulieres per virosvicinales,quę super aliquas aggres-
sionem fecerint:vt in Lombar.de aggres. in vico factis l.
telarum.viles & abiectę cõditionis homines:vt C.de pa-
gen.l.vlti.& de hære.& mani.l.quicunque.§.si verò igno-
56 rantiæ. †Item debet tundi seruus. qui ignem in sylua
mittere ausus fuerit:vt in Lomb.de damnis iniur.l.fi.tun-
di debet etiam fur in prædictis superioribus tribus casi-
bus.Decaluatur fur pro secundo furto:vt in Lombar.de
57 fur.l.de furibus. †Comburitur aut qui sine iussione
principis aurum figurauerit,aut monetam confixerit: vt
C.de fal.mo.l.ij.l.fi.item hostis & transfuga ad hostes &
renunciator consiliorum principis:vt ff.de pœn.l.si quis
aliquid.§.j.& l.aut facta §.hostes.Item si quis facultatem
depredatiõis barbaris in Romanos dederit:vel si quis a-
lio modo factam dimiserit,vnius comburatur:vt C.de re
mili.l.si quis à barbaris:Item actor rerum priuatarum vel
procurator Cesaris si aliquem iniuria vexauerit viuus cõ
crematur:vt.C.vbi causæ fisca.vniuersi.Item à quibusdã
concremabantur sacrilegi:vt C.ad leg.Iul.pecul.l.vi.§.j.
idem de seruo qui mulierem rapuerit:vt C.de rap. virg.l.
vna §.fina.Item comburatur seruus,qui rem cum domi-
na sua habuerit:vt C.de mul.quæ seruis proprijs l.j.Item
seruus,qui saluti domini sui insidiauerit:vt ff.de pœn.l.ca
pitalium §.cum terminantur. Item liber homo plebeius
vel humilis insidians alterius mortem.l.j §.nunquam.Itẽ
Aruspex:vt C.de male.& ma.l.iij.Item comburitur incẽ
diarius,qui ob inimicitiam vel prædæ causa incẽderit op
pidum,aut si casam vel villam:vt ff.de pœnis.l.capitaliũ.
§.incendiarij.Item qui ædes vel aceruum frumenti iuxta
domum positum scienter combusserit:vt ff.de incen.ru.l.
ædes.Item iudæus cum suis participibus delẽdus est flã
ma,si aliquem iudeum ausus fuerit acceptare,qui ad Dei
cultum respexerit:vt C.de iud.l.ij.Item Patarini exami-
nati à viris ecclesiasticis:si enim euidenter inuẽti fuerint
à fide catholica deuiare vsui,in conspectu populi combu
rantur:vt extra de priui.cred.l.incorruptibile.§.neminem
etiam libri ipsorum.C.de hære.& ma.quicũque. §.omnis
& l.damnato.& authenti.de possessio. l. antiqui serui. §.
vij.etiam. Item qui vsurpauit vada fluentis nili: vt C.de
nili agge l.vnic.Item comburitur,qui scilicet vxorem &
filiam duxerit & matrẽ eius:vt in leg. Moisi in libro Le-
uitici. ca.iiij.dixit quoque dominus ad Moisen. versi. sa-
cerdotis filia.Item comburitur quicunque contra præce-
ptum domini de Anathema furatus fuerit in libro Iosue.
capitulo sexto . fuit ergo dominus cum Iosuæ.
58 †Item suspenditur qui furatus fuerit valens vltra quin
que solidos:vt in vsi.feu.de pac.tenen. §.si quis quinque
solidos.Item famosi latrones furca suspenduntur versus
eum locum,vbi furati fuerint: vt ff.de pœnis l. capitaliũ.
§.famosos.Item suspendebantur à quibusdam sacrilegis:
vt ff.ad leg.Iuliam.pec.l.vj.§.j.Item suspenduntur trans-
fugæ ad hostes. Item renunciatores consiliorum princi-
pis.Item author seditionis vel tumultus:vt ff.de re milit.
l.iij.§.is qui ff.de pœn.l.si quis aliquid.§.j.&.ij. Item ser-
uus regis,qui mortem intulit alicui,suspẽditur supra fos-
sam illius:vt in Lombar.de culpis seruorum.l.j.& de ho-
mi.liber homo l.si seruus Regis. Item principes populi,
qui adorant Deos alienos suspenduntur contra solem in
patibulis.& ita potest dici quòd Reges & principes ho-
stium si deprehendantur,quòd debeãt suspendi: vt in le.
Moisi.in lib.Deuteron.c.xij.si exieris ad bellum cõtra ho
stes.in ver.quando peccauerit homo & in libro Iosue. ca
pitulo octauo dixit autem dominus ad Iosue.versi.Iosuæ
autem.capitulo decimo qui audiuissent quinque præce-
59 pta Iosuæ,dicens†signum alicui infertur: primò furti in
frontẽ,si tamen in furto deprehensus fuerit: vt in Lom-
60 bar.de furtis.l.furti.§.omnibus. †Non sequitur puni-
tio pro occiso in prælio.argu.ff.ad legem Aquiliã. l. qua
actione.§.si quis in colluctatione.in vsi.feu. de pa.tenen.
§.postea vero & §.si quis alium. & ff. de iniurijs,l. iij. §.j.

Item nec pro occiso iussu Regis:vt in Lombar. de mor.
con.lege prima & argumento ff.quod vi aut clã lege pri-
ma.§.finali.& familię erciscundæ. l.quoniam autem. &
ff.de euictionibus lege si pignora.nam necessitas officij
excusat:vt ff.de ijs,qui vt indig.lege tutorem primo res-
pon.ff.de furtis l.si seruus communis. §. quod verò. & ff.
rerum amotarum l.similiter.§.j.Item ne de autore rixę oc
ciso in rixa:vt in Lombar.de bonis liber.lege si quis ex le
ui causa Medio.lege & argumento.ff.si qua. pau.fe.dic.li
j.§.cùm arietes.& ad legem Aquiliam,lege itaque si ser-
uum.& lege scientiam. §. iij. C.quando.lic.vnic. si. iu.se
vin.l.j. Item nec de eo qui occisus est ab eo,qui se defen
debat:vt in prædictis legibus vt in Lombard.de aggres-
sio.in vico fac.l.iij.in fine & lege quinta dic tamen latius
vt supra vt nota in rubrica de defensio.à reis facienda.

Item nec pro occiso à seruo defendente dominum suũ
vt ff.de iniurijs.l.sed & si vnius.§.si iussu.in fine.Item non
sequitur punitio de occiso sine dolo:vt ff. ad legem Cor.
de sicarijs l.in lege dicam de hoc latius vt dicitur in pro-
xima rubrica de homi.§.item pone quæstionem sæpe cõ-
tingentem.& §.quæstione & subsequitur. Item excusa-
tur,qui se vindicando occidit canem cum virga vel spata
vel aliquod aliud quod in canem euaserit vt in Lombar.
de damno.à iure.§.si quis se vindicando.Item excusatur,
qui occidit canem damnum facientem in casa seu domo
sua de die vel de nocte:vt prædicto titulo.l.si quis alienũ
canem. Item non requiritur si damnum datum sit intra
decem pedes à facolario mensurandos ad pedem medio-
ris hominis & non ad manus:vt in Lombardi. de plag.
liberi hominis lege tertia & de dam.iniur.lege secunda.
Item non punitur,qui ignem fecerit & transierit viam
publicam vel riuum & damnum fecerit : vt in Lomb.de
dam.iniu.l.iij.Item nec is,qui facit eundò auferre aliquid
propter necessitatem:vt prædicto c.l.x.de iurantibus.l.j.
& in vsibus feudorum.de pace tenend.§.quicunque.& l.
licitum,cum nemo in necessitatibus liberalis existat : vt
C.de adimen.lega.l.rem legatam. & quod in necessitati-
bus sit,curandum non est:vt in authen.quibus modis na
tura.j.responso.& quia pater potest filium vendere nece
sitate famis , & iunior prædium vendere.C.de patri.qui
filios.l.j.& in Lombar.de prohib.ali.in l.fin. Item non pu
nitur,qui damnum dat,si aliter periculum euitare nõ pos
set.argumen.ff.ad legem Aquiliam.l.quemadmodum.§.
item Labeo.& l.si quis fumo.§.j.& de incen.rui.naufra.
l.quo naufragio.§.quod ait prætor.& de aqua pluuia.ar-
cen.l.j.§.de eo.Item nec pro mortuo in fossato alicui : vt
in Lombard.de dam.iniu.l.si quis fossatum.Item nec pro
mortuo in puteo alicuius fit punitio: vt prædicto titu.l.si
annalis.Item nec pro ramboso vel demoniaco occiso pu
nitur quis,nec pro alio occiso ab eisdem, nec à menteca-
pto vel infante:vt in Lomb.de dam.iniu.l.si peccatrix.&
C.de patr.potesta.l.iij.ff.de officio præsi.l.diuus.ff. ad le-
gem Corneliam de sicar.l.infans.ff.ad legem Pompeiam
de parricid.l.penult.in fin. Item nec pro latrone publ.vel
desertore militiæ occiso:vt ff.quando liceat vni.sine iudi-
ce se vindica.l.vlti.item nec pro transfuga ad hostes oc-
ciso.ff.ad legem Corne.de sicar.l.eiusdem.§.vltimo.Item
nec pro occiso à fera ab alio concitata,dum & ipse staret
super eam causa eum lucrandi: vt in Lombar.de venato.
l.iij.aliud si non causa lucrandi:vt argumen.ff.si quadrup.
pauper.fecisse dicatur.l.j.& §.generaliter. & ff. ad legem
Aquiliam.l.item Mela.§.item & cum eo.Item non fit pu
nitio pro homine occiso inuento in curte aliena in nocte,
qui non dat manus ad ligandum : vt in Lombard.de eo
qui potest in damnat.l.si noctis. & de curtis raptura.l.si
seruus.Item nec pro homine occiso fugiente & depre-
henso , qui non dat manus ad ligandum. Nec pro occi-
so à fugace, cùm eum deprehendere volebat:vt in Lom-
bardia ff. de furtis.l.si seruus aut lib. Item non puni
tur , qui tres vuas tantùm de vite accepit aliena : vt C.
eodem.lege,si quis suprà.nam si ingressus fueris vineam
proximi tui comede,nec aliquod tecum portes, & etiam

segetem

segetem frange,& manu mete,& non falce metas : vt in
l.Moisi in Deuteronomij c.xxiij.versi.ingressus.& versi.
si intraue. Item mitius punitur si per vinum aut ebrieta
tem lapsus est ff.de pœnis l.respiciendum.in fin.de cust.
& exhi.reorum l.milites.& de re milita. l.omne delictum
§.penul.Et propter consanguinitatem minor pœna im-
ponitur:vt ff.de recep.l.vltima.Item mitius occidit intu-
multum:cùm tumultus aliter sedari non potest:vt ad leg.
Corneliã de sicarijs.l.qui cedem Item releuat quem à pœ
na noxa,& iustus dolor C.ad legem Iuliam de adulterijs
l.Grachus ff.eodem titulo lege si adul.§.Imperator.Item
si per pacem faciendam interfecit:vt not.supra eodem in
principio huius rubricæ.Item non punitur interficiens,
pugnantem contra patriam suam.argumento ff. de reli-
gionibus.& sum. funer. l.minimè. item nec pater nec
vir mulieris qui interfecerit adulterum inuentum in do
mo viri & ibi de præhenderit ff.ad legem Iuliam de adul
terijs lege patri datur.& l.marito.Item nec dominus pu-
nitur,qui interfecit seruum,quem in facinore deprehen-
dit:vt ff.de verborum significatione l.qui seruum. §.quid
ergo. & §.si hæres. Nam sine causa non licet hoc domi-
no:vt nota ff.de hijs,qui sunt sui vel alieni iuris.Item pa-
rentes & magistri sine pœna habent modicam coercitio-
nem:vt C.de emendationibus propinquo.& ff.de pœnis
l.aut facta.§.j.cum similibus.quod fortè intellige si filius
vel discipulus hoc meruit.argumento ff.de pignor.l.ser
uum.& pro & contra. ff. de verborum obligatione lege
quidam sunt argumento. Item patronus in libertum ha
bet modicam coertionem:vt ff.de iniurijs l.prætor.§.præ
terea.& l.non solum.§.quanquam.& §.leuis.& de pœnis
l.respiciendum.§.furta. Item dominus in mercenarium.
argumenti prædicti §.furta. Item creditori licet seruum
obligatum pro suis maleficijs coercere,vel vinculis liga
re.argumento ff.de pignori actione l.eleganter.§.final.&
de pignori.l.seruum. Item quilibet magistratus in subdi
tis modicam habet coertionem.ff.de iurisdictione omni-
um iudicum.l.in magistratibus & de re iudicata lege nõ
est.Item argumento prædictorum potest dici,quod mari
tus habeat modicam coertionem in vxorem:nam quia li
cet in casu eam occidi.vt ŝ.potest eamverberibus afficere
vt ff.de adult.l.si adulterium cum incestu §.Imperator.&
l.nec in ea.nam sine causa non licet eamverberibus affice
re.Imo plus punitur quam si in aliam deliquisset:vt ff.de
pœnis l.capitalium.§.omnia.& quod possit eam castiga-
re temperatè,taliter maxime cum vxor debet esse in offi-
cio mariti:vt ff.de operis liberto.le. sicut patronus.& ma
ritus fungitur corpore vxoris,quæ obsequia præstare de
bet.C.qui pot.in pignore habeantur.l.assiduis. Item de
fa.viri.est argu.ff.de re militari.l.quicunque. & Paul. ait
mulier allig.est viro &c.vnde ad similitudinem vsusfru-
ctuarij quæ debet impendia præstare,& qui potest coer-
cere & cogere operarios,potest vir coercere vxorem mo
dicè,& eam cogere operari.vt argumen. ff.de vsufruct. l.
sicut impendia.& l.idem quia & solu.matrimonio.l.si cũ
dotem.§.finautem.Item nec punitur quis se defendendo
vel filium vel vxorem vel fratrem, vel defendendo , qui
secum esset in societate alium occideret, vel si liber vel
seruus hoc fecerit defendendo dominum suum , quòd
dic vt no.ŝ.de defen.à reo fa.circa principiũ,Item impu-
ne occiduntur aggressores in itinere & desertores mili-
tiæ & fures nocturni,quod dic vt eodem titu.& §.supra
dictum est.Item non sequitur punitio in alijs casibus, in
quibus impune ius quis dicere sibi potest:vt in illo gene-
rali.Item in lege Mo.cauetur quod si fur fodiens vel frã
gens domum alienam vulneratus vel mortuus fuerit:per
cussor non erit reus sanguinis sed si orto sole hoc fecerit.
homicidium perpetrauit:vt hæc verba leguntur in lib. e-
xodi.& eo.etiam lib.continetur quod si rixati fuerint vi-
ri,& percusserit alter alterũ lapide vel pugno,& ille mor
tuus non fuerit,percussor innocens erit:dummodo ope-
ras & impensas in medicinis factas restituat. Gandinus.

ADNOTATIOa ¶Licet. Adde an liceat vxorem in
adulterio deprehensam occidere Alexander consilio lxxvj. secun
do libro.Bernar.

b ¶Multis alijs.Adde quod vbi tria concurrunt. Primo quod quis
non aggrediatur factum non dolum. Secundo quod delictum
sequatur in personam eius contra quem aggressura fit præter pro-
positum aggredientis. Tertio quòd delictum habeat aliquam
probabilem excusationem.his concurrentibus nulla venit impo-
nenda pœna.ita dicit Paulus de castro consi.cxcij.inci.in causa car
ceratorum.Ber.

c ¶Furatis. Adde Alexander consilio ciij.vbi ponit,an idem sit pro
pter coadunationem gentium furtum factum sit,& an coadunator
tene atur.

d ¶Inuito .Adde vt per Alexan.consili.xxiiij.ij.libro.& Paulus de
cast.consi.cxciij.Ber.

e ¶Non probat. Adde quod hoc non est simpliciter verum, vt pul-
chrè voluit Oldradus.consilio.cxcix.quem vide:quia faciet tibi ho
norem.Ber.

f ¶Cremonæ. Adde Alexandr. consilio cxj.primo libro & ibi vide
quid si pœna non est appositа per statutum loci.delicti quæ pœna
debeat imponi.Ber.

g ¶Volenti.Adde tu assessor Alexandr. consilio.cxvj.iij.libr. Ber.

h ¶Quod non.Adde videndum Baldum consilio.lxxxxj.v.libr. Ber.

i ¶Vno vulnere.Adde Baldum consilio clxvj.v.li.Angelus consilio
xcvj.Bernar.

k ¶Quod sic.¶Adde vt per Roman.consilio xvij.Ber.

l ¶Plures.Adde vt per Alexandr. consi.xv.iij. lib. Petrus de an-
cha.consi.ccliij.Ber.

m ¶Non video. Adde quod ita etiam consuluit Oldradus.consilio.
iij.& dicit quod ita fuit pronuntiatum in curia Aquensi.dicit tamẽ
aliqui senserunt contrarium:cum aliquis fraude efficitur clericus,
& de fraude dicitur constare:cum est accusatus,vel in crimine de-
prehensus.Ber.

n ¶Exiuit.Adde quod hic proprie dicitur apostata vt voluit Cal-
de.consi.j.de apostа.Ber.

o ¶Ostendentes. Adde an portans habitum sub mantello & sic co-
opertum dicatur apostata.Old.consi.iiij.Ber.

p ¶Commonitus Adde late, per Compostе.consi.xj .Alex.consi.viij.
j.lib.Ber.

q ¶Pro omnibus. Adde vt per Ange.consi.xcvj.

r ¶Consilium. Adde an quis teneatur,de consi.Bart.consi.lxv.Ang.
consi.xxvij.Ber.

s ¶Dic quod non. Adde vt pulchrè per Alexan.consi.xxxvj.iij.li.

t ¶Quod sic. Adde vt per Pau.de ca.cõsi.xlj.in primo impressis.Be.

v ¶Et vidi. Adde videndum Bart.con.cxvij.incipien.accu.fuit inst.
Ro.consi.clxvij. Ale.consi.lxxiij.Pe.de an.consi.ccccxl.Ab.consil.
xxxviij.Ber.

x ¶Guil.duran. Adde quod opin.Gui.sequitur Bald,con.lxxxj.v.li-
bro vide quod notabiliter consuluit Ro.consi.cccj.Ber.

De homicidiarijs & eorum pœnis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Homicida quis dicatur & lege Cor.de sica.teneatur:
2 Iudex ac executores illius cum nõnullis alijs excusantur à pœna le.Cor.de sic.
3 Vulnerato à pluribus in rixa si moriatur:uniuscuiusque ictus erit contẽplandus.
4 Homicida qua pœna puniatur,& qui excusantur à tali pœna.
5 Defensionis facultas non est deneganda ante impositionem pœnæ.
6 Homicidium fieri mandans:eo sequuto an puniatur tanquam homicida.
7 Auxilium & fauorem præstantes occisoribus & de hoc conuicti quomodo
puniri debeant.
8 Homicidio commisso:dum homicida aufugeret,qui dederunt illi fauorem ne
caperetur à sequentibus,quomodo puniatur.
9 Mandatorio punito propter homicidium commissum: an iudex possit contra
mandantem procedere & punire.
10 Themate superiori retẽto:quid erit si actũ sit ad interesse & quid si à ad pœ
nam,& quid si mandatarius sit absolutus.
11 Mandans homicidium fieri data pecunia mandatario homicidio non sequuto,
an puniatur.
12 Homicido à pluribus commisso:quorum quilibet intulit nuluus: sed nescitur
ex quo uulnere sit mortuus:an omnes teneantur ad mortem.
13 Pœnæ impositio quæ re quirat,debere considerari.
14 Vniuersitas ciui.cast.uel ville,an possit committere maleficium:& exillo an
teneatur.
15 Vniuersitas ciui.castri,uel ville committens homicidium uel aliud maleficium
pro quo psona singularis corporaliter puniretur:quomodo erit puniẽda.
16 Vniuersitati ut supra deliquenti,quæ pœna imponatur.
17 Vniuersitas in causa capitali.ut supra an poterit per procuratorẽ respõdere
18 Homicido commisso propter quod non potest sedari tumultus ortus nisi inno-
cens condemnetur uel nocens absoluatur,quid fiet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

19 *Homicidium uel aliud simile delictum committens non dolo sed culpa uel negligentia an sit puniendus, & quo iure, & qua pœna.*
20 *Dolus præsumunitur abesse, nisi probetur : quomodo probetur dolus.*
21 *Maleficium casu commissum an puniatur.*
22 *Ignorantia allegata per delinquentem in sua excusatione quid erit faciendum.*
23 *Vulnerato Titio nõ mortiferè superuenit febris & mortuus est an percussor tenebitur de uulnerato uel de occiso.*
24 *Vulneratus non mortiferè si moritur propter imperitiam medici: an percussor tenebitur de uulnerato uel occiso: & si de aliquo nulnere dubitem: an sit mortale: & sequatur mors quid præsumetur.*
25 *Vulnerato aliquo quis eliget medicum, qui contempletur uulnera.*
26 *Vulnerato Titio pluribus uulneribus: medicus iuramẽto dixit quod erat mortuus ex uulnere Seij. & sic Scius fuit condemnatus an Titius poterit per alios medicos probare oppositum.*
27 *Vulnerato Titio si postea moriatur: an præsumatur mortuus ex illo uulnere, an ex alia causa.*
28 *Contra inferentem maleficium eum malo animo feciſſe semper præsumi nisi contrarium probauerit. & quomodo probabit & nu. seq.*

MOdo restat. vt videamus de homicidiarijs: & quam debeant pati pœnam: & quibusdam quæstionibus ad hanc tractatũ pertinẽtibus. †& certè ille dicitur homicida & tenetur. lege Cornelia de sica. qui hominem occidit: de quibus dic plenè vt not. dominus Azo. in summa. e. tit. circa princ. & vt locum habeat lex Corne. de sicarijs necesse est dolum interuenire: nec in hoc casu lata culpa æquiparatur dolo: vt ff. eo. l. in lege & l. diuus. & lege: est quod infans & furiosus nõ punitur hac l. vt ff. e. l. infans
2 †Ita excusatur iudex à pœna le. Corne. Excusantur etiã executores ei parentes, ex eo quod ipsi carent dolo. Item est cum occido desertorem militiæ vel publicum latronẽ vt C. quando lic. vni. se vin. sine iu. l. j. & iij. Si ergo occidam ad defensionem corporis mei, vel mearum rerum, vel ad opinionem meam obseruandam: vel occidam eũ, qui mihi stuprum vel liberis meis volebat inferre, non teneor: vt ff. de iust. & iure l. vt vim. & C. vñ vi. l. j. ff. de s. l. §. idẽ diuus. de qua materia dixi etiã. s. de defensiõe à reis facienda. Item no. quod is occidere videtur, q causam mortis præbuit: vt ff. eo. titu. l. nihil. Item not. quòd si aliquis percussit aliquem in rixa, & occiderit: quamuis verò per
3 cussit: tamen si non habuit animum occidendi; alleuiãda est ei pœna. quia magis casu quam animo hominem occidit: vt ff. e. l. j. §. diuus. & C. eo. ti. l. is qui. Si autem habuit animum occidendi tenetur; vt dictis legib. constat.
3 †Et propterea si in rixa homo fuerit vulneratus à pluribus, & ob hoc perierit: quod actus vniuscuiusque istorũ contemplari oportet: vt iciamus quis intulit vulnus, vel vulnera mortalia: vel quis percussit cũ magno falcastro an paruo cutello vel bastone: vt illi magis puniantur quã
4 alij: vt eo. titu. l. fina. †Sed quæro aliquis commisit homicidium quam pœnã patietur ipse. Respondeo quòd al
b tiores debeant deportari humiliores verò subijci bestijs: vt ff. ad leg. Corne. de sic. l. iij. §. fin. Sed vnde hoc quod sic leuiter ll. prædictæ puniunt homicidas: sicut hic dicitur: & nos videmus famosos latrones falsarios monete, & adulteros occidi: vt ff. de pœ. l. capitalium. §. famosos. & §. crassatores. & C. de adul. l. quamuis. & de falsis mon. l. pe. Mar. de fano dicit, quod homicidia plerunque non sine causa fiunt; procedunt enim homicidia plerunque ex meritis occisorum: sed prædicti sine causa delinquũt: & ideo fortius puniuntur. arg. ad hoc ff. de ijs, qui sunt suiuel ali. iur. l. j. in fine ff. de pig. act. l. eleganter. §. vlti. vel dic & verius, q ille, q aliũ occidit: debet mori: vt. ff. e. l. iij. §. solẽt. & C. de epi. au. l. iij. ibi, homicida paricidaq q fecit, semp expectet: vt insti. de publi. iud. §. item l. cor. vt etiã ibi not. per Accur. in glo. ordi. probatur etiam optimè per aliam. legem. ff. de adulterijs l. si adulteriũ. §. imperatores. & ante ibi, vlti. suppli. & c. nam & in vete. testamẽto si quis occiderit hominem industria ab altari meo euelles eum, vt mo. iatur: vt in lib. Exodi, c. si quis & in lib. Leuitic, lxxj.
c vbi dicitur: si quis occiderit hominem morte moriat: si in iuria & si industria & si incidauerit : à qua pœna mortis excusatur, qui sine dolo hominẽ occidit: quod dic vt not. infra eodem titulo §. item pone questionem. Item excusantur: multi alij quod dic vt s. de defensione reorum.

Et ideo †bene est notandum, quod ante pœnæ imposi
5 tionem non est deneganda defensionis facultas, alicui: vt ff. de quæstionibus l. vnius. §. fina. ibi, quocunque tempore postulante reo defensionẽ denegari nõ oportet ad hoc est C. de iure fi. l. defensionis facultas. & C. de bo. vac. l. si ibi data copia reclamandi. quid plura? In sponte confesso defensio deneganda non est ad probandam innocentiam suam: vt ff. de quæst. l. j. §. si quis vltro. Nam probationes & defensiones possunt fieri vsque ad sentẽtiã: vt. C. de re
6 iudicata lege si quis ius. & de probatio. l. iudicio. Sed pone † quod aliquis mãdauit: & fieri fecit homicidium: nũquid ipse. punietur tanquam & sicut homicida dic allegando pro & contra plenè vt not. s. rub. de transactionibus. & pace. §. vltimo circa finem & solue etiã, quòd puniatur. & de hoc dic vt not. s. de pœn. §. Item not. & dicit
7 dominus Odofredus & c. Item pone † quod Titius & Sẽpronius commiserunt homicidium. aliqui alij fuerunt accusati, quod dederunt & præstiterunt auxilium & fauorem ipsis occisoribus: & de hoc per testes legitimos fuerunt conuicti. modo quæritur, quomodo isti dantes auxilium & fauorem debeant puniri? hæc quæstio fuit de facto missa Bononiæ consulenda consilio domi. Dyn. de mu. & domi. Bon. & cuidam alteri legum doctores. Super qua quæstionæ idem sapientes dixerunt, quod deberent puniri eadem pœna, qua deberent & debent homicidæ. iuxta illud, consentientes & facientes pari pœna puniantur. argu. ff. ad legem Aquiliam l. item Mela. §. is qui tenuit. & C. de episcopis & clericis. l. si quemquam. in fin. & qa in maleficijs volũtas spectat, nõ exitus: vt ff. e. ti. l. diuus; & ff. de fur. l. g ea mente. Ex alia parte videbatur pdictos auxiliatores tam late non debere puniri: quia cõstat eos minus deliquisse, quam ipsum homicidam. nam ille homicida pro omnibus punitur: vt ff. ad legẽ Iuliam de vi public. l. quoniam multa facinora. Item lex vult, quod quando in rixa factum est homicidium, quod ictus vniusq cuiusque debeat contemplari: vt appareat ex cuiusvulnere mors fuerit subsecura: quasi alij, qui contulerint vulnera non mortalia, non puniantur in tantum. Nam inter criminis reos & participes fraudis multum interesse constituerũt iura. ff. de pub. l. si multi. Nam de ope. non tenetur quis, nisi crimine consummato. l. sæpe. in fine ff. de verborum significatione. quod in tantum non punitur, facit extra de homici, c. sicut dignum. Deinde post multas allegationes & altercationes fuerunt dicti doctores & sapiẽtes in concordia: vt dicti auxiliantes puniantur, media pœna, qua dicti homicidæ debeant puniri vel ex forma iuris communis, vel forma statuti & hoc dixerunt in dicta quæstione, & qualibet alia simili obseruari debere argumento l. ff. de furt. l. is qui opem. quæ lex dicit, quod il
le qui dat opem furto manifesto: non tenetur pœna quadrupli, sicut fur: sed tenetur pœna dupli, quasi fur nõ manifestus. sic etiam dixerunt in casu nostræ quæstionis, qui dat opem homicidæ non debet puniri sicut homicida & facit ad hanc solutionem extrà de homici. vo. vel casu capitu. sicut dignum, præterea inter reos, id est inter eos, qui soli delictum commiserunt, & participes fraudis. id est eos, qui in alijs deliquerunt multum interesse iura cõstituerunt: vt ff. de public. l. si multi. Item de ope. quis nõ tenetur nisi crimine consummato: vr ff. de iniurijs. l. apud Labeonem. §. si curauerit. & ff. de fur. l. si qs vxori. §. nec ver. & §. si quis de manu & de pœn. l. cogitati. quod quisque iuris. l. j. in fine per quæ iura ostenditur differentia inter facientem & opem dantem. sicut etiam de ista materia no. j. eod. ti. §. sed pone, quod ego & c. verum dixerunt doctores. s. dicti bene esse not. quod si isti, qui opem dederunt homicide præstiterũt & dederũt causam mortis
c seu cau

seu causam dicti homicidij quòd eo casu & ipsi auxilian
tes tanquam homicidæ tenentur & debent puniri: vt ff.
8 eod. l. nihil interest. †Item pone quæstionem nouiter sic motam. Ecce Titius commisit homicidium, quo peccato cœpit aufugere, quem multitudo hominum sequebatur: aliqui de dictis hominibus se obuiam fecerunt, & præstiterunt auxilium, consilium, & fauorem dicto homicidæ ne caperetur, ac eum vt euaderet sociauerunt. modo quæritur, qualiter isti auxiliantes teneãtur & puniantur? ad quod dic, quod prædicti tenentur. de fauore & ope præstito ad ipsum homicidium: licet iam foret commissum. Nam omnes illi actus sunt de ope & fauore, & ad opem pertinent. Nam ex qualitate facti præcedentis & sequentis arguitur dolus. vt C. de rescindenda venditio. l. dolus iuxta dictum Senecæ. Nil prodest quo animo feceris, si quod feciſti, vitiosum est. facta enim cernuntur: animus autem non videtur. ad hoc facit. C. de episcopis & clericis l. raptores. ibi, vbi dicit : & qui auxilium præbuerit tempore inuasionis. & ibi, adhuc flagrante crimine &c. & C. de raptu. virg. l. vni in prin. Item videtur hoc expressum. ff. ad silla. l. si quis in graui. §. si quisquam eorum. Et sic est dicendum, quòd prædicti teneantur de cõsilio ope, & fauore homicidij: & quòd puniantur arbitrio iudicis: cùm non sit certa pœna determinata vel dic media pœna homicidij: vt s. proxima quæstione notaui. &
9 hanc quæstionem vidi de facto Florentiæ. †Pone etiã aliam quæstionem de facto. Titius mandauit Seio: vt hominem deberet interficere. Iste secutus mandatum Titij, hominem interfecit: qui postea captus fuit, & tanquam homicida decapitatus secundum formam iuris vel statuti. modo eo Seio punito potestas ciuitatis volebat procedere contra dictum Titium mandantẽ. & eum punire: est in quæstione an posit. & primo videtur quòd non argumento. l. ff. vi bonorum raptorum l. j. §. quoties. ibi, dũ dicit. & alterius nomine & cl. ij. ff. de vi & vi armata: Nam ibi per pœnam vni impositã alius liberatur. Præterea ex delicto eiusdem hominis non debet sæpius queri: vt l. licet. ff. nau. caupones stabularij. Nam ex mãdato quod fecit, non puniretur nisi constaret Seium maleficium commisisse mandato eius. Nam nemo videtur animum nocendi habere, nisi factum fuerit subsequutum. de verbo. sig. l. sæpe. & argumento. C. de rerum permu. l. ex placito. Nã si delictum sibi mandatum commisisset Seius, Seij factũ robur dat, vt Titius teneatur ex mandato. ergo si de facto & homicidio quod fecit Seius, ex processu quem fecit potestas contra Titium vellet inquirere, non posset. vnde quia de illo quærere non potest preallegatam. l. sed §. penulti. igitur non puniet istum Titium, præterea vbicunque plures sunt culpabiles eiusdem delicti: & appareat ex cuius ictu perierit occisus: ille solus punietur, & ceteri liberantur: vt C. de vi pub. l. quoniam. & melius ff. ad legem Aquiliam l. item Mela §. si plures. & ff. de sicar. l. si in rixa. vnde cùm apparet de facto Seij illum hominẽ occisum fuisse. & plus iam eum ex dicto homicidio fore punitum: constat istum Titium debere liberari, & nõ puniri. E contra videtur ita quòd sit obligetur mãdans sicut mandatarius: quia vterque puniendus est: vt C. de accu. l. non ideo. & l. seruos. §. j. C. de vi pub. l. quoniam pœna. ff. ad tur. l. j. §. fina. & expresse. ff. ad Sil. l. si percussor. est ex presso. ff. de iniur. l. nõ solum. §. proculus. & §. si mandato. præterea patet ff. de iure fisci. l. ij. §. diuus. & l. non tantum. præterea quotiescunque eadem pœna debetur à pluribus: vnus si soluerit pœnam: alias nõ liberat. Nam alter alterum in pœnis non liberat: vt ff. de iurisdictio. omniũ iudicum l. adeo. & ff. ad legem Aquiliam l. item Mela. §. si plures. So. & hæc ipsa veritas est quòd ille Titius mandans puniatur tanquam homicida. Nam licet appareat de dolo occidentis: non tamen apparet de dolo mandantis: & ideo iste mandans punitur: cùm lex Cornelia puniat dolum tantum, & non culpã: vt ff. eodem titu. j. cùm quidam §. lege. l. lex Corn. & C. eodem titul. l. j. quando autem non apparet ex cuius ictu perierit omnes præ-
sumuntur in dolo, & ideo omnes punientur, ergo cũ apparet ambos esse in dolo, ambo sunt puniendi: & quod simili pœna puniantur mandans & mandatarius: videtur expressum ff. de iure fisci. l. ij. §. diuus Pius. non obst. & d. l. licet. quoniam non est adhuc quæsitum de dolo mãdantis, & ita soluit domi. Dyn. non obstat d. §. quoties. vbi dicitur, quòd per solutionem vnius alter liberatur: quia ibi agitur ad interesse, & ideo non est mirum: cùm interesse esse desinat per præstationem vnius. Item non obstat l. quoniam multa. quia illud est verum: quando omnes attendebant ad votum vnius: & licet appareat de voto facientis homicidium, non tamen apparet de dolo aliorum, & si appareat de culpa: quia fortè fuerunt in rixa: & ideo illi non puniuntur leg. Cornel. cùm lex Corne. puniat tantum dolum, & non culpam: vt in l. lege Cornel. §. cũ quidam. ad legem Corneliam de sicar. & C. de sicar. l. j. Si autem non appareat cuius ictu perierit: præsumũtur omnes in dolo, & ideo omnes puniuntur: vt ibi. Sic ergo cùm appareat istum mandantem esse in dolo, & parentem similiter, vel exequentem esse in dolo: similiter ambo puniendi sunt. Præterea lex apertè facit, & quodammodo videtur esse casus expressus in l. & si certus sit percussor. ff. ad Sillania. l. item Mela. §. si plures. ff. ad legẽ Aqui. & de sicar. l. si in rixa. respondetur, quòd ibi erant diuersa facta & distincta, sed hic vnum: quia occidere & mandare pa-
10 ria sunt quantum ad finem & effectum. †Sed pone actum esse ad interesse contra mandantem. dic quod non. ff. vi bono. raptorum. l. ij. §. quoties. & de eo per quem factum erit. l. j. §. si plures. Sed si actum est ad pœnam, non liberatur mandans: vt suprà dictum est. Sed pone, quod dictus Seius extitit absolutus à maleficio, de quo inculpabatur: quid erit de mandante? Respondeo distingue: quia aut est absolutus: quia nõ reperiatur illud maleficium fore commissum: & tunc victoria vnius parit libertatem alterius. ff. de appellationibus. l. si quis separatim. §. quod est rescriptum. Aut est absolutus: quia non est repertus culpabilis. & tunc not. ff. de iureiuran. l. duobus. §. à fideiuſ. & §. si ei. & quia res inter alios acta &c. vt C. res inter alios acta. & ff. de re iudci. l. sæpæ. & de exceptionib. l. Modesti
11 nus. Dyn. †Sed pone, quod ego dedi tibi pecuniam, vt aliquem occideres, & homicidium nõ est secutum: nunquid ex hoc puniar: expressum est, quod ego non puniar. ex hoc. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si sciuerit. & de verbo. significatione l. sæpe. ad finem vbi dicitur, qd nemo videtur habuisse animum occidendi, ex quo factũ non fuerit subsequutum. ff. de furtis. l. si quis vxori. §. neque verbo. & §. si quis de manu. ff. de pœn. l. cogitationis. & ff. quod quisque iur. l. j. Sed argumento est contra, qd ego puniar. ff. de calum. l. generaliter j. respondeo eum pari pœna puniantur tam mandans quam suscipiens mandatum: vt ff. de iu. fi. l. ij. §. diuus. & ad hoc facit ff. de fur. l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de extraordina. crimi. l. j. C. de episco. & cleri. l. si quis non dicam. C. si quacun. præ. potest l. j. & de ijs, qui ad eccles. confugerunt l. præsenti. faciunt quæ not. s. de transact. & pace. §. finali. Solutio dic quòd refert an aliquis intendat delinquere per aliũ: quo casu non punitur, si maleficium non fuerit sequutum per iura primo allegat. an intendat delinquere per seipsum: quia si procedatur ad actum: punitur adhibita distinctione posita. s. de pœnis. circa principiũ. & ita intellige leges pro hac parte allega. tamen nõ putarem delinquere iudicem, sed bene: agere si in casu proposito vel simili puniret extra ordinem crimine stellionatus nam vbicunque dolus ineſt, nec pœna est determina: extraordinaria imponitur: vt ibidem dicit Tho. & vt no. s. de pœn. in illa distinctione, cogitat quis & agit & perficit. vel dic secundũ d. Dy. ga aut delictũ est maximũ: vt homicidium. & tunc puniar ego homicida: vt l. iij. ff. de extraor. crimi. & per iura p hac parte alle. aut non est maximum. & tũc non, per
12 alia iura † Põe questionẽ quã ego multoties vidi de facto contingere: plures hoies interfecerunt alium sic, q quilibet illorũ hoinũ vulnerauit: tñ nesciẽ ex cuius vulnere ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo sit mortuus: quia potest ille homo non habere nisi vnum vulnus mortale: modo quæritur nũquid illi hoies
d teneantur[d] lege Cor. de sica. in amissione capitis ad mortem: vt ff. eo. l. iij. §. fin. & l. pe. inst. de pub. iud. §. item l. cor
ne. certè fore omnes doct. dicunt simpliciter quòd sic. s. q
13 omnes de occiso teneantur: vt ff. ad leg. Aquil. l. i tavulne
ratus. ibi, idque est consequens &c. & l. item Mela. §. plu
res. & ff. de admini. tuto. l. si plures. ibi, cum singulorum
contumacia &c. Nam in dubijs non debemus recedere à
verbis ædicti: vt ff. de exerci. l. j. §. sed & is qui nauem. &
ff. de legat. iij. non aliter. & ff. qui & à qui. ma. li. non fi. l., p
spexit. & l. si priuatus & ita not. Ac. ff. eodem l. fina. in gl.
ordi. dicens, quòd si non appareat cuius ictu quis perie
rit, quòd omnes tenentur. Sed do. Albe. Papien. dicebat
& dicunt Moder. doc. quod isti non danãtur ad mortem.
& hoc dicunt talibus rationibus. quia in maleficijs debẽt
esse probationes luce clariores vt C. de probat. l. vlti. nec
debemus vti mendicatis suffragijs: vt C. de accu. l. singu
lari. At iste non potest probare cuius ictu sit mortuus. er
go in dubio non damnabuntur: vt C. de pœnis l. qui sen
tentiam. ne vltra progrediatur pœna, quam reperiatur de
lictum: vt C. de pœ. l. sancimus & his rationibus, in spe
cis dicit lex. quod ictus vniuscuiusque cõtemplari opor
tet: vt ff. ad leg. Corne. de sica. l. fina. vt quilibet secundum
suum ictũ puniatur. Quid enim si vnus percusit de fal
castro alius cum paruo cutello, & non appareat quis eo
rum percusserit: nec cuius, ictu perierit: non in tantum pu
nietur, qui modicum percussisset, quam qui intulisset vul
nus mortale: certè sic. ideo durum & iniquum esset, quòd
omnes damnarentur ad mortem in tali dubio. Nam im
possibile est omnes insimul occidisse. cùm ergo si deficiat
vera probatio: scilicet quis eorũ occiderit, neuter de oc
iso ad mortem debet damnari: vt ff. de test. tu. l. duo sunt
Titij. & ff. ad leg. Aquil. scientiam. §. cum sua mente. nec
obstat quod vbi non constat cuius ictu quis petierit, q^d
omnes tenentur: quia quilibet præsumitur occidisse: vt
not. in d. glo. ordi. quòd quilibet debet mori quia respon
deo, non est verum; quia nemo ex præsumptione debet
damnari, & maximè in criminalibus: vt ff. de pœ. l. absen
rem. nisi hoc contigat in duobus casibus: vt C. de adul. l. si
adul. & in authenti. vt licet ma. & auiæ. §. penul. Nam cũ
non appareat cuius ictu perierit: pœna est potius ei minu
enda quam asperanda: vt ff. de pœnis l. interpretatione q
gl. dicit, quòd omnes tenentur. subaudi secundum quod
videbitur iudici: non tamen debet mori. Item non obstat
l. item Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. quia locũ ha
bent quando ciuiliter agitur ex lege Aquil. damno dato
ex seruo occiso: vbi ex præsumptione habita contra eos
quilibet insolidum & damnum emendandum damnabi
tur. sed aliter vbi criminaliter agitur, vt supradictum est
e quia nihil commune habent criminalia iudicia cum ciui
libus: vt ff. de pub. iu. l. j. in princi. & institu. eod. in princ.
Et his itaque rationibus constat prædictos ad mortẽ non
debere damnari. verum quia constat eos deliquisse: &
quia maleficia non debent remanere impunita: vt ff. ad
legem. Aquiliam, lege ita vulneratus. & quia ma
gna ratio &c. vt. ff. de fideiussori. l. si à reo. debent prædi
cti puniri & damnari aliter arbitrio iudicis: vt ſ. de facto
fuit hæc quæstio Parmæ, vbi potestas aliquem condem
nauit in mille lib. Imper. consilio sapientis. Item hæc om
nia intelligas vera esse, quum non constat istos percus
sores habuisse animum occidendi: quia pone hæc vulne
ra facta fuisse in rixa. Nam si constaret eos tractasse, & p
cussisse, & occidendi animum habuisse: tunc ex volunta
te quam habuissent: & ex facto postea subsequuto: dicũt
sapientes omnes ad mortem condemnandos: vt C. ad le.
Corn. de sica. l. is qui cum telo. & ff. e. l. j. §. diuus. &. ff. de
fur. l. qui iniur. in prin. Sed nonne probatur eos habuisse
15 animum interficiendi eoipso, q interfecerunt: respondeo
illud verum est, quando constat à quo mortuus fuisset,
vel cuius ictu: vel si mortuus est ab vno solo tantum: se
cundum quod dicitur. C. eodem l. j. sed in queſ. prædicta
non constabant ista. vnde propter incertudinem non pro
bantur omnes habuisse animum occidendi: sed præsumi
tur: & ex præsumptione regulariter non damnatur quis
vtſ. notatum est. Et circa materiam & dilucidationem p̃
sentis. q. notandum secundum do. Dy. †quod vbicunque
incertum est delictum. s. quòd delictum sit commissum:
habet locum regulariter canonica & ciuilis regula. quia
sanctius est &c. ff. de pœ. l. absente. Item vbi certum est de
lictum, sed si delicti qualitas est incerta: tunc sequuntur
quod est minimũ. ff. de pœnis. l. si præses. & de suspec. tu.
l. hoc enim versi. quid igitur. sed vbi certum est delictum,
& certa est delicti qualitas, & certus non est animus de
linquentis: tunc non præsumimus minimum. i. quòd non
fuerit animus. quia facti atrocitas amouet interpretatio
nem animi. C. de sica. l. j. & de iniur. l. si non conuitij: & no
ta ff. de iniur. l. illud. Item vbi certum est delictum, & cer
te est delicti qualitas: sed ignoratur per quem cõmissum
sit: tunc certum est neminem puniri, si nullus est in crimi
ne deprehensus: vt d. l. absente. Sed si plures deprehẽsi di
cantur in actu delinquendi: si ignoratur per quem eorum
puta quia vna sola percussio: tunc dic omnes puniendos
l. item Mela. §. si plures. ff. ad l. Aquil. & no. C. ad leg. Iul.
de vi pub. l. quoniam ff. ad l. Cor. de sic. l. fi. & ideo illa est
ratio quia omnes deprehenduntur in culpa. quia omnes
fuerunt animo delinquendi. Item quia ratio publica sua
det maleficia puniri ff. de pub. l. licitatio. §. quod illicitè. &
de fideiuſ. l. si à reo. §. quod vulgo, &. l. item vulneratus. ad
leg. Aquil. & quia illi priuatam defensionem prætendun
tur: & ideo publica est præferenda. ff. pro socio l. actione
§. Labeo. & in auth. de non ali. aut per. rer. eccleſiarum. §.
quia verò. & erit condemnatio insolidum facienda. l. si qs
id. ff. de iurisdictio. omnium iudicum §. fina. l. adeo. & l. v
nica. C. de condi. furt. & not. quòd ex pluralitate persona
rum delinquentium augetur pœna. ff. de iniur. l. si plures.
in princip. Sed ex pluralitate personarum in quarum re
delinquitur pœna delicti non augetur: vt d. l. si plures. ar
fur. cæſ. de homicidio autem commisso dic vt supra.
14 †Quæstio talis est & sæpe de facto cõtingit. Commu
ne seu vniuersitas cuiusdam ciuitatis, castri, vel villæ, seu
curiæ commisit homicidium seu delictum: pro quo si ali
qua singularis persona illud cõmisisset, deberet personali
ter cõdemnari: vel ædem, villam, vel castrum combusit:
ex quibus quis singularis corporaliter coerceretur: vt ff.
ad leg. Corne. de sica. l. iij. §. lege Cornelia & ff. de incend.
rui. nau. l. qui ædes. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. nonnũ
quam. & §. qui ob inimicitias. modo quæritur, an omnes
de vniuersitate habeant necesse personaliter comparere,
an per responsalem. Item quæritur, an omnes de vniuersi
tate sint puniendi[e], siue quæ pœna sit imponenda: Et an
e te omnia est videndum: an vniuersitas posit delinquere.
& dic quòd sic. Nam vniuersitas & dolum & delictum
ex animo proueniens potest committere: vt ff. de eo q^d
metus causa l. metum §. animaduertendum, & ff. de dolo.
l. si ex dolo. & videtur tunc vniuersitas delinquere: cum
omnes delinquunt vt vniuersi. vt si ad sonum tubæ vel
campanæ vel si fiat ad hoc cõsilium: vt ff. ad municipales.
l. municipes. vel sequendo vexilla vel eorum rectorem.
Nam tunc videntur delinquere vt vniuersit. & tenetur
vniuersitas. Item vniuersitas & quodlibet collegium
potest possidere & vsucapere: vt ff. ad exhi. l. tigni. §. item
municipes. & ff. de acquiren. pos. l. ij. & vsucapio proce
dit de solo animo: vt C. de præscriptio. xxx. vel xl. anno
rum lege malè. ff. de acquirenda rerum dominium. l. acq
ritur. ff. de vsuris. l. si fine. Item & bonorum possessionem
petere potest: vt ff. de libert. vniuersi. l. vna. Expeditũ est
ergo, quòd vniuersitas potest & potuit maleficium com
mittere; & ex maleficio, quod commisit tenetur. Sed
15 quæro qualiter punietur vniuersitas ciuitatis, castri, vel
villæ tale maleficium committentes. & certè ciues siue
municipes videtur non puniendi, sed excussandi:
quia iussu magistratus & suæ ciuitatis, villæ vel castri vo
lũtate id fecerũt & est p eis. ff. de aqua plu. arc. l. q̃ q̃. & ff.
de regu.

de regul. iuris. l. non videtur. §. qui iussit. & hac ratio
ne motus Federicus Imperator dicitur peperciſſe am
basiatoribus Lombardiæ, qui missi erant contra eum
in Alemania pro discordia concitanda inter eum & si
lium eius Henricum: quia iuerant præcepto suorum po
testatum & ciui. Item & alia ratione videntur nõ punien
di: quia quod ciuitas debet, singuli non debent: vt ff. q^d
cuiusq; vniuer. l. sicut. §. si quid. ergo ciues non debent pu
niri ex eo q^d ciuitas delinquit, delictum enim ab vniuer
sitate commissum non videtur a singulis perpetratum. ar
gu. ff. de quæstio. l. j. §. seruum municipium. & ff. de acqui.
rer. domi. l. statuam. & præalleg. l. sicut. §. si quid. Econtra
videtur, quòd singulariter sint puniendi: quia ciuitas siue
municipium nihil aliud est quam ipsi ciues, qui delique
runt, & quòd ciues siue municip. sint puniendi, sic potest
inconuincibiliter argui: quia aut præmeditate omnes ho
micidium commiserunt, vel domum cõbusserunt, & tũc
indistinctè sunt omnes decapitandi, nec tunc ictus alicu
ius contemplatur. Nam etiam qui nullum dederunt ictũ
decapitandi sunt: vt ff. eo. l. j. in prin. ibi, cum cultello am
bulauit. & C. e. l. is qui cum telo. & expressus ff. de pœn.
l. aut facta. §. euentus. & ff. de sicar. l. diuus. aut non præme
ditate, sed ad rumorem seu rixam, & tunc ictus cuiusq;
debet contemplari, & si appareat cuius ictu perierit, ille
solus decapitabitur: alij autem aliter punientur. ar. ff. eo. l.
fi. si autem non appareat cuius ictu, tunc omnes tenẽtur:
vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. sed & si seruum plures.
nec dicat aliquis si decapitentur, sic punirentur singuli, q
esse non debet: quia vt suprà dixi, nihil aliud est ciuitas
aut municipium, quàm ipsi ciues aut municipes. Item vi
dimus q^d condemnata vniuersitate si nil est in commu
ni: coguntur singuli ad collectionem vt iudicato satisfiat:
vt ff. q cuiusq; vni. no. l. j. §. quilibet. sicut & ibi not. & in
proposito cùm capitalis debet esse sententia, cogunt cõ
ferre capita singuli. Nec mirum si arguo de ciuilibus ad
criminales quæstiones. Nam ad hoc lex facit ff. de custo.
& exhi. reo. l. ij. Sol. videtur probabiliter posse dici, q^d pu
niantur ipsi administratores: vt C. vnde vi. l. meminerint.
in fi. & ff. de dol. l. si ex dolo. in prin. &. §. j. vel potest dici,
q^d sibi erat aliquis, qui cupiebat offendere, & fuerit ini
tiator & autor, q^d ille puniatur corporaliter, licet alij pe
cuniariter puniantur C. ad leg. Iul. de vi publ. l. quoniam.
iustum enim est eum teneri, qui fuerit princeps & autor
delicti: vt dicit l. quoniam. & ff. q vi aut clam. l. si ego tibi.
& ff. de seruo corrup. l. in hoc iudicio. & sic inspicitur ani
mus illius delinquentis, vel fortè contemplabitur cuius
ictu &c. vt d. l. fi. de sicar. vt ille cuius ictu perierit tantum
decapitetur: cæteri autem aliter puniantur. Si autem non
appareat cuius ictu perierit: videtur q omnes teneantur,
sed in dubio non debent omnes municipes decapitari. &
hoc arguo pluribus rationibus. Prima: quia propter deli
ctum ab vniuersitate commissum, non debent singuli co
erceri. argu. d. l. sicut. §. si quid. Secunda: quia iussus magi
stratus & cõmunis habuit aliquam accusationem & mi
tigationem inducere: vt ff. de aqua pluuia. arcẽ. l. quanq̃.
Tertia ratio: quia quãq̃ id q^d sit per illos quibus respubl.
gubernari cõmissa est, fingatur per iura sciri, & fieri per
omnes de ciuitate vel municipio: vt ff. ad municip. l. mu
niceps. & ff. de re iudic. l. aliud. §. refert. & C. de aduoc. di
uer. in l. referen. tamen in rei veritate non omnes ordinãt,
nec omnes sciunt, nec omnes sunt culpabiles, esset igitur
iniquum, si quis diceret omnes decapitãdos, quòd sic im
poneretur pœna insontibus, quod esse non debet: quia ne
mo ignorans &c. vt ff. de actio. & oblig. l, ex maleficijs. §.
j. & C. de his qui latro. l. j. in fin. non enim debet deperire
iustus, quod aggrauetur iniustus: vt ff. de liber. lega. l. si is
qui. Nec mirum si omnes de vniuersitate non decapitenẽ
quia quælibet vniuersitas, tam ciuitatis quàm municipij
respublica appellatur: vt ff. de furt. l. sed & si imaginem. §.
j. & ff. de pub. & vecti. l. sed & ij. §. j. & respu. minori equi
parari solet & iure minoris vti: vt ff. ex quib. cau. maio. l.
respublica. & C. de iure reipub. l. rempub. libr. x. & mino
ribus succurri solet etiam in delictis, scilicet vt minor im
ponatur pœna quatenus miseratio ætatis &c. vt ff. de mi
no. l. auxilium. §. in delictis. & ff. ad Sil Ial. j. §. si impubes.
ibi, propter ætatis miserationem parcitur in pœna capi
tis, & alia leuior imponitur: sic & in proposito vniuersita
tis parcitur in pœna capitis, & alia leuior imponitur.
16 †Sed quæro quæ pœna imponitur: respondeo, arbitrio
iudicantis, vbi certa pœna non est determinata: vt de pœ
nis. l. hodie. & l. sanctio. & ff. de effra. l. iij. §. quibus. & for
tè nulla imponetur: quia iudex relegabit eos ad certum
tempus secundùm opi. d. Mart. de Fano. per l. de pœnis. l.
absentem. in fi. vel melius secundùm do. Guil. & Vber. de
Bob. dic, quòd ciuitas seu castrum destruetur aratro, sicut
facta fuit Chartago & Troia: vt ff. quib. mod. vsusfruct.
amit. l. si vsusfruct. ciuitati. nam in prin. diruptis omnibus
ædificijs ducetur aratrum circumquaq;, & aratro sic du
cto desinit esse ciuitas, & per hunc modum dicitur ciui
tas siue castrum decapitari sine morte: vt est expressum in
d. l. si vsusfructu ciuitati. ibi quasi mortis &c. Nam in con
structione ciuitatis necessarium est aratrum: vt ff. de ver
bo. sign. l. pupillus. §. verbis. sic & in destructione: quia nil
est tam naturale &c. vt dicit regula, in l. nihil. Nam & col
legium ex causa dissoluitur & destruitur: vt ff. de col. illi.
l. collegia. Item miles exautoratur ex causa: vt ff. de his
17 qui notan. infa. l. ij. §. est enim honestas. †Sed nunquid
in hac causa capitali poterit interuenire procurator ad
defensionem vniuersitatis? videtur quòd non: quia quẽ
admodum pro priuato non interuenit: vt ff. de procura. l.
seruum quoq;. §. publicè. de publ. iud. l. accusatorem. §. ad
crimen. ita & in causa capitali vniuersitatis, non poterit
interuenire procurator, actor, vel syndicus: cùm in omni
bus corpus vniuersitatis vnius personæ representet vicẽ:
vt ff. de fide. l. mortuo. & probabilis & iuri conformis est
argumẽtatio, sic est in defensoribus priuatorum, ergo idẽ
in defensoribus ciuitatis, vel castri debet censeri: vt ff. q^d
cuiusq; vniuer. nomi. l. j. ad fi. ibi, sicut in defensoribus pri
uatorum. Præterea si minor defertur ex crimine capitali
oportet eum personaliter adesse cum autoritate tutoris,
vel curatoris, ita quòd necesse est eũ personaliter adesse:
vt C. qui accu. non poss. l. ij. secundum verum intellectũ,
& intelligitur C. de autoritate prælato. l. clarum. Idem di
cam in ciuitate vel castro, & est bona arg. cùm respubli
ca & minor æquiparentur: vt C. de iure reipubl. l. rempu
blicam. & ff. de furt. l. sed & si imaginem. §. j. Econtra vi
detur, quòd possit defendi per syndicum vel actorẽ, qui
representet vicem vniuersitatis: vt C. de contra. iu. l. vna.
§. prouincias. videtur quippe personaliter omnes munici
pes respondere: cum respõdeant ij, quibus respublica est
commissa: vt ff. ad muni. l. municipes. vniuersis enim red
ditur, quod pro voto primatibus indulgetur: vt C. de ad
uo. diuer. iudi. l. restituendæ. ij. resp. & ff. q cuiusq; vniuer.
nomi. l. item eorum. §. si decuriones. Sol. dic, quòd poterit
defendi per actorem vel syndicum, per l. C. de re milit. l.
vltima. §. vt autem. & §. ita. ibi, si vniuersitas &c. arguitur
hanc solutionem veram esse, & alia inconuincibili ra
tione: quia circa crimina potius inspiciatur qualitas im
positionis pœnæ, quàm natura & origo criminis: vt ff.
de pœnis. l. quod ad statum. & ff. de bonis libertorum. l.
qui cùm maior. §. fina. & l. sequenti. & specialiter hæc con
sideratur: cùm quæritur, an quis in crimine possit defen
di per alium: vt ff. de public. iudicijs. l. penultima. §. ad cri
men. in gloss. ordinaria; vnde in proposito casu cùm non
habeant singuli de vniuersitate pœnam capitis sustine
re vt supradictum est: igitur singuli de vniuersitate non
tenentur personaliter adesse, & sic accusata vniuersitas
18 poterit per syndicum vel actorem se defendere. †Sed
pone, quòd aliquis fuit interfectus: cuius occasione ma
gnus tumultus ortus est in terra illa, qui non potest aliter
se dari, nisi innocens condemnetur, vel nocens absolua
tur: quæritur quid sit faciendum? videtur quòd possit fie
ri condemnatio vel absolutio, licet non sit de iure. l. pe
nultima. ff. de sicariis. dic contrarium: vt ff. eodem l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

decurio.& dic q̃ pœna est citius imponenda vel differenda propter tumultum & scandalum, & ita intelligo illam
19 l.per d.Dy. †Item pone quæstionem sæpe contingentem de facto esse. Quidam commisit homicidium, nõ cũ dolo,sed sua culpa vel negligẽtia, & eo modo possumus dicere de crimine falsi vel alio:quæritur an sit puniendus & quo iure,& qua pœna:& videtur q̃ delicta nõ ex animo & non dolosè commissa,nec dicantur delicta, nec veniant punienda:vt est videre in furto.ff.de fur.l.j.& ff.de verb.signi.l.sæpe.in fi.ibi,nisi consilium malignum &c.ff. de acquirẽ.hære.l.qui seruum.§.pe.ibi,quem non callido animo. Item leg.Cor.de sica.etiam lata culpa non equipa ratur dolo:vt & C.e.tit.l.j.ibi,vbi voluntas nocendi &c. vnde in maleficijs ipsa culpa non equipollet dolo: vt ff.e. l.in lege Cor. Item falsum non committitur sine dolo : vt C.de fal.l.nec exemplum.idem in adulterio vt non committatur sine dolo:vt ff.de adul.l.pe. Item in stupro: vt C. e.l.eum qui.& facit ff.de adul.l.hęc verba.& l.is cuius.in princ.& §.miles.& §.mulier. Item in receptatore: vt ff.de incen.rui.naufra.l.quo naufragium.§.tamen.& propterea scriptum est,voluntas & propositum distinguunt maleficia:vt ff.de fur.l.qui iniurię.j.resp.maleficium enim ex affectu committentium estimamus : & intuemur animũ potius quàm euentum:vt d.l.qui iniuriæ.& e.tit.de fur.l. verum.& ff.de iniur.l.iij.j.resp.& ff.e.l.in lege Corne. de sica.ibi,pro facto &c.& C.e.l.is qui cum telo.& ff.eod.l. diuus.& l.diuus Adria.ibi,voluntas non exitus &c.delictum enim non studiosè commissum : vocabulo & effectu criminis caret:vt C.si aduer.delict.l.j. Nam ignorans non intelligitur delinquere.ff.de actio.& oblig.l.ex maleficijs. Item veniam ætati dedimus: quia non malignitate,sed simplicitate peccauit:vt extrà de transact.c.iij.ad fi. Item affectio tua nomẽ imponit operi tuo, & ideo minus peccauit Pharaon:quia legis diuinæ notitiã non habuit: vt de immu.eccle.c.non minus.& multum bene facit ad hanc materiam extrà de cleri.coniug.c.apostolicæ. Et
20 †not.quòd semper præsumitur abesse dolus, nisi probetur adesse.ff.de probat.l.quoties.§.qui dolo.& l.cum ita. §.species.de leg.ij.Sed quomodo probatur dolus adesse, dic ex coniecturis.exempli causa, quando litis contestatione vel datione libelli, vel post denũciationem factam quis desinat possidere:quia tunc præsumitur dolus.C.de rei ven.l.si fundum.& not.ff.quib.cau.in poss.eatur.l.Fulcinius.§.quid sit latitare.& l.ij.facit etiam quod dolus ex perspicuis insidijs probatur, & hoc verum in contractibus,sed in delictis sic:vt j.e.tit.§.item videtur quod ignorantia.Dy.Sol.Delictum ex animo & studiosè commissum punitur ordinaria pœna, si pro illo delicto certa pœna non sit ibi determinata:tunc imponitur pœna consue-
f ta[f].Si autem delictum non ex animo, sed negligentia vel culpa commissum est:impunitum esse non debet tale maleficium, sed mitius puniri debet. Nam qui hominem nõ ex animo occidit,remissa homicidij pœna aliàs minus punitur pro motu iudicis, & pro modo & qualitate ipsius culpæ:vt not.Accur.in gl.ordi.ff.e.tit.in lege Corne. ibi, dolus pro facto.& C.eo.ti.l.j.& expressius probatur hoc ff.eo.tit.l.j.§.sed si clam.& l.iij.§.alio sena.& ff.de pœn.l. si quis aliquid.§.abortionis. Item qui ædes ex animo cõbusserunt personaliter puniuntur.Sed qui negligẽtia vel culpa mitius coercẽtur:vt ff.de incen.rui.nau.l.qui ędes. & ff.de termi.mo.l.ij.ad fi.aliter enim dolo commissa maleficia aliter culpa seu negligentia puniuntur:vt ff.de admi.rer.ad ciui.perti.l.Impera.§.rescripserunt.& in talibus erit motus iudicis in pœna imponenda pro modo negligentiæ siue culpæ:vt ff.de custo.& exhibi.re.l.milites.ad hoc dic vt j.eo.tit.versic.q.etiam l.in fi.Quid plura.adhuc est casus magis expressus quòd dicta ex animo non prouenientia sunt punienda:vt ff.de leg.l.græca.ibi, coercio voluntariorum & non voluntariorum : vnde ait Sene.in suis generalibus. Nil prodest quo animo feceris, si quod fecisti,vitiosum est,facta enim cernuntur,animus nõ videtur.Præterea desidia seu negligentia cuiusq̃ punien-
g da[g] est: vt C.de offic.co.sac.lar.l.vna.C.de offic.præfect. præto.l.iij.ff.de adminis.t.rer.ad ciui.perti.l. magistratus. & dicta l.milites. quid plura[r] damnum dare maleficium est:vt insti.de oblig.quæ ex quasi malef.nasc.in princ. & tamen damnum datum leuissima culpa venit in actione legis Aquiliæ:vt ff.ad legem Aquil.in l.si putator. Sed
21 † quid dicemus nos de maleficio commisso casu[r] dic qd' nullo modo punitur:vt de pœn.l.respiciendum.ad fi.verbi gratia,quando venando committitur,vel etiam nõ punitur quando impetu committitur, propter furorem vel ebrietatem:vt ff.ad leg.Pompe.de parri.l.pe.& de officio præt.l.diuus.& d.l.respiciendum.§.fi.vel distingue secundùm Ber.& ius cano.q̃ si aliquis commisit homicidium casu.Aut dabat operam rei licite,aut non.Primo casu. Si adhibuit diligentiam quam potuit,& occidit,in nullo punitur:vt extrà de homic.c.ex literis.c.significasti.& c.dilectus.Si tamen scandalum graue esset, vel tanta laboraret infamia,q̃ purgatio esset indulgentia, tunc purgatio indulgetur : vt d.c.ex literis.Si verò non adhibuit diligentiam quam debuit,imputatur ei ob negligẽtiam,quę culpæ adnumeratur in hoc : quia non promouetur ad ordines,nec vtetur ordine iam suscepto: vt eo.tit.c.ad audientiam.Si verò dabat operam rei illicitæ, siue adhibuit diligentiam,siue non:semper ei imputatur : vt eo.tit.c.contingebatur.& c.dilectus.& ff.de reg.iur.l.culpa. Si verò necessitate homicidium commisit:tũc aut necessitas illa fuit euitabilis, aut ineuitabilis. Primo casu imputatur ei, ita qd' ad superiores ordines non promouetur, sed in susceptis de misericordia toleratur:vt l.dist.c.de cle.& si fuerit ineuitabilis,siue omni dispensatione potest in ordine habito ministrare.l.di.quia ne puta.quia clericus habet gladium in manu ad sui defensionem. Titius surrexit in eũ, ita quòd clericus nullo modo potuit illum euitare : vnde ille Titius mortuus est illo gladio, præter propositum il-
22 lius clerici:vt extrà de homic.c.ij.& c.lator.ad superiores autem non ascendit sine dispensatione. † Sed quid si delinquens in sua excusatione ignorantiam allegat: quia dicat se errasse:respondeo,aut prętendit ignorantiam seu errorem facti,& tunc excusatur : vt ff.vi bon.rapt.l.ij.§.si publicanus.& ff.de adult.l.miles.§.mulier.& ff.de abig.l. j.ad fi.& ff.de lib.cau.l.igitur.§.pe.si autem prætendat errorem seu ignorantiam iuris,tunc aut ciuilis, aut naturalis,vel quasi naturalis,si prætendat ignorantiam iuris ciuilis seu errorem simul excusatur à pœna,sicut dixi in errore facti.arg.ff.de adulter.l.si adulterium cum incestu.§.s. & est ratio:quia etiam in iure errans non est in dolo:vt ff. de petitio.hære.l.sed & si in lege.§.scire autem. & quia in damno euitando error nõ nocet:vt ff.de iur.& facti igno ran.l.error. & dic errorem iustis vel iniustis rationibus motum,secundùm Io. vt ff.de liber.cau.l.igitur.§.pen.& C.ad leg.Falci.de plag.l.plagij.vbi not.de hoc.Si autẽ naturalis vel quasi,tunc non excusatur : vt C.de in ius voc. l.venia.& ff.de pœn.l.respiciendum.vt not.de hoc itẽ videtur,q̃ ignorantia iuris excuset quem à pœna.ff.de dec. ab ordi.fac.l.fin.l.si quis in graui.§.si quis ignorans.ff.ad Sillа.sed dicendum est secundùm Dy.q̃ in legibus, quæ requirunt verum dolum iuris ignorantia excusat:nam in aperiente tabulas testamenti ante vindictam necem defuncti,requiritur verus dolus : vt ead.l.si quis.§.quod ad causam.& ideo iuris ignorantia excusat à pœna. dicto §. si quis ignorans.in illis verò legibus quæ dolum non exigunt : & ius per eas leges inductum publicè erat notum verè vel interpretatiuè : vt quia elapsi erant duo menses post legem conditam: vt in authen.vt factæ no.constitu. tunc ignorantia iuris non excusat.l.fina.§.licet.ff.de publicia.sed vbi non esset notum verè vel interpretatiuè: tunc ignorantia excusat.l.fina.ff.de decre.ab ordi.facien. tamen contra prædictam solutionem est ff.ad legem Cornel.de falsis.l.diuus Claudius.certum est enim,quòd lex Cornelia dolum requirit.l.nec exemplum.C.de falsis. & tamen ignorans leg.Corne.seueritate non excusatur,sed responderi potest:quia aut lex requirit verum dolum,aut est

est contenta dolo præsumpto ex qualitate facti.primo casu excusatur:vt d.§.si quis ignorans.Secundo casu nõ:vt in eo,qui fecit & sciuit vel scire debuit, q̃ facere non debebat:vt C.de iniur.l.si nõ conuitij.& de fica.l.j.& de excep.do.l.j.& d.l.diuus Claudius.ratio est:quia qui ignorantiam iuris prætendit:prætẽdit quod est publicum notum:vnde videtur esse in lata culpa,quæ æquiparatur p̃sumpto dolo:vt ff.depos.l.quod Nerua.ideo iur. ignorã. non excu. Item oppo.contra prædicta & videtur, quod iur.igno.non excuset:vt ff.de adu.l.si adulterium cum incestu.§.stuprũ.C.de in ius vo.l.qui veniam. sed dicendũ est,aut prærendi ignorantiam iuris ciuilis & tunc locum habent s. dicta.aut iuris naturalis:vt quia prætendit filius se ignorasse quod non debuit iniuriam facere patri,vel q̃ non debet furtum vel maleficium committere & his similia iure naturali contraria:& tunc ignorantia non toleratur etiam in damno euitando:vt d.§.stuprum.& quã do præsumatur ignorantia & quando non distingue. qa aut allegat ignorantia facti : & tunc sumitur bona fides: quia in hoc casu præsumptio iuris allegata ignorantiæ non resistit:vt l.pe.C.de præscri.lon.tempo.& in l.si cum §.ex iniusta.ff.de fideicom.lib.& l.hoc autem.ff.de admi.tu.& de proba.l.veris.si autem allegatur ignorantia iuris tunc præsumitur mala fides.quia præsumptio iuris talis allegationi resistit.ff.pro empto.l.ij.§.si à pupillo & §. si à
23 furioso.& C.de le.l.leges de iuris & facti igno. l. constitutiones prin. †Quæstio etiam dubitabilis subsequitur in hunc modum,quæ plerunque de facto contingit. Quidam percussus fuit & vulneratus non mortiferè. puta cum cruma terra vel modico lapide vel ligno:propter quod vulnus omnes medici eum dicebant non moritur[k] ex illo vulnere:verum superuenit febris, quæ eũ k
inuasit & tenuit vsque ad mortẽ testimonium aut medici quòd ex illo vulnere mortuus non fuisset,nisi febris superuenisset.modo quæritur an percussor teneatur de vulnere tãtum:an etiam de occiso.& certè videt qd' tantum de vulnere teneatur ff.ad leg.Aquil.l.qui occidit.§.vltim.& l.huic scripturæ.§.fi.& l.ita vulneratus. præterea iniuria consistit ex affectu facientis tantum:vt.ff.de iniur.l.illud. & alias legitur,quòd voluntas & propositum distinguũt maleficia:vt.ff.de fur.l.qui iniuria. Item delictum non cõ trahitur,nisi voluntas nocendi interueniat:vt C.e. l. j.nõ autem est verisimile,quòd animum habeat occidendi, q̃ calce vel gleba, vel modico ligno vel lapide percusserit: vt ff.eo.l.j.§.diuus.præterea dicit lex quòd si inferatur alicui modicum vulnus,quòd res ista non habet in se delictum:vt C.de pœnis l.sancimus.& ff.de vulg.& pu. sub. l.ex facto.§.Iulia.longius & melius hoc dicit.l.ff.de ædil.edi.l.j.§.proinde ad fi. ibi,vulnus nullum habet in se delictum:prętera credi debet medicis,qui de egritudine testificantur:vt C.de re mili.l.semel.lib.xij.& in authent. de non alie.re.ec.§.quod autem.præterea ex quo ex febre mortuus est non tenetur,qui percussit vel vulnerauit de occiso: sicut non tenetur de occiso,qui percussit & vulnerauit,si vulneratus ab alio interficiatur,quantumcũque,qui percussit primo mortiferè vulnerasset.ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus.§.iij.& l.huic scripturæ.§.fina.nec refert an febre an alio casu perierit quid plura : non debet posse crescere causa delicti ex proprio facto : vt ff.de re iudi.l.omnis habetur.§.nunquam:cùm igitur non fuerit mortiferè vulneratus:licet ex postfacto ex accidẽti mors fuerit subsequuta non debet propter hoc excrescere delictum vel pœna:vt ob id vulnus de occiso teneatur. Nam & ibi in regula prædicta sic ponitur exemplum per l.qui occidit.§.si vulneratus.ff.ad leg.Aqui.& in l.Mo. in veteri testa.in lib.Deuterono.sunt hæc verba prosternẽtur peccatores. verberentur pro mensura peccati & plagarũ. modo &c. non ob,quòd occasione vulneris seu percussionis febris superuenit,ex quibus mors est inde sequuta quia inter eum qui occidit,& mortis causam præbuit,est differentia:vt ff.ad leg.Aquil.l.qua actione.§. Celsus & ita sentiunt domi.Vber.de bo.& Host.cremo. & seruant communiter assen.Econtra videtur,quòd teneatur de occiso:quia occasione vulneris seu percussit, febris superuenit ex qua mors subsecuta est.& qui occasiouem damni dat,damnum dedisse videtur,vt.ff.ad leg.Aquili. l.qui occidit §.in hac.& ff.vi bono.rapto.l.ante.§.pen. nec obstat quòd ille non fuit mortaliter vulneratus:quia quandoq̃ quis ex leui vulnere moritur:de quo alius non moreretur vt ff.ad leg.Aquil.l.qua actione.§.sed & si quis seruum ægrotum.nec obstat quod leuiter fuerit percussus modico lapide vel ligno:quia occisum accipere debemus, siue gleba terræ,siue lapidæ,siue quocunque alio modo:vt d. l.qua actione.§.j.item est arg.ad hæc, quod aliàs dicitur de muliere & minore,quæ incipit in iacturam occasione prioris actus:vt ff.de mino.l.iij.§.j.& C.ad velleia.l.si mulier perfectæ ætatis.quid plura[r] videtur.l.expressa, quòd videatur eum occidisse ex quo ita vulnerauit quòd occasione illius vulneris mors est subsequuta:vt ff.de damno. infec.l.damnum.§.Sabini.& tunc occidisse eum videtur, cùm vulnerauit:licet dudũ postea mors fuerit subsequuta.vt ff.ad leg.Aquil.l.ait lex.& l.huic scripturæ.§.fin. & C.eo.titu.l.si vulnerato seruo. Item non obstat quod allegatur in contrarium scilicet, quòd refert an quis occidat an mortis causam præstet:vt dicit l.qua actione.§.Celsus ff.ad leg.Aquil.quia verum est quòd refert quantum ad modum agendi ciuiliter seu quantum ad actionem. quia contra eum qui occidit,agitur actio.leg.Aquili. directa. contra verò eum,qui mortis causam prębuit,agitur actio ne in factum vel vtili Aqui.qui.vt ibi not.in apparatu : licet quantum ad effectum sit idem:quia tantum quis cõsequitur per actionẽ directam,quantum per inutilem.& econtra:vt ff.de neg.gest.l.antepe.& ff.de seruo cor.l.vt tãtum.& not.ff.ad leg.Aqui.l.item Mela.§.si alius.dic etiã pro & contra:vt no.s.eod.§.item pone. q.sæpe.&c. Solu. l distingue,aut habuit animum occidendi[l] aut nõ ille qui percussit.& comprehendimus animum ex dictis & ex factis præcedentibus inter eos,& ex sequentibus actibus, & ex qualitate percussionis seu ictus, & ex qualitate gladij seu rei cum qua percussit:vt ff.e.l.§.eum qui. & l.j.§. diuus.& ar.ff.de le.j.l.si seruus plurium.§.fi.Nam ex qualitate facti & conditione personarum capitur coniectura vt ff.de do.inter vi.& vxo.l.vir.in primo casu cũ habuit animum occidendi tenebitur de occiso,ita q̃ si ipse moriatur:vt ff.eo.l.j.§.diuus.& C.eo.l.is qui cum telo. & ff. de pœnis.l.aut facta.§.euentus.& argu.prædictarum legum & rationum alleg. pro ista parte. In secundo verò casu quando non habuit animum occidendi tenetur tantũ de vulnerato.argu.legum & iurium pro hac parte alleg. vel dic:& verius,quòd semper tenetur de occiso, sed tamen mitigabitur pœna pro modo culpæ & conditionis personarum & ex qualitate delicti ex quo non habuit animum occidendi : vt dictis legibus & rationibus & l.j.§.diuus. & l.j.§.cùm quædam.ff.eo.tit. & ego semel vidi Mutinæ condemnatum quendam de homicidio non dolo, sed culpa commisso : in li.d.imperialium vel in pedis amissione & alijs pluribus interfui condemnationibus, & hæc sic dicta intelligas secundum d.Vber.& alios plures moder.
24 docto. Sed quid,quidam † vulnerauit alium non mortiferè postea ille vulneratus mortuus est non ratione vulneris,sed propter malum & imperitum medicum quẽ habuit : quæritur nunquid vulnerator teneatur de occiso[c] & certè dicendum est, quòd teneatur de vulnerato tan-
m tum[m].arg.l.ff.ad leg.Aquil.l.qui occidit.§.penul.& ff. de ædi.ædict.l.quid sit fugitiuus.§.mancipium.& sic scripsit do.Odoff.sed pone,quòd aliquis est vulneratus : de quo vulnere medici dubitant,an sit mortale vel ne, postea ille vulneratus mortuus est.allegatur quòd non est mortuus ex vulnere,sed ex negligentia: quid præsumemus in hoc dubio : cùm lex loquatur de tali negligentia.ff.ad legem Aquil.l.qui occidit.§.fina.& cano.in c.exhibita.extra de homi.respondeo quod ex vulnere præsumitur mortuus, nisi de negligentia fuerit probatum: vt dicitur in dolo.ff. de probat.l.quoties.§.qui dolum.& l.in exceptionibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ita est si non appareat, sed si appareat de negligentia vel mala custodia: tunc tantum tenetur de vulnerato nō autem de occiso, & ponitur exemplum de rustico, qui in capite vulneratus in estate, iuit ad laborandum cùm bobus ad solem, & iratus cum bobus & calefactus mortuus est. ita sentit d. Alber. Papien. sed quomodo sciemus nos an vulnus fuerit mortiferū, an non. Item quis debet contemplari ictus cuiuscunq; vulnerati. respōdeo nos debemus scire, & possumus per relationem & dictum medicorum: vt C. de re mili. l. semel. lib. xij. nam ad eum, qui habet peritiam rei, recurrendum est: vt in procemio ff. ad cō mune reipubli. sanctionem sic dicitur de agrimensore: vt ff. si men. fal. mod. dixe. l. j. j. respon. & ff. de aequir. rer. do. l. locum. §. si procu. & propter prædicta iura soluitur quæstio: quia si duo vel tres medici de chirurgia dicant & referāt aliquem mortuum fore ex vulnere vel vulneribus, quòd magis credatur eis quàm decem, vel viginti testibus non medicis, qui deponant quod sit mortuus ex fe-
25 bre subueniente. †Item pone aliquem fore vulneratū, iudex vult eligere medicum, qui videat & contempletur vulnera. Amici verò vulnerati dicunt se velle medicum eligere. quid fiet? dic quod si amici vulnerantis & vulnerati sint in concordia: iudex non habet se intromittere, si sunt in discordia, tunc ipse iudex eliget medicum: argu. eius quod dicitur de tutore. instī. de fideiuss. tut. §. sinautē. & quòd aliàs dicitur de pluribus heredibus legatarijs: vt
26 ff. de lega. j. l. huiusmodi. §. j. † Item pone quòd aliquis fuit à pluribus vulneratus, & mortuus medicus, qui fuit adhibitus ad contemplandum vulnera, dicit sacramento sibi delato, quòd ille decesserit ex vulnere sibi illato à Titio: potestas verò condemnauit hunc Titium tanquā homicidam ad mortem. allegat & dicit iste Titius quòd nō ex suo vulnere, sed aliorū sit mortuus. Vnde petit quòd alij medici peritiores adhibeantur, qui dicant & cognoscant, cuius vulnere ille sit mortuus: & tunc medici peritiores adhibiti testificentur, quòd ille sit mortuus ex vulnere aliorum, an sententia lata contra Titium valeat, an non? dic quòd non. arg. eius quòd dicitur latam sententiā propter falsos testes vel instrumenta non tenere: vt C. si ex falsis instrumen. per totum. & ff. de re iudic. d. l. diuus. & not. quòd in talibus non debet adhiberi vnus medicus solus, sed plures debent adhiberi, & hoc cautius adhiberi duo: quia dicit lex relationi medicorum, & plurali nu. vt
27 d. l. semel. C. de remi. & not. do. Odoff. †Vltimo quæro circa materiam istam de quæstione, quæ tota die de facto subsistit, pone quòd Titius est vulneratus, & postea moritur: modo quæritur an præsumatur mortuus ex illo vulnere, vel ex alia causa: hanc quæstionem fecit d. Godoff. & dicit quod præsumitur mortuus ex vulnere. arg. ff. de ædil. edict. l. si non. & ff. ad leg. Aquil. l. huic scripturæ. §. j. & l. ita vulneratus. & l. ait lex. iij. respon. Item dicit intelligi si ille vulneratus incurrit infirmitatem ex causa vulneris, ex qua mortuus sit: vt extrà de homic. c. præsbyterū. vbi dicitur, quòd paucitas dierum inducit præsumptionem homicidij: vt v. distinctio. baptizari. & xxxj. q. j. c. si
28 qua mulier. & c. si quis viuente. †Istud autem notabile non omitto, quod ex quo constat aliquem alium vulnerasse vel occidisse, vel aliàs homicidium cōmisisse, quod semper contra eum præsumitur, quòd dolo & malo animo hoc commiserit: vt C. eod. l. j. & C. de iniurijs. l. si non conuitij. vnde ei incumbit onus probandi, quod non do-
29 lo hoc fecerit. †Sed quomodo hoc poterit probare? respō deo, probabit quòd erat eius amicus, vel filius, vel propinquus, vel quia volebat alium percutere, vel quia furore eum percussit: vel quia ludendo hoc fecit, vel quia leuiter cum percussit: vt ff. eodem. l. diuus Adrianus. §. j. & l. sequenti. & ff. ad legem Aquiliam. l. scientiam. & not. Accursius C. eodem. l. j. hæc autem probatio non excusat ab omni pœna statuti, per legem Corneliam de sicariis licet pro homicidio euitet pœnam homicidij: vt plenè not. ff. eodem titu. §. item pone quæstionem sæpe contingentem &c. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶Alleuianda. Adde Pau. de Cast. consil. cxcvij. si causa incarceratorum. Alex. consi. cxxxviij. ij. lib. Cep. consi. xxxiiij. & cclxxx. b. v.

b ¶Deportari. Adde Cepo. consi. lxxxv. Ber.

c ¶Mortis. Adde vt per Cepo. consi. j. & xxvij. & xxxiiij. Ber.

d ¶Teneantur. Adde videndum Petr. de Anchar. consil. ccxvij. cuius dicta communiter sequuntur docto. maximè Alexand. consil. xv. j. lib. Ber.

e ¶Puniendi. Adde, an vniuersitas possit delinquere & puniri, & qualiter debeat citari. Angel. consil. clxv. & cxcvi. & not. quòd miuor pars vniuersitatis delinquendo cum consensu consilij, non facit: vt tota vniuersitas teneatur: vt voluit Oldra. consi. cccxv. nec ex delicto administratoris puniri potest vniuersitas secundùm eundē consi. lxv. & licet vniuersitas nō possit puniri, nisi delictum fuerit factum communicato consilio, tamen delictum habet tractum successiuum, & potest vniuersitas puniri absq; eo, quòd campanæ sonus interueniat: vt voluit Pet. de Ancha. consi. clvj. & vide in materia Fran. de Are. consi. clxv. Ber.

f ¶Consueta. Adde Alex. consi. lxv. iij. lib. Ber.

g ¶Punienda. Adde videndum Abb. consi. iiij. j. lib. Cep. consi. xxxj. al. consi. cxxxviij. Ber.

h ¶Casu. Adde videndum Bal. consi. cxj. iij. lib. Paul. de Castr. consil. cxciiij. Pet. de Anch. consi. ccliij. Ber.

i ¶Ignorantiam. Adde vt per Ro. consil. ccccv. Ber.

k ¶Non moriturum. Adde Cep. consi. lxij. Ber.

l ¶Animum occidendi. Adde vt per Fran. Are. consi. lxxx. Cep. cōsi. xlj. & lxij. Raph. Cuma. consil. cxxxiiij. Ber.

m ¶Vulnerato tantum. Adde Cepol. consil. xxviij. & consil. lxij. suprà allegato. Ber.

De furibus & latronibus. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid sit.*
2 *Pœna quæ imponi debeat furibus.*
3 *Furtum & latrocinium quomodo differant.*
4 *Fur qui pro primo & secundo furto punitus est in amissione oculi & nasi, an pro tertio morietur.*
5 *Furtum commisit Titius Regij, secundo Mutinæ, tertio Parmæ, de quibus nōdum punitus est, an potestas Parmæ ualeat facere suspendere istum, qui aliàs non est de sua iurisdictione.*
6 *Fur manifestus & usurarius manifestus quis dicatur.*
7 *Adulter manifestus & homicidium manifestum, quis dicatur.*
8 *Mulierum trium testimonium, an sufficiat ad condemnandum quem de roboria strate.*
9 *Fur ponitur criminaliter tribus modis, & tribus legibus.*
10 *Furtum an puniatur secundum legem communem aut Lombardam, aut legem Federicam.*
11 *Furti, an possit accusari ille, qui inueniens boues in uinea sua damnum sibi dantes, illos domum suam conduxit, & contra uoluntatem domini tenet.*
12 *Retributio quando possit habere locum in delictis, quæ nomine alterius committuntur.*
13 *Paulus in cuius domum frater eius, qui homicidium fecerat, ut abderetur, se contulit, an ut receptator puniendus sit, uel quo modo, & qua pœna, & numero 16.*
14 *Statuto dicente, qui receptauerit bannitum puniatur in centum, an ignorans teneatur.*
15 *Malefactores quos prohibeamur per iura recipere.*
17 *Statuto dicente, quòd sub certa pœna debeat aliquem bannitum pro certis criminibus receptare, quidam receptauit compatrem, & post duos dies manifestauit potestati, & pater banniti accusat receptatorem, quid erit.*
18 *Custodiæ ciuitatis deputatus si recedat, & postea eadem nocte ad custodiam redeat, an punietur & soluitur etiam quæstio immediate præcedens de bannito.*
19 *Iudex an ex officio possit facere inquiri, an ibi sit latro cum rebus derobatis.*

VIa de furibus & latronibus est dicēdum, videamus primò quid sit furtum. Secundò, de pœna furti. Tertiò de receptatoribus eorum. Est autem furtum † fraudulenta contractatio rei alienæ mobilis corporalis, quæ sit animo lucrandi inuito domino, scilicet gratia rei vel vsufructus vel possessionis, quod furtum iure naturali est prohibitum admittere: vt ff. eo. l. j. §. fi. & instī. de obligationibus quæ ex quasi delict. nascun. §. j. Nam & diuina testatur autoritas, quod tibi non vis fieri, alijs ne feceris. Item est hoc vnum de præceptis Theologiæ, furtum non fa-
a cies: vt in l. Moisi in veteri testamento in libr. Exo. fraudulosa[a]: ideo dixi: quia si credit sibi licere, non tenetur furti: vt instit. vi bono. rapt. §. quantum. idem si credat facere domini voluntate: vt not. d. Azo in summa C. e. tit. Contractatio, ideo ponitur in diffinitione: quia sine ea nō cōmittitur: vt ff. eo. l. qui saccum. & l. si quis vxori. §. neque. & l. inficiando. & l. falsus. §. nihil. Quæ contractatio exigitur vera, & significat omnem ablationē vel bailiationem ff. eo. l. si quis vxori. §. si quis. Alienæ autem rei: ideo quia rei meæ non facio furtum: secus si aliius habeat mecum rem communem: vt ff. e. l. si socius. Item ideo dicitur alienæ: quia rei quæ nullius est, puta hæreditatis, furtum fieri non potest: vt ff. eo. l. hæreditate. rei mobilis ponitur: quia immobilium furtum non fit: vt instit. de vsucap. §. qd[a]
b autem[b]. Corporalis ideo dicitur: quia incorporalia cōtractari non possunt vel tradi vel possideri: vt ff. de acquirē. rer. domi. l. seruus. §. incorporales. quæ fit inuito domino: ideo dicitur: quia si credat dominum permissurum non sit fur: vt ff. eo. l. inter. §. rectè. animo lucrandi rem vel possessionem vel vsum, ideo ponitur: quia si aliquis habeat animum non lucrandi, sed libidem exercendi nō tenetur: vt ff. e. l. verum est. & l. insula. & l. sarcinator. §. qui insulā. Et dicitur furtum à suruo, id est à nigro, quod clam & obscurè & plerunq; de nocte fit: vt à ferendo, id est auferendo. ff. de vsur. l. j. de quibus omnibus per ordinē inspiciamus:
2 dic plenius: vt not. d. Azo in summa circa princ. †Nūc videamus de pœna furibus imponenda: circa quod scien-
c dum, qd[a] si fur[a] non est famosus, & clam faciat furtum secundum iura Romana fustigatur: vt in auth. vt nulli iud. §. penul. & quæ est signata C. de seruis fug. auth. sed nouo iure. Si autem fur est famosus debet suspendi: vt ff. de pœnis l. capitalium. §. famosos. Si autem palam aliquis furatur, & est famosus fur, furca suspenditur: vt d. §. famosos. vt sunt derobatores stratarum. Si autem palam delinquat derobando, & non est famosus, & tunc aut semel tātum: tunc punitur leg. Iul. de vi publ. vel priua. vt instit. de pub. iudi. §. item lex, si autem sæpius. & tunc punitur furca: vt ff. de pœn. l. capitalium. §. crassatores. & hoc tene & serua de iure communi vel humano. Tu dic, quòd licet aliquis sit famosus fur, puta: quia pluries est furatus, non tamen sequitur, quòd sit famosus latro: ideo non debet suspendi, sed iterum fustigari: vt probat l. quicunq; C. de ser. fug. & lex quæ loquitur de suspendendo, loquitur de latrone, nō autem de fure: vt dixi in authen. sed nouo iure. C. de furt. Iac. Butr. de iure Lombardo pro primo furto amittat fur oculum, secundo nasum, tertio verò suspēditur, ita quòd moriatur: & ita seruatur hodie per totam Lombar. vt in
3 Lombar. de furt. l. de latronibus. † Sed quæro quæ sit differentia inter furtum & latrocinium? resp. secundū do. Odoff. q; furtum est iudicium priuatum, & ideo ex eo nō moritur. Item furtum non connumeratur inter casus fortuitos: latrocinium autem sic. ff. de fur. l. eum qui. ff. pro so-
4 l. cum duobus. §. damna. †Sed pone impositam esse pœnam furi pro primo & secundo furto in amissione oculi & nasi secundùm legem Lombar. nunquid pro tertio furto morietur? videtur quòd non: quia de duobus est punitus, ergo solo vno furto suspenderetur, & sic puniret pro primo & secundo: quod esse non debet. ff. de accu. l. senatus. & ff. nau. cau. stab. l. licet. Sed videtur quod debeat suspendi: quia cùm perseuerauerit in crimine, magis delinquit, & maior imponitur pœna. ar. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. seruos. in fi. C. de episco. aud. l. iij. ff. de pœn. l. capitalium. §. solent. Nam dicit Lombar. pro tertio moriatur, nō autem dicit pro primo vel secundo. & secundū vltimo al-
5 legata dicit do. Vber. de Bob. quòd debeat mori. † Sed iterum pone aliam quæstionem de facto sepissimè contingentem. Aliquis Regij commisit vnum furtum: commisit Mutinæ secundum: tertium verò commisit Parmæ: de quibus omnibus furtis nondum punitus est: quæritur an potestas Parmæ possit istum furem, qui aliàs nō est de sua iurisdictione facere suspendi? & videtur quod nō, ex eo quod Parmę vnum solum furtum commisit, de quo tā tum potestas Parmæ habet iurisdictionem, ratione duplici delicti Parmæ commisit. Alia autem furta sunt cōmissa alibi, de quibus potestas Parmæ habet nullam iurisdictionem. Reprobata autem opinio. Placentini, qui dicebat vbi te inuenero, ibi te iudicabo: quia eadem opinio lo cum habeat in vagabundis: sicut infrà dicetur sub rubri. vbi, & quo loco puniantur delinquentes. Sed tamen po-
d testates feroces sæpe fures & latrones puniuntur[a] etiam de furtis & robarijs alibi per eos commissis, qui possunt adiuuari tali ratione: quia per talem cōsequentiam competat executio criminalis alibi commissi potestati & rectori, qui cognoscit de furtis & alijs criminibus commissis in suo territorio. Nam sæpe hoc contingit quod quis non habet directo, habet per cōsequentiam: vt C. de iudi. l. quoties. ff. de confir. tuto. l. j. vnde tene quod de criminibus in sua iurisdictione commissis potestas puniat delinquentem: pro criminibus autem alibi commissis fiat trāsmissio: vt C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. secundùm Vbert. de Bob. Et hæc vera sunt, quando agitur criminaliter de pœna imponenda furibus. Nam pro furto agitur & agi potest criminaliter: vt C. de furt. l. vlti. & ff. de priua. delict. l. vlti. C. de seruis fugi. authen. sed nouo iure. Item pro furto ciuiliter, pro furto non manifesto ad duplum, & pro manifesto ad quadruplum: & competit etiam condictio furtiua pro re ipsa. quod dic plenè vt no. d. Azo in summa §. competunt. & hoc de iure Romano. Item iure Lombard. ciuiliter agitur pro furto: vt infrà di-
6 cetur. †Solet quæri, quis est fur manifestus vel vsurarius manifestus. circa quod dic, quod aliquādo quæritur quis dicatur delinquens, seu peccator manifestus: vt fur vsurarius, vel alio modo respectu certi & limitati delicti: & tūc requiritur apprehensio vel acclamatio cōtra ipsum in ipso actu delinquendi, vel in ijs, que proxima sunt delicto: vt l. fur manifestus. ff. de furtis. Aliquando quæritur vtrum aliquis sit peccator alicuius delicti in genere, & tunc non sufficit, quod faciat semel aut bis illud delictū vt sit manifestus, sed requiritur, quod stet publicè paratus ad illud delictum faciendum: vt facit meretrix in prostibulo, vel vsurarius ad banchum: vt l. palam. in princ. ff. de ritu nuptia. & quod not. in c. vsurarum. & c. quāquàm. de vsuris. libro vj. Item si non facit ita palam, sed quasi: vtputa mutuat in camera sua cuilibet volenti, ar. d. l. palam. & l. iij. in princ. ff. ad Maced. Quis autem sit famosus: dic vt
7 in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. †Item scias, qd[a] si aliquis deprehēditur in camera: vbi est pulchra mulier, certè erit adulter manifestus. Ita debet intelligi l. capite quinto. ff. de adul. idem si aliquis visus aufugere cum gladio euaginato, & reperitur aliquis mortuus: certè est homicidium manifestū, secundùm Bar. in l. fur manifestus,
8 ff. de furt. Iaco. Butr. †Ponæ quæstionem de facto. Accusatur quis de robaria stratè, & quod sit latro publicus & famosus, & super hac accusatione testificantur tres mulieres de scientia & visu. Modo quæritur nūquid ille debeat mori testificatione illarum mulierum? dominus Iac. de Are. dicit quòd non: vt ff. de testi. l. ex eo. extra de verbo. signifi. c. forus. xxiij. q. v. c. mulierem. nisi in casibus in quibus infames admittuntur: vt d. c. mulierem. Et est ratio: quia mulierum vanum & mutabile est cor: vt ff. de inoffic. testa. l. filia. Item si in ciuili testamento mulier non potest esse testis: multomagis in causa criminali: vbi diligentius est agendum: vt C. de fal. l. vbi. & C. de prob. l. vlti. & C. de appel. l. addictos. †Not. ergo fur punitur cri-
9 minaliter tribus modis & tribus legibus. Primo secundum iura communia, quo casu fur non moritur, sed castigatur, scilicet quia fustigatur: vt dicta auth. sed nouo iure. nisi sit publicus latro, id est consuetus furari, qui debet mori: vt l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. Item punitur secūdo modo per legem Lombar. pro primo furto secundo & tertio: vt suprà dictum est, sed ciuiliter iure Lōbar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

punitur: quia si fuerit masculus & liber, & furtum fuerit manifestum rem reddet & pro culpa soluet sol. lxxx. si furtum fuerit vsque ad sol. decem, & si non poterit soluere, mori debet. Si autem fuerit non manifestum, tunc rem tantùm reddet. Si autem fuerit seruus eodem modo puniatur, excepto quòd pro culpa soluet tantum xl. soli. vt in Lombar. de furt. & ser. fugi. l. ij. & iiij. Et hæc vera sunt in masculo. Si autem fuerit fœmina liberta: tunc pro manifesto furto tantum reddet rem, in alia vero culpa non debet requiri pro eo quòd passa est iniuriam, cùm fuerit deprehensa in furto: vt in Lombar. eo. ti. l. si mulier. eodem modo punietur pro non manifesto: ex eo quod dicitur in l. iij. eiusdem tit. Eodem etiam modo punietur furtum ab ancilla factum: vt eo. tit. l. si ancilla. Nam & secundùm legem Moisi, si quis bouem furatus fuerit, aut ouẽ: & occiderit, aut vẽdiderit: quinq; boues pro vno, & quatuor oues pro vna restituat: vt in veteri testamento in libro Exod. Punitur etiam fur criminaliter, per legem domini Federici Imperatoris: quia si quis aliquid quinq; solidos valens furatur, suspenditur. de pace tenen. §. si quid.
10 in vsibus feud. †Sed quæro, secundum quas leges punietur furtum, vtrum secundum legem communem, aut secundùm legem Lombar. aut secundùm legem domini Federici, respondeo super hac quæstione est glos. ordi. in vsibus feudo. de pace tenenda componenda &c. §. iniuria seu furtum. in qua finaliter concluditur puniri furtum secundum iura allegata communia, & non secundũ legem Lombardorum, vel dic vt in fi. illius gl. puniri secundùm d. §. si quis quinque solidos valens. quia ipsa lex & si per quàm dura, seruanda est, sed hoc de consuetudine nõ seruatur: vt ibi not. nec etiam seruatur de cõsuetudine, quasi per totam Italiam, quod puniatur furtum secundum iura communia: vt suprà not. licet vltra communia super pœ-
11 na imponenda habent diuersa statuta. †Pone quæstionem de facto. Quidam boues meos dantes sibi damnum in vinea vel alia re conduxit ad domum suam: vt eos contra meam detineat voluntatem: volo eum accusare de furto: quæritur nũquid possim? videtur quòd sic. ff. de acqui. poss. l. iij. §. si rem. & ff. de furt. l. iiij. §. fi. Sed in contrarium est veritas: quia furtum non fit sine dolo. ff. eo. l. j. §. j. & l. si quis vxori. §. cùm creditor. & ad leg. Aquil. l. si quis. §. fin. vnde furtum à furando dicitur. insti. de oblig. quæ ex del. §. j. Item quia consuetudo est, quòd homines ducant in domum tales bestias, quòd dic: vt etiam notaui s. de pœnis. §. item pone quòd ego inueni, nec peccat etiam si fecit ea, quæ sunt moris & consuetudinis. ff. de edil. ædict. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. & de admi. tuto. l. scire. §. Lucius. & l. j. §. fi. de ventr. inspic. ita sentit d. Mar.
12 de fa. †Sed pone quod aliquis meo nomine (vt dixi) fecit furtum vel aliud maleficium, quod ego tamen habui ratum atque firmum: quæritur nunquid ex hoc puniar? dicitur quod sic: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato equiparatur: vt est videre in contractibus. ff. de acqui. poss. l. j. §. procurator. & ff. de nego. gest. l. si ego. & l. iij. ff. de so. & l. procurator. §. fi. & hoc dicit in delictis, quæ possunt per alium committi. extrà de sen. excom. c. pe. lib. vj. & ff. de vi & vi arma. l. j. §. sed & si cum quis. & §. quoties. & §. deiecisse. & de regu. iuris. l. hoc iure. §. deiecit, In alijs autem delictis, quæ nõ possunt per alium explicari: vt adulterium & similia personæ coherentia: dicunt sapientes rathabitionem nil operari. arg. C. de cadu. tollen. l. j. §. ne autem. Dyn. Sequitur videre de secunda parte rubri. scilicet de receptatoribus malefactorum, super qua videndũ est, quid sit malefactor, receptator, seu receptans: & quẽ malefactorem receptare prohibemur: & quæ sit pœna receptantis: pro quorum notitia & responsione formo & facio ralem quæstionem, quæ de facto contingit Bononiæ
13 me præsidente maleficiorum officio. † Quidam nomine Franciscus, quendam mortiferè vulnerauit: ita quòd incontinenti mortuus fuit: hic malefactor incontinẽti peracto illo maleficio scampauit, & se receptauit in domum quorundam fratrum suorum: modo quæritur an illi fratres sint puniendi tanquàm receptatores & receptantes hunc homicidam? Et primò videtur quòd non teneãtur, nec debeant aliquam pœnam pati: quoniam malefactorem receptare est refugium abscondendi causa præstare: vt ff. de seruo corrup. l. j. §. quod autem. ergo si causa abscondendi non fuit, sed tantum ille intrauit illam domũ, non videntur illi fratres receptasse, vel recepisse dictum fratrem suum homicidam, & hoc etiam colligitur manifestè sic q? debeat intelligi receptatio in rubro & nigro. C. de his qui la. vel ali. cri. reos occul. per totum. & maximè in l. j. vnde quia non probatur fratres receptasse homicidam: meritò non tenentur ad pœnam aliquam. Nam solũ intrare sine receptatione non sufficit. Item ad hoc vt quis intelligatur receptator malefactoris, est opus quod sciat tunc temporis cùm recepit eum ab illo maleficium esse factum: vt C. ad legem Faclid. de plagia. l. si quis seruum. & de his qui latro. l. j. C. de ser. fugit. l. quicunque. §. pe. & argu. C. de episc. audien. l. & si legibus. ad hoc accidit C. de agrico. & censi. l. cùm satis. §. fin. vbi dum tractatur de puniendo receptantem distinguitur, si sciuerit vel ignorauerit asscriptitium esse alienum, quando receptauerit. Itè videtur & aliud fuisse necessarium, scilicet quòd isti fratres fuerint à curia requisiti: vt illum homicidam represen
14 tarent: & contumaces fuerint in præsentando eum: vt C. de his qui latro. l. ij. Sed his obstare videntur hæc iura. C. de falsa moneta. l. j. C. de hære. l. quicunque. ff. de extraor. crimi. l. j. ad fi. vbi dicitur, quòd quis receptando præbuerit indistincte tenetur ff. de adulte. quasque adulter punitur. l. qui domum. Respondeo & dico, quòd hoc contingit in legibus ante dictis: quoniam coloni & procuratores recipiebant in his casibus malefactores ad ipsum crimen perpetrandum, puta ad fabricandum falsam monetam, & ad conuenticulam hæreticorum congregandam: vnde quia per hoc sunt participes scelerũ, & merito fuerunt participes pœnæ. ff. de seruo corrupt. l. peñ. & ff. de furt. l. si quis. demum potest dici quòd isti fratres sint absoluendi: quasi sit casus legis. ff. de incen. ruí. naufra. l. quo naufragium. §. non tantum. ibi. sed cùm additum est dolo malo &c. §. sequẽ. & ff. ad Silla. l. si quis in grauí. §. si quis. quibus legibus probatur, quòd sine dolo malo nõ dicitur quis receptare: & est ideo: quia ignorantia meretur excu
15 sationem vt dictis legibus, & ff. si quis testamẽ. liber esse iussus fuerit. l. pe. ad fin. & ibi not. †Et faciunt hæc pro statuto quo caueẽ, quòd quicunque receptauerit bannitũ soluat centum: quia si ignorans quis receptauerit, quòd non teneatur pœna statuti. & faciat ad hoc C. de seruis fugiti. l. quicunque. & quia scientia & non ignorantia obligat: vt C. de tabul. l. generali. & optimè facit ad hoc C. de colonis Illiricanis. l. iij. C. de agricol. & censi. l. cum satis. §. penult. de quo bannito recepto: dic vt plenè nota. s. de bannitis pro maleficio. §. alia autem quæstio. Et posito quod cognoscamus homicidas & malos homines: nunquid claudemus eis hostia. Ipse enim Christus Cristianos peccatores recepit, sed tamen cum eis non participauit in scelere. Præterea frater fratrem capere & in fortiam communis ducere nunquam tenetur, vel etiam accusare. C. vt nemo inui. &c. ff. de excusat. tuto. l. humanitatis. Nam affectio sanguinis operatur quod sit impunitum inter coniunctas personas, quas alias venit damnandum inter extraneos: vt ff. ad leg. Iul. repe. l. j. ad fin. l. arg. C. de exhib. reis. l. vlti. Præterea si scientes receptassent, tamen mitius ageretur contra eos ratione sanguinis: vt ff. de receptato. l. ij. Affectio enim sanguinis multum operatur: vt ff. de successo. edict. l. j. §. largius. & ff. de suspect. tuto. l. j. §. si tutor. & C. de transactionib. l. fratris. C. de codicil. l. fina. de adulte. l. quamuis. de iurisdictione omnium iudi. l. qui iurisdi. c. si verò. lo j. extrà de senten. excommu. Item & aliàs propter parentum affectionem, si quis peccauit, venia dignus est: vt ff. de re milita. l. qui cum vno testiculo. §. fin. & ff. de libero homi. exhiben. l. iij. §. si cum. Econtra, videtur quòd indistinctè teneantur fratres supra dicti: vt tanquam receptatores puniri possint, non habito respectu

e respectu si sciuerint vel ignorauerint. arguñ. tali. si enim seruus meus Illiricanus in domo vel agro Titij fuisse mõ strabitur: tunc Titius tanquam receptator obnoxius tenebitur sublata scientiæ vel ignorantiæ excusatione: vt expressum est C. de col. Illirica. l. vna. Quid plura? casus est legis, delicta non ex animo veniunt punienda: vt ff. de legib. & senatuscon. l. græca. ibi. delictorum quæ sponte vel ignorantia &c. & ibi, voluntariorum &c. imo plus est: quia in culpa est quilibet receptator, qui ab initio non inquirit de conditione illius quem recepit: vt ff. nau. cau. stabul. l. fin. §. seruorum. Præterea est euidens ratio & vtilis afficere receptatores & reos criminis pœna pari: quia non minus delinquunt receptatores &c. vt ff. de incend. ruí. naufrag. l. quo naufragium. §. non tantum. Et quia si tertius quis quo tendat vel receptet se non inueniat perpetrato delicto: abstinebit ab illicitis committendis: vt C. de agrico. & censi. l. seruos. libro xj. Et quia latrones absq;
f receptatore diutius latere non possunt: vt ff. de recep. l. j.
15 †Restat videre quos malefactores per iura prohibeantur recipere. Et certe prohibentur recipere incantatores: vt male. & ma. l. ij. Item hæreticos ad cõuenticulas vel celebrationes, & præsertim si eos recipiamus defendendo, vt C. de hær. & ma. l. iij. ad fin. & l. Arriani. & l. si quem. in fi. Item existẽtes in fuga. Item latrones & raptores. C. de his qui latron. l. j. & l. ij. & C. de raptu virgi. l. j. vel quibus est patria vel alia prouincia sententialiter interdicta, vel qui, cùm sint hostes, fugiunt. & hoc si diu absconditi teneantur: vt sæpe fieri vidimus: vt ff. de pœnis. l. methodorum. quæ lex præcedit antepenulti. Sed nulla lex est qua caueatur, quòd homicida non possit domum alicuius intrare, vel quòd ob hoc sit ille puniẽdus, qui eum domum permittit intrare. Nam video quòd cùm homicida contrahere possumus, & ab eo emere, & dona recipere: vt ff. de donatio. l. post contractum. & C. ad legem Flauiam de plagia. l. comparentem. Item homicidæ post condemnationem habitationem nostræ domus possumus locare: cũ talibus non sint interdicta ea, quæ iuris gentium sunt, sed ea, quæ sunt iuris ciuilis interdicta: vt ff. de pœnis. l. quidam seruí. & locare & conducere est iuris gentium: vt ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. Nam & à malefactore post condemnationem quis emit: nec aliquod periculũ subit: vt ff. de admi. tuto. l. chirographi. §. fina. & d. l. comparentem. & solutionem à debitoribus suis recipit: vt ff. de iure fisci. l. aufertur. §. in reatu. & l. à reo. de solut. maximè enim non conuenit istis: vt fratrem suum caperent, & morti tra derent: quoniam defensionem sanguinis necessitas suadet. ff. de re mili. l. milites agrum. §. pe. parcendũ est enim, & defendendum est sanguinis affectione: vt ff. de re mili. l. qui cum vno testiculo. §. fina. Solu. illud est regulariter, quòd quotiescunque quis receptat aliquem scienter nocentem, id est qui nocuerit & maleficium commiserit, q? ille receptator puniendus est eadem pœna, qua puniẽdus erat ille nocens seu malefactor: vt dicit l. C. de his qui lat. vel alios cri. oc. l. j. Nam dicitur, Eos qui secum alieni criminis reos occultando, enim eamuè occultauerunt, par ipsos & reos pœna expectet, & latrones quisquis sciẽs susceperit, & sic ex prædicta lege est notandum, quod equale est delictũ eius, qui deliquit & qui receptauit: & ideo similem exigit pœnam: vt ff. de recepta. l. j. ff. de incen. ruí. naufrag. l. iij. §. non tantum. & ff. de adulte. l. castitati. ff. ad legem Iuliam de ví public. l. crimen. & est argumen. ff. de falsa mone. l. j. ff. ad leg. Falcid. de plagia. l. si quis seruum. Et intelligas illum malefactorem qui scienter malefactorem recepit, id est receptat in suo loco, vel alieno: præstãdo sibi causam abscondendi eum: vt ff. de seruo corrup. l. j. §. quòd autem. & dixi bene scienter: nam si ignoranter recipiat & receptet, non tenetur: vt C. de his qui latro. l. j. ibi, sciens susceperit &c. cum legibus suprà allegatis. eo. titu. §. item ad hoc. Verum cum sit frater vel affinis (vt fuit in casu propositæ quæstionis) qui fratrem suum receptauerit vel affinem, non est absoluendus, nec seuere aduersus eum exercendum est, non enim par est delictum istorum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones receperunt: vt ff. de recept. l. ij. sic est notandum per illam legem, quòd aliquid conceditur ratione sanguinis, quòd aliter non concederetur. ad quod facit C. de codicil. l. fin. & C. de adulter. l. quamuis. ff. ad legem Iuliam repetundarum. l. j. ff. de re milita. l. iiij. §. fina. & l. milites prohibentur. in princip. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. l. qui iuri præest. punientur ergo dicti fratres si scienter & dolosè receptauerint suum fratrem homicidam. Nam receptatio quæ non dolo fit: venit non punienda: vt ff. de incen. ruí.
16 naufrag. l. quo naufragium. §. non tantum. †Sed quomodo punietur & qua pœna? respondeo, cùm per legem non sit pœna determinata, communiter arbitrio iudicantis: vt ff. de pœnis. l. hodie. & l. sanctio. & ff. de effractorib. l. j. §. quilibet. & vt not. s. de pœnis. & j. vtrum pœna possit augeri &c. Quæstio insuper talis est, quam de facto habui Bonoñ. Statuto Bonoñ. cauetur, quòd nullus debeat aliquem bannitum pro certis criminibus receptare in domo sub pœna cc. librarum, & destructionis domus.
17 †Quidam nomine Ioannes Becharius quendam suum compatrem receptauit in domo sua, qui bãnitus erat pro homicidio, & eum tenuit per duos dies, & pro eo certas ambasiatas post conspirationem factam cum peregrino de galicijs eundem prodidit potestati Bononiensi, & mihi tunc maleficiorum iudici communis Bonoñ. receptis lib. l. ex forma statuti. Pater verò dicti banniti comparuit instanter, & accusauit dictum Ioannem: & de receptatione probauit: modo quæritur, an dictus Ioannes poterit
18 effugere pœnam statuti imponẽdam receptatoribus bannitorum. †Et eadem quæstio de illo, qui tenetur ad custodiam ciuitatis: loco cuius alius fuerat à capitaneo positus. de quo quæritur, an euitet pœnam capitis ordinatam tali inobedienti: cùm hoc fit, quòd ipse ad cor rediens illa nocte iuerit ad custodiam iam dictam. Et primò videtur, quòd ille talis non potuerit pœnitere, ex quo semel in crimen incidit & pœnam meruit. argumen. C. ad legem Iuliam maiestatis. l. fina. ff. de arbitr. l. si duo. §. semel. cùm satis est quòd tenuit, vel quòd semel fuit criminosus. ff. de cau. ma. l. hæc autem. primo respondeo. ibi, si autem neget. tempus enim quo eum receperit inspicitur: & postea nõ poterit variare. argumen. ff. de solutionib. l. dispẽsatorem. §. fina. semel quidam criminosus effectus non solet pœnitentiam definere esse reus. ff. de furtis. l. qui ea mente. ff. de ædil. edicto. l. quis sit. §. j. videó enim quòd ex leui offensa ad iugum seruitutis quis deducitur. C. de liber. & eorum liber. l. ij. C. de primipilo. l. j. libr. xij. & videó quòd de sola inurbanitate verborum quis punitur. C. de obsequí. præstan. l. si manumissori. talis enim inconstantia & variatio recusatur. ff. de procurato. l. in causæ. & ff. de instit. l. sed & si pupillus. §. penulti. quòd quis enim facit & non perfecerit, consequenter debemus inspicere. ff. de lega. ij. l. statu liberum. §. fina. ff. de libe. legatis. l. apud Offidium. ff. soluto matrimo. l. seruus dotalis. solet enim esse prouerbium, euolat emissum semel irreuocabile verbum. xlij. distinctio. c. fina. sed si est irreuocabile: quomodo potest retractari? vt de sentẽtia iudicis dicitur: vt l. iudex postquã. ff. de re iudica. & l. Paulus. C. sententiam rescin. non poss. l. j. nam si ille, qui ad edictum non respondebat capite plectebatur: fortius hodie puniendus est, qui malè respondit, vel contra legis fecit interdictum: quia peius est malè respondere, sicut peius est malè tradere, quàm non tradere. ff. de re milit. l. qui cùm vno. §. qui post desertionem. sicut ille, qui recusat, quòd Imperator lege communi præcepit. argumen. ff. de excusa. mu. l. Nesennius. §. naturæ. non enim debent crimina subleuari. C. de cohor. l. apparitor. libro xij. vt sic alia possunt impunè committi. C. de officio diuersorum iudic. l. ad splendidioris. nec vltra debent ista transire. argumen. C. de lucri aduoc. l. ij. libro xij. ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. ad hoc illud generale quòd pœnitentiæ non est locus. C. de transactionib. l. quamuis eum. ff. de statulibe. l. iij. §. Stichus. C. si certum petatur. l. eo quòd. ff. ad senatusconsultum Trebellianum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.namque.circa medium.Econtra videtur quòd illud contradictorium verbum, & illud contradictorium factum est contemnendum.argumen.C.si quis Impera. maledixe.l.iij.Lubricum enim linguae non facile trahitur ad poenam. ff. ad legem Iuliam maiestatis.l. famosi. non enim quid dixerit, sed quid fecerit inquirimus.argumento l.fina.C.de donationibus.de re milita.l.cum allegas. Nulla enim fuit illorum verborum, vel facti iniuria, cum non venerit ad effectum.ff.quod quisque iuris.l.prima.in fin. nam in simili casu hoc video, quod poenam contumaciae non meretur,qui ad cor rediens obediuit.ff.de interrogatoria actione.l.penultima.§.conductores. & cùm satisfecerit,& vltra omni crimine se absoluit.C.de tuto.vel cura.vectig.conduct.l.prima.& de crimine stellionatus.l.j. illud enim contradictorium verbum iracundiae calore prolatum poenam non meretur.ff.de diuort.l.tertia. nec videtur renunciasse praecepto,qui incontinenti ab actione cessauit.argumento ff. de in ius vocando.l. quamuis. & l.qui cum maior.de bonis libertorum.§.denunciasse. nempè in crimini bus regulariter non prodest poenitentia.C.de apostat.l.ij.& delicti veniam poenitentibus damus.C.de haereticis & maniche.l.manicheos. nec omnino sunt indigni venia, qui crimen aemendationi potius quàm consuetudini deputarunt.C.de episcopali audientia.l.iij.in fine. nec videtur renunciatio illa ore prolata, quae frusculum conquieuit.argumento ff.de donationibus inter virum & vxorem.l.cùm hic status.§. si diuortium.plus si quidè valuit, quòd fecit quàm quod se velle facere vel nolle prædixit.argumento C. plus valere quod agitur.l.emptione.factum enim pluſquam dictum in delictis inspicitur.ff. de furtis.l.si quis vxor.§. neque verbo.& cogitatio non facit aliàs criminosum.ff.de poenis.l.cogitationis.primi enim motus non sunt in potestate nostra.cap.homicidium.de consecratio.distinctione prima.propter quòd non sunt etiam puniẽdi ex quo &c. ff.de regulis iuris.l.quod calore.& certè, qui dixit se nolle seruare praeceptum: potuit dicere posse velle.ff.ad senatusconsultum Turpillianum.l.filij.cum iustè poenitentibus non sit humanitas amputanda.C.de appellationibus.l.si quis libellos.& facit totum illud brocardum poenitentiae locum esse.ff.qui bonis cedere possunt.l.quem poenitet.C.de episcopis & clericis.authentica, interdicimus. Solu. domi.Martinus de Fano. videtur in milite, qui dixit se nolle ire ad custodiam, & postea iuit, dicere non puniendum capite,tamẽ castigatione dignum, cùm leue fuerit crimen, & vsque ad satisfactionem damnorum & expensarum,quos fiscus, vel est passus, vel alius miles pro illa renunciatione est merito condemnandus. argumento in authentica, de manda.principum.§. quod si delinquentes.de excusatio. tutorum.l.si acriter. de de-
19 curio.l.secunda.libro decimo. †Ad aliam quaestionem de bannito fuit iudicatum Bononiae peritorum consilio, quod ille receptator debet puniri ex forma statuti iurati & praecisi:quia sicut litera sonabat,dicebat intelligi per iu-
20 ra interdicta pro hac parte allegata. †Item pone, quod quidam latro furatus est mihi res meas, dicitur quod res & latro,sunt in domo Titij,peto à iudice, quòd ipse officio suo faciat inquiri & rimari in dicta domo, an hoc sit verum:modo quaeritur, an iudex hoc facere possit de iure? & primò videtur quod possit per legem.C. de seruis fugitiuis.l.requirendi.& quia ad officium iudicis spectat inquirere veritatem: vt C.de edendo.l.is apud quem. & quia conuenit bono & graui praesidi &c. vt ff.de officio praesidis.l.congruit.& eodem titulo.l.iij.Et quia reipubl. interest, ne quis re sua malè vtatur: vt institu.de his qui sunt sui vel alieni iuris.circa finem. Et quia principis interest locupletes habere subiectos: vt in authen.vt iudices sine quoquo suffragio.§.cognitam. Econtra videtur, quòd non.ex eo,quia lex dicit,quod nemo cogitur indicare furem.ff.de praescriptis verbis.l.solent.ff. de condictione ob turpem causam.l.idem.§.si tibi.nec obst. dicta l.requirendi,quia quòd ibi dicitur de fugitiuo seruo, videtur speciale inductum esse: vt serui teneantur à fuga, vt eodem titu.l.si quis seruo. ergo non est illud trahendum ad consequentiam: vt ff. de legibus & senatusconsult.l. quod verò.Solu. dic, quod possit iudex ex officio suo inquirere de praedictis.nec obstat l.solent.& §.si tibi. quia iure actionis non compellitur quis indicare furem, sed officio iudicis.& quod not.j.de multis quaestionibus in maleficijs.§.pone quod aliquis fecit mihi furtum, peto à iudice vt compellat vicinos vt indicare debeant fures & furta: quaeritur nunquid possit? dic vt j. in tit. qui incipit,Nunc est videndum.§.pone. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶Frauduloſa. Adde quid sit furtum. Alexander consilio cxxv. Ro.consil.cxlij.& in quo differt furtum & damnum vide Alex.consi.clxv.& in quo differt furtum & rapina.vide per Ro.consi.cl.Ber.

b ¶Corporalis. Adde Ro.consi.cl.Ber.

c ¶Fur. Adde quae poena sit imponenda pro primo furto. Alex.consil.cxxxv.Cep.consi.xxvj.Ber.

d ¶Puniuntur. Adde videndum Fulgo.consi.cl.& ibi vide an ex nouo territorio oriatur noua contractatio.de quo vide Bal.consil.clxv. libr. Ber.

e ¶Ignorauerit. Adde an stante statuto,quòd receptans incendiarium puniatur poena,non vendicat locum in receptante ignoranter, & ignorantia praesumitur:vt consuluit Ro.consi.cccclxxvij.Ber.

f ¶Non possunt. Adde quod receptans malefactorem cõuictum puniatur,sed mitius:vt voluit Alex.consi.cxliij.Ber.

De falsarijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Falsum quid sit.*
2 *Falsum quot modis committatur.*
3 *Falsi cognitio,an fiat ciuiliter & criminaliter.*
4 *Falsum instrumentum faciens uel fieri faciens, quomodo differt ab utente solum.*
5 *Falso utens instrumento,si dicat se abstinere ab usu, an instrumentum ex toto careat uiribus,& an faciens instrumentum falsum & eo utens pari poena puniatur.*
6 *Falso utens instrumento in decennium tantum relegatur.Item ut poenam falsi euitet,quibus protestationibus uti debeat.*
7 *Instrumentum est simpliciter productum si super euidenti suspicione illius seratur sententia,an producens sit puniendus de falso uel quasi falso.*
8 *Instrumentum in se continet plura capitula,quorum unum tantum falsum est, an propter hoc censebitur falsum in totum.*
9 *Instrumento falso existente in ea parte, in qua non est uis aliqua, an punietur utens tali instrumento.*
10 *Falsos testes producens,an poena falsi puniatur.*
11 *Falsi poena quare punitur falsum producens instrumentum non habita distinctione,an sciuerit uel ignouerit, cùm secus in eo sit, qui producit testes.*
12 *Falsis testibus per tertium ignoranter productis, si illis postea publicatis, & sibi denunciatur, quòd sunt falsi,nihilominus illis utatur, an punietur de falso.*
13 *Statuto dicente qui produxerit falsos testes, puniatur personaliter. si Titius plures testes producat,inter quos scit unum esse falsum, an sit puniendus.*
14 *Statuto dicente, qui fecerit falsum instrumentum, puniatur in l.libris, si notarius in actis curiae radat aliquid,aut cancellet uel falsum scribat,an puniatur poena statuti.*
15 *Tabellio uel iudex manifestans dicta testium ante aperturam,an teneantur poena falsi. & quid de aliquibus alijs manifestantibus secreta.*
16 *Aduocatus allegans in causa falsum instrumentum uel falsos testes,an punietur de falso.*
17 *Probari quomodo poterit quòd in superiori casu allegauerit falsos testes, uel falsum instrumentum scienter uel ignoranter.*
18 *Sententia lata,ob allegationem falsae legis,an irritabitur.*
19 *Falsitas sola instrumento uel testamento opposita, quin pendente accusatione instrumentum executioni mandari,uel ex testamento haereditas adiri possit,minimè impedit.*
20 *Notarius accusatur,quòd composuerit falsum instrumentum, comparuit se excusando,& datis fideiussoribus aufugit,an habebitur pro confesso, & an fuga praeiudicet creditori contra suum debitorem.*
21 *Falsi causatus,quod falsos testes produxerit cum testibus ipsis,quorum defensio fuit eos iniuriatos parte; non citata deposuisse, qua poena puniendi ueniant. Et quid de eo, qui falsum praeter quàm quòd articuli continent deposuit.*

Mensuram

22 *Mensuram uel stateram non iustam tenens in domo,an puniri possit.*
23 *Accusatione instituta,si per confessionem accusantis & testes constet falsam & calumniosam,an accusator de falso punietur.*
24 *Nuncius communis an de falso puniatur,si retulit se citasse quem non citauit, & quid si bona fide utens instrumento dicatur à parte,quòd est falsum,& non desistat nisi prope finem causae,an euitabit poenam falsi.*
25 *Instrumentum quoddam reperitur falsum circa indictionem si alius quàm notarius utatur,an notarius & utens siue producens teneatur poena falsi.*
26 *Testis deponens super pluribus articulis,si super uno conuincatur dixisse falsum,an de rogetur quo ad omnes articulos.*
27 *Instrumento producto coram iudice per quendam illiteratum dicentem se uelle uti eo,si non sint in illo anni domini, & sit differentia signi tabellionis ad alia signa eiusdẽ tabellionis,an punietur pro lucrens tanquàm falsarius.*
28 *Notarius fecit mihi instrumentum: post tempus peto illud mihi datum forma publica,ille dicit se non recordari illud fecisse,an possim illud de falso accusare.*
29 *Dolus regulariter non praesumitur, & in quibus casibus dolus praesumitur.*
30 *Tabellio condemnatus de falso, quia falsum instrumentum confecerat, facta reseruatione artis suae in sententia,an talis reseruatio ualeat.*
31 *Tabellio semel falsum commisit,postea multa alia instrumenta fecit, an illis credatur.*
32 *Tabellio scienter fecit instrumentum falsum:sed in illo deficit dies, an notarius teneatur poena falsi.*
33 *Stante statuto quod nullus faciat instrumentum uenditionis bonorum, quam fecerit aliquis de parte Lambertorum sub poena lib.centum,si notarius faciat instrumentum super alienatione dictorum bonorum, sed non reperiebatur in regiſtro, & sic erat inefficax ex forma statuti,an notarius incidat in poenam.*

NVnc vero est vidẽdum de falsarijs & falsitatibus quid sit falsum, quando committatur. qualiter cognoscatur. quibus modis committatur. & quę sit
1 falsi poena. †Est autem falsum mutatio veritatis:vt in authen.de inst.cau.in prin.col.vj.& committitur crimẽ falsi dolo adhibito,& non aliter:vt C.ad leg.Corn.de falsi.nec
2 exemplum:committitur † autem falsum multis modis, puta scriptura:vt siue scribat,siue deleat. Item dicto vt in teste,& qui accipit precium:vt ferat testimonium, vel nõ
a ferat[a],& qui falsis legibus vtitur in allegando. Item com-
b mittitur falsum facto, vt in falsa moneta[b], vel in partu
c suppositio,vel in mensura. Item committitur falsum vsu[c] vt in eo qui vtitur falsis instrumẽtis,vel si se gessit pro milite,vel falsis insignijs sit vsus. Item falsum committit,qui
8 testamentum celauit,corrupit,vel deleuit, vel qui edictũ
d corrupit,vel qui duobus rem insolidum vendidit, & instrumenta apud se deposita aduersario prodiderit[d]. Item & qui principi vel prefidi mentitur,vel per obreptionem aliquid obtinuerit, tenetur poena falsi: quasi autem falsum committit tutor vel curator vel alius,qui deposito officio rationem non reddit,vel quando aliquis sibi in testamento asscribit.de quibus omnibus,& etiam quando falsum committitur.dic plene vt not.domi. Azo in summa
3 cod.tit. †Cognoscitur autem de falso criminaliter & ciuiliter,& si criminaliter & per accusationem, tunc accusatori & accusato incumbit probatio: vt C.ad leg.Corn.de falsis.l.vbi.ciuiliter autem cognoscitur per exceptionem & replicationem, & tunc leuior procedit examinatio:vt C.ad legem Corne.de falsis.l.fin.& si dixi instrumentum falsum ciuiliter vel criminaliter excipiendo, vtrum possim postea accusare de falso vel non.dixi suprà quomodo de maleficijs cognoscatur per exceptionẽ, & qd' velit primo agi ciuiliter vel criminaliter potest:vt C.eo.l.damus. Est autẽ poena falsi & quasi falsi in libero homine deportato,& bonorũ publicatio. In seruo autem est eius poena vltimũ supplicium:vt ff.ad leg.Corn.de fal.l.j.& instit.de publ.iudic.§.item lex Cornel.ff.de public.iudic.l.ij.§.fi. & datur vsque ad viginti annos:vt C.eod. l.quærela.Sed hodie:quia non imponitur alicui dicta poena de consuetudine:& quia non vtimur deportationibus, satis dici potest, quod poena falsi debeat imponi secundùm formam statuti,& si de hoc non sit statutum, quòd tunc imponatur cõsueta:quasi hoc arbitrio iudicis relinquatur. ad hoc
e est aurea lex.ff.de extraord.crimi.l.sacculariũ.§.sunt quędam.C.de ædifi.priua.l.an in totum.& quæ sit longa consuetudo.l.j.ff.de pœn.l.hodie.sed de iure Lombard.si notarius fecerit falsam chartam:debet manum dextrã amittere:vt in Lombar.de eo qui falsam chartam scripsit,quæ hodie seruatur:& ita sentiunt Iacob.de Aret.& multi alij
4 docto. †Not.tamen quòd differentia est inter eum,qui fecit,vel fieri facit falsum instrumentum:& eum, qui solummodo falso in causis vtitur instrumẽto. Nam primus vtendo instrumento falso,licet abstineat ab vsu dicti instrumenti,nõ propterea pœnam falsi euitat. Alius autem qui autor falsitatis non fuit, abstinendo ab vsu pœna caret & fraude:vt C.eo.l.falsos codicillos. †Et no.etiam
5 quòd si ille, qui in causis vtitur aliquo instrumẽto dicat se abstinere ab vsu ipsius instrumenti, quòd tunc instrumentum illud viribus caret ex toto: vt C.de fide instrumentorum.l.si aduersarius. Item not.quòd ille, qui fecit falsum instrumentum:& ille, qui falso vtitur instrumento pari pœna puniuntur:vt C.eodem titu.l.si falsos codi-
6 cillos.& C.si reus vel accusa.mor.fuer.l.iij. † Item not. quòd ille solummodo,qui vtitur minus punitur: quia ille solum in decennium relegatur: vt ff.eod.tit.l.falsi.§.ordine.do.verò Guid.de Suza. & alij plerique docto.docent nos cum aliquibus vtemur instrumentis tali protestatione vti.Ego Albertus vtor tali instrumento in dicta causa,quòd dico & assero verum & omni fraude carere. Verum si quo tẽpore apparet falsum in toto vel in parte sua,
e dico & protestor ᵉ eo me abstinere & abstineo ab vsu ipsius instrumẽti, & quòd talis protestatio sit admittẽda, & per eam euitetur pœna falsi, probatur per legem C.de except.l.si quidam.ff.de dolo.l.eleganter.§.si procurator. & ff.de damn.infect.l.prætor ait.§.si controuersia.& l.qui vas.§.j.& l.si proprietatis.§.placuit.& in auth.de testib.§. si verò.& ff.depo.l.si quis inficiatus. & ff.de peti.hæred.l. si debitor. Quod autem quis possit se abstinere ab vsu instrumentorum patet:vt C.de falsis.l.si quis. †Sed pone
7 instrumentum simpliciter productũ est, & probatur manifestè fore suspectum non falsum, & lata est sententia super euidenti suspicione: quæritur nunquid producens sit de falso puniendus,vel quasi falso? die quòd non, licet instrumentum careat viribus,nisi producẽs ei instrumento fidem adhibeat.C.de probat.l. iubemus. † Pone in-
8 strumentum esse tale, quòd multa membra siue capitula in se contineat:in vno verò ipsorum capitulorum cõstat ipsum instrumentum esse falsum, in cæteris verò omnibus esse verum:quæritur nunquid totum instrumentum censeatur esse falsum? & primo videtur quod non. Nam non cẽsetur omnino falsum,quod iuuatur primordio veritatis:vt ff.de legat.ij.l.cum filius.§.hæres meus. Itẽ quia nos debemus attendere prætualentiam:vt ff.de acqui.rerum domi.quicquid.in fi.ff.de stat.homi.l.hermafroditũ Item pœnæ sunt molliendæ, non exasperandæ: vt ff.de pœn.l.interpretationem.& C.de lat.lib.tol.l.j.§.fi. Econtra videtur,quod tot sunt capitula, quot sunt sententiæ, tot sunt instrumenta,quot sunt capitula.C.de transactio. l.si ex falsis.in fi.& ff.de verb.oblig.& l.scire debemus. in prin.& l.quòd pluribus.& ff.de mino.l.etiam.§.j.ff.de eui ctio.l.quod dicitur.in princ. Item vnus testis totum reddit testimonium suspectum:vt ff.quemad.testa.aper.l.j.§. si quis ad diem.& C.de vete.iure enuc.l.ij.ad fi.secundum
9 quæ vltimo d.Guid.quæstionẽ hanc soluit. † Sed quid si instrumentũ constet esse falsum in ea parte, vbi non est vis aliqua,an vtens tali instrumento puniatur pœna falsi. domi.Guid.dicit q̃ sic.arg.ff.ad legem Corne.de falsis.l. si quis obrepserit.in princ. & ff.de arbitr.l.cum pœna.& ff.si quis cautio.l.si quis autem.§.j.& ff.de edendo.l.ij.§.j. vel die super quæstione ista vt dicimus.j.eod.tit.§.subij-
10 ciamus. †Pone quod aliquis produxit testes,quos cõstat fore falsos:modo quęritur an producens puniatur,& teneatur pœna falsi,die quòd sciens produxit illos falsos testes,quòd punietur pœna falsi.alias non: vt C.de falsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 l.nec exemplum. †Sed quare punietur ille, qui falsum instrumentum producit, non habita differentia an sciuerit vel ignorauerit. d.l.si falsos. C.eo. & in eo qui produxit testes falsos est secus. Respon. quod ille, qui instrumenta produxit, poterat deliberare super illis instrumẽtis, si fuerint vera vel non, sed secus est in producente testes, qui
12 ignorãs fuit, quid ipsi dixerint. †Sed pone qd' aliquis produxit falsos testes (ignorans tamen) publicatis testibus denunciatur sibi, quòd ipsi sunt falsi, ipse autem nihilominus eorum attestationibus vtitur in causa: nũquid punietur de falso. d. Guid. de Suza. dicit quod sic: quia certioratus dolo non caret ff. de liber. homi. exhi. l. ij. §. is qui. & quia vtendo attestationibus post denunciationem dolum committit, licet à principio fuerit ignorans. arg. ff. de pactis. l. iurisgentium. §. fine. & ff. de exceptio. doli. l. ij. §. circa. & insti. de acquir. rer. domi. §. fin. & sufficit inter initia sibi fuisse denunciatum. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. illud.
13 †Item statutum est in ciuitate, quòd quicunque produxerit falsos testes, debeat puniri personaliter: modo quidam in aliqua quæstione produxit multos testes: inter quos vnum scienter falsum produxit: modo quæritur an producens personaliter puniri debeat? & videtur qd' non: quia statutum dicit, testes: & pluralis locutio duos testes saltem requirit: vt ff. de testib. l. vbi. & ff. de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. si idem. nam cum statuta sint stricti iuris: intelligenda sunt sicut litera sonat: vt plenè scripsi ſ. de transact. l. & pace. §. vlti. in magna quæstione nostra. Econtra videtur per l. ff. vi bono. rapto. l. iij. §. homines. & §. quod ait prætor. & ff. de nego. gestis. l. iij. §. j. & aliàs dicit lex quòd qui filium habet, non est sine liberis: vt ff. de verbo. signific. l. non est sine liberis. ff. de condi. & demonst. l. falsam. §. vltimo. & ff. de legatis iij. l. qui conebinam. §. qui Stichum. Solu. per sapientes notatum inuenio, quod sequatur punitio secundum formam dicti statuti: quia illa talis pluralitas, quicunque produxerit falsos testes, inspecto communi vsu loquendi: in singularitate resoluitur: vt ff. de condi. & demonstr. l. falsam. §. fin. & de origi. iuris. l. ij. §. ex actis. & dicta. l. non est sine liberis. ff. de nego. gestis. l. ait prætor. §. j. aurea lex est ad hanc solutionem ff. vi bonorum rapto. l. iij. §. dolo. versic. sed si. & §.
14 ait prætor. Dyn. †Pone statutum esse in ciuitate, quod quicunque fecerit falsum instrumentum soluat pro pœna libr. l. aut quòd amputetur sibi manus: modo quidam notarius in actis curiæ commisit falsum: puta, quia fecit rasuram vel cancellationem, vel scripsit falsa: quæritur an debeat puniri pœna statuti. Hæc quæstio fuit de facto Paduæ super qua dixit do. Ia. de La. quod notarius ille tenetur pœna falsi de iure communi: vt ff. e. tit. l. j. §. quod in rationibus. & l. qui testamentum. aliàs incipit Paulus. & l. instrumentorum. ad fi. ibi, deleuerit. sed de stricta ratione dixit, quòd non tenetur pœna staturi: quia non constat instrumentum falsum fecisse, qui deleuit vel cancellauit, tamen appellatione instrumentorum continentur acta: vt ff. de fide instrumen. l. j. & de verbo. significl. nocentes. §. instrumentorum. Sed cùm hodie pœna legis Corn. de fal. non imponitur alicui: quia deportationibus nõ vtimur: putat idem d. Iac. & alij plerique prudentes rectores terrarum bene facere, si pœnam ordinatam per statutum imponat: quare hoc eorum arbitrio sit relictum: ergo in hoc consuetudinem regionis inspiciant. ad hoc aurea lex est ff. de extraord. crimi. l. sacularij. §. sunt quædam. & C. de ed. fi. priua. l. an in totum. & quæ sit longa consuetu. l. j.
5 †Sed quid si tabellio vel iudex ante aperturam testium manifestet, vel legi passus fuerit dicta testiũ: modo quæritur: nunquid ille iudex vel notarius teneatur pœna falsi? dic quod sic per l. ff. eo. tit. l. j. §. is qui instrumenta. & ea. l. in princ. ibi, inspicienda ne &c. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. instrumentum. & §. ij. ff. de extraordi. crimi. l. sacularij. §. j. Idem dicit do. Iac. de La. in procuratore vel aduocato reuelantibus instrumenta, vel alia iura secreta suæ partis parti aduersæ per iura prædicta. Idem dicit in quolibet reuelante secreta, consilia suæ ciuitatis, vel qui detegit priuata consilia sui potestatis vel præsidis vel alterius, cuius officio obsequitur. Idem in iudice, si manifestauerit vel reuelauerit sententiam, quam laturus erat ante pronunciationem. & facit ff. de falsis. in princip. & ff. de officio præsidis. l. obseruandum. & argu. ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. transfugæ. ff. de re milit. l. omne delictum. §. exportatores. Nam manifestare secreta est quędam species proditionis vt dicitur: & ita Paduæ contingit de facto, & consilio dicti domini Ia. & aliorum peritorum iur. condemnatus fuit de falso quidam notarius, qui ante aperturam testium attestationes patefecerat eorundem.
16 †Sed pone quòd aduocatus alleget in causa falsum instrumentum vel falsos testes: quæritur nunquid possit de falso puniri? distingue in hoc, an faciat sciens vel ignorans. Primo casu si sciuerit, potest puniri: secundo verò casu, si ignorauerit, non possit: vt argumen. ff. eodem titu. l.
17 diuus Pius. in fine. †Sed quomodo probabitur: vtrum sciuerit an ignorauerit? Respond. ex coniecturis: vt ff. de verborum obligationibus. l. continuus. inspicietur enim qualitas personæ, an talis sit, quæ careat omni suspicione: quia tunc præsumitur per errorem allegasse: si verò sit persona suspecta, præsumemus ex mala eius vita prætexta contra eum: vt quia similia facere consueuit, & quod persona sit spectanda probatur. ff. de test. l. iij. ff. de re milita. l. non omnis. §. Barbarius. & C. si quis Imperatori maledixerit. l. vna.
18 †Sed quid si aduocatus allegat falsam legem, & iudex secundum legem allegatam sententiam tulit: nunquid irritabitur illa sententia? videtur secũdum opinionem domini Odoffre. quod sic, si constet iudicem sequutum allegationem illius falsæ legis: quia allegatio falsa non debet adminiculum præstare causæ: vt ff. de iudicijs. l. si prætor. §. Marcellus. ad instar sententiæ latæ ob falsos testes, vel ob falsa instrumenta, quæ sententia ipso iure non tenet, vel beneficio restitutionis in integrum retractatur: vt C. si ex fal. instrumen. per totum. si enim sententia sit lata ob falsos testes, vel ob falsa instrumenta: tũc tenet ipsa sententia, sed irritatur beneficio restitutionis. ff. de re iudica. l. Diuus. Idem dicas si lata sit per dolum, vel
20 machinationem vel falsas allegationes: quia de rigore iuris tenet. l. seruo. §. cùm prætor. ff. ad Trebellianum. sed de æquitate datur restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. l. j. in fin. ff. ex quibus causis maiores. & l. sed & si per prætorem. in fin. & quòd detur restitutio. facit l. Diuus. ff. de in integrum restitutio. & l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudicijs. fallit tamen fauore minorum: quia ipso iure sententia est nulla: vt C. si ex falsis instrumentis. l. ij. Item fallit quando per præuaricationem aduocati fertur sententia: quia tunc ipso iure non tenet: vt C. de aduoca. diuersorum iudic. l. j. vel dic, quod ibi datur restitutio maiori ex prædicta clausula, sicut minori in prædicto casu datur restitutio. l. minor autem magistratus. §. j. ff. de minorib. dominus Odoffre. vtriusque legum
19 doctor. †Pone quòd aliquis inducat contra me instrumentum vel testamentum, ego verò vtentem me accusem de falso sola ratione vsus, modo quæritur: an illa accusatione pendente possit adiri hęreditas, vel instrumentum mutui exequutioni mandari? videtur quod nõ: quia lite pendente non est aliquid innouandum. C. vt lite penden. per totum argumen. C. de contrahenda & committen. stipulatio. l. optimam. sed contrarium est dicendum, quòd pendente accusatione potest peti & adiri hæreditas. ff. de acquirenda hæredita. l. cùm falsam. & argumen. C. de falsis. l. satis aperta. Secus si ego accusem aduersarium, quòd ipse fecisset falsum testamentum vel instrumenta: quia tunc non posset petere vel adire: vt dicta l. cùm falsam.
20 †Item quæro de quæstione quam pluries vidi & habui de facto. Notarius quidam accusatur, quòd composuit falsum instrumentum, qui ad accusationem comparuit, & se excusauit, & fideiussores dedit, & postea aufugit: quæritur an habeatur pro confesso. Item an dicta fuga

ga præiudicet creditori contra suum debitorem. Primò videtur quod habeatur pro confesso. C. de assessoribus. l. consiliarios. Item quia fuit contumax, & eius contumacia pro facto reputatur: vt in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. igitur facit præiudicium vtrique. l. si quis decurio. C. ad legem Corneliam de falsis. Econtra videtur, quòd accusatus veniens intra annum auditur. ff. de pœnis. l. absentem. §. primo. Item hæc talis persona sibi tantum facit præiudicium, & non alijs. ff. de pactis. l. si vnus. §. in summa. & C. res inter alios acta. per totum. Præterea notarius non habetur, nisi loco vnius testis, ergo non facit instrumentum nisi suspectum: vt ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. j. in fin. Sol. dic,
f quod non habeatur pro confesso, sed propter fugam potest peti, quòd bona eius annotentur, & intra annum veniens auditur: vt C. de requirendis reis. l. secunda. & dic, quòd talis fuga nõ præiudicat creditori: vt supra. Subiiciamus nunc quæstionem quæ quotidie occurrit de fa-
21 cto. †Quidam scienter produxit falsos testes, qui cum testibus fuit accusatus, sed eorum defensionem probant seu ostendunt, quod illi testes deposuerunt non iurati eorum dicta, vel quod non iurauerunt partibus præsentibus, vel parte non citata: quæritur nunquid debeant puniri de falso, & quòd sint puniendi tam producens quam ipsi testes. argumento ff. ad legem Iuliam de adulteriis. l. si vxor. secundo responso. vbi legitur, quòd quamuis vxor probetur non iusta & non legitima: quia tamen propter matrimonium putatiuum matronę nomen assumpsit, poterit, qui eam cognouerit, accusari & coerceri de adulterio. Item si quis legatum rei sacræ scripsit sibi tenetur lege Cornelia de falsis. quamuis legatum non teneat de iure: vt ff. eodem. l. si quis legatum. primo & secundo responso. optimè facit ff. ad senatusc̃ consultum Sillanianum. l. si quis in graui. §. si quis codicillos. Nam sufficit factum in homine ad pœnam: quamuis iuris non sortiatur effectum: vt ff. ad municipal. & de incol. l. quid ergo. §. vltimo. cùm autem in maleficijs voluntas spectatur non exitus. ff. de sicarijs. l. Diuus. & l. j. §. primo. C. de sicarijs. l. is qui cum telo. ff. de furtis. l. qui iniuriæ. de iniurijs. l. quod reipubli. & l. iij. §. si quis dolo. de tabul. exhiben. Econtra videtur quod sint absoluendi. argumento ff. ne quis eum qui in ius vocatus non ierit. in fin. & lex præsumit quem in dubio potius simplicitate quàm malicia deliquisse: vt C. de his qui sibi adscribunt. l. penultima. & ff. de falsis. l. diuus Pius. & C. si mancipium ita fuerit alienatum. l. quidam. & ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. testamento. denuo est ratio efficax, quæ tales statuit puniendos: quia illa demum falsitas coercenda venit, quæ vtenti tali falsitate prodest, & alij nocet: vt argumento ff. eodem titu. l. impuberem. §. primo. versicu. & si eo seruo. & C. de his qui sibi adscribunt. l. prima. & de precibus Imperato. oferen. l. rescripta. Nam hæc talis falsitas nec prodest vtenti, nec nocet parti aduersæ. Nam depositio testium non iurata vel iurata partibus absentibus & non citatis, nemini prodest vel nocet, & eadem quæstio contigit Bononiæ de quodam teste, qui falsum dixerat, & deposuerat extra intentionem, & articulos datos ad probandum. Solu. domi. Marti. de Fano. & docto. Bononien. soluunt & dicunt, dictos testes non teneri pœna falsi. probatur per iura pro hac parte allegata. Et ad hanc solutionem optime facit l. prima. ff. de crimine expila. hæredita. l. fina. in fi. ibi, & nihil mutat existimatio surripientis. & dicta l. impuberem. §. primo. & ff. de furtis. l. inter omnes. §. rectè. ad finem. ff. de incen. rui. naufrag. l. j. §. si suspicio. & C. ad legem Flauiam de plagiar. l. præses. cum quodam tempore assiderem Bonoñ. cum strenuo docto. domi. Anto. de Sixerata, tunc potestate ibidem, & coram me simul quæstio incidisset de quodam teste, qui extra articulos scienter falsum dixerat: voluit idem domi. Anto. super illa causa habere consilium domi. Lamberti de Ramp. & aliorum doctorum, qui consuluerunt finaliter illum testem pœna falsi non teneri rationibus præallegatis. verum quia eum deliquisse constabat dictum testem: quia vbicunque dolus versatur, & vbicunque deest certum nomen delicti, illud delictum extraordinarium dicitur crimen stellionatus: vt ff. de crimine stelliona. l. stellionatus. §. stellionatum. in princip. & generaliter consuluerunt insuper eundem testem pœna extraordinaria pecuniariter cõdemnari arbitrio potestatis prædicti. Nam vbicunque non est pœna determinata à lege committitur arbitrio iudicantis. ff. de iure deliberan. l. j. & ff. de pœnis. l. hodie. & extra de officio & potest. iudi. delega. cap. de causis. vel dic secundum Dynum. vt voluit dum legeret super l. qui testamentum. ff. de falsis. quod dicti testes pœna falsi teneantur: quia in seipsis maleficium consummatum est, & per eos non stetit, quin maleficium effectum habuit. argumento legum allegatarum pro hac parte. Ad hanc quæstionem pro & contra est. ff. de falsis. l. si quis legatum. Nam falsus testis punitur de falso, quamuis non læserit partem, vel eius dictum non habuit effectum: vt not. extrà de falsis. in cap. primo. Nec prodest etiam si dicat errauisse: quia non debet adferre verum esse id de quo non est certus. argumento capitu. primo, de scrutinio. & extra eodem titu. capit. ad falsarium. & facit ff. eodem. l. eos. Nam sicut not. Guil. Duran. in opere suo in titu. de teste. §. si testis admittat falsitatem in dicto suo siue scienter, siue ignoranter non valet eius dictum: nunquam enim debet dicere, nisi quod in veritate nouit, & in quo non possit esse ignorantia: vt tertia quæstio. ix. §. testes. cap. pura. & hæc sic dicta per Dyn. & Gui. seruantur quando dic-
22 tum testis aliquod est nullum, seruа supradicta. †Sed pone quod aliquis habeat & teneat in sua domo mensuram non iustam, vel stateram, & pondera: quæro nunquid ex hoc possit puniri? dic quod sic, per legem diuinam Moisi: vt in veteri testamento in libro Deuteronomij. ad idem notat, in capitulo. ij. de emptione & vendi-
tione. & in l. arbitrio. ff. de dolo. §. de eo. & l. annona. in fin.
23 de extraordina. crimi. †Pone quæstionem, quæ etiam de facto mihi contigit Bononiæ, quidam instituit accusationem quòd à quodam fuit percussus & vulneratus, quam constitit tam per testes, quàm ex confessione esse falsam & calumniosam, & fuimus in dubio quinque assessores: vtrum ille accusator posset condemnari de falso: super qua quæstione videtur per id, quod scripsit dominus Gui. quod ille teneatur pœna falsi, per legem ff. eodem. lege, prima. §. primo. & hoc idem videtur sentire gloss. Accursij ff. de calumniatoribus. lege, prima. §. primo. & allegat dicta l. in princip. sed argumen. est contra, quod non teneatur de falso. ff. ad senatusconsultum Tertullianum. l. j. in principio ibi, calumniator &c. Nam talionis pœna falsitatis, id est accusationis, non verò videtur tranfuga in nomen calumniæ, quæ calumnia punitur pœna talionis, id est pœna, qua accusatus debet puniri: vt plenè ff. de his qui notantur infamia. l. athletas. & C. de accusationibus. lege, finali. In falsitate autem alia imponitur: vt ff. eodem. lege, prima. §. finali. Super qua quæstione, nos quinque adsessores consuluimus domi. Lambert. de Ramponib. qui deliberato consilio consuluit dictum accusatorem puniri non posse
g pœna falsi rationibus prædictis. Super qua quæstione adduxit casum legis in corpore authentica vt litigantes iurent. §. si quis autem. versiculo si inter. & ibi in gloss. & hæc est veritas. & sic vidi per assessores, & legum doctores quod possit obseruari. verum quia constabat dictum accusatorem calumniosè dictam accusationem fecisse: consuluit idem dominus Lamber. eum non effugere aliam pœnam. quod dic: vt not. infra eodem subiiciamus. ad fin.
24 †Pone, quidam nuncius communis retulit se citasse aliquem: quem non citauit. quæritur nunquid teneatur pœna falsi? dic quòd sic. ff. eodem lege, qui nomine. Sed dic, pone quòd Titius in causa, quam mecum habebat bona fide vtebatur quodam

Universidad de Deusto
Biblioteca

instrumẽto publico cum protestatione vel sine, ego quidem in processu causæ coram iudice dixi eidem Titio, quòd istud instrumentum erat falsum assignando causas falsitatis, ipse nihilominus in vsu instrumenti perseuerauit quasi ad finem causæ postea vult desistere ab vsu: quæritur, si desistat, nunquid euitet pœnam falsi? videtur quòd sic, per l. si falsos. C. de falsis. Sed dic contra. quia certioratus, non dicitur dolo carere. ff. de liber. homi. exhibẽ. l. iij. §. ij. Nam licet ab initio ignorauerit, tamen perseuerando in vsu post denunciationem non dicitur dolo carere, vel pœnam euitare posse. ff. de exceptionib. l. ij. §. circa. & §. generaliter. & de pact. l. iurisgentium. §. siue. & de tribu. l. illud. §. si cuius. & sufficit quòd fuerit semel certioratus. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. illud. hæc didici à domino
25 Thomaso de antro famoso, legum doct. †Quæstio talis est. Quidam notarius fecit quoddam instrumentum, quod reperitur esse falsum circa indictionem tantum. & quidam alius in quadam causa illo vtitur instrumẽto, modo quæritur, an producens & notarius pœna falsi teneantur? & videtur quod non: quoniam falsitas non committitur sine dolo. C. eodem. l. nec exemplum. quia videtur esse erratum: licet instrumentum illud non valeat: quia caret vna de solennitatibus: vt in authen. vt præpona. nomẽ Imperatoris. & de transactioni. l. cum hi. §. prætor. nec est in culpa producens, si forte notarius sit mortuus, vel non reperiatur schedula: vnde sufficeret si producens adhibuerit fidem instrumento. C. de fide instrumen. l. iudices. & C. de probatio. l. iubemus. solu. dicatis quòd si producens astrinxit fidem instrumento quòd ipse euitet pœnam falsi, licet instrumentum careat viribus, si autem non cõstat de veritate contractus, instrumentum redditur suspe-
h ctum[h], & producens & notarius incidunt in pœnam falsi. facit extra de fide instrumento. c. inter dilectos. in j. col. versicu. sed contra. ibi, in annotatione indictionis. & ita
26 fuit consultum Bonoñ. per duos legum docto. †Quæstio vtilis, & quæ quotidie occurrit de facto. Quidam testis super multis articulis deposuit dictum suũ, vnde super vno articulo redarguitur de falso: modo quæritur, an in omnibus alijs articulis debeat haberi & reputari pro falso: vt sic in totum derogetur dicto eius? Et primo videtur quòd non: quia cum super pluribus articulis deposuerit, tot videntur depositiones, quot sunt eius dicta & capita. argumen. ff. de euictioni. l. cùm plures. & ff. de verborum obligatio. l. cùm pluribus. ij. respon. ad similitudinem arbitri, qui licet in vno contextu duo præcipiat, duo præcepta dicuntur: vt ff. de arbitris. l. Celsus. vnde si iteretur dictum suum in vno, in alio iuuari debet. arg. ff. de minori. l. etiam. & hoc etiam video in contractibus. ff. de do. l. sci. primo respon. ff. de iure do. l. siue. ff. de vsu. l. pactum. ff. de bono. possessio. l. si patronus. §. filius. hæc tamen in præcepto videmus, vt pars teneat, & pars cassetur: vt ff. de re iudi. l. si se non. §. si quis condemnatus. Accedit etiã ad hoc totum illud generale, vtile per inutile non vitiari. Item lex dicit non videtur falsum, quod iuuatur primordio veritatis: vt ff. de legat. ij. l. cum filius. §. hæres. ergo testimonium, quod non constat falsum, non dicetur falsum propter aliquem falsum articulum. Quid plura? potius debemus sustinere falsum pro vero, quàm verum pro falso accusare: vt C. de appella. l. præcipimus. in fin. nam hęc etiam videmus in scriptura, quæ pro parte non tenet. l. j. prope finem. C. de lati. libert. tollen. & in authẽ. vt cum de appella. cognoscen. §. finautem. C. de transactio. l. si ex falsis. E contra videtur. Nam modicum particulare totam testificationis seriem deornat: vt iij. q. ix. c. pura. Item vnus sociorum multorum societatem dissoluit: vt arg. ff. pro socio. l. actio. §. morte. Item nõ est præsumendum quòd amplius verum dicit, qui in vno est calumniatus: vt ff. de accusationibus. l. si cui. §. ijsdem. ff. communia prædiorum. l. receptum. ff. de transactionibus. l. cum hi. §. prætor. C. de quæstionib. l. diuo Marco. ff. si quis cautionib. l. si seruus. §. penulti. Præterea qui peccat pro parte, punitur insolidum. l. ij. §. penultimo. C. de veter. iure euuclean. ff. de legatis. ij. l. etiam. & de annuis legatis. l. ij. Nam vnum tantum fuit sacramentum super omnibus articulis. Solu. secundùm domi. Marti. de Fan. dic quòd si testis in vno articulo suæ attestationis dixit falsum, in cæteris falsum dixisse videtur: sic quod ei credendum non est: vt ff. de testibus. l. qui falsa & varia. & C. de testibus. l. eos. & C. de suscept. & archa. l. si quid. libro x. dominus verò Iacob. de Aret. circa solutionem quæstionis prefatæ aliter dicit & sentit, dicens: cùm quæritur an testi, qui in vno articulo dixit falsum, in alijs fides debeat derogari? videtur quod sic rationibus præallegatis: vt extrà de regul. iur. cap. de fal. Nam qui in vno dixit falsum: factus est omnium reus, & totam seriem partis mendacio decolorat: vt iij. quæstio. ix. cap. pura. sed tu forte dices, quòd istud est verum, quando testis primò falsum postea verum dixit: quia primò falsum dicendo deierauit, & sic se intestabilem fecit ratione periurij, sed si primò verum postea falsum dixit, non vitiatur propterea primum. Sed finaliter soluit ipse dominus Iacob. & dicit quod testis, qui in vno dixit falsum in cæteris suis dictis falsum præsumatur dixisse: vt dicto §. ijsdẽ. Nam certum est, quòd qui in vno dixit falsum, in dubio præsumẽdum est, quòd in alio falsum dixerit. Et pro hoc est textus in l. iij. §. si autem. ff. de suspect. tuto. Item quia ex præsenti coniecturamus & præsumimus quale fuit præteritum: vt C. de adulter. l. si quis adulterium. Item ratione partis falsæ totum falsum esse dicitur: vt C. de vete. iure enucleando. l. ij. in vltima colum. Item ex animo veniunt delicta: vt ff. de ædil. edicto. l. quis sit fugitiuus. & hoc est verum, si testis falsum dixerit super substantiali negotio, vel super circunstantijs. ita quòd derogetur fidei ipsius testis in alijs: quia iurat testis dicere veritatem negotij: vt C. de test. l. iurisiurandi. & C. de episc. & clericis. authen. sed iudex. Nam vbicunq; aliquis dicit extra negotium: illud intelligitur dicere fabulando, non testificando: vnde non potest redargui de falsitate: quia falsitas nõ committitur sine dolo: vt C. eodem titu. l. nec exemplum. & dolus committi non dicitur, nisi alius lædatur: vt ff. de dolo. l. j. §. vltimo. & hoc not. per Innocen. extrà de hære. cap. vergentes. dominus verò Vbert. de Bob. dicit, quòd si causa est diuersa, locum habent primò allegata: si autem vnum dictum coheret alteri vt diuidi non possunt, habent locum secundo allegata: vt l. etiam. §. fina. ff. de mi
27 noribus. †Sequitur videre aliam quæstionem, quæ talis est. Quidam illiteratus in quadam causa dixit se velle vti coram iudice quodam instrumento, quod coram iudice producebat, & de eo velle dare copiã aduersario suo in hoc instrumento erant isti defectus. Nam non erãt ibi anni domini. Item erat differentia signi ad signa eiusdem tabellionis in alijs chartis. Modo istud instrumentum accusabatur de falso: & petebatur, quòd producens tanquã falsarius puniretur. Et quòd iste non debeat puniri de falso: quia falsum non committitur absque dolo: vt C. de falsis. l. nec exemplum. & lex præsumit in dubio quem potius simplicitate quam malitia deliquisse: vt C. de his qui sibi asseribunt in testamẽ. l. penulti. & ff. de falsis. l. Diuus Pius. hæc sola sufficerent, nisi disputandi causa adijcimus alias rationes. Est & secunda quòd non puniatur etiam si manibus propris fecisset: quia instrumentum istud non est falsum: quia illi ducenti anni omissi sunt errore scribentis. Nam ille tabellio, qui scripsit instrumentum, si voluisset facere chartam falsam: scripsisset ea, quæ in vita sua accidere potuissent. Nam lex præsumit quòd falsa instrumenta fiant prolato die & consule, sed hic fuerunt prolati ducenti anni, quod est impossibile in hoc seculo: cùm falsitas non sit, nisi mutatio veritatis: vt in authenti. de fide instrumento. & cau. in princip. ergo est manifestissimus iste error, & manifestissimus error non nocet: vt ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. j. §. j. C. de errore aduocato. l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. si per errorem. C. de iuramento calumniæ. l. prima.

ma. C. de test. lege, errore eorum. Tertia ratio: quia non fuit falsitas, sed obliuio. oblitus enim est ponere ducentos annos, & sic per ignorantiam obmisit, lex enim dicit, quòd in talibus consensus & malicia & voluntas exigantur, non ignorantia: vt C. de tabellio. l. generali. libro decimo. ff. de verborum significationibus. lege, sæpe. ad finem. C. de fideicommiss. l. prima. Quinimo plus dico, quòd illi ducenti anni, qui fuerunt obmissi debent pro additis & appositis haberi, sic enim dicit lex, quòd vbicunque est minus scriptum, quam sit verum: debet pro addito haberi: vt ff. de hæreticis & maniche. l. quicunque. & ff. de legatis ij. l. cùm pater. §. ex imperfecto. & l. vnum ex familia. §. obmissi. & C. de fideiussorib. l. verbum nolo. Quarta ratio: quia expresse dicit lex, quòd non est falsitas, si in annis domini, vel in numero aliarum rerum vel computatione quis fefellit: vt ff. eodẽ. l. quid sit falsum. non enim debet quis in talibus puniri, nisi dolus affuerit. Quinta ratio: quia ad hoc vt falsitas puniatur: debet talis esse, quòd aliquem lædat, & alij noceat, & vtenti prosit: sed hic nullum istorum assu. quia neminem ista falsitas offendit, ergo pœna eximendus est & qui scripsit: vt suprà dictum est, & facit C. de præcibus Impera. offerend. l. rescripto. Item quia falsitas non committitur sine dolo etiam vbi alius lædatur: vt ff. de dolo. l. j. Item nec interdictum quod vi aut clam competit, nisi ex facto opere quis lædatur: vt ff. quod vi aut clam. l. si maturam. primo responso. & l. fina. & est ratio: quia nihil obfuit conatus: cùm iniuria nullum habuit effectum. ff. quod quisque iuris. l. j. §. fina. Sexta ratio: quia nec istud instrumentum fabricauit, nec fabricari fecit, nec vti vult eodem: vnde abstinere potest ab vsu. vt not. s. eodem titulo. §. & non quod. Si autem dicat aliquis eum teneri: quia inuentum fuit penes eum. ista fuit simplicitas antiquorum, qui eo ipso quod furtum conceptum vel inuentum erat penes eum, dicebant eum teneri. Sed hodie ista simplicitas est correcta: vt institu. de obligationibus quæ ex delicto nascuntur. §. conceptum. Nam non est maleficus ille, penes quem est inuentum venenum, nec hæreticus est ille penes quẽ libri de hæresi sunt inuenti: dummodo velit illos deferre: vt C. de episcopa. audien. l. mathematici. Septima ratio: quia posito quòd fuisset vsus falso instrumento: euitat pœnam si abstineat ab vsu: vt ff. eodẽ titu. l. si falsos codicillos. Solutio, quòd non teneatur pœ-
28 na falsi rationibus superius allegatis. †Quæstio talis i est. Quidam notarius fecit mihi instrumentum: in quo continetur, quòd Titius debet mihi dare centum libr. Papien. ex causa mutui: post tempus peto à notario instrumentum illud in forma publica: notarius dicit, quòd non recordatur, quòd fecerit illud instrumentum. & illud mihi dare recusat. volo ipsum notarium accusare de falso: quæritur nũquid possum? Et primo quòd sic: quia eo ipso, quòd quis denegat instrumentum: tenetur de falso, quãquam aliàs falsum non commiserit: vt ff. ad legem Cornelia de falsis. l. Paulus. in fi. & l. qui testamentum. in principio. reprobata opinione istorum, qui dixerunt publicam accusationem locum non habere de falso, nisi tantũ in testamento: vt not. ff. de public. iudicis. l. j. & institu. de publi. iudic. §. item lex Cornelia. nec videtur excusari notarius, quod dicat se non recordari: quia in facto non est tolerabilis ignorantia: vt ff. de iuris & facti ignorantia. l. plurimum interest. C. de rescindenda venditione. l. quisquis. Pro hoc facit ff. de acquiren. hæredita. l. cum falsum. ibi, noscere debeat se falsum non fecisse &c. in alieno enim facto secus est: vt ff. pro suo. l. fina. Item video, quòd ar-
k gentarius, qui semel habuit codicem rationum à se confectum præsumitur hodie habere: vnde si petat ipsum ab alio edi, non audiatur: nisi probet se casu perdidisse: vt ff. de edendo. l. si quis ex argentarijs. §. fina. sic & iste notarius præsumitur penes se habere instrumentum meum: cum ipse fecerit, nisi probet se vendidisse. & sic est præsumptio contra eum. nor. Item pro ista parte contra nota. facit ff. de edendo. l. argentarius. circa princip. vbi notat, quòd tabelliones sunt cogendi &c. & in authentica, de tabellio. §. primò. in fine ibi, & non propter suam requiem & delicias corrumpant alienas vitas. E contra, vt detur quòd accusatio de falso non procedat, potest enim esse quòd notarius fecit instrumentum, & tamen non recordatur propter longum temporis spatium. Est enim memoria hominis labilis & non de facili duratura: vt ff. de probationibus. l. si arbiter. Præterea video quod testes quodammodo possunt variare fidem ex tractu temporis: vt ff. de Carboniano edicto. l. prima. §. duę autem sunt causæ. Alia ratio est, legitur enim quòd lex Cornelia locum non habet, nisi pro falso dolo commisso: vt C. eo-
29 dem titulo. l. nec exemplum. † ac dolus non præsumitur regulariter: sed qui dolum dicit, dolum probare debet: vt ff. de probationibus. l. quoties. §. qui dolum. & ff. de iudicijs. l. cùm prætor. §. Marcel. Hoc autem fallit in casibus, in quibus dolus præsumitur. Primus enim casus est in tutore, qui non confecit inuentarium: vt de administratione tutorum. l. tutor qui repertorium. in principio. Item fallit, cùm quis habens creditores vniuersas res alij tradidit, præsumitur enim à iure hoc dolo facere causa fraudandi creditores. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem creditorum. Item fallit in hærede, qui mota controuersia hæreditatis legata soluit sine cautionibus. l. dolo. ff. ad legem Falcidiam. Quartus casus probatur ff. mandati. l. si procurator. §. ignorantes. Pro tabel. facit, quòd potius videatur in hoc incidere errore quàm malicia: & ideo pœna legis Corneliæ debet ei remitti: vt ff. de his qui sibi asseri. l. penultima. in fin. ibi, magis errore quàm malicia incidisse. Solu. domi. Lambert. de Rampo. Bonoñ. legum doctorem, hanc quæstionem disputauit & soluit dicens, quòd refert vtrum notarius sit bonæ famæ & tempus sit longum, quo instrumentum factum dicatur, & tunc non possit accusari saluo iure in causa ciuili & iudicio ordinario contra notarium ad damnum meum seu interesse. argumento legum pro hac parte allegata. C. de testamentis. l. sancimus. si verò tempus est breue, quo factum fuerit instrumentum, & notarius sit malæ famæ & suspecta persona: tunc dico, quòd potest accusare, & accusatus puniri. & pro hac parte est etiã argumentũ ff. de edẽ. l. si quis ex argẽtarijs. §. cogenẽ. ibi, Quid enim si humilis & de-
30 ploratus &c. †Item pone quidam tabellio, qui falsum fecerat instrumentum fuit condemnatus de falso in cer-
i ta quantitate pecuniæ reseruata[i] sibi arte sua per iudicem in sententia. Modo quæritur, an illa reseruatio potuerit fieri per iudicem, ita quod ille tabellio arte sua possit vti? videtur quòd sic. argumento C. de curato. l. generaliter. in principio, & ff. de legatis tertio. l. si quis. in principio. §. miles. E contra videtur, quòd iuris authoritas non est in potestate iudicis, & ideo eum condemnauit cum tabellionem de falso videtur statim & consequitur actum: vt non possit esse tabellio: quia infamis: vt ff. ad Municipales. l. ordine. & ff. ad senatusconsultum Turpillianum. l. j. §. calumniatoribus. ibi, facti quidem quæstio &c. Solutio secundùm dominum Dyn. dic, quòd illa talis reseruatio non valuerit festucam per iura prædicta, & per iura pro hac parte allegata, & per l. ff. de iniurijs. l. Diuus Seuerus. vbi dicitur, quòd damnatus pro atroci iniuria in ordine decurionum esse non potest, nec quicquam operatur sententia iudicantis, qui talem in ordine decurionum mansisse decreuerit, & per hanc legem soluit idem dominus Dynus, quæstionem præfatam & soluuntur aliæ
31 similes quæstiones. †Pone quæstio. quòd tabellio semel falsum commisit: postea multa alia fecit instrumenta: quæritur an credatur alijs instrumentis[k]. Et primò videtur quòd non: quia à falso authore non est verisimile verum instrumentum produci. argumento ff. de edendo. l. si quis ex argentarijs. §. primo. ibi, Quid enim si humilis & deploratus. Nam cùm falsum composuerit puniendus est non solum in eo, sed in cæteris, quæ postea scripsit. argumento ff. quod quisque iuris. l. penulti. §. penult. vitu-
perauit enim ministerium suum: vnde ad illud non debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea posse redire.l.quicunque.C.de episco. & clericis. l. placet. & de repud.l.consensu.§.hoc enim iure. porrò quia olim fuit malus : malè facere existimatur.argumento.ff.de accusationibus.l. si cui.§.ij. & l. non omnes.§. à barbaris.ff.de re milita.& l.ij.§.is qui. Quid plura? lex videtur expressa.C.de suscep.præposi.& archa.l.si aliquid. libro x. Nam & si tutor malè gessit, in præteritum remouetur à tutela.argumento.ff.de suspecto tuto.l.iij.§.nunc videamus.& §.sinautem ipse.& §.si curator. nempè qui in vno peccauit factus est omnium reus:extra de re iudicata.cap. desleat.l.ij.C.de hære.& ideo si semel peiero amplius nõ possum esse testis, ergo si semel falsum composui, vlterius non possum instrumenta componere. argumen.ff.de iureiurando.l.si duo.§.fina.non enim desinit esse falsarius,qui semel se falsitatibus irretiuit.argumento ff.de ædil.edicto.l.quid sit fugitiuus.primo respõso. & l.qui ea mente.ff.de furtis.Econtra videtur,quòd licet in aliquo minus bene fecit, non tamen cætera debent irritari.argumento C.de transactionibos.l.si ex falsis.Nam qui olim fuit malus:potest hodie esse bonus.argumento C.de nuptijs.l. Imperialis.ff.de liberis & posthumis.l.placet.nec pro vno falso commisso,debent cætera irritari. dicta:.si ex falsis.quomodo ergo iudicabis falsarium ex toto, qui in multis vera scripsit.argumento.ff.de legatis ij. l.cùm filius.§.hæres.Nam falsa particula falsam accusationem totam non reddidit. argumento.ff. de repu. l. is qui.§.vtrum.& vtile per inutile non vitiatur.ff.de minoribus.l.ctiam.§.j.& minimo falso,non debent cætera irritari.argumento.l.per minorem. ff. de iudicijs.non enim debet vlterius progredi delictũ quàm fuerit falsitas ipsa. de pœn.l.sancimus.& certè minus malum esset pro multis verè compositis falsum aliquid sustinere, quàm vno falso plura vera falsa fere disponere : vt plus prosit bonitas quàm obsit malicia:vt argumento ff. de senatoribus.l. emancipatum.in fine.hæc etiam in iudice videmus, qui malè semel iudicat: quia idem postea permittitur iudicare:vt in l.iiij.C.de accusationibus. Simile videmus in teste.ff.de his qui notantur infamia.l.Lucius. si enim delictum falsitatis illius hæc instrumenta præcessit : quomodo ex illo falso suspicio trahetur ad instar.ff.de suspect.tutor.l.tutor.§.quod si quid. Nam in bonis non fit suspicio de præteritis ad moderna.argumento.l.iij.§.sed & sicuti. ff.de re militari. semel enim commissa crimina veniam promerentur.l.nemo.C.de episcopis & clericis. Solutio domi. Marti.de Fa.ita dicit, quòd ille notarius suo officio debuit & potuit priuari, sed quamdiu non fuerit sententia contra eum lata, vel non fuerit sibi officium interdictum:non videantur instrumenta, quæ postea scripsit fore falsa vel irrita.argumen. ff. de donationibus.l. post
32 contractum. †Vltimo duas de facto quæstiones subijcio, quarum prima talis est. Quidam scienter & dolosè confecit falsum instrumentum:veruntamen in illo instrumento deficit dies vel locus instrumenti confecti, propter quę instrumentum nullum & inefficax redditur ipso iure ad agendum : quæritur, an notarius teneatur pœna
33 falsi. † Secunda quæstio talis est. Statutum est Bonoñ. quòd nullus faciat instrumentum venditionis bonorum, quam fecerit aliquis de parte Lambertorum, pœna centum libr.modo quidam notarius confecit instrumentum super alienatione de dictis bonis, tamen quia illud instrumentum non reperiebatur positum in regiſtro ex forma alicuius statuti,erat inefficax ipso iure : modo quæritur etiam an iste notarius incidat in pœnam edicti? & super ambabus quæstionibus videtur quòd sic: quia punitur conatus,licet non sequatur effectus: vt C.de seruis fugiti.l. si quis seruo.& melius C. si quacunque præditus po.l.vna.punitur qui contraxit matrimonium ex solo illo actu,quamuis matrimonium non tenuerit ipso iure.ad idem ff.de extraordi.crimi,l.j.j,responso.C.de episcop. & clericis.l.si quis non dicam. & de his qui notantur infamia.l.quid ergo.§.item.& l.quisquis.ff. ad legem Iuliam maiestatis. Præterea si quis impetrauit rescriptum iniquum,quod ipso iure non valuerit : quia totum ius alterius absorbet:nihilominus punitur:quia reconuenitur eo iure,vt C.de testibus.l.eos.ff.quod quisque iuris.l.j.ad finem.In ea namque re non effectus, sed animi destinationes cum conatu considerauerunt authores statuti & sui iuris.Nam sufficit factum quantum ad pœnam & sui iuris non sortiatur effectum ad id, ad quod si stat : vt ff. de infa.l.quid ergo.& hoc notat C.ad senatusconsultum Sillanianum.l.qui duos. Item pro hac parte facit, quod si quis in testamento sibi asscripsit legatum,teneatur de falso:vt ff.ad legem Corneliam de falsis.l.si quis legatum & fa.ff.ad senatusconsultum Sillanianum.l.si quis in grauj. §.si quis codicillos. Præterea in maleficijs spectatur voluntas & non exitus: vt C.de sicarijs.l.is qui cum telo. & l.iniuriæ.ff. de furtis. & quòd sit condemnandus.argumen.ff.ad legem Juliam de adulterijs.si vxor.secundo responso.ibi, planè siue iusta vxor fuerit siue iniusta accusationem instituere vir potest. Econtra videtur, quod non teneantur, qui instrumenta confecerunt prædicta, quid enim obfuit conatus,cùm iniuria nullum habuit effectum.ff.quod quisque iuris.l.prima.in fine.C.si mancipium ita fuerit alienatum.l. ea quidem. & aurea lex pro hac parte.ff.eo.titu.l.impubes.§.& si ei seruo. Item si quis exemerit in ius vocatum:si nihilominus comparuerit ille exemptus,cessat pœna edicti:vt ff.ne quis eum qui in ius vocatus.l.penultima.nisi enim factum fuerit effectualiter subsecutum : nemo nocendi animum præsumitur habuisse.ff.de verborum significationibus.l.sæpe. ad finem. Item qui testamentum,quod ipso iure non valuit, surripuit,non est pœna dignus:vt ff.de pœnis.l.si quid.§.testamento. Præterea si quis confecerit instrumentum, quod de iure non tenuit, non potest dici confecisse instrumentum:quia instrumentum accipimus ritè confectum: sicut condemnatum accipimus ritè condemnatum : vt ff. de re iudicata.l.iiij.§.condemnatum.ff. de contratabulas.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de testamentis.l. ad testium.§.si quis.ff. de verborum significationibus.l.penultima.Præterea in lege potius mens & ratio quã verba intueri oportet:vt C.de legibus & constitutionibus.l.j.& cessante ratione lex cessat & eius pœna: vt ff.de iur.patro.l.adigere. §.primo.,Ratio autem quare imponitur pœna est : ne ex talibus instrumentis quis consequatur damnum, vel circuueniatur commune, si banniti pro parte Lombardorum possent alienare eorum bona,sed in proposito cessat hæc ratio:quoniam ex simili instrumento non transfertur dominium rei : vt ff.de acquirendo rerum domi.l.nuda. igitur cessat lex & pœna ipsius legis ff.quod quisque iuris.l.j.in fine.& ne quis eum qui in ius vocatus.l.penultima.& fina.simi.quæ,in qua dictum fuit ipso iure nullum, ponitur s. eodem titul.§.subijciamus.vnde quæ ibi dicta sunt,pro ecclesia hic adaptari possunt,& econuerso. Solutio domi.Iacob.de la fonta.ad ij.quæstio.de statuto dicit, quòd notarius ille,qui confecit instrumẽtum super alienatione illorum bonorum, non teneatur pœna statuti per iura allegata pro hac parte. Et quòd illud maleficium non est de grauioribus seu atrocioribus, sed de leuibus, & in leuibus delictis regula comprobata est, quod conatus non comparatur actui consummato, & non punitur communiter,nisi subsequatur effectus:vt C.de his qui ad ecclesiam confugiunt.l.præsenti.§.primo.ad primam verò quæstionem dic, notarium non teneri pœna falsi rationibus pro hac parte allegata,& per l.ff.de adulterijs.l. impuberem.ibi, & si ei seruo,& ff.de crimine expila.hæredita,l.fina.ibi,& nihil mutat existimatio furripientis. & facit ff.de furtis.l.inter omnes. & l.rectè.ad finem. ff. de incendio rui.naufragio.l. si suspicio. & C.ad legem Flauiam de plagiarijs.l.præses.verum quia ille notarius dolosè illud instrumentum confecit : & lex dicit in quibuscunque casibus dolus versatur, & vbi deest certum nomen delicti, quòd illud delictum extraordinarium dicitur, & coercetur crimen stellionatus.ff.de crimi. stellionatus.lege,stellionatus.§.stellionatum,in principio.dico eum

eum extraordinariè puniendum.& dic plenè:vt no.ŝ.eodem titu.§.iudiciamus. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶Non ferat. Adde Cep.consi.xxij.Ber.

b ¶Moneta. Adde qualiter puniatur falsificans monetam principis Alex.consi.ciiij.j.lib. Raph.Cuma.consi.cxxxvij.Ber.

c ¶Vsu. Adde an vtens falso instrumẽto vel testibus puniatur de falso.Fulg.consi.clxxvij. Ber.

d ¶Prodiderint. Adde Ro.consi.clxvj.Ber.

e ¶Protestor. Adde Fulg.consi.clxxvij.Ber.

f ¶Pro confesso. Adde quod contra notarium possit formari inquisitio de falso. Alex.consil.lxx.& lxxiiij.Ber.

g ¶Pœna falsi. Adde videndum Alex.consi.xj. Ber.

h ¶Suspectum. Adde vt per Raph.Cuma.consi.cxxxv. Ber.

i ¶Reseruata. Adde Bal.consi.incip.Ser Ioan. Ber.

k ¶Alijs instrumentis. Adde Alexand.consil.lxx.& lxxvij.j.lib. & lxij.iij.lib. Ber.

Vbi puniatur delinquens. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Maleficiorum causæ in quibus locis tractentur, & delicta puniantur.*

2 *Lex j.eo.ij.C.ubi de crimine agi oportet.quomodo intelligantur quo ad habere domicilium reum.*

3 *Maleficij causa ubi uentiletur, & quando non uagabundus transferatur ad locum delicti.*

4 *Homicidio commisso Paduæ per Titium,cui Sempronius hoc mandauit Bononiæ ut fieret Paduæ,an mandans sit conueniendus & puniendus Paduæ uel Bononiæ.*

5 *Maleficio spoliationis commisso in districtu Lucano, per quendam Lucanam bannitum perpetuo à ciuitate Lucana contra Florẽtinum si spoliator reperiatur in ciuitate Pisana,an possit ibi accusari.*

1 SEquitur videre vbi & in quo loco puniatur delinquens, & † certè de maleficio cognoscitur in tribus locis, & tribus locis puniuntur delicta. In primis in loco & iurisdictione vbi commissa fuerint: vt ff.de accusationib.§.fi.& ff.de officio præsid.l.iij.& C.vbi de crimine agi opor.l.j.& C.vbi sena.vel clarissi.l.j.& ff.de noxali.
2 l.fin. Item in loco vbi lis est contestata[a] non opposita fori exceptione ab eo,qui sciebat se non esse suppositum iurisdictioni illius iudicis qui de maleficio cognoscebat,est enim dilatoria hæc exceptio : vnde non opponetur post litem contestatam:vt C.de iurisdictio.omn.iudi.l.j. & C. de proba.exceptionem.& ff.de iud.l.sed & si susceperit.j. respon. Item propter regulam quæ dicit, vbi semel inceptum est iudicium,ibi & finem accipere debet:vt ff.de iudic.l.vbi.si verò putaret se esse subiectum iurisdictioni illius iudicis,cum non esset:tunc nulla esset sententia contra eum lata,tanquam à iudice non competenti:vt C.si à non competen.iudic.l.j.& ij.sed quid si ab initio nesciuit, sed ignorauit esse suum iudicem : postea autem in causæ processu sciat,quòd non est suus iudex: nihilominus litigat coram eodem quid erit? dic quod bene tenet iudiciũ, pter ratihabitionem:vt ff.de iudi.l.licet. Item & tertio loco,vbi reus habet domicilium:vt legi.& no.C.vbi de crimine agi opor.l.j. Item & videtur quòd malefactor ibi pati debeat pœnam,vbi fuerit repertus:vt d.l.j.ibi vbi dicit, degit &c.& propter iura prædicta fuit Placen.in opinione,quòd vbicunque inuenietur malefactor,ibi posset puni
2 ri.dicens,vbi te inuenero, ibi te iudicabo.† Tu dic secundum veram & communem opinio. Accurs. & aliorum doctorum quòd d.l.j.& ij.C.vbi de crimi.agi oport. intelliguntur,quòd ibi de maleficijs cognoscatur tertio loco,vbi reus reperietur habere domicilium : & quod dicit vbi reperitur habere domicilium, vel vbi degit, scilicet si ibi habet domicilium vel forũ,quod multis modis constituitur: vt not.C.de iurisdict.omn.iudic.l.ij. & not.do. Azo in summa C.eo.tit.& not.quod quis dicitur habere domicilium,vbi habet maiorem partem fortunarum suarum & larem suum,vel dic secundum gl.quod opi.d. Placenti.locum habet in vagabundis : vt vbicunque fuerint reperti,ibi possunt conueniri & puniri etiam pro maleficijs alibi commissis : vt C.de coar.l.j.& not.ŝ.d.l.j.C. vbi de crimi.agi oportet.vagabundus est: qui inde profectus est,& nihil aduocauit.C.de incol.l.ciues.libr.x.in alijs autem non vagabundis obtinet,quòd si alibi latitent vel reperiantur,quòd fiat transmissio ad iudicem loci, vbi maleficium est commissum: vt in corpore auth.vt nulli iudi. §.si verò cognoscatur.& in corpore authen.vt omnes obediant.quæ auth.signata est super l.j.authen.qua in prouin
3 cia quis delinquit &c. † Col.ergo ex prædictis, quòd si pro maleficio ibi commisso lis est contestata:vbi reus habet domicilium,& vbicunque vagabundus repertus fuerit,quòd punietur.Si autem non vagabundus alibi capiatur transfertur ad locum delicti, si hoc petatur : & vbi de maleficio cognosceretur in loco commissi delicti,non poterit iudex domicilij de eo maleficio cognoscere vel econtra,sed tamen iudex cognoscet per citationem: vt ff.de iudi.l.si quis postea.quia de admisso cuiusdam hominis nõ debeat sæpius quæri:vt ff.nau.caupo.stabu.l.licet. Sed
4 †pone quæstionem quæ sæpè de facto contingit. Quidã Bonoñ.mandauit Bo.aliquem occidi Paduæ, ita quòd illud mandatum Paduę fuit sequutum effectũ:modo quæro vbi & in quo loco iste debeat conueniri & puniri:vtrũ Bono.vbi est factus tractatus,& forsan data pecunia pro illo homicidio committendo:an Paduæ, vbi illud homicidium extitit subsequutum? & primò videtur quod debeat cognosci & puniri Paduæ licet existẽs Bonoñ. mandauit.Nam quoties aliquid agitur,& eius effectus cp agitur ad alium locum extenditur:ibi debet agi,vbi effectus extenditur:& non ibi,vbi simpliciter agitur.ff.de actio.& obli.l.cõtraxisse.& arg.ff.de admi.tut.l.Titiũ.& ff.de bo. authen.iu.pos.l.iij.Præterea quoties verba proferãtur & ex eorum prolatione oritur aliquis effectus post tempus prolationis,consideratur tempus secuti effectus, & non prolatorum verborum tempus:vnde si maritus donat vxori causa mortis post mortem valebit donatio. quia considerato tempore quo donatio sumit effectum, desinunt esse coniuges.sic & hic inspicitur locus consummati delicti.argumento ff.de dona.inter vir.& vxo.l.si eum. §.fin. & l.seq.& ff.de ma.test.l.Stichus.præterea ex quo mandans videtur deliquisse.C.de accu.l.non ideo & ff.de dãinfe.l.damni & l.si quis ff.de vi & vi arma.l.j. ergo & eodem loco:vt consequens sit identitas & fictio quãtum ad certas eius partes & species:videlicet quantum ad locũ, quia si legatur quoddam plura continens: legari videtur quælibet eius species & partes:vt ff.de lega.iij.l.si chorus in prine.& ff.de lega.j.l.græco. Præterea nil inter est an quis occidat:an mortis causam præbeat: ergo est iste in loco principaliter delicti.f.Paduæ puniendus:vt ff.ad le. Aqui.l.qui occidit.§.fina. Præterea qui mãdauit grauius punitur,quam qui fecit quia qui mandauit deliquit in se & alios sed qui fecit in se tantum deliquit.nõ est ergo mirum si grauius punitur in illo loco,vbi est maleficium cõmissum:vt ff.ex quib.cau.infa.irro.l.athletas.§.Pomp. & §.penul.præterea si seruus contrahat mandante domino per nuncium vel per epistolas:cum ipso videtur ille celebratus contractus:& sic ibi videtur conueniẽdus directo vbi mandatarius deliquit.quia ibi videtur mandans delinquere.argu.l.quod iussu.l.j.in ij.respon.directa est allegatio,de contractibus ad delicta.ff.de iniu. l.omnem. & in auth.vt omnes obed.§.hęc considerantes.& ff.de custreo.l.ij.ad finem.præterea delictum principalis scilicet assassinorum,videtur esse principale:quia si non delinqueret:mandans non puniretur:vt ff.de iniur.l.apud Labeonem.§.si curauerit.de fur.l.si quis vxo.§.neque verbo. & §.si quis de manu.& de verb.signific.l.speciosus ad fin.ff. quod quisq; iur.l.j.ad fin.vnde cùm istud censeatur principale:non videtur absurdum,si delictũ mandatum exerceatur & puniatur in loco delicti. argumento ff. de his quibus vt indignis. l. post §. principale. & ff. de bonis libert. lege, qui in seruitute. §.si quis ff.de legatis.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contratabul.bonorum poſſeſſio. per l.filium.§. fratri ſuo. ſic & aliàs ſi principalis cauſa agatur coram iudice, & cauſa incidat,quæ non pertineat aliàs ad notionem eius: nihilominus cognoſcit ſic. & hoc argumen.C. de iudic̃is.l.quoties. Quid plura? qui mandat, id propria manu facere videtur per legem argumẽtabilem ff.de fal.l.diuus Claudius.§.item ſenatus.ibi, videri cum.facit etiam ff.vi & vi arma.l.j.§.deiecisse.& §.quoties.& argu.eſt quod is videatur occidiſſe,qui mandauit.ff.de ſolu.l.qui mandat. & ad legem Pompeiam,de parricid.l.vtrum.& melius ff. de reg.iuris.l.is qui damnum. Quid plura? videtur caſus legis,quod ita dicatur homicida,qui mandauit: ſicuti qui fecit.Nam qui per aliũ facit, per ſeipſum facere videtur. ff.de vi & vi armata.l.j.§.quoties.& de adminiſtratio.tuto.l.ita.§.de re.Nam ita dicitur homicida mandans, ſicut is,qui manibus ſuis facit ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus.ij.reſponſo. Nam quæ de principalibus reis ſancita ſunt:eadem legis autoritate ſancita ſunt de ſecũdarijs.C. de his qui ad eccleſiam confug.l.fin.§.ſicubi.& dicta l.ita vulneratus.ij.reſponſo.Econtra videtur:quia iura ſimpliciter loquuntur,quod vbi quis delinquit ibi puniatur & conueniatur:vt ff.de accu.l.ſi cui.§.penul.ff.de re milita.l. deſertorem auditum.in princ.Præterea certum eſt quòd mandans punitur in eo,quod mandauit: vt d.l.non ideo. & l.damni.§.penul.l.ſi quis miſſum.& ff.ad Silla.l.ſi certus.l.ſi prius.ergo ſi mandatum punit,quod in loco mandantis puniri debeat,ſicut & vbi quis delinquit puniẽ & cõuenitur:vt præalle.l.Nam aliud eſt homicida, & aliud mandans:vt dicit d.l.non ideo.igit̃ mandans in loco mandati,& homicida in loco homicidij punietur: ſi enim idẽ eſſet vnus,quòd alter:cur diuerſis nominibus vocarẽtur. C.de codic.l.ſi idem. Item aliud eſt facere, aliud mandare,vel ordinare.ff.de reg.iur.l.aliud.ff.de manu.vindic. l.iiij.in fi.ſic aliud eſt homicida,aliud mãdans:vt dictis legibus & ſi certus.& ſi prius.ff.ad Silla. Item ex forma & ordine conueniendi:arguitur aliud eſſe mandatorẽ à principali.C.de fideiuſſ.præſente.& de actioni.authen.hodie. Nam conceſſus eſt modus arguendi de ciuilibus ad delicta.ff.de cuſto.reo.l.ij.de iudi.l.omnem. Item qui mortis cauſam præbuit:non habetur pro homicida, ſed ſolus ille, qui propriè facit: vt d.l.ita vulneratus.& l.ſi obſtetrix.ff.ad legem Aqui.qui ergo mandauit,deliquit ratione mandati,& qui homicidium commiſit, punitur ratione delicti, ergo ſuis locis commiſſa delicta ſuis locis debent puniri.Sol.d.Dy.de Muſſel[b]. determinat hãc quæſtionem quod cognitio & punitio dicti mãdantis fiat Bonoñ.vbi mandatum attentatum fuit fieri homicidiũ præfatum Paduæ,& hoc per dicta iura pro hac parte allegata. Nec obſtant leges contrariæ & ſimiles ſuprà allegatę: quia loquuntur, cùm ſolum eſt vnus contractus & non plures,& conceptatus ab eadem perſona. Nam ibi videt̃ contrahi,vbi dirigitur effectus.ſcilicet in loco ſolutionis: & præallega.legibus contraxiſſe,& Titium.§.j.cũ ſimili. Sed quando diuerſa ſunt facta, & à diuerſis perſonis cõtracta:quia illa mandauit & ſequutum eſt mandatũ, tunc plura delicta ſunt,& vnumquodque per ſe mandantis & facientis:ideo diuerſimodè ſunt punienda:vt patet ex ſupradictis.non obſt.d.l. & alia ratione.quia lata ſententia in cauſa ciuili etiam in loco contractus præiudicat reo, etiam in loco domicilij:quod dic vt no.j.de multis dependen.à ſtatutis ſub.§.cauſa fi.in illa magna q.xl. nec obſtat
5 eadem ratio:vt ibi. †Sed pone quidam Lucanus perpetuò à Lucana ciuitate bannitus, quendam Florentinum in diſtrictu Lucano ſpoliauit:nunc ſpoliatus inuenit ſpoliatorem in ciuitate Piſana:quæritur vtrum ibi poſſit eũ accuſare;vide in Spec.de compe.iud.adi.§.j.ver.ſed pone quidam Lucanus.& ver.ſeq. Gandi.

ADNOTATIO. a ¶ Lis cõteſtata. Adde vt per Ang.cõſil.clxxvij.Franc.Are.conſi.lviij.Ber.

b ¶ De muſcello. Adde videndum Bal.conſil.ccxiij.incipien.iſti excellentiſſimi docto.iiij.libr,vbi de opinione Dyn, mentionem facit. & vide aliud conſil.iij.lib.incipien. proponitur quod quidam ſocij ſcelerati. Ange.conſi.clxxvij.in prin.Ber.

Vtrum pœna posſit augeri. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pœna an poſſit augeri uel minui.*

ET ad hoc vt ſciamus † vtrum pœna poſſit augeri, an minui,notandum eſt,quòd quędam crimina ſunt publica,& ordinaria.de quibus habetur mentio inſti.de publ.iudi.in princ.& ff.de publ̃c.iudic.l.j.& ideo ordinaria dicuntur crimina:quia pœna certa imponitur,& ideo publica: quia cuilibet de populo exequutio eorum plerunq; datur: vt dictis legibus manifeſtè colligitur. Alia verò crimina dicuntur priuata & extraordinaria ex eo, quod in eis crimin̄ibus certa pœna nõ eſt determinata, ſed eorum crimin̄um pœna committitur iudicis arbitrio: vt ſecundum qualitatem perſonæ & delicti pœna imponatur: vt ff.de furtis.l.vltima.& ff.de priuatis delict.l.ſi pœnæ.in ordinarijs autem crimin̄ibus,non licet iudicanti minuere: quoniam facti quæſtio in arbitrio eſt: iudicantis verò impoſitio legis poteſtate demandatur:vt ff.ad Turpillia.l.j.§.ij.ibi, facti quæſtio &c.ff.ad municipa.l.ordine.niſi fortè iudex hoc faceret augendo vel minuendo cauſa cognita: quia tunc poteſt pœnam ordinariam augere vel minuere: vt quando multis craſſantibus & delinquentibus opus eſt exemplo:vt pœna vnius ſit metus multorum: quibus caſibus poteſt pœnam augere vel minuere, verò poteſt quando perſona, quæ delinquit fuit perſona honeſta, & non delinquit, niſi ſemel tantum. Nam tunc pœnam ordinariam minuere poteſt: imo etiam poteſt pœnam indulgere: vt C.quibus modis infamia irrogetur.l. ſi poſt idoneum.& l. ſi ſeuerior. & ff.de his qui notantur infamia.l. quid ergo.§.pœna grauior.& ff.de pœn.l.in ſeruorum.§. penultimo.& l.reſpiciendum.& ff.de cuſto.& exhibitio. reorum.l.Diuus. & argumen.ff.depoſiti.l. bona fides. & C.ad legem Iuliam repetund.l.j.in ijs autem crimin̄ibus extraordinarijs poteſt iudex ex cauſa augere vel minuere: licet in his crimin̄ibus certa pœna non ſit determinata:vt ff.de pœnis.l.hodie.& l.ſanctio.& ff.de effracto.l.j. §.quibus.extrà de officio delega.cap.de cauſis. Sed quomodo in hoc caſu augetur vel minuitur pœna reſpon.habito reſpectu ad pœnam,quæ pro talibus delictis conſueuit imponi, dicetur pœna maior vel minor impoſita: & de augendo vel minuendo pœnam ſecundum varietatem perſonarum & qualitatem factorum contingẽtium: dic vt plenè not.ſ.de pœnis.in genere.poteſt etiam iudex ex cauſa in ipſa ſententia condemnare reum ex maleficio in pecunia, & adijcere quod ſi dicta condemnatio non ſoluitur abinde vſque ad certum tempus, quòd fuſtigetur, vel manu, vel pede, vel oculo debilitetur,& maximè ſi perſona fuerit vilis conditionis.arg.ad hoc C.de ſepulchr.viol.l.ſi.ff.de in ius vocan.l.ſi.& ff.de iuriſd. omn. iudi.l.ſi quis. Gandinus.

De bonis malefactorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio bonorum quando fiat.*
2 *Publicatio bonorum,an debeat fieri per ſententiam.*
3 *Maleficio commiſſo propter quod domus delinquentis ueniat deſtruenda,an uxor poterit quandam domum defendere, ne deſtruatur ratione dotis ſuæ.*
4 *Publicatis bonis mariti, an dos uel bona uxoris minuantur.*
5 *Maleficio commiſſo propter quod bona ueniunt publicanda: ſi talis malefactor donauit omnia bona ſua alicui,an ualeat talis donatio.*
6 *Crimine capitali commiſſo, ſi fiat alienatio tituli non lucratiui, an ualebit.*
7 *Crimine commiſſo Titius alienauit quaſdam res amico ſuo, non tamen tradidit earum tenutem,ſed ipſe poſidebat,quæritur, an hæc bona poſſint deſtrui & confiſcari ſecundum formam ſtatuti de hoc loquentis.*
8 *Statuto dicente,quòd bona homicidæ debeant deuaſtari, ſi quidam coloni cõducant prædia à Titio, & eo poſtea homicidium perpetrante deuaſtabũt ſegetes colonorum.*
9 *Statuto ut ſupra dicente,an bona mandantis homicidium fieri deſtruantur.*
10 *Fratre occidente fratrem,an filius occidentis habebit bona occiſi, & ſi quidam promiſit bene cuſtodire caſtrum,ac dedit fideiuſſ. poſtea illud prodidit inimicis,ſicquè fuit condemnatus an fideiuſſores teneantur.*
11 *Homicidio perpetrato dum iuxta formam ſtatuti deſtrueretur quædam domus homicidæ, uxurus domus eccidit ſuper domum uicine, eiquè damnum intulit uel fortè domus fuit deſtructa propter connexitatem,quis emendabit damnum uicino.*
12 *Crimine commiſſo propter quod bona malefactoris ueniunt deſtruenda,ſi malefactor habeat fratrem cum quo habeat domum nel turrim communem, an tota domus ſeu turris deſtruetur,an tantum pars malefactoris.*
13 *Stante caſu ſuprà proximè poſito,an frater qui non deliquit,habebit regreſſũ contra delinquentem.*
14 *Filiofamil.committente delictum, propter quod bona ueniunt publicanda, an pater teneatur aſſignare dicto filio aliquam partem bonorum, & ſi dictus filius ſit condemnatus propter delationem armorum uel ex alia cauſa, an pater poterit conueniri de peculio filij.*
15 *Publicatis bonis malefactoris uel communi obligatis, illa regula tenet quãtum ad creditores, qui prior eſt tempore potior eſt iure: & quid de acquiſitis poſt obligationem factam creditori, & ante delictum commiſſum.*
16 *Bona delinquentis in fiſcum uel commune, tacitè reddunt obnoxia fiſco uel communi.*
17 *Vxore condemnata,an maritus teneatur.*

OVia ſupradictum eſt de pœnis:reſtat videre de bonis ipſorum malefactorum.†Circa quod ſciendum eſt, q̃ vbi quis damnatus eſt ad mortem vt amittat ciuitatem vel libertatem,fit publicatio bonorum:vt C.de bon.pro ſcrip.l.in metallum.& ff.eo.l. relegati.fallit C.de mul.quæ proprio ſeruo ſe ſu.bl.j.& C.de rapt.virg.l.vna.§.& ſi quidem. Item ſi filiuſſamil. damnetur:non amittit patris peculium,etiam ſi ſit caſtrẽſe:vt C.eo.tit.l.ſi filiuſſamil. Item ſtatuitur in his, quæ ex officio quod geſſerunt,ſi fiſco tenentur,quòd ſi alienauerint ſua bona poſtquam cœperint teneri dolo, vel culpa eorum,quòd talis alienatio reuocatur: vt C.eodem.l.penulti.hodie autem ſciendum eſt,quòd non ſit publicatio bonorum, ſi damnatus habeat cognatos vſq; ad tertium gradum.quod intelligo excluſiuè: in crimine autem læſæ maieſtatis nihil innouatur:vt C.eo.authen.bona damna-
2 torum. †Sed quæro an ſit neceſſe, quòd feratur ſententia ſuper publicatione bonorum.reſpond. diſtingue: aut aliquis delinquit circa res & contra prohibitiones legis: vt eſt ſæpè videre: quando res deferuntur vel ducuntur, quæ prohibentur deferri,& tunc ipſo iure dominium rerum confiſcatur: vt ff.de public.& vectig.l.commiſſa. & l.j.§.an bona.ff.de iure fiſci.aut aliter:vt quia commiſit homicidium vel crimen læſæ maieſtatis vel hæreſis:& tunc eſt neceſſaria ſententia ſuper crimine, vt bona publicentur: vt ff.de donationibus.l.poſt contractum.verum in crimin̄ibus hæreſis & læſæ maieſtatis, licet ſit neceſſaria ſententia, tamen poſt crimen contractum perdit delinquens adminiſtrationem bonorum & rerum ſuarum: vt C.ad legem Iuliam maieſtatis.l.penultima.§.dotes.& l. fina.& ff.de donationibus.l.donationes.§.finali.& C. de hære.l.iiij.§.primo.Dynus. †Sed pone, quod quidam
3 commiſit delictum, propter quod omnia eius bona fuerunt publicata communi,ita quòd domus deſtruitur, arbores extirpantur: quæritur nunquid vxor poſſit quandam domum defendere ratione dotis ſuæ, ne deſtruatur: videtur quòd ſic:vt C.ad legem Iuliam de vi publica vel priuata.l.j.& C.ne vxor pro marito.l.iij. Item videtur caſus legis:vt ff.de diſtractio.pignorum.l.creditoris arbitrio.Nam mulier præfertur alijs creditoribus : vt C. qui potiores in pignore habeantur.l.aſſiduis. & hæc de iure
4 eſt veritas[a], ſed de conſuetudine ſeruatur per rectores, quòd domus turris & alia ædificia deſtruantur ex forma ſtatuti, & in cementis ſeu alijs bonis mobilibus, vel immobilibus ſatiſſit vxori de dote ſua.& hoc dicit dominus Accurſius de Regio.Et pro conſuetudine facit, quod poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta: vnde licet per quàm dura ſit lex,tamen ſeruanda.l. proſpexit.ff.qui & à quibus. & quia tempore homicidij bona illa erant in bonis mariti & malefactoris,quamquàm fuiſſent pignori obligata:vt ff.qui ſatisdare cogantur.l.ſciẽdum.& C. de ingenuis.l.ſi dominum.vnde in eis bonis deſtruendis ſtatutum vendicat ſibi locum. Item facit: quia delicta non debent remanere impunita, & quia magna ratio &c.vt ff.ad legem Aquiliam.l.ita vulneratus.& l.ſi à reo.ff.de fideiuſſoribus & manda. Item quia illud ſtatutum generaliter loquitur. Item quia ſi placuiſſet ſtatutarijs leue erat eis excipere de dotibus: vt quod expreſsè dictum non eſt, haberi debet pro omiſſo. quod dic vt not.ſ.de tranſactio.& pa.§.vltimo.circa princip.in pluribus: & maximè in verſiculo,ſi enim.& verſiculo, præterea,& ſequen. Et quia omne ſacramentum eſt ſeruandum,niſi vergat in damnum ſalutis æternæ: vt extrà de iureiurando.capitu. cùm contingat.& quia quis non debet eſſe immemor ſalutis æternæ.l.ſancimus.C. ad legem Iuliam repetunda-
4 rum. †Sed quid ſi maritus deliquit ita, quòd ex forma ſtatuti eius bona debeant publicari. dic quòd non minuentur propter hoc dotes vel bona vxoris : vt C. ne
5 vxor pro marito &c. †Item pone, quòd aliquis commiſit delictum, propter quod bona omnia ſua ex forma ſtatuti erant publicanda : talis donauit alicui omnia ſua bona: modo quæritur an valeat talis donatio:
b reſponde ſecundùm Azonem [b]: quia aut talis donatio fit ante reatum, aut poſt reatum & ante condemnationem, aut poſt reatum & condemnationem de ſe factam. In primo caſu bene valet. quia legitimæ factum eſt &c.vt C.de admi.tut.l.ſancimus. Item ſi permittitur donatio inter virum & vxo.non vt ſtatim valeat: ſed vt morte confirmetur:multofortius debet valere iſta donatio,ex quo ſit in perſona non prohibita. In ſecundo caſu dicit dominus Azo. donationem valere, per legem ff.de do.l. poſt contractum. & ſic intelligitur l.de bonis proſcript. C.l.penultima. Sed hoc fallit in duobus caſibus in crimin̄ læſæ maieſtatis & in crimine hæreſis: vt C.ad legem Iuliam maieſtatis.lege, fina.de hæreticis. lege, tertia. In tertio autem caſu, ſi poſt reatum & condemnationem facta eſt donatio:tunc non tenet: vt C.de bon.damnato.l.ſi quis. & ex iſta opinio dimino.Azo.ex cogitantur & fiunt quotidie multæ barataríæ.Nam commiſsis delictis fiunt tales donationes,propter quas communia ciuitatis & loca perdunt ius ſuum: & ita male cogitantibus paratur via delinquendi quod eſſe non debet vt C.vnde vi.l.j.& l.meminerint.Et ideo dominus Odo. in iſta tali donatione putat & dicit iſta fore diſtinguenda. Aut aliquis donat vni vnam rem alteram alteri nõ: aut donat omnia bona ſua:ideo quia donatio indiget inſinuatione:& ipſe propter talem reatum à ſe commiſſum coram iudice non veniret, apparet ex hoc, quod hæc donatio ſit facta in fraudem:& ideo non valet : Nam ſicut non criminoſus ſi alienat omnia ſua bona & habeat creditores : videtur facere in fraudem creditorum:vt. ff. quæ in fraudem creditorum.per totum. ita hæc donatio videtur facta in fraudem reipublicæ quia facta videtur metu futuræ,pœnæ:vt ff.de donatio cauſa mortis l.ſi ali quis.non ob.d.l.poſt contractum.quia eam ſic intelligit dominus Odofredus quia ſi contracto crimine capitali quis donat & poſtmodum abſoluetur: quod illa donatio non reuocatur:quia ſententia declarat eum non crimino ſum:vnde dicit quod illa lex facit potius contra dominum Azo.quam pro eo.veruntamen dominus Odofre. dicit,quòd omnia,quæ hucuſque dicta ſunt: habent lo-
6 cũ in donatione quæ fit ex titulo lucratiuo. †Sed quid in alienatione tituli non lucratiui,valebit nè alienatio facta poſt contractum crimen capitale:videtur quòd fier

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia non inuenio prohibitum, quod alicui sit interdicta administratio rerum suarum propter contractum crimẽ capitale: nisi in prædictis duo. ca. Item facit quia reis potest soluí: vt ff. de sol. l. reus. sed in ista quæstione dicit idem Odof. quòd alienatio valet: sicut valet alienatio facta in fraudem creditorum: vt ff. de íjs, quæ in frau. cred. l. qui autem §. interdum. & §. simili modo. Sed quæritur, an talis alienatio siue venditio potest reuocari tanquam in fraudem cõmunis facta: domi. Odofred. distinguit. quia aut crimem commissum est occultum: quia de hoc nõ est delatus vel requisitus ille alienator; & tunc non reuocatur quia non præsumitur aliqua fraus. Si autem crimẽ est patens, quia omnes dicunt: talis occidit talem, vel requisitus est de hoc: & post talem requisitionem, vẽdidit. hoc casu debet reuocatio habere locum quia in fraudem reipublicę & hæredum occisi videtur facta esse, in petitione hæreditatis ex quo petita est hæreditas: omnis possessor bone fidei efficitur malæfi. vt ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. petitam. & §. petitum. vel dic secundum Alber. qd' aut crimem, quod committitur ante alienationem factam est capitale, aut nõ: primo casu subdistingue: quia aut est inculpatus, & præsumptio est contra eum: & tunc præsumitur alienatio fraudulenta, & nõ tenet ff. de bo. dam. l. cum ratio. §. ex bonis. si autem non inculpatur: habet locum lex allegat in glo. ff. de dona. l. post contractum. si verò alienatio præcedat crimen. dic aut est suspicio contra eum: & tunc non valet ff. de do. l. si quis. aut non est suspi
7 cio: & tunc valet: vt. C. de bo. proscrip. l. pe. † Sed pone quod aliquis ante maleficium à se commissum alienauit res quasdam alicui suo socio vel amico: non tamen tradidit possessionem earum rerum: imo tempore delicti easdem res inuenitur possidere: quæritur nunquid hæc talia bona possint destrui & confiscari communi secundũ formã statuti de hoc loquẽtis quod ex tali maleficio ipsa ve
d niant publicanda & destruenda: & videtur quòd emptor posśit ipsa bona defendere: quia semper statur instrumento donec probatur contrarium. l. cum præcibus. C. de proba. Item quia factus est dominus propter traditionem: vt C. de pact. l. traditio. Item videtur casus expressus. ff. de do. l. post contractum. Econtra videtur quòd donatio sit facta in fraudem: & ideo reuocanda ex illo edicto. ff. quæ in frau. credi. per totum. & l. creditores ff. de verbo. sig. & l. si cui. Item quia ex maleficio fuit obligatio vt instit. de obli. quæ ex male. & ff. de act. & obl. l. ex maleficijs. Itẽ multa sunt introducta contra iuris regulas, ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad le. Aqui.

Item iam daretur materia alijs delinquendi, quòd esse non debet C. si aduer. vendi. l. j. & de indi. viduí. l. ij. Sed secundum do. Guí. & alios iuris peritos dic, quod si malefactor tempore maleficij possidebat illa bona, quòd secundum formam statuti illa debeant publicari arg. l. sicut. §. qui superuacuus & §. si debitor. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. & de acquí. hære. l. is quí. & C. de natu. liber. l. iij. §. quod in subeunda. & de distra. pig. l. j. & l. qui sub imagine. & quod illa vẽditio sit simulata bene facit. C. de distra
8 ctio. pign. l. qui prædium † Item pone continetur in statuto, quod bona homicidæ debeat pœnitus dissipari & destruí: tam domus, quam fructus arborum, quidam coloni conduxerant prædia: & seminauerunt segetes ante homicidium à domino prædictorum commissum. quæritur an iste segetes possint & debeant destruí: & videtur q nõ quia ita debent latrones seu nocentes puniri, vt innocentes non tangantur: vt C. de íjs qui latro. l. fi. in fi. Item dicatur societas inter dominum & colonum. ff. loca, vt l. si merces. §. si is. non est tamen talis vt debeat propter hoc puniri: vt C. de pœnis l. sancimus quia alterius crimẽ, nõ debet alteri nocere: vt. ff. de pœ. l. crimem. Item si ab aliquo prohíbeantur coloni, tenetur fiscus: vt ff. loca. & conduc. l. si fundum. & ff. de lega. ij. l. nihil. §. fi. item facit C. de euic. l. fina. Item tenetur fiscus omnibus creditoribus domini: vt C. ad leg. Iu. de ví public. l. tutoris tui. ff. soluto mat. l. si marito publico iudi. Econtra videtur imputan
dum colono, qui cum tali malefactore cõtraxit, vt. ff. pro socio. l. socius. insti. pro soc. §. fi. ff. de adult. l. vi passam. §. mulierem. Item fructus sunt domini. ff. loca. & condu. l. cum in plures. §. messem. ff. de fur. l. filio. §. frugibus. & l. si apes. Item fructus & fundus dicuntur vna res esse: vt ff. quæ in fraudem cre. l. fi. §. vt fructus. Sol. vero quía lex dicit: quòd res non debẽt puniri: sed personæ: vt in authenti. de mand. princ. §. oportet autem te. & alia lex dicit quòd puniuntur res: vt ff. commu. diu. l. si is cum quo. vn de consuetudinẽ dico seruandã in talibus: quía sępe datur dimidia rusticis: quía nullus casus interuenire potest &c. ff. famil. ercisc. un. l. fi fundus in prin. quía minimè sunt mutanda: vt. ff. de legi. & senatusc. l. mininè. si autem nõ appareat de consuetudine: dico quod fructus non sunt deuastandi: quía iniquum esset si rustici laborassent frustra: ne doleant diligentes: vt C. de alluuioníb. & paludib. l. fi.
9 & sic determinat do. Vber. de bob. † Item pone continerí in statuto, quod quícunque fecit homicídium, quod eius bona debeant destruí, aliquis non fecit: sed fieri mandauit: nunquid bona talis mandantis destruentur: dic q
c sic': & dic ple. vt not. s. de transac. & pa. §. vlti. & s. de pœ.
10 in genere. † Quæritur si frater occidit fratrem an bona occisi pertineant ad filium occidẽtis videtur quòd nõ. ff. de bo. dam. l. cũ ratio. sed quod debeant publicari eo casu quando frater ille non habet filios, vel alios sibi coniunctos in eodem gradu: quía tunc esset secus. ff. si quis ali. testamen. prohi. l. ij. Item quæritur pone quod quídam pro misit bene custodire quoddam castrum: & dedit fideiusso res. postea illud castrum prodidit inimícis ex quo graviter fuit condemnatus: quæritur nunquid fideiussores teneantur ad condemnationem dic quod non solum teneantur ad id qd' interest communis: quía pone q condẽ
d natus erat in maxima quantitate: & ita Bononiæ fuit ter
minatum per l. libertus §. fi. in fi. ff. ad muni. Dy. † Item
11 pone quæst. de facto quídam fecit homicídium. propter quod pronunciatum fuit, quod omnia eius bona deberent destruí: quía super tali maleficio erat statutum accídit cũ potestas faceret destruí quandam domum talis homicidę, q murus domus prædictæ cecidit super quãdã domum vícinam, vel forte destructa fuit propter cõnexitatem: modo quæritur quís debeat illi vícino emendare tale dãnũ: & videtur q potestas. arg. l. C. de íjs, qui latro. vel alías cri. reos &c. l. vna. §. tríbuni. & ff. ad leg. Aquilíã l. quemadmodũ. §. magístratus ff. de ínju. l. nec magístrat. Argu. ff. de pœ. l. absentem. ff. si quis ali. test. prohi. l. ij. §. fratres. Econtra vídetur, q ille teneatur damnum emẽdare, quí maleficiũ cõmísit: vt arg. ff. cõmuni diui. l. si is cum quo. & ff. soluto ma. l. pe. Solu. d. Alber. de Papi. dixit potestatem nomine cõmunis teneri secũdum iura allegata cuius opi. vídetur habere locũ tantum: quoniã bona malefactoris talis erant publicata: quía tũc tenetur potestas nomine fisci, quí est hæres & tanquam hæres dicti malefactoris teneẽ resarcire damnum, cuius occasione ille dãnum substituit: quía quí causam dãni dat: dãnum dedisse vídetur: vt ff. ad leg. Aquí l. occídit. vnde fiscus succedẽs tenetur: vt ff. ad leg. iul. de adult. l. tutore. & C. de bo. proscrip. l. si vt proponis. Sí autem bona non erant publicata:
e tunc teneatur malefactor' vt ff. communi diui. l. si is cum
12 quo. † Item quæro aliquis commísit maleficium, propter quod omnia eius bona ex forma statuti erant destruenda, híc malefactor habet fratrem, cũ quo habebat turrim vel domum communem. quæritur an tota domus vel turris debeat destruí: an verò destruenda sit tantum pro parte contingente illí malefactori. Et vídetur primò q tota domus vel turris sit destruenda. ar. ff. commu. diuid. l. si is cum quo. ff. de aqua plu. ar. l. interdum. C. de neg. gest. l. si cogn. Nam quod commune est meum est: vt. ff. de ver bo. signi. l. pupillus. §. fi. Do. vero Odof. dixit diuísionem faciendam esse: quía non debet alteri per alterum íniqua conditio afferrí: vt ff. de reg. iur. l. non debet. & de alie. iudí. mut. cau. fac. l. j. C. pe pœnis l. sancimus. & hoc cum so lummodo publicantur: sed si non publicantur. delinquẽ

tes te

tes tenentur resarcire damnum communi diuídundo iudicio vt. d. l. si is cum quo. Si autem nõ est soluendo præstatur de publico æstimatio non delinquenti. argu. ff. ad Silla. l. in lege. & C. in qui. cau. ser. acci. lib. l. ij. Odofr. Sed in quæstione ista do. Francis. Accur. & do. Rolan. de ro. consuluerunt mihi Bononiæ assessori distinctione opus fore, dicentes: aut pars malefactoris erat de turri in parte inferiori: vel ita coniuncta, quòd illa pars nõ poterat destruí sine destructione partis alterius: & tunc dicebant to tam turrim vel totam domum destruí debere per iura primo alleg. ff. de acquir. re. do. l. si super. quía superior locus deseruit inferiori, & ecõtra: & ædificium solo cedit. ff. de acquí. re. do. l. si adeo. §. ex diuerso. & insti. de re. diui. §. ex diuerso. & C. de re iudi. l. ij. & hoc contingit ne maleficiũ remaneat impunitum: vt. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. cum simi. Si autem potest separatio fieri sine læsione partis vel consortis, qui non delinquit: & tunc separatur: vt ff. de adimen. leg. l. & sed. §. si duobus. & ff. de sol. l. si alieni nũmi. & ff. de mín. l. etiam. & ita intelligitur. d. l. inter
3 dum. ff. de aqua plu. arcen. † Sed nunc quæro, nunquid superior frater, qui non deliquit habebit regressum cõtra inferiorem pro damno ei illato occasione maleficij prędic
c dic quòd sic: vt. ff. communi diui. l. si is cum quo. ff. de nego. gest. l. nam & Seruius. in princip. ff. de condi. inde. l. indebitum. ff. ad legem Rho. de iactu. l. j. ff. de neg. gest. l. si cum peculio. & hoc si est soluendo: si autẽ non est soluendo: dic quod tunc habebit regressum contra commune. arg. ff. de adult. l. miles. & facit ad hoc quod not. suprà
14 in magna proxi. q. † Pone continetur in statuto ciuitatis, quòd quícunq; fecerit tale malefi. quòd omnia ipsius bona habeant publicari. Ecce filius quídam famílias cõmísit delictum tale, propter quod eius bona debeant publicari. quæritur nunquid pater tali filio tenetur assignare aliquam partem suorum bonorum? dic quòd non. arg. l. C. de bon. dam. l. si filius. & l. j. Nam nec tenetur pater re
f spondere pro delicto à filio cõmísso: vt. ff. de act. & oblig. l. ex maleficio. §. is quoq; in fi. & C. ne fil. pro pat. & c. sed pone quòd filius fa. condemnatus est ex portatione armorũ vel ex alía causa: nunquid pater potest cõuenirí actio
f ne in factum descendẽte ex re iudicata de peculio ipsius filijfa. & certè dícatís quòd sic potest. arg. ad hoc. ff. de noxa. l. quoties. & l. seq. & in hoc concordant omnes doct.
15 & ita vídi Bononię multoties iudicari. † In summa notandum est, quòd si malefactor, cuius bona sunt publicata vel obligata communi, habeat creditores, quòd obtinet regula illa, qui prior est tempore: potior est in iure: vt ff. quí pot. ín pig. ha. l. fin. & C. de remís. pigno. l. si pignus ignorante. C. quí pot. ín pig. habe. l. si generaliter. sed príuilegio fiscí obtinet, quòd si is, quí mihi pigno. est loco obligauit omnia sua bona præsentia & futura: postea bona aliqua acquisiuit: & postea maleficium committat, cuius occasione eius bona veniant publicanda, quòd in rebus prædictís postea acquisitis erit fiscus potior príore
16 creditore: vt. ff. de iur. fis. l. si is quí. † Item not. quod bona delinquentís in fiscum vel commune, tacitè fisco vel communi redduntur obnoxia: vt. C. in quíb. cau. pign. ta. contra. l. j. de prí. fis. l. j. & vide infrà, símilem quæstionem
17 ad hoc. † Quæstio est in fin. istius titu. inserenda. vxor mea, condemnata est in. x. lib. quęritur nunquid ego maritus tenear: vídetur quòd sic. ff. solu. matr. l. si cum. §. si autem tem in seuíssimo. Item quía plus aggrauat paruus ictus fustium, quàm maxima pecuniæ accumulatio. ff. de pœ. l. ín seruorum. ín fi. Item si aliquis est captus ab hostibus & non sit vnde redimatur, nísi de dote: tũc dos potest alienari. ff. sol. matr. l. quamuis. & ff. de iure do. l. mutus. Econtra vídetur: vt. C. ne vxor pro marí. l. maritus. Item quía dos non venit publicanda nisi in casu. C. de primípila. l. primípilus. Solu. de stricto iure non tenetur maritus: sed de æquitate sic. Nam maritus tenetur vxorem alimentare. & erit hæc iusta causa alienationis dotis. C. de fun. do. l. fin. Item quía animæ cæteris rebus sunt præferendæ id est, animata corpora. C. de sacr. sanct. eccle. l. sancimus.

A DNOTATIO. a ¶Veritas. Adde, quòd hanc opin. tenet Roma. consi. cxxviij. Ber.
b ¶Secundum Axo. Adde videndum Pet. de anch. consil. cclij. & ibi an talis alienatio possit reuocari. Ber.
c ¶Quod sic. Adde videndum Io. de ana. consi. lix. Ber.
d ¶Terminatum. Adde vt per Io. andr. in addit. ad Spec. in rubri. de fideiuſ. Ber.
e ¶Malefactor. Adde, vt per Io. andr. in addi. ad Specu. in tit. de societa. Ber.
f ¶Peculio. Adde, vt per Abba. consi. lxvj.

De aliquibus quæstionibus varijs in maleficijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineus uel affinis vixatus est cum affine uel ei est iniuriatus, an puniantur.*
2 *Iniuriarum accusari an possit, qui crimen alteri iniuriasse obiecit.*
3 *Intrans armatus domum mulieris coniugatæ contra uoluntatem illius: confitẽs quod per eum non stetit quin carnaliter eam cognosceret: si probat illam esse malæ conditionis & famæ: an iste punietur?*
4 *Homicidæ si imponatur pœna mille librarum ex forma statuti cum iure ciuili sit pœna capitis, si accusatus de homicidio ex forma statuti sit absolutus: an poterit accusari leg. Cor. de sica.*
5 *Masculinum, an comprehendat fœmininum etiam in delictis.*
6 *Quis quicunq; nullus uel similia prolata à lege municipali: an comprehendant quæ nulla sunt?*
7 *Respondens dicenti se uelle committere aliquod graue delictum bene placet mihi, facias bonum est, an ex tali responsione aliquam pœnam patiatur.*
8 *Robaria facta in territorio uillæ uel castri, an ille locus teneatur ad emendam & quomodo.*
9 *Delinquens si efficiatur clericus post delictum perpetratum, an puniatur per iudicem secularem uel ecclesiasticum?*
10 *Malefactor condemnatus in c. in carcere existens, qui dederat fideiussores de non fugiendo aufugit: & communem à custodibus condemnatus exegit ac illis iura cessit, an custodes à fideiussoribus exigere poterunt?*
11 *Accusatio instituta de dãno dato, & alia acta facta coram iudice ciuili, quando adest iudex maleficiorum, an ualeat?*
12 *Filiusfa. an posit esse in iudicio causæ criminalis sine consensu patris.*
13 *Filiofa. an teneatur pater consentire in iudicijs publicis.*
14 *Minatus fuit Titius animo irato Sempronio de offendendo eum in personam: postea intra paucos dies Sempronius fuit offensus in personam, an præsumatur Titium commisisse maleficium tale?*
15 *Furto aliquid mihi est subtractum, an me sic requirente iudex poterit compellere omnes uicinos ad indicandum furem?*
16 *Iudex maleficiorum an possit cognoscere diebus feriatis de maleficijs: & an de roboria facta in territorio alicuius castri teneatur ille locus ad emendam?*
17 *Robaria commissa in territorio castri uel uillæ, an homines illius loci teneãtur ad emendam in capita uel pro modo patrimoniorum?*
18 *Potestas existens ad balconum palatij uidit Titium uulnerari à Sempronio, ex quo uulnere secuta est mors: an potestas ex hoc solum, quod ipse uidit malefactorem committere maleficium, possit illum condemnare?*
19 *Accusatus de uulnere comparuit: & datis fideiussoribus fuit relaxatus: postea commisit homicidium: petit iudex ut fideiussores eum representent, an teneantur?*
20 *Stante superiori casu si potestas uult dare fiduciam respectu homicidij: an tenebuntur fideiussores illum representare?*
21 *Clericum percutiens animo irato & grauiter incedentem more laicali: an erit excommunicatus?*
22 *Derobauit me aliquis, uel læsit: ita quod sum damnificatus: probatur maleficium: sed non possum probare meum interesse: quid erit seruandum?*
23 *Frater fratrem interfecit: filij interfectoris petunt hæreditatem mortui, quæ aliàs eis ex successione defertur: quid iuris erit?*
24 *Confitentem Titio in tormentis uel coram iudice, quòd mihi furto rem subtraxit, uel aliàs damnum dedit: si postea moriatur: an pro confessione illa potero illius hæredes conuenire?*
25 *Filiusfa. propter delictum in aliqua quantitate fuit condemnatus: an pater teneatur partem aliquam pro illo assignare communi?*
26 *Statuto dicente si damnum datum fuit in commune illius uille: & ignoretur malefactor: quod commune teneatur ad emendam, si ecclesia fuit damnificata: quid iuris erit?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

NVnc est videndum de aliquibus quæstionibus in maleficijs,quæ quodammodo non bene adaptantur ad titulos,suprà dictos:& postea subijciam de rebus vetitis non portandis extra territorium ciuitatis vel castrorum,quibus vetitæ sunt portari. †Et in primis quæro.
1 Ecce duo cõsanguinei vel affines rixati sunt adinuicem, vel iniuriati vnus alteri.modo quæritur an possint,& debeãt puniri & qualiter?Respõ.vulgare est laicorũ,quòd non puniantur:sed certè falluntur:quoniam delicta commissa inter coniunctas personas consanguinitate vel affinitate grauius puniuntur,quàm si inter extraneas personas fuissent commissa:vt.ff.de pœ.l.capitalium.§.omnia admissa.& cõcordat hæc cum Seneca dicente,tanto maior offensa est iniuria, quanto proximior est,qui eam fecit:vt.ff.&.C.ad leg.Pompe.de parri.per to.Econtra videtur quòd consanguinitas suadeat tale maleficium remanere impunitum:quãdocunq; sit commissum,vel qui mitius sit iudi.vt.ff.de pœ.l.respiciendum.ff.de excu.tut. l.si tutor aliquo vincu.ff.de recep.l.ij.ad leg.Iul.repe.l.j. ff.de furt.l.nec cum filio.&.l.sequen.&.l.si quis vxo.in princip.&.C.de pat.pote.l.iij.&.iiij.ff.de libe.hone.exhi. l.iij.§.hæc verba.versi.his tantum.Sol.secundùm.d.Dy. distingue,vtrum maleficia illa sunt atrocia,an vilia.atrocia autem seuerius iudicantur: vt.d.§.omnia admissa.leuia autem & vilia mitius, aut nullo modo:vt in lege in contrarium alle.& facit.C.de patr.pote.l.si filius.&.ff.de iniur.l.prætor edixit.§.præterea.vel dic quòd rectores ita puniunt personas coniunctas,sicut extraneas.ar.d.§.omnia.& ita fecit Ro.de fratre suo:vt.ff.de rerum diui.l.fin.
2 †Quero si aliquis iniuriosè crimen obiecerit alicui:an
a possit de iniuria accusari? videtur quòd non:si tamen verum non sit de illo crimine.argu.eligis a contrario sensu. C.de iniu.l.si non conuitij. Item si verum sit de illo crimine obiecto: quoniam peccata nota esse expedit.ff.de iniu.l.eum qui.Sed in hoc casu Mart.de fano ita distin. cum iniuriosè obijcitur crimen,aut talis est iniuria, qua probata resultat in crimen,quod expedit esse notum:puta quia vocauit eum cucurbita consentiente.& hoc probato,quòd cõsentiat:sequitur quòd sit infamis.quia præstat causam lenocinij:vt.ff.de his,qui not.infa.l.j.& de ritu nupt.l.palam.tunc non tenetur iniuriarũ.& sic intelli. I.eum qui.si autem dicat ei iniuriam,qua probata non sequitur aliquod crimen:bene tenetur iniuriarum.d.l.si nõ conuitij.ff.de postu.l.j.§.si quis.& hæc distinctio locum habet in verbis iniuriosis criminum.Nam si dico alicui pauper,mendicus,bene etiam teneor iniuriarũ:quia turpe est rei familiaris detegere paupertatem.vt.C.quando & qui.quar.pars deb.l.ij.lib.x.& ideo teneor. Idẽ in alijs: vt si diuitem fideiussorem non recipiam.ff.qui satisd.cog. l.fideiuss.nec illa distinctio locum habet in ijs sed solũ in
3 criminibus.Mart.de fano. †Quæstio de facto fuit Mutinæ quod quidam armatus de domo rangonum intrauit domum cuiusdam fœminæ coniugatæ contra suam voluntatem:volens eam carnaliter cognoscere: & per eum non stetit.& hoc fuit confessus iste armatus.probauit ad suam defensionem,quòd illa mulier erat malæ conditionis & famæ & à pluribus cognita.& quòd ipse idem solitus erat eam cognoscere carnaliter: modo quærebatur an iste ex tali maleficio deberet puniri.Et quòd non debeat puniri quasi est expressum.C.ad leg.Iul.de adult.l.si ea quæ.ff.de iniu.l.item apud Labeo.§.si quis virginem. ff.loca.& condu.l.si ignorans.& quæ ibi not.Solu.d.Dy. de muscello consul.super.d.q.ita consuluit & dixit quod
b si.d.mulier quæstum sui corporis faciebat, quòd ille armatus non posset,nec debeat puniri:aliàs sic.per iu.prœal. & specialiter per.l.ff.de adult.l.si vxor.§.plane.quæ autẽ dicatur quæstum palam sui corporis facere:dic.ff.de fur. l.eum.& de not.super.d.l.si ea quæ.&.l.quæ de adulter.
4 †Quid de quæstione,quæ quotidie contingit de facto. Iure ciuili cauetur,quòd pro homicidio imponatur pœna capitis:vt dixi,suprà de homici.iure verò municipali cauetur, quòd imponatur pœna mille librarũ.modo aliquis accusatus de homicidio ex forma statuti fuit absolutus: modo quæritur an ipse possit accusari pœna legis Corne.de sica.de iure communi?Et primo videtur quod sic:quia ius municipij nõ tollit ius commune:vt.ff.de libe.hone.exhi.l.iij.in princip.& expressius.ff.de actio.& obli.l.quoties.nisi expresè dicatur in leg.municipij.quia ius commune non debeat obseruari: sed statuta tantum: vt.d.l.quoties. Item pœna corporalis non tollit pecuniariam: vt.C.quando ciui.act.præiud.cri.l.j.ff.de tabu. exhi.l.iij.§.si quis dol.ff.vi bono.rapto.l.ij.§.j.&.ff.de sepul.viola.l.qui sepulchrum.Nam quando potestas iurat seruare statuta: iurat ea seruare secundùm iura & leges: vt in corpore authen.iusiuran.quòd præstatur ab ijs,qui admi.acci. Item si statutarijs placuisset ius commune non seruari:leuè erat eos hoc dicere:vt.C.de cadu.tollen. l.vna.Econtra videtur statutum debere obseruari.Primò quia potestas iurat tantum seruare statuta,vnde non debet via periurijs aperiri: vt.C.vnde vi.l.meminerint.& C.de indic.vidui.tollen.l.ij.C.si aduer.rem iudi.l.ij.& authen.ibi posita. Item certa pœna est per statutum posita:vnde quod per statutum conceditur: in alijs videtur prohiberi.ff.de iudi.l.prætor. Item si pro eodem delicto duplex pœna imponeretur:esset cõtra:vt.ff.nau.cau. stab.l.licet.C.de pœ.l.omnes.extra de æta.& quali.c.ace.&.c.at si.extra de iudici.c.cum percussio.vij.q.j.&.c. pe.de cle.egro.Solu.dicit do.Dyn.quòd iste non possit amodo accusari per.l.j.ff.de accusa.l.senatus.&.d.l.licet. & ad leg.in contrarium allegatas.respon.quia vna pœna datur ad bursam actionis principaliter: & sic in ea per se ciuiliter agitur & non ad vindi. Alia datur ad vindictam pro pœna corporali infligenda,vel pecuniaria fisco applicanda,seu communi:& sic est criminalis.quia non datur ad bursam actoris:sed in proposita quæstione vtraq; pœna datur ad vindictam & bursam communis: & sic vna electa tollitur alia: vt.d.l.senatus.&.l. prætor.§.j.ij.iij.& iiij.respon.Alij verò sapientes aliter dicunt.Nam dicũt, quòd si appareat de mente statutariorum volẽtium pœnam statuti subrogare legi ciuili,quòd tunc si exacta est pœna statuti,vel sublata per absolutionem: vlterius non imponatur pœna legitima: quia pœna statuti subrogata est loco pœnę legalis:igitur fungi debet partibus eius:vt ff.de iudi.l.mortuo,&.ff.si quis cau.l.si eum.§.qui iniuriarũ.Si verò non appareat,quòd tunc potest agi ad plus quod est in pœna legali, quàm in statuto:vt.C.de act.& oblig.l.cùm ex vno.&.l.si plura.& arg.ff.arbo.fur.cæ.l.j.& ff.vi bono.rap.l.j.&.ff.de actio.& oblig.l.qui seruum. ff.commo.l.vnde quæritur.Et hoc si tantum vnum est delictum:secus si plura sunt delicta.Nam tũc potest pœna exigi pro alio delicto,de quo non est imposita vel absolutio facta: vt.ff.de priui.delict.l.nõnunquam.D.vero Alberic.Papien.fuit in hac opin.quod si aliqua ciuitas habeat statuta super aliquo maleficio, quòd illud statutum tollat leges ciuiles tractantes de illo maleficio in cõtrarium,vel vltra,vel præter.Sed ipse hanc suam opinionẽ non probauit aliqua lege:sed dic & allega pro hac bona sol.do.Vlber.quia non est recedendum à verbis statuti:vt.C.de indi.vidui.tollen.l.ij.C.si aduer.ven.authen. sacramenta. Item quia cõstat omissum esse de iure cõmuni:vnde,quòd in vno concedit:in alijs prohibet.ff.de iudi.l.cùm prætor.C.de procur.l.maritus.ff.de leg.l.cum lex. Item quod vltra pœnam statuti possit peti de iure communi:debet haberi pro omisso.argu.C.de leg.l.non dubium.ff.solu.matr.l.si verò.§.de viro.& secundum hoc iudicatum fuit Bonoñ.per collegiũ do.iudi.Dominorũ autem Alber.& Dyn.opinio.veriores credo:quæ etiam
c 5 de consuetudine obseruantur. †Quæstio talis insurgit in lege ciuili,vel etiam ciuitatis cauetur,quòd si quis cõmiserit tale maleficium,quod debeat certa pœna puniri. verbi gratia.statutum est Bonoñ.quòd nullus emat bladum:nisi in platea sub pœna decẽ librarum.modo quædam mu-

dam mulier alibi emit bladum.quæritur ergo an appellatione si quis,vel quicunq;, vel nullus,contineatur fœmina:ita quòd dicatur incurrere pœnam legis vel statuti.Super qua quæstione domi.Odofred.consul.à iudi.de vec.Bonoñ.talem tradidit docto.notatam.C.de ser.fugi. l.quicunq;.dicens,aut verbum si quis,quicunq;,vel nullus,vel simile,profertur à lege vel statuto cum statutum sit lex ciuilis:vt institu.de iur.natu.gen.& ciui.§.omnes verò populi.&.C.de eman.lib.l.j.& expressius.ff.de mu. & ho.l.j.§.j.in fin.ibi,ex his enim & ce.&.l.fina.§.j.&.ff. de iur.immu.l.semper.§.leges.ff.quod cu.vni.no.l.nulli. &.l.item eorum.in princ.& tunc cum illud verbum profertur à lege, siue tracteturj de odio, siue de fauore sub illo verbo masculinum comprehendit fœmininum: & ita intelliguntur leges.ff.de verborum significa.l.j.&.l.de testamento.§.j.&.ff.de compen.l.j.§.j.ff.de nego.gest .l. iij.§.j.&.C.vnde vi.l.si quis in tantam.&.ff.de iure fisc.l. Diuus.aliàs,ait Diuus.& hoc est semper verum: nisi sit tale negotium,quod sexui fœmininо non congruat:vt in procu.quæ non conuenit mulieri:vt.C.de procur.l.alienam &.ff.de regu.iur.l.ij.C.quando mul.tut.offi.fun.po. l.fin.C.de ijs,qui vecti.æta.impe.l.ij.C.de procur.l.maritus. Item fallit in immunitate à principe vel à lege cõcessa alicui & suo generi,& posteris suis.quia hæc immu
7 nitas ad sexum masculinum tantum,& non fœmininum porrigitur:vt.ff.de iur.immu.l.j.in fin.Et fallit si propter causam propter quam statuitur in masculo cessat in fœmina:vt.C.de oper.lib.l.j.in princ.& in fin.& secundum hoc potest intelligi.ff.solu.matri.l.si verò.§.de viro.aliàs autem appellatione maris continetur & fœmina.& quod in vno statuitur, etiam in alio statutum videtur:sinautẽ prædicta verba ab homine,id est à statuto: tunc aut tractatur de odio,aut de fauore.Si de fauore:tunc sub masculino comprehenditur fœmininum.vt.ff.de legat.iij.l. qui duos mulos.&.l.legatis.§.iumentũ.&.ff.de testa.tut. l.si quis ita dederit.Si autem tractet de odio: tunc est se
d cus:vt.ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.quæritur.vnde cum mulier in casu quæstionis propositæ comprehendi possit: quia potest delinquere.dicit do.Odofre.& alij docto.di
d cunt communiter, quòd mulier comprehendatur vt in
8 pœnã legis vel statuti incidat:nisi de mente statuti aliud
e doceatur. †Sed pone quod istud verbum si quis, vel quicunq;,nullus,vel simile proferatur à lege municipali nunquid continebitur & si qua nulla &c.maximè quando tractatur de odio?videtur quòd sic per iu.prædi.quia statutum est lex:vt.ff.de iusti.& iur.l.omnes.& institu.de iur.natu.§.omnes.sed prolata à lege & si comprehendit odium comprehendit vtrunq;:vt suprà dixi.Præterea statutorum dispositioni sicut cæteris dispositionibus auctoritatem præstet magistratus:vt institu.de iure natu.§.ple
9 biscitum.ergo proinde haberi debent ac si per magistratus componerentur: quia qui confirmat,pro dante & fa
f ciente habetur: vt.ff.de verborum significa.l.lege obuenire.&.ff.de condi.institu.l.institutio talis.&.ff.de hære. instit.l.asse.sed per magistratuum verbum,si quis,prolatum comprehendit fœmininum.vt.l.si quis id.ff.de iurisomnium iudi.cum simil.suprà allega.ergo &c.Præterea masculinum est commune ad vtrunq;.l.inter stuprum.§. fi.ff.de verborum significationibus.Ergo ad vtrũq; oportet communiter extendi.l.si seruus.ff.de legat.iij.l.hominis.de verborum significa.Econtra videtur,quòd lex municipalis non recipiat interpretationem.l.constitutionibus.ff.ad muni.quod per masculinum comprehendatur fœmininum hoc de interpreta.& mente statuti.ff.de priob.l.quicquid. Item hic dicitur.ff.de verb.significa.l. pronunciatio.quod masculinum plerunq; ad fœmininũ porrigitur.q.d. in pluribus casibus.Ergo videtur quòd non regulariter prolatum verbum à lege municipali possit per interpretationes extẽdi ad fœmin.dico ergo quòd interpretatio potest sumi pro expressa verborum expositione.l.j.ff.de orig.iur.statutum ergo recipit interpretationem seu decla.vt.l.gradatim.&.ff.de mune.& ho.l.vt gradatim.§.& si lege.sed non recipit prorogatio.siue extensionem sicut stipulatio,quæ est stricti iuris nõ recipit interpretationem, id est prorogationem seu extensionem. Nam quod palam non exprimitur pro omisso debet haberi.l.quicquid.ff.de verborum obliga.sed recipit interpretationem , id est declarationem aliquando pro parte promissoris,aliquando pro parte stipulatoris:vt.d.l.quicquid.cum igitur extendere ad sexum fœmininum esset interpretari vt dictum est:prorogare nõ videtur verbum masculinum à statutarijs prolatum ad fœmininum extendi. Ad argumentum in contrarium respondeo: quod verũ est, quòd debet pro lege haberi:in eo quod exprimit: non vt per interpretationem extendatur vt dictum est. secundum argumentum non procedit:quia non est verũ magistratum præbentem legem componere,quia quòd dicitur magistratum &c.intelligitur in ijs,quæ ex mera voluntate & pura confirmantur:vt.C.de vete.iur.enucl. l.j.§.omnia enim.& ad hoc.ff.de verborum signific.l.j.ad tertium respondeo vbi not.in l.seruus legatus.ff.de legat. iij.in glos.ibi posita.in fi.Item pro masculino prorsus improprietas verborum significationis verborum non potest ad fœmininum extendi:vt paret.C.de procura.l.alienam.&.ff.eo.l.neq; fœminæ.Dyn.de quo vide.d.Cyn.l.
7 quicunq;.C.de ser.fugi. †Item pone quod aliquis di
c xit mihi se velle facere vel committere quoddam graue delictum,cui ego dixi & respondi bene placet mihi facias,bonum est.modo quæritur nunquid ex hoc ego debeam pati pœnam aliquam?& videtur quòd sic.argu.ff. de ser.corrup.l.ij.§.sed vtrum.ibi,non enim oportet laudando.ff.ad Turpil.l.j.§.incidit.Item quòd tenear,videtur quasi expressum.ff.de fal.l.j.§.j.&.l.lege Corne.versi. falsi pœna.& ad leg.Pompe.de parrici.l.frater.&.l.si scite.ff.de regu.iur.l.culpa.de noxa.l.in delictis.in princi.& l.in omnibus.ff.de ijs,qui no.infa.l.quid ergo.§.j.ff.man. l.si remunerandi.§.si tua.Econtra videtur quod non.arg. ff.de ijs,qui not.infa.l.ob hæc verba.&.ff.man.l.si remu. §.si tua tantum gratia.Sol.& dic quod non patiar aliquã pœnam,scilicet quando ille erat aliàs facturus dictũ maleficium.arg.legis,quæ dicit, quòd non tenetur quis indicare furem:vt.ff.de condictio.ob tur.cau.l.si idem.ff.de
8 præscript.verb.l.solent.Dy.& Gui. †Item pone quod aliquis fuit derobatus in territorio alicuius villæ vel castri.quæritur an locus ille teneatur ad emendationem illius robariæ:videtur quòd sic per.l.ne quid.circa me.§.à domino.ff.de incen.rui.nau.sed nunquid homines dictæ villæ vel loci teneantur in capita vel pro modo patrimonij?dic quòd in capita:quia non concurrunt ad locum robariæ, & sic punietur eorum negligentia:vt.C.de episc. & cle.l.si quæcunq;.ibi,& eos pares faciamus:sed tu dic
9 & verius, quòd puniantur pro modo patrimonij per.l.j. C.de muni.patri.libr.xij.& de naufr.l.fi.lib.x. †Postea
f subijcio hic & aliam.q.Ecce quidam commisit aliquod graue delictum:quo cõmisso ipse effectus est clericus. modo quæritur an ipse possit puniri pœna legis vel pœna statuti per iudicem secularẽ?Et primò videtur quod non: vt.ff.de vac.mu.l. prætor.ibi, vel si quis sacerdotium &c.&.§.si post actum. &.l.his oneribus.§.actis.& ff.si quis cau.l.qui autem.&.ff.de excusa.tut.l.qui spadonem.§.finautem.&.l.iurisperitos.&.ff.de arbi.l.nõ distinguemus.§.sacer.& etiam quæritur res illa lite pendente, vel etiam ante litem inchoatam peruenit ad eum casum à quo incipere non potuit:vt argu.ff.de suspe.tuto.l.post finitam.&.ff.de libe.agno.l.iij.§.quia Plautianum.Econtra videtur quòd per iudicẽ secularẽ puniri possit: vt.ff. de iur.om.iudi.l.pe.&.ff.de iu.l.si quis postea.&.ff.de excu.tut.l.ij.&.l.tutor petitus.&.l.non tantum.§.sanè.&.ff. ad municip.l.incola.&.ff.de iur.immu.l.semper.§.hęc circa.ff.de pe.l.j.Solu.d.Dyn.hanc quæstionem determinat quod à iudice seculari non fiat punitio:ex quo ille delinquens factus est clericus per.l.ff.de accu.l.hos accusare. §.hoc beneficio.& ad hoc.ff.de pœ.l.j.quæ dicit,quòd tẽpus delicti sit considerandum:patet ergo quia bene con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſideratur quantum ad pœnæ impoſitionem: non autem quantum ad iuriſdictionem: vnde ille euitabit cognitionem iudicis ſecularis:quia factus eſt de foro Epiſcopi:& Epiſcopus cognoſcet de illo maleficio:verum ſi ille malefactor cauſa euitandi pœnam clericalí militiæ ſe adſcripſit:tunc Epiſcopus cognoſcet an ſit clericus effectus in fraudem: & ſi hoc conſtiterit,tradet eum iudici puniendum:& tũc punietur ex forma qua debuiſſet puniri tempore delicti commiſſi:vt.d.l.j.ff.de pœn.& facit.ff.de iſs, qui ad eccle.confu.l.ij.&.iij. Et ideo circa hanc materiam diſtingue:quia aut eſt certum,quòd cauſa euitandi pœnam factus eſt clericus:aut nõ certum:aut eſt dubiũ: de quibus tribus membris dic vt not.ſuprà in hoc opere. de pœn.§.pone quod Titius.Et de hac quęſtione dic ple.
10 vt not.infrà de mul.q.dependen.à ſtat.§.item. †Aliam ſubijcio.q.Quæſtio talis hic inferenda quam habui de facto Florentiæ.Quidam pro maleficio condemnatus erat in carcere in centum,qui dederat fideiuſſores quòd non fugeret.hic talis fugit.commune condemnatum exegit à cuſtodibus,& ceſſit iura contra illum cõdemnatum & ſuos fideiuſſores:nunc cuſtodes ex iure ceſſo agunt contra illos fideiuſſores,allegant quòd cuſtodes nõ poſſunt agere ex eo: qnia fuerunt in culpa.per.l.j.§.nunc tractemus.ff.de tut.& ra.diſtra.l.ſi duobus.Econtra dicebant quod poterant agere:quia ſi fuerunt in culpa:tamen ille, qui aufugit fuit in dolo.quia ſic eſt in duobus tutoribus. quia ille qui fuit in culpa agit ex iure ceſſo contra illum, qui fuit in dolo.ff.de admi.tuto.l.ſi mi.nam dolus prępon
derat culpæ:vt.ff.ad leg.Aquil.l.ſi obſtetrix.§.vlti.quod
11 vltimum verum eſt:& ita fuit iudicatum. †Pone quęſtionem de facto quæ Senæ fuit: eramus aſſeſſo.& iudi. quorum tres de maleficio cognoſcũt:& alij ſuis præſunt officijs.Accidit quòd quidam expoſuit quandam accuſationem de damno dato in vinea ſua coram me:tunc ciuili poteſtate iudice,petens damnum dãtem puniri & ſibi emendari damnum.In fine verò dictæ cauſæ dicebatur iudicium nullum:quæritur quid iuris?dic breuiter iudicium nullum: & condemnationẽ ex tali accuſatione ſubſequi non poſſe,ex eo quòd damnum dare,maleficiũ eſt:vt.ff.de actio.& oblig.l.ex maleficijs.¶Reſpon.& inſtitu.de oblig.quæ ex ma.na.in princip.Et ideo talis cauſa debuit agi per iudicem maleficij:& non per iudicẽ cauſarum ciuilium:vnde ſi ſecus factum eſt,nõ ſubſiſtit ipſo iure.Nam quod per vnum iudi.vel officialem faciẽdum eſt:ſi fiat per alium,non valet: vt.C.de decur.l.nemo iudex.lib.x.Nam factum à iudice,quod ad ſuum officium non ſpectat,ratum non eſt:vt.ff.de regu.iur.l.factum à iudi.vnuſquiſq; enim iudex debet eſſe contentus ſua iuriſdictione commiſſa,& in alterius ſe immiſcere nõ debet: vt.C.de appari.l.apparitores. &.C.de execu.& exacti.l. quicunq;.Et ſi ſecus factum eſt,tanquam ab incompetẽti iudice factum non valet ipſo iure:vt.d.l.factum.C.ſi à non compe.iudi.l.j.ibi,iudex ad certam rem datus:ſi de alia cognouit nihil agit.Et eſt ratio, quia ipſe Deus ab initio dominationes & prælationes attribuit, & diſtribuit ad hoc vt quilibet ſua iuriſdictione ſit contentus,& in alterius ſe non immiſceret:vt in corpore authen.quomodo opor.epiſ.in princip.aliàs autem rerum turbarẽtur officia:quod eſſe nõ debet:vt.C.de teſti.l.conſul.diualia. Accedit etiam ad hoc & illa vulgaris ratio:quoniam diuerſorum ſeparata & varia debet haberi ratio & cenſeri conditio.vt.C.de dona.inter vir.& vxo.l.ſi maritus quõdam.ff.de mi.l.Papi.exuli.& de cal.l.fin.&.ff.famil.erciſ. l.his conſequenter.§.j.&.C.de edic.diui Adria.tollen.l.j. & propter prædi.videtur quòd factum à non ſuo iudice non teneat:vt extra de regu.iu.c.ea quæ.&.C.de decur.l. nemo iudex.lib.x.&.C.ſi à non compe.iudi.per to.&.ff. de iuriſdi.om.iudi.l.fin.ff.de offi.præto.l.fin.ff.de iniu.& irri.teſta.l.ſi quis.C.de dila.l.ſiue.ff.de excuſa.tut.l.ſcire oporter.ſed contra videtur quod valeat.l.ij.ff.ſi quis in ius voc.&.l.ſi quis ex alie.ff.de iudi.Solu.dic aut conſtat factum ſpectare ad officium tantum facientis:aut cõſtat non ſpectare:aut dubitatur.Primo caſu valet,etiam ſi iudex nunquam decernat:vt.ff.de iuſti.& iure.l.pen.l.cùm iudex.ff.de re iudi.l.cum prælatis.Secundo caſu ipſo iure non valet.l.factum.ff.de re.iu.l.cõtumacia.ff.de re iudi.§.contumax.& per iura primo alleg.Tertio caſu valet ratione dubietatis: vt.d.l.ij.ff.ſi quis in ius voca.&.d.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.&.l.de iure.ff.ad municip.Dyn.
12 †Sed quærítur nunquid filiusfamil.poſſit eſſe in iudicio in cauſa criminali ſine conſenſu patris?Reſpon.do.
g Odofr.& not.quod non[g] per.l.cùm non ſolum.C.de bo. quæ liber.& arg.l.tam ex contractibus.ff.de iudi.ſed pater cogetur conſentire:& ſi nolit conſentire:cogetur captis pignoribus & mulcta indicta:vt.ff.de lib.agnoſcen.
13 l.ſi quis.§.ſi quis. †Sed pone,nunquid idem erit in publicis iudicijs,quòd pater habeat conſentire?quidam dixerunt quòd ſic.argu.d.l.cùm non ſolum.ſed ipſi male dicũt:quia illa lex loquitur in pecuniarijs cauſis.quia quãtum ad ius publicum, non refert inter patrem & filium: vt.ff.ad Trebel.l.nã quod attinet.& quia ſuper hoc ſunt leges expreſſæ: vt.ff.de adul.l.inter liberas.§.filiusfamiliàs.&.l.filiumſa.& facit quod conſenſus patris nõ ſit neceſſarius.l.noxali.de noxa.&.l.ſi condem.Sed tutius eſt quod pater conſentiat:& hoc quãdo filius eſt maior.xxv. an.ſed quid ſi eſt minor,nunquid ſolus conſenſus patris ſufficiat?videtur quòd non, ad filium obligandum.ff.de verb.oblig.l.fin.j.reſpon.inſtit.de inuti.ſtipu.§.pupillus.
h ver.ſed qui.dic ergo quòd debet habere curatorẽ,[h]ſi opponatur,quòd non poteſt habere: quia eſt filiusfa.vt.C. de cur.fur.l.j.j.reſpon.reſponde quod in hoc caſu dabitur curator cauſæ,& non perſonæ:vt.C.de bo.quæ libe. l.fin.§.j.bene dico,quòd habebit authoritatem curatoris: & poſtea habebit conſenſum patris: vt ſuprà dixi.ſed ſi fuerit minor: habebit conſenſum vtriuſq;.& hoc eſt no-
14 uum & bene notan. †Item pone quæſtionem.Quidã fuit minatus Titio irato animo, quòd eum offenderet in perſonam:poſtea intra paucos dies iſte Titius fuit offenſus in perſona:& neſcitur à quo.quæritur nunquid præſumetur, quòd ille minans fecerit illam offenſam?& videtur quòd non:vt.C.quod metus cauſa.l.metum.Nam lubricum linguæ non facile trahitur ad pœnam vel crimen:vt.l.ad leg.Iul.maieſta.l.famoſi.& facit.ff.de pœ.l. abſentem.Solu.diſtinc.ſecundum Gui.quia aut ille erat ita malus,& talis,qui ſuas minas ducebat & ſolitus erat ducere ad effectum: aut non.Primo caſu præſumitur dictum maleficium feciſſe.Secundo verò caſu nõ:vt ex dictis & perſonis facta penſemus:vt.C.ſi quis Impe.maledixe.l.vna.&.ff.de neg.geſt.l.Pomponius.in fi.ff.de act. & oblig.l.fin.&.ff.de rei vendi.l.in fundo.& licet præſumatur feciſſe:non tamen ex hoc poterat cõdemnari.quia ex præſumptionibus non debet vel poteſt quis condem-
15 nari:vt.ff.de pœ.l.abſentem. †Pone quòd aliquis fecit mihi furtum.quæro à iudice quòd compellat cunctos vicinos mihi indicare furem vel furta.quæritur nũquid iudex poſſit illos compellere ad hoc?dic quòd ſic poteſt ex ſuo officio:vt.ff.de offi.præſi.l.congruit.&.C.de ſerufugi.l.requirendi.&.C.de eden.l.is apud quem.non obſt. quòd aliàs dicitur quòd nemo compellitur indicare furem:vt.ff.de præſcri.ver.l.ſolent.ff.de condi.ob tur.cau.l. idem.§.ſi tibi.quia verum eſt quod non compellitur iure actionis: ſed iudicis officio. ſic & facit ad hoc.C.de iſs,
16 qui ad eccle.confu.l.iij.Cyn. †Item quæro an iudices maleficij poſſint de maleficijs cognoſcere diebus feriatis?dic quod ſic.argu.l.ff.de offic.prefec.vrb.l.j.§.ſolent.&.ff. de tut.l.in eos.& inſtit.de ſuſpec.tut.§.ſed ſi quis.& not. quod per leges præd.ſoluta fuit quæſtio de adulto, qui petebat à ſuo tutore ſibi rationem reddi de adminiſtratione:& eum tutorẽ puniri extraordinarie.quia res ſuas euidenti fraude alienauerat.Nam cùm allegaretur non poſſe procedi in dicta cauſa propter tempus feriarum:iudicatum fuit poſſe procedi propter dicta verba appoſita in dicto libello,ſcilicet de punitione facienda per iudicẽ præd.Item pone quod aliquis fuit derobatus in territorio alicu-

rio alicuius caſtri vel villæ: quæritur an locus ille teneatur ad emẽdationem illius robariæ?videtur quod ſic:per
b l.ne quid.cir.me.&.§.à domino.ff.de incend.rui.naufra.
17 †Sed nunquid homines villæ vel Caſtri tenebũtur in capita vel pro modo patrimoniorũ?videtur quòd in capita:quia non concurrunt ad locum robarię:& ſic punietur eorum negligentia:vt.C.de epiſco.& cleri.l.ſi quemquam.ibi,vt eos quos perſicimus:ſed dic & verius quòd pro modo patrimonij.per.l.j.C.de mu.patri.libr.x.&.C. de nau.l.fin.lib.xj.de qua.q.vide per.d.Iaco.de are.in l.j.
18 §.item ſciendum.ff.ad Silla. †Item pone quæſtionem, dũ poteſtas ciuitatis ſtaret ad balconos palatij,& aſpiceret per plateam: vidit quod Titius perculſit & vulnerauit Seium: ita quòd mortuus fuit:modo quæritur nunquid eoipſo quòd ita vidit dictus dominus poteſtas,poſſit illum Titium de homicidio cõdemnare:cùm aliter per teſtes probari non poſſit de homicidio facto? videtur quòd ſic.Nam verum eſt homicidium prædi.cõmiſſum fuiſſe.ergo debet puniri maleficium,ne remaneat impunitum quòd eſſe non debet: vt.ff.ad leg.Aquil.l.ita vulneratus.&.ff.de defenſ.l.ſi à reo. Item quia poteſtas debet iudicare ſecundum veritatem: vt.C.de act.l.ſinguli. &.l.cùm iudex.in fin.C.de ſenten.& interlocu.omnium iudi.Nam quod hoc ſit manifeſtum poteſtati conſtat eidem:ita quòd non exigitur alia probatio: vt argu.ff.de actio.empt.& vendi.l.emptorem.§.idem Neratius.argu. ff.qui ſatiſda.cogan.l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.&.ff. de do.præleg.l.j.in fin.Præterea dicit lex quòd iudici eſt facienda fides.ff.de proba.l.quinquaginta.in fin.C.de rebus alien.non alie.l.j.ergo cùm ipſe hoc ſciat, non eſt ei fides facienda.Item iudex qui repertum crimen non vindicat,puniendus eſt:vt.C.de commer.& mer.l.ij. Item opin.fuit do.Mart.quòd iudex ſecundum conſcientiam ſuam poſſit iudicare.arg.ff.de fer.l.oratione.ff.ſi.regun.l. ſi irruptione.ff.de fide.l.cùm filiusfamiliàs.§.militis.ff.de teſti.l.iij.tutor mag.ff.de mino.xxv.an.Econtra videtur per.l.ff.de offi.præſid.l.illicitas.§.veritas.ibi,vbi dicit: ex fide eorum, quæ probabuntur &c.& quod de iſto homicidio accuſatio non eſt expoſita.& lex dicit quòd ſine accuſatore nemo punitur: vt.ff.de mu.& hono.l.reſcripto. §.ſi quis. Item iſte Titius non eſt confeſſus vel conuictus,quòd fecerit iſtud homicidium igitur puniri nõ debet:vt.ff.de pœ.l.qui ſententiam. Item vbi quis de crimine accuſatur,vt ſequatur condemnatio,debent probationes eſſe luce clariores:vt.C.de probat.l.ſciant cuncti.

Item iudex non poteſt eſſe teſtis in ea cauſa,in qua iudicaturus eſt: vt.ff.de teſti.l.vlti.§.j.&.ij. Item ſi poteſtas poſſet iſtum punire,iam fungeretur vice duorum officio,quòd eſſe non debet, ſcilicet teſtis & iudicis:vt.ff. ad Trebel.l.ille à quo.§.tempeſtiuum.&.ff.de pac.l.ſi plures.&.C.de aſſeſ.l. vlti.Solu.dicit do.Guil.& ita notari conſueuit ſuper.d.§.veritas.quod poteſtas non poſſit illum talem punire: cùm iſtud homicidium non ſit ei notum vt iudici: ſed vt priuato.Nam quotieſcunq; maleficium factum eſt notum iudici vt iudici: tunc poteſt iudex ex eo negotio procedere ſecundum conſcientiam ſuam.Si autem vt priuato non, per iu.prædi.& facit.C. de iudi.l.rem non nouam.& de hac.q.notaui,ſuprà de in-
19 di.indubi.§.videtur poſſe notari ſecundum &c. †Item pone quæſtionem quam Bonoñ.vidi de facto.Quidam vulnerauit quendam alium: & accuſatus de illo vulnere cõparuit:& ſatiſdedit:& relaxatus fuit: poſt paucos dies fecit homicidium cuius occaſione poſitus fuit in banno perpetuo: & fuerunt omnia eius bona publicata:modo petebat iudex à fideiuſ.quod deberent eum præſentare ſicut promiſerant pro maleficio vulneris.quid iuris quæritur?dicatis quod fideiuſſores non teneantur per.l.ff.ſi quis cau.l.ſed ſi quis.§.rei capitales.ibi,quid ergo hic excepit.& ad hoc facit.ff.qui ſatiſda.cogan.l.ſi fideiuſ.in fin. à contrario ſenſu illius legis:ſed contra videtur.ff.qui ſatiſda.cogan.l.ſi verò.ſed dic quòd ibi fideiuſſores tuerãt in mora: & ita non eſt contra.vnde in caſu noſtro commune ſucceſſit malefactori: vnde fideiuſſores amplius
b non tenentur:[b] vt.ff.de fideiuſſ.l.hæres.l.Nera.nec obſt. ad hoc.C.de fideiuſ.l.j.quia illa lex loquitur in fideiuſ.
20 qui fideiuſſerit in cõtractu mutui vel vẽditionis. †Sed pone quòd poteſtas vult dicto homicidæ dare fiduciam pro illo homicidio:adhuc dic, quòd fideiuſſores non tenẽtur per iu.prædi.& quia ei ſemel cõtingit liberatio per fideiuſſores:ideo amplius non tenentur: vt.ff.de pact.l. vlt.&.ff.de bono.poſſeſ.contra tabu.l.poſt mortem.§.fin. C.de fideiuſ.l.ex perſona.C.loca.& conduc.l.ſi cùm hermes. ff.loca.& conduct.l.item quæritur.§.qui impleto.
21 †Item pone, quòd tu perculſiſti grauiter & irato animo quendam clericum incedentem more laicali: modo quęritur nunquid iſte percuſſor inciderit in canonem latæ ſententiæ vt ſit excommunicatus?& videtur quòd nõ argu.ff.loca.& conduc.l.ſi ignorans.& in gloſ.ibi poſita. vt.ff.de iniur.l.item apud Labeo.§.ſi quis virgi.&.C.de epiſco.& cleri.l.generaliter.&.l.ſi qua per calum.§.fina. Sol.do.Gui.de ſuza.dicit,quòd incidit in cano.ita quòd ſit excommunicatus. Nam licet credat iniuriam facere laicus clericum:tamen videtur eum percuſſiſſe:quod verum eſt, quæ veritas potius inſpicienda eſt, quàm opinio: vt.ff.de iniur.l.eum qui nocentem.§.ſi vni.&.ff.de nego.geſt.l.item ſi eum putaui.&.ff.de iur.& fac.igno.l.
22 regula. †Itẽ pone quod aliquis derobauit me, vel me læſit: ita quod ex hoc ſum damnificatus vel propter expenſas medicorum vel alia de cauſa:probo de maleficio ſed non poſſum probare de intereſſe meo: modo quæritur quid ſit ſeruandum?Reſpon.non eſt neceſſe iſtud intereſſe & illas expenſas probare per teſtes:ſed ſufficit eas probare per ſacramentum mei offenſi.per.l.ff.quod vi aut clam.l.ſemper.§.hoc interdic.taxatione tamen iudicis officio adhibita: vt.ff.de iniur.l.conſtitit.&.ff. de cuſto.& exhib.reo.l.ſi quis reum.& ar.ff.de do.l.arbitrio.& facit bene ad hoc.C.vnde vir.l.ſi quando.& ita do.Odof.not. ſeruari in ſuo libel. Item videtur quòd ſacramẽto meo non debeat ſtari de damno,intereſſe,& expenſis: quamquam aliàs conſtet de maleficio in me commiſſo per teſtes.ff.de præto.ſtipu.l.fin.inſtitu.de verborum obliga.§. pe.quod autem meo ſacramento debeat ſtari eſt text.ff. quod vi aut clam.l.ſemper.§.in hoc.& ideo diſtingue ſecundum do.Mart.de fano.vtrum damnum ſit datum culpa,an dolo.Primo caſu debet damnum vel intereſſe probari per teſtes. Nam per ſolum dolum iuratur in litem.ff. de in lit.iuran.l.videamus.in fin.&.l.in actionibus.ſi autem per dolum: tunc ſtatur iuramento meo:vt.d.l.ſemper.vel dic quòd præciſè credatur & deferatur:vt.d.l.C. vnde vi.l.ſi quando.& quære quod not.in ſumma Azo.
23 C.ad legem Aquil.§.item tenetur. †Item pone quod frater interfecit fratrem ſuum,filij interfectoris petũt hæreditatem interfecti fratris, quæ aliàs ex ſucceſſione eis defertur:quæritur quid iuris?dic quod illa hæreditas applicatur fiſco & non dictis filijs.argu.ff.de bo.dam.l.fina. in fin.& ita per docto.Bononiæ fuit conſultum in.q.fa-
24 cti. †Item pone,quod quidam in tormentis vel coram iudice fuit confeſſus ſe mihi furatum fuiſſe vel aliàs incendium vel damnum dediſſe:poſt hoc mortuus eſt:modo quæro,an ego poſſim hæredes illius conuenire pro illo furto vel damnum in emendando. Quidam ſapientes dixerunt quòd non conueniuntur hæredes niſi lite conteſtata, vel niſi de eo quod ad eos peruenit: vt.C.ne ex delic.defun.l.poſt litem.Nam non eſt facta in caſu prædi.lit.conteſta.per talem confeſſionem:quia lit.conteſta. habet fieri per narrationem & contrariam reſponſionem: vt.C.de iudi.l.rem non nouam.§.paterni.C.de lit.conteſta.l.vna imò conſtenti conſueuit fieri præceptum de ſoluendo:vt.ff.de iudi.l.ſi debitori.Sed dic,quòd ſecundum determinationem domini Odofredi,quod illi hæredes tenentur ex confeſſione defuncti,quaſi ex contractu, non quia ſit lis conteſta.vt.ff.de interroga.actio.l.ſi ſeruum.& ff.ad leg.Aquil.l.proinde.§.ſi procurator. Item ſi conſtat defunctum fuiſſe furem,cõueniuntur hæredes con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

di.fur.vt de condi.fur.l.proinde.nam in iudicio quasi cõ-
trahitur: vt.ff.de pecu.l.licet.§.idem Odofred. †Item
pone filiumfamiliãs maleficium quoddam commisisse,& bona talis filij fuisse publicata,vel ipsum filium in aliqua quantitate pecunię fuisse condemnatum.modo quęritur, nunquid pater eius teneatur partem aliquam pro illo suo filio assignare communi?dic quòd non.argu.C.de bon. dam.l.si filius.ff.de bon.proscrip.l.j.& facit.C.ne fil.pro pa.vel pater pro filio &c. Item pœnæ debent suos te-
nere autores:vt.C.de pœ.l.sancimus.nam factum vnius alteri obesse non debet:vt.ff.ad Silla.l.fina.ff.de no.oper. nun.l.de pupillo.§.si prædium.hæc quæstio hic ex abun-
danti est posita: quia de ea dixi,suprà de bon.ma.§.pone
a6 ea contineri. †Quæstio insuper talis est.Statutum est, quòd si damnum datum fuit in communi alicuius villæ, & ignoretur de tali malefactore, quòd commune illius villæ teneatur ad emendationem illius damni.contigit quòd damnum datum alicui ecclesiæ de dicta villa,& de malefactore ignoratur: quæritur nunquid commune il-
lius villæ dictum damnum emendare teneatur?Primò videtur quòd sic:quia in mundo sunt tria,scilicet res,cor
pora,& animæ.Res defendunt aduocati.Corpora medi-
ci.Animas defendit ecclesia,& lex dicit,quòd magis est habenda ratio medicorum defendentium corpora,quàm eorum qui defendunt res.ff.de variis.& extraordina.co-
gni.l.prima in principio argumen.huius legis,magis est habenda ratio ecclesiæ,quæ animas defendit,cùm animę hominum sint cæteris rebus præferendæ.l.sancimus.C. de episcopis,& clericis.nam & alias dicitur: si pro rebus temporalibus cogitamus, quantomagis pro animarum salute?vt authen.vt cum de appella.cogno.in.§.si vero. Item quia ecclesia & respublica ambulant in gradu pari. sacerdotium enim & imperium non multum discrepant: vt in authen.de non alie.§.sancimus.sed imperator est ca
pitaneus:ergo commune debet ei emẽdare: ergo fortius debet emendari ecclesiæ, cùm imperator sit minor quàm ecclesia.c.solitæ.extrà de maiorita.& obedientia.Præter-
ea milites habent priuilegium in his quæ in castris acqui runt:sed illud quod acquirunt clerici appellatur castren-
se,vel quasi:vt.C.de episcopis & clericis.l.sacrosancte at verò castrense & quasi,hodie æquiparantur.C.de inoffi. testamen.l.fi.Tertiò quòd idem dicendum sit in ecclesia, quod dicitur in capitaneo.nec obstat,quòd statutum sit stricti iuris:& ad causas similes stricte debet porrigi.ff.de legi.l.iij.in fin.ergo cum ecclesia sit similis militibus & ca
pitaneis,videtur quòd possit extendi.Item quòd si caue-
tur mihi in certo casu, videor mihi in casu simili cauisse, vbi sit eadem ratio æquitatis.ff.soluto matrimonio.l.si cũ dotem primo respon.ergo fortius videtur, quòd statu-
tum permissum ecclesijs,quæ animas curant,cùm animę sint præferendæ &c.vt suprà,quia vbi ratio diuersitatis reddi non potest, idem ius statui debet.ff.de verborum obligationibus.l.à Titio.ad leg.Aquiliam.l.illud.E con-
tra videtur,quòd illa verba apposita in statutis sunt con-
tra ius:quia commune non peccauit,& res quæ culpa ca ret, in ius vocari non conuenit: vt dicit regula iuris.& quia temeritas aliena, non debet alios affligere.C.vnde vi.l.meminerint. Item quia forma certa data est emen-
di & contrahendi,& qui præpositus est negotijs, & illa debet seruari & obligat:& si seruata non fuerit,non va-
let,nec obligatur.ff.de institu.l.quicunq;.§.non tantum. & forma constituta debet seruari.ff.ad municip.l.consti-
tutionibus. Item licet vna sit ecclesia quò ad fidem, quò ad baptisma tamen plures:& vna gaudet maiori priuile-
gio quàm altera vt not.C.de sacrosanctis ecclesijs.l.fi.in fin.& authen.ibi posita.est autem sola Romana ecclesia. commune non debet habere nisi tantùm quãtum habeat illius villæ:sed quia commune illius villæ non sic emen-
daretur,ergo nec ecclesiæ.Sol.dicit dominus Vbertinus de bo.quod commune non teneatur ad emendationem damni:quia ratio quare statutum fit,est propter inimicos dantes damnum suis inimicis,vt metu emendæ, cessent à damno dando:sed quia ecclesia nõ habet inimicos,me-
ritò in ea cessat dicta ratio: nam ratio & causa quærenda est.ff.de adulte.l.si postulauerit.§.iubet. & ad hoc facit quod not.Iaco.de æret.in l.j.§.quod si quis.ff.ad Sillania. & ibi Dyn.& pro decisione istius quæstionis,bene facit quod dixi,suprà in illa quæstione quæ incipit,quæstio ta
lis hîc est inferenda.quæ bene cadit hîc.pro qua etiam fa cit illa alia quæstio quæ est suprà,quæ incipit. Item pone quæstionem quam Bononiæ vidi de facto:quidam vul-
nerauit &c. Item in casu nostro commune successit ma-
lefactori,vndè fideiussor amplius non tenetur.ff.de fide-
iuss.l.hæres.nec obst.C.de fideiuss.quia lex illa loquitur in fideiussore in contractu mutui,vel venditionis.

ADNOTATIO.a ¶Accusari.Adde Pet.de anch.consi.ccc-
xxxvij.Oldr.consi.liiij.& vide Ange.consi.xcv,Ber.
b ¶Quæstum.Adde,vt per Pau.de castr.consil.cccviij.in primo im-
pressis.Ber.
c ¶Veriores.Adde Fran.de are.consil.lviij.Bal.consi.xxxiij.v.lib.& quod voluit Ro.consi.cccl.xxv.Ber.
d ¶Comprehendatur.Adde an in statutis masculinũ concipiat fœ-
minum.Francis.are.consi.xxxix.Roma.cõsi.xciij.&.cxlviij.Ra-
pha.cuma.consi.lxxxiiij.& Fulgo.consi.xvij.& consil.xv.Alex. consi.xxiiij.ij.lib.& per eundem vide quid etiam in contractibus, & in vltimis voluntatibus consi.lx.& consi.lxxxj.& consil.cxxxv. per Cepo.consi.xxvj.Ber.
e ¶Bene placet.Adde Ang.in terminis consi.xxij.Ber.
f ¶Clericus.Adde Old.consi.iiij.vbi latè,Ber.
g ¶Quod non.Adde videndum Pet.de anch.consi.lxxij.Ber.
h ¶Curatorem.Adde quòd idem dicit Bal.consi.lxix.Ber.
i ¶Tenentur.Adde vt per Io.an.in addi.ad Spec.in titu.de fideiuss. & Cepo.consi.xxv.Ber.

De rebus non portandis contra deue-
tum, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Statuto dicente si quis extraxerit bladum, carnes, uel similia:amittat res & equum portantem &c.super equo erant res licitæ & illicitæ, quæritur an omnes deperdentur?*
2 *Stante casu superiori,quid erit de equo super quo portabantur res:puta quia erat uecturalis.*
3 *Statutum dicit quòd non possit talis res portari extra ciuitatem de nocte & ante pulsatam campanam diei:aliquis credens pulsatam fuisse campanam por tauit dictas res parum ante campanam pulsatam,quid erit?*
4 *Statutum punit portantem bladum extra ciuitatem:modo aliquis repertus fuit portare farinam,an incidit in pœnam.*
5 *Procedi an possit de similibus ad similia in lege municipali.*
6 *Portans res contra deuetum, si fuerit repertus in itinere quasi in confinibus & dicit se pœnitere,an excusetur à pœna.*
7 *Statutum imponit pœnam portantibus bladum &c.extra ciuitatem uel distri ctum:quidam forensis repertus est portare res contra formam statuti,an inci dat in pœnam.*
8 *Statutum est Cremonæ quòd nullus forensis ducat uinum forense Cremonam sub pœna uini: quidam Placentinus duxit Cremonam uinum,an incidat in pœnam.*
9 *Potestas ciuitatis dedit licentiam Titio extrahendi res contra statutum ciui tatis,an incidat in pœnam: & quid si bladum Bono portetur Rhegiũ per di strictum Mutinæ ubi est statutum de blado non portando, an punietur: & quid si aliquis dicit se tempore banni fuisse absentem,an excusabitur?*
10 *Inuentus cum equo in uia portare uetitu extra districtum,an punietur.*
11 *Inuentus ut suprà in limine, seu in confinibus illius ciuitatis ut uix negare pos sit,an punietur.*

DIctum est suprà de pri-
ma parte rubri.sequitur modo videre de secunda, scilicet de rebus non portandis cõtra deuetum.Circa quam materiam in-
tendo plures quæstiones formare. Et in
1 primis quæro,†pone contineri in statuto ciuitatis quòd nullus de ciuitate, vel de districtu debeat extrahere bla-
dum,carnes, vel quid simile sub pœna amissionis rerum quæ portarentur,& equi,& plaustri,& boum super qui-
bus portarentur.Accidit quòd super equo vel plaustro portaban-

portaban tur quędam res licitæ,& quædam illicitę:modo quæritur,nunquid omnes res illæ sunt deperditæ?respõ. quòd res illicitæ tantum publicandæ sunt:vt.ff.de aqua
2 quotid.& æsti.l.prima.§.Trebatius. †Sed quæro,quid erit de equo, plaustro,& bobus super quibus dictæ res vetitæ portabantur:puta vecturales erant qui res vehe-
bant & conduxerant ad vecturam, si scienter conduxe-
runt illas res illicitas,tenentur:aliàs non.vt.ff.de public. vect.& condu.l.cotem ferro.§.dominus.& est ratio:quia ignorans non dicitur delinquere:vt.ff.de actio.& oblig. l.ex maleficijs.§.si quis.& facit in authen.de eccle.situ.§. si quis in sua. Item dicit lex,quòd res non delinquunt:er go dicimus, illæ res non sunt dominis auferendæ: vt in authenti.de manda.princip.§.oportet.& super hoc statur sacramento domini de sua conscientia.argu.ff.de edend. l.prætor.§.sed & si inscio.&.C.de iure deliberan.l.fina.§. licentia.C.de his qui ad eccle.confu.l.fi.C.de iudi.l.pro-
perandum.§.& si quidem.C.de fal.l.si quis decurio.C. vnde vi.l.si quando.& ita sentit dominus Vbertinus.de
3 bo.& do.Gui. †Item pone contineri in statuto quòd nullus de nocte & ante pulsationem campanæ diei por tet tales res extra ciuitatem. Aliquis credens campanam fore sonatam,fecit contra dictum statutum,portando di-
ctas res parum ante pulsationem nunquid punietur?dic quòd non.ff.de ædil.edic.l.quis sit fugitiuus.§.apud La-
beonem.& ita de facto domi.Gui.Mutinæ determina-
4 uit & soluit. †Item pone contineri in statuto, quòd nullus extra ciuitatem portet bladum sub pœna &c.mo-
do quidam reperitur portare farinam super equo:quæri-
tur an debeat puniri:& primò videtur quòd non.argu.ff. ad exhibi.lege Iulianus.§.sed si quis.Præterea qui legat frumentum,non videtur legasse farinam: sicut qui legat lanam,non videtur legasse vestẽ. Item qui legat mar-
mora,non videtur legasse columnas:cùm hæc omnia nõ possint redire ad suam materiam:vt.ff.de lega.iij.l.quæsi-
tum.§.illud.& l.lana.in princip.Econtra videtur sicut de Macedoniano dicitur, qui aliud quàm pecuniam mu-
tuauit,quia dicitur factum contra senatusconsultum. Macedo-
nia.l.sed Iulianus.§.mutui.& ita hoc videtur factum in fraudem.Solu.dic quòd non punitur: quia statutum di-
cit tantùm de frumento,& non de farina:vnde debet in-
telligi secundùm literam statuti: quia in hoc casu nõ de-
bet procedi de similibus ad similia:vt dicetur,infrà pro-
xi.quæstione.& ita Paduæ fuit determinatum de facto.
5 per.d.l.ff.ad exhi.l.vlt. †Sed quæro quare non est pro-
cedendum de similibus ad similia:vt ita dicatur imposita pœna pro farina sicut de frumento.Et generaliter quæ-
ro,nunquid in lege municipali possit procedi de simili-
bus ad similia?& videtur quod sic:vt.ff.ad legem Aqui-
liam.l.illud. & de inofficio.testamen.l.precibus.&.ff.de lega.& senatusconsul.l.de quibus.Econtra videtur:quia lex sicut iacet,ita seruanda est: vt.ff.quí & à quibus manu-
miss.lib.non fiant.l.prospexit. Nam qui fecit statutum hoc dixisset si voluisset,& leue erat:vt.C.de caducis tol-
lend.l.prima.§.pro secundò. &.C.de appella.l.præcipi-
mus.in fin.Solu.dic quòd statutum aut est contra ius,aut non.Si est contra,tunc nõ est de similibus ad similia pro-
cedendum:vt.ff. de legi.& senatusconsul.l.de quibus.&.l. quod non ratione.Si autem statutum est secundùm ius: tunc bene potest de similibus ad similia procedi: & vbi ratio diuersitatis reddi non potest: tunc idem ius est sta-
tuendum: vt.ff.de liberis & posthumis.l.posthumus.&
6 ff.de verborum obligationibus.l.à Titio. †Sed quid si ille qui portat res contra deuetum factum per commune
2 sit comprehensus in itinere,[a] quasi in confinibus, & di-
cat se pœnitere portasse illas res vetitas: quæritur nun-
quid excusetur à pœna statuti & videtur quòd sic.argu-
men.ff.ad leg.Corne.de fal.l.qui falsam.C.de ac.l.si quis libellum.ff.de ædili.edict.l.prima.§.fin.&.l.quòd ita.cum similib.Econtra videtur quòd non: vt.ff.ad legem Pom-
peiam.de parricidijs,l.prima in fin. Item quia videtur quasi præuentus: vt.ff.de iudi.l.si quis postea.& ad hoc ff.de ædilitio edicto.l.quis sit fugitiuus.cum legibus ibi allega.in glos.ordinaria. Item facit quòd non excusetur. C.de seruis fugitiuis.l.si fugitiui.vide de hac quæstione per Bartol.in lege cum proponas.C.de naufra.fœno.So-
lu.Dominus Vber.de bo.dixit hunc talem deprehensum puniendum fore,sed non intantum,vt illi qui cum effe-
ctu res vetitas portant extra districtum:quia iste non in-
tantum deliquit,& pœna debet irrogari illi qui non de-
liquit pro modo delicti: vt dicit canon.nonagesima di-
stinctione,si quis monachus.&.ff.de incend.rui.naufra. l.Pedius.C.de testamen.l.nullum.in fi.&.C.de pœ.l.san-
cimus.&.ff.de pœ.l.respiciendum.vndè hic non tantum debet puniri, quia non facit contra statutum: quia non portauit bladum extra districtum. vt argu.ff.de pœ.l.si quis aliquid.§.quod si.vndè in hoc casu si pœna statuta erat, quòd perderet bladum & puniretur in decem li-
bris sufficit quòd in alterutro puniatur:quia interpreta-
tione legum pœnæ veniunt molliendæ:vt.ff.de pœ.l.in-
terpretatio.nec obstat.d.l.C.de seruis fugitiuis.l.si fugiti-
uus.quia non dicitur quòd tales fugitiui debeant perde-
re vitam, si deprehendantur in itinere: vt in dicta.l.imò dicit quòd mitius puniantur: vnde illa facit pro hac sen-
tentia, & opinio.Domin.Vbert. Præterea circa ma-
7 teriam†quæro.pone contineri in statuto,quòd de ciuita-
te vel districtu non portentur carnes, bladа,vel aliæ res sub pœna amissionis earum bestiarum super quibus por-
tarentur,& facientes contra formam dicti statuti incidãt in pœnam ipsius statuti.Ecce quidam forensis repertus est portare res contra formam statuti:quęritur an ipse in-
cidat in pœnam dicti statuti,& videtur quod non: quia ciuitas aliqua non potest facere legem non subditis.vt C.de summa trinitate & fide catho.l.cunctos populos.& C.de inoff.nupt.l.fina.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.l.j.& l.ius dandi.&.C.qui pro sua iurisdictio.l.fina.& extra de senten.excommunica.capitu.à nobis. Item alleg.quòd iste forensis ignorabat dictum statutum: quod probatur eoipso quòd contrarium non probatur.argumen.de pro-
ba.l.verius.Errans enim & ignorans delinquere non vi-
detur: vt.ff.de actionibus & obligationibus.l.ex malefi-
cio.decreta enim ignorantes non tenent: vt.ff.de decret. ab ordi.fa.l.finali.Et ideò si non delinquit,non debet res suas perdere,quia res delinquunt:vt in authen.de mand. princip.§.oportet autem.Et pro hoc est lex expressa.de edifi.priua.l.si quis post.Econtra videtur quod non de-
bet posse allegare ignorantiam qui deliquit: quia debuit interrogare de conditione & qualitate loci: quia qui in alio contrahit &c.vt.ff.de re iudi.l.qui cum alio. Item dicit lex, quòd si quis proiecit lapidẽ & percussit alium qui erat post murum,quòd relegatur in quinquennium: vt.ff.ad legem Corne.de sicarijs.l.in lege. Item qualiter posset se excusare?quia crassa & supina ignorantia erat, cùm palam & publicè erat promulgatum per ciuitatem hoc statutum & deuetum: vnde non debet singulorum auribus intimari:vt extrà de postu.præla.c.j.& in authẽ. vt factæ no.com.in princip.& ideo non debet subueniri.

Item quod teneatur,est argumen.ff.de pu.l.fin.§.licet. Nam in qua prouincia quis delinquit, in ea puniendus est:vt in authen.qua in prouin.C.vbi de cri.agi opor.ff. de offic.præs.l.iij. Item quia ciuitas potuit rebus suis le-
gem imponere:vt.C.man.l.in re mand.vnde forenses res tales exportando delinquunt: & ideo ratione delicti pu-
niendi sunt per iura prælleg.Solu.secundum dominum Guil.dic quòd ille forensis perdit res quas portabat:quia potuerunt ciues rebus suis legem imponere:vt.C.de con trahend.emptio.& vendi.l.prima.&.l.iamdiu.&.C.quæ res expor.po.l.ij.&.C.mand.l.in re mandata.&.C.de re. permu.l.in rebus.&.ff.de dona.l.legem.&.ff.de pact.l.in traditionibus.&.ff.de pact.dota.l.ob res.Nã illas res ex-
portando delinquit:vt.ff.de pub.& vect.l.cotem ferro.& per to.ratione delicti puniri debet:vt.d.authenti.qua in

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouin. punietur in amissione rerum: quia venit contra statutum quod ligat ipsas res: sed non punietur aliqua pœna pecuniaria: quia statutum ad pœnam illam non ligat forenses. & ad hanc solu. est argumen. C. de ædic. pri. l. an in totum & quæ sit lon. consue. l. prima & C. ff. de pœ. l. licet. aurea lex est. ff. de publi. & vectiga. conduc. l. licita. & l. finali. §. pe. vbi sciens in duplum, & ignorans in simplum. per quas leges videtur decidi, quòd forensis perdat res quas extrahebat, licet fuerit ignorans. & quòd ad aliam pœnam non teneatur: vel dic aliter secundùm alios doct. quia dicunt, aut iste sciuit statutum esse super hoc, aut ignorauit. Primo casu debet puniri, scilicet in amissione rerum: vt in authen. illa, qua in prouin. & in alia pœna ordinata in certa quantitate: & quia iudex debet iudicare secundùm consuetudinem loci vbi est ipsa consuetudo. vt. ff. de vsur. l. prima & C. ff. de euict. l. si fundus. & C. ff. de publi. l. publicanis. Secundo verò casu quando ignorauit non punietur in aliquo: vt. ff. manda. l. si fideiusso. §. item si cum debitor. & per iura, suprà allega. pro hac parte etiam facit. ff. de lega. iij. l. finali. Serua ergo & hoc nota in summa, quòd forensis veniens cõtra statutum & prohibitionem, perdit res, siue sciat siue ignoret statutum, secundùm opinio. domi. Gui. de suza. sed si ignorat, excu
b satur ab alia pœna.[b] Si autem sciuit statutum esse, tunc etiam in alia pœna punitur secundum autem opin. aliorum punitur & non punitur in aliquo, habita distinctio
e ne si sciuerit vel ignorauerit. nam si ignorauit, quod præ
11 sumitur in dubio, non punitur in aliquo, per. l. iubemus. ad fin. C. de test. & ff. de decreta. ab ordi. fa. l. finali. & hoc in his quæ à iure communi non sunt prohibita, vt extrahere bladum de terra vel similibus. Secus autem in alijs prohibitis à iure communi, vt de hac materia nota. suprà de pœ. percus. & insul. §. sed pone quæstionem, sed quomodo poterit scire si sciuerit vel ignorauerit statutum respon. si erat homo qui sæpe & quasi continuè ibi conuer
c sabatur, vel vtebatur: non est verisimile eum hoc ignorasse: quia quò ad aliquam obligationem scientia & supina ignorantia æquiparantur: vt. ff. de liber. causa. l. iubemus. & ff. vnde cog. l. octaui gra. & C. de in integrum restitutio. militari. de tute. & facit, quia scire debuit quod omnes de ciuitate sciebant. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. sed facti. & de institu. l. sed & si pupillus. §. ij. Nam ex quo quis facit contra præceptum, puniẽdus est: quia delinquit: vt. ff. de re mili. l. ij. §. in bello, prohibitio enim facit delictum, quod alias secundùm ius commune delictũ non esset: vt. ff. de re mili. l. iij. §. qui rem. ff. de nego. gest. l. fina. ff. de operis noui nuncia. l. prætor. & ibi de hoc not. sed si erat de loco remoto, ita quòd iustè probabiliter potuit ignorare, non punitur. per. d. l. iubemus. C. de testa. & d. l. vlti. ff. de decreta. ab ordi. fac. cum suis similibus. Et hæc est opinio domini. Mart. de fano. & do. Iaco. de lar.

Alij dixerunt quòd etiam in hoc vlti. casu, quòd ille ignorans puniatur, sed mitius: quia vbi alias puniretur in amissione omnium rerum, punitur in dimidia: vt argu
8 men. ff. si pars hæredi. peta. l. antiqua. †Sed pone, statutum est Cremonæ, quod nullus forensis ducat vinum forense Cremonam sub pœna vini. Modo quidam Placentinus duxit Cremo. vinum cum plaustro, quæritur an incidat in pœnam? dic quod nõ: quia nec vinum, nec plaustrum sunt de iurisdi. Cremo. vt supradi. est: vnde non potuit eis aliqua imponi lex: vnde statutum in hac parte nõ vendicat sibi locum. argumen. ff. de offic. procur. Cæsar. l. fin. potuerunt tamen Cremonenses prohibere ne dictum vinum portaretur, vel potuerunt vinum remittere appor
9 tatum. Hic tamen †quæro, ponamus quod potestas ciuitatis dedit licentiam aliquibus posse extrahere res aliquas extra territorium contra statutum & deuetum ciuitatis: quæro nunquid isti tales incidant in pœnam statuti? respon. quod incidunt. & ita sentit dominus Vbert. de bo. per. l. solent. ibi, inconsul. & c. ff. de offic. procon. nam licentia potestatis non potuit præiudicare sine licentia consiliariorum, sicut ibi dicitur de principe: sed quid si bladum ciuitatis Bononiæ portaretur Rhegium per districtum Mutinæ vbi dictum statutum de blado nõ portando habet locum, nunquid punientur cõducentes per
d potestatem Mutinæ? dic quòd non.[d] C. de ædict. priua. l. si quis post. vbi de hoc per Ac. sed pone quòd aliquis dicat se absentem fuisse tempore banni missi per ciuitatem super rebus extra territorium non portandis: nunquid iste talis excusatur à pœna si fecit contra bannum? videtur quòd sic. ff. quæ sententia sine appellatione rescind. l. prima. §. item ex hoc. & extrà qui matr. accusare possunt capitulo finali, quod intelligas esse verum, si probet se tunc temporis fuisse absentem, aliàs contra est: sed si dicat se tunc fuisse in orto vel vinea, non excusatur. ff. de procura. l. præsens. & l. sequen. & hoc si præceptum erat
10 saltem per vnam diem ante. †Vltimò circa hanc materiam iterum pone quòd aliquis sit inuentus cum equo in via portare bladum, vel alia vetita extra districtum: quæritur nunquid iste talis possit & debeat puniri videtur quòd sic, per. l. ff. de seruis fugitiui. l. si fugitiuus. C. ad legem Corneliam. de sicarijs. l. si is qui cum telo. & hoc verum quando cõfiretur quòd ipse portabat res illas extra: sed si negat, & dicat se portare illas res ad molendinum, vel ad villam, & illa sit via qua itur ad ipsum molendinum vel villam, & bene sit hoc verisimile, non puni
e tur.[e] †Sed pone quod sit inuentus in limine territorij,
11 seu in confinibus illius ciuitatis, vt vix ipsum negare sufficiat, tunc tenetur: vt. ff. de pœ. l. qui sententiam. nam iudex qui debet de hoc cognoscere, circunspectus esse debet, vt inspiciat qualitatem personæ: & an villa vel molendinum ad quod dicat se ire sint vicina, vel non. argumen. ff. de incend. ruin. naufrag. l. Pedius. §. penultimo. in fin. & ff. de pœnis. l. respiciendum. & ff. de quæstionibus. l. de minore. §. penultimo. Gui. hoc sentit. Contra determinationem prædictarum duarum quæstionum est. ff. de varijs & extraordina. cogni. l. prima. & ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. imò videtur quòd nullo modo debeat puniri. nam statuta terrarum requirunt rem perfectam, cùm dicant: si quis fecerit, vel portauerit extra territorium: & in istis verbis nulla est obscuritas: & ideo ab eis non est recedendum. ff. de legatis tertio. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. nec obstat, quòd peruenit ad actum: & sic videtur debere puniri. ff. de pac. l. qui ea mente. & quod ibi not. quia hoc habet locum in atrocioribus delictis: in alijs vero quantuncũq; ad actum perueniat, puniri non debet. d. l. item apud. §. si curauerit. & quod ibi nota. C. de episcopis & clericis. l. si quis non dicam. imò de generali consuetudine Italiæ nunquam actus vel conatus punitur, nisi sequatur effectus: vndè videmus quòd si quis ambulet contra alium animo irato cum cultello euaginato animo occidẽdi, & per eum stet, quòd de occiso non punietur. & est ratio: quia statuta requirunt actum consummatum. Sed quid, si dicat se pœnitere? dic vt, suprà eo. tit. §. sed quid si ille.

ADNOTATIO. a ¶Itinere. Adde Ioannem Andream in additionib. ad Specu. in titu. de consticu. vbi ponit de hac quæstione. Sed quid si testes dicunt quòd aliquis conducens repertus fuit vsque ad talem locum vbi est media via, & aliqui dicunt quòd repertus fuit vsque ad talem locum vbi est media via: an dicta horum testium coniungentur vt probent delictum? dic quòd non, vt voluit Roma. consi. xciij. Ber.

b ¶Alia pœna. Adde quòd hanc opin. Gandi. sequitur Alex. consi. lxxxvj. iiij. lib. Ber.

c ¶Conuersabatur. Adde quod voluit Roma. consilio quadringentesimo octogesimo secundo Ber.

d ¶Quòd non. Adde Alexand. consil. octogesimo sexto, suprà allegato. Ber.

e ¶Non punitur. Adde videndum Ioan. andr. in addit. ad Specu. in rub. de consti. suprà alleg. Ber.

De obser-

De obseruantia statutorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Statuta qui facere possint.
2 Decuriones qui dicantur.
3 Decuriones quem modum seruabunt in statutis condendis.
4 Statuta quanto tempore durent.
5 Concesso aliquibus quod possint facere statuta, an poterint antiqua declarare: & quid facient illi quibus est concessum facere uel emendare statuta.
6 Statutis & reformationibus an possit renunciari.
7 Collegium, castrum uel ulla, an possint inter se facere statuta.
8 Potestas an teneatur seruare talia statuta collegiorum.
9 Statutum à ciuibus factum contra ius, an ualeat.
10 Ciues an possint facere statuta, ut fructus, & alia comestibilia, uẽdantur certo pretio.
11 Potestas iurauit seruare omnia statuta: si sunt ibi mala & antiqua, an teneantur illa seruare.
12 Statuta ciuitatis & terrarum an recipiant interpretationem.
13 Statutum quis declarare debeat si super eo aliqua dubitatio oriatur, & sit in eo obscuritas.
14 Statutum si per consilium non interpretetur, quid faciendum erit.
15 Statutis duobus in uolumine statutorum existentibus contrarijs & diuersis, an potestas ea debeat seruare, uel quod, uel nullum.
16 Statutis duobus existentibus directè contrarijs, quid fiet.
17 Statuto antiquo dicente quòd uulnerans cum armis ponatur in banno perpetuò, & bona publicentur: nouo autem, qui in platea communi aliquem uulnerauerit, soluat pro banno libr. v. si Titius aliquem in platea uulnerauerit & condemnetur in libris quinque, an poterit etiam in banno poni secundùm statutum sic petente parte.
18 Statuto facto & iurato per ciues, an possint illud tollere & mutare.
19 Statutorum beneficijs an renunciare possint accusati de maleficio: & illi contra quos inquiritur, & qui accusant.

ET quia in causis maleficiorum frequentissimè sunt super eorum decisione ordinata statuta, imò quasi super omnibus: ideo necessariò de obseruantia ipsorũ statutorũ occurrit videre, & postea
1 subijciam multas vtiles quæstiones ex ipsis statutis. †Et
2 primò videamus qui possunt facere statuta[a] ciuitatis & populi: vt. ff. de iustitia & iure. l. omnes. & possunt ipsa statuta facere decuriones ciuitatis & consiliarij: & quando duæ partes eorum sunt præsentes: vt ff. quod cuiusq;
a vni. no. l. nulli. & l. item eorum. §. si decuriones. †Et noa. quòd illi dicuntur decuriones, quibus à populo est commissum, & qui publicè sono campanę & voce præconia loco & more solito congregati sunt. ff. de verborum significationibus. l. pupillus. §. decuriones.
3 †Sed quem modum seruabunt isti decuriones in statutis faciendis? Dic quòd potestas eorum debet esse præsens, aliter non valeret. C. de seru. reipublic. l. prima. quia potestas in illo cõsilio debet proponere quid placeat de statutis faciendis, & super hoc arengetur, deliberetur, & reformetur: vt legitur quando leges fieri debent. C. de legi. & constit. l. humana. institu. de iniurijs. §. illud. circa finem. institt. de iu. nat. §. lex. & §. plebiscitũ.
4 †Sed quanto tempore durant ista statuta? Dic quòd per annum tantùm: vt ff. de pœnis. l. finali. contrarium notat Dyn. ff. de pœnis. l. finali. & vide institu. de perpet. & tempor. action. in princip. titul. nisi sit dictum, quòd perpetuò debeãt obseruari & poni in libro statutorum. Sed videtur quòd sint perpetua, per legem primam. ff. de pœnis. nam ibi dicitur, quòd præses interloquendo non potest alicui interdicere prouentum vel artem suam vltra suum tempus, cùm vltra se non extendat iurisdictio: sed cùm populus habeat perpetuam iurisdictionem condendi leges: vt in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. ergo eius leges debent esse perpetuæ. Credo tamen quòd si consiliarij aliquid cum potestate statuant vel reformẽt, quòd hoc tanto duret quanto durabant dicta officia, & non vltra. argumen. d. l. ff. de pœnis. vel dic quòd decre. prætо. & sta. leg. sunt perpe. ff. de iudic. l. si prætor. ff. ne quid in loco publico. l. vltima. ff. ad Trebellianum. l. seruo. §. cùm seruo. ff. de offic. præfect. vigil. l. prima. §. finali. C. de bonis quæ libe. l. finali. §. vbi. ibi, ne leges ludibrio.
5 ff. de postula. l. prima. extrà de offic. delega. c. fi. quinquagesima distinct. capitu. l. si lapsis. †Sed pone quòd aliquibus concessum est facere statuta. Nunquid possint vetera declarare? dic quod sic: vt C. de emen. Iusti. cod. l. cordi. §. supradictis. ibi, hæc facere. Sed pone quia concessum est statutarijs facere vel emẽdare statuta, quid facient? Respon. quod ipsi debent talia facere statuta, quòd prosint communiter omnibus, vel maiori parti ciuitatis: quia refertur ad vniuersos ciues, vel ad maiorem partem quòd publicè fit: vt ff. de regulis iuris. l. aliud. §. refertur. & ff. ad Municipalem. l. quod maior. nec obstt. quòd ius dicatur prodesse pluribus, ergo tribus vel quatuor: vt ff. de iustitia & iure. l. ius pluribus. quia intelligendum est quando statutum prodest pluribus, & non nocet alicui de ciuitate. nam & rescripta contra ius elicita valent si prosunt petenti, & alijs non noceant: vt C. de precib.
6 Imper. offeren. l. rescripta. †Sed pone, quæro nunquid statutis & reformationibus possit renunciari? Respond. sic, si inducta sunt in fauorem personarum illius ciuitatis vel loci, vbi sunt facta. Si autem sint generaliter facta in fauorem & vtilitatem public. vel etiam in odium sunt introducta: tunc talibus statutis & reformationibus non potest renunciari: vt C. de episcopis & clericis. l. si quis in conscribendo. & ff. de condictio. indeb. l. qui exceptionem. C. de iuramen. calumn. l. secunda. §. sed quia veremur. ff. de procuratorib. l. filius. §. sed quia veremur. vbi propter vtilitatem publicam est introductum ne miles possit esse procurator. Sed argumen. est cõtra, quòd possit renunciare. ff. de pact. l. pacisci. sed contta. ff. de regulis iuris. l. nec ex prætorio. ff. de iudic. l. si prætor. ne elusoria sint statuta. sed prima distinct. seruãda est. argumen. contra not. infrà in quarta charta. & sunt bona. †Sed nunquid collegia ciuitatis inter se possunt facere statuta? Videtur quòd sic: nam illi qui talia collegia regunt, iurisdictionem habent: vt ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. finali. ad hoc ff. quod cuiusque vni. no. l. j. & sequen. C. de edi. priua. l. an in totum. C. quæ sit longa consuet. l. j. & hæc est veritas. & hoc idem intelligas in castro vel villa.
8 †Sed nunquid potestas tenetur seruare talia statuta collegiorum? Dic quòd sic: nisi sint contraria iuri communi vel municipali illius ciuitatis: vt ff. de colleg. l. fina.
9 †Sed pone quòd ciuitas fecit aliquod statutum contra ius, quæritur an ualeat tale statutum? Et dic quòd si illud statutum est contra ius naturale, quòd illud statutum nõ valet de iure: quia iura naturalia sunt immutabilia, vt insti. de iur. natu. §. finali. sed si non sit contra iura, videtur quod valet. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. sed videtur quòd non ualeat: quia ioli Imperatori licet facere legem.
10 C. de legi. & consti. l. finali. †Pone quæstionem: nunquid ciues possint facere statuta, vt fructus, vel alia comestibilia vendantur certo pretio? Videtur quòd non: vt C. de Iudæ. l. nemo. ff. rerũ amo. l. non est. C. de monopol. l. j. ff. ad legem Iuliam de ambi. l. finali. Item quia nemo emere vel vendere tenetur sine pretio vel mensura: vt ff. de contrahen. empt. l. Imperator. C. de iu. deliberan. l. nec
b emere. Solu. Dic statuta valere, quia ex causa potest cõstitui modus vendendi comestibilia, & ex causa alicui interdicuntur negotia sua: vt C. de episco. audien. l. j. ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. cura. & ff. de mune. & hono. l. j. §. episcopi. Item publica vtilitas præfertur priuatæ. C. de cadu. tollend. l. j. in fine. nam si aliter fieret, homines venderent res in immensum: bonum est ergo quòd adhibeatur medela: vt argumẽ. ff. de interdi. actio. l. de ætate. §. ex
11 causa. †Sed quid si potestas iurauit seruare omnia statuta, & sint ibi mala iratuta, & iniqua: nunquid tenetur seruare? Dic quòd non tenetur, si non vult: vt ff. de pactis. l. contra iuris. §. quod & ipsum. & in concordan. positis in glos. super illa l. quæ incip. nisi in c. præterea. videtur c. dec. vt extrà de iureiuran. c. j. in vj. & c. quintauallis. & ad hoc facit ff. de oper. lib. l. si iur. & de lega. iij. l. si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ecommissa.§.quanquam.sed multominus tenẽtur, imò nullo modo debent seruari statuta si qua sint cõtra libertatem ecclesiæ,cùm ipsa nulla sint ipso iure:vt in authen. cassa & irrita.quæ est C.de episcopis & clericis.l.si iur.& quanquam ista statuta quæ sunt contra libertatem ecclesiæ non tenetur seruare,vt dixi:tamen si nõ seruat, periurus videtur:vt argumen. ff. de pactis.l.iurisgentium.§.& c generaliter. †Est etiam quærere & videre vtrum statuta ciuitatum & terrarum recipiant interpretationem vel non, ita quòd solùm intelligantur vt litera iacet, & sonat. super qua quæstione plenè allega. pro & contra: & postea subijciam sol. Doct. Et primò not. est quòd interpretatio alicuius verbi obscuri est declaranda. ff. de verborum obligationibus.l.prima. §. finali.& ff. de orgi.iur. l.facturus.& ff.de iur.& fac.ignoran.l.secunda.nam cùm in verbis statuti non sit ambiguitas vel obscuritas, interpretationi vel declarationi non est locus. ff. de lega. iij. l. ille aut ille.§.cùm in verbis.In primis itaq; videtur,quòd nullum statutum possit interpretari pluribus rationibus & causis: nam regula est in iure nostro in his quæ sunt stricti iuris:vt in statutis terrarum & in stipulationibus: quod id quod non est expressè cautum, habeatur pro omisso: vt ff.de verborum obligationibus. l. quicquid.j. respon.ibi,nisi palam verbis exprimatur &c.vt ff.de condictio.ob turp. caus.l.finali. accedit ad hoc ff. de iniurijs. l.item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de regulis iuris. l. expressa. Præterea statuta terrarum sunt stricti iuris, quod patet ex eo,q; ex statutis oritur condictio ex lege. vt C.de cõdictio.ex leg.l.vnica.actiones autem sunt bonæ fidei, aut sunt stricti iuris. Quæ autem actiones sunt bonæ fidei cõnumerantur,institu.de actio.§.actionum.& §.in bonæ fidei.vnde cùm condic,ex leg.non sit ibi commune:ergo per locum à diuisione, est ipsa condic.ex leg. & sta.stricti iuris. Vnde si statuta sunt stricti iuris, quia sunt:ergo sunt sterilia sicut mulieres quæ non pariunt:& sic nullam interpretationem vel subauditionem recipiũt: sed eorum verba iuxta grammaticalem intellectum sicut iacent, strictè & rigide sunt intelligenda, & secundùm rudem & propriam significationem. vnde licet perquã dura, tamen ita seruanda sunt: vt ff.qui & à quibus manumi. li. non fiant. l. prospexit legista. & ff. de exerci.l.j. §.si is.& facit ff.de mili.testamen.l.quod constitutũ. Item legitur quòd verbis ædicti sit standum: vt ff.de lega.iij.l. non aliter.& in dubijs melius est verbis ædicti seruire:& ideo interpretationi locus non est:vt dicta l.non aliter.& dicta l.j.ff.de exerci.§.si is qui nauẽ. & facit ff. de instito. l. sed & si pupillus. §. primo. Item facit pro hac parte ff.de verborum obligationibus.l.si quis arbitratu.& ff.ad exhib.l.penult.vnde quidam inhærentes Iudæorum legi,dixerunt interpretationi statuti nullo modo fore locũ. Econtra videtur,quòd statuta possint interpretari & deberi,infrascriptis rationibus.Primò, quia si deberemus tanquam Iudæi inhærere literæ statuti loquentis, quòd quicunque fecerit homicidium,moriatur:iam infans vel furiosus si homicidium committeret, puniretur, quod esset iniquum:quia sensu carent:vt ff.de iur.& fac.ignor. l.finali.C.de fal.mo.l.prima. in fine. & quia carent dolo: & voluntas & propositum distingunt maleficia: vt ff.de iniurijs.l.qui iniuriæ. per legem enim de homicidio non punitur infans:vt ff.ad legem Corneliam de sicar.l.quod infans.nec etiam furiosus:vt dicta l.j.ff.de offic. prælid.l. diuus.est bonum ergo quòd interpretetur statutum vt dicatur, si aliquis occidit aliquem, scilicet dolo. Item si statutum dicat:si quis non traxerit ad ignem puniatur in lib.decem:accidit quod infans,vel infirmus, vel fœmina non traxerit ad ignem:nunquid puniretur? certe sic.si deberemus inhærere verbis statuti,quod esset iniquũ. Vtile ergo & necessarium est quòd statuta possint interpretari & mitigari. Item si statutum nõ interpretaretur,iam puniretur etiam qui sui defensione interfecit hominẽ,quod esset iniquum,vt homo pateretur se occidi: vt ff.de iusti. & iure.l.vt vim. & C. vnde vi.l.prima.& C. quando lic. vnic.se vindic.per totum.quid plura? contractus mutui, qui est stricti iuris interpretatur. Nam licet senatusconsul. Maced.prohibeat ne filiofamil.detur pecunia mutuò:tamen ipse secus interpretatur, quòd idem intelligatur de vino,oleo & frumento:vt ff.ad senatusconsult. Macedo. l.sed Iulianus.§.mutui.Præterea nedum senatusconsult. sed & ipsa lex principis interpretatur.nam benignius leges interpretandæ sunt &c.vt ff.de leg.& senatusconsul. l.benignius.& ff.de codicil.l. quod seruus. multofortius statuta quæ fiunt ab homine sunt interpretanda:nam ipsa statuta sunt leges:vt ff.de iusti.& iure.l.omnis.nam dicta l.benignius.nõ distinguit de quibus legibus debeat fieri interpretatio & posit:ergo nec nos debemus distingue re:vt ff.de pu.l.de pretio.quid plura? lex est expressa,quæ loquitur in statutis terrarum quòd possunt interpretari, vt ff.de mune.& hono.l.vt gradatim.§.sed & si. lege municipali.& ff.ad legem Aquiliam.l.ita vulneratus.ad fi.& ff.de leg.iij.l.seruos autem. Item princeps maioris authoritatis est quàm sit populus:vt C.de consu.l.secunda. libro xij.& in authen.quomodo oport.episco. in princip. & C.de legi.& consti. l. prima. & tamen beneficia ipsius plenissime sunt interpretanda: vt ff.de constit.princip.l. beneficia.& si quis malitiosè interpretaretur,infamis effi ceretur:vt C.de leg.& const.l.fecũda. Item lex principis est communis & generalis, sed statutum non est generale:nisi in ciuitate illa,in qua statutum est factum: vt C.de legi.& consti. l.iij. vnde lex communis debet præualere:vt in authen.de nõ alie.§.quia verò. ergo quia lex interpretatur,multomagis statuta sunt interpretanda. Iteꝫ lex Iulia,inhibet quòd fundus dotalis alienari nõ possit, vt institu.quib.alie.lic.vel non.in principio.& tamen hęc lex etiam interpretatur,quòd si fiat alienatio omnium bonorum,quòd fundus dotalis intelligatur alienatus,& cũ vniuersitate bonorum transit: vt ff. de fun.dota.l.prima.

Item lex imponit pœnam patrono si astringat libertũ iurare ne nubat: vt ff.de iu.patro.l.adigere.& tamen ipsa lex interpretatur, quòd si ille talis libertus fuerit castratus,quod tũc dominus nullam pœnam patiatur. Item voluntas testatoris pro lege seruanda est:vt in authen.de nupt.§.disponant.& tamen talis voluntas interpretatur, vt C. de leg.l.prima. Præterea video quòd lex recipit interpretationem,vt patet.ff.ad legẽ Aquiliam. l. quẽadmodum.§.primo.sed illud est plebiscitum.Videamus de lege quæ interpretatur, vt suprà dixi de fun. dota. Item ædictũ prætoris interpretatur.l.ab hostibus. §. quod simpliciter.ff.ex quib.caus.maio.l.quamuis. ff. de in ius voc. l.iij.§.hæc verba.in fine.ff.de neg.gest. Item senatusconsi. interpretatur.l.item si filius.§.si mutui. & l. filium habeo. ff.ad Macedo.C.eod.l.si filius.Item constitutio principis interpretatur.l.finali.C.manda.& l.fi. C. de eden.l.ex facto.ff.de vulga.& pupil.Item video interpretari responsum Papiniani.l. ait prætor. ff. de iniur. Item responsum Sabini.l dicere.§.ff.de arbi. Item video interpretari consuetudinẽ,& ad similia procedi,vbi ratio æquiparat quæ consuetudo introduxit.l.j.C.quæ sit lon.consue.l.de quibus.ff.de leg.& hoc videtur expressum in omni iure ciuili:quia verba eius iuris non sunt captanda.l. ad exhibendum.ff.ad exhibẽ.l.benignius.ff.de leg. & l. in ambiguis. Absurdum est enim legem municipalem factam à populi maioris esse efficaciæ quàm leges quas ipse princeps constituit,qui supereminet vniuersis. l. ij.circa fi.C. de quadri.præscri.l.constitutiones.C.de leg.& l.fina.nec obst.sacramentum quod potestas sic iurat: quia & leges iurat seruare potestas: vt in authen. vt iud. sine quoquo sufra.§.j.& in authen.susu.quod præsta.§.iuro.nec enim sacramentum tollit interpretationem hominis. l. indubitati.C.de non nu.pecu.l.non dubium.C.de leg.l.iurisgẽtium.§.& generaliter.ff.de pact. l. imperialis.cum authẽ. ibi ponita.C.de nup.l.fi.ff.qui latisd.cog.nil enim aliud est iurare statuta seruare, nisi mẽtem honestam potius quam verba statuti: quia non verbis, sed rebus legem imponimus.l.fina.C.communia de leg.l.scire.ff. de legibus.Et ad hanc

hanc materiam possent adduci illa generalia,sensum non verba spectari:& verba generaliter dicta, generaliter debent intelligi.& solu.huius quæstionis potest in solu.dictorum brocardorum reperiri: sic ergo statuta recipi vt interpretantur & traduntur ad similia,nisi esset contra leges & contra iustitiam & æquitatem:tunc enim nõ sunt amplianda, sed restringenda. l. de quibus. ff. de leg.& l. quod contra rationem.& l.quod principi. ff. de constitu. princ. Sol.Do.Odofr.dicit statuta debere posse interpretari à iudice per legem.de leg.iij.fideicommissa. §.hæc verba.& l.seruos.& dicta l.vt gradatim.§.sed & si lege.& ita not.ff.de mune.& hono.l. honorem. Do. verò Iacob. de arena,dicit secundùm communem & veriorem opinionem Docto. quòd statuta interpretantur secundùm determinationem iuris communis:vt ff. de vent.inspi.l.j. §.quamuis.sic & dicto §.sed & si lege.est ergo verũ quòd statuta recipiunt interpretationem,& declarationem, & subauditionem, si ambigua fuerint,vel obscura, per rationes,& iura superius allegata.nec obst.quòd sint stricti iuris,igitur non posse interpretari:quia hoc idem intelligit dominus Guil.Statutum enim est stricti iuris:quia ex eo oritur condictio ex lege,quæ est stricti iuris, vt suprà dictum est & probatũ. Ergo si ea ratione est stricti iuris, non obst.quia cõtractus qui est stricti iuris interpretatur, vt est contractus mutui:vt dixi suprà.& facit etiam quòd 13 possit interpretari.ff.de rit.nup.l.j. in fine. †Sed quæro si super aliquo statuto versatur ambiguitas vel obscuritas,quis declarabit vel interpretabitur hanc obscuritatẽ? Et primò videtur quòd recurrendum sit ad illos qui cõdiderunt primitus illud statutum, scilicet ad statutarios: quia illi primi fuerunt qui verba protulerunt:vt ff. de regulis iuris.l.in ambiguis. ff. de vino triti. & oleo lega.l.si quis vinum. §. vino. Qui enim fuit primo author legis, debet esse eius interpretator seu interpres.argu.ff.finium regund.l.eos.ff.de aqua plu. arcen.l. quod principi. Nec enim debemus spectare tempus confirmationis ipsius statuti, sed tempus factionis: ergo non debemus spectare mentes confirmantium, sed mentes facientium. argu.ad hoc.ff.de dona.inter vi.& vxorem. l. si donante. §.fina.ff. de re mili.l.si certum.in fine.ff.de condict.ex lege.l.quod præterea.nec eius qui mandat quid fieri intentio exequẽda est,sed eius qui fecit.argumẽ.ff. de contrahen. emp.& vend.l.in hoc iudicio.ff.de ædili.edic. l.cùm autem. ff.de regulis iuris.l.Neratius.ff. de verborum obliga.l.in conuentionalibus. Item video quòd testator interpretaꝫ voluntatem suam:vt ff. qui testa.face. possl.l.hæredes.§.si quid. Item si in scriptis vertitur ambiguitas, eius est interpretari a quo scriptum emanauit:vt ff.de regu.iuris. l.Neratius.& l.ambigua. & ff.de origi. iur.l.ij.§. exactis. ibi, interpretarentur &c. Item rabellio interpretatur suum instrumentum:vt ff.ad legẽ Cornel. de fal.l. si quis decurio. Item si super lege principis dubietas emergat, recurritur ad ipsum principem, si sit eius copia:vt C.de leg.& consti.l.leges sacratissimæ.& ff.eod.titu. l. nam ad ea.& l.nam vt Pedius. Econtra videtur quòd consiliũ ciuitatis ipsum statutum interpretari debeat, in cuius potestate fuit totum statutum irritum reuocare. argu. ff. de in lit.iur.l.videamus.§.penult.& l.sequen. Non enim dicitur fecisse statutum nisi consilium quod approbat legẽ, & improbat. Senatores enim vice statutariorum condebant iura,& quod eis placebat, consulebant principem: & ea iura non senatorum, sed leges Imperatorum appellabantur: quia recipiebant authoritatem ab ipso: vt C.de leg. & constitu.l.humanum.Nam & sanctus Paul. dicit,neq; qui plantat,neq; qui rigat aliquid facit:sed qui fundamentum dat Deus. Nec qui scribit, nec qui dictat consilium interpretatur:nã aliqua singularis persona non posset facere statutum:ergo non debet posse illud interpretari:vt not. Azo,in sum.C.de consti.in fi.Sol. Dic statutarios ipsum statutũ interpretari non posse:quia functi sunt officio suo: quia tempus transcursum est eis ad pro condendis statutis:vt arg.ff.de re iudi.l.iudex. nec obst.l. ij.ff.de orig.iu.§.exactis.quia non erat ibi tempus eorum fin.Dic ergo q; consilium & cõsiliarij interpretãtur dictũ statutum:quia ei interpretari licet, cuius est cõdere:sicut ex legibus superioribus constat. Vel dic secundùm do. Odof.quòd iudex interpretabitur dictum statutum vt supra dixi in proxima quæstione.arg.ff.de leg.iij.l. fideicõmissa.§.hæc verba.sed communis opi.est, & ita vidi sæpius seruari de facto, q; consilium & consiliarij interpre- 14 tantur. †Sed quid si per illud consilium non interpretetur dictum statutum,quid fiet? dic sic, distinguo:aut in verbis nulla vertitur dubitatio,& tũc nulla interpretatio facienda est:nam vbi nulla est in verbis dubitatio, nõ est adimẽda voluntatis quæstio:vt ff.de leg. iij.l. ille aut ille. ff.de lib.& posthu. l.ij. nam lex sicut lata est,obseruanda est:vt ff.qui & à quib.l. prospexit. & vbi lex non distinguit,nec nos:vt ff.de publi.l. de pretio. Si autem in verbis sit aliqua dubitatio & ambiguitas:tunc si illud statutum ex consuetudine sit certo modo intellectum, ei intellectui stabitur. ff. de leg.& constit. l.minimè. & l.si de interpretatione.Si autem non sit secundùm consuetudinem certo modo intellectum:tunc debebit scrutari mentem statuti,vt ff.de leg.iij.l.non aliter.& ff.de fun.instr.& instru.leg. l.cùm de lanionis. §. afinam. Si autem non constet de mente,tũc debet interpretari in begniorem partem:vt ff.de legi.& constit.l.benignius. & l. in ambigua.ita tamen vt non interpretetur contra illum, vel cõtra illos quorum fauore factum esset.C.de leg. & consti. l.quod fauore.& ff.eod.titu. l. nulla. Si autem non appareat quæ pars sit benignior,stabitur rigori verborũ ipsius statuti:vt ff.de leg.iij.l.non aliter.& ff.de cõdi.& demon. l.nam publius.§.j.& in re dubia, melius est verbis ædicti seruire:vt ff.de exerc.l.j.§.si is qui nauem.& verba prout sonant,debẽt intelligi:vt ff.de instl.l.sed & si pupillus.§.j. Si tamen nec de consuetudine super statuto intelligendo habita constat,nec de mente,nec quæ pars sit benignior, procuretur quòd per consiliũ fiat interpretatio .ff.de præto.stipu.l.in prætorijs.& ff. de regu.iur. l.in ambiguis. & hoc suprà determinatum est: aliter stabimus rigori ver- 15 borum: vt dictum est. †Sed pone quòd in volumine statutorum reperiũtur super eodem negotio duo statuta contraria & diuersa:quæritur nunquid potestas ea statuta,vel quod, vel nullum,debeat seruare. Et primò videt q; nullũ sit seruãdũ per l.C.de legi.& cõsti.l. nõ dubium. Iteꝫ ga in vltimis volũtatibus & in pactis,posteriora derogãt prioribus. ff.de iu.codi.l.diui.§.sed licet.& C.de fideiuſ.tu.l.ij.& C.de pact.l.pacta.& ff.eod.tit.l.si vnus.§.pactus.& de contrahen.emp.l.pacta.& de procura.§.si quis cum procura.§.finali.sed tu dic secundùm domi.Guil. & alios,quòd vtrũque statutum debeat seruari: quia nullũ de his statutis dicitur prius alio,& nullũ posterius. argu. legis quæ dicit quòd si in testamento tutorem filijs meis dedero, & postea in codicillis alium: si omnes iurant tempore quo aditur hæreditas, & ita tempore quo incipit valere tutela,omnes tutores erunt:vt C. de testamen. tuto.l.secunda.& sic est in præmissa quęstione:quia tempore quo incipit statutum habere vires, scilicet quando eo completo confirmatur,non est aliquod statutum ante vel post. Et hoc est verum, quòd vtrũque statutum valet,quando ipsa statuta per aliqua intermedia sunt con- 16 traria. †Sed quæro,quid si duo statuta directe sunt cõtraria,ita quod per obseruationem vnius,aliud obseruari nõ potest,quid fiet in hoc casu? Dic quod humanius statutum sit seruandum.ff.de leg. l. benignius. & l.in ambiguis.ff.de re iudicata.l.semper inter veteres. & l.quoties. & C.de fideicommiss.libert.l.finali.Vos autem dicatis iuxta opinionem domini Guiliel.quod neutrum dictorum seruandum.ff.de regulis iuris. l.vbi repugnantia. C. de 17 fide instrumento. l. scripturæ. †Quæro, aliquo statuto antiquo cauetur, quòd quicunque cum cultello, vel alijs armis aliquem hominem vulnerauerit, ponatur in perpetuo banno, & omnia eius bona debeant publicari: alio nouo statuto continetur, quòd quicunque in pla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tea communi aliquem vulnerauerit, soluat pro banno lib.v. Titius in platea aliquem vulnerauit, & in libr.v. est condemnatus: petitur insuper quòd ponatur in bãno, secundùm formam veteris statuti: quæritur quid iuris? Et dic pro & contra, vt in quæstione statuti: & solue quòd ponatur in banno perpetuo: quia videntur esse duo delicta: vnum ratione percussionis, aliud ratione loci. l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. nam cùm quis adulterium committit cum affine, mulier & masculus diuersis pœnis puniũtur: vt C. de adult. l. quamuis. & in carcerem mittuntur: vt in
18 authẽ. vt nulli iudi. §. quia verò. †Sed pone quòd ciues fecerunt statutum & iurauerunt ipsum seruare: modò vo lunt ipsi ciues illud statutum tollere & mutare, quæritur nũquid hoc facere possunt? Primò videtur quòd sic: quia nemo in re sua debet suo arbitrio carere. ff. de pact. l. nemo. ff. si ser. vend. l. sicuti. §. apud. Item quòd talis contractus non tenet. ff. depo. l. j. §. penult. ff. communi diuid. l. in hoc iudicio. §. si conuenerit. Item qui potest ligare, potest & soluere. ff. de acquir. hæred. l. is potest. de regu. iur. l. eius. Item quia nemo potest sibi ipsi obligatus existere. l. si plures. ff. de pact. instit. de interdic. §. retinendæ. ff. de fur. l. hæres. §. seruo. ff. de euict. l. fi. quæ est expressa. Item quia priuatorum pacto iura publica non mutantur. ff. de pact. l. ius publicũ. Econtra videtur, q̃ licet vnicuiq; suo iuri renunciare. C. de pact. l. si quis in conscribendo, c. si diligenti. de fo. compe. Item quia seruare debet iu-
19 ramentum ille qui hanc necessitatem sibi imposuit. arg. ff. qui satisda. cog. l. fideiussor. §. j. ff. de distra. pig. l. si creditor. §. j. Item non debet via periurijs aperiri. C. ad legem Iul. repetun. l. fi. ff. e. l. fi. Item facit C. de act. & obl. l. sicut. l. in commodato. ff. cõmo. Item quia obligatio semel cõtracta, non debet posse extingui arbitrio debitoris. argu. ff. de eo quòd cer. lo. l. ij. Sol. Distingue: quia aut illud statutum est super negotio ipsius ciuitatis, & non est præcisum: & tũc potest tolli & mutari: quia nihil tam naturale est &c. arg. ff. de regu. iur. nihil. & ff. de sol. l. prout quisq;. & ff. quando lic. ab emp. disce. l. j. & quia nemo potest sibi legem imponere, à qua recedere non liceat. ff. de lega. iij. l. si quis. in princip. testamenti. Si autem ex illo tali statuto esset alicui ius aliquod acquisitum: tunc dicti ciues statutum mutare non possunt: quia nemo potest suum consilium mutare in alterius præiudicium: vt ff. de regu. iur. l. nemo. si autem dictum sit quòd dictum statutum sit præcisum, & vltra sit processum: videtur quòd nõ posit tolli vel mutari aliquo modo vel ingenio, vt quotidie fieri nos videmus: tunc dicit do. Guil. quòd ipsum statutum non posit tolli nec mutari, etiam contraria communi voluntate: nam talia verba debent aliquid operari. ff. de vsu. l. stipulatus. de lega. j. l. si quando. & ff. ad munic. l. j. & hoc dic secundùm do. Gui. alij verò sapientes dicunt, quòd si dictum statutum non sit iuramento vallatum, quòd mutari posit: si autem sacramento vallatum sit, quòd tunc tolli non posit, vel mutari propter iuramentum: quia omne iuramentum seruandum est, nisi vergat in præiudicium salutis æternę. C. ad legem Iul. repetun. l. fi. extrà de iureiur. c. cùm contingit. nam potestas & commune posuerunt se in hac necessitate iuramenti: ergo debent hoc seruare. arg. ff. qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. fi. nam communi licuit statutum facere & pacisci: vnde non debuit via periurijs aperiri. C. de iudi. l. ij. & C. ad legẽ Iul. repet. l. fi. nam multa valent firmata sacramento, quæ aliàs non valerent: vt C. si aduers. ven. authen. sacramenta puberũ. & ff. de lega. ij. l. cum pater. §. filius. nam sicut fuit in potestatis arbitrio iurare vel non iurare, ita post iuramentum præstitum est necesse sacramentum ipsum seruare. argu. C. de actio. & obli. l. sicut. Item quia licet vnicuique ius suum competens respuere: vt ff. de mino. l. si iudex. C. de pact. l. si quis in conscribendo. & quanquam hoc verum sit, secundum communem opinionem Docto. tamen videbatur contra: quia nemo in re sua potest arbitrio suo carere inuitus. ff. de pactis. l. nemo. ff. si seruitus vendice. l. sicut. §. Papinianus. † Item quia potestatem sui arbi-
trij non potest à se abdicare. ff. de officio præsidis. lege, penultima. Item qui potest se ligare, potest se absoluere. ff. de acquiren. hæredita. l. is potest. & de regul. iuris. l. nemo. & l. eius Item quia nemo potest sibi ipsi obligatus existere: vt vicem duorum sustineat: vt instit. de interdic. §. retinendæ. & est de hoc lex expressa: vt ff. de euictio. l. finali. ff. de pactis. l. si plures. Item quia nemo potest se indissolubili vinculo obligare: vt ff. de solutio. l. si conueniant. & ff. de donatio. inter virum & vxo. l. quod autem. §. vxori. Vnde aliqui sapientes dicere voluerunt: quia aut consiliarij statutorum sententiando fecerunt, aut mandando, aut contrahendo. Primo casu ipsi non possunt mutare statutum, neque suam, neque prædecessoris sui sententiam quisquam potest mutare: vt C. sentẽ. rescin. non pos. l. j. Secundo autem casu potest bene re integra reuocare mandatum: quia hoc potest singularis persona. ff. manda. l. si inter causas. & quia vniuersitas loco vnius habetur: vt ff. de fideiusso. l. mortuo. Si autem contrahendo aliquid statuitur, subdistingue: quia aut statutum pertinet ad solam publicam vtilitatem, aut ad priuatam. Si ad publicam, bene possunt tollere ista statuta. ff. quod cuiusque vniuers. l. item eorum. §. si actor. & ff. de decre. ab ordi. fac. l. quod semel. Si autem ad priuatam vtilitatem pertineat, tunc mutare non potest: quia nemo
19 potest. vt ff. de regulis iuris. l. nemo. †Præterea quæro an illi qui de maleficio accusantur, vel contra quos inquiritur, vel etiam accusant, possint renunciare beneficijs statutorum in ipsorum fauorem faciẽtium? Respon. quòd partes possunt renunciare statutis ex quo sentiunt fauorem, & non odium. Septem enim sunt species legũ, lex, plebiscita, senatusconsulta, prætorum edicta, prudentum responsa, principum placita, consuetudines: & octauum est ius municipale: si contra septem prima possunt pacta valere, quæ longè digniora sunt: multo fortius valere debent pacta lege municipali, quę est debilior: quod probatur. ff. de iusti. & iure. & l. ius autem ciuile. & instit. de iure natu. in §. scriptum. & §. ex non scrip. & §. penult. Quod autem pacisci possit contra leges per partes, patet in lege falcidia, quę per partem præcepit defalcationem: & tamen si aliquis velit hoc remittere pacto, potest etiam conuenire. C. ad legem falcidiam. authen. sed cum testator. ibi, si quædam legata &c. vbi qui solidum legatum aliquibus soluit, beneficio legis falcidiæ renunciare videtur. & in l. vlti. non obst. ff. ad legem falcidiam. l. quod de bonis. §. primo. quia viuo testatore pactum de futura successione non tenuit: vt C. de pactis. l. finali. nec obst. l. secunda. quia vel est correctus per authen. vel de futuro trahetur quod debuit de primis pensitatio solui. Et sic video tenere pactum contra legem falcidiam. Item video in l. xij. tabular. quæ de furto tractat, vt patet ff. de furtis. l. si pignore. §. cùm furti. & actio furti ex ipsa lege descendit, sicut & aliæ actiones de furto dico non manifesto: nam de manifesto prætoria est. ff. de origi. iur. l. secunda. §. proinde. & notat dominus Azo in summa. §. est autem. & tamen video quòd prædicta contra actionem furti seruantur. ff. de pactis. l. si tibi decem. §. sunt quædam. & de furtis. l. interdum. §. primo. & §. qui tutela. & l. si pignore. §. finali. Item etiam contra plebiscita video pacta seruari. Lex enim Aquil. plebiscita est: vt eodẽ titu. l. prima. & de eius natura est in damno dato culpabiliter emendando, aliter enim non: & tamen video contra naturam huius plebiscitæ pacta seruari. l. si seruus seruum. §. si calicem. ff. ad legem Aquiliam. & l. item quæritur. §. si gemma. ff. locati. Item contra senatusconsul. video pacta seruari. ff. ad Velleianum. l. finali. §. penultimo. Item contra edicta prætorum: vt ff. de pactis. l. pacisci. & l. iuris gentium. §. si pacisear. Item contra responsa prudentum. Voluerunt enim sapientes, specialiter Neruа, depositarium de dolo & lata culpa teneri: tamen ex pacto potest aliter fieri. ff. depositi. l. prima. §. non solùm. & l. quod Neruа. & simile. ff. si quis cautio. §. quasi. Item contra principum placita. Nam statuit princeps

princeps in appellationibus quædã fatalia: & partes suo pacto id immutant. C. de tempor. appellatio. l. finali. in fi. Item consuetudine video pacta seruari: nam vbi de vsuris non est consuetudo: de vsuris certis consuetudo seruatur: & tamen si pactum est, prævalebit consuetudo, vt C. de vsur. l. eos. §. qui cæteros. ff. eod. l. j. Præterea video quòd iudex seruare debet quæ partes decreuerunt seruanda, tam in forma iudicij, vt C. de episc. & cle. authen. generaliter. quàm in prolatione sententiæ: vt ff. de re iudi. l. si conuenerit. l. iudicem. ff. commu. diuid. quàm etiam in executione sententiæ. ff. de pact. l. tale. §. j. cùm ergo sic fit in prædictis, quæ digniora sunt, quàm populorum leges. dic quòd statutis vel reformationibus cõsiliorum possit renunciari, quando sunt inducta in fauorem partium: si autem sint inducta in publicam vtilitatem vel fauorem generaliter, vel etiam in odium: dic quòd tunc nõ possit. quod dic vt not. suprà de statu. & eorum obserua. §. quæro, sed nunquid & quod hic est, poterat ibi scribi & apponi.

ADNOTATIO. a ¶ Qui possunt statuta facere. Adde latè Doct. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. vide Ro. consi. lxvj. vbi dicit quòd populus Romanus non potest hodie cõdere leges. Ber.
b ¶ Valere. Adde Ang. consi. xxxviij. Ber.
c ¶ Vt iacet. Adde an statuta recipiant interpretationem: maximè si sint talia statuta, quòd debeãt intelligi prout iacent. Alexand. consi. lxxx. j. lib. & consi. cclxiij. ij. lib. de quo vide etiam Fran. aret. con. xix. per Pau. de cast. in consi. cccxlv. & quæ interpretationes recipiant statuta, vide per Cepol. consi. lxxij. & consi. lxxxj. Ber.

De multis quæstionibus dependentibus à statutis, quæ incidunt circa maleficia. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Statutum imponit pœnam centum uulneranti, & mille occidenti: quidã uulneranti aliũ, & accusatus se præsentauit ac fideiussores dedit: postea moriatur uulneratus, & potestas in mille condemnet reum: an fideiussores ad centum tenebuntur, uel ad mille.*
2 *Statutum dicit quòd faciens insultum ad domum magis puniatur quàm alibi: si quis alium insultat ad porticum domus, an incidat in statutum: & sic an appellatione domus ueniat porticus.*
3 *Statutum dicit, si in aliqua uilla, uel castro fuerit maleficium factum, cõmune teneatur illum potestati ciuitatis denunciare sub pœna centum: Titius deliquit & postea aufugit: sed deinde in manus potestatis uenit: an commune erit liberatum: & quando commune tenetur, an teneantur infirmi, absentes, inhabiles, uiduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ?*
4 *Stante casu, ut suprà, an inquilini teneantur.*
5 *Statutum Bergomi continet quòd faciens insultum ad domum alicuius punia-tur in centum: Titius fuit insultatus ad domum suæ habitationis quã conduxerat: an insultator incidat in pœnam statuti.*
6 *Statuto dicente, nullus portet arma sub certa pœna, inuentus fuit Titius cum panceria, an puniatur.*
7 *Statuto contineatur, qui fecerit tale maleficium posit à quolibet accusari: & habet medietatem banni: Titius aliquem denunciauit, sed non accusauit, & sequuta est condemnatio: an medietatem habebit?*
8 *Statutum ciuitatis punit portantes cultellum: si accidat, quòd dum familia potestatis perquireret inuenit quatuor homines in uia, & unum cultellum penes eos in terra, uel inuentus fuit sub quodam bancho ubi prædicti stabant: quid erit de condemnatione?*
9 *Statuto cõmetur quòd nullus ludat ad taxillos sub certa pœna: & quòd quilibet posit accusare, & medietatem banni habeat: si quidam denũciauit non autem accusauit, an habebit medietatem?*
10 *Statuto dicente quòd potestas debeat terminare omnes causas maleficiorum intra duos menses, an elapsis duobus mensibus poterit condemnare uel absoluere?*
11 *Statuto dãte dño potestati arbitriũ in omnibus maleficijs suo tpe perpetratis contigit quòd illo tempore fuit uulneratus quidam, & tempore sequtis potestatis, qui non habebat arbitrium est mortuus: quæritur an potestas habeat arbitrium in illo?*
12 *Statuto dicente quòd potestas habeat arbitrium duobus primis mensibus sui regiminis, de omnibus maleficijs dicto tempore commissis: quo tempore quidam fecit maleficium de quo fuit accusatus: quæritur an pendẽte accusatione currat tempus, ita quod potestas desinat habere arbitrium?*
13 *Statutum ponit pœnam accurrenti ad rumorem cum armis: quidam finito rumore ad illum cum armis currit, an punietur?*
14 *Statutum ponit pœnam sol. v. si bestia intrando uineam alicuius damnum dederit: an si bestia perdita damnum det, habebit locum statutum?*
15 *Statuto ciuitatis dicentis quòd si damnum detur in uilla commune teneatur: uilla uerò habeat statutum, quòd pro damnis datis uillæ nõ teneatur: quod horum statutorum præualebit?*
16 *Statutum ciuitatis Senarum est, quòd homicidæ bona publicentur, si uasallus homicidium committat, an feudum debeat publicari?*
17 *Statuto dicente quòd nullus posit detineri pro maleficio pro quo pœna pecuniaria sit imponenda: si dederit fideiussores de condemnatione soluẽda, uel de præsentando, & alia securitas non exigatur ab eo nec à fideiussoribus. Titius si sit accusatus de tali, & fideiussores det, ut suprà, ac de parendo præceptis potestati, fideiussoribus præsentantibus Titium, an poterunt cogi ad soluendum condemnationem factam.*
18 *Statutum dicit quòd nulla bestia det damnum, uel quòd nauis non uadat ad locum prohibitum sub pœna x. sol. modo potestas condemnauit bestiam unam uel nauim: quæritur an ualeat talis condemnatio?*
19 *Statutum dicit quòd nullus ponatur ad torturam nisi pro homicidio, raptu mulierum, & falsitate: si quidam per uim carnaliter cognoscat mulierem, an poterit subijci torturæ?*
20 *Virginem proijciens in terram, & eam per uim stuprans, qua pœna puniatur.*
21 *Virginis raptus, an pœna mortis puniatur, & quando.*
22 *Statutum dicit quòd rapiens filium decapitetur: si aliquis rapiat carentem patre, an statutum habebit locum?*
23 *Cognito masculo contra naturam: quid faciet iudex?*
24 *Vir si membro mulieris non ad hoc concesso usus fuerit, qua pœna feriatur.*
25 *Sodomita, uel seipsum polluens, uel uxorem extra claustra polluens, an ab uxore posit dimitti.*
26 *Cognoscens pulchram, an magis peccet, quàm cognoscens deformem.*
27 *Statuto dicente quòd banniti pro quibusdam maleficijs nunquam possint eximi nec cancellari de banno: si quidam pro tali maleficio bannitus petat se cancellari, quia uult ostendere bannum ipso iure nullum, an sit audiendus.*
28 *Statuto continetur quòd potestas in condemnationibus & absolutionibus maleficiorum faciendis conuocet certos sapientes, quorum consilio procedat ad condemnationem uel absolutionem: si potestas conuocatis uel nõ conuocatis sapientibus condemnauit uel absoluit, non sequens eorum opinionem: quid iuris?*
29 *Statuto dicente, quòd pro tali maleficio imponatur pœna libr. centum, si in eodem uolumine reperiatur aliud statutum quod generaliter imponat aliã pœnam pro omnibus maleficijs, quod seruabitur?*
30 *Statuto ciuitatis Castelli continetur quòd nullus compellatur restituere rem quam emit publicè & sine fraude, nisi ei pretium fuerit integrè restitutũ: si accidat quòd duo boues in agro Aretino derobati ducantur ad ciuitatẽ castelli & ibi uenditi sint, quid iuris erit?*
31 *Statutum ciuitatis Castelli si faciat contra reum, & pro actore forense: an posit retorqueri contra actorem?*
32 *Bannum fuit missum per ciuitatẽ super aliquare & sub certa pœna: si aliquis contra ueniat & dicat se ignorasse bannum, an excusabitur?*
33 *Fideiubens pro custode carcerum de præsentando eum, & soluere totum de quo carcerati fuerunt condemnati, si custos aufugiat cum carceratis, uel aliquod maleficium committat: an posit cogi fideiussor?*
34 *Potestas pro tribunali sedens præcepit cuidam alleganti ne amplius loqueretur sub pœna libr. centum, & ille nihilominus locutus est: an poterit potestas pœnam illi auferre?*
35 *Statutum dicit quòd banniti pro maleficio non possint exire de banno: potestas cancellauit de banno quendam bannitum, quia ei prodidit plures deprobatores, & sic ei promiserat: an teneat talis cancellatio facta sine licentia consilij?*
36 *Statutum dicit quòd omnia bona homicidæ debeant publicari, si quidã uẽdat domum, nec possessionem tradat: & postea homicidium committat, & subsequenter condemnetur ac illius bona omnia publicentur, an domus in qua stabat tempore perpetrati delicti publicetur?*
37 *Statutum dicit quòd omnia bona homicidæ debeãt applicari hæredi interfecti: tam mobilia quàm immobilia: an nomina debitorum sint applicanda huic hæredi?*
38 *Statutum ciuitatis dicit quòd bannitus impunè possit offendi: an pro maleficio bannitus poterit impunè occidi?*

1 ROne contineri statuto q̃ † quicunque aliquẽ vulnerauerit soluat pro pœna libr. centum: & quicunque aliquem occiderit, soluat lib. mille. Accidit quòd quidam aliquem vulnerauit, & accusatus de vulnere compa-ruit, præsentauit se, & fideiussores dedit, post aliquot dies ille vulneratus mortuus est ex illo vulnere: vnde potestas condemnauit illum accusatum in mille li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bris: modò quæro an fideiussores tenentur ad pœnam centum libr. an ad pœnam mille: quia dati fuerunt solùm ad centum lib. Et primò videtur quòd teneantur ad centum tantùm: quia fideiussores non tenentur ad pœnam. ff. de eo quod cer. lo. l. centum Capuæ. & ff. de fideiuss. l. si fideiussor. §. pro Aurelio. & ead. l. in princ. ff. qui satisda. cogan. l. j. in fi. vnde fideiussores non debent posse teneri pro alio quàm pro vulnere. facit ad hoc ff. de mune. & ho. l. libertus. §. penult. quid plura? quoties quis tenetur in aliquo, non crescit æstimatio ob id quod non restituat: vt ff. de fideiuss. l. fi. ff. de peti. hæred. l. item veniũt. §. cùm præ-diximus. Econtra videtur quòd tenetur in mille: quia videtur mortuus primò, cùm mortiferè fuerit vulnera-tus, vt ff. ad legem Aquil. l. huic scripturę. ff. de dam. infe. l. damni. §. Sabini. Præterea id quod proximum est, pro perfecto habetur: vt ff. de re milit. l. ij. & ff. de fideiusso. l. si quis quisq; in §. si nummos. Sol. Hæc quæstio communi-ter determinatur: quia si illud vulnus apparebat illo tem-pore mortale fore: tũc fideiussores tenentur in mille. arg. l. fi. in fi. ff. quo. lega. si autem eo tempore non apparebat vulnus mortale, quòd fideiussores tãtùm in cẽtũ tenenẽ. arg. ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. & ita soluit do. Dy.

2 de mugel. † Item pone q̃ contínetur in statuto quòd quicunq; fecerit insultum ad domum alicuius, q̃ magis puniatur quàm si insultum fecerit alibi: accidit modò q̃ quidam fecit insultum ad porticum domus, quæritur an

a videatur fecisse ad domum? & videtur quòd sic: quia ap-pellatione domus, & porticus continetur. ff. de leg. j. l. cę-tera. §. hoc senatusconsultum. ff. de verb. signifi. l. ædificia. & l. qui in continentibus. ff. de lega. iij. l. prædij. in fi. & ff. de pig. l. creditores. in fi. nam si aliquis faciat porticũ suã & non vsui publico noceat, non tenetur destruere sed sa-larium præstare. C. de op. publ. l. in ædificia. & ff. ne quid in lo. publi. l. ij. §. si quis. & ff. de ope. publi. l. si legatum. §. si tamen. Econtra videtur quòd non: nam porticus fit su-per solo publico, & merito contra legẽ: quia solùm debet esse liberum vsque ad cœlum. ff. de serui. l. fi. & ff. quod vi aut clam. l. penult. §. fi. Item domus appellatione venit domicilium: vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. fi. ff. de adul. l. qui domũ. ff. de ven. inspi. l. j. §. fi. Sol. Videtur q̃ appella-tione domus contineant retenta consuetudine generali: quia magna ratio suadet &c. vt ff. eod. l. si à reo. & ne ma-leficia remaneant impunita. ff. ad legẽ Aquil. l. ita vulne-ratus. hæc eadem quæst. est suprà de pœ. † Item pone

3 contineri in statuto ciuitatis, quòd si in aliqua villa vel castro factum fuerit aliquod maleficium, quòd cõmune villæ vel castri teneatur præsentare communi ciuitatis talem malefactorem sub pœna centum libr. accidit quòd Titius in villa, vel castro commisit homicidium & aufu-git, postea requisitus à potestate vel capitaneo, vel alia de causa peruenit in fortiam potestatis & communis ciui-tatis, modo quæritur, nunquid commune villæ, vel castri possit in centum condemnari? & videtur quòd non: quia non interest quid ex æquipollẽtibus fiat, dummodo fiat: vt ff. de verb. hig. l. seruus. §. mandati. & C. de cõdi. indeb. l. j. vnde qualitercunque fiat, etiam si aufugit, nõ tenetur de fuga. Solu. Videtur distinguendum vtrum ex eadem causa, id est accusatione dicti maleficij, peruenit ad pote-statem: & tunc illud cõmune sit liberatum per iura præ-dicta: an ex alia causa: puta quia commisit aliud delictũ, & tunc non liberatur: quia non est ratio quare soluta sit obligatio; cùm ex alia causa peruenerit ad potestatẽ: arg. l. fi. ff. quemadmo. ser. amit. sed quando commune villæ tenetur in prædicto casu vel simili: nunquid ad pœnam soluendã tenẽtur absentes, infirmi, & inhabiles? Respõ-deo non. ff. de adult. l. penult. C. de ficar. l. fi. licet sit argu. contra. ff. qui & à quib. l. prosp exit. l. non aliter. ff. de lega. iij. & q̃ absentes non teneantur. facit C. de adul. l. adulter. & l. fi. ad Silla. C. de sica. l. fi. Item quia statutum est odio-sum & contra ius: igitur est restringendum. ff. de libe. & posthu. l. cùm quidam. & est expressum in authẽ. vt nulli iudi. §. quoniam verò contingit. & hęc est benignior sen-

tẽtia. ff. de pœ. l. in metallũ. & l. si prę ses. & de act. & obl. l. Arrianus. sed videtur q̃ decretum dicat q̃ villa & castrũ puniãtur ob delictũ aliorum. xxiij. q. ij. c. dominus Deus noster. Item quod infirmi nõ teneantur probatur: quia infirmitas præstat excusationẽ. ff. ad Silla. l. si quis in gra-ui. §. j. & de regu. iur. l. quæsitum. Item q̃ vidua, pupilli, & aliæ miserabiles personæ non teneantur, videtur esse ca-sus. ff. ad Silla. l. si quis in graui. §. ignoscitur. & hoc per rectores seruatur de consuetudine. † Sed quid de in-

4 quilinis? Dic quod ipsi tenentur, & non domini eorũ. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. hæc actio. & l. si plures. ij. rñ. & l. pe. & ita sentit do. Odof. licet possit allegari contra, q̃ statutum simpliciter & indistinctè loquitur: ergo &c.

5 quod dic vt suprà in hoc opere. † Item pone contineri in statuto ciuitatis Pergami, q̃ quicunque fecerit insultũ ad domum alicuius, puniatur in centũ libr. modo aliquis fecit insultũ ad domum habitantis, quam aliquis condu-xit, nunquid insultator punietur in centum lib. dic quod sic: vt ff. de alea. l. prætor. §. domum. & insti. de iniur. §. pe-

6 & ff. de iniur. l. lex Iulia. † Item pone contineri in sta-tutis, q̃ nullus sub certa pœna portet arma: ecce aliquis inuentus est portare panceriã, nũquid iste punietur? Dic q̃ non: quia panceria portatur pro salute hominis, & non pro offensa facienda: vt ff. de vi publ. l. is qui. Item mens statuti est, q̃ homines amoueantur à rixis & maleficijs: q̃ cauere debet prætor. ff. de vsufruct. l. si cuius rei. §. item si inter domínos. & de lega. iij. l. non aliter. §. fin. ff. de mor. infe. prætor autẽ nõ videtur incidere in statuto: vt arg. ff.

7 de vi publ. l. is qui. † Item pone contineri in statuto, q̃ quicunque fecerit tale maleficium, quilibet possit accu-sare, & habeat medietatem banni. accidit q̃ quidam non accusauit, sed denunciauit Titium illud tale maleficium commisisse: non ex illa denunciatione est ille Titius con-demnatus, modo quæritur nunquid habere ille debeat medietatem banni? & videtur q̃ non. arg. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. meminisse. & ff. rem ra. hab. l. amplius. & insti. de contrahen. emp. §. fi. & arg. ff. de bo. liber. l. qui cũ maior. §. accusasse. l. in serui. §. j. Item differentia est inter accusationẽ & denunciationem: nam libertus non potest accusare patronum etiam nomine alieno, sed denũciare. sic. C. si tu. non ges. l. j. vbi videtur quasi hoc expressum. Econtra videtur q̃ sic: nam qui nomen detulit accusare videtur: vt ff. de iu. patr. l. eum qui. & satisfactum videtur verbis statuti: vt ff. de in ius voc. l. quãuis. Item video q̃ tantùm facit denunciatio quantùm accusatio, & econtra. C. de accusa. l. si quis. Item tantùm est consecutus per istã denunciationem, quantùm fuisset per accusationẽ, & ista accusatio & denũciatio tendũt ad vnum effectũ: vt ff. q̃ quisq; iur. l. j. in fi. ne quis eum qui in ius voc. l. si per aliũ. Sol. Hęc vlti. opi. videt melior, & ita sentiũt Doc. scilicet q̃ denunciatio habeat partẽ: nã licet statuta sint stricti iu-ris, & ideo distinguendũ: tñ ipsum statutũ respicit inter-pretationẽ secũdum formã iuris cõmunis, vt plene not. s. de obser. statu. §. etiã quæritur. & ita vidi pluries iudicare de facto per iura præd. & per l. de iure patr. l. eũ qui. cũ le-gibus s. alleg. nec ob. §. ille. de bonis lib. l. qui cũ maior. §. accusasse. quia verũ est inspectis verbis ædicti, quæ non sunt minuenda, per l. præal. ff. qui pet. tu. l. creditores. j. rñ.

8 † Itẽ pone cõtineri in statuto ciuitatis, q̃ nullus sub cer-ta pœna debeat portare cultellum: accidit: q̃ dum familia potestatis iret cercãdo pro armis inuenit quatuor homi-nes stãtes in via, & vnum cultellũ penes eosdẽ in terra: à quibus quęsitũ fuit cuius esset dictus cultellus, & omnes dixerũt q̃ nõ erat eorum. vel pone q̃ dictus cultellus fuit inuẽtus sub quodã bãcho vbi prædicti stabãt: quæritur nũc an oẽs simul istorum teneantur ad pœnã: an vnus eorum tãtùm? Et primò videt q̃ nullus teneatur: quia cũ nõ fuit inuẽtus portare aliqs, ergo nullus inuenit in delicto: ergo nec pœna reportat: cũ tãtum ibi debeat esse pœna vbi est delictũ. C. de pœ. l. sancimus. Itẽ quia in crimínibus debẽt esse probationes luce clariores. C. de ꝓba. l. sciãt. Et ideo iudex qui sententiam laturus est, non prius debet quẽq; de armo

de armorum portatione condemnare, quàm de crimine sibi constat. C. de pœn. l. qui sententiam. maleficium est enim portare arma, cùm sit vetitum per statutum, & per iura communia. C. vt armorum vsus. l. vna. lib. xij. & in authen. de armis. in plu. locis. & maximè in ver. hanc ergo suprà &c. Item dolo carere non videtur qui non ob-temperat &c. vt ff. de regulis iur. l. non potest. Itẽ ratione dubitationis quilibet consueuit absolui. ff. ad legẽ Aquil. l. scientiam. §. cùm instrumenta. Item sanctius est illum portantem absoluere, quàm alios innocentes condẽnare: vt ff. de pœn. l. absentem. nam hoc est verum si ab initio tantùm portabat. Item incertitudo plerunque id de quo agitur facit deficere. de testa. ff. de test. tu. l. duo sunt Titij. & l. tutor. econtra videtur quòd intantum vnus eorum teneri debeat & puniri, & per iudicem eligi quod sit gra-tificationi locus: quia cùm pluribus legatur vsusfructus plurimorum prædiorum separatim eligitur in quo præ-dio sepeliatur defunctus. ff. de relig. & sump. l. fi. sic eligit iudex vnum ex pluribus personis: vt ff. de accusa. l. si plu-res. & ff. de li. ho. exhi. l. iij. §. hoc interdictũ. sic iudex elí-git cui puella nubat, quãdo sua verecundia non vult suã voluntatem exprimere. ff. de nuptijs. l. in conuentio. in fi. econtra circa istum articulum videtur quòd omnes qua-tuor tenentur, per l. ff. ad legem Aquiliam. l. item mela. §. si plures. & per l. ff. de his qui deiec. vel effude. l. j. in fine. cum tribus sequen. & ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulne-ratus. item lege municipali teneri debet: sicut lege com-muni viam malitijs non aperiri. de transactio. l. cùm hi. §. si cùm lex. C. de indi. viduí. l. j. quilibet enim videndo fa-miliam, posset permittere sibi cadere cultellũ, & sic pœ-nam euitare. Item & econtra rigore iuris multa pro com-

12 muni vtilitate recepta sunt, scilicet vt teneatur aliquis tanquam ipse solus fecerit aliquid, & tamen ipse solus non fecit: vt dicta l. ita vulneratus. & arg. ff. arb. fur. cæs. l. si plures. Solu. Dico per iura prælegata quòd qui-libet teneatur ad pœnam: sed quia vniuscuiusq; cultellus fuit inuentus, ab vno solo videtur vniuscuiusque cultel-lus deferri: vno prædictorum soluente, cæteri liberantur: argu. prædictarum legum. ff. de his qui deiec. vel effude.

9 & aliarum legum allega. pro vltima parte. † Item pone statuto cauetur quòd nullus ludat ad taxillos sub certa pœna, & quòd quilibet possit accusare, & habeat medie-tatem banni. quidam verò non accusauit sed denuncia-uit, quæritur nũquid habebit medietatem banni? dic pro & contra, vt notaui in dictis quæstionibus statuti. & solu-e quòd sic. ff. de iur. pat. l. eum qui. & quia denunciator & accusator tendunt ad vnum effectum. ff. quòd quisq; iur. l. j. in fine. ff. ne quis eum qui. l. si per alium. nec obst. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. accusasse. quia verum est inspectis verbis ædicti, quæ non sunt minuenda, vt ibi. Statuto cauetur quòd si fuerit facta alicui iniuria præ-sente potestate, quòd potestas possit illum punire arbi-trio suo: quæritur an statutum locum habeat si verba in-iuriosa dicta fuerint alicui in cõspectu potestatis? dic q̃ sic. C. de inoffic. testa. l. cum te. C. famil. hercisc. l. in ipsius.

10 † Item pone in statuto contineri, quòd potestas intra duos menses teneatur diffinire omnes causas maleficio-rum connumerandas à tempore accusationis porrectæ, quæritur an elapsis duobus mensibus possit ille super il-lis condemnare vel absoluere? Respondeo sit: vt C. vt

11 omnes tam ciui. quàm crimi. l. vnica. in fi. † Item pone quæstionem quæ quandoque occurrit de facto. ex forma statuti vel reformatione concilij datum fuit tali domino potestati Bononiæ arbitrium in omnibus maleficijs suo tempore perpetratis: contigit quòd tempore illius pote-statis quidam fuit mortiferè vulneratus: tempore verò sequentis potestatis ille mortuus fuit, quo tempore ille potestas nõ habebat arbitrium. Et modo quæritur an po-testas habeat arbitriũ in illo homicidio. Et videtur quòd non: quia videtur quòd initium maleficij debeat inspici, sicut dicitur de illo qui inchoauit rixam, quæritur an te-neatur de omnibus ibi actis. C. ad legem Iuliam. de vi publ. l. quoniam. & argu. ff. ad Mace. l. tametsi. & ff. de pœ. l. j. §. quod si seruum. & argu. ff. ad legem Corneliam de sica. l. j. §. diuus. Itẽ in maleficijs non consideratur exi-tus sed voluntas: vt ff. ad legẽ Corneliam de sica. l. diuus. & C. eodem titu. l. is qui cum telo. econtra videtur ex eo quòd tempore præsentis potestatis est mortuus: nã effe-ctus de quo agitur consideratur nõ verba, & quod quisq; iuris in alterum statuerit. l. j. §. hæc verba. Item ante mor-tem non dicitur homicidium perpetratum. statutũ verò loquit in rẽpore prefinito dũ dicit, perpetratũ. vnde signi-ficat homicidium non cœptum sed cõsummatum: sicut dicitur de verbo statuti, quod significat rem perfectam & consummatam: vt dicto §. hæc verba. Item præsens potestas cum veteri potestate videtur esse eadem pote-stas. ff. de iudi. l. proponebatur. Itẽ dicitur perpetuũ quod ex omnibus suis partibus cõstat: & nil videtur actũ, dum aliquid deest ad agendũ. C. ad Silla. l. cùm fil. in fi. Sol. Dic quòd neuter dictorum potestatum habet arbitrium. præteritus non: quia suo tempore non fuit comsummatũ homicidium: præsens non, quia suo tempore non fuit in-choatum. cùm enim potestas habeat arbitrium, oportet quòd illud homicidium cœptum sit & consummatum suo tempore. perpetratum significat rem perfectam & cõ summatam: vt dictum est suprà. & ita consuluit Dy. sci-licet neutrum habere arbitrium: dicens quòd videtur ca-sus legis: quia perpetrari rem perfectam significat. ff. de his qui fi. mor. consci. l. iij. quod nõ fuit tempore alicuius eorum. præterea ista monosyllaba, per, adiecta alicui dí-ctioni, rem perfectam demonstrat. ff. de verbo. sig. l. vrba-na. §. pernoctare. Dy. hoc not. ff. de damno infec. l. damni.

12 §. Sabini. † Item pone quòd continetur statuto quòd potestas habeat arbitrium primis duobus mensibus sui regiminis de omnibus maleficijs dicto tempore cõmi-sis: quo tempore quidam fecit quoddam maleficium, de quo eo tempore fuit accusatus. accusatione vero pendẽ-te quæritur nunquid currat aliud tempus, ita quòd pote-stas ille desinit habere arbitrium: in processu cuius accu-sationis opponebantur exceptiones, quæ durante arbi-trio potestatis reijci poterant. Item quæritur de pœna, vtrum ex arbitrio possit imponi: & primò videtur quòd secundùm arbitrium possit procedi & punitio fieri. argu. ff. de iurisd. omnium iudic. l. cùm quædam puella. & ff. de iudi. l. si quis. & l. venditor. §. iudices. & l. iudicium. nam temporales actiones si in iudicium deducãtur, fiunt per-petuæ. C. de anna. excep. l. j. §. exceptiones. ita tutor cau-sas inchoatas potest perficere, etiã finita tulela: vt C. post pu. tu. adfit. l. j. ff. de administr. tut. l. ita autem. §. fina. ff. de appellatio. l. tutor. §. j. Item potestas debet iudicare se-cundùm legem quæ erat tempore commissi delicti: vt ff. de pœnis. l. j. & in authen. vt cùm de appella. cognoscẽ. in prin. ergo debet posse cognoscere examinare, & inquire-re de maleficijs ex arbitrio: quia vbi aliquid permittitur, & id intelligitur concessum, per quod venitur ad illud. ff. de sponsa. l. oratio. Item si cœpit ex arbitrio cognoscere, non debet diuidi posse continentiam causæ. C. de iudic. l. nulli. Item videtur expressum: nam lex municipalis dat formã iurisdictioni, quæ est finita re nõ integra. ergo ius nõ finit, sicut in cæteris mãdatis: vt nõ finiant, re nõ inte-gra. ff. de iurisdi. omnium iudic. l. & quia. Econtra vide-tur, quòd dicti arbitrij potestas sit finita sicut dicitur in arbitris: vt ff. de arbitr. l. Labeo. & l. non distinguemus. §. dies. Item leges volunt in his quæ non recipiunt con-summationem, quòd vt ientur quando deueniunt ad eum casum à quo incipere non poterunt: vt ff. ad legem Aquiliam. quia & de iudi. l. si à me. & l. Iulianus ait, si al-ter. ff. de serui. l. propter. & expresse. ff. de his quæ pro non script. l. in metallum. & quia lex municipalis quo ad tempus concedit arbitrium, non debet vltra posse protendi quàm verba patiantur. ff. de verborum obliga-tioni. l. quicquid astringendæ. quia quoties ipse recedit à iure communi, est odiosa, & sic restringenda. ff. de libe-ris & posthumis. l. cum quidam. ff. de pœnis. l. interpre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatio legum. Præterea lex de arbitris lata, videtur scripta quasi in vanum: aut enim iudex in cognoscendo deuiat à iure communi:& tunc eius arbitrium est iniquum, & reducendum ad arbitrium boni viri, id est iudicis, & sic ad ius commune:vt ff.pro socio.l.si societas. §. fi.cũ quatuor legibus seq.& sic non potest potestas immutare ius commune,nec substantiam arbitrij per hoc quod habeat arbitrium.ff.man.l.qui mutuam.ff.de regu.iur.l.quæ dubietatis. & sic iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit:vt ff.de iudi. l. iudicium. ita soluitur lege Municipali vetante,quæ non habet locum isto tempore.Solu.in hac parte sapientes non dubitant,quòd potestas nõ possit cognoscere reiectis exceptionibus,& etiã cõdemnare: quia isto tempore nõ habet locũ statutũ de arbitris secũ-
13 dùm proximè alleg. †Itẽ pone statuto cõtineri, ꝙ nullus cum armis currat ad aliquẽ rumorem sub pœna decẽ librarum: aliquis sedato aliquo rumore currit ad ipsum rumorem cum armis, quæritur an teneatur ad pœnam? dic quòd sic.argu.ff.de vi & vi arma. l.idem.§.armis.& §.
14 arma.Dy. †Item pone contineri in statuto ꝙ si aliqua bestia alicuius dederit dannum intrando vineam, soluat pro damno solidos quinque, dic quòd si bestia alicuius perdita damnum dederit,quòd statutum non habet locũ. ff.de leg.j.l.huiusmodi.& l.legatum est.ff.de publi.l.nec.
15 & l.quantæ.§.j.& l.cotem. §. dominus. †Item pone ꝙ ciuitas habet statutum quòd si aliquod damnum daretur in aliqua villa, quòd commune illius villæ teneatur ad emendam illius damni. Item dicta villa habet statutum quòd pro damnis quæ darentur non teneatur commune illius villæ, quæritur an statutum villæ deroget statuto ciuitatis vel contra.dic pro & contra, vt notaui in quæstionibus statuti.& solue ꝙ statutũ villę valeat inter ipsos de villa,& alijs non noceat.arg.ff.de pact.l.inter credito-
16 rem.& quia res inter alios acta, alijs nõ nocet &c. †Itẽ pone quæstionem de facto.ciui.Senarum est statutum,ꝙ si aliquis fecerit homicidium,eius bona debent publicari communi:accidit quòd quidam vasallus commisit homicidium:modo quæritur an feudum debeat publicari? primò quòd sic. quia potestas iurauit seruare statuta, & bona talium malefactorum publicare:vnde sacramẽtum seruãdum est:vt C.si aduer.ven.l.j.Item quia verba sunt certa,quæ loquuntur de publicatione bonorũ:vnde non debet admitti quæstio:vt ff.de leg.iij.l.ille aut ille.§. cum in verbis. Item hoc, scilicet feudum est in bonis vasalli: quia possidet,& habet hãc exceptionem,vt ff.de acq.rer. dom.l.rem in bonis.& ff.de verbo.sign.l.bonorum. Item quia venit in iudicium fami.hercisc. vt ff.famil.hercisc.l. item.Præterea vasallus habet vtilem actionem ad similitudinem superficiarij: vt ff.de superfi.l.j.§.quod ait. & ff. de rei ven.l.in speciali. ff. si ager vect. vel emphy.pet.l.j. & ij.Item fundus communis cum alio publicatur. ff.cõmuni diuid.l.is cum quo.Item quia saltem in vita vasalli deberent publicari:vt argu.ff.de leg.j.l.peto.§.prædium. econtra videtur quòd non:quia pœna suos debet tenere autores:vt C.de pœ.l.sancimus. Item quia factum vnius alteri obesse non debet:vt ff.ad Silla.l.fi.de oper.no. nun. l.de pupillo.§.si plurium. Itẽ quia sanctius est nocentem absoluere,quàm innocentem condemnare.ff.de pœ. l.absentem.Item quia quod suum est debet tantùm cõsiderari:vt ff.de damno infec.l.si finita.§.si de vectigalibus. Item quia vasallus videtur mortuus, vnde feudũ debet redire ad dominum: vt ff.pro socio.l.actione.§. publicatione. Item quãdo bona publicantur,non publicatur ius patroni.ff.de bo.dam.l.ratio.§. si in libertũ. Item propter delictum filij non publicatur peculium castrẽse:vt C. de bo.dam.l.si filius. Itẽ creditores præferuntur pœnis fiscalibus.C.de pœ.l.creditores. Sol.Dicunt sapientes feu-
b dum fore publicandum[b] in vita vasalli,& non vltra: pro hac solutione.facit ff.de dam.infec.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de leg.ij.l.peto.§.ij.ff.de dona.inter vi. & vxo. l.si cùm mors.§.cum igitur.de leg.ij.l.cùm pater. §. hæreditatem.ff.de verb.oblig.l.ex ea parte.vel aliter solue: & dic quòd ius istius domini æstimabitur:& tunc aut commune ciuitatis emet ius istius domini quãtum est in vita illius vasalli:aut dominus emet illud ius à dicto cõmuni. pro hac solutione est arg.ff.de fur.l.si seruus.§.quod pen-
17 dente. †Item pone statuto cauetur, quòd nullus possit detineri pro maleficio pro quo pœna pecuniaria deberet imponi, si dederit fideiussores de condemnatione soluenda, vel de præsentando, & alia securitas non exigatur ab eo nec à fideiussoribus: & ideo Titius accusatus vel denunciatus de quodam crimine pro quo est pœna pecuniaria imponenda,ille satisfecit de se præsentando, & de condemnatione soluenda,& de parendo præceptis peteſtatis:hanc securitatem sic voluit potestas:quia datũ erat ei arbitrium: pro quo tales fideiusserunt in omnem causam: post hoc condemnauit istum Titium in libras centum ad decem dies soluendis, intra quos dies fideiussores præsentauerũt potestati dictũ Titiũ:quæritur an ex forma statuti sint liberati,an verò nihilominus teneantur ad soluendam condemnationem secundùm promissionẽ dicti Titij exactam ex vigore dicti arbitrij. Respondeo pro & contra,vt notaui in dictis quæstionibus statutorũ. & solue quod fideiussores ad dictam condemnationẽ nõ teneantur:quia statutum prædictum seruandum:nam fideiussores non sunt ex maleficio obligati, sed ex contractu:vt de verbo.oblig.insti.§.in hac re.arbitrium ergo nõ
18 debet posse extendi ad fideiussores. †Item pone contineri in statuto quòd nulla bestia det damnum sub pœna decem solid. vel quòd naues ad locum non vadant prohibitum:nunc potestas condemnauit bestiam vnam, vel nauim in pœna statuti contenta:quæritur an valeat talis condemnatio:videtur quòd nõ:quia nauis & bestia sunt res inanimatæ quæ condemnatæ sunt:ergo sententia valere non debet:quia res non delinquunt:vt in authent.de manda.princip. §.oportet. & alibi dicit lex,quòd ea quæ sensu carent,iniuriã facere non dicuntur.l.j.§.j.ff.si quad. paupe.fecit.dica.dic tamen contra, scilicet quòd valeat sententia: quia video quòd hic fit fundo & non personæ adiudicatio:vt ff.finium regund.l.iij.§. si aliter. & satis est condemnata persona cuius est nauis vel bestia per talem sententiam.facit ad prædicta ff.de neg.gest. l.qui alieno. §.fi. Item si condemnatio non valeret,iam videretur verbis & non rebus &c.C.de vsu.l.fi.C.commu.de leg.l.ij.in fi.& pro hac solutione facit quod not. Accur. ff. de oper.
19 no.nun.l.fi.in gl.quæ incipit, ad rei. †Item pone quæstionem de facto quæ contingit Bononiæ. continetur in statuto ciuitatis communis Bononię quòd nullus ponatur ad tormẽta nisi pro homicidio,vel falsitate, & raptu mulierum &c.contingit quod quidam famulus d. Albe. quondam Odof.per vim cœpit quandam puellam virginem,& eam prostrauit ad terram & carnaliter cognouit eam:iste famulus captus fuit præcedentibus indicijs, & positus in grauissimis tormẽtis.idem do. Albe. patronus dicti famuli tempore syndicatus obtulit libellum contra iudicem dicens,quòd statutum non habebat locum:quia dictus eius famulus non commiserat crimen raptus: & statutum dicit pro raptu mulierum, quæritur quid iuris? dic quòd famulus non potuit, nec debuit ex illo crimine subijci tormentis & quæstionibus: quia rapere est quando per vim rapitur mulier & transducitur de vno loco ad alium, quo casu imponitur pœna mortis: vt C. de rapt. virgin. l.vna. ff. ad legem Iuliam de vi public.l.
20 qui cœtu.§.qui vacantem. †at qui virginem proiecit[c] in
c terram,& eam per vim stuprauit, non debet mori de iure, sed punitur in dimidia parte bonorum suorum:vt institu. de public. iudicijs. §. item eadem. vel dic quòd tenetur lege Iulia de vi public. vel priua. ff. eodem titu.l.j. §.item.Præterea de hoc idem dicit Azo in summa.§.nũc de stupro. & quod teneatur lege Iulia de vi public. vel priua.dicit l.ff.de adulte.l.mariti. & argu. dicto §.qui vacantem. patet ergo quòd ex diuersitate dictarum pœnarum:quia illud est rapere,aliud est per vim mulierem cognoscere: & ideo de facto potius quàm de iure, & ex vigore

vigore officij positus fuit'ad tormenta dictus famulus:verum quia idem do. Alber. omiserat in libello prædicto quem dari fecerat apponere locum vbi ille famulus fuerat tortus,apposita exceptione petitionis inepta, ius fuit quæsitum per dominos leg. doct. & pronunciatum per syndicatores super ipsa petitione non posse procedi per l.ff.de accu.l.libellorum.de quo idem do.Alber. mirabili
21 ter derisus fuit. † quod autem dictum est suprà ꝙ qui rapuit virginem punitur pœna mortis per iura prædicta. C.de rap.virg.l.vnica.intelligas siue ipsa rapina facta fuit volente vel nolente:vt d.l.j.de rap. virgi. quod intelligit do.Gui.de Su.siue nolente siue volente,scilicet ex post facto post ipsam rapinam:nam dicit quod si ab initio virgo se rapi consenserit,ꝙ non sequitur pœna mortis,ex eo qđ dolus non infertur volenti.C.de transac. l. cum donationis. Et quia volenti non infertur iniuria. ff. de iniur.l.j.§.
22 vsq; adeo. †Sed pone statuto cauetur, quòd rapiens filium decapitetur: aliquis rapit carentem patre, certè cessat statutum quia vnum correlatiuorum dat intelligere reliquum: nam filius præsupponit patrem & econtra: vt l.cum autem.ibi,pater efficiatur &c.C.de insti.& substit.
23 & ita ibi dixi ego Iac.But. † Quid si cognoscatur masculus contra naturam:dic vt habetur in l. cum vir nubit in fœmina.C.de adulte.illud enim est peccatum propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ: vt habetur extrà
24 de vi.& bone.cleri. §. ne verò facilitas. † Sed quid si in aliquo membro mulieris non apto quis se contineat? dic quòd erit locus pœnæ capitis: vt xxxij. q. vij.c.adulterij
25 malum. †Sed an propter opus sodomiticum,vel si quis seipsum polluerit,vel si vxorem extra claustra polluit vel huiusmodi possit vir dimitti? dic ꝙ non: vt xxxij. quæst. vij.cap.omnes. & secundùm Papam. extrà de adulte. c.j.

Item quot peccata committit qui monialem cognoscit dic vt xxx.quæst.ij.virginibus.& talis non potest contra here matrimonium:si tamen contrahit, tenet xxvij.q.j.c.
26 hi igitur. † Item quæro an plus peccet quis cognoscendo pulchram, quàm deformen.dic vt xiiij. quæst.j.c.vlti.
27 Iacob.Butr. † Item pone contineri in statuto ciuitatis ꝙ banniti pro quibusdam maleficijs nunquam possint exiri nec cancellari de banno:modo quidam bannitus ex tali maleficio est scriptus in numero bannitorum:qui volebat allegare & dicere ipsum bannum nullum fore ipso iure:& ideo petebat de ipso banno cancellari deberi: quia forte dicebat & ostendebat quòd nunquam fuerat citatus,per quod ostenditur bãnum ipso iure nullum. ff.quæ senten.sine appel.l.j. §. ex edicto. quæritur an sit audiendus? & videtur ꝙ sic.quasi nunquam bannitus: quia bannitum accipere debemus ritè condemnatum.ff.de re iudi. l.si se non obtulit. §.condemnatum. Item exhæredatum accipere debemus ritè: vt ff.de contrata.l.non putaui.§. quæsitum.Item testamentum accipimus ritè confectum. de verb.signifi.l.Paulus.ff.de pœ.l.si quis aliquid. ff.quẽ admo.test.aper.l.tabellarij.j.respon. ecõtra videtur quòd etiam non iure testamentum factum dicatur:vt d.l.tabellarij.j.respon.ff.de tabel.exhi.l.j.§.siue autem.nam dicitur testamentum donec fuerit dictum & declaratum nullum esse.ff.de iniur.rup.& irri.test.l.nullo.Sol.dicit do. Dy.di
d ctum bannitum audiendum[d] esse per l. ff. de fal. l.si quis
28 lega.in princ.& argu. eorum quæ ibi not. † Item pone contineri in statuto ciuitatis quòd potestas in condemnationibus & absolutionibus maleficiorum faciendis conuocet certos sapientes, quorum consilio procedat ad absolutionem & condemnationem:nunc potestas condemnauit vel absoluit non conuocatis sapientibus vel conuocatis non tamen fuit secutus eorum consilium, & occurrit sæpius de facto: quæritur quid iuris? Et primò videtur quòd non teneat quod factum est.argumen. ff. de instit.l.si pupillus.§.conditio.C.de acquir. pos. l.penul.& l. cõsilio.ff.de cur.fur.§.cum dementis.l.j.ff.de exer.§.si plures.ibi,sed si sic præposuit &c. ff.de acquiren. hæredit.l.si quis mihi bona.§.iussu.& §.rectè.& glo.ibi posita.in ver. sed quid.ff.de admiist.tuto.in l.Titium.in princ. ff. man. l.diligenter.ff.de arbit.l.non distinguemus. cum simili.& extrà de elect.cap.cum in veteri.& cum olim.de arbitrijs. Item contra videtur.ff.de condit. & demonst. l. cum tale legatum.§.fine arbitrio.Titij.& l.filiæ.ff.de lega. j.& l.turpia.§.j.& l.Titium & Męuium.§.j. ff.de admiist. tuto.l. quidam occidens. §. Papinianus. & ff. de arbit. l.non distinguemus.§.quæsitum.Sol.dicit quòd absolutio vel cõdemnatio valeat & teneat:& dic plenius vt dudum notaui Bononiæ in quæstionibus statu.quarum copia est cui-
29 libet iudici. † Item pone in statuto contineri quòd pro certo maleficio imponatur certa pœna: puta centum lib. Et in eodem volumine statutorum inuenitur aliud statutum quod generaliter imponit aliam pœnam pro omnibus maleficijs modo quæritur quod statutum sit seruandum? respondeo quòd illud generale non derogat statuto speciali,quod certam & determinatam pœnam imponit.l.si quis procurator. ff. de procura. l. si quis duo. ff. de admiist.tuto.l.sanctio legum.ff.de pœ.extrà de rescript. cap.j.& quia generalis clausula non refertur ad ea de qui bus specialiter est dictum.l.doli clausula. ff.de verborum
30 obligat. † Item pone contineri in statuto ciuitatis Castelli.quòd nullus compellatur restituere rem quam publicè & sine fraude emit,nisi precium integrè ei fuerit restitutum:contingit de facto quòd in Aretino fuerunt boues duo derobati & ducti ad ciuitatem Castelli & ibi vẽditi fuerunt vbi erat dictum statutum:modo quæritur an ipsum statutum noceat Aretino quominus possit boues habere, nisi pretium soluat eorum.Et primò videtur obstare:nam cum ibi litiget, debet leges illius loci seruare, & non dedignari eis vti.argu. C.de senten. & interlocut. omnium iudic.l.cùm Papinian. nam qui Iudæum conuenit,Iudæorum ferias cogitur obseruare,vt C.de iudæ. & cœli.l.die sabbato. actorem debet rei legibus subiacere: nam actoris differtur actio, quia pupillus est reus.C.de carbo.edic.l.j.& ij. Itẽ actori denegatur de dolo actio, quia est reus honestus: vt ff.de dol.l.non debet.nempe, ipsius loci consuetudo vigeat, in quo quæstio ventilatur.argu.ff.de euic.l.si fundus qui.ex eodem loco in quo agitur rei petitæ,æstimatio terminatur.ff.si certum petat. l.vinum.quid plura lex videtur expressa quæ dicit legem loci vbi agitur spectandam esse.ff.de var.& extraord.cri. l.j.§.in homine.lex dicit legem ciuitatis ad alienigenam posse protendi.C.de emancip.lib. l.j. C. de suscep. & archa.l.iij.actor enim sequitur forum rei, ergo debet illud cum commodis suis & incommodis sequi. C. de bonorũ pos.l.j. Item si statuta Castelli quæ sunt pro Aretino bona,libenter ea statuta inducet pro se: ergo male facit qui petit id cuius contrarium non esset postulaturus.argu.ff. de solu.l.penul.Præterea in iudicio quasi contrahitur: vt ff.de pecu.l.sed si licet.& ff.de tute.& rat. dist.l.defensor. vnde sicut ratione contractus qui sortitur forum, sic debet sortiri ratione litis quam facit Castelli. nam & dici consueuit: cum fueris Romæ &c.ff. de offic. præsid.l. obseruare.§.pœna. ff. de vsu.l.j.j.respon. nam & imperator statuit nauigantes maritimis legibus subiacere: vt ff. ad legem Rhod.de iact.l.penul. Econtra videtur, arg. ff.de iurisdictione omnium iud.l.fi. Item qui præcepta in non subditos facit,quasi nil operatur:vt C.qui pro sua iurisd.dari pos.l.j.nam si hoc esset verum,iam liceret Castellanis statuere quòd omnes sui subditi alijs quibus essent obligati non tenerentur,quod esset iniquum: vt arg. ff.de eo quod certo loco.l.non vtiq;. j. respon. porrò hoc statutum pro Castellanis factum est: ergo prodesse vel obesse alijs non debet.arg.dicta l.fina.de iurisdict. omniũ iudic.video enim quòd si priuilegiatus cum priuilegiata concurrat,quòd vtitur quilibet iure cõmuni:ergo si alienigena cum alienigena litigat, vtitur quilibet iure communi:vt C.de iudæis.& cœli.l.iudæi.& in auth. de sanc. epis.§.sed hoc præsenti.ff.de mino.l.verum.§.penul.nam imperator qui est dominus mundi, suis tantum & non alijs legem imponit.ff.ad legem Rhod.de iact.l.penul.& C.de summa trini.& fide catho.l.j.prætera rescripta prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipis petenti prosunt,si alijs non inferant lesionem: quan
tomagis hoc in statuto est seruandum.C.de præci. impe.
offe.l.rescripta.Solu.secundùm do. Dyn. & in hac opin.
fuit Mar.de fa.& etiam sunt omnes docto. communiter,
quòd statutum non obsit: quia statuta terrarum dicuntur
propria ipsius ciuitatis: ergo non sunt ad alios porrigen
da.C.de legi.& constit.princ.l.ij.æqualitas enim iam liti
gatoribus non adesset, si alter ex litigatoribus alienum
suo proprio iure offenderet: quia lex abhorret: vt C.de
fructi.& lit.expen.l.j.& etiam non videtur honestum q
ratione loci vbi agitur iustitia varietur: vt C. de temp.&
reparat.l.j.§.fina. verum si aliquis forensis deliquisset in
territorio Castelli:tunc ille punietur secundùm statutum
illius ciuitatis.quod dic plene vt suprà de pœn. §.sed po
31 ne quæstionem. †Sed ponè quòd in ciuitate illa Castel
li sit aliquod statutum quod faciat contra reum & pro
actore forense: modo quæritur, an possit retorqueri con
tra ipsum actorem? & videtur quod non: quia æqualitas
in iudicijs & arbitrijs est seruanda: vt ff. de arbit. l.si de
meis.& l.si cum dies.§.penul.& l.fina.C.de fruc. & lit.ex
pen.& quia reus non potest postulare vt statutum serue
tur contra actorem:vt suprà & quis non potest postulare
cuius contrarium non esset postulaturus contra actorem
l.penul.C.de sol.l.ratas.C.de rescind.vendit. econtra vi
detur quod statutum loquitur generaliter &c. Item
quia potestas iurauit seruare statutum.Solu.dic quòd nõ
debet seruare per iura prædicta & alia suprà allegata in
32 alia proxima quæstione. †Quæro pone fore bannum
missum per ciuitatem super aliquo facto faciendo vel nõ
sub certa pœna: aliquis venit contra dictum bannum,
e quæritur nunquid excusetur ᵉ eo quòd dicat se non audi
uisse & ignorasse bannum missum esse? & videtur quòd
talis excusetur.argumen.ff.de iurisdictione omnium iu
dicum.in l.si quis id.& quia si iudex vult eum de scien
tia redarguere, habet hoc necesse probare. ff. de probat.l.
verius.& facit.ff.de decre.ab ordi.fa.l.fin. Item quia non
præiudicat proscriptum nisi ita pro scribatur, quòd ab
omnibus legi possit & intelligi.ff.de instito. l.sed & si pu
pillus.§.proscribere.& facit. ff.de origi. iur. l.ij.§.is itaq;.
Item quia vox præconis &c. C.quomodo & quando iu
dex.authen.qui semel. & sic ratione ignorantiæ excusa
tur.C.de tabul.exhi.l.generali.ff.de his qui not.infa.l.ge
nero.nam & hæres ignorans testatorem occisum,si post
ea testamentum aperiat, hæreditate non priuatur.ff.ad
Sillania.l.si quis in graui. Econtra videtur quia hæc lex
est quæ debet sciri ab omnibus. C. de legib.l.leges.in au
then.vt fact.nouę constit.§.ij.& argumen.bonum contra
illos qui dicunt se ignorasse bannum.ff.de publi. l. inter
dum.§.seruí qui in fuga.Solu.distin. quia si erat præsens
non excusatur: quia est in culpa.ff.de verborum signifi.l.
late.si erat absens,excusatur.argu.dictarum legum. Si nõ
erat absens,non excusatur.ff.de probat. l. ei qui. & argu.
C.de procu.l.ij.& qui dicit se remotum,debet hoc proba
re dicta l.ei.& argum.C.de contrahen.& committen. sti
33 pula.l.optimam. Mart. de Fano. †Pone quæstionem
de facto sæpius occurrentem: quidam erat custos carce
ris,qui promisit bene custodire, & semper personaliter
prę|entare se coram potestate,& soluere id totum in quo
de ea causa carcerati fuerint condemnati: qui fecit pro se
Titium fideiubere, qui promisit eum præsentare &c.
Item potest poni de eo qui habet licentiam armorum,
vel de illo qui pro crimine quodam promisit:vt suprè mo
do ille talis aufugit cum quodam carcerato,vel commisit
cum dictis armis quoddam maleficium: qui citatur quòd
compareat: & quia non venit, ponitur in banno commu
nis,& præcipitur fideiussori. quòd eum repræsentet sub
pœna in promissione apposita: & quia eum repræsentare
non potest, condemnatus est fideiussor in centum lib.
modo quæritur an fideiussor illam condemnationem sol
uere teneatur: qui fideiussor allegat quòd non potest di
ctum principaliter repræsentare occasione dicti banni.Et
videtur quod fideiussor non teneatur primò tali ratione:
dicit lex,quòd si promisi aliquem sistere in iudicio,debeo
facere eum sistere in eodem statu,& conditione,& causa:
vt ff.si ex noxa. causa aga. l. ij. quod secus est hic, ex eo
quia promisit sistere in iudicio non bannitum: ergo non
est eadem causa,cum ipse sit bannitus vt instit. de hære.
quali.& diffe.§.seruos.vbi dicitur,quòd mutata persona,
mutatur causa. Item alia ratione: quia si ipse fideiussor
solueret pro principali, posset petere à communi vt cede
ret iura & actionem contra principalem:vt ff.mand.l.Pa
pinianus.ff.qui potio.in pigno.hab. l.mulier. quia habet
actionem mandati contra eum:sed cum sit bannitus de ci
uitate sua per postestatem & in perpetuum non reuersu
rus:nõ potest commune dare iura & actiones saltem per
sonales: obstante ergo exceptione cedendarum actionũ,
non tenetur fideiussor: quia per commune factum est
quominus possit cedere actionem vt legitur. ff. de solu.l.
Stichum.§.penul.vnde si commune petat à fideiussore:di
cet fideiussor,dolo facis quia petis.& habet exceptionem
doli.ff.de do.excep.l.si opera. Item non debet de eodẽ
delicto bis quærere: vt ff.nau. cau.stab.l.licet. Item si
quis aliquem indicio sisti promisit, & ipse mortuus sit,
non tenetur.ff.qui satisda. cogan. l.si decesserit. nam iste
qui est bannitus habetur pro mortuo, quò ad actus ciui
les: vt ff.de bono.pos.secundùm tabul. l.j.§.filium. & sic
æquiparatur impossibili præcepto: & impossibile præce
ptum non valet: vt ff.quæ senten.sine appel.rescin. l.Pau
lus.in fin. Item pro hac parte bene facit.ff.si quis caus.
l.sed & si quis. in princ. econtra videtur quòd fideiussor
teneatur. argumen.ff.qui satisda.cogan.l.si verò pro con
demnat.Item alio argu.ff.de pact.l.tale pactum.§.fin.vbi
tale pactum factum pro mortuo, valet. Item facit.ff.de
accus.l.ex iudiciorum. Item argu. ff. de fideicom.liber.l.
cum quæritur.Solu.saluo consilio meliori ita videtur di
stinguendum: quia aut iste fideiussor citatur & ei præci
pitur vt repræsentet principalem ante bannum ei datum,
aut postea:si enim ante bannum, dico fideiussorem indi
stinctè teneri si reum principalem non repræsentauerit:
vt ff.qui satisda.cog.l.si decesserit.ff.si quis caus. l.sed & si
quis si autem hoc fiat post datum bannum, dico fideiusso
rem non teneri.argu.dictarum legum.vnde bonus & cau
tus iudex primò citabit fideiussorem, & præcipiet quòd
repræsentet reum,& si hoc non fecerit cõdemnabit eum,
& postea faciet citari principalem: & si contumax fuerit,
faciet eum banniri.vel secundùm do. Odof. & verius.q
si pro eodem maleficio vel excessu pro quo fideiussor fue
rit condemnatus,vel in banno posito:quòd propter ban
num propterea fideiussores non releuantur:quia iam cir
cuuenerunt viam per quam fideiusserunt: quod esse nõ
debet.ff.de iudi.l.ij.& C.vnde vi. l.meminerint. si autem
condemnatus fuit propter aliud crimen: tunc dicit quòd
fideiussores excusantur, & principaliter promittens. arg.
ff.qui satisda.cogan.l.si vero.ff.si quis cau. l.sed & si quis.
sed & si fideiussor soluere non potest, nec etiam potest
principalem præsentare,offerat se defensioni ipsius: & sic
fideiussor non poterit condemnari nisi ad pœnam qua
condemnatur principalis: & hoc si crimen respiceret pœ
nam pecuniariam,& quòd fideiussor possit defendere:cũ
34 hoc dicat.l.sancimus.C.de fideius. †Quæstio talis est.
dum potestas sederet in iure pro tribunali, præcipit cui
dam alleganti de iure suo ne amplius loqueretur sub pœ
na centum lib.ille tamen fuit locutus : quæritur vtrum
potestas possit illi pœnam inferre? Et primò videtur q
non: nam dictum præceptum videtur potius voluntatis
quàm sententiæ. C.communia de lega.l.epistolas. per to
tum. Item quia potestas debet audire omnium desideria.
ff.de offic.procon.& leg.l.nec quicquam.§.circa aduoca.
vnde quod est factum contra legem,non tenet. l.non du
bium.C.de legi. Item quia non debet excandescere ad
uersus eos,quos malos,putat.ff.de offic.præsi. l.obseruan
dum. Item quia non licuit ei alicui facere iniuriam.ff.
quod metus causa.l.continet igitur. in fi. ff.de iniur.l.nec
magistratibus.Item quia vtebatur iure suo & iure excu.
non

non habet iniuriam.ff.de iniur.l.iniuriarum. §. j.de liber.
ho.exhi.l.ij.§.j.de regu.iur.l.nullus.de dam.infec.l.Pro
culus. Item nemo debet ius suum dimittere indefensum.
ff.de petit.hære.l.illud quoq;. Item quia potestas non cau
sa cognita,sed per calorem id dixit: ergo non valet.ff.de
regu.iuris.l.quod calore.ff.de diuor.l.diuortium. de pub.
l.licitatio.& quia illud præceptum fuit sine causa, ideo
non valet:vt ff.de suspec.tut.l.ij.§.fina.& de transac. l.cũ
hi.§.causa.ff.de his qui not.infa.l.ij.§.ignominia. Itẽ quia
impossibile præceptum iudicis non est seruãdum. ff.quæ
senten.sine appel.rescin.l.fin.nec etiam turpe siue inhone
stum.ff.de arbi.l.si cum dies.§.compromisso.& quod con
tra bonos mores fit,dicitur impossibile.ff.de condit.insti.
l.filius.& l.conditio. nam hoc præceptum est contra bo
nos mores,cùm patienter debeat potestas audire &c.ecõ
tra videtur, quia edictum prætoris non debet esse il
lusorium.de iudi.l.cum prætor.ff.ne quid in lo. publi.l.fi.
C.de bon.quæ lib.l.cùm non solum.§.fin. Item quia iu
dex potest vim inferre subditis gratia oneris quod susti
net.ff.quod metus causa.l.continet.Item quia licet ei de
fendere suam iurisdictionem pœnali iudicio. l.j.ff.si quis
ius dicen.non obtem.Item potest denegare suam iurisdi
ctionem non obtemperantibus.l.licet. & l. si per pectorẽ.
§.sed cum decreto.ff.ex quib.cau.ma. Item quia ille fuit
inobediens:& contumacia pœnam accumulat. ff. de pœ.
l.relegati.Item quia non videtur dolo carere, qui ius di
centi non obtemperat.ff.de re iudi. l. nemo potest. & ex
dolo suo nemo debet præmium reportare. extrà de do. &
contuma.c.cum contingit.ff.de do.l.ne dolo. C. de leg.l.
legata.ff.pro soc.l.verum.§.hæc quæ. Itẽ quia potestas
debet comminari.ff.de admin. tutor.l.tutor.§.si depositi.
de offic.præfe.vig.l.non solent. §. j. de offic. præfe.l.iij.§.
eum portionis.Item quia à tali præcepto potuit appellari
C.de appel.l.cum multis.C.quãdo prouo. non est necess.
l.certa ratione.quod cum non fecerit,videtur præceptum
approbasse.C.quomodo & quando iudex.l.ij.C.de sent.
sine cert.quant.profe.l.fin. Item quia potest iubere alicui
ne exeat de domo sua.ff.de interdi.& rele.l.fin.Sol.secun
dum do.Guid.de Suza.& vt aliàs Bononiæ me præsente
fuit per peritiores consultum:dic pœnam exigi non pos
se,cùm præceptum fuerit nudum & factum absq; causæ
cognitione. & hoc per l.filiusfamil. §.diui fratres.ff.de le
35 ga.j.& ff.de lega.iij.l.pater.§.Iulius agrippa. †Item po
ne contineri in statuto, quòd banniti pro maleficio non
possint exire de banno. quidam bannitus prodidit pote
stati plures derobatores qui suspensi fuerunt & mortui:
cui bannito promiserat potestas pro hoc eum facere can
cellari de banno,& eum cancellari fecit: quæritur an va
leat cancellatio illa sine licentia consilij facta? & primò vi
detur quòd sic:quia congruit potestati purgare prouin
ciam quam regit malis hominibus : vt ff. de offic.præsi.l.
congruit.& l.iij.extrà de offic.ordi.c.j.specialiter de inqui
sitione.§.quando.ver.iij. Item potestas concessit vtiliter
negotium communi: ergo debet per commune haberi ra
tum.ff.de nego.gest.l.Papinianus. Item quia publicum
est & vtile posse secure per itinera commeare.ff.de his qui
deiec. vel effu.l.j. Item quia seruus recipit libertatem,
qui manifestat necem domini sui. C. ex quib. cau.seruus
perue.ad liber.l.j.& ij. Item quia ille bannitus non de
bet decipi autoritate potestatis.C.de his qui ve.ęta.impe.
l.j.potuit enim potestas hoc facere, scilicet purgare pro
uinciam malis hominibus. C. de carc. pri.l.j.& quoties
cunq; aliquid conceditur alicui,& id videtur esse conces
sum sine quo explicari non potuit.ff.de iurisdictione om.
iudicum.l.ij.ff.de sponsa. l. oratio. Item videtur casus.
ff.de re mili.l.non omnis.§.à Barbaris.& §.fin. & l. deser
torem. §. fina. Item quia iste bannitus liberatus est,in
obligatione non debet amplius deduci.argu.ff. de solu.l.
qui res.§.aream. Item publica vtilitas præfertur priua
tæ.ff.pro soc.l.accusare. §. Labeo. econtrà videtur quod
dicitur de prætore tutore:vt ff.de pact.l.tutores. & l.impe
rator.C.de pact. l.tutore. Item magistratibus ciuitatũ:
quia ciuitas potest restitui vt minor. C.ex quib.caus.ma.
l.respublica. Item non est dubium quòd bannum fuit
positum voluntate consilij:ergo ita debet dissolui.ff.de re
gul.iur.l.nil tam naturale. Item si quis pronuncietur li
ber non interueniente iusto contradictore,non tenet pro
nunciatio.ff.de collu.detegen.l.non iusto.Item facti quæ
stio in arbitrio est iudicis:pœnæ verò persecutio legis au
toritate mandatur.ff.ad Turpil.l.j.de pœ.l.diui fratres.C.
de pœn.l.j. Item isti non potest remitti pœna nisi ab
imperatore:vt ff.de pœn.l.actor.& ff.de pœ. l.relegatorũ.

Item bannum fuit cancellarum contra salutem ordinis
iudiciorum,non tenuit ergo cancellatura:vt C.de his qui
ad eccl.confu.l.præsenti.& de senten. & interlocu. omn.
iudicum.l.prolatam.ergo ipso iure non tenet. C. quando
prouo.non est necess.l.ij.ff.de re iudic.l.Paulus.nec etiam
potestas potest alicui concedere quòd ædificet in public.
vt ff.quod vi aut clam l.prohibere.§.planè.& de offi. pro
cur. cæsa.l. j. & inuitarent homines ad delinquendum,
quod esse non debet:vt C.de Iati.lib.tol.l.j.§.sed ne seruũ.
Solu.dic quòd valet cancellatio,per l.j.ff.de re mili.l.non
omnis.§.à Barbaris.& l.transigere. ff. ad Velleia. l.j.& ij.
§.antepenul.& §.deinde.& C.quib.cau.ser.acci.pro præ
mi.liber.l.j.& ij. Item quia in hoc vertitur publi. vtili
tas,quæ præfertur priuatæ:vt C.de offic.rect.prouin.l.po
tior.Saluo quod si statutum esset ita præcisum & iuratũ,
quod non possit absoluí:vt de hoc ponitur suprà circa pri
mam partem huius tituli.§.sed pone quod ciuis. quia tũc
dico quòd banni cancellatio ipso iure sit nulla:quia quod
contra legem factum est,ipso iure non subsistit. C.de legi.
36 & constit.l.non dubium. †Insuper pone quæstionem
quæ de facto contingit de qua supra posui sub rubric. de
bo.mali.§.sed pone quod statutum est quòd omnia bona
homicidæ debeant publicari. Quidam vendidit domum
& possessionem non tradidit:postea commisit homicidiũ
pro quo positus est in banno,& condemnatus, & omnia
sua bona sunt publicata communi:quæritur nunquid illa
domus in qua stabat & morabatur tempore dicti homici
dij sit publicata communi dicta venditione non obstan
te.Et videtur quòd emptor possit dictam domum defen
dere: quia semper statur instrumento donec probetur cõ
trarium.C.de probat.l.cum precibus. Item quia factus
est dominus per traditionem: & videtur casus expressus:
vt ff.de donat.l.post contractum. Econtra videtur ex eo
quia videtur venditio facta in fraudem: & ideo reuocan
da ex illo edicto.de his quæ in fraud. credi. vt eod.titu.
per totum.& fuit obligatus : vt instit. de oblig. quæ ex
deli.nas.& ff.de actio.& oblig. ad iuris ciuilis regulas.ne
maleficia remaneant impunita.vt ff.ad legem Aquil.l.ita
vulneratus.in fin. Item quia daretur materia delinquen
di,quod esse non debet.C.si aduer.vendi.l.j. & de vendi.
l.j.soln.dicit domi. Guliel. & alij sapientes, quòd si ille
malefactor tenebat & possidebat ipsam domum tempo
re maleficij,quòd debeat destrui & publicari secundum
formam statuti.argumen.ff.quib.mod. pigno. vel hypo.
f sol.l.qualis imaginari.& quòd sit simulata ᶠ venditio be
37 ne facit.C.de distra.pig.l.si in vacuam. † Item pone in
statuto contineri quòd omnia bona homicidæ debeant
applicari hæredi interfecti tam mobilia quàm immobilia
g modo quæritur nunquid nomina debitorum ᵍ sint appli
canda his hæredibus? & videtur quòd sic. quia tanquam
immobilia veniunt in restitutione dotis. C. de rei vxor.
actio.l.vna.§.& vt plenius. Item appellatione bonorum
& nomina continentur.ff.de verborum signifi. l.bonorũ.
Item immobilium continentur nomina incorporalia: vt
institu.de rerum diui.§.pœna.& de rebus corporali.Item
tempus statuitur in præscriptione longi temporis.l.fina.
Econtra videtur quòd omnia bona veniant diuidenda.
ff.famil.erciscun.l.illud.cum duabus legi. sequen. Attа
men ista non veniunt.ff.famil.erciſ.l.ij.& ea quæ in nomi
nibus. Item idem si idem essent nomina & res mobiles &
immobiles, cur diuersis nominibus vocarentur: vt C.de
codicil.l.si idem.item cum statutum dicat tam bona mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

bilia quàm immobilia, melius est verbis edicti seruire. ff. de excu. l. j. §. vt ergo. Solu. dico quòd hæredibus interfecti non applicentur nomina per leg. ff. de lega. iij. l. vxore. § concubinæ. & ff. de lega. ij. l. grauis. j. respon. vbi dicitur quòd in bonis non intelliguntur nomina debitorum legata, vel pecunia ad nomina facienda: vt ff. de pœn. l. quã
38 tum bonis. §. hoc amplius. † Circa finẽ præsentis tituli huius pono quæst. quam commodius inserere potuissem sub rubri. de banni. pro malefic. Continetur in statuto ciuitatis quòd bannitus pro maleficio impune possit offendi, sicut euenit in qualibet ciuitate tam Lombardiæ quã Tusciæ. modo quæritur nunquid bannitus aliquis pro maleficio possit sine pœna occidi? Et primò videtur quòd non multis rationibus. Quid enim si ille bannitus erat bannitus ex tali delicto ex quo mortem debebat incurrere, nec ad mortem erat condemnatus quomodo morietur manu ministri si sententia iudicis mori debeat: cum non plus veniat in executione quàm in sententia: & executio non debeat formam condemnationis excedere: vt ff. de appella. l. ab executione. & C. de appella. l. si quis prouocare. nec vlterius debeat protendi metus quàm reperiatur delictum. vt C. de pœn. l. sancimus. C. de commu. de succes. auth. omnes peregrini. Secunda ratione, nam certum est quòd huiusmodi statutum ciuitatis appellatur consuetudo, vt colligitur. ff. de fer. l. iij. §. diuus. & nihil aliud sunt quàm quædam ciuium conuentiones: vt colligitur. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fina. & certum est quòd huiusmodi conuentiones non excusant quem à pœna: quia non habent effectum: vt ff. de verborum significat. l. generaliter. & l. sequen. Tertia ratione, nam lex est expressa quæ exulem agentem admittit, & eum non repellit: vt ff. de mino. l. Papinianus exuli. si enim impunè liceret offendi, frustra diceret agentem admitti: quia licita puniri non debent: vt C. de adulte. l. Gracchus. & de admituto. l. scimus. & de confirm. tut. l. si vt proponis. Quarta ratione, videtur quòd ex forma talis statuti nulla præstetur autoritas ex eo quòd talis concessio est merum imperium: & quæ sunt meri imperij, videtur quòd regẽtes prouinciam soli habeant, non ciuitas vel castrum: vt ff. de offic. præsi. l. illici. §. qui vniuersas. & in auth. de defen. ciui. §. nulla. & §. audietur. Quintò, quia dato quòd statuto tali continetur quòd ex qualitate licet offendere: aliud est enim occidere, aliud offendere. nam propriè offensio partis continet læsionem, & quasi nihil aliud est quàm nocere: sed occidere est hominem occidere & extinguere, sicut colligitur. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. Sexto, si verbum offendere videtur generale vt posset vtrunq; complecti: tamen quia lex est odiosa, ad mitiorem partem redigenda est: vt est. ff. de pœn. l. præses. & l. interpretatio legum. & de liber. & posthu. l. cum quidam. Septimò, quia tale statutum videtur iuri gentium ac diuinæ legi obuiare: quoniam præceptum est diuinæ legis non occidere: quoniam homo homini insidiari non debet: vt institu. de oblig. quæ ex delic. nasc. in princip. & ff. de ser. expor. l. si seruus. & ff. de iustitia & iure. l. vt vim. nec par in parem imperium habet: vt C. de leg. & commu. l. dign. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestati. ff. de arbit. l. nam magistratus. multominus inferior in superiorem imperium exercebit. argu. sumpto à maiori vt ex eis legibus colligitur. Octauò, quia hoc inuitare videtur quem ad malefaciendum, & dicendum, & delinquendum, & sic valere non debet talis ciuium conuentio: vt ff. de pactis dota. l. conuenire. C. de iudic. vid. tollen. l. j. quòd esse non debet, cùm nõ debeat ex lege oriri maleficium sed ius & iustitia, vt C. vnde vi. l. meminerint. Econtra videtur quòd liceat talem bannitum occidere multis rationibus. nam certò certius est, quòd potest per legem dari priuato occidendi autoritas, sicut pro hoc multæ sunt leges vt C. de his qui ad ecc. confu. l. iij. & de adult. l. Gracchus. & ff. de fisca. l. iij. §. trãsfugas. & ff. ad legem Aquil. l. iij. in princ. Cum igitur lex municipalis pro lege habeatur, & ius à ciuitate voceẽ: vt ff. de iustit. & iure. l. omnes populi. & insti. de iure natu. §. ius autem. quare hanc autoritatem inter suos præstare nõ potest non video, cùm statutum vincat legem in loco vbi factum est. & maioris autoritatis sit quàm lex generalis in eo municipali. ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. ff. communia prædio. l. venditor. §. constat. Secunda ratione, quia huiusmodi exbãniti exceptuati sunt ab omnium ciuium præmijs, & ciues esse desinunt, sicut sumitur. ff. de pœn. l. qui vltimo. & sunt similes excõmunicatis, quibus actus iudiciorum sunt clausi. vt extrà de except. §. iij. & dicta l. quiv ltimo. de publi. iud. l. is qui. & ff. de iniust. rup. l. si exhæredato. Tertia ratione: nam si existen. non augetur pœna quæ sententia continetur nihil operaretur statutum, quod esse non debet: vt ff. de legi. l. si quando. Quarta ratione: negare non potest quin occisus dicatur offendi, sicut ex verbo offendere, tam generaliter omnia continet: vt ff. de re mili. l. in fraudem. in fin. Et verbum generaliter prolatum, generaliter est intelligendum. & postquam lex offendentem reddit immunem ab omni pœna eum exemisse videtur quocunq; modo offendat: vt ff. de adulte. l. j. §. & autem. & vbi lex non distinguit nec nos: vt ff. de of fic. præsi. l. iij. & de pub. l. de precio. & Quinta ratione: nã contumacia auget pœnam, vt ff. de pœn. l. relegati. & l. capitalium. §. in exulibus. & auth. bona damna. §. inter. tales enim damnati eximuntur: quia pœnas refugiunt. & dubitari non videtur, quia propter hanc fugam vltra quàm fuissent condemnati grauantur. grauantur enim, quia nec capitalis efficitur capitalis, vt dicto §. in exulibus. Sexta ratione: quia si dicatur quòd lex municipalis est ambigua, hæc ambiguitas est interpretanda contra contumaces, qui nituntur pœnas effugere, non contra exequentem: vt ff. de pact. l. veteribus. & l. Labeo. §. cum lege. sic & consuetudo interpretari videtur vt patet omnibus: quia videtur homines bannitos occidi sine pœna: & sic ab ea consuetudine non est recedendum. vt ff. de legi. l. si de interpretatione. & l. minimè. Solu. dupliciter potest solui hæc quæstio. vna per viam rigoris, alia per viam æquitatis. per viam rigoris, cùm consuetudo generaliter sic interpretari videtur seu videatur: & talis omnium opi-
h est vt possit occidi[h]: à tali opin. non est recedendum vt ff. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. asinam. sic propter contumaciam de non capitali efficitur capitale vt dicto §. in exuli. & sic plus venit in executione quàm in sententia propter contumaciam. Secunda via est distinguendum, ex quo delinquens sit condemnatus & exbannitus: vt si sit ex delicto quod ingerat pœnam mortis occidi possit, aliàs non. sic aliàs distinct. ff. de bonis damna. l. v. j. ij. iij. iiij. respon. hanc quæstionem sic determinat domi. Mar. de fano.

ADNOTATIO. a ¶Quòd sic. Adde Petr. de Ancha. consi. clix. vbi dicit, quòd fugiens ad porticum ecclesiæ gaudet eius immunitate. pro quo facit quod voluerunt do. de Rota decis. eiv. de præben. quod habens expectatiuam ad præbendam in aliqua ecclesia vacatiuam, quòd si vacet præbenda in cœmiterio, quòd illa debetur. Ber.

b ¶Publicandum. Adde videndum Alexan. consi. xxiij. & consilio cxviij. lib. ix. & consi. xcix. & vide Oldra. consi. xvij. Ber.

c ¶Proijcit in terram. Adde quòd idem consuluit Rapha. Cuma. consi. xcv. Ber.

d ¶Audiendum. Adde Petr. de Ancha, consi. vj. Ber.

e ¶Excusetur. Adde Roma. consi. lix. Francis. Aret. consi. cx. Ber.

f ¶Simulata. Adde vt per Petr. de Ancha. consi. celij. & Roma. cõsi. cclxxvj. Ber.

g ¶Nomina debitorum. Adde an appellatione bonorum mobilium & immobilium veniant iura & actiones. d. Car. consi. cxxij. Bart. consi. lxxx. Ber.

h ¶Occidi. Adde Pau. de Cast. consi. cxciij. & xxxiij. in primò impressis. An. consi. clxxvij. Ber.

Quæstio an in loco domicilij seu originis possit cõtra aliquem inquirere de maleficio alibi commisso.

SVMMARIVM.

1 *Potestas Florentiæ an possit inquirere contra eum qui commisit homicidium in territorio. Senensi: & hoc quia ille malefactor ratione domicilij & originis erat de iurisdictione illius potestatis.*



Licet finem Imposuerim præsenti libello, adhuc tamẽ intendo quatuor quæstiones subijcere, quæ de facto fuerunt. vna in ciuitate Florentiæ tres in ciuitate Senarum, cùm ibi assiderem. Cum quidam nobilis & egregius aduocatus de ciuitate Pistorij venisset ad Balne. districtus Senẽ. nomine. d. Vaninus de Bo. d. Mane. de la scala de Flor. existentes Flo. tractauit & ordinauit eum quodam suo nepote & tribus assassinis, quòd irent & occiderent eundem do. Vanni. in distrectu Senen. qui fuerunt & eundem occiderunt prope Senen. per miliaria duo. quibus malefactoribus aliqui Senẽ. præstiterunt auxilium & fauorem tunc: modo quæritur an dictus do. Mane. posset accusari Sennæ & puniri vbi homicidium est cõmissum ex mandato & tractatu à Floren. suprà habitis. & de hac quæst. hîc vltra non scribo: quia de ea plenè posui sub rubr. vbi & quo loco punitur delinquens. in vlti. §. Alia quæst. fuit etiam Sennæ quia quæsitum fuit vtrum dicti malefactores deberent puniri secundùm statuti & consuetudinis ciuitatis Senen. an verò secundùm ius commune. & ad hanc quæst. dic pro & contra: vt not. suprà de pœn. §. pone quæst. quę tota die occurrit de facto. Tertia enim quæst. fuit Sennæ quia quæsitum fuit an dicti auxiliantes deberent puniri pari & eadem pœna qua pœna puniti fuerant malefactores prædicti & occisores: de qua quæst. dic vt etiam not. suprà de homic. §. item pone quòd Titius &c. † Quarta verò quæstio fuit ciuita. Flo. quoniam statuto communis Flo. continetur quòd potestas Florentinorum possit de quolibet homicidio & alijs certis delictis inquirere, in quibus sibi datur arbitrium etiam puniendi. modo potestas Florentię volebat inquirere contra eum nepotem & assassinos de homicidio per eos commisso extra eius territorium in districtu Senen. ea ratione, quia ratione domicilij & originis erant de iurisdictione ipsius: quęsitum fuit nunquid posset? & primò videtur quòd non multis rationibus. nam vbi ipsi deliquerunt, scilicet Sennæ illius iuri subiacere debent: vt C. vbi de cri. agi oportet. auth. qua in prouincia. & l. j. ff. de accu. l. si cui. §. pe. & ff. de re mili. l. desertorem auditu. in princip. & ff. de offic. præsi. l. iij. & ff. de iudic. l. venditor. ergo videtur prohiberi quod alio loco non fiat punitio: vt ff. de iudic. l. cum prætor. & C. de procura. l. maritus. Item quia iniuria tantùm est facta potestati. Senen. in cuius territorio maleficium est commissum & non potestati Floren. & ille videtur esse contemptus: vt ff. de iniur. l. si quis. & ff. si quis ius di. non obtem. l. j. etiam potestati Florentiæ non videntur fecisse iniuriã vel offensam, cùm ei non habeat extra suum territorium obedire: vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. j. de iurisdi. omnium iudic. l. fina. apparet itaq; quòd potestas Florentiæ nõ potest inquirere: quia inquisitio fit ad vindictam publicam vlciscendam, quæ debet per partes ciuitatum vlcisci & non occultari. vt in auth. de mand. princ. §. quod si delinquentes. & in auth. de arbit. §. scimus. vnde si potestas Floren. inquireret de iniuria facta potestati Senarum & eius communi, cum in eius territorio maleficium sit commissum. hoc autem facere non potest: quia iniuriam factam alteri nemo vindicare potest, sed suam tantùm: vt ff. de iniur. l. iniuriarum. Item si diceret quòd aliqua iniuria ex hoc sit facta potestati Floren. vbi delinquentes habent domicilium: tamen potest dici quòd potestas Senarum habet vtriusq; vindictam: ideo quia principaliter ipse iniuriatus est sicut pater, cuius principaliter interest vindicare iniuriam factam filio: qui suo & filij nomine eam vindicat: vt ff. de iniur. l. sed & si vnius. §. ait prætor. & §. filiofa. vnde cùm magis eius intersit, ipse debet præferri in vindicando, sicut dicimus in publico crimine: quia ille primò admittitur, qui propensiore dolore venit ad faciendam vindictam, & cuius magis interest: vt ff. de accu. l. si plures. & ff. de adult. l. j. §. fin. fit enim iniuria per seruum principaliter domino. vt insti. de iniur. §. seruus. & sicut per filium fit patri iniuria: vt institu. de iniur. §. pariter. sic etiam fit iniuria per subditum iudici & potestati illius loci vbi delinquitur. nam delinquens dicitur subditus illius loci in quo delinquitur, quantum ad hoc vt puniri possit. & meritò dico: quia sicut per filium iniuria fit patri, sic fit iniuria domino seu iudici per subditum. Administratores enim vocantur potestates: & ita dicuntur subditos possidere, sicut pater filios. in auth. vt iud. fine quoquo suffra. in §. eos autem. & §. si autem. vnde dico quòd quando malefficium committitur, duplici via potest agi seu procedi: vna per viam accusationis, quando iniuriatus vult accusare: & tunc potest agi in loco vbi maleficium est commissum & ibi facilius cognoscetur non obst. aliquo priuilegio: vt in auth. vt omnes obed. iud. prouin. §. considerantes. & in loco vbi quis accusatur habet domicilium: vt C. vbi de cri. agi opor. l. j. potest & per inquisitionem procedi ad denunciationem officialium, vt in casibus not. suprà in hoc opere. in j. rubr. in versi. sed quis per inquisitionem principaliter vindicat iniuriam publicæ factam. vnde illa via potest procedi per eum iudicem in cuius territorio illa iniuria est facta: & quòd ei tantùm sit facta iniuria, & non ei vbi habet domicilium, patet: nam cum quis veberatur, dicitur toti populo fieri iniuria. arg. ff. de iniur. l. quod senatus. ff. de pu. vec. & com. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. ff. de fideiuss. l. si à reo. & omnibus redditur, quod vni pro voto omnium indulgetur: vt C. de aduo. diuer. iu. l. restituendæ. nec obst. si obijcias, hoc est in contractibus, quòd si haberem domicilium Floren. & contraho Sennæ quòd vtroq; possum conuenire, per l. ff. de iudi. l. hæres absens. §. fi. quia alia ratio est in contractibus, quã in delic. In contractibus ideo fit, quia interlocutione vel diffinitione quæ fertur à iudice loci cõtractus fieret præiudicium reo, & in rebus quas habet in loco domicilij: vt ff. de bon. auth. iudi. pos. l. cum vnus. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. vnde non est mirum si est inductum quòd in loco domicilij possit cõueniri, cùm & sine hoc fieret præiudicium sibi. sed secus est in delictis: quia iudex loci quo delictum est factum, non posset aliquid in absentem statuere in loco domicilij: quia de facili poterit hoc facere iudex: vt præalleg. §. considerantes. nã etiam si fuerit delinquens alibi, transmittitur ad iudicem loci delicti, vt d. auth. qua in prouinc. nec dicat aliquis q̃ hodie fiat transmissio de vno loco ad alium: quia licet nõ videatur peti, nec hoc fieri, tamen propterea lex non tollitur: quia princeps non est qui eam legem faciat obseruari, nec propterea iurisdictio ei attribuitur, nec habet: nec enim ex eo quòd puniendi essent, debet eis hoc præmissi tribui: vt arg. C. de hære. l. curiales. nisi fortè præscriptio hæc scilicet punire quis alium sibi subditum in alieno territorio delinquentem: & tanto tempore fuisset vsus cuius memoria non extaret: quia aliàs non posset, cùm iurisdictiones non habent perpetuam causam: vt ff. de serui. l. seruitutes. ff. de aqua plu. arc. l. iij. §. si fossa. & l. fina. sed istud non posset consuetudo optima, quòd malefactor non deberet puniri: quia istud male inuentum esset, & male adiunctum. & tales consuetudines neq; ex longo tempore confirmantur: vt in auth. vt nul. iudi. §. nulli verò. his rationibus videtur quòd illi Floren. non potuerunt etiam accusari coram potestate Floren. nec poterit ex officio per inquisitionem procedere contra eos: & si contra fecerit, non valet tanquam factum à iudice qui non habet iurisdictionem in hoc: vt C. si à non compe. iud. l. j. ff. de regu. iuris. l. factum. Econtra videtur quòd potestas Floren. poterit inquirere, procedere & punire contra malefactorem sibi subditum: quia ipse habet iurisdictionem in subditos cognoscendi, & puniendi tam in criminali quã in ciuili vt ff. de offic. præsi. l. iij. Item quia lex dicit, quòd de criminibus cognoscitur tribus modis, scilicet vbi commissa sunt, & vbi domicilium habet reus, & vbi inchoata sunt, non opposita fori præscriptione: vt C. vbi de crimi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agi opor. l. j. & ita semper intelligenda est lex illa. vnde minime sunt mutanda, vt ff. de le. & com. l. miníme. Item quía in contractibus istud verũ est: quía si contraho Sennæ & domicilium habeo Florentiæ quòd vtrobiq; potero conueniri: vt ff. de iud. l. hæres absens. §. vlt. sic etiam si delinquo Senis & in loco delicti & domicilij potero cõueniri. nam quò ad ius fori, paría sunt contractus & delictum: vt ff. de iud. l. omnem. in auth. vt omnes obe. iu. pro. §. consideran. & no. hîc Accur. super dicta l. hæres absens. Item qua ratione potest iudex prouinciæ in qua delinquitur punire delinquẽtes de alieno districtu ratione delicti: ea ratione potest cognoscere & punire qui habet iurisdictionem in eos ratione domicilij & originis: quía qui libet eorum habet iurisdictionem in eos. nec propterea tollitur priuilegium & iurisdictio sui iudicis. & postea per delictum alibi commissum, hoc idem aliàs concedi-tur, scilicet punire. argu. C. qui potio. in pignor. habean. l. assiduis. in fin. Item quía sicut iudex extra suam prouinciam existens, potest negotium in sua prouincia delegare & tenere delegatum: vt ff. de offic. præsi. l. fi. ita eo in sua prouincia existente potest animaduertere, multo magis in suum subditum: quía si cõceditur ei quod plus est, & id quod minus est videtur. in vtroq; debet idem ius stari: vt ff. de verborum obligatio. l. à Titio. & sic videtur q; possit apud potestatem Floren. conueniri de delicto vbicunq; commisso. nec audientur si vellent dicere, volumus remitti & puniri apud iudicem loci vbi deliquimus: quía actoris est eligere forum in quo velit reum conuenire: vt ff. de eo quod certo loco. l. sceuola. §. qui stichum. secus autem est si in eo loco plures mihi competant iudices, vt in scholari, quía tunc reo competit electio: vt C. ne filius pro patre. auth. habita. persona enim delinquentis est illa quæ in se iurisdictionem exercuit. ei iudi. quía aliàs non habet in eum nisi ratione delicti iurisdictionem. vt in auth. de mã. prin. §. quod si delinquentes. nam dicit ipsa lex. iudex puniat delinquentes. intellige ergo vbicunq; deliquerint, dummodo sint suæ iurisdictionis: vel ratione originis seu domicilij, vel ratione delicti vel ratione consensus: cùm indefinita æquipolleat vniuersali: vt ff. de seruit. vrba. præd. l. si seruitus. si est suus iudex, de iure potest pronunciare condemnationem cognoscendo: quía in eo consistit ius. ff. de verborum signific. l. notione. vt suprà & ff. de iudi. l. de qua re. Item si potestas Floren. potest procedere per accusationem: vt suprà dictum est, debet posse per inquisitionem: quía illa duo æquiparantur à iure: quía in quacunq; causa reo exhibito siue accusato existet, siue cum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet examinatio fieri vt noxius puniatur, & innocens absoluatur. & sic patet quòd eadem forma in vtroq; seruatur. & sic eo modo quo potest procedi per accusationem, potest & per inquisitionem vt C. de custod. reorum. l. j. & sic potestas Floren. potest punire omnes de sua prouincia & iurisdictione delinquentes & mala committentes, non distinguendo vbi illa maleficia sint commissa: vt ff. de officio præsi. l. congruit. Item & aliàs potest ex suo officio procedere: quía præcipit Imperator, quòd iudex debeat ex officio suo inquirere latrones, violentias, iniurias, & alia delicta vt in auth. de colla. §. iubemus. Item alia ratione: quía si accusator nõ apparet, inquisitio facta ex officio supplet defectum accusatoris quantum ad effectum. Vnde quod potest iudex in vno, potest & in substituto; vt ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. & ff. de ser. expor. l. quæsitum. Solu. secundùm domi. Odofr. dic quòd primò nõ obst. dubium, quòd in tribus locis potest quis conueniri & ideo si Floren. delinquit in iurisdictione Sennæ, potest accusari coram potestate Floren. & hoc quía idem in contractibus. Verùm si potestas Floren. vellet ex officio per inquisitionem procedere, nõ posset: quia regula est, quod sine accusatione nemo damnatur: vt ff. de mu. & ho. l. rescriptum. §. si quis. nisi in casibus quos not. s. in hoc opere in prima rub. & ideo non posset per inquisitionem procedere. & hoc dico locum habere, nisi delictum esset commissum Floren. sed si proceditur de iure communi, vel ex lege municip. & maleficium non in sua iurisdictione cõmitteretur per suum subditum, vt in casu nostræ quæstio. dic quòd tunc non posset ex suo officio inquirere: quía licet ipse posset per viam accusationis, q; reus ratione originis vel domicilij dicitur subesse suæ iurisdictioni. vnde si accusetur, & ibi necesse habet respondere: nõn ea ratione quía deliquit, sed quía etiã est de suo foro, licet eum puniat de delicto si fuerit probatum. sed ex suo officio inquisitionem facere non potest: quía inquisitus sit, quía deliquit. & prædicti quantum ad iudicem Floren. non deliquerunt. vnde potestas non habet ius inquirendi de delicto alibi commisso. Etiam commissum alibi inter duos subditos: quía ratione huius non habet iurisdictio. in eos sed habet iudex loci vbi est commissum delictum vt ff. de offic. præsi. l. j. sed iudex Floren. habet iurisdictionem in eos non ratione delicti alibi commissi. sed quía sibi tenentur coram eo respondere, si volunt remissionem petere fieri sibi coram iudice in cuius territorio est commissum delictum quòd potest: vt suprà dixi. est. & sic patet & verum
a est quòd Floren. potestas non potest[a] per inquisitionem procedere. Nec obst. quod dicit, aut omnes delinquentes puniri: quía intelligo legitimo modo per ius accusationis vel inquisitionis, quando maleficium est commissum in suo territorio, & sic casus vbi possit inquiri. Item nec ob. iura cano. quibus cauetur triplici via posse in maleficijs procedi: per accusationem, inquisitionem, vel denunciationẽ: quía illud locum habet contra prælatos ratione officij sui: & potest eos remouere ab administratione: quía sic est etiam iure ciuili contra tutores vel curatores: vt ff. de suspe. tut. l. j. §. j. vel dic quod licet illud obtineat iure cano. non tamen obst. iure ciuili, quo iure imponitur pœna sanguinis & mortis, non iure cano. vt extrà de rapt. c. in archiepiscopatu. vbi enim maius periculum vertitur, cautius est &c. ff. de carbo. edi. l. j. §. sed & si quis. C. de appel. addictos. Ex prædictis itaq; patet solu. alterius quæst. videlicet, potestas Floren. non habet arbitrium in dicto maleficio, nec in quolibet alio, quòd extra suum territorium committetur. posito quod iniuriatus accusetur, & quòd via ordinaria procedatur. nam in condemnatione super accusatione non sequitur ipse viam arbitrij sibi concessi ex forma statuti: sed viam iurisdictionis: & ita sentiunt alij multi docto. & ab eis in quæstione de facto dixi & cognoui. Hæc quæst. fuit de facto Floren. & ex eodem homicidio. Aliæ etiam quæstiones fuerunt Sennæ, vt suprà posui &c.

ADNOTATIO, a ¶Non potest. Adde quòd Ange. in sua prima glo. in versi. quæro an de delictis commis. per subditum ratione originis, tenet contrarium, vt delicta puniantur. Bald. tamen consil. cj. v. lib. dicit quòd tutius est quòd procedatur per accusationem. & vide Alexand. consi. cxj. lib. j. & melius Abba. consilio xxiiij. Laus Deo beatæq; matri, necnon diuo Anto. patauino. Ber. Landrianus.

Alberti de gandino. I. V. doct. clarissimi libellus super materia maleficiorum nouiter cum pluribus exemplaribus manuscriptis reformatus, & à tenebris (quibus propter infinitos errores offuscabatur) Deo duce illuminatus explicit.

Bonifacij de Vitalinis de Mantua. I. V, doct. clarissimi tractatus super maleficijs, cum additionibus antea positis, necnon cum apostillis domini Hieronymi Chuchalon Hispani, & cum summarijs nouiter additis, vnà cum recenti recognitione, & cum tabula rubricarum in fine operis posita, Deo optimo maximoq; fauente, incipit.

SVMMARIVM.

1 Vindictam facere nullus præsumat sua autoritate & audacia.
2 Iudex ante omnia respicere debet ne quid durius aut remissius statuat quàm causa deposcat.
3 Iudices non debent præsumere iudicare secundùm eorum conscientias: sed iudicent solùm secundùm leges, & iura, & probationes sibi factas.
4 Iudex per ordinem iuris debet inquirere ueritatem modis licitis & concessis à iure.
5 Iudex debet in dubio potius absoluere quàm condemnare: & potius contra fiscum & commune loci, quàm contra personam priuatam pronunciare.
6 Iudex non debet esse nimium crudelis, nec de facili se mouere, nec literis in detrimentum alterius fidem adhibere: sed secundum iuris ordinem procedere.
7 Iudex non debet uerecundari corrigere errorem suum si erruerit.
8 Iudex non debet dissimulare maleficia sed solicitè inquirere: & ueritate reperta, delinquentes punire.
9 Iudex nec prece nec precio à iustitia declinare debet.
10 Iudices qui punire peccata differunt, ad iram Deum prouocant.
11 Iudex non debet habere nimiam familiaritatem cum subditis.
12 Iudex non debet statuta illicita audire: neque leges iniquas obseruare.
13 Leges & statuta contra legem Dei, uel legem naturalem, aut libertatem eccle siasticam non ualent.
14 Iurans seruare leges aut statuta quæ sunt contra legem diuinam, aut naturalem uel libertatem ecclesiasticam, non debet seruare.
15 Iuramentum quæ requirat ad hoc quod seruari debeat.
16 Iudex condemnando aliquem ad mortem uel ad membrum secundùm quod iura uolunt: uel peculiariter procedendo per uiam traditam à iure & secundùm allegata & probata non peccat, nec homicidium committit.
17 Carnifex qui mandato iudicis aliquem interficit aut membrum amputat, non peccat.
18 Iudices caueant ne timore, amore, prece, uel precio aliquid quòd sit contra Deum faciant: uel contra salutem animarum suarum, aut contra ius.

PROOEMIVM.

FOrmauit Deus omnipotens hominem de limo terræ, qui cæteris dignior est planetis & elemẽtis. Planetas & stellas fecit ex igne. Flatus & ventos ex aëre. Volucres & pisces ex aqua. Homines & terra meantes, ex terra. Fecitque hominem ad imaginem & similitudinem suam: & ipse se immiscuit multis delitijs & iniquitatibus, propter quod hominum malitia subcre- 5
scente, diuino quodam motu leges & iura fuerunt adinuenta: vt humana coërceretur audacia: et vt inter malos homines quietè viuere possent boni. Et ideo ius prodi- 6
tur, vt malorum appetitus noxius sub iuris regula limitetur. Et homines discant honestè viuere, alterum non
1 lædere, ius suum vnicuiq; tribuere. † Et vt nullus præsumat sua autoritate & audacia vindictam facere: quía iuris rigor est ideo in medio constitutus, ne quis autori-
2 tate propria vltionem deposcat. † Sed ante omnia oportet iudicantem respicere, ne quid procedendo, aut iudicando durius aut remissius faciat, quàm causa deposcat.

Neq; enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est: sed perpenso & iusto iudicio, prout quæq; res & causa exposcit statuendum est. Sed tamen in leuioribus causis & negotijs promptiores ad leuitatem & benignitatem iudices esse debent. In grauioribus quidem & atrocioribus delictis seueritatem legum, cum aliquo benignitatis temperamento subsequi. Debent etiam iudices habere ante oculos Deum & æquitatem, non declinando à dextris, neq; à sinistris: nec excandescere aduersus quos malos putant. Nec precibus nec lachrymis aliquorum illachrymari: quía non est constantis iudicis neque recti: cuius animi motum vultus detegit. ff. de pœnis. l. respiciendum. ff. de offic. præsid. l. obseruandum. ff. quod certo loco. l. quod si epheſi. † Nec præ- 3
sumant iudicare secundùm eorum conscientias: vt faciũt multi iuris & iustitiæ ignari: sed solùm secundùm leges & iura & probationes sibi factas: licet aliud viderint oculata fide, vel habeant in conscientia sua quàm sit probatum: nisi eis esset notum vt iudici, quod esse debet.

Nam omnis cuiuscunq; dignitatis sit leges seruare debet: & secundùm ipsas iudicare. in authen. de iudicijs. §. omnes autem. collatio. vj. in authen. de mandatis principum. §. & non permittitur. collatio. iij. & in authen. iusiurandum quod præstatur ab his. §. j. ibi, æquum &c. col. ij. vel secundum statuta loci. ff. de iustitia & iure. l. omnes. & institu. de iustitia & iure. §. ius ciuile. dummodo statuta sint iusta, vt ibi not. Et ita nec in absoluendo, nec in condemnando sequentur ipsorum conscientias priuatas: sed solùm secundùm allegata & probata legitimè procedant & iudicent: vt ff. de officio præsidis. l. illicitas. §. veritas. Sequentes exemplum Christi dicentis. Mulier, quis te accusat? & ipsa respondens ait. Nemo domine. & dominus dixit. Nec ego te condemnabo. & tamẽ ipse sciebat verè mulierem deliquisse: cum ei nullum lateat secretum. ipse enim solus scrutator est cordium & omnia nouit: & tamen ipsam noluit iudicare, præbendo nobis exemplum, nisi probationibus conuinceretur: vt x. quæstio. iij. summopere. iij. quæstio. vij. iudicent. ij. quæstio. j. Deus omnipotens. & extrà de officio ordi. capitu. j. & ij.

† Oportet etiam iudicem per iuris ordinem veritatem licitè inquirere, modis licitis & concessis à iure: vt C. de edendo. l. is apud quem. de iudic. l. iudices. Nec debent modum nec formam à iure traditam excedere: vt ff. ad municip. l. constitutionibus. quía transgressio à forma vitiat quod agit: vt ff. manda. l. diligenter. C. de sententia & interlocutoria omnium iudicum. l. prolatam. extrà de restitut. spolia. capitu. pisanis. §. fina. Secundò ita ordinatè procedere debet veritate reperta, vt rectam & iustam ferat sententiam: vt institut. de officio iudicis. in principio. Iuxta illud. Rectè iudicate filij hominum: & diligite iustitiam vos qui iudicatis terram. non debent etiã iudices irasci in iustitia facienda vel exequenda: vt C. de pœnis. l. si vendicari. quía ira impedit animum, ne quis possit cernere verum. debent etiam quemlibet patienter audire & benignè, & diligenter attendere. Solicite veritatem inquirere, cum magna solennitate, solertia & deliberatione iudicare: non subitò, vel repente. Sed sententiam suam legere & relegere, corrigere & emendare: & ita quòd secundùm ius & iustitiam pronuncient: vt C. de sententijs ex pericu. recitan. l. secunda cum similibus.

† In dubio potius absoluere quàm condemnare: & potius contra fiscum & commune loci, quàm contra priuatam personam pronunciare: vt ff. de actio. & oblig. l. arrianus. de iure fisci. l. & non puto. † Nec debet esse iudex 6
nimium crudelis, nec de facili se mouere, nec literis in detrimentum alterius fidem adhibere. extrà de accusatio. cap. inquisitionis. §. j. sed secundùm iuris ordinem procedere, & veritatem iuris inquirere: & rectè postea iudicare. Ita vt secundùm scientiam accusæ vel inquisitionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententia dicatur.extrà de accusatio.cap.qualiter & quan
7 do.de simo.cap.licet. † Nec verecundetur si errauerit
suum corrigere & emendare errorem: vt ff. de reg. iuris.
l.si librarius errauerit.extrà de accusatio.qualiter & quan
do.primo, quia melius est se corrigere ipsum,quàm in pu
11 blico verecundiam sustinere & succumbere. Et sapien
tis est mutare consilium suum, & in melius reformare.
Quod enim factum est incautè, emendandum est. extrà
8 de sacra.non rei.cap.primo.& fi. † Non enim debet iu
dex dissimulare maleficia, & maximè grauia: sed solicitè
inquirere, & veritate reperta delinquentes debita pœna
punire.ff.ad legem Iulia pec.l.iiij.§.mandatis. quia venia
12 audaciam præbet delinquendi.C.de pœnis. l.si operis. &
extrà de translatio.cap.quando. Imo iudex qui reper
tum facinus non iudicat, vt conscius delicta criminosi
sustinet: vt xxiij.quæstio.iij.cap.inferenda. Negligere
enim cum possis pereutere peruersos,nil aliud est, quàm
fauere.ij.quæst.vij.negligere.nam purgare debet prouin
ciam suam quam regit malis hominibus: nec distingui
tur vnde sint.ff.de officio præsidis. l.iij. & congruit. quia
rectorum proprium est corrigere criminosos &c. non ta
men debet ad clamorem populi vel tyranni aliquem de
linquentem absoluere, vel insontem condemnare: quia
vanæ voces populi non sunt audiendæ.C.de pœnis.l.de
curionum.ff.eod. l.ad bestias damnat. Populus enim est
monendus, non sequẽdus &c.nec timere clamorẽ populi
vel tyranni: sed cum audacia iustitiã exequetur. Beati
enim erunt,qui propter iustitiam persecutionem patiun
tur: quoniam cum probati fuerint, accipient coronam
vitæ: extrà de renuncia. cap. nisi cum pridem. §.verum.
nec debet cauere quid os malorum malè loquatur: quia
natura malorum est malè loqui.vnde scriptum est. Non
enim curandum est quid os malorum male loquatur, dũ
modo nõ deuiemus à tramite ipsius veritatis.extrà de vo
9 to.cap.magnæ. † Nec debet iudex prece nec precio à
iustitia declinare: quod si fecerit, audi quid dicit scriptu
ra. Veh vobis qui corrupti estis prece vel precio:qui tra
cti odio vel amore dicitis bonum esse malum, & malum
esse bonum: ponentes tenebras esse lucem,& lucem tene
bras:mortificantes animas vestras, quæ non moriuntur,
sed in inferno sepeliuntur. Vos enim non attenditis
merita causarum,sed merita personarũ:nõ iura,sed mune
ra:non iustitiam,sed pecuniam. Non quid ratio dicat,
sed quid voluptas affectat:non quid lex sentiat, sed quid
voluptas cupiat. Non inclinantes animum ad iusti
tiam, sed potius declinantes. Pauperum causas cum mo
ra negligitis: diuitum lites cum instantia prouidetis.
In pauperes & debiles rigorem ostenditis: cum diuiti
bus mansuetudinem dispensatis. Egenos cum difficulta
te respicitis: potentes cum fauore tractatis. Pauperes
negligenter auditis, diuites subtiliter auscultatis. Clamat
pauper & nemo exaudit:loquitur diues & omnis applau
dit. Dues enim locutus est, & omnes tacuerunt.
Pauper locutus est,& dicitur ei, quis es tu? Clamat
16 pauper vim patiens: malus iudex eum non exaudit. voci
feratur, & non est qui iudicet. Pauperes despicitis: di
uites honoratis. O miseri qui iudicatis vosmetipsos: & fa
cti estis iudices excogitationum iniquitatum. In lege
enim præcipitur ita iudicare magnum vt paruum: ita
propinquum vt extraneum: ita amicum & inimicum:
quia apud Deum & iustitiam non est acceptio personа
rum: facit.ff.de rerum diui. l. finali. & ibi nota. Iudex
enim dictus est,quia ius debet dicere: quod non potest,
si non est in eo iustitia. extrà de verborum significatio.c.
forus. §. iudex. Et malorum impietati fauet, qui eis ob
10 uiare cessat. † Iudices enim ad iram Deum prouocant,
qui peccata punire differunt. Nam malos punire & bo
nos iubleuare & defendere, eorum officium est. Princi
pes seculi & rectores malis & perfidis ignoscere non de
bent: imò diligentissimi rectores habentur, qui malos
& perfidos homines persequuntur & puniunt. nam cor
rigendum est quod male & illicite factum est: sed tamen
pro qualitate peccati pœna est infligenda: quia crimen
pro iustitia punire non est crudele, sed pietas. Et varia
crimina varijs pœnis sunt affligenda. Sed tamen me
lius reputatur errare in misericordia, quàm in seueritate.
11 † Item non debet cum subditis nimiam familiaritatem
habere: vt ex hoc nascatur contemptio dignitatis, neq;
pati se à subditis contemni: vt ff. de officio præsidis.l.
obseruandum.neque debet iudex pauperis in mala causa
12 misereri: quia non debet à iustitia declinare: nec licitum
est cum alterius detrimento alteri subuenire: nec est aufe
rendum à diuitibus, nec subtrahendum egenis: vt legi
13 tur in decretis. † Et non debet statuta illicita audire, &
leges iniquas obseruare. † Nam si sunt contra legem
Dei, non valent: cum minor non possit tollere legem
sui superioris: vt ff.de arbitris.l.nam magistratus. Si sunt
contra ipsum ius naturale,non valent:quia iura naturalia
sunt immutabilia:vt institut.de iure naturali.§.penult. Si
sunt contra libertatem ecclesiæ, non valent: vt C. de sa
crosanctis ecclesijs.auth.cassa. Idem fortè si sunt con
tra bonos mores. argumento. C. de pactis. Iuxta illud.
Veh vobis qui conditis leges iniquas & seruatis eas.
Item lex debet esse honesta & iusta, & secundùm na
turam & rationem naturalem: aliàs non est lex nec ser
14 uari debet:vt iij.distinctione. c.erit autem lex. † Etiam
si quis iurauerit eas seruare. Ratio est: quia iuramentum
non debet esse vinculum iniquitatis.extrà de iureiurando.
cap. quemadmodum. & capit. quintauallis. licet dicatur
quòd omne iuramentum sit seruandum: vt extrà de iure
iurando.cap.cum contingat.quod verum est: nisi contra
salutem animæ: quia tunc non est seruandum. quia ani
ma cunctis rebus est præferenda.l.sancimus. C. de sacro
sanctis ecclesijs.& potius debemus omnia mala tolerare,
quàm in peccatum mortale consentire: nec videtur deie
rare hoc casu, cùm ex iuxta causa deierat. ff.qui satisdare
15 cogantur.l.finali. † Et est notandum,quòd in omni iu
ramento præstito vel præstando, iusta omnia inesse in
telliguntur,scilicet si Deo placuerit fieri quod iuratur: vt
xxij.quæstio.ij.beatus. Item si seruando iuramentum
peccatum non sequatur: nam tunc seruandum est: aliàs
si subsequatur peccatum,non est seruandum: vt dicto c.
cum contingat. Item si res promissa in eodem statu per
manserit: vt xxij.quæstio.ij,ne quis.ff.de solu.l.cum quis.
Item si seruata sit fides & promissio: vt extrà de iureiu
rando.cap.peruenit.& ff.loca.l.quæro. §. inter. Item si
possibile fuerit & honestum quod iuratur:vt dicto capit.
quemadmodum.nam ad impossibile nemo tenetur. ff. de
regulis iuris. l. impossibilium. Item si iuratur aliquid
immoderatum, vel præcipitur, non est seruandum: vt di
cto capit. quintauallis. & ff. de operis libe.l.si libertus.
Item si facultas faciendi adest, seruandum est: aliàs
secus. extrà de iureiuran.cap.breui. & ff.de verborum si
gnificatio.l.nepos.sicut & præceptum iudicis impossibi
le non valet: vt ff.quæ senten.sine appella.rescind. l.fina.
16 † Item nota quòd iudex in condemnando aliquem ad
mortem, vel ad membrum, secundùm quod leges & iu
ra volunt, vel pecuniariter procedendo per viam tradi
tam à iure, secundum allegata & probata, non peccat,
nec homicidium committit: quia non est peccatum ex
officio rectoris hominem interficere. Nec est iudex cru
delis, qui crudeles iugulat. Nec est autor sceleris malos
puniendo. Nec sanguinem effundendo, qui homicidas
sacrilegos & alios homines malos punit. quæ est ratio?
quia iudex,non occidit: sed ius & lex hoc faciunt. xxiij.
quæstio.v.qui malos percutit. Iuxta illud. Non patieris
maleficos viuere.& cap.dum homo.& cap.officia.& cap.
si homicidium. & cap. de occidendis. cum similib. Item
quia non facit sicut ipse,: sed sicut minister Dei & legis.
Nam minister Dei & legis est qui malos percutit. xxiij.
quæstio. v.qui malos percutit. Iuxta illud. Non patie
ris maleficos viuere &c. imò Deus placatur propter iu
stitiam: vt xxiij. quæstio. v. si quis igitur. nam in corre
ctione maleficiorum Deus placatur, cum ipse sit via,ve
ritas &

17 ritas & vita, & ipsa iustitia. † Item ille qui truncat ca
put, vel membrum, vel aliquem laqueo suspendit de
mandato iudicis, non peccat. Ratio est: quia exequitur
iustitiam, & est executor iudicis & iustitiæ. xxiij. quæst.
cap. miles. & cap.officia.cum simi. Nam sanguinem nec
scelus committit,vnde non est puniẽdus, etiam si ex hoc
officio nocentem interficit vel punit. Si autem non ha
bet officium puniendi, peccat & tenetur: vt dicitur. ho
micida est, qui publicam factionem vel officium non ha
bens,aliquem occidit: vt legitur in decretis. Securè &
sanctè igitur procedant iudices contra malos,& ipsos de
bita pœna puniant & castigent: quia non imputatur illi
qui ex officio sibi concesso tormenta exercet: aut capita
lem sententiam profert secundùm ius & iustitiam:vt legi
18 tur in decretis. † Caueant autem sibi iudices: vt nec ti
more, nec amore, nec prece vel precio aliquid faciant,
quod sit contra Deum & contra salutem animarum sua
rum, vel contra ius & iustitiam vel contra diuina manda
ta. Nam qui diuina mandata contemnit,seueriter coër
ceretur.de hoc not.plenè in text.& gloss.extrà de re iudi.
c.cum æterni.lib.vj.

Quid sit maleficium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium,crimen,excessus, & delictum,quid sint.*

CVm humana natura sit promptior ad delicta: & ideo lex sit prodita vt appetitus malorum noxius sub iuris regula limitetur: reipublicæ interest ne maleficia remaneant impunita. Iuxta illud.non patieris maleficos super terram:vt ff.de ædi.edic. l.iustissimè.ad legem Aquil. ita vulneratus. cum similib.
1 † Et ideo videamus quid sit maleficium. Dicitur autem maleficium esse male factum. Sic in simili dicitur iniuria esse,quod non iure fit.institut.de iniurijs.§.iniuria.vt no men sit consequens rei: vt institt. de dona. §. est & aliud.
Crimen verò dicitur peccatum accusatione & correctione dignissimum, vt lxxxj.dist. apostolus.& continet sub se omne peccatum ex deliberatione procedens: vt xxv.dist. cap.j. §.nunc autem. & §. crimina. Excessus autem potest dici legis transgressio.argu.ff.mandati.l.diligenter.& l.si quis pro eo.ibi,igitur &c. Delictum verò est genus generalissimum, comprehendens omne genus delinquendi.C.si aduersus delictum.l.j.

De his qui accusare non possunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusare qui possint:mulieres quando accusare non possunt: & in quibus casibus eis permittitur accusare.*
2 *Accusare qui prohibeantur.*
3 *Accusare prohibentur regulariter omnes prædictæ personæ de iniuria alteri facta: non autem si suam uel suorum iniuriam prosequantur, & aliis casibus ibi annotatis.*

QVia primò quærendum est de persona: vt ff. de iure codicillo.l. quidam referunt. Videamus de personis quæ non possunt accusare. † Et est notandum quod quilibet ad accusandum admittitur,qui non prohibetur,sicuti ad testificandum:vt ff. de testib.l.j. Prohibentur accusare interdum personæ, vt mulieres de iniuria alteri facta propter verecundiam
a sexus:vt ff.de accus.l.qui accusare. nisi in certis casibus [a]
b sibi concessis:vt in crimine falsi [b].ff.de accusa.l. ij. C. qui accus.non pos.l.vestra.& l.senatus. & l. non ignorat. l.& qui de crimine. Item si suam vel suorum iniuriam prosequãtur: vt ff.de accus.l.hi tamen. Item in leg. Iul. de annona:vt ff.eod.l.mulierem.ff.ad legem Iul. de annona. l.fina. Item in leg.Iul.maiest.ff.eod.l.in quæstionibus.
Item in crimine suspecti tutoris. ff. de suspec. tuto.l.j.
Item in crimine simoniæ & hæresis. extrà de diuor.c. de illa. Item in pupillari actione,si ad eam pertineat: vt
2 ff. de pupil. act. l. mulieri. † Item prohibetur pupillus infans: sed maior infante admittitur cum autoritate tutoris vt C.de auto.præstan.l.clarum.ff.de accus.l.ij. §. si verò.Sed adultus potest cum autoritate sui curatoris, per iura proxi.allega. Fallit tamen in adulterio alieno, vbi non admittitur etiam cum autoritate sui curatoris. ff.de adulte.l.si maritus.§.lex Iulia. Item prohibetur miles imperij,qui hodie non sunt nisi in certis casibus eis concessis: vt ff.de accusa.l.qui accusare. Item prohibentur infa
c mes[c].C.de infa.l.secunda.C.de digni.l.ij.§.prima. & l.crimen.nisi ipsi prosequantur suam vel suorum iniuriam:vt dicta l. Hoc tamen facit in casibus exceptuatis qui ibi not. & debet intelligi de infamia iuris & non facti.
Item prohibentur socij & participes criminis.C.de testib.l.qui liberi.& auth.ibi posita.Fallit in criminibus exceptuatis,infrà. Item qui transigit,vel qui pactus est de crimine: vt de transac. l. transigere.ff.de pactis.l.si vnus. §.pacta.extrà de accus.cap.veniens. Item qui accusat spoliatum,repellitur. extrà de restitu.spolia.frequens. lib.vj.
Item si est criminosus de aliquo crimine. extrà de exceptio.à nobis. Item persona vilis conditionis, vt meretrix, leno, tabernaria, ribaldus: vt extrà de spon. c.cùm in tua.de simo. cap.licet hely.& C.de secun.nupt. l.humilem. Item fratres & sorores inter se, nisi in certis casibus exceptuatis,infrà & non in leuibus criminibus. nam in his licet accusare: secus in grauibus, vt in homicidio, adulterio, & alijs capitalibus delictis: vt C. qui accusa. non pos. l.si virginem. & l. si sororem. Item pater non potest accusare filium nisi de iniuria sibi facta à filio:vt C. de his qui accusa.non pos.l. propter insidias. ff.ad legem Cornel.de fal. l. mandatum. Item si fuerit quis ab alio quo accusatus prohibetur alium accusare, vel ab alio accusari,nisi doceat secundus accusator de præuaricatione primi accusantis,& se ignorasse primam accusam ab alio institutam. C. de accus. l. qui de crimine. Item si quis fuerit accusatus ab aliquo, & accusator moriatur, nisi lapsi sint. xxx. dies. ff. de accusa. l.libellorum. in fin.ff.ad Turpillia.l.aut priuatum. Item prohibetur iudæus,hæreticus, & similes:vt x.quæst.j.cap.j.& ij. Item prohibentur magistratus alios accusare: vt ff. de accusa. l. qui accusare. Item qui recipit pecuniam ad accusandum vel non accusandum.ff.de fal.l.j.ad Turpil.l.j. Item qui aliam calumnioſam fecit accusam.nam qui semel est malus &c. vt ff.de accus.l.sicut.§.his debet. Item qui accusauit & sponte destitit ab accusatione: vt ff. ad Turpil.l.ij.
Item etiam qui tacitè renunciauit.ff.qui accus.non possunt l.si ea quæ. Item & ille qui accusat de adulterio, & excipitur contra eum de lenocinio: vt C. mand.l.mu
d lier. C. de adulte. l. ita. Item si accusator est pauper[d]: quia non habet x. aureos in bonis: vt ff. de accus.l.nonnulli. Item prohibentur filij accusare patrem familias. dominum seruus & vasallus, clericus beneficiatus episcopũ libertus patronum, & similes. C.qui accus.non pos.l.iniquum.& l.fina.& extrà de postu. cap. fina. ff.de obser.liber.l.honori.cum simili. Item & ille qui aliàs fuit condemnatus de aliquo publico crimine, vel est accusatus. ff.de publicis iudicijs.l.qui publico.& l.is qui. Item & laicus clericum accusare prohibetur,nisi in casu simoniæ, & similibus.extrà de accusa.c.cum P.& ibi per Ioan. Andræam in nouella not. Item clericus bene accusat clericum:vt dicto cap.cum P. Item repellitur inimicus,& qui cum eo cohabitat ab accusando. vt extrà de accusa.c. repellantur.& cap.cum oporteat. Item repellitur persona suspectæ vitæ & malæ conuersationis,vt homicida, fur,latro,raptor, & similes. extrà de testib. cap. testimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium. cum simil. Item conspirator, detractor. extrà de accusa.cap.cùm dilectus.cum similib. Item excommunicatus, interdictus, suspensus,& similes. extrà de exceptio.cap.exceptio.de probatio.cap.post cessionem. de re iudica.cap.ad probandum. Item publicus concubinarius vel fornicator. extrà de accusa. cap. cum dilectus.

Item histrio repellitur:vt iij.quæst.j.cap.j. Item qui aliâs fuit condemnatus de falso testimonio:vt ff.de accusa.l.iij. vel de alio famoso delicto: vt C. de dig. l.ij.libro xij. Item apostata, cùm sit infamis & excommunicatus: vt iij.quæst.iiij.si quis à suo,xj.quæstio. iij. si à verbis. C. de aposta.l.hi qui.& iij.quæst.iiij.cap.alicui.Item alūnus. C.eod.l.iniquum. Item accusans suum accusatorem: nisi prius se purgauerit &c. vt C. eod. l.neganda. Item si renunciauit accusationi factæ, postea accusare non potest. C. eodem. l. accusationem. & l. si ea, quæ crimen.

Item qui duos habet accusatos. C.eodem.l.cum rationibus. Item socius socium eiusdem criminis: vt C. de liber. causa.l.filium. Item si præsens accusat absentem repellitur, & econtra: quia non proceditur ad sententiam: sed bona absentis annotantur & describuntur: vt C.de accusa.l. absentem. Item qui promisit alium non accusare, vel negauit se accusaturum, repellitur: vt ff.de adulter.l.si maritus.§.si negauit. Item si iurauit non accusare.extrà de accusa. cap. veniens. Item & ille repellitur, qui aliâs tulit testimonium contra te:quia te non potest accusare: quia præsumitur inimicus: vt extrà de accusat.capitu. meminimus. Item minor[e]. xxv.annis de adulterio alterius repellitur, sed in suo, id est vxoris admittitur: vt ff.de adulteriis.l.si maritus.§.lex Iulia. Item si accusat sine libello sententiæ causa scripto.ff.de accusa. l.libellorum. Item si accusat de pupillari actio. & si persona quæ repellitur,vt mulier,& pupillus,infans & similes:vt ff.de pupil.actio.l.pupillaris.& l.mulier.& l.sequēti. Item si accusat nomine alicuius, vt procuratorio nomine: & hoc in publicis iudicijs:vt ff.de accus. l. penult. §.ad crimen. & hoc si imponatur pœna vltra relegationem: sed si infrà sit pœna imposita, tunc admittitur: vt ff. an caus.appel.per alium reddi pos.l.secunda.& ibi not.& ff.de accusa. l. ij. §.finali.vbi de hoc not.& C.qui accusari non possunt.l.secunda.Sed tutor potest accusare nomine suo,& ad vtilitatem pupilli sui. C. de his quibus vt indignis.l.polla.& ibi nota.Sed curator non accusat, sed adultus autoritate curatoris,vt de auth.præstan. l.clarum. & not.ff.de accusa.l.secunda.§.finali. Fallit etiam in actione iniuriarum: vbi admittitur procurator, vt C.de iure iurando.l.fina.de procurat. l. penult. & auth. ibi posita.

Item in omni causa vbi fallit infra pœnam relegationis: quia super procurator. vel alius pro alio admittitur. ff.de procurat.l.seruum.§.publicè. extrà de accusa. capit. veniens. vbi de hoc not. Item repellitur si quis accusat de crimine commisso ante xx. annos, propter temporis lapsum: vt C.de fal.l.querelam.extrà de except.cap.cùm venerabilis. Fallit in partu suppositio: vbi non currit tēpus accusandi.ff.de fal.l.qui falsam. extrà de pœnis officij. Item repellitur si quis accusat mortuum. C.si reus vel accusa.mor.fuer.l.prima & secunda.Fallit in crimine repetundarum.leg. Iuliam maiestatem. In crimine peculatus & rediuis:vt ff.de accusa. l.ex iudiciorum. vt ff.ad legem Iuliam maiestatem.l.si in crimine desertæ militiæ.C.de re militari.l.iij.libro xij. In veneficio mariti & vxoris.ff.de iure fisci.l.lucius.in crimine apostatarum & hæresis. C.de apost.l.apostatarum.de hære.l.iiij.& hoc
3 not.C.si re. vel accus. mor. fuer. l.prima. Et in summa
f not. quòd omnes prædictæ personæ[f] repelluntur regulariter ab accusando de iniuria alteri facta. Fallit tamen si suam vel suorum iniuriam prosequātur.nam tunc quilibet prædictorum admittitur in prædictis casibus & in alijs omnibus: vt ff. de accusa. l. hi tamen omnes. iiij. quæstio.v.omnibus. Item fallit in criminibus exceptis in quibus prædictæ personæ & similes admittuntur ad accusandum, denunciandum & testificandum quæ crimina sunt illa scilicet crimen læsæ maiestatis. C. ad legem Iuliam maiest.l.fina.extrà de simo.licet hely. Item crimen hæresis. C. de hære. l.manichæos. Item crimen simoniæ vt dicto cap. licet hely. & pluribus aliis. Item crimen fraudati cēsus,& fraudatę annonæ,& dilapidationis ecclesiæ:vt d.c.licet hely extrà de reb. eccl. non alien. cap.si quis præsbyterorum.ff.de accusa.l.ex iudiciorum. & l. rationem. la ij. saluo quòd in dictis casibus specialibus capitales inimici non admittuntur. extrà de simonia. cap.per tuas.

ADNOTATIO. a ¶Casibus. Sed an in his casibus teneatur se inscribere ad pœnam talionis vide quæ posui in addi.ad Ange. in verbo,necnon ad querelam. nume.xvj. in addi.super verbo,mulier.Hiero.Chu.

b ¶Falsi. Adde tu & intellige hoc procedere vbi falsitas circa testamenta est commissa.l.& si à te,C,de fal. secus in alia falsitate. ita Gandi,in tracta,malefi,in verbo,qui accu.possunt.

c ¶Infames. An istud procedat tam de infami infamia iuris quàm facti.vide per Abba.in c.j.de accus.Et adde ad materiam & intellige quòd quando iudex haberet arbitrium procedendi de iure & de facto:tunc infamis vel non legitimus accusator admittitur ad accusandum.ita Bal.in l.vbi pactum,per glo.vbi.C.de transac.

d ¶Pauper. Adde quòd hæc decisio non videtur habere locū in paupere fideli.de quo per Abba.in c.j.de accu.

ADDITIO.

Tu vide latius Ange.in tract.malefi.in verbo, necnon ad querelam.quæstio.xviij.nu.xxxiiij.vbi ad plenum.Hier.Chu.

e ¶Item minor.vide per Gandi.in hoc eod.titu. & per domi. in l.de pup.ff.de noui oper.nunc.per Ang.in tractatu malefi. in ver. necnon ad querelam.col.xj.

f ¶Personæ.vide Aug.in additio.ad Ange.in tract.malefi.in verbo, necnon ad querelam. nu.xxxix. versi.tene tamen menti &c. Hiero.Chu.

Qui accusari non possunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusari quæ personæ non possint.*

Equitur videre de per-
1 sonis quæ accusari non possunt.† Et quidē papa accusari non potest regulariter: quia cùm non habeat superiorem nisi solum Deum,accusari non potest:& non est subditus legi:sed lex sibi.extrà de concess. præben. cap. proposuit.ix.quæst.iij.nemo.& cap.aliorum. Fallit in crimine hæresis.de quo potest accusari.xj.dist. si papa. & tunc punitur à Synodo.xxxiij.quæst.v.c.qualiter. & cap. vos. & cap.ad fidem.vel punitur tunc à principe, idest imperatore.xxiij.quæst. v.c. princeps. Non potest accusari imperator ab aliquo regulariter,cùm legibus solutus sit: vt de legi.l.digna. Fallit in crimine hæresis,sacrilegio,periurio,voto fracto, & similibus.nam tūc accusatur coram papa,& punitur ab eo.extrà de sent.& re iud.c.ad aposto licæ.lib.vj.de homi.c.pro humani.lib.vj.de voto. c. licet.

Item non possunt accusari mortui:quia extinctum est crimen personale in personam ipsorum:quia mors omnia soluit:vt in auth.de monachis.& C.si reus vel accu.mor. fue.l.ij.& fin.Sed fallit in crimine repetundarum. le. Iul. maiest.& in crimine peculatus de resid. desertæ militiæ, veneficij mariti & vxo.in crimine apostasis & hæresis: vt not.C.si re.vel accu.mor.fue.l.j.& sequen.& ibi not.circa fin Item non accusantur illi qui in ius vocari non possunt tunc temporis: vt ille qui ducit vxorem: vel qui funus familiare prosequitur,vel qui litigali causa necesse habet sistere in certo loco:vel persona quæ religionis causa non potest discedere, & similes: vt ff.de in ius voc.l.ij.& iij.& se.& l.adoptiuū. Item nec legati,nec illi qui testimonij causa vocati sunt & similes:vt ff.de iudi.l.ij.§. legati.& se.dum absunt. Itē nec illi qui accusati sunt ab alio quo de crimine,nō possunt ab alio de eodem crimine accusari:vt ff.de ac.l.hi tamen.§. ab alio. Item nec absens de capitali crimine potest accusari:vt ff.de pœ. l. absentē.

Item

Itē clericus non potest accusari à laico nisi in casibus: vt extrà de accus.c.cum P.manconella. no. Item impubes de adulterio non potest accusari.ff.de adul.l.si minor.

Item condemnatus de aliquo delicto non potest de eodem ab alio accusari:quia non potest sæpius de eodē delicto queri: vt ff.nau.cau.sta.l.licet. Item in eo qui fuit semel absolutus,qui non potest de eodem ab alio accusari,nisi doceatur de prævaricatione primi accusantis,& se ignorasse primam accusationem &c. vt extrà de accu.c. de his verò. Item nec infantes,nec furiosi.ff.de sica.l.infantes. Item non possunt accusari qui reipublicæ causa absunt,nec legati prouinciarum,vel ambasiatores, vel similes:vt ff.de accus.l.diui fratres.C.qui accu.non pos.l.
a hos accusare. Item non possunt accusari plures[a],vt tres in eodem libello,vel vltra de diuersis delictis: sed duo sic fortè:vt ff.de accus.l.diui fratres.C.qui accusa. non pos.l. cum rationibus.not. Item nec magistratus, qui habent merum imperium:vt ff.de accus.l.hos accusare.& distingue,quòd aut illi magistratus delinquunt,aut contrahūt. Si delinquunt,aut ante officium aut post:si ante,non possunt conueniri: vt d.l.hos accusare.si verò post, & in ipso officio extorquendo à subditis,vel furtum committendo:
b tunc etiam durante officio[b] possunt conueniri vsq; ad finem officij:vt C.ad leg. Iul.repe.l.iubemus.de offic.præto.l.si quos.in auth.de diffe.iu.§.si verò. Et prædicta locū habent etiam in episcopo:vt in authen. vt apud proprios episcopos.§.fina.& C.de episc.& cler.l.omnes.& auth.ibi posita.Si autē magistratus extra officium delinquunt,possunt accusari,& vltra nō procedere:vt ff.de adult.l.si adulterium.§.fina. Si verò contrahunt & sunt de maioribus, qui habent merum imperium,non conueniuntur durante eorum officio.ff.ex quib.cau.maio.l.fin.& l.si per prætorem.§.ij.ff.de solu.l.si reus. de accusa. l. ex iudiciorum. de iudi.l.pars literarum.de offic.prętо.l.senatus.Si autem sunt de minoribus,vt quia non habent merum imperiū: & tunc conueniuntur etiam durante officio: vt ff.de iur.l.nam magistratibus.imò expectandum &c.ff.ad leg. Aquil.l.quemadmodum.§.magistratus. Sed quid in re ctoribus hodiernis,vt in potestatibus locorū? Respō. potest dici quod cùm potestates ex consuetudine & secū dum statuta locorum exerceant merum imperium,quòd idem obseruetur in eis quod in maioribus magistratibus dictum est suprà. In alijs autem officialibus,& iudicibus, & militibus,& notarijs,& similibus,quòd possunt conueniri sicut minores magistratus per iura superius allegata. Sed secundùm statuta terrarum & consuetudines non cō ueniuntur nisi finito officio, & tempore syndicatus ipsorum:& ita obseruatur vbiq; locorum.

ADNOTATIO. a ¶Plures. Vide Ange. & ibi posuimus in tractatu malefi.in verbo, necnon ad querelam. nume.lxv. Hieroni.Chu.

b ¶Durante officio. Adde tu quòd nedum durante officio talis officialis committens baratariam conueniri poterit,sed etiam de officio expelli.ita Bald.in d.l.iubemus.& ibi Ange.& Barto. in l.nec magistratus.ff.de iniur. Et adde quòd etiam in crimine adulterij durante officio officialis poterit conueniri.ita Alber.de Rosa.in l. si præses.C.de episc.audien.cum hoc quòd non procederet contra eum durante officio:sed præstabit cautionem quòd finito officio sistet in iudicio.

De procuratore defensore excusato, quando admittatur in criminali. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quis sit.*
2 *Accusatus nunquid poterit procuratorem constituere.*
3 *Procurator nunquid in causa capitali poterit interuenire ad opponendum exceptiones contra personam accusantis & iudicis.*
4 *Procuratori ut suprà an dabitur copia accusæ uel inquisitionis ut suas exceptiones declinatorias uel dilatorias formare posset contra accusatorem uel iudicem.*
5 *Accusatus uel inquisitus de crimine capitali, an possit constituere procuratorem ad dilationes petendas,testes producendos, & positiones faciendas, & similia.*
6 *Procurator defendens,an teneatur satisfdare de præsentando dominum.*
7 *Procurator comparens ubi potest ad allegandas causas absentiæ, dicens quòd accusatus uel inquisitus est absens causa reipublicæ, uel peregrinationis, uel alia causa,nunquid si uult probare causas absentiæ,auditur?*
8 *Dominus an possit defendere seruum in causa capitali?*
9 *Pater uolens defendere filium in causa capitali,an audiendus sit?*
10 *Infirmus grauiter si fuerit accusatus uel contra eum inquiratur, an teneatur mittere procuratorem ad se defendendum,cùm non possit comparere personaliter.*
11 *Infirmus si non mittat iudici ad se excusandum, an prætudicet sibi ut ualeant ea quæ fiunt contra ipsum infirmum?*
12 *Accusatus uel inquisitus citatus ut cōpareat ad se excusandum, si mittat procuratorem,an sufficiat?*
13 *Accusato aliquo uel contra eum inquisitione stante de adulterio, homicidio, uel simili crimine de iure communi imponitur pœna capitalis: si per statutum imponatur pœna pecuniaria,an in tali causa poterit procurator interuenire, & reum in tota causa defendere?*
14 *Statutum est quòd si accusatus uel inquisitus de crimine capitali fuerit citatus & non compareat, quòd habeatur pro confesso & confesso, & posit condēnari non obstante eius absentia:an poterit constituere procuratorem ad se defendendum in tota causa?*
15 *Statuto dicente quòd bannitus uel condemnatus pro homicidio uel aliquo alio delicto possit occidi: si Titius interficiat aliquem condemnatum, an poterit constituere procuratorem ad opponendum & allegandum quòd interfectus erat bannitus?*
16 *Procurator quare non admittitur in criminibus capitalibus.*
17 *Procuratore interueniente in causa capitali si ei non fuerit oppositum ante litem contestatam nunquid per eum facta in causa ualebunt?*
18 *Vniuersitas uel collegium an possit esse in omni causa criminali,agendo uel defendendo.*
19 *Accusatus est aliquis uel inquisitus de crimine capitali & citatur: Titius offert se ad illius defensionem & satisfdat de rato uel iudicato, an audiatur?*
20 *Procurator constitutus ad omnes causas, an intelligatur ad omnes præsentes & futuras?*
21 *Reus se defendendo an possit plures procuratores constituere?*
22 *Filius an possit patrem defendere in causa capitali?*
23 *Procurator constitutus ad omnes lites,an intelligatur de criminalibus.*
24 *Procurator constitutus ad omnes causas criminales, an ualet non facta specificatione de aliquo crimine.*
25 *Accusat & defendit quidam tanquam procurator antequam habeat mandatum:postea sit procurator, an ualeant ea quæ facta sunt ante mandatum.*
26 *Procurator regulariter in causa criminali publica uel priuata non admittitur in agendo,nec in defendendo:fallit in casibus ibi notatis.*

Procurator est qui negotia do-
1 mini eius,manda to administrat.ff.de procurator.l.j. † Item procurator dicitur, qui mandato domini lites exercet in agendo & defendendo, & alia faciendo, iuxta formam mandati.ff.de public.iudic.l.penul.§.ad causam. ff. an per alium causæ appel.exer.pos.l.prima.ff.de procurat. l. seruum.§.publice.l.alienam.& l.si procurat.ad vnam speciem. ff.manda. l.diligenter.C.de sati.l.prima cum simil. Et dico lites ciuiles & criminales:vt C.de transact.l.causas & lites.cum
2 superius alleg.extrà de pact.cap.tuæ. † Sed pone quòd aliquis est accusatus, nunquid procuratorem poterit constituere. Respon.in publicis iudicijs ex quibus imponitur pœna mortis, vel alia vltra relegationem, non potest, nisi ad allegandum causas absentiæ,excusationis,oppositionis,& simil. vt ff.de public.iudic. l.penul.§.ad crimen.Si autem contineat pœnam relegatio,vel infra, vel pœnam pecuniariam pro tali delicto: tunc potest semper procurator adesse ad omnia quæ causa desiderat: vt ff.de procurat.l.suum.§.publicè.ff.an per alium causa appella. exer.pos.l.prima cum simi.vbi de hoc notari solet. † Sed
3 nunquid in capitalibus iudicijs vbi non potest ad omnia procurator interuenire,vt dictum est: poterit interuenire procurator ad opponendum exceptionem contra personam accusantis: quia accusatio multis de causis repellitur: vt not.suprà de his qui accusa.non pos. Vt quia forte est pupillus, vel infans, vel seruus, vel inimicus &c. vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra perſonam iudicis: vt quia infamis eſt, qui iudex eſſe non poteſt: vt C. de dig. l. ij. lib. xij. vel excommunicatus. in cap. ad probandum. de re iudica. vel inimicus, qui repelli poteſt: vt C. de iudic. l. apertiſſimi. vel alio modo incompetens: vt C. ſi à non compe. iudi. l. j. & per totum, & idem in ſimilibus exceptio. dico. Reſpon. & videtur quòd procura. non poſſit interuenire: vt d. l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. ſed dic ſecundùm Odofr. quòd ſic: quia exceptiones opponere, & allegare ius domini, ſicut in cauſa ciuili, admittitur procurator ad tales exceptiones dilatorias & declinatorias opponendas: vt ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. fin. C. de exceptio. l. penulti. & fina. C. eod. l. ita demum. ita in criminalibus debet admitti. ff. de adulter. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. de requiren. reis. l. ij. de offic. præſidis. l. iij. Item etiam alia ratione: quia non reperitur prohibitum. ff. ex quib. cauſ. ma. l. necnon. §. ſed quid. ff. de proba. l. ab ea parte. Et quod admittatur procurator ne reus ponatur in vinculis ad exceptiones opponendas. not. extrà de accuſa. cap. veniens. & ibi plures docto. in hoc concordant, quòd admittatur procurator & audiatur in talibus exceptionibus op
4 ponendis. † Sed nunquid tali procuratori dabitur copia accuſæ vel inquiſitionis vt poſſit ſuas exceptiones declinatorias, & dilatorias contra perſonam accuſatoris, ſi adeſt, vel iudicis, opponere & formare? Reſpon. dicit quidam quòd non: ſed principalis debet adeſſe, vt ex vinculis cauſam dicat. ff. an per alium cauſa appel. l. j. §. planè. de requir. re. l. ij. Item quia in talibus non admittitur vbi corporalis pœna venit imponenda: vt ff. de pub. iudi. l. penul. §. ad crimen. Alij contra: quia hoc eſt abbreuiare ius rei, quod non licet: & hoc non reperitur prohibitum: ergo &c. Item ſi admittitur ad exceptiones opponendas, vt dictum eſt: debet copiam accuſæ habere vel inquiſitionis: cùm aliter non poſſit ſuas exceptiones formare: quia diuinare non cogitur. ff. ad legem Aquil. l. ſi putator. in fin. Item quia vno conceſſo, omnia intelliguntur cõceſſa &c. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ij. Item quia fauorabiliores &c. Item quia defenſionis facultas non eſt adimenda. C. de iure fiſci. l. defenſionis. Solu. vidi de facto conſilium plurium ſapientum pro parte quod non daretur copia per iura, ſuprà primò alleg. Sed tamen nomen accuſatoris & iudicis debet dari, vt procurator poſſit contra perſonas exceptiones opponere: argu. eius quod dicitur, quòd nomina teſtium ſunt exhibenda. extrà de accuſa. c. qualiter & quando. Io ij. §. debet. & quia primò conſtare debet de perſonis: vt C. de
5 procur. l. licet. & de iure codicil. l. quidam. † Sed nunquid accuſatus vel inquiſitus de crimine capitali poterit procuratorem conſtituere ad dilationes petendas, ad teſtes producendos, & poſitiones faciendas, & ſi. Reſpon. ſic, ſecundùm Odofr. & Guido. de Suzaria. ratio eſt: quia non reperitur prohibitum: ergo conceſſum. C. de relig. & ſump. fun. l. ſtatuas. ff. de proba. l. ab ea parte. Item procurator poteſt ad vnam ſpeciem conſtitui. ff. de procura. l. j. C. de procur. ſi ad vnam ſpeciem. Item illa fiunt ad defenſionem, & procurator poteſt defendere. ff. eo. l. ſeruum. §. publicè. & defenſionis facultas debet augmentari. C. de hæreti. l. quandoq. in fin. & de iure fiſci. l. defenſoris. Sed in Specul. eodem titu. de procurato. §. j. verſic. ſed nunquid media cauſæ contrarium videntur tenere.
6 † Sed nunquid ille procurator qui defendit, tenetur ſatisdare de præſentando dominum? Reſpon. ſic videtur. ne iudicium ſit eluſorium. ff. de iud. l. ſi prætor. & ne maleficium remaneat impunitum. l. ita vulneratus. ff. ad legẽ Aquiliam. Econtra quod non: quia nulla lege hoc cauetur expreſſe: & ſi hoc ius voluiſſet, dixiſſet. C. de cadu. tollend. l. j. §. ne autem. Item quia nullus debet grauari ſuperflua ſatisdatione: vt ff. de procurato. l. non cogendum. §. fina. & vt lega. no. cauea. l. iiij. §. fina. Item quia officium ſuum non debet procuratori eſſe damnoſum: vt ff.
7 de prætor. ſtipul. l. Paulus. & hoc verum videtur. † Sed quid ſi procurator compareat vbi poteſt ad alias cauſas abſentiæ, dicens quòd accuſatus vel inquiſitus eſt abſens cauſa reipublicæ, vel peregrinationis, vel alia cauſa: nũquid ſi vult probare cauſas abſentiæ auditur? Reſpon. non videtur, ſi non habeat mandatum expreſſum: vt ff. de negotijs geſtis. l. ſi pupilli. §. fina. & C. eodem titul. l. ſi procurator ad vnam ſpeciem. cum ſimi. Econtra quòd ſic: quia poteſt allegare cauſas abſentiæ, & ipſas probare: nam cui data eſt iuriſdictio, omnia intelliguntur eſſe conceſſa: vt ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ſecunda. ff. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum. & hoc verius puto.
8 † Sed quid ſi dominus vult defendere ſeruum ſuũ de capitali crimine: nunquid eſt audiendus? Reſpon. videtur quòd non: vt argumen. ff. de publicis iudicijs. l. penul. §. ad crimen. & an per alium cauſa appellatio. l. prima. Econtra videtur quòd ſic. ff. de publicis iudic. l. ſeruus. C. de accuſa. l. ij. vbi de hoc notatur. & hoc verum puto.
9 † Sed quid ſi pater vult defendere filium ſuum in capitali cauſa: nunquid debet audiri? Reſpon. dicit glo. quòd non: niſi ſatisfecerit de ipſo præſentando ſub certa pœna, ne iudicium ſit eluſorium. ff. de iudic. l. ſi prætor. & l. ſi
2 longius. de fideiuſ. l. ſi à reo. Econtra dicitur quòd ſic. quia dominus admittitur ad defenſionem ſerui, ratione dominicæ poteſtatis, vt ff. de publicis iudicijs. l. ſeruus. inſtitu. de iure perſonarum. §. ſeruus. & §. penult. Multo magis pater ratione patriæ poteſtatis: vt inſtitu. de patria poteſtate. per totum. Item quia perſona patris & filij reputatur eadem. C. de impuberi & alijs ſubſtitutio. l. fina. vnde defendendo filium, ſeipſum defendere præſumitur. facit. ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem. Item quia paterna pietas capit conſilium pro filio. ff. de adulterijs. l. in re mea. Item quia non eſt iure cautum, quòd ſatisdatio ſit præſtanda. ergo &c. l. vnica. §. ne autem. C. de caducis tollendis. Item quòd non debet aliquis ſuperflua ſatisdatione grauari: & difficile eſt adinuenire fideiuſſores: vt ff. de procurat. l. non cogendum. §. finali. cum
10 fim. † Sed quid ſi aliquis inquiſitus vel accuſatus grauiter infirmatur, ita quòd non poſſit comparere perſonaliter, an tenetur mittere procuratorem ad ſe defendendum. Reſpon. non: vt ff. ſi quis cautio. l. ſecunda. §. ſi quis. & de diuerſis & tempo. præſcript. l. prima cum ſimi. ſed debet mittere aliquem excuſatorem qui ſignificet iudici de infirmitate. & idem ei faciat ſi opus erit vt per duos teſtes: vt ff. de teſta. l. vbi. vel per medicum, cui danda eſt fides: vt ff. de re militari. l. qui ſemel. ff. de ſtatu. homi. l. ſeptimo menſe. cum ſimilib.
11 † Sed quid ſi non mittit excuſatorem. iudici ad ſignificandum de ſua grauj infirmitate, Nunquid ſibi præiudicat vt valeant ea quæ fiunt contra ipſum infirmum? Reſpon. ſi eſt in tali ſtatu ſuæ perſonæ quòd cognoſcat & ſciat proceſſum fieri contra ſe: quòd tunc ſi non mittit, præiudicat ei ſi mittere poteſt: quia qui ſcit, non debet certiorari. ff. de acti. emp. l. prima. in fin. Item qui poteſt facere & non facit, ſibi præiudicat, vt ſibi imputetur: vt ff. de regulis iuris. l. qui poteſt. & l. damnum. Si autem ignorat, quod præſumitur: vt C. de re militari. l. ſuper ſeruis. vel eſt grauiter infirmus, ita quòd non bene ſentit aut cognoſcit quid agat: tunc excuſatur vt puto. nam qui inſanus eſt, iuſtam habet excuſationem ſi non comparet, vel non mittat. imò ſententia contra eum non tenet, vel ſaltem reuocari debet: vt ff. de re iudicata. l. quæſitum. Sed ſi haberet febriculam, vel modicum vulnus: vel leuem infirmitatem & modicam: ita quòd poſſit comparere: tunc non excuſatur etiam mittendo excuſatorem: quia leuis febricula non excuſat &c. ff. de ædilitio edicto. l. prima. §. ſed ſciendum. & l. ob quæ vitia. §. facit. extrà de re iudicata. cùm Bertoldus. vbi de hoc. Et creditur dicto medici de infirmitate dicta
12 l. qui ſemel. C. de re militari. † Sed quid ſi aliquis accuſatus vel inquiſitus eſt citatus vt compareat ad ſe excuſandum, ipſe mittit procuratorem, nunquid ſufficit? Reſpondeo, quòd ſic, ſi talis eſt cauſa, vel delictum ex quo non ingeratur pœna ſanguinis, ſed pecuniaria

pecuniaria: vt C. an cauſæ ap. per procur. ex. poſ. l. j. C. eo. l. fi. ff. de procura. l. ſeruum. §. publicè. extrà de accuſa. c. veniens. vel ſi eſt talis cauſa, quæ contineat relegationem vel infra, aliàs ſecus: vt ff. de pub. iudi. l. pen. §. ad crimen. vbi de hoc nota. & ff. an per alium cauſæ appella. expe.
13 poſ. l. prima. † Sed cùm pro homicidio, adulterio, & ſimilibus capitalis pœna imponatur de iure communi, & in multis alijs caſibus: vt de his qui poſ. ad mortem condemnari per totum. Pone quod in tali cauſa imponitur pœna pecuniaria ex forma ſtatutorum, vt eſt in multis terris vel locis: nunquid in tali cauſa poterit procurator interuenire, & accuſatum vel inquiſitum defendere poterit in tota cauſa? Rñ. dicit Guid. de ſuza. q̃ non: quia origo criminis, ſiue titulus homicidij, ſiue cauſa reſpici debet, & potius quam finis: vt C. ad maced. l. iij. ff. de fideiuſ. l. tutor. Item q̃ pœna pecuniaria ſit ſubrogata in locum pœnæ corporalis, vnde ſortitur eandem naturam: vt ff. ſi quis cau. l. ſi. & l. ſi quis. §. quæſitum. cum ſimi. Econtra q̃ ſic. nam in quocunq; caſu vbi pœna pecuniaria venit imponenda, poteſt procurator interuenire: vt ff. an per alium cauſæ ap. l. j. Item quælibet ciuitas poteſt conde re legem, quæ deroget iuri communi: vt ff. de iuſti. & iur. l. omnes populi. inſti. de iure naturali. §. ius ciuile. Sed ſecundùm Dyn. aut dicit ſtatutum ſimpliciter q̃ ſi quis fecit homicidium ſoluat mille lib. pro pœna: & tunc poteſt procurator interuenire ſemper. per totam. l. j. ff. an per alĩ cauſæ appel. ff. de procur. l. ſeruum. §. publicè. cum ſimil.

Aut dicit q̃ ſi quis commiſerit homicidium, vel adulterium decapitetur, niſi ſoluat mille lib. vel tantum pecuniæ quantitatem: & tunc non poſſit procurator interuenire, niſi ad allegandum cauſas abſentiæ, vel exceptiones opponendum, vel ſimilia faciendum, vt ſupra notatum eſt: & eſt ratio: quia pœna corporalis eſt principalis, & eſt obligatione: ſed in ſola ſolutione eſt pœna pecuniaria: vnde tunc non poteſt procurator adeſſe: vt ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. cum ſimi
14 libus. & hoc verius videtur. † Sed quid ſi ſtatutum eſt q̃ ſi aliquis accuſatus, vel inquiſitus fuerit de aliquo crimine capitali & citatus non comparuerit, q̃ habeatur pro conuicto & confeſſo, & debeat condemnari non obſtãte eius abſentia: iſte accuſatus vult conſtituere procuratorẽ ad ſe defendendum in tota cauſa, nunquid poſſit? Rñ. nõ
b videtur: vt ff. de publi. iudi. l. penul. Sed videtur contra, q̃ poſſit: quia de tanto crimine nõ poteſt abſens cõdemnari. ff. de pœnis. l. abſentem. C. de accuſa. l. abſentem. vndè ſi per formam ſtatuti poteſt abſens de tali crimine condẽnari, quod eſt contra ius cõmune, debet iſte abſens poſſe conſtituere procuratorẽ: quia in omni caſu vbi poteſt abſens condemnari, ibi procurator poteſt ordinarie interuenire: vt ff. eo. l. ſeruum. §. publicè. ibi, vbicunq; abſens &c. quia ſi in hoc grauatur vt poſſit abſens condemnari contra ius commune vt dictum eſt, releuatur in hoc, vt poſſit ſe per procuratorem defendere in tota cauſa: vt ff. de iure iur. l. eum qui. & hoc verius ſecundùm Dy. & ita de facto
15 conſuluit. † Sed quid ſi cautum ſit per formam ſtatutorum, q̃ bannitus, vel condemnatus pro homicidio, de alio quo delicto poſſit occidi: quidam interfecit aliquem condemnatum: ipſe vult conſtituere procuratorem ad opponendum & allegandum q̃ iſte offenſus erat bannitus: nũ quid poterit? Rñ. ſic: vt ff. de adult. l. denunciaſſe. §. ſi per procur. ff. de procur. l. ſeruum. §. publicè. de peculio. l. eo
16 tempore. C. de ſima. vindi. l. etiam. cum ſimil. † Sed quæ eſt ratio quare in crimĩnibus capitalibus non admittitur procurator? Rñ. ratio eſt duplex: vna, quia ſi procurator ſuccumberet, ipſe condemnaretur perſonaliter qui nõ deliquit. ff. de nego. geſt. l. liberto. quod eſſe non debet. cùm pœna debeat ſuos tenere autores. C. de pœn. l. ſancimus. extrà de conſtit. c. cognoſcentes. Secundò, quia nõ poteſt conſequi damnum ſuum per actionem mãdati: quod eſt iniquũ, & officium ſuum eſſet ſibi damnoſum, quod eſſe non debet: vt ff. de teſt. ap. l. ſi quis ex aſſignatoribus.
17 † Sed pone q̃ conſtitutus fuerit procurator in cauſa capitali: non fuit ei oppoſitum ante lit. conteſt. q̃ in tali cauſa non poſſet interuenire, nunquid valeat quod per eum factum eſt in dicta cauſa? Rñ. ſic videtur. nam exceptio procuratoria ſeu contra procuratorem opponi debuit ante lit. conteſta. C. de procurato. l. ita demum. ff. eod. l. filiuſ famil. §. veterani. ſic etiam valet per tacitum conſenſum quod à falſo procuratore agitur. ff. de pub. iudi. l. licet verum. ff. rem rat. haberi. l. falſis. cum ſimilibus. Econtra q̃ non: quia lex expreſsè prohibet talem procuratorem admitti: vt ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. vnde &c. vt C. de legi. l. non dubinm. cum ſimil. Sed prima opinio comprobatur: vt not. extrà de iudi. c. iuris eſſe ambiguũ.
18 lib. vj. † Sed nunquid vniuerſitas poteſt vel collegium in omni criminali cauſa conſtituere ſyndicum vel procu
c ratorem, agendo vel accuſando vel defendendo? Rñ. ſicª. vt videtur. C. de re mili. l. tam collatores. §. ac vniuerſitas. lib. xij. ſicut etiam in ciuilibus cauſis: vt ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. l. ſicut. & eſt ratio: quia vniuerſitas, quæ non habet caput, non poteſt condemnari vt priuata perſona: vnde vel ſyndicus, vel procurator, non poteſt perſonaliter condemnari, ſicut poſſet ſi per priuatam perſonam interueniret: vt ff. de nego. geſt. l. liberto. & q̃ vniuerſitas non poſſit condemnari. not. extrà de ſimo. c. dilectus.
19 Io. ij. licet Vincentius ibi notat contrarium. † Sed quid ſi accuſatus, vel inquiſitus eſt aliquis de crimine capitali, & citatur: & aliquis ſe offert ad ſui defenſionem, & ſatisdat de rato vel iudicato: an debet audiri? Rñ. ſi pœna perſonalis inde ſequi poſſet, q̃ non admittitur: quia iam puniretur iſte talis, quod eſſe non debet, cùm ſententia ferenda ſit in defenſum: vt ff. de nego. geſt. l. liberto. & ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen. Sed ad allegandum cauſas abſentiæ, vel ad opponendum exceptiones & ſimilia faciendum, puto admitti: vt C. de procurato. l. abſens reus. Sed in alijs in quibus pœna pecuniara eſt imponenda, bene admittitur: vt ff. an per alium cauſ. appel. l. j. §. finautem. C. de fatiſdando. l. j. & dicta l. liberto. & C. de
20 procura. l. exigendi. cum ſimili. † Sed quid ſi conſtitutus eſt quis procurator ad omnes cauſas: nec eſt dictum, nec ad præſentes, nec ad futuras: nunquid intelligitur datus ad præſentes omnes & futuras? Reſpon. ſic videtur. argu. ff. quod quiſq; iur. l. ij. §. quod ait prætor. in fin. ff. de ſeruj. vrba. prædio. l. ſi ſeruitus. ff. de lega. iij. l. vxorem. §.
21 codicillis. † Sed nunquid reus ſe defendendo poteſt plures conſtituere procuratores? Reſpon. non, ne in plures aduerſarios lis diſtribuatur: vt ff. de exceptio. l. ne in plures. ff. de ſolu. l. iam tu. §. finali. & l. ſi cum quis procura. §. fin. & l. pluribus. ſed bene poteſt plures procuratores conſtituere in agendo vel accuſando per iura prædi-
22 cta, cum ſimili. † Sed nunquid filius poteſt defendere patrem in capitali crimine? Reſpon. ſic vt videtur. argu. C. de procur. l. exigendi. ff. qui ſatiſd. cogan. l. filijs. Item quia eadem perſona cum patre reputatur. C. de impu. & al. ſubſtit. l. fin. Item ſicut pater poteſt filium defendere, ita econtra filius patrem. argu. ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus. Item filius tenetur patrem captiuum redimere ab hoſtibus. C. de epiſcop. audien. l. aut ſi captiui, aliàs priuatur ſucceſſione. C. de his quib. vt indig. l. j. & l. ſi ideo. eadem ratione pater ipſum defendere tenetur. Sed contra videtur. ff. de publi. iudic. l. penul. §. ad crimen.

Ego puto quòd in caſibus in quibus pater poteſt defendere filium, eodem modo & filius patrem, per iura ſuperius alleg. & ſuprà eod. in quæſt. quæ incip. Sed quid ſi pa
23 ter vult defendere filium &c. † Sed quid ſi procurator conſtitutus ad omnes lites, & non dicat criminales: nunquid intelligitur de criminalibus? Reſpõ. dicunt quidam quòd non: ſed de ciuilibus bene. arg. C. de epiſco. & cler. l. cum clericis. cum ſimi. Alij contra. nam qui omnia dicit, nihil excludit: extrà de maio. & obed. c. ſolite. quia verbũ generaliter prolatum &c. Sed primum dictum approba-
24 tur. † Sed quid ſi eſt conſtitutus procurator ad omnes cauſas criminales, non ſpecificando de aliquo crimine, nunquid valet? Reſpon. non videtur. debent enim cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituentes specificare aliqua crimina, postea generalem clausulam subijcere:arg.ff.si quis cau.l.sed & si quis rei capitalis.§.quæsitum.& arg.extrà de testi.c.præsentiũ.versi. specificare casum.lib.vj. Ecõtra videtur sufficere: quia satis constat de voluntate constituentis,quod sufficit,extrà de procura.c.petitio. Item dum dicitur ad omnes causas criminales, satis exprimitur de criminibus: vnde sufficere videtur,cùm verbum,omnis,sit vniuersale.ff.de vsur.l.omnium bonorum.& l.j.cum simil.Sed tamen debet habere speciale mandatum:vt ff.eod.l.non solùm.§.fi.
35 & hoc approbatur. † Sed quid. quidam comparet tanquam procurator in accusando & defendendo: sed nondum habet mandatum:postea fit procurator,nunquid valeant ea quæ facta sunt ante mandatum? Respõ.non, nisi dominus habeat ratum quod ante factum est: vt ff.de iu-
36 di.l.licet.qui satisda.cogan.l.Iul. † In summa no.quòd regulariter in causa criminali,publica vel priuata,non admittitur procurator in agendo, nec in defendendo: vt ff. de pub.iud.l.pen.§.ad crimen. Sed ista regula fallit in crimine iniuriarum.C.de iniur. l.fin.& in casibus sequen.in quibus procurator admittitur. Item fallit in accusatione ingratitudinis: vt ff.de procura. l.sed & hæc. §.patronus. In accusatione suspecti pro priuato intentata. ff. eo. licet in popularibus.& l.non cogendum.§.qui publica. Sed pro publico admittitur pro reo,non pro actore: vt ff. pro acto.l.qui popularí. Item admittitur ad opponendum omnes excusationes & exceptiones accusatí: vt v.q.iij. reus capitali. vbi not. Item fallit quando seruus accusatur, quem dominus defendit pro se vel pro procuratore:vt ff.de accu.l.si cui.§.fin. C. eo. l.seruus.Item fallit in leuibus criminibus: vt ff. de accusa. l. leuia crimina.

Item fallit in procuratore dato ad accusandum, & ad excipiendum:quia omnia ex causa potest procurator opponere. extrà de do. & contu. c.cum dilecti. xxiij. q.v.§. reos.ad allegandum causas absentiæ. ff. de procura.l.seruum.§.publicè.v.quæstio.iij.cap.si egrotans. & cap.reos.

Item quando agit de crimine ciuiliter.extrà de accusa. c.super his.de procurato.tuæ. Itẽ in causa socij, socius criminis eiusdẽ litis pro socio abesse cauetur:extrà de do. & contu.c.cum dilecti.de accusa.licet. in prin. Item & generaliter in causa publica & priuata criminali,quæ contineant pœnam relegationis,vel infra, vel pœnam pecuniariam,potest procurator ad omnia interuenire: tam in agendo,quàm in defendendo: ad accusandum, excusandum, & excipiendum, ad probationem faciendum, & omnia alia facienda,quæ principalis persona facere posset: si ad hoc habet iurisdictionem,& sit persona quæ non repellatur:vt C.de procura. l. reum. & l. fina.cum similibus.& ff.an per alium causæ appel.l.j.& ff.de pœnis.l.absentem. Sed si ex delicto imponenda esset pœna corporalis,vel vltra relegationem, non potest tunc procurator interuenire:vt ff.de publi.iudi.l.penulti.§.ad crimen. nisi ad allegandum causas absentiæ, vel ad opponendum exceptiones & similia facien. vbi admittitur procurator vt supra de hoc not.& ff.de publi.iudi. l.penul.§.ad crimen. ff.de procur.l.seruum. §.publicè.& melius extrà de proc. cap.veniens. Quæ autem personæ possint ad mortem damnari infrà plenè notatur.

ADNOTATIO.a ¶Quòd sic. Adde Cepol. in consi. xlvj. col.ij.& in consi.lv.& ibi quòd si iudex patrem non admittit, facit litem suam in iij. colum. ante me. & vide eundem Cepol. in consi. xlix.in princ.& consi.lvj.

b ¶Quòd possit. Adde quòd contrarium tenuit Barto.in l.pen.§.ad crimen.ff.de publi.iudic.& in extrauag.ad reprimen. in ver. legitimè.& Alex.in consi.cxvj.in ij.colum.per totum. Sed contra opin. Barto.tenet consulendo Barto.Cepol.veronensis in consi.suo xlix. consi.l.& consi.liij.

c ¶Respon.sic.Adde tu Cepol.consi.l.in fi.

Quis alium posit offendere, & vindictam facere. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Offendere alium impunè quibus liceat.*
2 *Offendere alium impunè quomodo liceat alicui.*
3 *Truncans caput uel membrum &c. non peccat, si mandato rectoris hoc faciat.*
4 *Offendere aliquem,aut ius sibi dicere non licet alicui:fallit in casibus ibi enumeratis.*

1 NOtandum est † Quòd nulli licet alium offendere,nec vindictam facere, nec punire, nec condemnare:nisi illis personis quæ ad hoc sunt constitutæ:& quibus cura data est,& potestas puniendi & cognoscendi:vt sunt præsides prouinciarum,& alij barones, & rectores terrarũ: quia ad hoc tales sunt deputati:vt xxiij.q.iiij.c.si quis potestate. & v.q.c. de occidendis. & c. seq.& c.non frustra.& c.officium regum est.& c.iudex.& cap. si homicidium.ff.de offic.præsi.l.illicitas.§.qui vniuersas. & l.congruit.§.ad hoc autem iubemus. Fallit in cæteris personis,quibus licitum est offendere non solum prædictis ad hoc deputatis:sed etiam cuilibet personæ.Nam furem nocturnum cum rebus meis fugientem licet mihi occidere: diurnum autem licet, si se telo defendit & cum clamore: vt ff.de sica.l.furem nocturnũ.ad leg.Aquil.l.itaq;. §.lex. extra de homici. c. j. & seq. Item licet marito occidere adulterantem in domo sua, aut alibi: si eum inuenerit in ipso adulterio:vt ff.de adul.l.marito.in auth. vt liceat matri & auiæ.§.quoq;. Item licet patri occidere adulterantem filiam suam,& ipsam filiam.ff.de adult. l. nec ea.§.hi. & l.quod ait.& l.pater.& l.seq. Item licet patri occidere volentem se vel filiam suam stuprare.ff.ad leg. Cor. de sica.l.j.§.pe. Item licet marito, si quem habet suspectũ cum vxore sua,ne cum ipsa adulterium committat illi denunciare tribus vicibus in præsentia testium,ne cum ipsa loquatur:& quod eam dimittat:& si ipsum postea in præsentia testium inuenerit cum vxore, potest ipsum occidere:vt C.de adult.l.quãuis.& auth. ibi posita. Item licitum est domino occidere seruum: si ipsum cum filia vel vxore inuenerit causa se carnaliter immiscendi. ff. de ijs, qui sunt sui vel alie.iur.l.j.not.de leg.j.l.quid ergo.§.si hæres.ff.ad Silla.l.si certus.cum si. Item licitum est occidere vel offendere illum,qui te aggreditur cum gladio euaginato irato animo.s.animo occidendi:quod ius præsumitur q̃ veniat animo te occidendi.ff.de sica.l.Diuus.vnde si eum incontinenti offendis vel occidis:videris facere ad tui defensionem,quod licitum est.ff.de iust.& iu.l.vt vim. & C.vnde vi.l.j.& ff.de vi & vi arma.l.iij. §.si quis. & sic legitimè fit:vnde non est puniendus. C. de adul. l.Gracchus. Item licet offendere & occidere transfugas ad hostes.ff.de sica.l.iij.§.fin. Item licet parentibus, consanguineis,& tutoribus,& curatoribus virginum & viduarum occidere raptores ipsarum & alios dantes eis auxiliũ & fauorem ad raptum faciendum: vt C. de epis.& cler.l. raptores.Et est rapere,per vim mulierem alio ducere: vt insti.de pu.iudi.§.finautem raptis. Item licet alium occidere ad sui defensionem,vt supra dixi,& ad defensionẽ rerum suarum:vt ff.ad leg.Aquil.l.sciẽtiam. Item licet patri & auo occidere volentem occidere filium vel nepotem:quia si licet ad sui defensionem & rerum suarũ: ergo licet ad defensionẽ prædictorum: quia magis dubitãt parentes de filijs & nepotibus quàm de seipsis. ff. quod mer. cau.l.isti quidem. Et quia persona patris & filij eadem reputatur:vt C.de impube.& alijs substitu.l.fin.& appellatione liberorum continentur nepotes.ff.de verb.signifi.
a l.liberorum. Item licet marito pro defensione vxoris *: vt institu.de iniurijs.§.ij.sed non licet sic vxori defendere maritum secundum quosdam: vt dicto §.sed vos. contra:quia ibi loquitur de iniuria facta marito in iudicio: quia mulier non potest esse in iudicio propter sexum.C. de procura.l.alienam.Si ergo non est prohibitum. igitur concessum &c. & apertè contra eos facit: quia sunt socij diuinæ & humanæ domus: vna caro sunt: vt C.de crimi.

crimi.expi.hæredi.l.aduersus. vnde videtur quod sit licitum vxori defendere maritum:cùm sint socij humanæ & diuinæ domus,vt dictum est.facit.ff.pro socio. l. verum. de liber. homi. exhi.l.j.& ij. extra de coniug.lepro.c.j.de cõuer.coniug.c.ad apostolicam.c.si diligenti.& c.gaudemus.§.quia verò. Item licet occidere desertorem militiæ,vinearum vastatores, agrorum nocturnos depopulatores:vt C.quando liceat si sine iudi. vindi. l.j. ff.arb.fur. cæs.l.ij. Item licet filio ad defensionem parentum vel nepotum ad defensionem aui & auie.arg.ff.de inoffi.test. l.nam & si parentibus.quia sicut filij & nepotes tenentur prædictos ab hostibus redimere:vt C.de epis.& cleri.authen.captiui.aliàs priuantur succes.vt C.de ijs,quibus vt indi.l.j.cum simi. Ideo multomagis tenentur eos defendere.facit.ff.de verb.signi.l.si parentes. Item quia sunt vna caro.xxv.q.ij.c.hac autoritate.de consecra. alta. c.fi. ad fi. Item liceat ad defensionem fratris & consanguí-
b nei b secundum quosdam.vt arg.de libe.cau.l.j.& ij.C.de ijs,quibus vt indi.l.cùm fratrem.& l.ij. Item licet ad de-
c fensionem socij c secundum Vber. ff.pro socio.l.verum.

Item licet occidere pro defensione suæ patriæ.ff.de relig.& sumpti.fu.l.minimè.iuxta illud. pugna pro patria.

Item licet occidere aliquem venientem contra te cum gladio euaginato animo occidendi, quod ius præsumit vt suprà & etiam latrones & robatores stratarum & similes,qui te volunt occidere & derobare: vt C.quando liceat se sine iudi.vin.l.j.& C.de sica.l.is qui.& l.ij. Item licet filium de mandato patris adulterantem vxorem patris in ipso adulterio occidere:vt C.de adul.l. Gracchus.

Itẽ licet occidere pro defensione fidei christianæ.xxiij.
2 q.iij.Maximianus. † Et prædicta intelligo licere fieri, dummodo fiant incontinenti,& in ipso actu,vel antequã essent ad aliquos extraneos actus:vt l.raptores. C. de rapto.virgi.in tempore inuasionis & instigante adhuc delicto &c. Item quòd fiant cũ moderamine &c.vt C.vnde vi.l.j. Item ad defensionem potius quàm ad vindictam: aliàs non licet priuatæ personæ nec ex interuallo: quia tunc fieret ad vindictam. Nam iuris rigor idcirco est in medio constitutus,ne quis sua autoritate propria vltionẽ deposcat: vt iuribus suprà allegatis. & extra de sentenexcom.c.si verò.sed præsidi prouinciarum & alijs rectoribus:vt suprà in princi.secundum allegata ex interuallo facere vindictam & delinquentes debita pœna punire & occidere & laqueo facere suspendi &c.habetur xxiij.q.v. c.officia vindictæ.Iuxta illud. Non patieris maleficos viuere super terram &c. & minister. qui malos punit &c.
3 † Item not.quod ille,qui truncat caput vel membrum vel laqueo suspendit,nõ peccat, nec sanguinem effundit si mandato præsidis vel rectoris hoc facit d.c.officia.cum simi.& no.s.plene in præ. † Item nota q̃ non est licitũ
4 alicui sibi facere ius:nec aliquem offendere:vt C.de iudi. l.nullus. Fallit tamen in quibusdã casibus.Primo quia licitum est hæreticos bonis ipsoliare: & bona eis auferre sua autoritate:vt xxiij.q.vj.c.ij.Sed non puto quod sit licitum priuato eum occidere:vt C.de iudi.l.nullus.& de sara.& pag.l.bona.nisi fiat pro defensione fidei: vt d.c.Maximianus.vel pro sua defensione vel suarum rerum vel filiorum & similium:vt suprà no. Item licitum est alium offendere:sed non occidere.Nam licitum est cuilibet personæ capere falsarium monetæ sua propria autoritate: & ipsum ad rectorem ducere ad puniendum: vt C.de falsa.mo.l.j.in prin. Item desertorem militiæ latrones agrorum & depopulatores, vinearum vastatores capere,& ad iudicium ducere:quia si licet eos offendere: multomagis capere:vt C. quando liceat. se sine iud. vindi.l.j.ff.arbor. fur.cæs.l.ij.Nam si licet quod est magis: & id quod est minus licere debet:vt ff.de regu.iur.l.cui licet. Item licet capere maleficium, vel venenum, vel mathematicum sua autoritate:& ad iudicium ducere:vt C. de mathe.l.fi.nõ tamen licet aliter offendere. Item licet mihi mea autoritate possessionem meam ingredi: vt ff.quorum bon.l.j. extra de ordi.cogni.c.ij. Item quando pactum est factũ inter partes:potest quis sua autoritate possessionem capere:vt C.de pigno.l.iij.ff.de contrah.emp.l.si quis sub hac.

Item debitorem meum possum capere fugientẽ, & ad iudicem ducere.ff.que in frau.credi.l.ait prætor.§.si debitorem. Item possum colonum meum non soluentem pensionem mea autoritate expellere. C. loca. l.iij.de iure emphi.l.ij.extra loca.c.pen. & fi. Item est in eo,qui me possessione spoliauit vel deiecit: quia possum spoliare & deijcere ipsum.ff.de vi & vi ar.l.j.§.fi. & l.iij.§.cum ergo. idem est in eo qui aquæductum occupauit &c.ff.ad legẽ Aquil.l.si quis summo.§.j.de incen.rui.nauf.l.qui autem. §.ait prætor. Idem in curiali aufugiente qui capi potest:vt C.de decur.l.quidam.lib.x.facit l. j. si curialis &c. eodem lib.Idem in alio casu.ff.de petit. hæredit. l.si quis post.§.sed si ipsi.Idem & in iudæo citato nolente comparere secundum Io.C.de iudæ.l.nullus. & ibi not. Item licet tutori & curatori facere sibi ius in retinendo, quod expendit in bonis pupilli vel adulti: vt ff. de adminis. & pericu.tuto.l.quoties.§.sicut.C.qui tu.da.pos.l.creditorẽ.

Item procura.& negotiorum gesto.ratione expensarũ factarum per ipsos in bonis domini:vt ff.de procur.l.quę omnia. de nego. gest. l. debitori.§.si ipsi. Item quando non potest haberi copia iudicis:licet sibi facere ius. C. de decur.l.generali. Idem est in venditore vini, cui licitũ est effundere vinum post denũciationem factam emptori vt accipiat si velit accipere:vt ff. de peri. & commo. rei vendi.l.j.§.licet. & sic in istis casibus licet. Item licitũ est monasterio suum apostatam capere, vel monachum fugitiuum carcerare.extra de aposta.cap.à nobis. Item aleatores possunt offendi occasione iudi.ff.de ale.vsu.l.j. §.item notãdum.& seq.& sic potest sibi ius facere & aliũ offendere,qui casus sunt speciales: regulariter cõtrarium est:vt C.de iudi.l.nullus.de exhibend.reis.l.neminem.ff.
5 quod metus causa.l.extat. † Item nota q̃ si in vna ciuitate vel loco sunt plures hæretici:licitum est ibi ignem imponerere & comburere eos sine pœna: vt not. xxiij.q.v. c.si audieritis.& aduerte diligenter superius alleg. ne fallaris. Sunt & alij casus in quibus licitum est offendere alium iure permittente:vt not.infrà de correctio.malorũ. & est per totum.

ADNOTATIO. a ¶Vxoris. Adde Bald.in l.j.C.vnde vi.in versi.iij.q.& idem dic in concubina & amasia, propter amicitiam non leuem,quæ inter eos extat:vt ff.de verb.sig.l.inimicissimos.& ex domesticitate,& quadam societate iunguntur.l. quòd ait.ff.de diuor.& l.si vxor.§.si minor.versi.concubinam.ff.de adul. & adde idem in sponso & sponsa.ita Bal.in d.l.j.versi. qui ma.& adde idẽ etiam in consortibus:quia vnus poterit alium defendere. ita not. Bar.in l.cum simus.C.de agric.& censi.lib.xj.

b ¶Consanguinei. Adde glo.& hic Barto. in l.lex Com.in prin.ff.de iniur.& in l.vt vim.ff.de iust.& iure.& Sal.in l.j.C.vnde vi. Flo.in l. scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg. Aquil. & adde quòd nedum possunt capere de sensionem consanguinei: sed etiam amici vicinorum & peregrinorum. arg. eorum quæ dicit Bart.in l. de metala. libro xij.

c ¶Socij.Intellige siue sit socius itineris:vt ff.de iniur.l.item apud.§. tenet.siue cohabitationis,vel vita.xxiij.quæstio.ij.c. hac ratione. siue socius criminis.l.j.C.de rap.virgi.& l.raptores.C.de epis.& cle. ita Bal.in d.l.j.versi.sexto.

Quibus de causis quis posit ad mortem vel in membro condemnari. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari ad mortem personaliter in quibus causis quis posit.*
2 *Condemnatio in amissione membri in quibus casibus fiat.*

QVia expedit, ne maleficia remaneãt impunita:vt ff.ad leg. Aqui. l.ita vulneratus.& vt delinquentes debita pœna puniantur.ad hoc vt alij temere ad
1 delinquendum non prosiliant:vt C.de pœnis.l.si operis. cum simi. † Videamus in quibus casibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit quis condemnari ad mortẽ personaliter. Et quidem homicida,qui dolo aliquem occidit, ad mortem dãnatur:vt C.de epis.audi.l.nemo. ff. de postu.l.pe. Item parricida:vt ff.de parrici.l.j.insti.de publi.iudi.§.item lex Pompeia de parrici. Item sacrilegus, qui diuina misteria turbat in ecclesia:vt C.de episco. & cler.l.si quis in hoc genus.de iis,qui ad eccl.confu. l.denunciati. Item ille qui attentat rapere sanctimonialem, vel eam cognoscit carnaliter,vel cum ea de facto matrimonium contrahit perueniendo ad actum &c.C.de episc.& cler.l.si quis non dicam rapere.in auth.de sanc. epis. §.si quis rapuerit. colla.ix. Item raptores virginum & viduarum & sanctimonialium & etiam illi, qui dederunt eis auxilium & fauorem ex certa scientia ad faciendum raptum: vt C.de epis.audi.l.raptores.C.de rap.virgi.l.j. Item hæretici si nolunt redire ad fidem prius moniti vt ad fidem catholicam reuertantur: vt not. xxiij.quæst.iij. c.vult Deus.& C.de hæreti.l.Arriani. Item publici & famosi latrones vel fures:vt ff.de pœn.l.capitalium.§.grassatores.§.famosos latrones. Item & illi,qui committunt in leg.Iuliam maiesta.quod sit multis modis:vt ff.ad leg.Iul.l.j.& seq. C.eod.titu.l.fina. Item mathematici,aruspices:vt C.de veneficis.l.iij.& l.exceptio. Item & illi , qui ad dictos mathematicos accedunt:vt C.de mathe. l.nemo. Item plagiarius,qui pueros & filios alienos furatur. C.de plagi.l.quoniam.& l.fin. Item fabricantes falsam monetam.C.de fal.mo.l.penul. Item & seditiosus,qui ciuitatem vel populum ciuitatis vel loci concitat ad rumorem: vt C.de sedi.l.j.& sequen. Item qui falsum libellum facit de altero ad infamiam & contra veritatem:vt C.de fa. lib.l.j. Item ille, qui comburit domum vel bladum alicuius:vt ff.de incen.rui.naufr.l.qui ædes. Item furatores puerorum & similes. Fallit in patre & alijs personis coniunctis,qui alia leuiori pœna puniuntur : vt ff.de recep.l.j.& ij. Item & illi,qui cum armis ædes alienas & villas præliarum fregerunt & spoliarunt: vt ff.de vi pu.l. penul.de sica.l.si quis. Item venefici, qui mala venena conficiunt:& mala venena vendunt & mortifera medicamenta. Item potest dici de iis, qui vendunt carnes venenosas vel morbosas & mortiferas scienter. ff.de pœn.l. capitalium.§.venenata.ff.de sica.l.j.& ij.cum simil. Item grassatores & incendiarij & fugientes ad hostes & auctores seditionis populo concitato. Et ille, qui dedit poculum amatori:secuta inde morte. ff. de pœn.l.si quis.§.j.& ij.§.qui abortionis causa. Item & ille, qui dedit gladiũ carcerato,quo rupit carcerem:& qui carceratum deseruit & manus sibi intulit causa occidendi se:nisi fuerit ob impatientiam doloris vel infirmitatis : vt ff.de pœn.l.quis si aliquis.§.penul.& fi. Item mulier, quæ manum sibi intulit:& partum eiecit:vt ff.de pæn.l.Cicero. Item explorator missus ad explorandum de hostibus &c. vt ff.de re mili.l.desertorem.§.is,qui ad hostes. Item miles,qui in exercitu arma vendidit vel alienauit:vt d.l.desertorem.§. miles. Item qui falsat literas Papæ. extra de cri.fa.c.dura.& c.licet.& c.falsariorum.& ibi not. Item ille,qui in bello mandata iudicis potestatis vel capitanei non seruat: etiam si bene gessit: vt d.l.desertorem. §. in bello. Item & ille qui murum ciuitatis rumpit vel transcendit:vt d.l. desertorem.§.nec non. & ff. de re mili.l.fi. Item & ille, qui seditionem militum concitauit : vt d.l.desertorem.§. qui seditionem. Item & adulteri & sodomitæ.C.de adulte.l.cùm vir nubit in fœminam.& l.quamuis. in fine.

Item non solum homicidæ & latrones & similes : sed etiam illi,qui fieri faciunt homicidia,& similia : vt de accusa.l.non ideo minus. Item & ille, qui rebaptizatus sit,cùm sit species hæresis:vt C.ne sanctum baptis.rei.l.ij. & ff.de pœnis.l.vlti. Item & ille,qui facit conuenticulam & congregationem.causa faciendi seditionem in ecclesia vel ciuitate:vt C.de iis,qui ad eccle.confu.l.denunciamus. Item ille,qui adorat idola,stellas, vel planetas cœli vel cœlicolarum. Item & ille, qui propria autoritate extrahit de ecclesia illum,qui ad eam fugit:vel extrahere conatur:quia committit in leg. Iul.maiesta.nisi esset homicida vel adulter vel raptor virginum. Nam istos licet extrahere: vt C.de ijs,qui ad ecclesiam confugiunt. l. fidei.& l.fin.nisi esset extractor tributorum: vt in authentica de mand.princip.§.neque autem homicidam. cum simili. Item qui Deum blasphemat,punitur pœna capitali:vt in auth.vt non luxu.contra naturam. §.& quando. colla.vj. Item & ille,qui suum præpositum vel capitaneum in bello non defendit vel deseruit: vt d.l.desertorẽ. §.fin. Item deportatus,qui aufugit de insula : vel damnatus ad bestias,qui aufugit.ff.de pœnis. l. capitalium. §.in exulibus.de re mili.l.qui est.§.j.& ij. Item & ille,qui in bello prius aufugit adstantibus alijs,vel qui secreta hostibus nunciat,vel qui commilitonem suum vulnerat: vt l. omne delictum.§.qui in acie.& sequẽ. Item & ille,qui seipsum vulnerat : nisi fecerit ob tædium vitæ,vel impatientia doloris,vel morbi &c.vt d.l.omne. §.qui se. Itẽ proditores & transfugæ &c. vt ff. de re mili.l.proditores.

Item & custos belli,qui aufugit.ff.de re mili. l.qui excubias. Item seruus,qui militiam exercet.ff.de re milita.l.qui ab omni. Item qui manus intulit suo centurioni. Et idem potest dici de Potestate & Capitaneo. argu.à simili.ff.de re mili.l.milites.§.irreuerens miles. Item & qui priuatum carcerem habet & exercet: & personas contra earum voluntatem in priuato tenet carcere:siue in domo,siue in vinea vel in agro.C.de priua.carcer.l.j. Item ille,qui fregit carcerem & fugit : vt d.l.milites.§.eius.ff. de expila.l.j.& sequen. Item turbator pacis capite puniatur.ff.de re mili.l.fi.§.fina. Item ille, qui receptat latrones scienter : & cum eis partitur res robatas : & dat eis auxilium & fauorem:vt l.j. & ij. nam agentes & consentientes &c. C. de episco. & cleric.l.quamquam.in fin.

Et not.quod est quadruplex consensus:vt no.extra de offic. delega. c. j. Item & ille, qui cum inimicis tractat mortem amicorum.C.de re milita. l.si quis à Barbaris.C. vbi cauſ.fisca.l.vniuersis. Item & officialis,qui prouentus publicos. rei Romanæ subtrahit : & omnes illi, qui dant eis auxilium & fauorem: vt instit. de public. iudi.§. lex Iul.pecul.& sequen.Item seruus falsitatem committens. ff. de fal.l.j.§.fi. Item seruus faciens violentiam. C.ad leg.Iuliam de vi pub.l.seruos.Item mulier,quæ seruo se supponit.C.de mul. quæ se propri. seruis subijc.l.j.

Item iudæus , qui iudæum contra Christianum defendit, vel conatur eum trahere ad suam sectam. C.de iud.l.ij. Item si iudæus vel hæreticus emit mancipium Christian.C.ne Christian.mancip.l.j. Item qui ferrum vendunt, vel arma portant ad hostes : vt ff.de publ.l.totem ferro.& C.quæ res vendit.non pos.j.& ij. Item & illi,qui furantur & derobant victualia, quæ ducuntur ad exercitum: vt C. quæ res vendi. non pos. l. j. Item & in alio casu:vt C.de rebus quæ vendi.non pos.l.j. Item & ille, qui aliquem castrauit : vt ff.de sica. l.lege.§.finali.

Item lenæ & lenones,vel mulieres quæ propter vestimenta vel alio modo & maximè virgines , coniuges trahunt ad meretricium:quia vltimo supplicio damnantur: vt in authen.de lenonibus. §.præconizamus. collatio.iij.

Item qui dedit bibere vel comedere mulieri vel viro: vt non possit generare vel nasci partus.extra de homicid. cap.si aliquis.ff.de sica.l.si mulierem. Item ille , qui dat bibere vel comedere mulieri , propter quod faciat abortiuum, si partus erat animatus in ventre , aliàs extraordinariè punitur. extra de homicid. c.si quis ex literarum.ff. de pœnis. l.si quis aliquid. §. qui abortionis. Item ille, qui spiritualia vendit vel sanctorum reliquias,pœnam capitalem cum simonia committit & incurrit : vt j.quæst.j. qui studet. Item ille,qui aggerem nili rumpit vel alterius fluminis.argumen.à simili. C. de nili aggeribus non rumpendis. l. prima , quia iste talis comburitur. Item qui vtitur veste religiosa in vituperium religionis , punitur capite : vt notatur in authen. de sanc. epis. §. penulti. col.ix. Item & in alio casu.ff.de pub. l. cotem. §. dominus. Item iudex, qui captum per malitiam decipit: vt confiteatur

confiteatur contra veritatem aliquid contra se:per quod quis moriatur: & per quod innocens occidatur : vt ff. ad legem Corne.de sicarijs.l.lege. Item medicus, qui aliquem castrauit:vt dicta l.lege §.penul.de sicarijs. Item in eo,qui se ferit:vt d.l.§.fina. Idem potest dici de vastatoribus vineaꝝ forte,vel de nocturnis populatoribus C.vt liceat vnicuique se sine iudi.vin.l.j.ff.arbo.furt. cęs. l.ij. Item iudex qui falso condemnauit aliquẽ ad mortem. Item falsus testis,qui falsum testimonium tulit: per quod aliquis condemnatur ad mortem.ff.de sicarijs. l. j.extra de crimine fal.c.falcidicus testis &c.cum simil.

Item illi qui aliquem conatur extrahere de religione: vt C.de apostа.l.cum quis. Item ille,qui imaginem saluatoris facit in humo:vt pedibus opprimatur:vt C.ne.li. signum salua.l.j. Item ille,qui armata manu vel corpora,vel ossa mortuorum extrahit de sepulchro.ff.de sepul. vio.l.iij.§.aduer.l.fina. Item & in casu.C.de infanti.expo.l.ij.& ff.de liberis agnoscendis.l.necare videtur. Itẽ sacrilegi , qui sacrilegium committunt. ff. ad legem Iuliam pecu.l.sacrilegi pœna.& l.sacrilegi capite puniuntur. Item & ille damnatur ad mortem, qui mala fecit sacrilegia:vt ff.de siccarijs lege eiusdem. nam & sic patet quod in dictis casibus,& similibus,si qui reperiuntur,cõ
2 demnantur ad mortem. †Sunt quidam casus in quibus fit condemnatio in amissione mẽbri:vt in seruo fugiente ad barbaros:vt C.de ser.fugitiuis authentica sed nouo iure. Secundo in exactore tributorum falsum committẽ te in officio suo , qui manum etiam admittit secundum Lombardos:vt in Lombar.de his qui falsum fecerunt in strumentum lege prima & secũda. Item in falsario monetæ,qui similiter amittit manum secundũ iura Lombardorum:vt in Lombar.de hijs,qui mo.fal. l.j.& ij. Item in eo,qui fecit instrumentum alienationis feudi. de prohi.feu.alie.l.Imperialem.§.scriba. Item in eo , qui fregit pacem vulnerando aliquem, qui manum similiter amittit:vt in vsi.feudo.de pa.tenen. l.j.§.fi quis alium.

Item & in furto secundum iura Lombardorum,qui mẽbrum amittunt. Nam pro primo furto amittit oculum: pro secundo nasum:pro tertio laqueo suspenditur. in Lõbard.de latronibus.l.si quis quæ leges habent solum locum in prouincia Lombardiæ & non alibi,vt puto:vt ff. de iurisdictione omnium iudicum lege finali C. de summa trinitate lege cunctos populos.Et no. quod isti delinquentes puniuntur à rectoribus prouinciarum & locorũ quibus concessa est potestas puniendi:& non à priuatis personis:vt not.supra in proœmio.& s.de personis , quæ possunt offendi in persona sine pœna:vnde nõ prosequamur latius.

De publicis iudicijs. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Publica delicta quæ sint.*
2 *Priuata delicta quæ sint,& quæ capitalia,& quæ non capitalia dicantur.*
3 *Condemnatus de publico crimine est infamis,& à testimonio repellitur.*

1 **D**elictorum. †Alia dicuntur puca:quia cuilibet competit accusatio.& sunt illa in lege iul.maiestatis lege Iul.de adul.lege iul.de sica.l.iu. de vi publ.l. iuli.de ambitu.l.iu. repetundarum rege iul.de annona.vt de pub. iud.
2 lege prima. †Alia verò omnia regulariter dicuntur priuata:& in priuato regulariter nullus potest accusare,nisi sua interfit:vt ff.de priuato.deli.lege finali.nota C.de fur. l.manifestissimi. Et quidem publicorum aliqua sunt capitalia.& dicũtur capitalia,pro quibus imponitur pœna mortis aut exilij.perpetui:sed si sit ad tempus : dicitur relegatio. Alia verò non capitalia dicuntur, vbi pœna pecuniaria imponitur,vel aliqua modica corporis coertio:vt ff.de publicis iudicijs l.iij.si quis cau.l.iiij.§.rei capitalis.de pœnis lege secunda.& lege capitalium. cum simili. Et primo videndum est de publicis criminibus & earum pœna †Nota tamen quod condemnatus de
3 publico crimine est infamis:& repellitur à testimonio:vt ff.de publicis iudicijs lege infamem. ff.de testibus l. scio & sequenti & lege ob carmen.extra de testibus capitulo. testimonium.& de testibus cog.c.præterea.

Ad legem Iuliam maiestatis, Rubric

SVMMARIVM.

1 *Crimine lege iulia maiesta,qui teneantur.*
2 *Infames serui,& omnes alij admittuntur ad accusandum & testificandum in crimine lege Iu.maiesta.*
3 *Tormentis qui possint subijci in crimine leg.iuli.maiesta. & qui sint illi qui hoc crimine teneantur.*
4 *Pœna qua puniatur crimem lege Iul.maiesta.& crimen hæresis.& quomodo puniantur filij annotatorum & uasallorum ecclesiæ & qui collegia illicita faciunt.*

1 **L**ege Iulia maiestatis. †Tenetur,qui maiestatem publicam læserit.id est Imperatorem,siue imperium & populũ Romanum id est ille, qui de bello publico recessit & victoriam hostibus dedit,& qui castrum aliquod tenuerit contra principis voluntatem aut suo capitaneo de nouo amisso ad hoc restituere noluerit vel deseruit exercitum principis populi Romani. Item & priuata persona quæ gessit dolo malo magistratum:sciens se non esse magistratum.ff.eodem.l. lex. Item & ille tenetur,qui dolo malo cũ iure aliquid gesserit,vel fecerit contra rempublicam Romanorum.

Item & ille , cuius dolo est proditio facta de populo Romano,vel insidiatus fuit populo Romano,vel fecerit quominus hostes veniant in potestate populi Romani.

Item ille,qui procurauit vt amici fierent inimici & hostes. Item & ille,qui fecit vt aliqua ciuitas vel locus non obtemperet vel non obediat populo Romano.

Item ille,qui fecit vt darentur obsides , vel pecunia vel iuramenta contra rempublicam. ff.eodem l. cuicunque. Item ille qui fecit aduersus securitatẽ populi Romani:vel cuius consilio & ope factum est contra populum Romanum. Item ille,qui fecit contra iussum principis vt obsides occidantur,vel hostes armati sint in vr-
2 be Romana,vel quod magistratus vrbis occidant, vel qcõtra rempublicam arma deferat,vel qui hostibus in dãnum populi mitti literas,vel signa facit,vel seditionẽ soli citauit contra rempublicam,& similia facit:vt ff. eodem, l.j. Item & ille,qui proditionem facit de aliqua ciuitate vel prouincia hostibus populi Romani,vel eius consi
2 lio factum est:vt ff.eodem lege maiestatis. †In hoc crimine infames,serui,omnes alij admittuntur ad accusandum & testificandum vt ff.eodem lege famosi.& lege, fina.& institu.de publi.iudici.§.pulica.cum similibus.

†Item possunt tales subijci tormentis cuiuscũq; dignitatis.& tormẽtum debet fieri cum funibus siue cordis:vt C.eodem lege,tertia & sequenti præsentibus indicijs :vt C.de quæstioni.l.milites.vel præsumptio.& c.vt no.in titu.quæ debent procedere tormentum & quæstiones . & ibi de indicijs & præsumptionibus. Item non solum ille, qui fecit aduersus principem:sed qui fecit aduersus cõsules & senatores & consiliarios principis,qui sunt pars corporis eius. †Pœna autem est quod non solum qui sic delinquunt puniuntur ad mortem pœna capitis:vt ff. eod.l.iij.sed & filij eorum,qui bonis omnibus spoliantur sola vita eis relicta:vt C.eodem l.fina. Idem videtur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

b crimine hæresis[b]: vt C. de hæret. authen. gazaros. extra eodem titu. capitulo vrgente. Idem est filius annotatorum & vasallorum ecclesiæ. extra de præben. capitulo in quibusdam & est speciale. aliàs crimem patris non nocet filio: vt ff. de pœnis. l. crimem. C. eodem l. infamis. Item tenetur ille, qui collegia illicita & societates prohibitas facit. ff. de collegijs illicit. l. j. & ij. ff. ad leg. iul. maie. lege. j. ibi caue cæterum &c.

ADNOTATIO. a ¶ Romana Adde quod etiam tenetur ille qui congregat gentem in ciuitatibus, quæ non recognoscũt superiorem de quo per Angelum in tractatu maleficiorum & ibi Augu. Arimi in versicu. de hac tradito. & vide per Cepo. in consilio vij. & ibi quod ille qui falsificat monetam incidit in hoc crimẽ in iiij. col.

b ¶ Hæresis iste infra in rubrica de hære. aliter distinguit referendo. Goffredus in summa de hære. sed tu vide de veritate doctor. in d. c. vergentis hic allegat Hiero. chu.

De adulterio, incestu & sodomia. Rubrica

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quid sit.*
2 *Adulterium committitur, si maritus cognoscat solutam.*
3 *Stuprum quid sit.*
4 *Accusando de adulterio quis primo, & quis deinceps admittatur, & quando possit agi de adulterio.*
5 *Maritus quando admittatur ad accusandum de adulterio.*
6 *Vxor quando possit excipere contra maritum accusantem eam de adulterio.*
7 *Lenocinium quando dicatur, & quando excusetur mulier ab adulterio.*
8 *Vir quando non teneatur de adulterio.*
9 *Adulterij pœna quæ dicatur.*
10 *Sodomiæ quæ sit pœna.*
11 *Stupri quæ sit pœna.*
12 *Raptus quid sit, & quæ sit illius pœna.*
13 *Incestus quid sit & quæ pœna puniatur.*
14 *Maritus accusans uxorem de adulterio & non probans: qua pœna puniatur.*

1 ADulterium, †Est propriè ad alterius torum transitus. & communiter cum nupta: vt. ff. eo. l. inter liberos. §. lex Iulia. †Et licet vir agat cũ soluta, adulterium committit: quia vxorẽ suam coninquinat. xxxij. q. ij. in coniugio. sicut econuerso, quando coniunx cum soluto. i. non vxorato delinquit. Ipsa enim coinquinat virum suum: quia vir & vxor non ad imparia iudicantur. extra de diuortio. c. gaudemus. §. quia vero. xxxij. q. j. c. si quis. †Stuprum est illicita defloratio virginis. & dicitur illicita: nisi fiat à marito. quia matrimonium est licitum. & nulla alia, quãuis etiam in vidua possit stuprum committi: vt. d. l. inter liberos. †Et no. quòd in accusatione adulterij primo admittitur maritus, & præfertur patri adulteræ. vt. ff. eo. l. ij. §. si simul. nisi maritus colludat cum vxore. vt. ff. eo. l. iij.

Item præfertur maritus omnibus extraneis etiam prę-
2 uenientibus eum: [a] vt. ff. eo. l. maritus. §. si quando. Item potest agi de adulterio, etiam si vxor non sit legitima. ff. eod. l. si vxor. Item & sponsus agit pro sua sponsa: vt. d. l. si vxor. §. Diuus. xxvj. q. ij. qui desponsatam. Nam adulterij esse debet & oportet. C. eo. l. quamuis. post maritum & patrem admittuntur propinqui: vt. d. l. quamuis, demũ autem extranei: vt not. C. eod. l. iure mariti. & l. ob com-
5 missa. & ff. eod. l. quinquẽnium. cum similibus. †Et no. quòd maritus admittitur, siue sit filius familiâs, siue non. & inuito patre: vt ff. eod. l. iij. §. filius. & sit minor annis, dummodo sit adultus: vt ff. eod. l. si maritus. §. lex Iulia. &
6 C. eod. l. propter. † Item not. quòd mulier potest contra maritum excipere, quòd ipse adulterium similiter cõmisit: vt ff. eod. l. vxor. §. iudex. ff. soluto matri. l. viro atq; vxori. extra eo. capitulo intelleximus. j. & c. tua. Item quòd ipsam sibi reconciliauit. extra de conuer. coniu. c. gaudemus. ff. eod. l. si vxor. Item quòd ipsam tradidit
7 adulterandam. extra de eo qui cog. consan. vxoris suæ. c. discretionem. Item quòd ex causa lenocinium fecerit.

†Item dicitur lenocinium, quando precium pro stu-
b pro recipitur, vel dõatio vt adulterij tolleret. xxxij. q. c. j. Item not. quòd mulier excusatur, si violenter fuit cognita ab alio, quem credebat virum suum. xxxiij. q. iij. c. cùm in lectum. Item si credidit virum suum mortuum: &
8 alij nubit. xxxiij. quæstio. ij. cùm per bellicam. † Item non tenetur de adulterio vel stupro qui meretricem, vel cauponam cognouit carnaliter propter vtilitatem personæ & vitæ suæ. C. de adulterijs. l. qui adulterium commi-
b sit, [b] & l. si quaque. † Pœna adulterantis est mors. C. eo.
9 l. quamuis. in fi. mulier autem recluditur in monasterio quam potest sibi maritus reconciliare intra biẽnium &c. vt C. eo. authen. sed hodie. in authen. vt nulli iud. §. manifesta. colla. ix. † Item pœna sodomiæ. & idẽ scelus ne-
10 fandum committen. est pœna gladij siue mortis. C. eod. l.
11 cùm vir nubit. † Pœna verò stupri diuersimodè punitur & punitur: vt habetur insti. de publi. iudi. §. sed eadẽ.
12 l. & dic vt ibi. †Raptus verò [c] est puellam rapere: & ali-
c bi deducere causa luxuriæ. Et est propriè in virgine vel vidua honestæ vitæ, & sanctimoniali & similibus. Et isti tales raptores capite puniuntur ad mortem: & nõ solum raptores, sed etiam illi, qui opem sciẽter vel auxilium dederunt &c. vt institu. de publi. iudi. §. inautem. C. de epis-
13 sco. & cleri. l. si quis non dicam rapere. de episcopa. audiẽ. l. raptores. & de raptu virgi. l. j. †Incestus verò commit titur cum priuigna, nouerca, nuru, cõsanguinea, & simili coniuncta: vt institu. de nupt. §. affinitatis. & eadem pœ-
14 na punitur, qua adulterium. ff. eo. l. adulterium cum incestu. †Et si maritus accusat vxorem de adulterio: & non probat, punitur. in authen. vt liceat matri. & auiæ. §. causas: & §. quia verò. colum. viij. & not. C. eod. l. quamuis. in fin. & eadem pœna punitur, qua adulterium. ff. eodem. l. si adulterium [c] cum incestu. & l. si maritus. & de ista materia plene not. Azo. in summa huius tituli: vnde latius nõ prosequor.

ADNOTATIO. a ¶ Prænenientibus eum. Adde quod etiam præfertur patri prævenienti: dummodo ipse maritus non fuerit negligens: vt per glo. & Barto. in l. iij. §. fina. ff. de adulter. & per Azo. in summa. C. eo. ti.

b ¶ Commisit. Adde idem si concubinã tenebat. & vide per Paul. de cast. in consi. cxxvj. incip. in Christi nomine hæc mulier. & in consi. cxxix. inci. in Christi nomine reuocatur in dubium.

c ¶ Raptus. Adde tu quod adulterium est grauius quàm crimen raptus: vt in l. j. C. de rapto. vir. & dicit Alex. in consi. lxij. in j. vol. col. ij. versi. pro hoc. & vide eundem in consi. xxiiij, col. pe. ver. Et idem in ij. volu. vbi adulterium est grauius furto.

De homicidio, & qui dicantur homicidæ. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quid dicatur.*
2 *Homicidij dicitur reus, qui hominem deloſe occidit.*
3 *Homicidij tenetur, qui cum telo doloſo ambulauit &c.*
4 *Item quando homicidij teneatur iudex uel potestas, qui uenenum malum scienter facit, quiue falsum testimoniũ contra aliquem tulit, uel tuli fecit: qui dat bibere aliquem mortiferum alicui & multis alijs casibus sequentibus.*
5 *Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.*
6 *Homicidij pœna quæ sit: & qui non teneatur de homicidio.*
7 *Homicidio commisso, an præsumatur dolus.*

IDeamus in genere. †De homicidio & dicitur homicidium hominis cædium, 1
siue hominis occisio: & dicitur ab homine & cado cadis &c. Pro homicida † tene- 2
tur, qui hominem doloſe occidit: qualitercunque occidat: siue gladio, siue veneno, siue manibus strangulando: vt ff. ad legem. Aquil. l. qua actione. §. occisum ff. ad Sillã. l. j. §. occisorum. C. ad Maced. l. plus est, siue sit liber, siue seruus. ff. de sic. l. j. §. qui hominem. siue sit infans occisus, siue maior. ff. de extraor. cri. l. Diuus.

3 †Item de homicidio tenetur, qui furtiuè vel palam cũ telo doloſe ambulauit: & aliquem animo occidendi vulnerauit: vel traxit gladium contra eum perueniendo ad actum. & percutiendo animo vulnerandi, & occidendi: licet non occiderit: vt ff. de sic. l. j. & C. eod. l. si is, qui cum telo. & l. si quis necandi. & d. l. j. §. Diuus. quia in talibus voluntas & actus pro facto reputantur. ff. eo. l. Diuus. ff.
4 de pœnis. aut facta. §. euẽtus. † Item tenetur iudex vel potestas, qui operam dedit: vt aliquis accusatus vel inquisitus falso aliquid confiteretur per quod innocens damnaretur postea ad mortem. ff. de sic. l. j. in princi. vel per pecuniam receptam ad condemnãdum aliquem ad mortem innocentem: vel ira motus condemnauit. ff. leg. Iul. repet. l. lex. §. fin. Item & ille tenetur, qui venenum malum scienter facit causa occidendi aliquem, vel dedit ad
a occidendum. [a] Item & qui falsum tulit testimonium, vel tuli fecit contra aliquem, per quod quis condemnatur ad mortem contra ius. Item iudex, qui ob pecuniã falsam tulit sententiam mortis contra aliquem. ff. eod. in princi. & §. præterea. & l. eiusdem circa princi. & l. j. C. de accus. & l. non ideo minus. cum si. Item & ille, qui dat aliquid mortiferum bibere vel comedere: vt puta venenum, mandragoram, vel serpẽtem, vel cicutam, vel quid simile. ff. eo. l. iij. §. alio. Item ille, qui misit aliquem per aliquam viam vt occideretur doloſe: sciens ibi esse homicidas vel inimicos suos. ff. ea. l. §. item autor. Item ille, qui fuit autor seditionis: vt d. §. item autor. Item & ille, qui castrauit hominem vel puerum causa libidinis faciẽdæ: vt d. l. eiusdem. §. qui hominẽ. Item & ille, qui mulierem cogit: vt ei̇seret partum iam animatum & viuum. ff. de pœnis. l. Cicero. Item & mulier, quæ partum eiecit animatum: vt ff. de sic. l. si mulierẽ. & ff. de extraor. cri. l. Diuus. no. Item & qui dat bibere vel comedere mulieri prægnanti: vt partum eiſciat: vt ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. abortiuum. Item qui facit: vt nec vir, nec mulier possit generare. ar. ff. de sic. l. si mulierem. extra de homicidio. c. si quis. Item & qui facit: vt non possit mulier parere partum. extra de homicidio. c. si quis. Item iudex, vel potestas, vel alius officialis, qui facit aliquem confiteri contra veritatem, propter quæ innocens occidatur. ff. de sic. l. j. & l. iij. §. qui fal. Item & ille, qui se castrari fecit: & ille, qui eum castrauit. ff. de sic. l. iiij. §. fi. Item & ille, qui fecit instrumentum ad hominem castrandum: vt ff. eod. l. hi quoq;. §. j. & l. sequenti. Item qui homicidium facit vel fieri facit. C. de accusationibus. l. non ideo. ff. ad Sillanianum. l. si certus sit percussor. ff. de sic. l. nihil.

Item generaliter quicunq; alium occidit vel occidi fecit sponte & dolo malo: vel aliquid doloſe facit, propter quod aliquis moriatur: de homicidio tenetur. Item cõsocij & participantes, qui scienter dederunt auxilium &
5 fauorem operando in delicto. † Nam agentes & consen-
b tientes pari pœna [b] puniuntur, & de homicidio tenentur. ff. eo. l. j. in princi. de parricid. l. verum. de adul. l. is cuius ope. nam hic desideratur dolus: & non sufficit culpa. ff. de sica. l. & lege & facit ff. eod. l. nihil. & l. qui eodem. licet de culpa puniatur: sed non ad mortem, qui culpa deliquit & occidit. ff. eod. l. j. §. sed si culpa. & l. iij. §. fi. & l. j. lege Cor-
6 nelia §. si quis quod est notandum. †Pœna autem homicidij est pœna capitis & mortis regulariter. iuxta illud, homicida, parricida quod fecit expectet. C. de epis. audi. l. iij. §. fina. de parri. & l. penulti. §. qui alijs personis. institit. de publi. iudi. §. item lex Iulia. de sica. & ibi not. iuxta illud, qui gladio ferit, gladio peribit. Fallit tamẽ in quibusdam personis, quæ committunt homicidium: & non tenẽtur de homicidio: nec puniuntur: vt est videre in in-
c fante, [c] & furioso, qui non puniuntur de homicidio: vt ff. eod. l. quomodo infans vel furiosus. ff. de offic. præsi. l. Diuus. Item in eo, qui cum claua vel alia re homicidium commisit, non animo occidendi: vt ff. eod. l. j. §. sed si claua. Item neque in marito, qui occidit mulierem deprehensam in adulterio. ff. eo. l. j. §. sed & quæcunq;, nõ punitur ad mortem: vt ff. de adul. l. si adulterium. §. nam & Diuus. Item in eo, qui occidit furem nocturnum. ff. eo. l. furem. Itẽ in eo, qui occiditur in rixa: & nescitur cuius ictu perijt: vt ff. eo. l. fi. Item generaliter in omni alio casu, in quo quis potest alium occidere de iure ad sui defensionem, vel rerum suarum, vel filiorum, vel parẽtum, vel similium personarum &c. vt plenè. ff. de pœnis quæ pos. offen. fine pe. &c. nam isti non tenentur de homicidio: licet homicidium faciant. Item & si casu fecit: vt C. de sica. l. j. & l. eum qui. ff. de pœ. l. respiciendum. §. casu. Item maxima dementia: vt factum à demẽtissimo:
d vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. Item ebrietas [d] excusat ab homicidio. xv. q. ij. c. sanè. & c. inebriarunt. §. insania. xv. qõ. j. si quis insaniæ. Et si fiat ad defensionem suam, vel rerum suarum, vel filiorum, & similium: vt supradictum est. Item ætas excusat vt in impubere non
e doli capace: vt. ff. de pœnis. l. impunitas. Item furor [e] vt ff. de offi. præsi. l. Diuus. Item etiam in similibus: vt no. infra in tit. de insultu & defen. & not. de hoc Goffre. in summa sua. extra de pœnis in fin. Sunt autem multæ personæ, quę non cõmittunt homicidium: & tamen damnãtur ad mortem: vt no. ff. de personis, quæ pos. ad mor. con-
7 demnari. †Sed nunquid in homicidio commisso præsumitur dolus? vide. j. in titu. l. in quæstio. quid sit dolus & doloſe factum. Respond. non videtur nisi probetur: vt C. de dolo. l. dolum. E contra quod sic. Nam omne maleficium factum, prauè præsumitur actum. C. de iniur. l. si non conuicij. Item alia ratione: quia oportet homicidam probare, quòd casu fecerit homicidium: si vult euitate pœnam: vnde contra ipsum præsumitur. C. de sic. l. j. & l. eum qui. quod verum videtur de rigore iuris. Sed Azo in summa. C. ad leg. Cor. de sica. in fin. dicit q; pœna homicidæ est quòd altiores deportantur, humiliores bestijs subijciuntur: sed contra eum apertè est. ff. de parri. l. j. §. qui alias personas. insti. de pub. iudi. §. item lex Corn. de sica. & quod ibi not.

ADNOTATIO. a ¶ Ad occidendum. Adde & intellige hic etiã si homicidum non sequatur: vt per Cepo. consilio. colum. j. & ibi de pœna.

b ¶ Pari pœna. istud quomodo intelligatur vide plenè per Cepoll. in consilio xxxij. columna iij. & per Alexand. in consilio xv. in j. volumine.

c ¶ Infante. Adde tamen quòd si est doli capax infans committit omne delictum præter carnis. l. auxilium. §. j. & ibi not. ff. de mino. & sic punitur. quod etiam intellige, si sit talis infans proximus pubertati: vt dicit not. Ange. in l. impuberem. ff. de fur.

d ¶ Ebrietas. Adde Barto. in l. aut facta. in prin. ff. de pœ & vide eundem in l. respiciendum. §. delinquunt. eod. titu. vbi dicit, quòd ebrietas non excusat. de quo per Ro. in l. j. in princ. colum. iiij. ff. de verborum obligationi. & vide dominum. Mari. so. in repe. c. ad audientiam. de homicidio. & per Ang. Aretium in tractatu maleficiorũ. in versiculo scienter. col. viij. & adde quod etiam si dormiẽdo quis delinquit, quod excusatur. de quo per Bartol. in lege penulti. ff. de parric. Pet. de ancharano. & Ioannes de imola. in clementi. furiosus. extra de homicidijs. & Bart ol. in l. vim. ff. de iustitia & iure & per Flo. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad legem Aquiliam & in locis supra allegatis.

e ¶ Furor. De hoc vide in locis supra proxi. allegatis. & adde quid de habente dilucida intervalla, si. delinquit an præsumatur delictum factum tempore furoris vel sane mentis, de quo doct. in repe. cle. j. de homi. & adde quod si quis delinquat tempore sanæ mẽtis: & in præsenti sit in furore, nõ potest puniri de tali delicto, ita Bala singulariter quem vide in lege furiosum. C, qui testamenta facere possunt de quo vide latissime per Francis. Aretium in lege ex facto. columna v. circa medium ver vtrum pro homici da. ff. de vul. & & pu. quem omnino. vide.

De insultu, percussione, defensione, & qui excusantur à delicto. Rubrica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De insultu, percussione, de fensione &c.

SVMMARIVM.

1 *Insultus quid sit.*
2 *Insultans alium sine armis, illum tamen non tangens, quomodo puniatur.*
3 *Insultus factus ab aliquo habente ensem ad latus: illo tamen non euaginato: si ordinatum sit, quod insultans cum armis puniatur in x. an punietur in x.*
4 *Insultum faciens ad porticum domus alicuius, siue sit propria siue conducta, uel gratis concessa: stante ordine quod insultum faciens ad domum alicuius puniatur in c. quomodo punietur.*
5 *Insultu à pluribus facto contra unum stante ordine, quod qui fecerit insultum puniatur in x. an quilibet insultantium condemnabitur in x.*
6 *Insultu facto ab uno contra plures, an pro uno insultu uel pro pluribus teneatur: & an pro una pœna.*
7 *Insultus factus contra Mar. & illo uulnerato, an fiet condemnatio de insultu per se, etiam de uulnere aut de uulnere tantum.*
8 *Vulnerans siue occidens ad defensionem illum, qui cogtra eum irato animo. & cuse euaginato ibat, an teneatur de uulnerato uel de occiso?*
9 *Defendere se aut ad sui defensionem aliquid facere & quando aliquis dicatur.*
10 *Defendere se cum armis quod liceat: quamuis insultans uelit se sine armis offendere.*
11 *Resistere quomodo possim quando in rebus mihi fit vis.*
12 *Vulnerato te à Mar. si ille incontinenti aufugiat, & tu prosequendo ipsum uulnerasti an puniaris.*
13 *Insultantibus se duobus adinuicem: quolibet eorum dicente alter incepit quis condemnabitur.*
14 *Vulnerato seu occiso in uia Mar. qui erat malæ conditionis & famæ à Titio, qui erat bonæ conditionis & famæ dum se defendit à Mar. tamen hoc probare non potest: nisi per suum iuramentum. quid fiet.*
15 *Vulnus intulit Titius animo occidendi Sempronium an de homicidio punietur: licet non sequatur mors.*
16 *Vulnerato Titio, puta cum gladio, si pluribus diebus iacuit: postea surgat: & huc atque illuc erat: deinde subito moriatur: an uulnerans erit puniendus de uulnere tantum uel de occiso.*
17 *Vulnerato in causa mortis, an debeat credi: si dicat quod talis eum uulnerauit seu insultauit.*
18 *Ludentibus pluribus unus alium percussit, nunquid puniatur.*
19 *Vulnus intulit Titius existens in uia Caio existenti in domo proiiciendo ensem in domum: si sit ordinatum, quod in duplo puniatur percutiens aliquem in domo sua: an pœna dupli punietur Titius,*
20 *Statuto dicente, qui alium percusserit in facie: puniatur in centum libr. aliud dicit, qui percusserit in platea: condemnetur pœna dupli: aliud dicit omnes pœnæ duplicentur de nocte. aliquis percussit alium in facie in platea & tempore noctis: an omnes pœnæ duplicabuntur an solum pœna librarum c.*
21 *Percussit Titius quendam in uia priuata, per quam itur publicè an stante ordinatione quod percutiens in uia publica puniatur pœna dupli Titius punietur pœna pupli.*
22 *Insultum fecit aliquis & uulnus intulit ex quo mors sequuta: est si stat ordinatio quod pro insultu puniatur in x. lib. pro uulnere in c. pro homicidio in mille: an iste punietur de singulis maleficijs & diuersis pœnis.*
23 *Vulnerauit Mar. Ioan. qui sua culpa mortuus est. puta propter coitum uel imperitiam medicorum: an Mar. condemnabitur de homicido.*
24 *Auxilium præstans, instigans, & consilium dans, an puniatur. & uide plura exempla, siue casus.*
25 *Martinus à pluribus & insultatus & uulneratus dicitur. accusatus Titius quod dictum Martinum uulnerauerit. an sit audiendus Titius, si alterum non ipse fecisse probare uelit.*
26 *Vulneratus fuit à pluribus Martinus & pluribus percussionibus dicitur qd' ex uulnere Titij mortuus est: ille uult probare quod nõ: an audietur, & si probauerit, quid erit.*
27 *Ensem concedens dolosè furioso, cum quo se interfecit: an punietur.*
28 *Vulnerauit quis Titium in platea: si ordinatum sit, quod si quis uulnerauit aliquem puniatur in x. li, & aliud statutum sit, quod si quis deliquerit in platea puniatur pœna dupli. an pœna amborum statutorum punietur delinquens*
29 *Statuto dicente, si quis percusserit aliquem cum sanguinis effusione, pro percussione puniatur in x. libr. quidam unica percussione, puta cum forpice intulit plura uulnera: qualiter condemnabitur.*
30 *Vulnerauerunt in rixa plures unum pluribus uulneribus: ex quibus mortuus est & nescitur ex cuius uulnere: cum omnia uulnera non sint mortalia. qualiter puniẽtur isti: & quid cùm constat cuius ictu.*
31 *Vulnerauit Mar. aliquem uulnere non letali: sed decessit imperitia medici, quo modo condemnabitur Martinus.*
32 *Medici quomodo eliguntur, qui habeant ferre iudicium de uulnere.*
33 *Medici unius iudicio an stetur uel plures requirantur.*
34 *Vulnerauit seipsum quidam quomodo punietur.*
35 *Percussit Marti. Titi. dum uellet percutere Caium: uel dum uellet percutere canem percussit per transeuntem, & mortuus est: an puniendus sit Martinus.*
36 *Percussi Titium uolentem, qua pœna puniar.*
37 *Percussi aliquem quem non cognoscebam an puniar.*
38 *Insultauit & occidit Titius inimicum: & antequam id faceret, dixit quibusdam associate me usque ad talem locum: quod fecerunt ignorãtes intentionem illius: & cùm fuerunt prope locum, ille antecessit, homicidium commissit, capitur homicida cùm socijs: quid erit.*
39 *Statum dicit, qui percusserit potestatem: puniatur pœna dupli percussus fuit illius miles: an eadem pœna delinquens punietur.*
40 *Vulnerauit Titius Mar. condemnatus fuit in lib. xxv. communi Mar. ault repetere expensus factas pro medicis à uulnerante, an posit.*
41 *Iniuriarum an agere poterit Mar. contra uulnerantem in superiori casu.*
42 *Occisus fuit Titius à Caio de mandato Sempronij: an Caio petenti poterit potestas procedere contra Sempronium.*
43 *Statuto puniente percussorem in lib. x. homicidam ad mortem. Mar, uulnerauit aliquem: postea quis percussit, & interfecit: qualiter isti puniantur.*
44 *Statutum punit percutientem in domo pœna dupli: quidam percussit in ecclesia uel molendino, an dupli pœna punietur.*
45 *Equus currens, super quo erat, cessor, quendam occidit: quomodo puniatur sessor ille.*
46 *Pœnæ duæ diuersæ si imponantur ex forma duorum statutorum pro percussione: nec apparet quod statutum sit prius quæ pœna imponatur.*
47 *Pœna legis & statuti: an quis possit puniri pro percussione uel alio maleficio.*
48 *Delinquens regulariter pœna debita est puniendus. fallit in casibus hic enumeratis.*

Via sæpe fiunt insultus, de his videamus. Et primò quid sit insultus: & quid potest dici. † Insultus[a] est contra alium impetuosus ingressus: vnde insultare, est ira & impetuoso animo alterum aggredi: vt nomen sit consequens rei. insti. de donat. §. est alius. vel insultare est in alterum irato animo irruere. Sed quid † si aliquis facit contra te insultum irato animo, vt dictum est, sine armis nõ tamen tetetigit, qualiter punitur: puto iniuriarum. ff. de iniur. l. apud Labeonem. §. j. in fi. si autem te tetigit, similiter iniuriarum tenetur: & æstimabitur iniuria an sit atrox vel non: & pro qualitate & atrocitate iniuriæ fiet condemnatio. insti. de iniur. §. atrox. & ff. eo. l. prætor. §. fi. & l. se. & de hoc not. j. in titu. de iniur. † Sed quid si ordinatum est, quòd si aliquis fecerit insultum cum armis puniatur in x. Quidam habẽs arma ad latus, puta ensem, fecit insultum contra aliquem, non tamen ensem euaginando, nũquid punietur de insultu cum armis? dic quòd sic: vt notabiliter not. Barto. in l. idem est, & si quis armis. versic. qui armati. ff. de vi & vi ar. quod est notandum. & semper menti tenendum: vt ipse Bart. dicit. Item tenet renet Albe. de rosa. in q. statu. in ij. parte. q. xxxvj. † Sed quid si ordinatum est, quòd si aliquis fecerit insultum ad domum alicuius puniatur in duplo vel in cẽtum lib. Aliquis fecit insultum sub portico domus. Respõ. quod debet eadem pœna puniri. appellatione enim domus, porticus[b] continetur. ff. de leg. j. l. cum hic senatus. de leg. iij. l. prædijs. §. pe. ad fi. Et intelligo siue sit propria. siue cõducta[c], vel gratis concessa: vt instit. de iniur. §. domum.

Item domus appellatione omnis forma ædificij continetur. ff. de incen. rui. naufrag. l. qui ædes. in fin. † Sed quid si ordinatum est, quòd qui fecit insultum puniatur in x. lib, plures faciunt insultum contra aliquem simul & semel nunquid quilibet condemnabitur in x. lib. Respõ. sic: quia tot videntur iniuriæ esse, quot sunt iniuriantes, vel iniuriam facientes vt ff. de iniur. l. si plures. ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. † Sed quid ecõtra: vnus fecit insultum contra plures simul & semel: an teneatur pro pluribus insultibus & delictis, an solum pro vno & vna pœna. Respõdicunt quidam, quod pro pluribus: quia tot videntur fore insultus & delicta, quot fuerunt personæ contra, quas est insultatus. argu. eius quod dicitur: tot sunt condemnationes. quod res. ff. de donationibus lege senatus. & tot dicuntur esse stipula. &c. ff. de verbo. obligationi. l. finali & l. scire. cum simi. facit quod not. extra de crimine falsi. capitulo primo. Alij contra quod pro vno insultu tantum, & pro vna pœna puniatur: quia vbi est vnus solus insultus

tus nõ põt dici quod sint plures. cum vnitas non capiat diuisionem &c. & impossibile est quod vnum sit duo: & quod est impossibile non capit argu. instit. de inuti. sti. §. impossibile ff. de regu. iu. l. impossibilium. Item licet quis sit datus tutor pluribus pupillis simul & semel: vna est tutela & non plures: quia numerus pupillorum non facit plures tutelas: sic nec plures insultus. ff. de excu. tut. l. tria onera. & l. is. §. fin. Numerus enim personarum nõ debet attẽdi. vt ff. de pœnis l. maiorẽ. & l. rescripta. §. j. j. responso. & facit ff. ad legem Aquil. l. illud. §. fina. ff. arg. furtis. cęs. lege si plures. ibi, at si eadem &c. dic vt ibi. Item quia pœnę sunt molliendæ &c. vt ff. de pœnis lege penul.

Item quia iudex inquantum minus potest habet condemnare: vt not. ff. de præto. stipulatione lege finali. & ff. de pœnis lege si præces in fin. seruando leges: vt in authenti. de iudi. §. omnis autem. Et verius videtur, si procedatur per inquisitionem contra Martinum qui insultauit & insultum fecit contra tales &c. Non tamen nego, quin possit quilibet agere de per se, de iniuria sibi facta via ordinaria per accusationẽ. Nã tunc pro quolibet qui accusat punietur. arg. C. de seruis fugitiuis. l. quicunque. Ibi, pro vnoquoque &c. ff. de termi. mo. l. ij. vbi pro singulis &c. de priua. deli. l. nõnunquam. cum simi. † Sed nunquid si Martinus fecit insultum, & in ipso insultu etiam vulnerauit: nunquid de insultu de per se, & etiam de vulnere punietur: aut de vulnere tantum? Respondeo quod non, cum hæc fuerint simul & semel. vnde cùm vnum sine altero quasi esse non potuerit: de vulnere tantum quasi de maiori delicto debet puniri & non de insultu per se. argumento de modo mul. lege finali ibi, si id incontinenti &c. C. ad legem Iuliam. de vi publica. l. quoniam. secus si ex interuallo fecisset primo insultum, postea vulnus. Nam tunc de vtroque teneretur cùm diuersa essent delicta: nec vnum tolleretur per aliud: vt ff. ad legem Aquili. l. illud. §. si vero. & C. de accusationi. l. qui de crimine facit. ff. de priua. delic. l. nonnunquam. cum similibus. & ibi etiam not. de maiori delicto dixi: quia maius prefertur minori. argu. C. qui accu. non pos. l. j. C. de ordi. iudi. l. j. cum similibus. † Sed quid si Titius cum gladio euaginato animo irato venit contra te stringendo gladium: tu dubitas, ne te vulneret vel occidat cum gladio: tu cũ tuo gladio ipsum percutis ad tui defensionem: & vulneras vel occidis. quæro an tu de vulnerato vel occiso tenearis? Respon. non. vt C. ad legem Corneliam de sica. l. is qui aggressorem. ff. ad legem Aquiliam l. sed & si quẽcũque ferro. & est ratio: quia non licet aliquem insultare nec aggredi: & non debet quis expectare se prius percuti quã ipse percutiat? cùm sufficiat terror armorum. &c. vt ff. de vi & vi armata l. iij. §. primo. Item quia cuilibet licitum est se defendere de iure ciuili: vt ff. de iustit. & iure. l. vt vim. & de iure canonico extra de sen. excom. ca. si verò. de homici. c. significasti. etiam iure naturali. prima dist. ius naturale. Et quicquid ad suam defensionem quis facit iuste facere videtur: vt dicta l. vt vim. & dicta. l. is qui aggressorem. & quod iuste fit nullam pœnam meretur. C. de adult. l. Gracchus. cum simili. Sed quãdo dicatur quis facere ad sui defensionem. Respon. quando aliquis venit contra te irato animo cum gladio in manu volens te percutere vel occidere: quod ius pũmit si stringit gladiũ. ff. de sica. l. j. §. Diuus. & vidẽs hoc dubitas ne te vulneret vel occidat: percutis ipsum antequam te percutiat vel vulneret: & vulneras ipsum vel occidis: non debes expectare vt ipse prius te percutiat: cum sufficiat timor armorum. argu. ff. de vi & vi arma. l. iij. §. qui armati. & §. cùm igitur. dommodo semel percutiat tantum. Sed tamen si te vellet iterum percutere: licitũ est tibi repercutere ipsum & non aliter, vt puto: quia non esset defensio, sed vindicta: sed tamen si tu ira vel timore ductus, & motus ne te percuteret vel occideret: potius quã te percutiat ex proposito vel dolo percutis illum, excedis modum in vulnerando non teneris, vt extra de sententi. excommunication. capitulo si vero. §. penultimo & capitulo perpendimus. ff. de regu. iur. l. quod calore. Idem dico si post percussionem in te vel vulnus illatum, tu incontinẽti ipsum vulneras antequam vadas ad extraneos actus: vt dicto §. cũ igitur: quia videris facere ad tui defensionem. C. vnde vi. lege prima & maximè si ipse volebat te iterum percutere. ff. ad legem Aquiliam lege si ex plagis. §. tabernarius. & lege scientiam. §. sed si offendi. & est ratio quia ille est in culpa volẽdo te offendere, & prouocando te ad iram, Vnde si ipsum sua culpa offendis, sibi imputet: vt ff. de regulis iuris. lege damnum. & lege quod calore. argumẽto si qua. pau. fe. di. l. j. §. si cum arietes. & secunda quæstion. tertio. capitulo si quis iratus. ff. de adulter. lege ait lex. §. fi.

Et idem dico si fiat defensione personarum: quia licitũ est defendere: vt filiorum, & parentum, & vxoris, & similium: vt not. supra de personis quæ possunt offendere sine pœna. Et quod dixi incontinenti, non ex interuallo[h]. Facit ad hoc. C. de episco & clericis lege raptores, ibi tẽpore inuasionis & capitulo ibi. & in flagranti adhuc delicto &c. Nam si fieret ex interuallo esset vindicta, & non defensio. & hoc non licet. vt ff. de iud. lege nullus.

Item intelligo prædicta vera esse, dummodo fiant cum moderamine[i] defensionis: vt si ipse, qui te insultat velit te offendere cum armis: & tu te defendis cum armis: & si sine armis, & tu sine armis. †Saluo quod si ipse esset fortior te valde: & vellet te offendere sine armis: quod tibi licet cum armis te defendere, & resistere: propter inequalitatem fortitudinis: vt not. C. vnde vi l. prima. Et prædicta vera sunt quando fit contra personam cõtra quam debet fieri defensio incontinenti. †Si autem fieret in rebus: vt quia expellor per vim de possessione rei meæ, tunc non solum licet mihi resistere & defendere incontinenti: sed etiam ex interuallo per me, & etiam conuocatis amicis: vt ff. de vi & vi armata l. tertia. §. j. & §. cùm igitur. vbi de hoc, & de ista materia no. extra de homicidio. capitu. significasti. & xxiij. quæstione prima capitulo qd' militare †Sed quid si Martinus te vulnerauit & incontinenti aufugit, & in prosequendo & fugiendo ipsum vulnerasti? Respondeo, puniendus es. quia potius videris facere ad vindictam[k] quam ad defensionem. quod non licet. C. de iudæis. l. nullus. C. vnde vi l. j. & hoc not. Goffr. in sua summa. extra de homicid. circa finem. †Sed quid si duo insultauerunt se ad inuicem vel percusserunt: quilibet dicit quod alter incepit & fecit ad suam defensionẽ: nec aliter ostendatur de maleficio. quid præsumendum in dubio? Respondeo præsumendum est contra eum, qui consuetus est rixari, & talia maleficia committere: quia q semel malus &c. vt de regulis iur. l. qui semel. ff. de accusatio. l. si cui. §. eisdem crimi. Item consuetudo malorum est potius velle rixari, quam illius, qui nõ sit assuetus: vt ff. de libe. & posthu. l. si quis posthumos. & facit. ff. de pignora. actio. l. vniuersorum. ibi, solebat &c. ad Macedon. l. sed & Iul. §. quod dicimus. cum similibus. †Sed quid si Martinus est homo malæ conditionis & famę: assuetus etiam latrocinia & robarias, furta, & homicidia committere: & de talibus aliàs extitit condemnatus. quidam homo bonæ famę & conditionis eundo per viam fuit insultatus ab ipso Marti. qui volebat ipsum occidere vel robare. Iste bonus homo ad sui defensionem dictum Mart. vulnerauit, vel occidit: non tamen potest probare prædicta, nisi per suum iuramẽtum: modo quęritur quid iuris? Respondeo, & primo videtur quod sit puniendus, qui de liquit vt ff. de sica. l. j. §. Diuus. & §. qui hominem ff. ad legem Aquil. lege qua actione. §. occisum. quia non deficit ius, sed probatio. lege duo sunt. de testamenta. tute. Si eñ probaretur per testes, quòd ad sui defensionẽ fecisset excusatus esset ff. de iusti. & iure l. vt vim. Econtra videtur quod iste sit absoluendus: quia licitum est insultantẽ & latrocinitatem occidere ff. de sicarijs l. is qui aggressorem. Nam dictus Martinus consuetus est mala committere: vnde præsumendum est contra eum, quod ipse incepit: & voluerit suam malam consuetudinem retinere, cùm semel malus semper præsumitur malus &c. & pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

isto bono homine bonum est præsumendum: vt illud qđ fecerit si bonũ, & licitum est se defendere: vt d. l. vt vim. & de sententia excommunicationis: capit. si verò. Item fama istius debet isti prodesse: & mala fama illius debet illi nocere: vt ff. de quæstio. l. de minore. ibi, vel eius existimationis &c. facit ff. de tuto. & curatori. datis ab ijs. l. sed & personam cum similibus. vnde debet absolui dũmodo purget se suo iuramento, quòd fecit ad suam defensionem. Nam & aliàs per sacramẽtum quis purgatur. C. de ijs, qui ad eccle. confugi. l. presenti. §. & faue. de pœn. iudi. qui malè iudica. authenti. nouo iure. C. de iure delib. l. scimus. §. si verò. Sed ille, qui in tali casu habet iudicare: diligenter aduertat conditiones & qualitates personarũ, & omnia alia, quæ in talibus sunt consideranda: vt ff. de pœnis. l. aut facta. & quòd iustum fuerit faciat & obseruet. †Sed quid si Martinus insultauit & insultum fecit contra I. & cum gladio vulnerauerit & percussit animo occidendi, non tamen occidit: nunquid de homicidio punietur? Respon. sic de rigore iuris: vt ff. de sic. l. j. §. Diuus. de pœnis l. aut facta. §. euentus. C. de sica. l. si is qui cum telo. Nam in talibus voluntas & actus pro facto reputatur: vt ff. de sica. l. iij. & l. Diuus. sed de cõsuetudine generali & secundum formam statutorum secus est. quia licet quis vulneret animo occidendi: si non occidit: de vulnere punitur: & non de homicidio. † Sed quid si aliquis fuit insultatus & vulneratus cum gladio vel alia re: ita q̃ iacuit pluribus diebus: & postea surrexit: ita quòd videbatur liberatus: vel ibat per viam huc & illuc: postea subito moritur: quæritur an illæ, qui vulnerauit sit puniendus de homicidio, aut de vulnere tantum? Respond. aut vulnus fuit mortale & illatum in tali parte corporis, quo homines solent perire: tunc præsumitur mortuus ex vulnere, siue occasione vulneris: si nondum consolidatio vulneris facta erat: vt ff. ad legem Aquiliam l. qui occidit. §. fina. & l. ita vulneratus. in princip. & l. huic si seruus. in fine nisi probetur quod ex alia causa: vt ex veneno, vel coitu, vel vino, vel mala custodia &c. sit mortuus. Si autem vulnus non erat mortale, nec in loco periculoso corporis: nõ presumitur mortuus ex vulnere: sed ex alia causa: nisi probetur quod occasione febris superuenientis occasione vulneris moriatur, vel simili causa. Nam tunc punietur de occiso, si habuit animum occidendi: quia non refert vtrum quis occidat, an det causam morti. ff. de siear. l. nihil & hoc casu stabitur iudicio medicorum: vtrum sit mortuus ex vulnere vel occasione vulneris: vt probatur extra de homici. cap. significasti. Nam creditur medico in arte sua: vt C. de re milita. l. semel. ff. de statu liber. l. septimo mense. & cuilibet alij in sua arte. C. de pondere & auri illa. l. fina. ff. si mensor. fal. mo. dix. l. j. extra de præsump. c. qui iudicante. †Sed nunquid debeat credi insultato vel vulnerato in casu mortis: si dixerit quòd Marti. eum insultauit vel vulnerauit? Respon. non: nisi aliter per testes probetur. ff. ad Sill. l. si quis. §. j. & l. casus. †Sed quid si plures ludebant & ludendo & currendo vnus percussit alium: nunquid puniatur? Respon. nõ: si percussio fuerit leuis, & non studiose facta. ff. de sica. l. in lege. argumẽ. ff. de edi. edic. l. j. §. proinde. ff. de ven. insp. l. j. in fin. Sed tamen si ludendo percuteret cum gladio, vel alia re malitiose, dicens ludens feci: non excusatur, sed punitur. vt extra de præsump. capitu. j. ff. ad legem Aquiliam l. nam ludus.

Item quis ludos appellat, ex quibus crimina oriuntur &c. vt in procemio. ff. illud verò satis. versicu. quis enim ludos &c. †Sed quid si ordinatum est, quod si quis percussit aliquem in domo sua puniatur pœna dupli. ponedum aliquis esset in via, proiecit gladium vel rem aliquã contra aliquem existentem in domo sua, & eum percussit: quæritur an pœna dupli debeat puniri: Respon. videtur quod nõ: quia percussor non erat in domo percussi vt ordinamentum videtur dicere: cùm à verbis ordinamenti non sit receden. ff. de legat. iij. l. non aliter. ad municipa. l. constitutus. de exercitoria. l. j. §. ergo. Item domus dicitur quæ constat ex tecto & pariete & fundamẽto: vt ff. de verborum significatione l. ædificia. & l. cùm taberna. & cùm non sic fuerit in domo, sed in via: non videtur puniendus. Item quia dictio in, significat locum &c. Econtra videtur, quòd puniri debeat pœna dupli cùm proiecit gladium: vt ff. ad legem Aquiliam l. item Mela. §. si plures. Item quia voluntatem habuit, & actum fecit: vt ff. de sicar. l. Diuus. & nihil interest &c. ff. de sicar. l. nihil. Item & locus aggrauat delictum. C. de adulterijs. l. Grachus. Item quia domus est tutissimum refugium. ff. de ius in voc. l. plerique. Item qui prope domum est: videtur in domo esse. argumento. C. de ijs, q̃ ad ecclesiam confugiunt l. presenti. §. quid in finibus. ff. de procuratorib. l. & qui in orto. ff. de lega. iij. l. prædijs. §. penult. & fina. cum simili. & hoc verius videtur † Sed quid si dicatur in statuto quòd si quis percusserit aliquem in facie, puniatur in centum li. & aliud statutum dicit, q̃ si aliquis percusserit in platea: condemnetur pœna dupli. Aliud statutum dicit, quod omnes pœnę duplicentur de nocte: contingit quod aliquis percusit aliquem in facie, & platea, & noctis tempore. quæritur modò an omnes & singulæ pœnæ in statutis contentæ debeant duplicari an solum principalis pœna in li. centum. Respondeo & videtur quòd omnes & singulæ pœnæ sint seruandæ: cùm statuta hoc dicant: & eorum forma est seruanda. ff. ad muni. l. constitutionibus. nec à verbis statutorum est recedendum l. non aliter. de le. iij. & l. j. §. ergo. ff. de exercito. nec vnum delictum tollit aliud. ff. de priua. delic. l. nunquam plura. cum simi. Contra quòd sola pœna centum libra. debeat duplicari, & semel tantum. argumen. ff. de pet. hæredi. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. & §. item videndum. Nam in actione quod metus causa solum simplex quadruplatur. sic & in casu nostro sola pœna centum li. quæ est principalis debet duplicari. argumento ff. quod metus causa l. si cum exceptione. §. hæc autem. & §. quadruplatur. Item quia sola originalis æstimatio considerat: non tamen quod deinde nascitur vel accidit: vt ff. de peculio. l. id quod. §. j. ff. de furtis. l. in furti ac. & l. vulgaris. §. j. vi bono. rapto. l. ij. & l. nec. ff. de pœnis. l. sanctio legum. in fine cum simil. & hoc videtur verius: quia pœnę sunt molliendę. ff. de pœnis. l. interpretatione. ff. de pręto. stipula. l. fina. † Sed quid si ordinatum est quod si quis percusserit aliquem in via publica puniatur pœna dupli. quidam percusit in via priuata: sed tamen per eã publicè itur: quid iuris? Respon. quòd debet eadem pœna puniri: quia talis via priuata debet haberi pro publica postquã per eam publicè itur. ff. de ijs, qui defe. vel effu. l. j. ibi, dummodo &c. ff. si mens. fal. mo. dixe. l. fi. cum simi. †Sed quid si ordinatum est, quòd pro insultu quis puniatur in x. lib. & pro vulnere in c. li. & pro homicidio in mille lib. Pone quod aliquis fecit insultum, & vulnus: ex quo mors secuta est, nunquid punietur de singulis maleficijs & diuersis pœnis? Respon. sic videtur, quia tria videtur esse delicta & diuersa, & vnum non est aliud. ff. de priua. deli. l. nunquam plura. Econtra videtur ad legem Iuliam de vi publi. l. qui. Sol. videtur q̃ legem ista delicta simul & semel fuerint commissa, q̃ tũc de vno: sed de maiori, vt de homicidio. cùm vnum videatur maleficium ratione continuationis. Si autem ex interuallo: vt quia insultauit & postea percussit: tũc de pluribus puniatur. ff. ad legem Aquiliam l. illud. §. fin. vbi de hoc C. de accu. l. qui de crimine ff. de iniur. l. prætor. §. si plures. †Sed quid Martianus vulneravit Ioan. & ipse Ioan. sua culpa vt propter coitum, vel aliam causam, vel malam custodiam, vel quia non faciebat se medicare, quod si fecisset conualuisset: mortuus est: nunquid Marti. condemnabitur de homicidio? Respon. non videtur. vt extra de homi. c. tua nos. Nam damnum quod quis sua culpa sentit sibi imputet. ff. de regulis iuris l. damno. sed de vulnerato tantum & hoc debet constare per testes duos: vt ff. de testi. l. vbi vel iudicio medicorum. extra de homic. c. iudicasti. C. de re milit. l. semel. Idem puto si per imperitiam medici est mortuus: vt de vulnerato tantum, non de homicidio

micidio puniatur. ff. ad legem Aquiliam l. si seruus seruũ. §. si cal. ff. de edil. edict. l. quod si nolit. §. qui magistrium. instit. ad legem Aquiliam. §. imperitia. cum similibus.

24 †Sed quid si vnus cœpit Martinum per pannos & ipsum tenuit dolosè: & alius superuenit & vulnerauit: nũ quid vterque tenetur? Respondeo sic. ff. ad legem Aquiliam l. item Mela. §. sed si alius. & l. ita vulneratus. quia non interest vtrũ quis occidat, vel præbeat causam mortis. ff. de sicarijs l. nihil. de parri. l. vtrum. Idem est in illo, qui scienter & dolosè dat auxilium cooperando ad maleficium committendum: quia vterque tunc similiter tenetur. instit. ad legem Aquiliam. §. opere. & §. si verò. Idẽ & in illo, cuius instigatione est delictum commissum: vt ff. si qua. pau. fe. di. l. j. §. sed si instigatu. cum simi. Idem & in illo, qui scienter & dolosè accommodauit gladium ad maleficium committendum: vel ferramentum, vel scalas. instit. de furtis. §. opere. ff. de furtis l. si pignus. §. qui ferramentum. ff. ad legem Aquiliam l. qua actione. §. Celsus. Idem & in eo, qui persuasit alicui, vt maleficium perpetraret: qui aliter non erat facturus. extra de homici. c. sicut. §. qui verò. ff. de seruo cor. l. j. §. persuadere. C. de fur. l. si quis persuaserit. Idem & in eo, qui accommodauit domum scienter ad adulterium committendum: vt ff. de adulte. l. is cui. & l. qui domo. & l. seq. Item in similibus est dicendum. Nam agentes & consentientes dolosè & scienter: ita quòd consentiant & agant: pari pœna &c. C. de episc. & cleri. l. si quenquam. extra de offi. delega. c. j. Et est quadruplex consensus, vt ibi not. Et idem dico de illo qui mãdauit fieri maleficium. quòd vterque puniatur: vt C. de accusa. l. non ideo minus. ff. de iniur. l. non solum in princ. & §. si mandato. si autem dedit consilium solum ad delinquendum, aut ille, qui deliquit etiam erat aliàs facturus sine tali consilio: tunc nõ videtur teneri de tali consilio. Si autem non erat facturus sine tali consilio, & tunc de consilio erat puniendus: vt not. instit. de oblig. quæ ex quasi delic. §. certe. de iniur. §. penultimo. instit. u. manda. §. tua. ff. de reg. iur. l. consilij & optimè facit extra de homici. c. sicut dignum. §. quia verò. & sequen.
25 & §. de cætero. & §. seq. †Sed quid Io. insultatus à pluribus & vulneratus: dicitur quòd V. ipsum vulnerauit. ipse vult probare quòd alius vulnerauit vel occidit: nunquid est audiendus? Respon. sic vt ff. ad legem Aquiliam. ita vulneratus. §. fina. de quæstio. l. j. §. si quis vltro. ibi, de in-
26 nocentia sua &c. C. de decurio. l. ij. †Sed quid pone q̃ M. fuit à pluribus vulneratus, & percussus pluribus percusionibus: dicitur quod ex vulnere Alberti mortuus est: ipse vult probare, quòd ipse intulit in tali parte corporis: quòd ex tali vulnere non potuisset mori: aut vult probare quòd alius intulit vulnus mortale, & in tali parte corporis, quòd illud tale vulnus fuit mortale: nunquid est audiendus? puto quod sic. ff. ad legem Aquiliam l. ita vulneratus. §. fin. de quæsti. l. j. §. si quis vltro. ibi, de innocentia sua &c. cum si. & si hoc probat, debet de vulnere, non de occiso puniri. & sit talis probatio per testes vel per medicos, quibus magis est credendum propter experientiam artis suæ: vt ff. de statu. ho. l. septimo mẽse, & l. Diuus extra de homici. c. significasti. c. constitutum esset. ibi, exper
27 to credo &c. de re milit. l. semel. †Sed quid si aliquis dolose accommodauit gladium cuidam furioso, quo tantũ se vulnerauit vel occidit: nunquid est puniendus? Respõ. sic. ff. ad legem Aquiliam. l. qua actio. §. Celsus ad legem
28 cor. de sic. l. nihil. de parrici. vtrum cum sim. †Sed quid ordinatum est, quod si quis vulnerauerit aliquem: puniatur in x. lib. aliud statutum est, quòd si quis deliquerit in platea: quòd pœna dupli puniatur. contingit quòd quis vulnerauit in platea. quæritur vtrum debeat pœna ambo rum statutorum puniri. Respon. non videtur: quia nõ debet quis duabus legibus puniri. de accu. l. senatus. facit ff. de sepul. viola. l. sepulchra. de euic. l. quod dicitur. cum simili. Econtra quod sic: quia videntur esse duo delicta vnum ratione percussionis, aliud ratione loci: vnde delictum magis aggrauatur. ff. de pœnis. l. aut facta. §. fin. nec vnum tollit aliud. ff. de priua. delic. l. nonnunquam. cum simi. & hoc vidi pluries obseruari. Sed tamen alij dicunt contra, alia ratione: quia pœnæ sunt molliendæ &c. ff. de pœnis l. interpretatione. Sed tamen maiori pœna punitur quia maior trahit ad se minorem. argumen. C. de ordi. in l. j. C. qui accu. non pos. l. j. Alij dicunt. quòd minor est
29 imponenda per l. si præsens. in fin. cum simi. †Sed nunquid ordinatum est, quòd si quis percusserit aliquem cũ sanguinis effusione puniatur in x. lib. quidam percusit, & in vna percussione fecit plura vulnera, vt cum forcipe, vel menãdo versus faciem percusit in facie & pectore, vel in facie & manu, quod est possibile. quæritur qualiter debeat condemnari. Respon. dicunt quidam quòd solùm in x. lib. cum vna fuerit percussio, & non plures. argumen. ff. ar. fur. cæs. l. si gemina arbor. dic vt ibi. & ordinamentum dicit pro percussione, & non pro quolibet vulnere. Vnde cùm vna percusio fuerit: vnica pœna, videlicet x. lib. est ponenda. quia forma ordinamenti est seruanda &c. ff. ad municip l. constitutus. ff. de le. iij. l. nõ aliter. ff. de exerci. l. j. §. ergo. Item quòd non est expræsse dictum pro omisso haberi debet. ff. de verborum. obliga. l. scire. & l. quod dicitur. §. quicquid. So. hoc esse verum per dicta iura, quòd vna tantum pœna puniatur. & optimè facit. ff. ad legem Aquiliam l. illud. §. fina. ff. de ac. em. l. non nouum. Secus si ordinamentum diceret pro quo libet vulnere: tunc puto pro quolibet esse puniendum: licet fuerit vnica percusio. argu. ff. de iniurijs. l. prætor. §. si plures. C. de seruis fugitiuis. l. quicunque. ibi pro vnoquoque vulnere &c. Et idem puto si statutum diceret, qđ si quis vulnerauerit aliquem puniatur in x. libr. pro quolibet: licet sit vna percusio. argumento. ff. de termi. mo. l. ij.
30 ibi, pro singulis &c. & d. l. quicunque. † Sed quid si in rixa plures vulnerauerunt vnum pluribus vulneribus: ex quibus mortuus est. nescitur ex cuius vulnere decesserit: cùm omnia vulnera non sint mortalia. quæritur qualiter isti puniantur. Respon. dicunt quidam omnes con
p demnandos ad mortem de homicidio per l. iij. ff. de sicar. §. fin. & l. item Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. ibi, denique &c. ff. ad legem Aquiliam. & ff. de iniur. l. si plures. Alij dicunt contra, quòd nullus est ad mortem condemnandus: nec de homicidio, sed de vulnerato tantum. ratio est, quia non constat cuius ictu perierit, quod esse debet. C. de probatio. l. sancti. de pœnis. l. qui sententiam. ff. de sica. l. penulti. & sanctius est impunitum facinus relinquere, quàm &c. ff. de pœnis. l. absentem. Item quia ratione incertitudinis condemnatio euitatur. ff. de rei vendi. l. Pompo. §. fina. Item quod ius non deficit, sed probatio: vt in l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. & ita de facto fuit consultum, vt nullus condemnaretur de homicidio: sed solum de vulnerato. sed si constaret, quod omnes ordinasent occidere: & peruenerint ad actum vulnerando: quòd omnes puniantur de homicidio. Nam agentes & consentientes &c. Si verò in rixa, cum plures percusserant, & constaret cuius ictu mortuus esset: tunc ille solus de homicidio punitur: alij de insultu vel de vulnerato. quia nõ ordinauerunt occidere. ff. de sicar. l. fina. & l. j. §. Diuus. de iniur. l. qui iniuriarum. xxiij. q. vltima capitulo. final. vbi de hoc. C. de sicar. l. si is qui cum telo. Sunt tamen qui dicunt, & bene, quod si apparuerit quis fuerit incæptor rixæ: quod tunc ille solus puniretur de homicidio. etiam si non constat cuius ictu occisus sit. C. ad legem Iuliam de vi publi. l. quoniam. ibi, in supplicium &c. quasi videatur dedisse causam homicidij. Et nihil interest &c. ff. de sica. l. nihil. nam & qui causam damni dat &c. ff. ad legem Aquiliam. l. qui occidit. Item incæptor rixæ est præ omnibus puniendus: vt d. l. quoniam. ff. de seruo cor. l. in hoc iudicio. §. primo. not. ff. de damno infecto. l. inter quos. §. j. argumento de sicarijs. l. j. cum simi. Et hoc iustum & æquum est: ne maleficium sit impunitum. ff. ad legem Aquiliam l. ita vulneratus. alij verò de vulnerato tantum vel de insultu, & non de homicidio, vt supra dictum est.
31 puniri debent. †Sed quid Martinus vulneravit aliquẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vulnus nõ erat mortale: sed per imperitiam medici decessit: an Martinus condemnabitur de homicidio? respõ. non: sed de vulnerato solum. argu. ff. ad legem Aquiliam l. qui occidit. §. fi. & de edil. edic. l. quid si fugitiuus. §. mancipium, & stabitur iudicio medicorum: vt extra de homicidio, capit. significasti, & ff. de sta. homi. l. septimo mense.

32 cum simi. †Sed quomodo medici eliguntur? respond. de voluntate propinquorum defuncti, & consensu vulnerantis, vel iudicis arbitrio eligentur. insti. de satisda. tu.

33 §. finautem. de leg. iij. l. huius. §. j. †Sed nunquid stabi-
q tur iudicio vnius medici non puto: sed duo necessario sunt adhibendi. argu. ff. de testi. l. vbi. C. de re milita. l. semel. vbi dicit, medici, in plurali numero. facit extra de homicid. c. significasti. Nam illud dicitur rectum consilium, quod plurium iudicio roboratur &c. Item vox vnius vox nullius &c. C. de testi. Item dictum vnius non iustificat, nec condemnat. xxiij. q. ij. ad mortem. cum simili. Barto. in l. si in rixa. ff. ad legem Cornel. de sicarijs. tenui, quòd statur dicto vnius medici, si plures nõ reperiuntur.

34 †Sed quidam seipsum percussit & vulneravit: nũquid est puniendus. Respon. sic pœna capitali de iure communi: nisi fecerit ob impatientiam doloris vel tædio vitæ. ff. de re milita. l. omne delictum. §. qui se. de pœnis. l. si quis aliquid. ij. §. fi. de bonis eorum, qui mor. sibi consci. l. fi. §. si quis autem. vel condemnabitur secundum statuta loci. Nam si sibi non pepercit, nec ei parcendum est &c. & pu

35 nitur sicut si alium vulnerasset. †Sed quid, dum velles percutere Martin. percussisti alium. vel dum velles percutere canem, vel auem percussisti alium prętereuntem & occidisti: nunquid puniendus es? Respondeo sic, iniuriarum. ff. de iniurijs. l. eum qui. §. si iniuriam. vel saltem lege Aquil. ad damnum. vt ff. ad legem Aquiliam l. sciẽtiã. §. sed si. Et ratio est, quia fuisti in culpa: vnde teneris: vt dictum est: sed non lege Corne. de sicarijs. vt l. in lege. & l. Diuus. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. quia videtur factum potius casu quàm dolo & voluntate &c. vt ff. de pœnis l. respiciendum. §. penultimo. vnde de homicidio non tenetur, nec lege Corn. de sicarijs, sed iniuriarum vel Aquilia: vt dictum est. facit extra de homicid. capit. lator.

36 & capi. ex literis. & capi. finali. †Sed quid pone quod
r percussi Martinum volentem & consentientem, nũquid sim puniendus. Respondeo quod pro percussione vel iniuria alicui facta duæ oriuntur actiones. vna quæ competit iniuriato: alia quæ competit reipubli. cuius interest ne maleficia committantur. ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicitè. & l. ita vulneratus. cum similibus. ff. ad legem Aquiliam. sed si sit iniuria volenti non potest agere vel accusare: vt ff. de iniurijs. l. j. §. vsq; adeo. ff. de libero homine exhibendo. l. iij. §. si quis volentem. Sed per hoc nõ tollitur ius reipublicæ. ff. de pactis l. ius publicum. vnde debet puniri ratione reipublicæ loci illius: vt dicta l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de sicarijs. l. in lege. ff. de iniurijs. l. fi. §. si quis seruum. de publi. iudicijs. l. qui cœtu. de episcop.

37 audien. l. raptor. in fin. de seruo corrupto. l. si quis. †Sed quid, si percussi aliquem vel offendi quem nõ cognosco, an sim puniendus? Respondeo sic: non minus quàm si cognouissem. ff. de iniurijs. l. eum §. si iniuria. & §. seq. de ser

38 uo corrup. l. j. §. fina. cum simi. †Sed pone quæstio. de facto. Quidã percussit quendam inimicum suum in loco quodam: & dixit quibusdam associate me vsque ad talem locum: & ipsi fecerunt ignorantes de intentione ipsius, quem associabant. dum ipse appropinquaret ad locũ, antecessit istos, qui ipsum associabant, & istum suum inimicum insultauit, & percussit, & occidit. Iste homicida cum prædictis socijs fuit captus. opponitur contra istos socios, quòd ipsi debent de homicidio puniri tanquã socij & participes in homicidio & delicto. Sed ipsi dicũt quod non fuerũt participes nec scientes: & quod fuerũt decepti ab isto, qui eos requisiuit vt ipsum associarent ad talem locum: & quod non insultauerunt, percusserunt, vel occiderunt. & ipse homicida confitetur, quòd eos decepit, & quod nihil dixerat eis, quòd vellet committere homicidium: & quod non deliquerunt vt dixerat eis: quę ritur quid iuris? Respon. & dico, q; ille, qui insultauit & occidit, est de maleficio puniendus. ff. de sica. l. j. §. & q hominem. ad legem Aquiliam. l. qua actione. §. occisum. ne maleficium sit impunitum: vt l. ita vulneratus. ad legẽ Aquil. cum simi Sed alij non tenentur, nec punientur: quia deceptis & non decipientibus iura subueniunt. C. simi. se ma. dixe. l. ij. ff. ad velleia. l. si decipiens. Si enim constaret quod dedissent auxilium cooperando ad maleficiũ committendum, & scienter associassent illum, qui occidit puniendi tunc essent de homicidio pro tali ope & auxilio: vt ff. de fur. l. furti. §. oper. de adult. l. si is cuius ope. de parrici. l. vtrum. & l. sequen. Nam agentes & consentientes &c. Sed quia fuerunt ignorantes, excusantur l. quo naufragium. §. non tantum. ff. de incen. rui. naufrag.

39 †Sed quid? ordinatum est quòd si quis percusserit potestatem, puniatur pœna dupli. contingit quòd quis percussit militem eius, nunquid eadem pœna punitur: Respon. sic videtur. argu. C. ad legem Iul. maie. l. quisquis. Nam priuilegium concessum potestati & suis familiaribus videtur concessum. argu. C. ne fi. pro pat. auth. habita. Econtra quod non. Nam statutum dicit, solum de potestate: & est stricti iuris &c. de exerci. l. j. §. ergo ad municipa. l. constitutus. Item si statutarij voluissent, hoc expressissent. C. de cadu. tol. §. ne autem. quod non fecerunt: igitur &c.

Item istud est personale priuilegium concessum solũ in persona potestatis: vnde personam non transgreditur. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. de re milit. l. priuilegia. & l. fin.

40 & hoc verius videtur. †Sed quid, quidam percussit & vulnerauit Martin. propter quod fuit condemnatus à cõmuni in libris. xxv. prædictus Mar. vult repetere expensas fecit pro medicatura sua ab ipso vulnerante: nunquid possit? Respon. sic. quia ex maleficio commisso duæ oriuntur actiones. vna datur offenso, altera reipublicæ & communi illius loci. ff. de publi. l. licitatio. §. quod il licitè. & vna non tollit aliam. ff. de verbo. obliga. l. nũquid & quod possit petere expensas probatur. extra de iniu. & dam. da. c. j. ff. ad legem Aqui. l. qua actione. de ijs, qui deiece, vel effu. l. fi. sed ratio deformitatis non habetur: quia liberum corpus nõ recipit ęstimationem. ff. de ijs qui de-

41 iec. vel effu. l. j. §. sed cum. †Sed nunquid potest agere in iuriarũ iste Mar. licet iste percussus sit cõdemnatus à cõmuni? Respon. sic. quia ex maleficio duæ oriuntur actiones. vna datur iniuriato, alia cõmuni, cuius interest ne maleficia committantur. ff. ad legem Aquil. l. quas actiones. de ijs, qui deie. vel effug. l. fina. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & dicta l. licitatio. §. q; illicitè. nec vna tollitur per alterã: vt d. l. nunquã. & ff. de iniur. l. si qs

42 seruum. insti. de iniu. §. petitur. cum simi. †Sed quidam non percussit, sed mandauit assalsinamentum & fecit percuti vel occidi: iste percussor fuit captus & punitus debita pœna: potestas vult procedere contra illum qui mandauit fieri maleficium: nunquid potest? Respon. & videtur quod non potest. arg. vi bono. rapto. l. is quoti. & ibi, alterius &c. quia non debet inquiri sæpius de delicto eiusdem. ff. nau. cau. stabu. l. licet. de verbo. significa. l. sæpe. cũ simi. Econtra quod sic: vt ff. ad Silla. l. & si certus. C. de accusationibus. l. nõ ideo minus. & est ratio: quia si plures delinquunt, pœna vnius non liberat alium. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. si plures. de sicar. l. quidam. & l. nihil. cum

43 similibus. & hoc verius. † Sed quid? ordinatum est, quòd pro percussione condemnetur in decem libris, pro homicidio ad mortem condemnetur. Pone quòd vnus percussit & vulnerauit Martinum, postea venit alius & ipsum percussit & traxit ad mortem: qualiter punientur isti tales percussores? Respondeo, quòd primus percussor tenetur, & punietur de vulnerato, secundus de
s occiso': vt ff. ad legem Aquiliam. lege, ita vulneratus. & lege, ait prætor. xxiij. quæstione vltima. §. fina. extra de

44 homicidijs. capitulo, significasti. vbi de hoc. †Sed quid ordinatum est, quod si quis percusserit aliquẽ in domo: puniatur pœna dupli. percussio facta est in ecclesia, vel molen

molẽdino. Respon. pœna dupli debet puniri: quia appel-
t latione domus' continetur ecclesia. C. de sacrosan. eccl. l. decernimus. & authen. si quas ruinas. Irẽ quia appellatione domus cõtinetur omnis forma ædificij. ff. de incen. rui. nau. l. qui ædes. in fin. facit insti. de iniur. §. domum.

45 †Sed quid, quidam super equo currebat: & currẽdo occidit aliquem qualiter punietur? Respõ. si dolosè & data opera fecit, q; de occiso puniatur. Nam occisum dicimus, qualitercunq; occidatur: vt. ff. ad legẽ Aquil. l. qua actione. §. j. ff. de sica. l. in lege. & l. Diuus. & l. nihil. Si verò nõ dolosè fecit: aut ille locus erat deputatus ad currendũ: & tunc nõ tenetur, nisi dolosè fecisset & studiosè. ff. ad legẽ Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione & l. si obstetrix. §. fi. Si autẽ ille locus erat priuatus & non deputatus ad currendum: tunc si ante proclamauit caue, caue, caue: tunc nõ tenetur de occiso: quia tunc constat ex eo, quod clamauit caue, caue: quod nõ habuit occidẽdi animũ, qui desideratur. ff. de sica. l. j. §. Diuus. & l. in lege. & l. Diuus. & ad legẽ Aquil. l. si putator. d. l. qui foueas. facit extra de homi. c. significasti. Sed alij dicũt, q; si currebat per locum nõ deputatũ ad currendũ, quamuis proclamauerit: si sciebat equũ vitiosum & infrenatũ: ita q; nõ poterat retinere: q; tunc, quia erat in aliqua culpa currẽdo cũ tali equo, punitur lege Aquil. ad damnũ: nõ autẽ de homicidio. ga nõ habuit animũ occidẽdi &c. insti. ad leg. Aquil. §. quod si putator. & §. impetu quoq;. & §. seq. & §. ita si qs. & fiet cõdemnatio in quinquaginta aureos: cũ liberũ corpus nõ accipiat æstimationẽ: & ad impẽsas vulneris &c. ff. de ijs,

46 qui deie. vel effu. l. j. §. sed cũ homo. & l. fin. †Sed quid si per percussionẽ factam imponũtur duæ pœnæ diuersæ ex forma diuersorũ statutorũ: nec apparet quod statutum fuerit prius, nec posterius? Respon. quod minor pœna est imponẽda. ff. de pœ. l. præses. in fi. & l. interpretatio. & cõditum. tũc illud seruaretur. arg. C. de pac. l. pacta nouis-

47 sima. & de leg. l. nõ est nouum. cum simi. † Sed nũquid potest quis pro percussione vel alio maleficio puniri pœna statutorũ & pœna legum? Respõ. & videtur quod sic. C. de sepul. vio. l. qui sepulchra. §. nihil enim derogatur. & ibi per Accur. in glos. ad. verb. videtur impositum. & vide Bart. ibidem ponẽtem, q; si statutum imponat pœnam pecuniariam pro homicidio: non propterea pœna legis Corneliæ de sicarijs tollitur. Econtra quòd nõ: quia nõ potest quis pro eodem delicto duabus pœnis puniri: sed solum pœna statuti. ff. de accusa. l. senatus. ff. de excus. tuto. l. scire. §. illud. de origi. iur. l. j. §. vnde. Et hoc verius se-

48 cundum Vber. † In summa notãdum est, quòd omnis qui delinquit, est debita pœna puniẽdus regulariter. Fallit in omni casu à iure concesso alium offendere: vt not. §. de perso. quæ pos. fine pœna offen. per totũ. Item fallit in illo, qui casu delinquit, qui nõ punitur. C. de sica. l. j. ff. de pœ. l. respiciendũ. §. casu. Item in furioso. ff. de offic. præsi. l. Diuus. Itẽ in dormiẽte, qui dormiẽdo deliquit: ad instar furiosi & infantis, qui nõ videt quod agat. ff. de sic. l. quod infans. & de rei vẽdi. l. quod infans. cũ simi. de iur. codicil. l. iij. §. furiosus. Itẽ in pupillo nõ doli capace. C. de pœ. l. impunitas. ff. de fur. l. impuberẽ. Itẽ in ebrio so, qui nõ punit, si deligt. xv. q. ij. inebriauerũt. nisi dolosè inebriauerit: vt. ff. de sica. l. iiij. & l. Diuus. Itẽ in demẽtissimo. ff. de pœn. l. aut facta. §. euẽtus. Itẽ insania excusat à delicto delinquẽtem. xxv. q. j. si quis insaniæ. Item ignorãtia: vnde si mulier inuenerit hominem in lecto suo credens illum esse virum suũ: & cognita fuerit ab illo: excusatur ab adulterio ratione suæ ignorãtiæ. xxxiij. q. j. cũ per bellicã. & c. in lectum. & quod ignorantia excuset nõ. ff. de leg. j. l. j. Itẽ necessitas magna excusat: vt extra de fur. c. si quis per necessitatem. de homi. capit. interfecisti.

Itẽ diuina reuelatio excusat: vt extra de diuor. c. gaudemus. Item iusta causa: vt. ff. qui satisd. cog. l. fin. extra de pigno. c. significantem. Item iustus metus. extra q; met. causa. c. sacris. & l. distinc. presbyteros. Item legitima defensio suæ personæ vel filiorum, vel similium. Nam q; fit ad defensionem suam vel rerum suarum, legitimè fit: vnde excusationem meretur. ff. de iusti. & iure. l. vt vim. C. de adul. l. Græchus, cum simi. & de hoc not. Gofre. in summa extra de pœn. in fi.

ANOTATIO. a ¶ Insultus. Quid sit insultus vide tu. Bar. in l. respiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœ. & in l. j. §. coniunctos. fi. ad leg. Aquil. per Fran. Areti. in cõsi. xxxiij. col. fi. & vide Ange. in trac. maleficio. in ver. fecit insultũ, & per Gan. in trac. malefi. in rub. de pœna imponẽda pluribus delinquẽtibus. Insuper pone. q. de assessoribus vbi videtur cõstituere differentiã inter insultũ & assultũ.

b ¶ Porticus. Adde Bar. in l. meminisse. ff. de offi. procon. & lega. & vide Lan. in l. j. ff. de cloa. & vide Bal. & Flo. in l. quidã Hiberus. ff. de serui. vr. præ. qui volũt, q; in materia fauorabili appellatione domus, veniat porticus. Bal. & Rap. in l. prædia. §. senatus. ff. de le. j. & vide Bal. in rub. ff. so. ma. & in addi. ad tracta. Ang. malefi. in dicto, ver. insultũ fecit, col. v.

c ¶ Conducta. Adde tu quid si domus sit communis, an habeat locum statutum? de quo vide per Bal. in l. j. C. qui. testa. facere possunt. & in l. illud. ff. de ritu. nup.

d ¶ Et semel. Adde Bar. in l. nunquã plura. ver. iuxta hoc quæro. ff. de priua t. delic.

e ¶ De vtroque. Adde Bal. in l. fructus. & l. diuortio. ff. sol. ma. & ibi vide Imo. & Moder. & adde q; si insultus fieret ī vno territorio, & vulnus in alio: tunc vterque punitur & non confunditur. ita Bald. in c. j. §. iniuria, de pace iura. firmã. in vsi. feu. & dicit Franc. Are. in consi. x. col. iij. ver. secundo dico.

f ¶ Teneris. Adde & vide Bar. & doc. in l. j. §. cũ arietes. ff. si quadru. paup. feci. dica. & omnino vide Ang. pro practica. in l. qui aggressorẽ. C. ad leg. Cor. de sic. Frã. Are. in consi. xxxiij. col. fi.

g ¶ Percutiat. Adde Bald. in l. j. C. vnde vi. & vide Bar. in l. idẽ est. §. armis. ff. de vi & vi ar. Anto. de But. in rub. de restit. spol. quẽ sequitur Frã. Are. in d. cõsi. xxxiij. & vide omnino Abb. in d. c. cũ olim.

h ¶ Ex interuallo. Adde tu q; hoc relinquitur arbitrio iudicis. s. quando dicatur defensio facta incontinenti vel ex interuallo attẽta qualitate iniuriæ & psonarũ. l. iij. §. cũ igitur. ff. de vi & vi arma. ita Ange. Are. in tracta. maleficio. in versi. & dicere Titius se defendendo. col. iiij. versi. aduertas etiam quia supra dixi.

i ¶ Moderamine. Adde tu & vide de hoc per Alex. in cõsi. lxxvj. co. j. ver. hoc etiam. in j. vol. & Cepol. in cõsi. xlij. col. ij. & in cõsi. xliij. colum. fin.

k ¶ Advindictã. Adde tu q; tũc talis nõ puniretur tanquã dolosus: sed tãquã culposus, ita Bal. in l. j. C. vnde vi. sequẽdo Ia. de Are. & Andre Bu. in. c. cũ olim. extra de resti. spo. & adde Albe. in. fi. parte statutorum. q. xlv. vide Paul. de cast. consi. cxc. & Sali. in. d. l. j. Et adde Fran. Are in. d. consi. xxxiiij. qui sequitur dictam conclusionem Ia. de Are, in fi. col. §. sed qd si duo. Adde tu, & de hac. q. dic vt per Bar. et Bal. ī l. j. §. cũ diuites. ff. si quad. pau. fec. dic. & ī l. j. C. vnde vi.

l ¶ Insultato. Adde tu qd si offensus exculpauit in q̃situ, an profit? vide p d. Alex. in cõsi. xxiiij. col. iiij. in. ij. vol. ver. probatur & tertio. vbi, q; sic. & vide Bal. in l. si qs. §. diuus. ad Sil. & in. l. athletas. §. calũniator. ff. de insa.

m ¶ Ludebant. Adde tu, q; hoc videtur intelligendũ: quãdo ludus esset saltẽ consuetudine permissus. iuxta ea quæ not. Pet. de anc. in consi. suo. cclxxxiij. vide Cep. consi. xxx. & xxxj.

n ¶ Quod nõ. Adde tu, q; illa decisiõe facit, q; vbi agitur de excusatiõe delicti: insp̃icitur initiũ & nõ finis delicti. l. q; ait lex. §. q; ait. vt ibi. Bar. ff. de adulte. & vide Alex. in cõsil. lxxv. colũ. ij. ver. quo ad aliud. in. iij. vo. vbi. dicta per ipsum cõferunt ad hanc decisionem.

o ¶ Vulnerato tantũ. Adde tu adidẽ & vide Pet. de anch. in cõsil. cclxxxiij. col. ij. Et ibi q; videtur sufficere dictũ vnius medici attestãtis vulneratum decessisse ex alia causa quã ex vulnere.

p ¶ Dicũt qdã. Adde tu & vide de hoc p d. Alex. in cõsi. xv. in j. vo. & in cõsil. & aliqd in cõsi. xlvj. in. iiij. vol. & etiã adde qd si in rixa à pluribus quis fuit vulneratus vnico vulnere: & ignoratur à quo, q; tũc tales nõ tenẽtur de occiso, Pe. de anch. in cõsi. ccxvj. & Alex. in consilio. xiiij. col. ij. ver. non, obstant. in iij. volu.

q ¶ Vnius medici. adde tu Pe. de anc. in consi. cclxxxiij. q videtur, q; sic vide tamẽ de hoc p Bar. & doc. ī l. j. ff. de vẽ. insp̃i. & ī j. cõsti. fforũ in fi. p Anto. de bu. & cano. ī c. ꝓposuisti. extra de ꝓbat. & adde Cep. quẽ vide in cõsi. lxij. co. ij. & seq. Et etiã vide aliqd per Alex. in consi. xv. col. fi. in j. vol. & adde, q; relatio medicorũ potest retracta ri p relationẽ secundã per peritiores vt per Cepol. in d. consi. lxij.

r ¶ Volentẽ. adde tu & vide ad hanc decisionẽ Bar. & ea, quæ ibi no in l. inter oẽs. § si teste. de furt. & Alex. in consi. xxiiij. in. ij. vol.

s ¶ Secundus de occiso. Adde tu. & vide de hoc plenè per Barth. Cep. Veron. in consi. xlj. col. iiij. &. v.

t ¶ Domus. Adde tu, q; etiã appellatione domus venit ortus & cænaculum & horreũ: vt per Alex. in consi. xxiij. in. iiij. volumi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De parricidijs & eorum pœnis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Parricidium quid sit: crimen parricidij quando committatur: & qui tali crimine tenentur.
2 Parricidij pœna quæ sit: & quæ occidentium personas ex crimine parricidij.
3 Furore occidens personam, propter quod videatur incurrere parricidij crimen: quomodo puniatur.
4 Filius qui iniuriatur patri, uel matri, auo, uel auiæ, qua pœna puniatur.
5 Filius anniculus si reperiatur mortuus in lecto patris, uel matris, aui, uel auiæ: an puniantur pœna parricidij: & quid si infantulus reperiatur mortuus in lecto nutricis.

1 PArricidium propriè dicitur† parentis cædium: sicut dicitur homicidum, quasi hominis cędium: ab homine & cædo. Is crimem parricidij commit tit, qui patrem, matrem, auum, vel auiam, fratrem vel sororem patruelem vel matruelem, auuncu lum, amitam, consobrinum, vxorem nurum, generum, socium socerum, priuignum, vitricum, patronum, vel patronam occidit, vel auus nepotem, vel pronepotem.

Item filius, qui emit venenum, vt patri daret: quamuis dare non potuerit: vt ff. de parrici. l. prima. C. eodem. l. prima. institutio. de publicis iudicijs. §. alia. Item ea lege tenetur medicus, qui scienter & dolosè venenum dedit filio vt patri daret: & eadem pœna punitur: vt ff. eodem. l. secunda, de sica. l. tertia. §. primo. Item pater, qui occidit filiũ suũ adulterantem vxorem suam tenetur ea lege: sed solum relegari debet, non occidi. ff. eodem. l. Diuus. Item tenetur creditor de parricidio, qui scienter & dolosè mutauit pecuniam filio ad emẽdum venenum: vt patri daret, vel cum pecunia ipsa faceret ipsum occidi. ff. eodem. l, scienter. Item non solum prædictæ personæ tenentur hoc crimine & hac pœna: sed & omnes consocij alias consci & participes, agentes, & consentientes, & consilium dolosè & scienter dantes: vt ff. eodem. l. vltima. de adulterijs. l. is cuius
2 ope. †Pœna autem horum est, quod debent vulnerari virgis sanguineis, id est de sanguine: & est arbor quædam, vel dicuntur sanguineis, id est vt verberentur donec sanguis exeat: post hoc autem debet iste parricida poni in corio cuiusdam animalis: & ipse cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia debet proijci in mari, si prope est, vel in alio flumine: ita vt moriatur: vel debet proijci feris bestijs: vt ff. eodem. l. pœna parricidij. Qui verò alias personas occiderit dolosè præter suprascriptas, capitali pœna punitur: vt l. qui alias
3 personas. † Si verò per furorem, quis tale crimen commiserit, non punitur: vt dicta. l. prima. §. sanè. & ff. de sica. l. quod insans. sed isti tales furiosi sunt carcerandi. ff. de officio præsidis. l. Diuus. & facit institutio. de publicis, iudicijs. §. alia deinde lex. & C. de his, q pat. vel filios occiderunt. l. prima. extra de homicidijs. capitulo
4 primo, & per totum. †Si autem filius iniuratur parti, vel matri, vel auo, vel auiæ: debet puniri illa pœna, qua prædicti voluerint: vt C. de patr. potesta. l. tertia. & sequenti dummodo non excedat modum in pœna: quia patria pietas debet in pietate, & non in atrocitate consistere. ff. eodem. l. Diuus.
5 †Sed quid si filius anniculus reperitur mortuus in lecto patris, vel matris, vel aui, vel auiæ: nunquid punietur dicta pœna parricidij? Respondeo sic, si constaret quod dolosè occidisset eum, vt dictum est. Sed in dubio propter amorem parentum, debet præsumi illum potius mortuum casu aut negligentia, quàm dolo: vnde impunitum esse debet. argumen. C. de offic. testamen. l. matri. extra de præsumptio. capitulo afferte. Nam nullus amor est, qui vincat paternum. C. de cura. furi. l. fina. & magis parentes ti-

ment de filijs, quàm de seipsis. ff. quod metus causa. l. ist quidem. Item quia mater non obliuiscitur de filio, cum sit pars viscerum suorum: vt secunda quæstio. sexta, ad Romanam. facit extra de homici. capitulo, finali & idem potest dici, si reperiatur mortuus in lecto nutricis: si est mulier bonæ famæ & bonæ conditionis, vt quilibet præsumitur bonus. Item in talibus desideratur dolus, vt dictum est: & probationes debent esse luce meridiana clariores: vt. C. de proba. l. sciant.

Sed si fuerint in culpa dictæ personæ puniendæ sunt iudicis arbitrio: sed non ad mortem. ff. de sic. l. prima. §. sed & si. & l. tertia. §. ex senatu. & l. in lege. §. quod si quis.

Ad legem Iuliam peculatus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Lex Iulia peculatus quid contineat, qui teneantur legi iuliæ peculatus.
2 Pœna legis Iul. peculatus. quæ sit.

1 AVtor legis Iuliæ peculatus† statuit, ne quis pecuniam publicam auferat, nec furetur. Item nec in suam rem, vel vtilitatem conuertat talem pecuniam: nec faciat, vt ab alio auferatur, vel in rem alterius conuertatur. Item ne aliquis misceat aurum vel argentum rei publicæ dolo cum alio: vt ff. eodem. l. prima. Item tenetur hac lege, qui pecuniam publicam destinatam ad faciendum aliquod opus publicum non posuerit ad illud opus, & sibi retinuit: vt ff. eodem. l. secunda. Item tenetur hac lege, qui pecuniam publicam factam ex venditione rei alicuius pertinentis ad rempublicam, vel habitam ex locatione reipublicæ sibi retinuit: vt ff. eodem. l. lege. Iulia. §. lege. & l. sacrilegij. §. qui eum.

Item tenetur ille, qui surripuit tabulas fisci nedum reipublicæ: vt dicta. l. sacrilegij. Item & ille, qui facit copiam alicui ad scribendum rationes publicas sine iussu illius, qui talibus præest, vel massarij communis: vt l. sacrilegi. §. senatus. Item & ille tenetur, qui pecuniam reipublicæ non posuit in armario: sed sibi retinuit. & iste talis debet personaliter detineri, quousque reponat. Insuper punitur: vt ff. eodem l. cum eo. Item, & ille tenetur, qui scribit in rationibus publicis se minorem accepisse pecuniæ summam, quàm re vera accepit. ff. eodem. l. hac lege tenetur. Item & ille, qui posuit & immiscuit aliquid in armario: vt inde furaretur pecuniam vel aliud: vt dicta. l. hac lege. §. finali. Item qui muros perforauit: & inde aliquid accepit. ff. eodem. l. qui perforauerit muros. & qui surripuit prædam captam ab hostibus. ff. eodem, l. is qui. & non solum ipse tenetur: sed & ipsius hæres: vt ff. eodem. l. finali. †Pœna autem huius legis est, quandoque deportatio. ff. eodem. l. peculatus. vt est quando quis subtrahit pecuniam publicam: & in casibus supradictis: & in eo, qui milit aliquem ad subtrahendum pecuniam publicam: vt ff. eodem. l. hac lege. §. finali. Quandoque furti: vt in eo, qui subtrahit res priuatarum personarum de æde sacra. ff. eodem. l. Diuus. & potest de hoc cognosci vsque ad quinquennium: vt ff. eodem. l. peculatus. la. ij. Item tenetur restituere in quadruplum quod accepit: vt ff. eodem. l. penultima. Sed hodie videtur de iure nouo codicis, quod officialis, qui pecuniam publicam vrbis Romanæ vel fisci subtrahit: & etiam ille, qui dederit ad hoc auxilium & fauorem cooperando capitali punia

tur

tur pœna. C. de cur. pecu. l. prima. Qui verò pecuniam ciuitatis subtrahit: furti tenetur: non crimine peculatus ff. eodem. l. penulti. §. finali. ff. de furtis. l. ob pecuniam. insti. de publicis iudicijs. §. item lex Iulia pecula. cum similibus.

De falsis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Falsitas quid sit.
2 Falsitas committitur dicto, scripto, facto, & usus: & uide exempla plura.
3 Falsi pœna quæ dicatur.
4 Falsum quomodo committatur de iure canonico: & quis euitat pœnam falsi.
5 Rasura quando inducat suspicionem instrumenti, uel literarum: & quando non.
6 Literæ Papæ uel prælatorum, per quæ reddantur suspectæ.
7 Instrumenta & literæ quando reprobantur tanquã falsa.
8 Notarius si falsum confecit instrumentum: qua pœna puniatur.
9 Instrumentum si est in aliqua sui parte falsum: an debeat in toto haberi pro falso?
10 Instrumentum dicens Mar. filius Anto. confessus fuit habere in deposito à Ioã. decem: & si postea reperitur, quod tunc temporis Anto. erat mortuus an tale instrumentum erit falsum?
11 Instrumentum in quo deest litera uel syllaba aut dictio: an per hoc vitiatur?
12 Iudex an posit instrumẽtum falsum coram se exhibitum retinere, & comburi facere.
13 Vtens instrumento suspecto non tamen falso scienter: an de falso puniatur?
14 Instrumentum si est falsum, ubi non est ius: an ille, qui fecit, uel utitur dolosè puniatur?
15 Producens falsos testes quando puniatur.
16 Protestans quod tunc intendit uti tali instrumento & dictis talium testium: si uera sunt: & si apparuerit in processu quod sint falsa: non uult esse usus: an teneatur de falso?
17 Dicto tunc, in superiori casu quid operatur: & si simpliciter dixisset. uolo uti.
18 Statuto dicente, si quis produxerit sciẽter falsos testes: puniatur de falso in centũ lib. si quis produxerit plures testes, inter quos produxit unum falsum: an puniatur de falso.
19 Statuto dicente si notarius confecerit instrumentum falsum puniatur in x. lib. & quidam notarius falsauit plura acta unius causæ: an puniatur pœna statuti?
20 Notarius, qui est officialis, & scribit acta, processus, & dicta testium: si pro mittat parti legere dicta testium ante publicationem: an teneatur pœna falsi?
21 Produxit quidam dolosè falsos testes, accusatur de hoc. ille se defendit, dicens illorum dicta non ualere: puta, quia iurauerunt parte non citata: an producens condemnabitur de falso: & quid si testes falsum dicunt extra intentionem & extra capitula.
22 Testis in ductus super pluribus capitulis: si super uno falsum dicat: an reprobatur in alijs tanquã falsarius?
23 Producens instrumẽtum ad probandũ de iure suo, in quo deficit dies, indictio, uel locus, uel quid simile: an de falso punietur?
24 Instrumentum debet facere quidam inter te & me super aliquo negotio in mei fauorem: à me requisitus facere non uult: an falsum committat?
25 Notarius fuit condemnatus de falso: & quod nihilominus posit facere alia instrumenta de cetero: an postea confecta ualebunt?
26 Producto instrumento, in quo scripti sunt duo testes: quorum unus est infamis: puta damnatus de publico iudicio: an tale instrumentum sit falsum?
27 Testis non condemnatus: an poterit adhiberi ad probandum unum esse, quod continetur in instrumento, de quo supra.
28 Testis unus cum notario an sufficeret in instrumento publico ad hoc, ut instrumentum ualeat?
29 Instrumentum falsum dolosè conficiens, in quo deficiebat mensis, indictio, uel locus: an punietur de falso: & ad quid tenetur persona læsa.
30 Stante statuto, quod nullus notarius faciat instrumentum in fauorem banniti sub pœna centum lib. & si factum fuerit non ualeat, quidam fecit tale instrumentum: an de falso punietur?
31 Mandante quodam Florentino cuidam familiari suo, quod committat tale maleficium alibi, illo commisso: quæritur an cognosci debeat de tali maleficio Florentiæ, uel ubi commissum fuit delictum.
32 Delinquens ut supra, si uult potius conueniri Florentiæ quam alibi, an sit audiendus?
33 Criminis cognitio, in quot locis tractari posit.
34 Exceptio declinatoria fori quando sit opponenda.

1 FAlsitas nihil aliud est, †nisi veritatis imitatio, vt in authenti. de instr. cautel. & fid. circa prin. ibi, eo q nihil aliud est &c. col. v. & l. quid sit falsum. ad leg. Cornel. de fal. & ideo dicitur imitatio veritatis: eo quod falsificatores studeant imitari ea quę vera sunt: vt falsa sint vel verisimilia videantur: vt ij. qui alterius chirographum imitãtur & effingũt seu adulterãt.
2 vt in d. authen. †Et not. quod pluribus modis commit
2 titur falsitas[a]. dicto, scripto, facto, & vsu. Scripto committitur: scribendo falsum, & delendo verum. extra de fi. instrumen. capitulo, inter dilectos. nec refert an sit instrumentum publicum, vel priuatum, vel scriptura publica, vel priuata, vel tabula, vel rationes: vt ff. eodem. l. prima. §. qui rationibus. & l. nullus. Idem est in illo. qui signum adulterinum & non suũ facit & dolosè: vt. ff. eodem. l. lege Cornelia. & l. qui testamentum.

Idem etiam in illo, qui scripsit absentes fore præsentes. l. qui veluti. C. eodem. extra de testi. capitulo, tam literis. Idem & in eo dicitur, qui superlinearem scripturam apponit. extra de reli. domi. capitu. venerabilis.

Idem[a] & in alijs multis modis, quos habes extra eodem, capitulo licet. Dicto autem committitur falsum: vt est videre in teste, qui scienter falsum adserit, & verum cælat & supprimit: & punitur pro qualitate: vt C. de testi. l. nullum. in fin. extra de crimi. falsi. capitulo, primo, extra de sic. l. prima. §. præterea. & l. eiusdem. & l. seq.

Item & in iudice, qui contra leges & iura pronũciat. ff. eodem. l. prima. §. fina. & l. si iudex. Item & in alio. qui corrumpit testes. iudices & aduocatos: vt ff. eodem. l. fina. §. primo. Item & qui allegat falsas leges vel falsa statuta. eodẽ. C. l. fina. & C. si ex falsis instrumen. l. prima.

Item & qui mentitur principi vel præsidi vel papæ, Episcopo vel iudici: vt ff. eodem. l. si quis obrepserit. C. si contra ius vel vtili. publi. l. puniri. cum simi. Et idem in similibus casibus põt dici: vt in iudice, qui falsam dat sententiã vel consilium. ff. de re iud. l. consi. C. de pœna iudi. l. secunda, & authenti. ibi posita. Facto committitur falsum: vt in illo, qui falsat pondera, vel mensuras: vt ff. eodem. l. hodie. §. primo. ff. de dolo. l. arbitrio. & iste talis diuersimode punitur. Nam aliquando ad pœnam relegationis, aliquando extraordinarie: vt dicta. l. hodie. ff. de extraordina. crimi. l. annonam. §. onera. & de pœ. l. in darda-
narios. Item in eo, qui apponit vel immiscet picem cũ cera, vel sepum, vel tormentinam, vel oleum, vel fabas, vel quid simile: vel ęs cum auro: vel stãnum vel plumbum, cum argento: & idem in similibus commiscendo vnam rem cum alia, vel vendendo rem mistam vel falsatam pro bona & vera. arg. ad hoc. ff. eo. l. j. §. in rationibus. & l. qui testamentum. & l. quicunq;. & l. Paulus. & l. hodie. §. j. ff. de crimi. stellio. l. pen. §. j. ff. de pigno. act. l. j. Nã
mala cera & falsata, non est cera: & argentum falsatum, non est argentum. & idem in similibus dici potest: vt
b ff. de verb. sig. l. Paulus. & reprobata[b] pecunia, non est pecunia: & soluentem non liberat: vt ff. de pigno. act. l. elegãter. §. qui reprobos. Item & in illo, qui vera sigilla corrumpit. extra de fid. instru. c. inter dilectos. extra eo c. ad audientiam. Item & qui falsat monetam. extra de iureiur. c. quanto. & ff. de fal. l. quicunque. & l. sequenti.

Item procurator, aduocatus, & similes, vt tutor, & curator, & syndicus, qui secreta causę aperit aduersario suo, vel instrumenta partis suæ prodit aduersario: vt ff. eod. l. j. §. is qui deposita. ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. is qui instrumentum. & §. instrumenta. Item falsum committit, qui[a] aperit secretum iudicij. extra de offi. deleg. c. olim. & idem in similibus dici potest. Vsu committitur falsum vt in eo, qui se pro milite gerit, vel pro doctore, vel pro notario: vel qui etiam illicitis insignibus vtitur: vt ff. eo. l. eos. §. qui senatus. sicut est in nõ ordinato, qui se pro clerico ordinato gerit: vt extra de cle. nõ ordinan. c. j. & ij. sicut est etiã in illo, qui obtinet beneficiũ tanq; clericus. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est clericus, nec consecratus: vt extra de transac. c. ex literis. extra de rescrip. capitulo, cum adeo. Item & in illo, qui vtitur falso instrumento, vel falso rescripto, vel falsis literis, falsis actis scienter & dolosè: vt ea. l. si quis falsos. Si tamē deceptus ab alio faceret, & hoc probaret: sic purgando suam innocentiam excusatur. C. eodem. l. maiorem. & l. nec exemplum. extra de excess. præla. capitulo inter dilectos. §. præterea. Item etiam excusatur abstinendo ab vsu: si solummodo vsus fuerit, & non fabricauerit: si verò fabricasset, & vteretur: non liberaretur abstinendo ab vsu: vt dicta. l. qui falsos. Item & ille committit qui se dicit procuratorem, & non est: vt ff. de condi. dat. caus. non sequ. l. si procuratori falso. extra de rescrip. capitulo, ex parte decani. & ibi not. C. de furt. l. falsus procurator. & tunc punitur pœna extraordinaria pro suo delict seu mendacio: vt extra de crimi. falsi. capitulo, primo, vel pro qualitate delicti. C. de testi. l. nullum. in fi.

c Item qui dolosè tacet verum in testificando, committit falsum. extra eo. capitu. primo. Et generaliter dici potest quòd vbicunque veritas dolosè mutatur committitur falsum: vt authen. de fide instr. cica. prin. Nam falsitas non committitur sine dolo. C. eodem. l. nec exemplum. & ff. eodem. l. Diuus. sed contra extra eodem. c. ad falsariorum. vbi sine dolo & sine vsu committitur falsum: sed il-
3 lud speciale est in literis domini Papæ. †Pœna autem falsi est deportatio secundum leges veteres & bonorum omnium publicatio in libero homine, in seruo vltimum supplicium: vt. ff. eodem. l. prima. §. fina. quandoque alia pœna: vt ff. eo. l. hodie. & l. fina. cum simi. Sed iure nouo bona non publicantur eorum, qui delinquūt: vt in authen. vt nul. iudi. §. fi. col. ix. & in authen. hodie. C. de bo-
4 damna. †Sed de iure canonico falsitas multis & diuersis modis committitur: & punitur secundum diuersitatē casuum & falsitatem. extra de rescrip. c. super literis. & c. ex parte. de crimi. falsi. c. dura. & c. licet. de verb. sign. c. nouimus. in quibus de hac materia not. Euitat pœnā falsi, qui probauerit se ab alio fuisse deceptum: vt C. eodē. l. maiorem. Et ille, qui scit se falsas literas habere: & intra. xx. dies destruxerit vel resignauerit: vt dicto. c. dura. circa fi. quod est verum, quando alia persona literas impetra-
5 uit: secus si ipse impetrasset: quia tunc pœnam non euitat vt. d. c. ad falsariorum. Item not. quod rasura, quę est in narratione facti, inducit suspectum instrumentum, vel literas impetratas: secus si rasura est in narratione iuris: vt extra de fide instrumen. c. ex literis. sed rasura paucarum literarum, quæ sapientis animum in dubitationem non inducit, non nocet: vt extra eo. c. fin. sicut esset vitium syl
6 labę vel defectus literę: vt. ff. de manu. test. l. qui habebat. extra de fid. instru. c. inter dilectos. sed rasura in loco suspecto bene suspicionē falsitatis inducit. extra de priuil. c. cum olim. de rescrip. c. olim. †Sunt & alia, quę literas prælatorum vel Papę reddunt suspectas: vt quando sunt sigillatę alieno sigillo. extra de appel. c. significante. Item si literę vel instrumentum secundo inductum est contrarium alteri prius ab eodem inducto. C. de fi. instru. l. scriptura. extra de fid. instru. c. imputari. Item literę Papales sunt suspectę, si in eis est mala grammatica. extra de rescrip. c. ad audientiā le pre. Item quando sunt impetratę per aliquē non habentem speciale mandatum. extra de rescrip. c. nonnulli. & c. ex parte. Item si habebat sigilla falsa. extra de fide instru. c. inter dilectos. Item si literę papales vel instrumenta publica non habeant annum, mensem, & diem, quo factę sunt, indictionem, & locum,
7 & similia: vt in auc. vt præpo. no. Imp. §. j. & ij. & fi. †Reprobātur autem instrumenta & literę fore falsa: si probatur aliter rem fore gestam, quam in ipsis literis vel instrumento continetur. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quod ferè. C. de pact. l. cum precibus. C. plus vale. l. fin. extra de fid. instru. c. cum Ioannes. Item quando est rasum & per manum alterius personę scriptū & remissum, vel si est interlineatura vel cācellatura vł qd simile: vt d. c. inter dilectos. C. de edic. diui. Adri. tol. l. fi. ff. de proba. l. chirographa. de his, quę in testa. delen. l. prima. Vitium grammaticę licet vitiet literas Papales, non vitiat instrumenta nec testamēta, nec acta. C. de testamē. l. error. l. quoniam. & l. non dubium. & l. præposteri. & l. ambiguitas. Item vitiatur instrumentum, si ab vno incipiatur, & ab alio cō
8 pleatur. C. de fide instru. l. comparitiones. & in authen. de fid. instru. §. si verò. Item si vnus scribit instrumētum, & alius apponit signum suū. extra de priuileg. capitulo. cum olim. propter quæstiones. Item quando testis scriptus in instrumento, contradicit instrumento. ff. quem admo. testamen. aperian. l. prima, in fin. Item si non habet legitimum numerum testium: vt in authenti. de fide instrumen. §. oportet. Item quando testes non fuerunt præsentes negotio, vel non rogati in talibus, in quibus debent esse rogati: vt in instrumentis & similibus: vt in authenti. de instrumen. cautel, & fid. §. si quis igitur. & C. de testib. authenti. rogati. vbi de hoc. Item quando inuenitur subsignatum vel subscriptum: nisi dicatur. ff. ad legem Cornelią. de fal. l. Paulus. Item quando instrumentū est incisum. ff. si tabu. testa. nul. extra. l. prima. §. penulti. Item vitiatur & non valet quando exemplum instrumenti producitur & non originale: nisi fuerit exemplatum iudicis authoritate. C. de eden. authenti.
d si quis in aliquo. vbi de hoc. Item si probatur[d] quod tabellio, qui confecit instrumentum erat mortuus ante confectionem instrumenti: vel aliquis ex testibus, vel ex contrahentibus, vel die confecti instrumenti erat alibi continuè, vel in loco: ita quod non potuit esse in loco cō tractus, vel quid aliud probetur. Nam & tunc reprobatur instrumentum: vt C. de contrahen. stipul. l. optimam. extra de proba. capitulo, tertio loco. & idem in similibus
8 casibus dici potest. †Sed quid dicemus in notario, qui falsum confecit instrumentum, quali pœna punietur? Respond. dicunt quidam, quod manus debet ei incidi: sicut est in executore: vt in authenti. de manda. princi. §. cogis eos. vt in eo in quo delinquunt puniantur. C. cōmu. de succes. authenti. peregri. Item de iure Lombardo. debet amittere manum: vt in Lombar. de eo, qui fecit falsum instrumentum. l. prima, & secunda. Alij dicūt, quod debet puniri generali pœna falsi, quæ est deportatio. ff. eodem. l. prima. §. fina. in cuius locum succesit bannum perpetuū: vt not. insti. quibus mod. ius pat. potesta. sol. §. relegati. authē. & insuper fit infamis, & ab officio notariatus perpetuo prohibetur. C. de subsce. & archa. l. si quis aliquid libr. decimo in authent. de arbi. §. fin. Nec instrumenta per ipsum confecta postęs de falso fue
9 rit condemnatus, valebunt. argu. C. de epis. & cleri. l. placet. l. quicunque. & arg. ff. de fur. l. non poteris. de iniur. l. Diuus. & hoc verius videtur. †Sed quid si instrumentum est in aliqua sui parte falsum: nunquid in toto debet haberi pro falso? Respon. debet haberi in toto pro falso: nisi probetur verum. C. de probat. l. penul. & idem dixit Bul. per. l. ij. de fid. instru. & idem dicit Inn. & ipse not. extra de hæreti. c. fraternitatis. & idem dicit Iac. de are. q cum instrumentum sumpsit vires à fide tabellionis, qui nisi se cōscriberet, esset priuata scriptura: vt. C. qui pot. in pign. hab. l. scripturas. cum in vno articulo inueniatur falsum non debet in alio fides adhiberi. extra de rescript. c, ad audientiam. le pre. Alij, vt doctor meus Vgo de masijs & Tancredus dicunt, quod si in vno instrumento sunt plures articuli separati vnus ab altero, quod tantum illa pars siue articulus erit falsus: quia non debet ratione partis totum vitiari. ff. de mino. l. etiā. §. ex causa. C. de trā sact. l. si ex falsis. vbi de hoc. Si verò non haberet articulos separatos: tunc si falsitas est vbi est vis totius instrumēti, & in totum tunc habetur falsum: vt in. d. l. si ex falsis. & C. de testa. l. si vnus. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. cū si
10 mi. & hęc opi. magis placet. †Sed quid si in instrumēto contineatur? M. filius B. confessus fuit habere in deposito à Ioan. libr. x. & c. & postea reperiatur quod dictus B. tunc temporis erat mortuus: nunquid tale instrumentū erit falsum? Respon. sic videtur, quia veritas immutatur

tur: vt in authen. de instr. cautel. & fid. §. primo, circa princip. Sed doct. dicunt quod tale instrumentum non est falsum: quia debet subaudiri M. filius quondam B. argu. C. de testamen. l. vlt. ff. de dam. infec. l. si finita. §. sed si forte. ibi, dominus, id est quondam. ff. de publi. l. cotem. §. in
11 literarum. † Sed quid si instrumento deest litera vel syllaba vel dictio aliqua: nunquid per hoc vitiabitur instrumentum: Respondeo non: nisi per talem defectum subuertatur sensus vel intellectus, vel veritas: alias secus esset. extra de fide instrumen. capitu. ex parte. ff. de mino. l.
12 qui habebat. †Sed nunquid potest iudex instrumentum falsum coram se exhibitum retinere & comburi facere? Respondeo sic secundum Vber. argu. ff. de tabu. ex hiben. l. fin. C. de fal. l. penul. Nam ad ipsum pertinet facere: ne illicita committantur. ff. de offi. præsid. l. illicitas. & eius officium latissimum est. ff. de iurisdic. omnium. iu
13 di. l. prima. †Sed si quis vtitur aliquo instrumento suspecto, sed non falso scienter: nunquid de falso punietur. Respondeo non videtur: sed instrumentum viribus caret & reiicitur. C. de testi. l. nullum. C. de fi. instrumen. l. si veteris. de hoc nota. in authen. de non alienan. rebus. ec-
14 cle. §. quia verò verisimile est. colum. secunda. †Sed quid si instrumentum est falsum ibi, vbi nō est vis instrumenti: an ille, qui fecit vel vtitur dolosè puniatur de falso? Respondeo & videtur quod sic. argumen. ff. eodem. l. si quis legatus. ff. si quis cautio. l. qui autem. §. primo. de eden. l. secunda. §. primo. de arbit. l. cum pœna. §. primo,
15 cum simi. †Sed quid si produxit testes falsos? Respondeo si scienter & dolosè fecit: tenetur: alias non. C. eodē. l. nec exemplum. sed nonne dolus præsumitur contra vtē tem. argu. extra eodem. c. ad falsariorum. Respondeo qđ loquitur in instrumento: sed aliud in testibus: quia non potuit. sibi, puidere qđ essent dicturi, sicut in instrumento potuit. Sed si post publicationem testium dictū fuit
16 producenti, quod testes erant falsi: & apertis attestationibus ipse interrogatur si vult vti dictis talium testium: & respondit quod sic: & sic vsus fuit: tunc tenetur de falso: quia postquā certificatus est quod testes sunt falsi: non potest dicere, quod ignoranter fecerit: vnde non habet excusationem. argumen. C. de rei vendica. l. si fundus. & institu. de rerum diuisio. §. fina. & dicta. l. nec exemplum.
16 C. de falsis. l. maiorem. & l. si falsus. †Sed pone quod dico. Ego M. dico & protestor, quod instrumentum quo vtor scriptum manu talis notarij sub anno domini. M. in dictio. & c. vel dicta testium quibus vxor: si sunt vera & recta: tunc pro veris & rectis vtor & vti intendo: sed si apparuerit in processu, quod instrumētum quo vsus sum, esset falsum: vel dicta testium: tunc nolo vsus esse dicto instrumēto vel dictis testiū: & ꝓinde esse volo ac si vsus non fuerim dicto instrumento, vel dictis antedictorum testium, argumen. extra de crimi. falsi. capitulo, ad falsariorum. tunc nō teneor de falso: & si aduersarius diceret, certifica me si velis vti vel ne. Respondeo quod non teneor: quia possum respondere cum protestatione: vt supra. & valet talis protestatio de iure. argumen. C. de exerci. l. si quidem. & ff. de oper. nouī nuntia. l. de pupillo. §. si
17 quis ipsi prætori. †Et not. quod tali præmissa protestatione si apparebit dictum instrumētum esse verū, vel dicta testium: potero vti? & habebunt vim ex virtute dictionis tunc, quæ extremum temporis significat. ff. de conditio. & demonstratio. l. quarta. §. fina. de vulga. substitutio. l. in substitutione. Sinautem simpliciter dicatur, nollo vti: & postea vellem vti in processu: non possum aliqua ratione: vt C. de testi. l. si aduersarius. C. de fal
18 sis. l. falsos. cum similibus. †Sed quid si cautum est per statutum, quod si quis produxerit testes falsos scienter, puniatur de falso in cētum libr. quidam produxit plures testes, inter quos produxit vnum falsum: nunquid punietur de falso? Respondeo non videtur. quia statutum dicit testes, in plurali numero. & iste non produxit plures, sed vnum: & à verbis statuti non est recedendum. ff. ad municipa. l. constitutis. ff. de lega. tertio. l. non
aliter. Econtra quod sic: quia pluralitas restringitur ad singularitatem. C. de administratio. tuto. l. tutores. de verbo. significatio. l. non est sine liberis, ff. de lega. tertio. l. qui concubinam. §. si Stichus. vi bonorum raptorum. l. prætor. §. si dolo. ibi, sed vnus &c. & hoc verius.

19 †Sed quid, ex forma statuti cautum est, quod si notarius confecerit instrumentum falsum: quod puniatur in decem libr. Ipse plura fecit acta alicuius causæ: vel falsauit ea. nunquid pœna statuti punietur. Respondeo sic videtur. quia appellatione instrumentorum etiam acta continētur. ff. de fide instrumento. l. secunda. ff. de verborum significa. l. necessitatem. §. instrumentorum. Sed potest dici de stricto iure, cum statuta sint stricti iuris: vt ff. de exercito. l. prima. §. cum igitur. de lega. tertio. l. non aliter. quod non puniatur secundum formam statutorum: sed secundum pœnam iuris communis pœna falsi sit puniendus vel deportandus: vt ff eodem. l. prima.
20 §. in rationibus. & §. fina. & l. Paulus. †Sed quid si notarius, qui est notarius & officialis: & scribit acta & processus & dicta testium: permittit parti aduersæ legere dicta testium ante publicationem: an teneatur pœna falsi. Respondeo sic videtur. argumen. ff. eodem. l. prima. §. si is qui. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. instrumētum. & §. sequen. ff. de iudic. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de extraordi. crimi. l. seculari. §. primo. cum similibus.

21 †Sed quid quidam produxit falsos testes dolosè: & de hoc accusatur producens. ad sui defensionem dicit & ellegat dicta testium non valere: qui & iurauerunt parte absente & non citata: & sic non præiudicat dictum ipsorum. extra de testibus. capitulo secundo. C. eodem. l. penulti. nunquid iste producens condemnabitur de falso. Respondeo non puto. quia talis falcutas non obfuit alicuis. ff. quod quisque iuri. l. prima. in fin. argumen. ff. de furtis. l. impuberem. §. primo. & l. non putauit. §. non quę uis. ff. de contratabulas. cum similibus. Et quidem videtur dicendum: si testes dicunt falsum extra intentionem? & extra capitula super quibus producti sunt. quia tale testimonium non præiudicat, nec valet. C. qui legi. perso. stan. in iudic. non hahent. l. momentaneæ. nec possunt producentes condemnari de falso. argumento dictarum legum? & ita fuit de facto consultum: & plures doctores concordauerunt in hoc. Non obstat si dicatur, quod voluntas & actus habentur pro facto: vt ff. de sica. l. diuus. & l. in lege. quia istud habet locum in grauibus delictis, in quibus imponitur pœna corporalis, sed in alijs secus: vt nota. C. de his, qui ad eccle.
22 confu. l. præsenti. circa principium. †Sed quid si testis iuductus super pluribus capitulis dicat falsum
e super vno 'an in alijs reprobatur tanquam falsarius.

Respondeo, dicunt quidam quod sic: nec est in alijs fides adhibenda: vt ff. de testibus. l. qui falsa. C. eodem. l. eos. de suscep. & arch. l. si quid. de hoc not. extra de hæreti. capitulo, fraternitatem. per. Innocen. & est in hac opinio. Alij dicunt contra: & quod super illo articulo? & non super alijs reprobatur: quando articuli sunt diuersi & separati. argumen. de transac. l. si ex falsis. de tempo. appella. per hanc. ff. de mino. l. etiam. & ff. familiæ erciscun. l. in hoc iudicio. & de hoc notatur extra de regu. iur. c. defleat. Alij dicunt: aut dixit falsum circa substantialia negotij. scilicet in tempore vel loco, vel alibi vbi pendet vis negotij: & tunc sit vera opinio: vt repellatur in totum: aut vero super aliquo, in quo non dependet vis negotij: & tunc repelletur tantum super illo articulo, super quo falsum dixit: vt dicta. l. si ex falsis. quia facultas probationis est augmentanda &c. l. quoniam. Cde hæret. ff. de testi l. current. cum similibus. hoc etiam
23 magis placet. †Sed quid, quidam produxit instrumētū ad probandū de iure suo: in quo deficit dies, indictio, vel locus, vel quid simile; nunquid punietur de falso.

Respondeo non: quia in omittendo non est falsitas: nisi hoc dolosè faciat. Sed videtur quod sit error, qui non præiudicat. ff. de regu. iuris. l. si librarius. C. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

testamen.l.error.de erro.aduo.l.secunda.Sed in mutando vel alter scribendo committitur falsum, vt in aut. de instrumen.cautel.& fid.circa principiū. Preterea hoc nulli nocet,nec producenti prodest &c.ff.quod quisque iu-
24 ris.l.prima.in fin. †Sed quid,quidam debet facere instrumētum inter te & me super aliquo negotio & in mei fauorem:à me requisitus non vult facere instrumentum: nunquid falsum committit:& de falso tenetur? Re-
f spon.sic.eoipso,quod facere negat argumen.ff. eodem.l. paulus.&.l.qui te.cum similibus. Sed si dicit, quod nō recordatur:quid facere debeat:nunquid de falso tenetur & falsum committit. Respondeo sic videtur per iura superius allegata:vt in l.Paulus.in fin.cum in facto proprio non sit tolerabilis ignorantia.ff.pro soc.l.fina. Alij distinguunt:aut est homo bonæ famæ & conditionis:& tempus est de longinquo:& tunc non tenetur de falso, propter temporis lapsum & imbecillitatem memoriæ. argumen.ff.de Cabonia.edict.l.secunda.§.duæ. ff. de probatio.l.si arbiter.cum similibus. Si autem est malæ famæ & assuetus alias talia facere & similia:& tunc teneatur. Nam qui semel malus &c.ff.de accusatio.l. si qui.§. ijsdē. de supec.tuto.l.tutor.§.nunc videamus.eum similibus.
25 †Sed quid,quidam notarius fuit condemnatus de falso:& quod nihilominus decetero possit facere instrumēta alia post talem condemnationem : nunquid postea confecta valebunt. Respondeo videtur quod sic:cùm hoc sit dictum. argumen. ff.de lega. secundo.l.si quis in principio testamenti.§.miles.quia verba debent aliquid operari.ff.de lega.primo.l.si quando. Sed tu dic contra:quia talia instrumenta non valent:nec talis sententia potuit facere, quod valerent? quia casus legis est quod non valeant.C.de suscept.& archa.l.si quid . & est argumen.C.de epico.& cleri.l.placet. ff.de furtis.l. non
26 poterit.de iureiur.l.Diuus. †Sed quid si producitur in strumentum in quo scripti sunt duo testes, quorum est vnus infamis:vt quia damnatus est de publico iudicio: nunquid tale instrumentum est falsum? Respondeo non. quia per hoc non mutatur veritas, quod requiritur ad hoc vt sit falsum.in authen.d instrumēto caute. & fid. circa principium.sed tamen instrumentū nō.valet:vt no. ff.de testi.l.scio.& sequent.& de testibus.l.secunda.§.fin.
27 & institu.de testamen.§.neque mulier. †Sed nunquid per alium testem non condemnatum poterit probari illud quod in instrumento continetur verum esse.Respondeo sic? quia sic essent duo testes,quod sufficit . ff.de testib.l.vbi numerus.& talis probatio bene admittitur.extra de fide instrumento.capitulo,cum Ioannes. circa me
28 dium. †Sed nunquid sufficit vnus testis cum notario in instrumento publico ad hoc vt valeat instrumentum.Respondeo,dicunt quidam quod sic? quia tabellio habetur loco duorum testium. extra de probationi. capitulo,quoniam contra falsam. ita quod ille alius testis erit loco tertij testis:vnde bene valet:& duo regulariter sufficiunt:vt ff.de testibus.l.vbi numerus. vnde illud in ore duorum vel trium stat omne verbum.Et hoc in casu vbi,non requiritur numerus testium:sed in alijs casibus secus. Alij dicunt contra:quia certi sunt casus in quibus tabellio habetur loco vnius testis:& in illis casibus debet computari loco vnius testis:& non alijs:qui casus notan.ff.de testamentis.l.Domitius. & hoc verius puto.
29 †Sed quid,quidam dolosè fecit instrumētum falsum: in quo deficiebat mensis,indictio,vel locus:& sic non valet de iure:vt in authen.vt præpo . nomen Impe . an iste punitur de falso. Respon.secundum Iac.de are. quod non.quia tale delictum non potest habere effectum:cum tale instrumentum non valeat:vnde pœnam non meretur.argumen.ff.eodem.ff.impuberem.§.si ei.ff.de verborum significatio.l.sæpe.in fine.ff.de ponis.l.si quis.§.testium.de furt.l.inter omnes.§.rectè. ff. de iniureiurand.l. item Labeo.§.si curauerit.vbi de hoc. Sed tenetur ad damnum personæ læsæ ex tali instrumento propter suā imperitiam:vt institu.ad legem Aquiliam.§.imperitia.ff. ad legem Aquiliam.l.si seruus seruum.§.si calcem.& §.si
30 quis.&.l.qua actione.§.fina.& l.si decurio. †Sed quid ordinatum est per statutum? quod nullus notarius faciat aliquod instrumentum in fauorem alicuius exbanniti sub pœna centum librarum : & si fecerit quod tale instrumentum non valeat: contingit quod quidam fecit tale instrumentum:nunquid de falso punietur. Respondeo non: quia non commisit falsum per hoc:cum falsitas sit veritatis cōmutatio &c.in auth.de instrumen.cautel. & fid.circa principium. Item quia tale instrumentum nō valet statuto prohibēte:& non potest hoc tale delictū vires habere.ff.q quisq; iuris.l.j.de iniurijs,l.item apud Labeonē.§.si curauerit.vbi de hoc.sed pœna punietur statu-
31 ti,in quā cōmisit. †Sed quid,quidā Florentinus mandauit quendā amicum suum? vel familiarē ad faciendū fieri instrumentum falsum alibi in alia ciuitate vel loco,vel aliud maleficium:& factum fuit,ita quod maleficium habuit effectum quæritur vtrum de maleficio tali cognosci debeat Florētię,vbi tractauit de tali maleficio fiēdo, vel in locovbi cōmissum fuit.Respon.q potest accusati,cognosci,& puniri Florētię,rōne sui domicilij.& delicti ibi tractati,cū & ibi videatur deliquisse.arg.ff.de act.& obl. l.cōtraxisse:C.vbi de cri.agi.opor.l.j. Potest etiā cognosci & puniri in loco delicti cōmissi:cū & ibi sortiatur fo-
32 rū:vt in auth.in prouincia.C.de crimine.& extra de iud. c.fi. †Sed quid iste,qui deliquit vult.portius cōueniri Florentię quā alibi:an est audiendus? Respōdeo & videtur q sic.qa ibi potius principaliter deliqt : & priusq; alibi.arg.ff.de iud.l.si quis postea.&.l.vbi.& quia initiū est spectandū &c.facii.ff.de his,quibus vt indig.l.post legatū.§.qui principale.cū similibus.Et in hac opinione fuit Dy.Sed cōtrariū videtur q in electione sit accusantis eligere forū:vt ff.de iudi.l.solemus.&.l.venditorē.C.vbi in rē actio.l.j.cū similibus.Sed vterq; & qui mādauit & qui
33 delinquit punietur.C.de acu.l.nō ideo minus. †Itē not q in tribus locis pōt agi de crimine.s.in loco domicilij. delinquētis.C.de iurisdictio.omniū iudi.l.in criminali.ff. de iud.l.hęres absens.§.inde,Itē in loco delicti cōmissi: vt in auc.qua in puincia.C.vbi de crimine. extra de iud.
34 c.fi.ff.de accu.l.fi. †Itē not.vbi agitur corā aliquo iudice habente iurisdictionē? sed nō competētem:nō opponitur exceptio fori declinantis ante litē contestatā sed coram ipso litē cōtestatus est:nā ista exceptio debet ante litē cō testatā opponi.C.de exceptio.l.pe.& fi.arg.C. de procu. l.ita demum.tunc nō declinādo forū:sed litē contestādo sponte videtur consentire in iudicē:& sic valebit ꝓcessus & sntia.ff.de iurisdict.omniū iudi.l.cū quędā.§.si post. & l.cōuenerit.ff.de iud.l.cōsensisse.Nā vsq; ad litē cōtestatam pōt iudex recusari:post verò litē cōtestatā recusari non pōt:vt in auc.offerat.C.de lit.cōtestatio.& C.de iud. apertissimi.cū similibus. Item quia vbi est inceptū iudicium:ibi,finem accipere debet:vt.ff.de iudi.l.vbi.&c.

ADNOTATIO.a ¶Falcitas. Adde tu & vide quo t modis capiatur falcitas per Cepol.in consili.xxij.col.tertia.versi.nec obst.argu.

b ¶Reprobata pecunia. Adde tu & vide Alexandr.in consil.ciiij.in primo volumi.

c ¶Iacet verum. Adde tu Bald.in l.præsbyteri.C.de episc.& cle. & in.c.primo.in.j.consilio in ver.veritate relata.in ver si de inuesti. in ter dom.& vasal.lis oria.& per Batth.Cepol.in consilio.lxj. colū. secunda,

d ¶Item si probetur. Adde quod etiam quando instrumentum continet contrarietatem & repugnantiam præsumitur falsum.Barto. in.l.scriptura.C.de fide instru.Moder.in.c.imputari,eodem.ver.& d.Franci.Aret.in consi.vij.colū.secunda,& adde vnum not. quod dicunt Archid.& domini,de sancto Geminiano in.c.in memoriā. xix.distinct.quod vbi haberit falsi suspicio,habetur pro veritate. & dictum refert,& sequitur Alexand.in consilio,lxxvij, colum.ij. in.j.volu.

e ¶Siper vno. Adde tu Cepo.in consil.xxij.col.iiij.& d. Alex.in cons. xlv.col.ij.versi.modo si dictum.in.ij.volu.& in consi.cxxxiiij. col. iij.ver.præterea.etiam eo.volu.

f ¶Facere negat. Adde tu de hoc & vide per Alex.in cōsi.lxxiij.col. pe.ver.falsificantur prædicta.in.j.volu.

De pœna

De pœna falsantis monetam. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Monetam falsam fabricans uel fabricari faciens, qua pœna puniatur.*
2 *Crimen falsæ monetæ multa habet specialia.*
3 *Monetæ falsator quomodo puniatur iure Longobardorum, & etiam iure ciuili.*
4 *Monetam falsam expendentes quomodo puniantur: & qui monetam plumbeam uel stagneam pro argentea uendidit.*

Videamus de falsificatoribus monetæ. & de ponis ipsorum.
1 †Et est sciendum,quod si quis fabricauerit cum efectu monetam falsam vel fabricari fecerit, vel super hoc dolosè & scienter dederit auxilium ad fabricandum : si quidem fuerit pecunia aurea principis : tunc flammis comburitur : si verò alterius ciuitatis capitali pœna punitur ad mortem . C . eodem . l. prima . §. si verò. Et hoc est verum, si compleuerit & perfecerit . ff. eodem . l. qui nummos . & l. sequenti . Si autem inceperit, & non perfecerit : sed pœnituit , non punitur . ff. eodem. l. qui falsam . & ille , qui tingit nummos : vt quia sunt de ære , & tingit supra de auro : vt appareant aurei :vel tingit in argento : vt appareant de argento , cum non sint : vel tingit scu. vel falsos nummos , vel rodit : siue totonderit bonos , & rectos : vt sint minoris: ponderis : vel similia falsè & dolosè facit : capitali pœna punitur , aut bestijs datur : si est liber? si seruus, occiditur : vt dicta.l. qui nummos . Sed Azo in summa sua dicit , quod ille , qui talia committit deportatur.
2 in summa huius tituli. †Et nota.quod multa sunt specialia in hoc crimine . Primum quod quilibet potest istos falsatores accusare: sicut, & in lege Iulia maiestatis.C.eodem.l.prima . a Secundum quod ille , qui accusat non punitur de callumnia : licet non probet : quod regulariter est contrarium:vt dicta.l prima.& C.de accusatio.l.finali.C.ad turpilia.l.secunda.& penulti. Tertium quod damnatus in hoc crimine non appellat.C.eodem.l. prima,regulariter contrarium est. C. de appellatio. l.& in maioribus.Quartum quod licitum est cuilibet tales falsatores capere & ad iudicem ducere. C. eodem.l.prima.& secunda,regulariter contrarium est.C.de exhiben. reis. l. neminem . Item aliud , quia domus vbi est facta moneta falsa publicatur: & prædium vbi facta est: licet dominus domus sit ignorans : dummodo sit ibi pro
3 pe.si autem esset à longe excusatur : sed eius factores , si ministerium ad hoc præbuerint , capite puniuntur.C. eodem.l.prima. & §. domus . †Sed iure Lombardo falsator monetę amittit manum in Lombard. de eo, qui mo.fal.l.prima. & secunda . Impuberes personaliter non puniuntur etiam,si sciant : quia ipsos ætas excusat: quia quicquid vident ignorant . Viduæ etiam ignorantes non puniuntur : sed scientes sic : vt C. eodem.l. prima.§.viduæ. Sed tutores impuberum puniuntur
b public. bonorum : vt dicta.l.prima.§.impuberes.& §.sequenti . Item bona falsantis monetam b publicantur: vt C.eodem.l.secunda.in princip. Item si quis impetrauerit rescriptum super falcificanda moneta : debet carere rescripto : & insuper punitur:vt C.eodem.l.final. & cum non sit pœna expresè determinata : extraordinariè iudicis arbitrio punitur : vt ff.de extraordina . crimina.l. prima argumen.extra de crimine falsi.capitulo primo.
Sed ciuitati licitum est impetrare rescriptum super fa-
4 bricanda moneta : & aliter non potest fabricare:vt l. prima,cum similibus . †Sed quid de illis qui expendunt monetam falsam quali pœna puniuntur. Respon.si scienter & dolosè faciunt? & sint puberes:debent puniri pœna falsi generali,quæ olim erat deportatio & omnium bonorum publicatio in liberis : & in seruo vltimum supplicium :vt ff.de falsis.l.prima.§. fina. Sed hodie bona non publicantur : qua non delinquunt : vt in authen. vt nulli iudi.§.fina.vnde sola pœna deportationis videtur puiendus : quia taliter delinquit,in cuius locum bannum succesit perpetuum.institut. quib . modis ius pat. potesta.fol.§.relegati vere. Nam & eadem pœna tenetur , qui monetam plumbeam vel staneam pro argentea vendidit.ff.de falsis.l.lege Cornelia.in eadē la pœna.&c. vel punietur alia pœna extraordinaria:cum non sit bene expressa hoc casu.ff. de extraordina . crimin .l. prima sed non ad mortem:vt supra dictum est.Si autem pluries & dolosè expenderet:& assuetus est hoc facere:tunc cōsuetudo delinquendi aggrauat delictum & auget pœnam.C.de episco.audi. l.nemo . & qui sæpius deliquit, grauius est puniendus.C.de vt vi public.l.seruos.§.fina. ff.de pœnis,l.aut facta. §. final . de furtis.l.in faciendo.§. quid si infans.de priua.delict.l.nonnunquam. nam tunc iudex potetit augere pœnam , & maximè quando multi taliter delinquunt? Nam multis grassantibus opus est exemplo:vt alij terreantur,& pœna vnius sit metus aliorum.ff.de pœn.l.aut facta.§.fina.C.ad legem Iuliam repetunda.l.prima.& punitur pœna capitis vel ignis.& in hoc plures docto . Paduæ concordarunt . & si ignoret monetam falsam,& ipse expenderet eam:nō committit dolum.C.de falsis.l.nec exemplum.ff.eodem.l.prima, & secunda,& l.lege.§.penultimo.& sequenti, & tunc non punitur,quia ignorantia ipsum excusat. argumen. ff.loca.l.si quis ignorans.C.de his, qui latro. oculta.l. prima, & secunda.ff.de incend.rui.naufrag.l.tertia. §. non tantum.ff.de publica.l.cotem furto.§.dominus. Item impuberes etiam scientes non puniuntur,nisi forte sint doli capaces.C.de pœn.l.impunitas.ff.de furtis.l . impuberē. sed puberes sic:sed tamen iudex ratione ætatis potest mitigare pœnam.ff.de mino.l.auxilium.§.in delictis. Itē forte posset iudex facere manum amputari. illi , qui expenderet monetam falsam scienter:vt in eo cum quo delinquit , scilicet cum manu , in ea puniatur. C. commu. succes.authen.omnes peregrini.circa fin.in Lombard.de eo qui mo.fal.l.prima.& secunda. Sed de consuetudine & secundum locorum statuta in multis locis comburuntur.

ADNOTATIO.a ¶C.eodem.l.prima. Adde tu quod falsificans monetam committit crimen læsæ maiestatis:ita Bald.in.l. si quis nummos.C.de fal.mo.& vide Cep.in consilio.xvij.col. quarta.in.fi. Adde tu quod falsa moneta etiam dicitur illa,quæ fit de bono auro per non habentem potestatem:vide per Cepol.in consilio lxxviij.columna prima.& ibi etiam pœna.

b ¶Monetam. Adde tu & vide qualiter puniantur falsantes monetam per Alexan.in consilio ciiij.columna secunda.in primo volu.& per Cepol.Veronem.in consilio lxxviij . Et ibi quod grauius, punitur, qui falsificat aurum quam qui falsificat alia metalla.

De pœna falsantis mensuras & ponderа. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mensuras, uel pondera falsantes, quomodo puniantur.*
2 *Mensura falsa uel pondere falso emens, uel uendens illi, quem lædit quomodo teneatur.*
3 *Mensuram falsam uel pondus falsum commodans, quando teneatur, & ad quid.*
4 *Mensuram falsam uel pondus falsum sub certa mercede locans uel deponens aut uendens an teneatur.*
5 *Mensura falsa non est mensura, nec pundus falsum, est pondus.*
6 *Mensura, pondere, uel pecunia, mutatis: qualiter fiet solutio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Alsarios † qui salsant mensuras & pondera minuendo vel augendo pœna falsi puniũtur. ff. de falsis. l. hodie. §. primo.

Item puniri possunt pœna relegationis. tanquam falsarij. ff. de extraordina. crimi. l. annona. §. penulti. & fin. & puniri possunt alia pœna extraordinaria. ff. de pœnis. l. in dardanarios. & d. l. hodie. & est ratio. quia pondera vel mensuræ non debent à legitimo statu minui nec augeri. extra de emptio. & vendi. c. 2 vt mensuræ. †Item & ille, qui emit vel vendit sciẽter cum falsa mensura vel pondere tenetur alteri, quem lædit emendare duplum eius in quo lædit: vt dicta. l. hodie. tenetur etiam de dolo. ff. de dolo. l. arbitrio. §. de eo. vbi de hoc. Item tenetur de cõdictione furtiua: vt. ff. de furt. 3 l. si quis vxori. §. si maiora. †Item & ille, qui commoduit falsa pondera vel falsas mensuras scienter: tenetur ad interesse. ff. eodem. l. in rebus. §. item qui sciens. secus si 4 ignorabat: vt ff. eo. titu. l. j. †Qui autem locauit sub certa mercede, vel deposuit, vel vendidit certa põdera falsa, vel mensuras: tenetur siue fuerit sciens, siue ignorans. ff. 5 loca. l. sed addes. §. j. de act. empt. l. tenetur. §. si vas. †Itẽ not. quod falsa mensura non est mensura. Item falsum pondus non est pondus, sicut nec falsus denarius, est denarius. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignora. actio. quod in simili dici potest. ff. de verbo. signific. l. paulus. 6 nec liberat soluentem: vt dicto. §. qui reprobos. †Sed pone quod mesura est mutata vel pondus, vel pecunia: qualiter fiet solutio. Respondeo non ad illam mensuram & ad illud pondus: nec ad illam monetam, quæ erat tempore contractus: sed saltem ad illam æstimationem: vt ff. si cert. peta. l. quod te de lega. tertio. l. vxori. §. Aristo. de auro & argen. leg. l fina. extra de censi. c. olim. vbi de hoc nota.

De pœna mutantis sibi nomen. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Nomen proprium, pronomen, aut agnomen sibi mutans quando puniatur & quomodo.*
2 *Mutare sibi nomem quando liceat.*
3 *Mutare sibi nomen aduersus quos liceat.*
4 *Falsitas quid sit & sibi mutans nomen, quando puniatur.*

1 Si quis † mutauerit sibi nomẽ proprium, vel pronomen, vel agnomen dolosè vel in fraudem priuatæ personæ, vel fisci, vel communis tenetur de falso: & est pœna falsi puniendus. C. de mu. no. l. vnic. §. fin. & l. falsi nominis. ad legem Cornel. de fal. ff. Si autem non fecit in fraudem vel damnum alicuius: non tenetur de falso: vt si iocose fecit. argu. ff. de iniur. l. illud. §. penul. Et hoc in libero homine, cui licitũ est mutare: dũmodo non faciat in damnũ vel fraudem alterius: 2 sed seruo non licet: & si faciat præsumitur, quod in fraudem domini faciat: vnde punitur. C. eodem. l. j. †Item licitum est sibi mutare nomen pro defensione sua & re- 3 rum suarum: vt ff. de iustit. & iure. l. vt vim. †Item licitum est versus hostes vel latrones: quia licitum est coram eis mentiri: & dolo vti. ff. de dolo. l. prima. §. Labeo. & in dictis casibus similibus non punitur de falso regulariter & contrarium est: & facit. C. de testi. l. si quis in 4 nomine. †Item falcitas est mutatio veritatis &c. in authen. de instrumen. cau. & fid. circa principium vnde mutando sibi nomen falsum committit: ergo de falso est puniendus: vt supra dictum est: vel forte pœna extraordinaria & non pœna falsi. l. generali. extra de crimi. capit. primo. propter suum mendacium. facit. C. de testi. l. nullum. in fin. quia sua malitia non debet sibi prodesse. ff. de dolo. l. prima, cum similibus.

De pœna adscribentis sibi aliquid in testamento vel aliter. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Falsum an committitit, & an pœna falsi teneatur, qui sibi aliquid adscribit in testamento alicuius.*
2 *Filiusfa. & seruus iussu patris uel domini aliquid sibi adscribentes an excusantur à pœna: & quid de emancipato: & quid si pater filio & dominus seruo dicat, quod sibi scribat tale legatum: & pater uel dominus se subscribat.*
3 *Agnatus uel extraneus cognatus, si sibi adscribat testatore se subscribente & illis dicente, quod est de uoluntate eius factum, an euitent pœnam.*
4 *Dictans testamentum, si aliquid sibi reperiatur relictum an ualebit: & quomodo euitabit pœnam, qui sibi aliquid in testamento adscribit.*
5 *Marito sibi adscribente legatum in testamento uxoris an ualeat legatum: & an pœna falsi punietur: & quid si in testamento alterius adscribat legatii uxori.*
6 *Filiusfami. an posit in testamento alterius scribere aliquid relatum patri, in cuius potestate est: & qua pœna puniatur: & quid in emancipato.*

1 Est & alia pœna quando aliquis † adscripit sibi aliquam rem fore legatam in testamento alicuius, vel scribit se hæredem, vel aliquid simile facit: com- 2 mittit falsum: & pœna falsi tenetur. †Sed tamen si est filiusfamilias? & iussu patris facit: & seruus iussu domini: excusatur à pœnam falsi: sed legatum hæreditatem admittit. ff. de fal. l. prima. §. inter filium. Si autem est emancipatus vel extraneus, qui facit talia siue in testamento patris? siue alterius: amittit legatum, & pœna falsi punitur. ff. eodem. l. si filius emancipatus. & l. Diuus Claudius. & C. de his, qui sibi adscri. in testa. alle. l. secunda, vbi de hoc. Si tamen pater in testamento sese subscribat: & dicat, quod filius scribat tale legatum sibi vel se hæredem &c. de voluntate sua: tunc pœnam falsi euitat: vt. d. l. secunda. & ff. eodem. l. prima. §. inter. Idem & in seruo est, si dominus se subscribat & dicat, vt supra 3 de patre dictum est. †Si autem agnatus vel cognatus ita scribit in testameto, vel codicillo, vel alius extraneus licet testator se subscribat, & dicat quod de voluntate eius est factum: non euitat pœnã, qui sibi adscribit: & est ratio, quia hæreditas patris est debitas filio. ff. de liber. & posthu. l. in suis non autem agnato vel extraneo: vt. ff. eodem. l. si quis legatum. §. fina. de codicil. l. fina. §. penult. 4 †Sed si quis solum dictauit testamentum, & non scripsit: & reperiatur in testamento aliquid sibi relictum: bene valet relictum: & non tenetur de falso: vt C. de testa. l. dictantibus. Item ad hoc vt quis pœnam falsi euitet: si sibi adscribit aliquid in testamento: debet renunciare legato, & dicere quod ex ignorantia fecit: vt C. eodem. l. se- 5 natus. †Item si maritus adscribit sibi legatum in testamento vxoris: amittit legatum & pœna falsi punitur: vt C. eodem. l. qui. Sed si in testamento alterius maritus adscribat legatum vxori: non tenetur de falso: & valet relictum. ff. de falc. l. vxori. & facit. ff. eodem. l. si quis cum falso. & l. seq. & l. si quis legatum. †Item non po- 6 test filius famil. in alterius testamento scribere aliquid relictum esse patri, in cuius potestate est: & si facit, de falso punitur: vt ff. de fal. l. de eodem. sed in emancipato forte secus à contrario sensu. l. prædictæ de eo. Nam tale argu. valet. de offic. eius, cui mand. est iurisd. l. prima. §. huius rei. facit. ff. de fal. l. Diuus. C de testa. l. qui testamento. §. prim. & §. sequen. cum simi.

Ad legem Iuliam de vi priuata. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Lege Iulia de ui priuata qui teneantur, & quando aliquis tenetur pluribus legibus, an puniatur pluribus uel una?*
2 *Pœna legis Iuliæ de ui priuata, quæ sit.*
3 *Iudex qui non punit contra hanc legem peccantes, quomodo puniatur?*

1 Lege Iulia de vi priuata †tenetur, qui conuocatis hominibus vim facit sine armis: propter quod aliquis est vulneratus cũ dolore, vel pulsatus, dũmodo non sit occisus: nec interest an vocati fuerint homines liberi, vel serui, ad dictam violentiam inferendam: & non solùm illi, qui conuocauerunt alios: sed etiam conuocati venientes ex certa scientia tenẽtur. lege Iulia. ff. eod. & l. ij. & l. sequen. & C. de accusatio. l. nõ ideo. Item tenetur & ille, qui cœtu hominum conuocato vim fecit: vt ff. eod. l. legis. & ille qui deiecit aliquẽ de agro suo vel domo sua per vim hominibus adunatis sine armis, lege hac tenetur. ff. eo. l. si quis. Item & creditor tenetur qui sua authoritate ius sibi dixit: & est ratio, quia non debet sua authoritate ius sibi dicere. C. de iniurijs. l. nullus. aliàs vim facere videtur. ff. eod. l. penult. & fi. ff. quod met. causa. l. extat. de hoc ibi. & l. in posses. C. eod. & hoc verum: nisi creditor hoc ex pacto faceret. Nam tunc vim facere non videtur. C. de pign. l. iij. Itẽ tenetur hac lege, qui facit vim nautis, vel de naufragio per vim res capit: vt ff. eod. l. j. §. sed si quis. & §. sequen.

Item & ille, qui capit res vxoris ob debitum viri. C. eod. l. j. Item tutor, qui bona pupilli per vim occupat. C. eod. l. ij. Item tenetur & ille, qui filiam vel sponsam alterius per vim includit & retinet. C. eod. l. filius. tenetur etiam de rap. virgi. l. j. Et etiam punitur de priuato carcere, qui inclusam retinet aliquam personam. C. de priua. carce. l. j. Sed non punitur omnibus legibus & pœnis, sed vna: vt ff. de accusa. l. senatus. Itẽ si quis de possessione fundi, quem possidebam, per vim me expulerit: possum contra eum agere ciuiliter possessorio iudicio: & petere me spoliatum mea possessione in causa restitui, in quam facta protestatione sum illico reponendus & restituendus. C. eod. l. si quis fundum. C. si per vim vel alio modo. 2 l. j. †Pœna autem huius legis est, quòd si quis per vim sine armis violentiam alicui fecerit, tertia pars bonorum eius publicatur: & insuper efficitur infamis: & omni honore spoliatur: & si fuerit homo occisus capite punitur, qui vim intulit. ff. eodem. l. j. & ij. in fi. C. eodem. l. quoniã. & hoc si fuerit liber, qui vim intulit: si verò seruus, vltimo supplicio punitur. & si fecerit sine licentia domini nõ punitur dominus: si autem cum licentia domini seruus solùm damnatur in metallum & non occiditur: dominus 3 verò sit infamis, & omni dignitate priuatur. †Iudex autem qui vindictam non fecerit, aut fecerit minorem, quàm facere debuerit, punitur infamia. C. eodem. l. seruos. facit institu. de public. iudic. §. item lex Iulia de vi. cum similibus.

Ad legem Iuliam de vi publica. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Lege Iulia de ui publica qui teneantur.*
2 *Iudex an posit imponere pœnam maiorem quàm de iure debeatur, lege Iulia de ui publica, qui teneantur, & quid dicitur turba.*
3 *Armati & arma quæ dicuntur, & quando liceat telum portare: & quomodo puniantur, qui Villam uel ædes expugnauerint, uel fregerint cum turba.*
4 *Pœna legis Iuliæ de ui publi. quæ sit in liberis hominibus.*
5 *Agere potest ciuiliter & criminaliter ille, cui facta est uiolentia: & pœna huius legis quæ sit in seruis, & iudicis non punientis, uel leuius quàm debuerit, & quomodo puniantur, qui homines rapiunt in agris: & rectores, qui tales non puniunt: & sepius delinquens grauius punitur.*

1 Tenetur lege Iulia de vi publica, qui † noua vectigalia exigit per vim vltra solitum & antiquum modum & ordinem: vt ff. eodem. l. finali. & etiam punitur pœna perpetuæ deportationis: vt C. noua vectiga. inducí non posse. l. finali. Item tenetur & ille, qui facit, ne quis possit securè venire ad iudicium: & facit dolo. Item & ille, qui facit, vt iudex aliter iudicet quàm debeat de iure. Item tenetur iudex magistratus, & qui inducit alicui contra ius publicum, vt per suam sententiam decernat aliter quàm ius dicat. Item & ille, qui cogit aliquem ad ludum inuitum, & facit aliquẽ per vim sibi pollicéri, vel facit quominus iudicium exercea- 2 tur: vt ff. eodem. l. qui dolo. †Notandum est quod iudex non potest imponere pœnam maiorem quàm de iure debeat: vt not. infrà de pœ. dic vt ibi. Item & ille tenetur, qui conuocatis hominibus vim facit: vt quis verberetur vel pulsetur, etiam si non occidatur: vt dicta l. qui dolo. §. j. siue sint liberi siue serui: & non solùm, qui cõuocauerit homines, sed etiam conuocati: vt ff. de vi publi. l. hac lege. C. de accusa. l. non ideo. Item & ille tenetur, qui turbam coadunauerit causa seditionis faciendæ: vt ff. eod. l. eadẽ. Et dicitur turba decem vel quindecim hominum: vt ff. bono. rapto. l. prætor. §. j. Item tenetur, qui ex incendio aliquid rapuerit, vel puerum vel puellã rapuerit, vel qui accommodant scienter homines suos ad talia facienda: vt dicta l. eadem. §. j. & l. sequen. Item tenetur & ille, qui cœtu hominum congregato fecit seditionem, vel incendium posuit, vel hominem aliquem incluserit, vel prohibuerit aliquem sepeliri, vel compulerit aliquid promittere: licet talis obligatio non valeat: vt ff. eod. l. qui cœtu. Item qui vacantem mulierem, id est non nuptam vel nuptam rapuerit per vim, vltimo supplicio afficitur. ff. eod. l. qui cœtu. §. fi. de rapto. virgi. l. j. Et si pater mulieris talem iniuriam remiserit rogatus, potest ille ab alio accusari: vt dicta l. qui cœtu. §. finali. Item teneẽ iudex, qui verberauit, vel iniuriã fecit illi, qui à sua sententia appellauit, vel iusserit aliquid iniurioſum fieri appellanti, vel posuerit aliquid super collum eius vt torqueatur: vt ff. eod. l. lex Iulia. Item & ille tenetur, qui aliquem ligauerit, vel impediuerit, quominus ad iudiciũ veniat: vt ff. eodẽ. l. lege. Et prædicta videntur locum habere, si cum armis & per vim fiat, & hominibus †armatis: 3 & intelliguntur armati, qui tela habuerunt. Et appellatione armorũ intelliguntur fustes, gladij, & omne aliud genus armorum cum quo noceri possit: vt ff. eod. l. armatos. & l. iij. §. telorum. institu. de publi. iudic. §. telum autẽ. Telum autem portare licet, si salutis suæ causa tuendæ portetur. l. hi. §. fi. ff. eo. Qui autem ædes aut villas expugnauerint, aut fregerint cum turba, & telis capite punitũ- 4 tur: vt l. hi qui ædes. ff. eo. †Pœna autẽ huius legis est, quòd si cum armis violentia inferatur, quòd punitur pœna deportationis, & bona illius publicantur. insti. de public. iudic. §. item lex Iulia de vi. & hoc si homicidium nõ interuenerit: si autem interuenerit homicidium, tunc illi, qui vim intulerunt tanquam interfectores capite punitũtur. Sed illi qui defendunt & resistunt violentiæ etiam si homicidium cõmittunt, non tenentur secundum Accur. hac lege, nec hac pœna: vt C. eod. l. quoniam multa. & l. si criminis. ff. de iusti. & iu. l. vt vim. cũ similibus. quia vim vi repellere licet &c. C. vnde vi. l. j. Item interdicitur ei, qui vim intulit aqua & igni. ff. eod. l. qui dolo. §. fina. & etiam ius quod habet amittit. ff. quod met. causa. l. extat.

Item eorum bona publicari debent. ff. de vi publi. l. j. ff. de interdi. & releg. l relegatorũ. §. ad tẽpus. † Itẽ & ille, cui facta est violentia potest ciuiliter agere possessorio & suam possessionem recuperare: & etiam criminali- a ter ad pœnam prædictam. C. vnde vi. l. si quis in tantam. Et prædicta locum habent in liberis hominibus. Seruí autem vltimo supplicio afficiuntur, qui violentiam cõmittunt. C. eod. l. seruos. si domino ignorante fecerunt: si

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem mandato domini,tunc seruus datur in metallum:
& dominus infamis efficitur. †Item & iudex si vindictam nõ fecerit,vel fecerit, vel leuiorẽ imposuerit quàm
debuerit pœnam,notam incurrit infamiæ:& in lib. centũ
auri cõdemnabitur.C.eod.l.seruos. & l.finali. Item &
illi,qui per vim homines rapiunt in agris:& ipsos raptos
tenent ligatos : & illi,qui tales malefactores scienter detinent ad talia maleficia committenda:capitali pœna puniuntur.Et rectores etiam,qui contra tales vindictam nõ
exercent in centum libr. auri , & in amissione bonorum
& dignitatis puniũtur:& etiam quandoque capitali pœna condemnãtur:vt C.eo.l.fi.& C.de sacrifi.pag.l.j. Itẽ
not.quòd qui sæpius delinquit,grauius punitur:quia reiteratio delicti auget pœnam. C. eodem. l.suos.in fi.C.de
episcop.audien.l.iij.§.finali. cum similibus.

ADNOTATIO.a ꝙ Criminaliter.Dum quæstio verteretur in facto:quæsitum fuit ante de duobus.Primum, an spoliatus post restitutionem factam posset agere criminaliter pœna l. si quis in tantam.Secundùm,si intentatum esset petitorium contra spoliatum restitutum , an posset per modum exceptionis opponere de pœna d.l.Ad quas quæstiones breuiter respon. quod sic,& primò ad primum motus decisione Cyn.in l.momentaneæ.C.vnde vi.vbi post Iacob.de aret.tenet quòd si actũ fuit interdicto vnde vi,quòd postea posit agi cõdictione ex dicta l.si quis in tantã.hac ratione, quia persecutoria non tollit pœnalem: vt in l.si pro fure. §.j. ff.de condic.fur.cum ibi not.& hanc opinionem sequitur Albe.in dicta l. momentaneæ, quam tamen intelligit procedere Salic.quando agens interdicto obtinuit : si verò succubuit,& tunc aut sententia est lata super facto , & tunc non posit agi conditione dictæ legis si quis in tantam,aut super iure , & tunc sic: vt argumen. not. in l. duobus.§.colonus.§.de iureiuran.&c.& pro decisione Cy.est glos. ordi.& ibi Doct.in c.pastoralis.de cau.pos.& proprieta. in verbo, intentare.Ad secundum motus,decisione glos.in dicto c. pastoralis.in glos.penult.in fine,quæ hoc decidit, declarata tamen , vt ibi per Abba.in viij.colum.in princip.versi.no.bene ex fine &c.quem rogo videas:quia ponit hanc notabilem conclusionem , quòd spoliatus excipiens de spoliatione posit obtinere pœnam. l. si quis in tantam &c.Hiero.chu.

Ad legem Iuliam de ambitu. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Lege Iulia de ambitu qui teneantur.
2 Pœna legis Iuliæ de ambitu quæ sit.
3 Iudicis cameram intrans & rogans,ut sibi in aliqua causa faueat , quomodo puniatur.
4 Dans pecuniam pro officio habendo, & recipiens pro conferendo , quomodo puniatur: & qui literas impetrauit pro officio habendo : & an aureus aliquando sumatur pro libra , & an. lxxij. aurei libram faciant.

1 HAsta lex Iulia de ambitu habet†locum,quando quis dat occultè pecuniam,vt habeat aliquod officium in alia ciuitate,præter Romanam : quia in ea cessat hęc lex.ff.eod.l.j.Si autem expenderent palam pro officio habendo,vt pro prætore ciuitatis,
tunc incidit in pœnam huius legis : vt ff. de polli. l. j.§.si
quis. Nam & Barbarius Philippus petijt præturam publicè : & fuit prætor designatus & fine pœna. ff. de offic.
2 præto,l.Barbatius. †Item tenetur hac l.officialis , qui est in officio,& dat pecuniam , vt cõfirmetur in tempore sequẽti.C.eodem.l.j.& fallit in adsessore , qui confirmare & continuare potest officium dummodo non fiat ambitione vel pecunia,vel precibus suis interuenientibus:sed ad suam gratiam & liberalitatem confirmantium. C. de adsesso.l.nemo. & l.sequen. & l.liceat. Item tenetur hac lege qui nouũ vectigal instituit:vt ff.eo. l.j. Itẽ tenetur & ille qui rogauit aliquos pro aliquo officio habẽdo secũ dùm Acc. Itẽ habet locũ in illo,qui secũdo anno cõtinuãdo susceperit illud idem officiũ,& iste deportatur:vt C. eod.l. vnica.Fallit in adsessore,vt suprà dixi. †Pœna autem mandato domini,tunc seruus datur in metallum:
& dominus infamis efficitur. †Item & iudex si vindictam nõ fecerit,vel fecerit, vel leuiorẽ imposuerit quàm
debuerit pœnam,notam incurrit infamiæ:& in lib. centũ
auri cõdemnabitur.C.eod.l.seruos. & l.finali. Item &
illi,qui per vim homines rapiunt in agris:& ipsos raptos
tenent ligatos : & illi,qui tales malefactores scienter detinent ad talia maleficia committenda:capitali pœna puniuntur.Et rectores etiam,qui contra tales vindictam nõ
exercent in centum libr. auri , & in amissione bonorum
& dignitatis puniũtur:& etiam quandoque capitali pœna condemnãtur:vt C.eo.l.fi.& C.de sacrifi.pag.l.j. Itẽ
not.quòd qui sæpius delinquit,grauius punitur:quia reiteratio delicti auget pœnam. C. eodem. l.suos.in fi.C.de
episcop.audien.l.iij.§.finali. cum similibus.

na autem istorum est,quòd puniuntur in centum aureis,
3 & fiunt infames.C.eo.l.j. †Item no. quòd si quis intrat cameram iudicis , & rogat eum , vt sibi faueat in aliqua causa:punitur in hac lege in centum aureis. ff. eodem.l.j.
§.finali. †Item not.quòd non solùm qui dat pecuniam
4 pro officio habendo punitur in dicta pœna vel in alia, scilicet in libr.x.auri:sed & ille , qui accepit pro conferẽdo:& ista pœna applicatur communi loci , vbi tale delictum committitur. ff. de iure fisc.l. Lucius.C.de adsesso.l. nemo domesticus. Item punitur & ille, qui literas impetrauit pro officio habendo.l.j. Item no. quòd aureus quãdoque sumitur pro libra.insti.de pœna teme.litigan.
§.finali. Item no.quòd lxxij.aurei faciunt libram.C.de suscep.& archa.l.quoties.

Ad legem Iuliam repetund. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Lege Iulia repetundarum qui puniantur.
2 Pœna facientis contra l.iul.repe.quæ sit,& quomodo punietur, qui pecuniam dedit,ut corrumperet officialem.
3 Officialis qui iurauit , præsumitur bene , & legaliter suum officium exercere.
4 Officialis quando teneatur non solùm pro se , sed etiam pro suis familiaribus, & quæ pœna augeri posit,ut pœna unius sit metus multorum.
5 Officiali aliquid dãs,ut aliquid faciat pro eo quid fiet,& an etiam repetatur datum ab hæredibus accipientis.
6 Officialis accipiens an posit puniri officio durante,& an puniatur ciuiliter, & aliquando criminaliter.
7 Officiali an recipere aliquid liceat ultra salarium.
8 Actio ad repetendum quod datum est officiali , intra quod tempus competat.

1 TEnetur lege Iulia repetundarum† officialis , qui accepit pecuniam ab aliquo,vt iudicet aliquid vel nõ iudicet:vel nõ decernat officium vel honorem alicui , vel decernat , vel vt quid aliud faciat,vel non faciat:vt ff.eodem. l.lege. Item & ille,qui accepit pecuniam vt ipsam ponat ad aliquod officium,vel mittat ad aliquam regionem, vel ponat in aliqua societate , & idem in similibus est dicendum : vt ff. eod.l.j. Item & ille,qui accepit pecuniam ad dicẽdum vel non dicendum testimonium contra aliquem , vel vt plus vel minus faciat quàm facere debeat:vt ff.eo.l.iij. & l.sequen. Item qui accepit pecuniam,vt nõ mittat militem vel custodem ad aliquem locum , vt non legat aliquem in consilio,vel vt accuset aliquem vel non accuset, vel similia faciat vel nunciet : ratio, quia officialis debet esse mundus ab omni munere. ff. eodem.l.eadem. §.j. C. eodem.l.iij. Item & ille,qui accepit pecuniam,vt det arbitrum, vel iudicem certam personam,vel vt tali modo iudicet contra aliquem,vel vt non præcipiat quod de iure præcipere debet,vel vt aliquem poneret ad torturam, vel in carcerem contra ius , vel vt non ponat , vel vt aliquem condemnet vel absoluat,vel vt faciat maiorem vel minorem æstimationem bonorum quàm facere debeat, vel vt non designet bladum quem designare debeat , vel vt non vadat ad exercitum si ire debet : & idem in similibus est dicendum:vt ff.eodem.l.Iulia. Item & ille, qui accepit pecuniam ab aliquo , vt det ei aliquod officium: quia non licet officiali accipere aliquid vltra suum salarium.Et insuper in talibus delictis quilibet potest accusare. †Pœna autem recipientis est,vt condemnetur in quadruplum ad eius restitutionem quod accepit , illi qui volebat adipisci honorem.C.eodem.l. finali. Item ille, qui dedit pecuniam corrumpendo officialem.C. eodem. l.finali.vel punitur secundum legem.C.de pœna iud.qui malè iudi.l.j.authen. ibi posita. †Nota quòd officialis præsumitur bene & legaliter suũ officium exercere , qui iurauit: quia non præsumitur immemor salutis æternæ.

C.eod.

C.eod.l.finali. & optimè facit extrà de præsumptio.c.ad audientiam. †Et no.quòd officialis non solùm tenetur pro facto suo &delicto suo,sed etiã pro suis familiaribus, quos secum tenet in officio,si ipsi aliquid extorserũt , vel abstulerunt,vel rapuerunt à subditis:ita quod ad restitutionem quadrupli tenetur,cuius dimidia datur læso, alia fisco vel communi illius loci vbi delinquit extorquẽdo: vt C.eod.l.finali.& l.j. quæ pœna quandoque potest augeri,vt vnius pœna sit metus multorum.C.eod.l.j.Sed si aliter delinquat officialis:puto officialem non teneri. C. de pœnis.l.sancimus.cum similibus. Sed ipse debet ipsos punire,si ipsi delinquant:vt in authen.de manda.princip. §.oportet.& in authent. de defenso.ciuita. §. à defensori-
5 bus.cum similibus. †Si quis autem dederit alicui officiali aliquid,vt pro eo aliquid faciat:quia turpiter dedit, fortè non repetit , sed fisco tanquam successori vitiorum applicatur:vt ff.de iure fisc.l.Lucius. Item not.quòd nõ solùm repetitur ab eo qui accepit , sed etiã ab hæredibus
6 suis.C.eodem.l.iij. †Item not. quòd ille talis accipiens potest puniri etiam durante officio. C. eod.l. iubemus.§. finali. Item not. quòd officiales aliquando pœna corporali puniuntur:vt quando accipiunt pecuniam, vt nõ condemnẽt peccantem ad mortem:vel si ita mori innocẽtem interficiant. Nam tunc capite puniuntur, vel pœna deportationis:vt ff.eodem.l.lex Iulia.§.finali. Et sic patet quòd contra istos officiales potest agi dupliciter : ciuiliter ad quadruplum , criminaliter ad pœnam corporalem
7 vt dictum est. facit ff.de adsessori.l.iij. †Item no. ꝙ nõ licet officiali aliqd accipere vltra salariũ suũ, prẽterquàm à consobrino vel propinquo:vt ff.eod.l.finali.& in authẽ. scriptum exemplar.columna secunda.ij.de manda.princ. §.oportet.colum.iij.in authen. iurisiurandum quod præ-
8 statur ab his.columna secunda. †Item not.quòd competit actio ad repetendum quod datum est officiali intra annum à die depositi officij contra officialem vel hæredes:vt C. eodem.l.datur.vbi de hoc plene.

Ad legem Iuliam de annona. Rubrica,

SVMMARIVM.

1 Lege Iulia de annona qui teneantur.
2 Pœna legis Iuliæ de annona quæ sit.
3 Accusare qui possint in casu huius legis , & quæ sit pœna utentium falsis mensuris.
4 Bladum uendere uiliori pretio quàm communiter uendatur , an aliquis cogi posit?

1 SCiendum est†quod lex ista adinuenta est in odium illorum , qui emunt bladũ causa reuendendi & faciẽdi caristiam , & illorum, qui faciunt societatem,& cõmuniter bladum emunt, & vendunt carius,& inde lucrum faciunt:vt ff.eod.l.ij. Item eadem tenentur lege , qui sciũt naues venire cum blado, & faciunt differre aduentum suum , vel capere nauem, vel nautam ad hoc vt non veniant : vel bestias vel plaustra,vt possint vendere blada cariora:vt dicta l.ij.§.finali.
2 †Pœna autem istorum est , vt in viginti aureis condẽnetur : vt dicta l.ij.Quandoque pœna ordinaria crimina-liter puniuntur:vt quia in opus publicum damnãtur,vel relegantur:& negotium interdicitur:vt ff. de extraordin.
3 crimi.l.annona. †Item not.quòd quilibet potest accusare istos tales,& serui & mulieres:vt ff. de accusationib. l.mulierem.ff.de iudi.l.incertis. Sed isti tales qui vtuntur falsis mensuris,de falso puniuntur.ff.de falsis.l.hodie. §. j. de pœnis. l. in dardanarios. vt suprà de falsatoribus
4 mensurarum & ponderum plenè. Sed nunquid potest quis compelli,vt vendat bladum suũ viliori pretio quàm communiter vendatur? Respond.non:vt ff.eodẽ.l.Iulia. §.item rescripserunt. & est ratio , quia quilibet in re sua

est moderator & arbiter. C. mandati.l.in re mandata. C. de iure deliberan. l. neque emere. C. de iudicijs.l.nemo.

Sed puto quòd si caristia esset magna,quòd possit per commune ordinari,quòd minori pretio conuenienti vẽdatur:ad hoc vt pauperes fame non pereant:cùm omnia sint communicanda tempore necessitatis &c.facit in arg. C.de episcopali audientia.l.j.& ibi per Cyn. ff. de mune. & honoribus. l. finali. §.item lex.ff.de offic.præfect.vrb. l.j.§.cura carnis.Nam publica vtilitas præferenda est priuatæ.C.de caduc.tollen.l.j.§.nec tam. extrà de electio.c. bonæ.& publicè interest ne personæ fame pereant : cùm melius sit inter homines conuersari, quàm hominum cauere suffragijs.

De crimine hæresis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Hæreticus quis dicatur.
2 Articuli fidei quot sunt : defendens uel sequens falsam opinionem contra fidẽ catholicam est hæreticus.
3 Hæresis quid sit.
4 Hæreticorum sectæ quot sunt.
5 Credentes erroribus hæreticis , an pro hæreticis habeantur.
6 Hæreticorum pœna quæ sit.
7 Relapsi quomodo puniantur.
8 Suspectus de hæresi & monitus , si non se purgauerit intra annum quid fiet.
9 Credentes erroribus hæreticorum , receptatores eorum scienter defensores & fauentes eorum quomodo puniãtur,& an credentes eorum erroribus habeantur pro hæreticis.
10 Filij hæreticorum quando & quomodo puniantur.
11 Hæretico uolenti ad fidem reuerti quid fiet.
12 Relapsus si noluerit reuerti quid fiet.
13 Papa, Imperator, & quælibet alia persona de hæresi punitur.
14 Hæreticos pro suis bonis spoliare an possint fideles sua authoritate.
15 Hæreticorum loca an possint infideles sua authoritate comburere.
16 Magistratus & princeps an pœnam incurrant, si non expellunt hæreticos de suis terris.
17 Hæreticum an liceat propria authoritate interficere.
18 Hæreticos defendentes eis credentes & fauentes,an debeãt admitti ad aliquod beneficium uel dignitatem & usque ad quam generationem Episcopi fieri possint.
19 Inquisitores & Episcopi,an contra hæreticos brachium inuocent seculare: & an domini locorum teneantur illud præstare.
20 Inquisitores quid debent facere,quando proceduntur contra hæreticos.
21 Ciuitas uel locus impediens ne hæretici uel eorum fautores capiantur , quomodo puniantur.
22 Ciuitas uel domus in qua fuerit scienter receptatus hæreticus , an publicẽtur: & cui acquirantur.

1 QVia crimen hæresis publicum est:vt C.eod.l. Manichęos.idcirco inter publica iudicia inferamus : & videamus quis sit hæreticus. †Et quidem hæ-
1a reticus dicitur ª multis modis. Primò qui sacramenta ecclesiæ peruertit: iste talis simoniacus appellatur. j. quæstione j. eos qui per pecuniam. Etiam dicitur hæreticus,in fide catholica dubius. extrà eod.c.j.

Item potest dici hæreticus,qui potest errantem in fide catholica ab errore reuocare , & non reuocat.extrà eodẽ. c.ij.& j. quæstione j.c.qui alios.ij. quæstione vij. Negligere cùm possis. Item ille dicitur hæreticus,qui se scindit ab vnitate ecclesiæ:vt j.quæstione j. denique. Item potest dici hæreticus excommunicatus:vt iiij.quæstione j.c. quod autem hi. Item & ille potest dici hæreticus, qui nouam sectam facit contra fidem catholicam, vel talem iam factam sequitur & credit : vt xxiiij.quæstione j. hæc est fides &c. † Et quoniam principales articuli fidei sunt septem secundùm Barto. secundùm quem sunt septem dona Spiritus sancti , quos quilibet Christianus scire tenetur:scilicet clerici explicitè,laici implicitè. Et sunt hi.Christi natiuitas, passio eius , descensus ad inferos , resurrectio à mortuis , ascensus in cœlum , ad patris

Universidad de Deusto
Biblioteca

dexteram seſsio, & aduentus eius ad iudicium. Sed aliter & melius articuli fidei sunt xij. propter xij. apoſtolos, qui eadē hora simbolum fecerunt inſtinctu Spiritus ſancti, vt patet in alio simbolo. Credo in Deum patrem &c. de hoc not. extrà de ſumma trinitate & fide catholi. c. firmiter credimus &c. Sed theologi dicunt quod articuli fidei ſunt. xiiij. vt audiui, ſcilicet ſeptem qui pertinent ad diuinitatem. Item dicitur hæreticus, qui falſam opinionem contra fidem catholicam defendit, vel
3 ſequitur: vt xxiiij. quæſtione iij. hæreticus. Vnde †hæreſis eſt peruerſum dogma. xxiiij. quæſtione iij. inter hæ-
4 reſim. †Sectæ autem hæreticorum ſunt multæ & diuerſæ: vt habetur xxiiij. quæſtione iij. quidam autem hæretici. C. eodē. l. Arriani. & authen. gazaros. Quæ omnes ſectæ hæreticorum cùm ſint excommunicatæ & damnatæ, ſunt euitandæ. extrà eodem. c. ad abolendam. & c. ex-
5 communicamus. † Item credentes eorum erroribus pro hæreticis reputantur: vt dicto c. excommunicamus. §. j. & authen. gazaros. & authen. credentes. C. eodem.
6 †Pœna autem hæreticorum eſt multiplex. Prima quia omnis hęreticus excommunicatur: vt dicto c. ad abolendam. & c. excommunicamus. Item punitur deportatione, & bonorum omnium publicatione. C. eodem. l. Manichæos. & l. quicunque in hoc. Item repelluntur à dignitatibus: quia non ſunt creandi miniſtri eccleſiæ, nec ad regimen ciuitatis admittuntur: vt dicta l. quicunque. §. nullum. C. de iudi. l. finali. Item non poſſunt cōuenire in aliquo loco, vt ſuam hæreſim doceant, & locus ille publicatur. C. eodem. l. quicunque. §. nec quicquam. §. quid. & §. eos verò. & dicto c. ad abolendam. Item
b quia eis indicitur publica pœnitentia per crucis impoſitionem, vt ex hoc etiam alij terreantur &c. extrà de pœnis. c. j. ij. quæſtione j. ſi peccauerit. Item non poſſunt
15 hæredes inſtitui, nec in teſtamento eis aliquid reliqui, nec donari: vt dicto c. excommunicamus. §. credentes. & dicta l. Manichæos. & l. finali. Item repelluntur ab omni actu legitimo, vt extrà eodem. c. ad abolendam. in fine. & c. vergentis. licet lex eos admittat ad teſtimoniū: vt C. de teſtibus. l. quoniam. in fine. ſed cùm ſint infames ipſo iure hodie repelluntur à teſtimonio: vt nota. C. de ſumma trinitate & fide catholica. l. prima. in gloſ. fina. & in authen. gazaros. Item ſi eſt clericus iſte hæreticus, degradatur: vt dicto c. excommunicamus. & bona ipſius publicantur: & ſi perſeuerauerit in hæreſi, & nolit reuerti ad fidem tertiò monitus, tunc degradari debet & tradi curiæ ſeculari puniendus: & condemnabitur ad mortem. C. eodem. l. Arriani. & extrà eodem. c. ad abolendam. c. j. & ij. & c. excommunicamus. ſed de conſuetudine comburuntur: vt not. xxiiij. quæſtione iiij. c. quoniam vult
17 Deus. Et etiam ſeculares ſiue laici eadem pœna puniuntur, ſi reperiuntur hæretici, & nolunt ad fidē reuerti citò: vt dicto cap. Arriani. & capitu. excommunicamus.
7 †Relapſi autem hæretici ſimiliter per inquiſitorem iudicio ſeculari puniuntur, vt dictum eſt in dicto capitu. excommunicamus. el ſecundo. §. damnati. & c. ad abolē-
8 dam. §. illos. †Item ſi quis fuerit ſuſpectus de hæreſi, & monitus ſe non purgauerit intra annum, excommunicatur: & ſi perſeuerauerit poſt annum, pro hæretico iudicatur & punitur: vt dicto c. excommunicamus. §. j. & ij. de
9 ſenten. excommuna. vt fame. in fine. †Item credentes eorum erroribus, & receptatores ſcienter, & eorum defenſores, & fautores excommunicātur: & ſi intra annum non ſatisfecerint mandatis eccleſiæ efficiuntur infames, ita quod ad nullum publicum officium admittuntur, nec ad teſtimonium, nec poſſunt condere teſtamenta, nec alteri ſuccedere, nec hæreditare, nec alium conuenire in iudicio, ſed poſſunt ab alio conueniri: & ſi fuerit iudex, ſententia eius non valet, ſi aduocatus, eius patrocinium præſtare non poteſt: ſi notarius, non poteſt facere inſtrumenta: & ſi fecerit, non valent, &c. vt dicto c. excommunicamus. & C. eodem. authent. credentes. Et etiam credentes eorum erroribus pro hæreticis iudicantur: vt di-
10 cto c. excommunicamus. el ſecundo. Item †filij hæreticorum, qui niſi ſint fideles, puniuntur in amiſsione ſaltē bonorum paternorum, ſicut & in dicta lege Iulia maieſtatis. C. eodem. authen. gazaros. & non reſtituuntur eis bona, niſi de gratia ſpeciali & ex miſericordia: vt extrà eodem. c. vergentis. Sed Gofre. not. in ſumma huius tituli dicit, quòd ſi filij ſunt orthodoxi, id eſt fideles in fide catholica, quod non priuantur bonis paternis in terris non ſuppoſitis eccleſiæ, cùm leges præualeant illi decretali vergentis &c. & facit pro eodem. C. eodē. l. Manichæos. & l. cognouimus. iuxta illud, Non portabit filius iniquitatem patris &c. facit ff. de pœnis. l. crimen. & C. eodem.
11 l. ſancimus. Sed †quid, ſi hæreticus vult reuerti ad fidē? Reſpond. quod debet audiri & recipi: quia eccleſia non claudit gremium redeuntibus &c. vt dicta l. Manicheos. C. de ſumma trinitate & fide catholica. l. inter claras. debet tamen in carcerem recludi ad agendam pœnitētiam. extrà eodem. c. excommunicamus. el ſecundo. §. ſi quis
12 autem. †Sed quid de relapſis, nunquid ſint recipiendi & audiendi, vt dictum eſt de alijs hæreticis? Reſpond. ſic videtur: vt not. extrà eodem. capit. ad abolendam. §. illos quoque. & eſt ratio: quia Deus non vult mortem peccatoris &c. & quacunque hora conuerſus fuerit peccator
14 ad me, non deſpiciam &c. †Item not. quod non ſolùm viles perſonæ puniuntur: ſed etiam Papa & Imperator, & quilibet alius puniuntur de hæreſi: & ille eſt deponēdus ab origine, dignitate, poteſtate, & dominio: vt xl. diſtinct. ſi Papa. xxiiij. quæſtione j. qui cùm pacem. & dicto
14 c. ad abolendam. §. j. & ij. cum ſimilibus. †Sed nūquid fideles & catholici poſſunt ſua authoritate hæreticos ſuis
b bonis expoliare? Reſpond. ſic videtur ſecundùm Odo.
15 extra eo. excommunicamus. §. catholici. †Et no. quòd poſſunt loca cōburere, vbi hæretici degunt. vigeſimatertia quæſtione quinta. ſi audieritis. Sed tamen tutius eſt quod authoritate eccleſiæ vel iudicis aliquis eorum faciat. Et quod poſsint hæretici ſpoliari, not. xxiij. quæſtio.
16 vj. c. finali. †Item not. quòd poteſtates locorum & rectores quibuſcunque fungantur officijs, tenentur expellere hæreticos de terris ſuæ iuriſdictionis: aliàs priuantur omni officio & dignitate ſua: & etiam domini temporales, vt Reges, Duces, & Marchiones debent hoc facere: & ſi contra fecerint, vel opem ſcienter darent, priuari debent dominio ſuarum rerum: & loca ipſorum debent publicari, & omnibus concedi recuperanda. Debent etiam iſti tales excommunicari & interdici: vaſallibus & fidelibus ſuis priuari, & omnibus ſuis bonis. extrà eodē. c. ex-
20 communicamus. & c. ad abolendam. §. ſtatuimus. & in fide catholica pro hæretico eſt habendus: vt dicto c. excō-
17 municamus. §. ſi qui verò. †Sed nunquid licet occidere hæreticum ſua propria authoritate? Reſpon. non puto: vt dictum eſt ſupra. & C. eod. l. Iudæis. & l. nullus. & de Sarrace. & Paga. l. Chriſtianus. & niſi fieret pro defenſione fidei Chriſtianæ: vt not. vigeſimatertia quæſtione vj. c. finali. Sed rectores & iudices locorum, quibus data eſt poteſtas puniendi, poſſunt hæreticum condemnare & etiam occidere: vt dicto c. excommunicamus. Idem dico, ſi ſunt condemnati per eccleſiam vel inquiſitorem hæreticorum, poſſunt tradi dictis rectoribus per inquiſitores qui debeant eos occidere vel comburere: vt extrà eod. c. ab abolendam. §. laicus. & §. ſequen. & c. penult. §.
18 damnati. & C. eodem. l. Arriani. niſi vellent redire ad fidem, vt ſupra dictum eſt. †Item not. quòd defendentes hæreticos & credentes eis, & fautores eorum non debent admitti ad aliquod beneficium, & officium, vel dignitatem eccleſiaſticam: vnde nō poſſunt fieri Epiſcopi &c. vſque ad ſecundam generationem. extrà eodem. c.
19 finali. libro ſexto. †Item inquiſitores & Epiſcopi contra hęreticos & eorum defenſores poſſunt implorare auxilium brachij ſecularis: & tenentur domini ſocorum & rectores, dare auxilium. extrà de offic. deleg. c. j. extrà eo.
20 c. vt officium. libro ſexto. †Item no. quod inquiſitores debent de conſilio peritorum contra hæreticos terre ſententiam:

tentiam: vt extrà eod. c. finali. lib. vj. & dare copiam proceſſus inquiſito, vt poſsit ſe defendere. dicto c. contra. cū
21 ſimilibus. †Item no. quòd ſi ciuitas vel locus dederint impedimentum, vt hæretici vel eorum fautores non capiantur vel non puniantur, quòd debent priuari cōmercio & dignitate epiſcopali. extrà eod. cap. ad abolendam.
22 §. ciuitas. †Item not. quod ciuitas vel domus in qua fuerit acceptatus ſciēter ex certa ſciētia à domino ipſius, bona publicantur, & eccleſiæ adquiruntur: vt in authen. de interdic. hære. in fi. colum. ix. Si autem dominus fuerit ignorans non publicantur: vt C. de hæreti. l. quicunque. §. vniuerſis. & §. ſequen. & in authen. de eccleſiaſti. titu. §. ſi quis in ſua. cum ſimilibus.

ADNOTATIO. a ¶Hæreticus dicitur. Quis dicatur hæreticus. Adde tu, & vide per Cal. in ver. de hæreti. conſil. iiij. & v. & adde tu quod ad probandum quem hæreticum, ſufficiunt teſtes ſingulares, per Anto. de but. in c. cùm oporteat. de accuſa. vbi per Moder. & Alexand. in conſil. lxxij. in j. volu. colum. iij. verſicu. & Antō. de butr. & in iiij. colum. verſicu. quinimo. vide tamen per Cacialup. in repe. l. admonendi. ff. de iureiuran.
b ¶Expoliare. Adde & intellige tu quòd iudex ſecularis, licet bona hæretici ſint confiſcata, tamen illa non poterit apprehendere, niſi primò ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum fuerit declaratū. c. cùm ſecundùm. de hære. libr. vj. & dicit Cardi. in conſi. ſuo cv. in iij. colum. in fine.

De Iudæis, & in quibus grauantur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudei antequàm crucifixiſſent Chriſtum multis gaudebant priuilegijs.*
2 *Iudei in quibus grauantur: & an Chriſtianum poſsit cum Sarracenis comedere.*

1 Via Iudæi contemnunt trinitatem, & diuinam maieſtatem, videamus in quibus grauantur ipſi Iudei. †Et antequam Iudæi crucifigerent dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non grauabantur, ſed multis gaudebant priuilegijs: vt C. eodem. l. j. & per totum. & appellabātur populus Dei: ſed poſtea ſua priuilegia perdiderunt, propter illud delictum: vt eodem
2 titu. l. iuſsio. †Vnde grauantur in multis. Primò quia non poteſt eis in teſtamento legari. C. eodem. l. j. Item repelluntur ab officijs publicis & perſonalibus. extra eo. c. cùm ſit. & c. ex ſpeciali. & C. eodem. l. hac. Item re-
a pelluntur à legitimis actibus[a], cùm ſint infames. ij. quæſtione vij. alicui. Item repelluntur à cōmunione Chriſtianorum & ipſorū participatione, vt xxvij. quæſtione j. in illo conſortio. Item repelluntur ne habeant Chriſtiana mancipia, nec Chriſtianas vxores: vt extrà eod. c. Iudæi. & C. eodem. l. nequiſsimum. Item non habeant Chriſtianas nutrices filiorum ſuorum pupillorum, vel obſtetrices. extrà eodem. c. Iudæi. & c. ad hoc. & c. cōſulut. C. eodem. l. finali. Item non poſſunt eſſe teſtes cōtra fideles, ſed fideles ſic contra Iudeos. extrà de teſtibus. c. Iudæi. ſed inter ſe poſſunt, vt C. de hęreti. l. qui. Item non capiunt ex teſtamento Chriſtiani. C. eodem. l. j. & maximè ex teſtamento clerici. extrà de hæreti. c. ſi quis Epiſcopus. Item non debent eſſe medici Chriſtianorum infirmorum: nec debet Chriſtianus cum ipſis comedere, nec balneari. xxvij. q. j. nullus. Sed cum Sarracenis manducare poteſt. xj. q. iij. ad menſam. ratio diuerſitatis eſt, quia Iudæi magis contemnunt ſcripturam diuinam, & fidem catholicam, & magis impugnant: vt extrà eodē. c. quam ſit laudabile. Item non debent aliquid facere in contumeliam fidei Chriſtianæ: aliàs puniuntur. C. eodem. l. Iudæos. Item non debent apparere in publicū in die paraſceuæ, id eſt lamentationis ſiue ſeptimanæ ſanctæ, ne illudant Chriſtianos. extrà eodem. c. in nonullis. §. in diebus. Item non debent aliquid facere in opprobrium crucis vel crucifixi: aliàs puniuntur: vt dicto c. in nonnullis. §. finali. & c. poſtulaſti. & C. eodem. l. Iudæos. Itē non debent tenere hoſtia vel feneſtras apertas in diebus paſsionis domini ne illudant Chriſtianos, aliàs puniuntur: vt eodem titu. c. quia ſuper his. & c. nonnullis. §. penul. Item non debent emere mācipia Chriſtiana pro ſe, nec circuncidere: & ſi emerint reddere compelluntur, & pretium non redditur, & mancipia libera redduntur. extrà eodem. c. multorum. & ſecundùm leges decapitātur Iudæi: vt C. ne Iud. manci. Chriſtia. l. j. Itē debent habere habitum veſtimentorum ſeparatum ab habitu Chriſtianorum. extrà eodem. c. in nōnullis. Itē non debent iniuriam facere Chriſtianis, nec eis per Chriſtianos fieri: aliàs puniuntur. C. eodem. l. nullus. Item non debent ab aliquo in iudicio conueniri die ſabbati.

Item poteſt Iudæus eſſe iudex & arbiter ſecundùm leges inter Iudæos: vt C. eodem. l. Iudæi. Item nō poteſt eſſe poteſtas vel rector alicuius loci, vel ſimiles dignitates habere inter Chriſtianos. C. eodem. l. hac. extrà eod. c. cùm ſit. c. ſpeciali. Item non poteſt Chriſtianus Iudæam habere in vxorem. C. eodem. l. ne quis. Item nō poſſunt cogi Iudæi inuiti habere baptiſmum, ſed ſuaderi &c. extrà eodē. c. ſicut. Item nullus debet Iudæū occidere vel offendere, vel bonis ſpoliare, vel tempore feſtiuitatis ſuæ iniuriari, vel turbare, aliàs puniuntur: vt dicto c. ſicut. §. j. & ſi. Item poſſunt agere contra Chriſtianos coram iudicibus Chriſtianis, & ab eis etiam conueniri non coram ſuis ſenioribus. C. eodem. l. Iudæi. & l.
b qui. Item poſſunt emere, vendere, [b]contrahere, ſicut & Chriſtiani poſſunt: vt C. eodem. l. nemo. Item non debent Chriſtiani pro mercede aliqua ſe exponere ſeruitijs Iudæorum in domibus eorum, vt extrà eo. ab omnibus. ſed in agris ſeruire & laborare non prohibentur: vt eodē titu. c. multorum. Item compelluntur Iudæi ſoluere decimas prædiales. extrà de deci. c. terris. Item ſi Iudei faciunt contra canonicas ſanctiones, puniuntur realiter & perſonaliter. extrà eod. c. in nonnullis. & c. & ſi. in fi. de rap. c. in epiſcopatu. Bonifacius.

ADNOTATIO. a ¶Legitimis. Adde tu quòd Iudæus non poteſt eſſe teſtis per Chriſtianum. C. de Iudæ. & deinde. & ij. q. ij. c. nullus. Alexand. in conſil. xxxv. colum fi. & in conſi. lxx. colum. fi. verſic. & primò non obſt. in j. volu. Et an ipſi Iudæi poſsint teſtari qſi & vſurarij poſſunt manifeſtè non ſeruata forma. c. quanquā. de vſur. in vj. per Franc. Aret. in conſi. clviij. vbi quod ſic. Et ita aliàs conſuluit dominus Ioan. ba. cacialup. & Io. de lig. prout refert do. Barth. Soci. in eius conſi. incip. præſupponitur in facto, quòd quidā Hebræus. Et adde quod Hebræus propriè non poteſt dici hæreticus, vt per Cal. in ver. de Iudæis. conſi. ij.
b ¶Vendere. Adde tu quòd etiam poterit præſcribere &c. x. ann. gl. eſt ſingu. d. Ro. in §. porrò. xvj. q. iij. refert Cep. conſi. lxxv. & ibi quòd Iudæus pater poterit in iudicio capitali cauſam filij defendere.

De apoſtatis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia quid ſit, & quotuplex ſit.*
2 *Pœna apoſtaſiæ ſecundum leges.*
3 *Pœna apoſtaſiæ ſecundùm canones.*
4 *Apoſtata irregularis cui adquirat.*
5 *Apoſtatæ ſuprà ſcripti filij cuius ſint.*
6 *Apoſtatæ uolenti redire ad monaſterium, & nolenti redire, quid fiat.*

1 Apoſtaſia dicitur temerarius †exceſſus: vnde dicitur apoſtata retro ſtatus à bono propoſito. Eſt autem tri-
2 plex[a] apoſtaſia, ſcilicet perfidię, inobedientiæ & irregularitatis. Perfidiæ autem dicitur apoſtaſia, quādo quis recedit à fide catholica, vt fuit Iulianus apoſtata, vt ij. q. vij. non poteſt. Item inobe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dientiæ,vt quando quis ſponte tranſgreditur præceptũ, vt fuit Adam & Eua : vel qui ſacris canonibus obedire contemnit:vt iij.quæſtione iij. alicui. extrà de maiorit.& obedien.l.ſi quis. Item irregularitatis, vt in clerico,vel canonico,vel monacho,vel alio religioſo,qui ſuum ordinem derelinquit,vel ſuum habitum abiecit , vel coronã, vel tonſuram dereliquit.xx.quæſtione j.eos.extrà eod.c. j.vel ad negotia ſecularia reuertitur : vt extrà de vita & honeſt.cleric.c.ex literis. vel vxorem de facto accepit:vt extrà de cleric.coniug.c.ex parte. vel religionis habitum dimittit,& alium aſſumit.xx.quæſtione iij.c.j.& ij.& extrà eod.c.j.& c. tuæ fraternitatis. †Pœna apoſtaſiæ ſecundùm leges eſt,quòd bona ipſius publicantur.Sed hodie videtur,quòd bona ſint monaſterij, & non publicentur:vt in authen.ingreſſi monaſterium. C.de ſacroſanct. eccleſ.niſi fortè habeat filios vel cognatos , quibus deferatur:vt in authen.ſi qua mulier.C.eodem.& C.de apoſt. l.j.& l.apoſtatarum. Item repelluntur à teſtimonio,nec poſſunt facere teſtamenta , nec poſſunt capere legatum, nec hæredita. ex teſtamento. C. eodem.l.hi qui.& l. ſeq.

Item repelluntur de ciuitate ſicut hæretici. C.de ſumma trinitate & fide catholica.l.ij.C.eodem.l.finali.Sed ſecundùm iura canonica alia pœna imponitur. †Nam ſi ſit apoſtata perfidiæ,vt quia recedat à fide catholica,& tunc pro hæretico habetur , & punitur vt hæreticus. Quali autem pœna puniuntur hæretici not. ſuprà de hæreti. Si autem eſt apoſtata inobedientiæ,tunc excommunicatur & efficitur infamis.iij. quæſtione iij. ſi quis venerit. & c. cũm eccleſiaſticis.Si verò irregularitatis vel religiõis, vt prædixi,efficitur infamis.ij.quæſtione vij. alicui. & interim ad ordinem vel dignitatem non poſſunt promoueri: vt l.diſtinct. c. vlti. †Item quicquid adquirit ſuo monaſterio adquirit,ſicut ſeruus domino.xvij.quæſtione ij. c.Abbates. ff. de acquiren. poſſeſ.l. ſeruus. Item à ſuo monaſterio vel religione poteſt capi & incarcerari. dicto c.Abbates.& extrà eodem.c. à nobis. †Itẽ filij, qui naſcuntur ex ipſis ſunt famuli monaſterij : quia naſcũtur de matrimonio de facto contracto , vt lxxxj.diſtinct.quidã. xxxij.diſtinct.eos.ſecus, ſi ex concubina vel ſimili.xv.q. vlti.contra militem.C.de incœſt.nup. authẽ.ex cõplexu. †Et not.quòd ſi apoſtatæ volunt redire ad religionem & habitum recipere & deferre,ſunt recipiendi : & ſi monaſterium nollet ipſos recipere , debet à ſuperiore compelli:vt xxvij.queſtione j.c.& quia.cum ſimilibus. Sed ſi apoſtata vel religioſus fugitiuus nollet ad religionem redire , debet ſuaderi,vt reuertatur:quod ſi facere recuſauerit,capiatur,& in graui carcere recludatur,donec ſe cõuerterit:vt extrà eodem.c. à nobis.

ADNOTATIO. a ¶Eſt autem triplex. Adde idem vt per Cal.in verſic.de apoſta.conſi.j.& adde quòd propriè apoſtata dicitur qui reliquit habitum,vt per Doc.in c.j.de apoſt.& per Arch. in c.j.de temp. ord. lib.vj.

De pœna blaſphemantium Deum & ſanctos, & de periurio Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Blaſphemans Deum qua pœna puniatur.
2 Blaſphemans calore iracundiæ,uel ſimili modo quomodo puniatur.
3 Blaſphemans beatam Virginem aut alios ſanctos, quomodo puniatur.]
4 Blaſphemans ſi eſt clericus,quomodo puniatur de iure canonico.
5 Blaſpemans Epiſcopum,uel ei iniurians quomodo puniatur.
6 Blaſphemans priuatam perſonam quomodo puniatur.
7 Blaſphemans Papam quomodo puniatur.
8 Imperatori maledicens ex leuitate, an puniatur.
9 Imperatori maledicenti propter infamiam irrogandam quid fiet.
10 Iurans per Deum & deierans, quomodo puniatur de iure ciuili.
11 Iuramentum quid contineat,& an iuramentum impuberis liget.
12 Peierantis pœna quæ ſit de iure canonico.
13 Deierans ſponte an peccet mortaliter, & quid ſit periurium, & an accipiatur ſolidus pro aureo in iure.
14 Iuramentum quando faciendum ſit.
15 Iurare per quæ liceat:& ſi iuratum fuerit per quæ iurare non licet,an ſeruari debeat.
16 Iudæi quomodo iurant.
17 Iurare quæ excuſant,& in quolibet iuramento multa intelliguntur , licet non exprimantur.

SI quis dominum Deum & ſaluatorem noſtrum † Ieſum Chriſtum filium ſuum vel Spiritũ ſanctum , qui ſunt vnum & idem blaſphemauerit,a vel iurauerit per caput vel per capillos Dei noſtri, q̃ non licet ſecundùm leges:eſt ad mortem puniendus. Et eſt ratio:quia per hoc fames, & tempeſtates,& terremotus adueniunt &c. vt in authent. vt non luxurien. contra natu.§.& quoniam.colla.vj. & hoc ſi ſponte & voluntariè fecit.b †ſi verò fecerit calore iracundiæ, vel ebrietate, vel dementia, tunc leuius punitur:vt ij.quæſtione iij. §.ſi quis.& §.notandum. ſecundùm Gof. facit de regul.iur.l. quod calore. †Si autem beatam virginem Mariam aut alios ſanctos blaſphemauerit , cùm hic non ſit expreſſa pœna,& delictũ ſit graue:puto iſtos tales pœna extraordinaria puniendos,vt lingua:vt in eo puniantur , cũ quo delinquunt.C.commu.de ſucceſ.authen.omnes peregrini.ad finem. inſpecta qualitate perſonarum : vt ff. de extraord.crimi.l.j.& l.ſi.l.penul.§.in Aegypto.ff.de iureiur. l.ſi duo.§.finali. Nam maleficia non debent eſſe impunita.ff.ad legem Aquiliam.l.ita vulneratus.de iudi.l.ſi longius. †Sed de iure canonico ſi eſt clericus , punitur à iudice eccleſiaſtico in hoc:quia pluribus diebus dominicis ſine veſtibus debet poni ante ianuam eccleſiarũ corrigia ligata ad gulam dum miſſa cantatur,vt ab omnibus videatur,& quod ſeptem diebus in pane & aqua ieiunet. Si à iudice ſeculari , debet condemnari in xl.ſol. ſi eſt dies:quia ſic delinquit : ſi autem non eſt dies in xxx. vel xx.vel in quinque ſolidis : vt extrà de maledi.c.ij. †Si verò Epiſcopum blaſphemauerit , & conuictum ei fecerit,degradatur:& depoſitus datur curiæ ſeculari puniendus.xj.quæſtione iij. ſi quis ſacerdotium. & ſi pœna erit pecuniaria , datur Epiſcopo iniuriato ſecundùm Gofr. †Item ſi priuatam perſonam blaſphemauerit, punitur ſimiliter inſpecta qualitate & dignitate perſonarum. in authen.vt non luxu.contra natu. §. & quoniam.colla.vj. extrà de maledi. c.j.& ij.tenetur etiam iniuriarum actione,cùm verbis fiat iniuria:vt l.item apud Labonẽ. §. qui turpibus.& §.conuitium.§.fi.ff.de iniur.facit extrà de extraordi.crimi.l.penult.§.in Aegypto.† Si verò Papam blaſphamauerit,eſt deponendus & puniendus:prout iudici videbitur : ita tamen vt pœna illius ſit aliis in exemplum.extrà de maledi.c.j. †Si verò Imperatorem maledixerit , ſi factum eſt ex leuitate , non eſt curandum , ſi propter inſaniam vel furorem , eſt miſeratione dignum. †Si verò propter infamiam vel propter iniuriam irrogãdam principi,debet ad ipſum principem remitti puniendus , vt ex dictis ipſius facta penſari valeant &c. vt C.ſi quis Imper. maledic.l.j. †Si autem quis iurauerit per Deum & deierauerit , ſecundùm ius ciuile Deum habet vltorem.C.de iureiuran.l.ij.& nihilominus poteſt à iudice puniri corporaliter & fuſtigari : vt ff. de iureiuran.l.ſi duo.§.finali. Item quia efficitur infamis.C.de tranſac. l.ſi quis maior. vj. quæſtione j. infames. & poteſt puniri crimine ſtellionatus ad pœnam extraordinariam exilij: vt ff. de crimi. ſtellio. l finali. facit ff. de infa. l. Lucius. †Item not.quòd iuramentum continet in ſe veritatem, iudicium,& iuſtitiam.extrà de iureiuran.l.& ſi Chriſtus. §.Iacobus quoque.& tale iuramentum tanquam licitum eſt ſeruandum:alias eſſet vinculum iniquitatis,quod eſſe non debet:vt extrà de iureiuran.c.quemadmodum.& intellige quando puberes iurant vel maiores. Nã iuramentum impuberis non ligat eum , niſi ſit forte doli capax.ff. de iu

de iureiuran.l.qui iuraſſe. & de libe.cau.l.finali. †Item not.quòd pœna peierantis eſt beneficij amotio , ſiue priuatio de iure canonico.extrà eodem.c.tuas.& c.ceterum. & quandoque depoſitio , vt xxv. diſtinct. c. Dominus. †Item no.quòd ille,qui ſponte deierat mortaliter peccat.xxij. q.j.c.ſi. Et dicitur periurium , falſa iuratio , vel tranſgreſſio iuramenti liciti , vel mendacium iuramento firmatum:& de hoc not.Gof.in ſumma ſua.de iureiuran. & not.C.de nupt.authent.quod ei permittitur. in fine.Et ſcias quòd in iure ponitur ſolidus pro aureo : vt inſtit.de pœna teme. litigan. §.j.& in authẽ. vt ſena. l.non ſolùm. §.j.colla.v. †Item not. quòd iuramentum non eſt indiſcretè faciendum , ſed ſolùm cauſa neceſsitatis vel vtilitatis:vt dicto c.& ſi Chriſtus. §. Iacobus quoq;. †Itẽ not.quòd non eſt licitum iurare per creaturas vel Deos falſos:ſed tamen ſi iuratur ſeruãdum eſt ſecundùm Gof. xxij.q.j. Moueor dũtamen ſit licitum quod iuratur : quia multa fieri non debent , quæ tamen facta tenent &c. Sed tamẽ licitum eſt iurare per crucem domini.xxij. q.v.qui peierat. Item per Euãgelia.xxij. quæſtione j.ſi aliqua.

Item per ordines Angelorum. j. quæſtione vij. Itẽ per ſalutem principis. ff. de iureiuran. l. qui per ſalutem.

Item per altare ſanctum vel per reliquias ſanctorum. xxij. quæſtione j. habemus. aliter non licet Chriſtianis iurare:vt extrà de iureiuran. c. & ſi Chriſtus. & ibi not. circa princ. †Sed Iudæi iurant ſecundùm legem ſuam, vel ſecũdùm præceptum Moyſi. C.de Iudæ.l.ſi quis.vij. q.j.deniq̃e.j.q.j.qui ſtudet. v.q.v. hoc autem.cum ſimili bus. †Item not. quòd difficultas & neceſsitas excuſant quem à iuramento. extrà eodem. c.breui.d †Item impoſsibilitas & alia plura:vt not. extrà eod.c.quemadmodum.in gloſ.not. quod plerique &c. & not.in c. petitio.in gloſ.& not.quod licet. &c. Nam in quolibet iuramento multa intelliguntur , licet non exprimantur : vt not.ſuprà circa finem proœmij huius quæſtionis.

ADNOTATIO. a ¶Blaſphemauerit. Adde an maledicere dicatur blaſphemare.vide Barto.in l. item apud Labeonem.§.j. ff.de iniur.quem ſimpliciter refert & ſequitur Ioan. de ana.in c.ij. de maled.& Ang. Are.in tract.maleſi.in verſi.verba iniurioſa.vbi, quòd inquantum verba referuntur ad Deum eſt idem. Et vide cõſilium domini mei do.Barth. Soci. incip. præſupponitur in facto, quòd quidam Hæbreus , qui conſuluit , quòd ſtatutum puniens blaſphemantem habet locum & comprehendit maledicentẽ:quia idem eſt blaſphemare & maledicere.alleg.Bald.& Angel.in l.j.C. ſi quis Impe.maledic.& ſanctum Tho.ij.ij.q.xiiij.ar.j.& refert idẽ tenere dominus Marianus Socinus eius genitorem in dicto c.ij. de maledi.

b ¶Fecit. Adde tu quod quis quando blaſphemat, ex quo ſe oppugnat Deo incidit in hæreſim:ſcilicet quando ſcienter & appenſatè hoc facit.Tho.titu.ij.quæſtione xiij.arg.j. Et Cal.in titu. de iud. conſilio ij.

c ¶Infamis. Adde Ioan.Cald.in tit.de iureiuran.conſi.v. Et adde q̃ qui non facit promiſſa iurata,cadit ab actione d.l.ſi quis maior.& dicit Alex.in conſi.lxxvj.col. ij.in v.volu.

d ¶Cap.breui. Adde gloſ.in dicto c.breui.& Alex.in conſi. xcij. in j. vol.col.v.verſic. item poſito. & adde q̃ etiã iuſta cauſa excuſat à periurio:vt per eundem Alex.in conſi.cxxiij.eod.volu.col.ij.

De pœna committentis ſacrilegium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Sacrilegium quid ſit,& quando committatur , & præſes debet contra ſacrilegos inquirere,& captos punire.
2 Sacrilegorum pœna quæ ſit.

1 SAcrilegiũ eſt quãdo †quis aufert, vel furatur rem ſacrã de loco ſacro,vel de eccleſia , vel de monaſterio. Et dicitur res ſacra , corpus domini,reliquiæ ſanctorum , vel libri diuini officij , & veſtes ſacræ ſiue ſacratæ,diaconorum ſiue præpoſitorum, cum quibus diuina officia celebrantur. Item pecunia ſacra & religioſa, & res dedicata & relicta ad eccleſiam fabricãdam, vel ad veſtes ſacras comparandas,vel paramenta altaris,vel ſacra vaſa : vt calices & turibula & ſimilia,cum quibus diuina conſtituuntur myſteria : vt.ff.ad legem Iul.pecu.l. lege.in princi.§.j.& §.non ſic.& l.Diuus.& C.de ſacroſanc.eccle.l.ſancimus.& ff.de furt.l.ſi nondum.& inſtit. de rer.diui.§.ſacra. Item ſi auferatur ſacrum de non ſacro:nõ committitur ſacrilegium ſecundum ius ciuile : vt d.l.Diuus.ſed committitur furtum vt ibi.Sed de iure canonico committitur ſacrilegium,ſiue res ſacra auferatur de loco ſacro vel dedicata,ſiue non.xxvij.q.iiij.quiſquis. quod fortè in hoc caſu præualet iuri ciuili. Item dicitur locus ſacer,qui conſecratus eſt per pontificem.inſtit. de rer.diui.§.nullus.& §.ſequen.& in authen.vt in priua. domi.ſacra myſte.non fiant.collat.v. Item committit quis ſacrilegium,qui errat in fide catholica,ſiue in articulis fidei. Item qui contemnit fidem catholicam : vt in authen.de man.princ.§.ſi verò canonicum.colla.iij.& facit.C.de ſacroſanc.eccle.l.placet.in fi.& l.iubemus.xvij. q.iij.§.quia autem. Item committit quaſi ſacrilegium, qui dubitat an ille ſit dignus quem princeps elegerit.

Item & ille,qui in ſua prouincia procurat vt officium habeat.Sed ſi ſponte fuerit ei oblatum euitat pœnam.C. de crimi.ſacrile.l.ij.& iiij. Item debet præſes prouinciæ ſolicitè inquirere cõtra ſacrilegos:& ipſos captos debita pœna punire.ff.ad legem Iuliam pecul.l.mandatis.

2 †Pœna autem ſacrilegorum eſt : vt quandoq; dentur beſtijs,quandoq; comburantur,quãdoq; ad furcas damnentur.Sed tamen eſt imponenda pro qualitate perſonarum:& pro ætate delinquentis : in minore enim ætas miſeratione indiget : vt.ff.de minorib.l.auxilium.§.in delictis. Item pro tempore,an fiat neceſsitate famis:vt extra de fur.c.ſi quis neceſsitate. Item pro ſexu mulierũ, pro rei qualitate , & ſimile.ff.ad legem Iuliam pecu.l.ſacrilegij pœnã. Item punitur pœna extraordinaria , & aliquando capitali:vt.ff.eo.l.ſacrilegi capite &c.

De ſortilegijs & mathematicis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Sacrilegij qui ſint.
2 Diuinandi ſpecies quot ſint.
3 Geomantia an ſit reprobata.
4 Iromantia, Aeromantia, & Piromantia, an ſint illicitæ?
5 Nigromantia & alia quæ fiunt per incantationes ſpirituum , & inuocationẽ idololatriæ,an ſint illicitæ?
6 Diuinatio quæ ſit pro furtis inuenien. uel alijs occultis ſciendis , an ſit illicita?
7 Diuinationes quæ fiunt propter uitæ ſalutem, an ſint illicitæ?
8 Pœna ſacrilegorum in illicitis , quæ ſit ſecundùm leges.
9 Sacrificia illicita facientes,adorantes idola,uel ſtatuas illicitas, quomodo puniantur?
10 Celicolæ an pro hæreticis habeantur & puniantur?
11 Sacrilegi,ſiue clerici,ſiue laici, quomodo puniantur , & an aliquando ſors licita ſit?
12 Sors in iure ciuili quando concedatur.
13 Mathematicus quis ſit,& quomodo ipſe & conſulens punitur,& quomodo aliàs uocatur.
14 Magicis eſt prohibitum accedere ad domum alterius cauſa faciendi iſtam artem:aliàs quomodo punitur magicus & illum uocans.
15 Aſtrologo quæ permittantur diuinare,& quomodo punitur.
16 Magicam artem docens & addiſcens qua pœna plectantur.
17 Magicis artibus inducentes animos mulierum ad libidinem quomodo puniantur.
18 Ventos imbres ac tempeſtates facientes uenire quomodo puniantur.
19 Ventos ac tempeſtates prohibens an præmium recipiat?
20 Accuſare permittitur cuilibet iſtos & etiam utentes , nec dignitas aliquem à pœna excuſat.
21 Occidere non licet propria authoritate ſuprascriptos,ſed bene capere,& ad iudicium ducere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIdeamus quid ſit ſortilegus vel mathematicus. † Et quidem dicitur ſortilegus à ſorte. Nam ſors eſt ars diuinandi, & propriè in malam partem accipitur. Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam artes, quas appellant ſortes ſanctorum, vel apoſtolorum, ſcientiam diuinandi profitẽtur & dicunt. xxv. quæſtione j. c. j. † Species diuinãdi ſunt multæ, quæ numerantur. xxv. q. iij. igitur. & v. quæſtione v. Epiſcopi. & c. nec mirum. † Sed Geomantia, quæ fit in terra ſecundùm quoſdam Theologos, non eſt damnata, cùm ſit approbata, & de approbatis per ſanctã eccleſiã Romanã: vnde nõ deliquit, qui in ea ſe exercet. † Alia fit in aqua, & vocaꝫ idromantia. Tertia fit in aere, & vocatur aer Omantia. Alia in igne, & vocatur Piromantia, & iſte omnes ſunt illicitæ & reprobatæ: vt dicto c. igitur. & xxv j. quæſtione v. non oportet. & c. aliquanti. † Item & omnes illæ ſunt illicitæ, quæ fiunt per incantatores ſpirituum: vt Nigromantia, & ſimiles: vt per inuocationem idololatriæ. † Item & illa, quæ fit pro furtis inueniendis, vel alijs occultis ſciendis: vt extrà eodem. c. ex tuarum. & xxv j. quæſtione ij. illud. & queſtione v. fortes. & §. peruenit. † Item & ille prohibitæ ſunt, quæ fiunt propter huius vitæ ſalutem: vt xxvj. quæſtione ij. qui. & c. illud. † Eſt autem pœna ſortilegorum in iſtis illicitis ſecundùm leges pœna capitis, & libri ipſorum debent comburi, vt C. de hæreti. l. in hoc. §. nemo. in fine. & C. de mathemati. l. nemo. † Item & illi, qui faciunt illicita ſacrificia, vel adorãt Idola, vel ſtatuas illicitas, capitali pœna puniuntur: vt C. de Sarrace. & Paganis. l. ij. & l. nemo.

† Cælicolę, qui cœlum adorant, vel planetas, pro hæreticis habentur: vt C. de Iudæis & cælico. l. cælicolarum. & pro hæreticis puniuntur. Qualí autem pœna puniuntur hæretici & damnantur, ſuprà de hæreti. plenè not.

† Secundùm canones pœna clericorum eſt, depoſitio: & laici iſtos conſulentes excommunicantur, vt xxvj. q. v. ſi quis Epiſcopus, & presbyter. j. q. j. amoueãtur. & hoc quando fit ex voluntate, non ex neceſsitate: ſed ſi ex neceſsitate fiat ſors, licita[a] eſt, ſi fiat cum illo ſimbolo, id eſt cum illo, credo in vnum Deum &c. vel oratione dominica, ſcilicet pater noſter &c. vel cum miſſa & ſimilibus: vt xxvj. quæſtione ij. nor, eadem quæſtione. c. non licet. vt puta cùm duo electi ſunt paris bonitatis, & nõ poteſt alij gratificari propter ſcandalum euitandum, tunc poſſunt plures chartulæ haberi: & in vna ſcribatur electus, vel quid ſimile: vt Epiſcopus & ponatur ſuper altari, & veniat, & det eam cui vult, & ille habebitur electus, qui habebit chartam illam ſcriptam, & præferatur alteri. Nã in talibus propter diſcordias ſopiendas ſors fieri poteſt, ſicut Mathias Apoſtolus fuit ſorte electus, & in talibus nullus obligatur, neque in electis in paſtorem, vt extrà eodem. c. eccleſia noſtra. † Item propter lites[b] dirimendas ſors in iure ciuili cõceditur: vt C. communia de leg. l. ſi duobus. ff. de iudi. l. ſi cum ambo. inſtitu. de leg. §. euictionis. ff. de fideicommiſ. lib. l. generaliter. §. ſi quis alienum. ff. famil. herciſc. l. ſi quæ ſunt. In his enim & ſimilibus diuinatio vel ſors non eſt aliquid mali: & nõ ſequitur inde pœna: quia tunc talis ſors tollit dubitationem, & diuinam indicat voluntatem: vt xxvj. quæſtione j. ſors.

† Mathematicus autem dicitur à matheſis, quod eſt diuinatio: & propriè dicitur mathematicus, qui vtitur arte Magica: & non ſolùm iſte capite punitur, ſed etiam ille, qui talem conſuluit ſuper talibus exercendis. C. eodem. l. nemo. & iſti tales quandoq; vocantur Augures, & quãdoque Aruſpices: vt dicta l. nemo. † Iſtis prohibitum eſt accedere ad domum alterius cauſa faciendi artem iſtã Magicam: aliàs comburuntur: & ille, qui eum vocauit, deportatur: & ipſius bona publicãtur. C. eodem. l. nullus.

† Item not. quod permittitur Aſtrologo vera diuinare, non falſa. ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi quis Aſtrologus. vel capite punitur, vt ibi not. † Item quod ille, qui docet iſtam artem Magicam, aut Nigromantiam, & ille, qui addiſcit, pœna capitali punitur: vt C. eodem. l. ij. & l. culpa. † Item & illi, qui arte Magica, vel per demonum inuocationem, vel coniurationem reflectũt animos mulierum ad libidinem, vel cum imaginibus, vel ſimilibus, vel experimentis, maleficijs dantur beſtijs ferijs lacerandi, vt tali crudeli morte moriantur: vt C. eodem. l. multis. vel decapitantur. † Et ſimili pœna puniuntur, illi, qui faciunt venire tempeſtates, & ventos, & imbres, qui fructus, & vindemias abſorbent, vt C. eodem. l. eorũ. † Sed iſte, qui obuiat talibus, & prohibet talia fieri, vel & tempeſtates, & imbres, & venti veniant, vt fructus ne vineæ non lædantur: iſte nõ pœna, ſed premio dignus erit: vt dicta l. eorum. ſecũdùm Accur. & in l. nullus &c.

† Item not quòd quilibet admittitur ad accuſandũ cõtra iſtos, ac ſi delinquerent in lege Iulia maieſta. & conuicti grauiter puniuntur. In culeo enim, id eſt in ſacco decorio cum feris beſtijs vel culeo ponuntur, vt ita moriantur. Et non ſolùm prædicti, ſed etiam qui talibus artibus vtuntur, nec vllus excuſatur prętextu dignitatis, quin puniatur: vt C. eodem. l. finali. † Et not. quòd non licet alicui propria authoritate iſtos occidere: aliàs præſumptio eſt contra iſtos, vel quod faciunt, ne idem ſuum facinus publicent, vel ſub hoc prætextu de inimico ſuo vendicent: & ſi occiderint puniuntur lege Cornelia de ſica. ad mortem. Sed licitũ eſt iſtos tales capere & ducere ad iudicium ſine pœna: vt C. eodem. l. finali. & facit C. de Iudæis. l. nullus. & C. vbi ſena. vel clariſ. l. j. & eſt arg. quod non licet offendere bannitum vel malefactorẽ captum, ſed licitum eſt iſtos tales in fortiam communis ducere, non tamen offendere, vt dictum eſt.

ADNOTATIO. a ¶ Sors licita eſt. Adde tu & vide Bald. in l. meminimus. C. quando & quibus quar. pars. libro decimo, vbi nunquam res dirimuntur ſorte, niſi in caſibus à iure permiſsis, aliàs continent peccatum. Et not. quòd in beneficialibus non eſt locus ſorti. ita ſingulariter Cardi. in c. licet. colum. vlti. extrà de probatione contrarium tamen videtur velle in ſuo conſilio decimoquinto. Sed tu pro concordia vide Felynum in cap. capitulum, colum. fin. de reſcript.

b ¶ Lites. Adde tu & vide Bartol. in l. ij. §. ex his. & ibi Docto. ff. de verborum obligationibus. & Alexand. in l. huiuſmodi. §. finali. ff. de lega. j. Et intellige quod dirimuntur ſorte lites quando eſt dubium in iure, non autem quando eſt dubium in facto, ita dixit Ioã. And. in c. licet cauſam. de proba. quia actus eſt nullus per dubietatem facti. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. & qui affirmat factum, debet illud probare. l. ei qui, ff. de proba.

De pœna violantis ſepulchrum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis competit contra uiolatores ſepulchrorum, & quando locum habeat, & an publicetur domus ad quam portatum fuit aliquid detractũ ſepulchro.*
2 *Fiſco inquantum puniatur, qui aliquid detrahit ſepulchro, & an talis committat ſacrilegium, & an iudex hoc negligens punire, puniatur.*
3 *Actio criminalis competit contra extrahentes corpora uel oſſa defunctorum à ſepulturis, & qua lege tenetur impediens aliquem ſepeliri, & an iſtud delictum irroget infamiam: & an ſepulchrum reficere liceat ſine pœna.*

SCiendum † eſt quod cõtra violatores ſepulchrorum duplex eſt remedium, ſcilicet ciuilis actio ad intereſſe, ſi agitur ciuiliter: & cõpetit dño ſepulchri, & cognatis, vel hæredibus defuncti pro iniuria ſibi facta in centum aureis: ſed alij cuicunque agere volenti centum aureorum. ff. eodem. l. iij. §. j. & ij. Nam iſta actio eſt popularis: & competit cuilibet: ſed prius illi cuius intereſt: vt. d. l. iij. §. finali. Et hoc locum habet ſi ſtatua vel ſaxum amoueatur de ſepulchro. ff. eo. l. iij. & l. ſepulchra. & l. ſequen. & datur actio in factum ad intereſſe: vt. ff. eo. l. pen. Et ſi allego quòd detractum fuerit aliquid de ſepulchro alicuius, & deportatum ad domum alicuius: talis domus publicatur & fiſco applicatur: vt. C. eod. l. ij.

2 † Item punitur fiſco in decem pondus auri, qui ſacra marmorea, vel columnas, vel aliam materiam extrahit de ſepulchro &c. C. eo. l. qui ſepulchra. committit etiam ſacrilegium, qui talia facit. C. eod. l. pergit. Et iudex, qui hoc punire neglexerit, punitur in libris viginti auri: vt

3 C. eo. l. iij. † Et eſt alia actio criminalis contra ipſos, qui corpora defunctorum, vel oſſa extrahunt de ſepulchris ſine armis. Nam ſi ſunt viles perſonæ: vt. C. de ſecũ. nup. l. humilem. iſti tales ſummo ſupplicio afficiuntur: honeſtiores autem in inſulam deportantur, vel relegantur, vel in metallum damnantur: vt. ff. eo. l. ſi. Sí verò manu armata faciunt: capite puniuntur. ff. eod. l. iij. §. aduerſus. & l. finali. Item tenetur lege Iuli. de vi, qui impedit aliquem ſepeliri: vt. ff. eod. l. ſepulchri violati. Item irrogat infamiam iſtud delictum: vt. ff. eodem. l. prima. & de mor. inferen. l. prima. in fine. Sed reficere licet ſepulchrum ſine pœna: vt. ff. eodem. l. ſecunda. & l. ſepulchra.

Deo gratias. Amen.

De pœna plagiarij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Plagium quid dicatur.*
2 *Plagij pœna in quibus locum habeat, & quando excuſantur à plagio.*
3 *Plagij delictum dolum & ſcientiam deſiderat: & alio modo plagium dicitur.*
4 *Plagij accuſatio an ſit publica: & quando quis à plagio excuſatur.*
5 *Pœna huius delicti quæ eſſet olim & quæ nunc ſit.*
6 *Capitalis pœna pluribus modis dicitur.*

1 PLagium † autem dicitur à plaga vel dolore, qui infertur à plagiario plagium committendo. Habet † autẽ locum pœna plagij in illo, qui liberum hominem vel ſeruum alienum ſciens vendidit, vel alio modo obligat, ſeu alienat, donando vel in dotem dando: vt. ff. ad legem Fauſ. de plagia. l. lege fauia. Item tenetur de plagio, qui aliquem ligatum hominem tenet, vel celat: vt. C. eod. l. eum. Item qui ſeruo alieno ſuaſit: vt à domino auſugeret. ff. eo. l. eum qui. & l. non ſtatim. §. lege. Item & ille, qui liberum hominem ſciens pro ſeruo emit: vt. ff. eo. l. j. Item habet locum in eo, qui ſeruũ alienum ſciẽter, vel quemlibet alium hominem liberum capit vel ſeducit, furatur vel exportat de loco ad locum, vel de vna ciuitate ad aliam ciuitatem vel locum: vt. C. eo. l. quoniam. Si autem crederet ſeruum alienum exportare, vel vendere bona fide de voluntate domini, vel crederet ſeruum eſſe ſuum iuſtis rationibus motus vel filium ſuum eſſe: tunc non tenetur: vt. ff. eod. l. leges. ſi bo

3 na fide poſſidebat ſeruum vel filium. † Nam in hoc delicto deſideratur dolus & ſcientia: ſicut etiam in Cornelia de ſica. l. in lege. & in falſo: vt. ff. de fal. l. impuberem. §. ſi ei ſeruo. ſecundum Accur. Item dicitur alio modo plagium: quia ille, qui furatur filium alterius: & ducit de loco ad locum: infert plagam cordibus parentum & do-

4 minorum: quando furatur ſeruum illorum. † Item not. quod illa accuſatio eſt publica: & competit cuilibet: vt C. eo. l. plagiar. Excuſatur autem quis: ſi ſeducit filium alienum, vel ſeruum, qui iuſta opinione ductus credebat

5 eſſe ſuum: vt. C. eo. l. plag. † Item not. quod in iſto delicto olim ſecundum iura digeſtorum erat pœna ciuilis &

pecuniaria: vt. l. eo. l. fin. hodie verò ſola criminalis imponitur: vnde ſi ſeruus vel liber in hoc delinquit: beſtijs ſubijcitur. Ingenuus verò gladio cõſumitur. Nobilis autem in metallum damnatur. & ſic eſt in quolibet caſu pœna

6 capitalis: vt. C. eod. l. fina. & l. quoniam. † Nam capitalis pœna dicitur pluribus modis: vt quando quis vltimo ſupplicio afficitur per mortem, vel eſt aqua vel igni interdictus, vel deportatur, vel in metallum damnatur: vt. ff. de pœnis. l. ij. & l. capitalium. inſtit. de publi. iudi. §. publicorum. & §. ſequen.

De collegijs illicitis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Collegia quæ conceduntur: collegia regulariter ſunt prohibita, facientes collegia illicita cauſa proditionis qua pœna puniuntur.*
2 *Collegijs duobus, aut duobus ſocietatibus aſſcribi non licet.*
3 *Publicanus uel eius familiaris exigens per fraudem pluſquam debeat, quomodo puniatur.*
4 *Incidens in uectigal ui uel tempeſtate: excuſatur. publicanus poteſt prorogare terminum illi quod ſoluere debet: & indebite ſolutum repetitur. ratione fugæ uel ignorantiæ ſeruorum uel animalium pro quibus ſoluitur. dutam: an excuſetur quis à pœna: & an à dati, ſolutione?*
5 *Collegia dicuntur illicita, quæ non ſunt à iure conceſſa: & quædam ſunt expreſſe prohibita.*

1 SCiendũ eſt † quòd quædam ſunt collegia conceſſa à iure: vt collegium publicanorum: & dicuntur publicani: quia conducunt aliquid à fiſco vel aliquod datium vel gabellam: vt. ff. de pub. l. j. §. publicani. Nam licitum eſt habere collegiũ & ſocietatem vectigalium facere: & etiam licitũ eſt cauſa fodiendi metalla: vt fit in maſſa de Mantua: vel cauſa fodiendi ſalem: vt fit Ianuæ, vel cauſa panis faciendi vt piſtores vel fornarij: vt. ff. quod cuiuſcq; vniuer. nomi. l. j.

Item decuriones poſſunt habere collegium: vt. C. de natu. libe. l. ſi quis. & l. quiſquam. C. de decur. l. ij. §. nominatim. & §. fina. Item ſcholares. C. de iuriſdi. om. iudi. l. fin. Item iudices ſeu aduocati: vt. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. & l. cùm aduocati. & l. nemini. & l. petitorem.

Item religioſi. C. de ſacroſanct. eccle. l. j. quod & poteſt dici in ſimilibus. Sed regulariter collegia ſunt prohibita: vt. C. de colleg. illi. l. iij. §. in ſumma. vnde notandum eſt quod ſi quis facit collegium illicitum vel ſocietatem illicitam cauſa proditionis faciendæ in vrbe Romana, vel in prouincijs, vel in ciuitate, vel forte idem in alio loco capite punitur: vt. ff. ad legem Iul. maieſta. l. j. & l. maieſtatis. & C. de ſeditio. l. j. vel punitur lege Iulia de vi publica: vt. ff. eo. l. ij. † Item nota. quod non licet alicui de

2 duobus collegijs, ſiue de duobus ſocietatibus eſſe: vt. ff. eod. l. non licet. † Et nota. quod ſi publicanus vel datiarius, id eſt exactor datij, vel gabellæ, exigit per fraudem ampliùs quàm debet: in duplum reddere compellitur: & ſi per vim facit, in quadruplum: vt. ff. de publi. lege prima. §. publicani. & §. ſequen. & l. ſi vltra. Idem & ſi familiares dictorum publicanorum fecerint: vt. ff. eod. l. cotem. † Item nota. quod ſi quis incidit in vectigal vi

4 vel tempeſtate: quod excuſatur: vt. ff. eod. l. fina. §. ſi propter. Item nota. quòd publicanus poteſt prorogare terminum illi, qui ſoluere debet: & ſi quid indebite ſolutum eſt: repeti poteſt: vt. d. l. ſi. §. fina. Item quod ratione ſuge, ſeruorum, vel animalium, de quibus ſoluí debent datium vel vectigal quis excuſatur à pœna: ſed non à ſolu. datij. Excuſatur enim ratione fugæ vel ignorantiæ: vt

5 ff. eod. l. interdum. §. ſecundum. & §. ſequen. & l. implo-ratores. & l. ſequen. † Item nota. quòd omnia collegia dicuntur illicita, quæ non ſunt à iure conceſſa: vt quæ ſunt à iure prohibita. C. de hæredi. inſtitu. l. collegium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

&.ff.eo.l.iij.§.in summa.&.l.collegia. Sunt autē quædam expresse prohibita,vt Iudæorum.C.de Iudæis.l.j.& hæreticorum:vt.C.de hereticis.l.ij.&.l.sequenti.&.l.Arriani.idem in similibus est dicendum.

De seditiosis. Rubrica.

SVMMARIVM.

Seditiosus quis dicatur:& qua pœna puniatur:& an bannum succedat in locum deportationis.

1 Editiosus † autē dicitur ille, qui seditionem vel proditionem tractat de aliqua ciuitate vel castro habendo, vel dando causam faciendi guerram contra publicam vtilitatem,vel tractat facere nouitatem in ciuitate,vel nouitatem contra publicum & bonum statum ciuitatis,vel tractat se fieri dominum terre,vel loci alterius ad turbam populi, vel similia contra publicam vtilitatem: iste talis capitali pœna punitur.C. de sedit.l.j.&.ij.vel tractat perditionem de terra, & dare eam inimicis,vel quid simile:& iste talis ad mortem punitur:vt.C.de re mili.l.proditores.ad legem Iul.maiesta. l.pe. Item si occupauerit aliquod castrum,& guerram faciat suæ ciuitati,vel communi,vel si offendat & rebellet suo communi:vt.C.eo.l.j. Item non solum iste,sed alij agentes & consentientes scienter perueniendo ad actū & opem & auxilium dando & fauorem & operam dando ad talia facienda:vt.C.de episco.& cler.l.si quemquā. C.de accusa.l.non ideo.ff.de furt.l.in furti.§.ope.de adul. l.si is cuius.ff.de sica.l.nihil interest.de parrici.l.vtrum.ff. ad leg.Aquil.l.item Mela.§.si alias.&.§.item cum eodē.

Et dixi perueniendo ad actum.quia sola cogitatio non meretur pœnam.ff.de pœnis.l.cogitationis.vel potest dici quod isti seditiosi,[a] qui prouocant tumultum vel rumorem populi puniuntur pro qualitate dignitatis,vel in furca,vel subijciuntur bestijs aut in insulam deportātur: vt.ff.de pœnis.l.si quis aliquid.§.si autores.vide Bar.in l. capitalium.§.solent.ff.de pœ.Sed in locum deportationis hodie successit bannum perpetuum:vt not.institu.quib. mod.ius pat.potesta.solui.§.relega.facit.ff.ad legem Iuliam de vi publi.l.qui cetu.& de incend.rui.& naufrag.l. quo naufragium.§.nō tantum.cum simi.Si verò hoc fiat in vrbe Romana,punitur lege Iulia maiest.ff.ad leg.Iul. maiesta.l.j.&.iij.

ADNOTATIO. a ¶Quod isti seditiosi. Adde tu & vide Alex.in consi.iij.col.fi.in j.volu.& ibi,qualis debeat esse pœna contra seditiosos & conspiratores,quando pœna non est statuta.

Incipit liber Tertius.

De priuatis delictis. Rubrica.

SVMMARIVM

Priuata delicta quæ sint.
Accusare qui permittuntur in delicto priuato.

Vpra dictum est de publicis delictis,quæ maiora sunt quàm priuata delicta: vnde restat videre de priuatis delictis. †Et possunt dici regulariter omnia delicta esse priuata, quæ non connumerantur inter publica.sicut dicuntur omnes contractus stricti iuris, qui non connumerantur inter bonæ fidei. †Et nota.quod in priuato delicto nullus admittitur ad accusandum: nisi sua interfit:vt.ff.de priua.delic.l. si verò.&.C.de fur.l.manifestissimi.circa princip.cum simi. Fallit in certis casibus exceptuatis,in quibus quilibet ad accusandum & denunciandum admittitur: licet non connumerentur inter publica crimina secundum iura ciuilia.l.j.ff.de publi.iudi.vt in crimine hæresis: vt.C. de hæreti.l.Manichæos.extra eod.c.vergentis. In crimine simoniæ.extra de simo.c.licet hæli. In crimine sacrilegij.C.de episc.& cleri.l.si quis in hoc genus. Idem in similibus:vt not.suprà de ijs,qui accusare prohibentur.in fin.titu.§.in summa not.

De furtis robarijs & latrocinijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

Furtum quid sit,& quotuplex sit.
Furti actio duplex est: scilicet criminalis & pecuniaria: & cui datur actio furti.
Furtum an sola cogitatione uel uerbo fieri dicatur.
Furtum dicitur quando sit inuito domino rei furtiuæ.
Furti an teneatur, qui furtum committit credens dominum permissurum:& rationabiliter credit:& quid si aliquo errore ductus:& quid si credat facere domino inuito,& tamen sit uolens.
Furti an teneatur,qui rem suam apud alium existentem surripit:& quid in re communi,& quid si emisti rem meam bona fide,& ego eam tibi surripio.
Furtum est quod occulte fit: & licet rapiens sit fur: tamen alia pœna punitur.
Furti non solum agitur ciuiliter ad pœnam:sed & condictione furtiua:& licet actum sit ciuiliter,nihilominus agi potest criminaliter.
Fur qualiter pœna corporali puniatur per commune loci.
Latrones famosi qualiter puniantur.
Furtum de iure ciuili scripto non uidetur punire morte: & quomodo iure Lombar.puniatur.
Fur & latro quomodo differ.& ubi lex Lombarda sibi locum uendicet.
Lex Federici Impera.quod si quis quinq; solidos furatus fuerit suspendatur: an sit seruanda?
Robariam aliqui fecerunt: & in ipsa sunt capti:qui nullam aliam fecerunt, uel non fecerunt in illa iurisdictione:an laqueo suspendantur?

Vrtum est contractatio †rei alienę inuito domino &c.vt.ff.de furt. l.j.instit.de obli.quæ ex delic.nasc.in princip. Et nota.quòd furtum aliud est manifestum, aliud non manifestum. Manifestum dicitur, quando cum re furtiua deprehēditur fur antequam veniat ad locum destinatum.Nō manifestum est,quando non deprehenditur fur.vt.ff.eod.l.ij.&.l.seq.

2 †Et not.quod pro furto agitur dupliciter, scilicet criminaliter & pecuniariter.ad pœnam pecuniariā pro furto non manifesto datur actio dupli furti in duplum, pro manifesto in quadruplum:vt instit.de oblig.quę ex delic.nasc.§.plu.Et datur actio furti cuilibet cuius interest: vt.C.eo.l.manifestissimi.ff.eod.l.vtricq;.§.si res.&.l.creditor.Criminaliter verò ad pœnam corporalem: vt in authen.vt nul.iudi.§.si verò.collat.ix.C.de seruis fugiti.authen.sed nouo iure. †Et not.quòd sola cogitatione nō fit furtum,neq; verbo:vt.ff.eo.l.j.&.l.si quis vxori.l.neq; verbo. &.l.inficiando.&.l.falsus.§.si quis. †Et dicitur fieri furtum, quando sit inuito domino rei furtiuæ, qui semper præsumitur inuitus: nisi probetur volens.ff.eo.l. qui vas.§.vetare. †Sed si quis committit furtum credens dominum permissurum, & iustè & rationabiliter credat:vt quia est filius vel propinquus[a] vel amicus:tunc non tenetur furti: vt instit.de obliga.quæ ex delict.nascun.§.placuit. vel tenetur furti: vt. ff. eod.l.is qui te. Sed si credat facere domino inuito:licet sit dominus volens,peccat: non tamen dominus agit furti: vt.C.eod.l. omnes.§.finali.Et idem si aliquo errore ductus facit: vt institutio.vi bonorum raptorum.§.quia tantum. †Sed quid si res mea est apud te: & ipsam surripio[b]? Respondeo non est furtum: nec teneor furti:nisi tua interfit.ff.eod. lege qui iniuriæ.§.si ex donatione: sed in re communi aliud

aliud est:quia est furtum.ff.eo.l.socius.Si autem emisti rē meam bona fide:& ego eam tibi surripio: teneor furti.ff. eo.l.cū res.§.j.&.l.si is qui rem.sed tamen res non est furtiua &c. †Et nota.quòd furtum est,quòd occultè fit:& præcipuè de nocte:vt.ff.eo.l.j.& licet,qui rapit vi,sit fur: tamen alia pœna punitur:vt instit.vi bon.rap.in princip.

8 †Item not.quòd non solum agitur furti ad pœnam ciuiliter dico:sed condictione furtiua ad ipsam rem: vt.ff. de condic.fur.l.si pro fure.§.furti.Sed licet sit actum ciuiliter,vt dixi: nihilominus potest agi criminaliter: vt.C. quando ciui.act.cri.prę iudi.l.j.C.de fur.l.fi. †Sed quali pœna corporali punitur iste,qui furatur per commune ciuitatis vel loci. Respon.dicunt docto.aut est publicus & famosus fur, qui accusatus est & assuetus pluries furari,id est bis vel vltra:& est infamatus de hoc:quia bi nus actus inducit consuetudinem &c.de episc.aud.l.iij.in fi.& qui sæpius delinquit,grauius punitur &c.& reiteratio delicti auget pœnam &c.ff.de priua.delic.l.nūquam. in prin.& ar.de pœ.l.aut dāna.§.quisquis.&.ff.eo.de pœ. l.capitalium.§.solent.&.C.de pœ.l.impunitas.cum simi. & tunc iste talis laqueo suspenditur.ff.de pœn.l.capitalium.§.solent.&.§.famosos.&.§.grassatores. vbi de hoc etiam not.vide etiam Bal.in authen.sed nouo iure.C.de ser.fugi.& hoc quantum ad pœnam corporalē insligendam. Si autem alicui factum est furtum, ciuiliter agit ad damnum:tunc locum habet quod in prin.dixi. †Latrones autem, qui in itineribus aut domibus vel in mari cum armis vel sine armis homines per vim spoliāt & derobant.& sunt famosi,id est infamati cōsueti pluries derobare:illi debent laqueo suspendi,in locis,vbi tales robarias fecerunt:vt in d.§.famosos.& in d.authen.sed nouo iure.& ita de consuetudine obseruatur.Sed de iure[c] ciuili scripto non videtur†quòd pro furto quis debeat mori: vt in authen.vt nul.iud.§.si verò criminis.col.ix.sed debeat fustigari:vt ibi patet.de iure autem Lombardorum fur pro primo furto oculum amittit: pro secundo autem nasum: pro tertio suspenditur laqueo: vt in Lombar.de fur.§.de latronibus. †Et est differentia inter furem & latronem:vt.d.authen.sed nouo iure.quæ lex Lombarda vendicat sibi locum in prouincia Lombardiæ,& nō alibi:quia Reges,qui illas leges condiderunt: non ligauerunt,nisi subditos:vt in l.cunctos populos.C.de sum.trini.& fide catho.&.ff.de iurisd.om.iudi.l.fi.cū simi. †Sed nunquid seruabimus legem Federici Imperatoris posita in vsibus feudorum,vbi dicitur, quòd si quis furetur seu furatus fuerit quinq; solidos laqueo suspendatur.sub tit. de pace tenen.& eius violato.§.si quis quinq; solidos. Respondeo non:quia illa loquitur de illo,qui furtum cō misit:vt frangeret pacem,qui de iure debet decapitari:vt ff.de re msli.l.fin.§.j.sed seruabimus ius cōmune:vt suprà dictum est:quia pœnæ sunt moliēdæ &c.ff.de pœn.l.pe. &.l.interpreta.& facit de præto.stipu.l.fi.& ibi no. Itē quia lex illa abijt in desuetudinem:& sic sublata est:vt in j.C.constitutione.§.pe. †Sed quid,aliqui fecerunt robariam : & in ipsa capti sunt:& nullam robariam fecerūt suo tempore,nisi solum illam:vel si alibi fecerunt:non fecerunt in iurisdictione ista : nunquid debeant laqueo suspendi? Respon.non videtur:quia nō sunt fures,nisi sint assueti furari pluries vel derobare.Nam & de maleficijs commissis alibi nō possunt puniri:vt.ff.de accu.l.si cui.§. fin.& de hoc not.ff.de pœn.l.capitalium.§.grassatores.& §.famosos.in j.&.ij.gl.namq; qui fecit semel tantum:meretur veniam à furca.

ADNOTATIO. a ¶Vel propinquus. Adde tu temporis ratio est:quia censetur tunc furtum domesticum,quod quando sit punibile vide per Alex.in consi.cxxxv.in j.vol.quod consilium est inter consi.Cepo.consi.xxvj.

b ¶Surripio.Adde tu & vide an & quando licitum sit furtū rei proprię per Pau.de castr.in suo consi.xxxv.col.iij.& per Alex.in consil. cxxxv.in j.vol.& per Bartho.Cepo.in consi.xxvj.& aduerte,quia dictum consi.d:Bartho.Cepo.& consi.Alexan.allegat.est vnum & idem consi.

c ¶Sed de iure. Adde & vide de hoc per Alex.in consil.v.col.fi.in fi. & consi.cxxxv.col.pe.in j.volu.& in consi.cx.col.vlt.in iij.volu.& Cepo.in consi.xxvj.alleg.

De notorijs criminibus cum forma accu.& proba. filiationis & consanguinitatis. Rubrica.

SVMMARIVM.

Notorium triplex est.
Notorium iuris per confessionem sponte factam quod dicatur.
Notorium iuris per sententiam ritè latam quod dicatur.
Notorium iuris quid sit: & in isto an admittatur appellatio & probatio in contrarium.
Notorium facti quod dicatur.
Notorium facti ad hoc ut sic dicatur,ubi debet fieri & coram quibus,& qui dicantur pauci homines,& quot homines faciant populum & parochiam.
Testimonium quot personarum requiritur ad hoc ut faciat aliquid esse notorium.
Notorium facti triplex est:notorium facti transeuntis quid sit.
Notorium interpollati quid sit.
Notorium facti permanentis quod sit.
Notorium per euidentiam facti iudici ut iudici: & multis personis & iudici ut priuato,quomodo puniatur & in illo procedatur.
Notorium facti quomodo probetur per testes & per quot.

1 Vando que agitur de crimine in notorijs criminibus:vnde de notorio inspiciamus. †Sciēdum est quod triplex est notoriū iuris,facti,& præsumptionis. Notorium verò iuris dicitur a duobus modis: vno modo per confessionem[a] sponte factam de maleficio in iudicio coram iudice pro tribunali sedente:vt.C.de confes.l.j.ff.eo.l.confessus.§.fi.dummodo sponte fiat confessio.& idem dici potest si fiat per tormenta habitis præcedentibus indicijs vel præsumptionibus : vt.C.de testa.mili.l.milites.& ipse confitens postea sponte perseueret in sua confessione:vt.ff.de quæstio.l.j. 2 §.quæstioni.de custo.reo.l.j.& ibi not. †Secundo modo dicitur notorium iuris per sententiam ritè latam[b] contra accusatum vel inquisitum vel denunciatum.Nam res iudicata pro veritate accipitur.ff.de re iudi.l.res iudi.& dicitur condemnatus, qui ritè condemnatus est.ff.de re iudi.l.iij.§.condemnatus.Nam sententia præsumitur ritè lata propter iudicis autoritatem.extra de renunc.c.in præsentia.vnde sic diffiniri potest. †Notorium iuris est spontanea confessio in iure legitimè facta,vel clara probatio cum sententia diffinitiua licitèq; subsecuta : vt colligi potest.C.de proba.l.sciant.de re iudi.l.gesta.& de re iudi.l.j.ff.de stat.homi.l.ingenuum.cū simi.Sed in isto tali notorio admittitur appellatio.C.de appel.l.in minoribus. Item admittitur in isto notorio similiter probatio in contrarium:vnde si quis fuerit confessus hominem se occidisse:si postea vult probare contrarium,quòd ille viuat,quem dixit se occidisse,auditur.& idem in similibus dico.ff.ad leg.Aquil.l.inde Neratius.§.fi.extra de appel. c.cū sit Romana.& de re iudi.c.sicut.& de proba.c.proposuisti.&.c.causam matrimonij.cum simi. †Notorium 4 facti dicitur illud,quod fit in conspectu totius vel maioris partis populi vel loci alicuius:& ita se præbet conspectui & visui hominum quòd nulla potest tergiuersatione celari.extra de coha.cle.& mul.c.nostra.&.c. fin.ff.de instit.l.sed & si pupil.§.proscribere.de rit.nup.l.palam.de verb.sig.l.palam.ad muni.l.quod maior.lxj.dist.sacerdotibus.in fi.& hoc verum est dummodo interuenerint tot homines,qui faciāt populū. †Et no.quòd ad hoc vt sit notoriū facti:debet fieri in loco publico:vt in palatio cōmunis,vel in ecclesia,vel in platea,vel in via publica corā populo.Si enim fieret in loco priuato vel occulto, vel in presentia paucorū nō esset notoriū.Et possumus dicere paucos homines à decē personis intra quos ad hoc notoriū:cū p maiorē numerū nō fiat populus:quāquā decē

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines faciant populum.extra de elect.c.j.& not.x.q.j.
c.vnio. Item quía decem homines faciunt pareciam:
6 vt.d.c.vnio. †Testimonium alicuius parecíæ facit alíquid esse notoriũ:vt extra de pur.ca.c.cùm dilectus.ideo
videtur ad hoc sufficere, quòd sit notorium,quòd fiat ín
præsentía decem hominum & vltra. Alíj dicunt quòd
efficitur notorium ín conspectu totius vicíniæ: & quòd
omnes de vicínia clamãt tale quid factum esse:vt.c.cùm
dilectus.§.præsertim.&.íj.q.j.scelus. Alíj dicunt quòd
sufficit maior pars vicíniæ:vt.ff.ad muni.l.maior.íj.q.j.de
manifesta.extra de purg.ca.c.cùm dilectus. Alíj dicũt
relínquendum arbitrío iudicis,per quot homines fiat no
torium:cùm non sit expresè diffinitum & terminatum à
iure:dummodo fiat ín conspectu & tot hominum præsen
tía,qui excedant numerum decem personarum:vt.d.c.cũ
dilectus.& extra de elec.c.j.&.x.q.iíj.vnío,vel.xv.perso
narum.ff.vi bono.rapt.l.ait prætor.§.j.cùm símil.cùm tot
personæ facerent populum numero,vt dictum est.Nam
vbícunq; non est expressum alíquid à iure:relínquitur ar
bitrío iudicantis.extra de offi.delega.c.de causis.ff.de iu
re delíbe.l.j.dummodo delictum committatur de die,&
non de nocte:ita quòd clarè víderi possit.ar.extra de offi.
deleg.c.consuluit.ín fi.& de testi.l.testíum.§.tu magís sci
re potes.hoc dictum magís placet,saluo semper consilio
7 saniori & intellectu meliori. †Item not.quòd tres sunt
spécies huius notoríj.Nam alíud dicitur notorium facti
actu transeuntis:& hoc quando semel notorium factum
est:ita quòd non potest tergiuersatione celari: non tamẽ
habet reiterationem:vt est homicídium publicè commís
sum quod reiterationem nõ recípit:& sic fuit de Christo
saluatore nostro:vt de conse.dist.íj.c.semel Christus pas
sus &c.de pœní.dist.j.aut facta.extra de testi.cog.c.per
8 uenit. †Alíud dicitur notorium interpollatum:sed ta
men ita publicè fit quòd celari non potest per tergiuer
sationem quòd quis sæpius reiterat:tamen non fit contí
nuè:sicut est crímen vsuraríj manifesti, qui habet mẽsam
paratam ad mutuandum & publícè tenet:non tamen fa
cit continuè mutuum:sed frequenter hoc reiterat: vt ex
tra de vsur.c.cum manifestis.&.c.vsurarum voraginem.
9 lib.vj.vbi de hoc. †Alíud est notorium facti actu per
manentis quod ita fit publicè quòd celari non potest: &
habet in se facti continuationem:vt est vídere in íllo,qui
continuè carcere detinetur.de hoc extra de appel.c.dile
ctis filíjs.& ídem videtur in eo,qui publicè tenet concu
bínam continuè in domo,lecto,& mẽsa,& líberos ex ea
habet.argu.C.de nupt.líb.vj.extra de appel.c.consuluit.
de diuor.c.significasti.cum símí.quamuis ístud tale sit po
tíus notorium iuris,quàm facti:cum communiter nõ fiat
ín conspectu hominum sed occultè: sed tamen ita vehe
menter opinatur & præsumitur, quòd pro notorio facti
reputatur à iure.extra de præscrip.c.literis.& de coha.cle
10 rí.& mulie.c.clericos.&.c.tua vox. †Et nota.quòd si
delictum sit notorium per euidentiam facti iudici & mul
tís alíjs:vt quía factum in præsentia & conspectu iudicis
pro tribunali sedentís & aliorum tot quot sufficiunt ad
notorium:vt.x.hominum vel vltra: vt supra dictum est:
tunc nec accusator,nec denunciator,nec líbellus denun
ciatorius,accusatorius vel inquisitorius vel,litis contest.
vel testíum examinatio est necessaria, vel alía probatio:
sed citatur ad sententíam audiendam: & fertur sententía
condemnatoría in scriptis per iudicẽ pro tribunali seden
tem &c.& ita sola sententía de ordine spectatur.Nam in
tali notorío ordo iuris est ordinem non seruare.extra de
iureiuran.c.ad nostram.&.d.c.tua vox.Nec poterit à tali
sententía appellari:nec cõtra eam alíquid probari:vt ex
tra de appel.c.cùm sit Romana.in fin.&.c.peruenit.cũ sí
mi.si autem sit notorium alíjs & non iudici:tunc necessa
ría est probatio.& iuris ordo seruãdus est.extra de elect.
c.bonæ.§.licet.íj.q.j.§.fi.&.§.quando autem.ff.qui satisd.
cog.l.si vero.§.qui pro rei qualitate.Si autem non est de
lictum commíssum in præsentia iudicis pro tribunali se
dentís:& sic nõ est ei notorium vt iudici, sed vt priuato:
tunc necessaria est probatio & líbellus,si ab alíquo accu
satur,& lit.contest.& omnis ordo iudiciarius est necessa
rius:vt.C.de lit.conte.l.j.& aut.offeratur.&.C.de proba.
l.fi.extra de vsur.c.cũ tu.de cor.vitia.c.de tua.de offi.or
di.c.si sacerdos.cum símí.Sed si non accusatur ín ísto tali
& taliter notorio,poterit tamen iudex per inquisitionem
procedere,fama vel clamore vel alíquo alío modo præce
dente,& illum inculpatum examínare:& si sponte confi
teatur delictum:poterit absq; alía probatione condemna
ri.C.de confes.l.j.ff.ad leg.Aquil.l.proínde.ff.de confes.
l.confessio. Si autem negauerit:tũc necessaría est pro
batio.C.de proba.l.sciant.de pœnis.l.qui sententíam.ex
tra de offic.ordi.c.j. †Item no.quod ín notorío facti te
11 stes,qui inducuntur ad testificandum,debẽt dícere duo.
Primum quòd víderunt committi maleficium de quo ta
lis accusatur vel inquíritur, vel præsentes fuerunt.quía
testís in maleficíjs debet testificari de præsentía & vísu,in
aut.de hæredi.& fal.§.fi verò absunt.& debent testificari
quod maleficium fuit publicè factum, & ín loco públi
co,vel ín platea,vel vía publica,vel ín palatio cõmunis,
vel ín eccleśia tali:in præsentía populi vel in præsentia.x.
hominum vel.xv.vel vltra, qui publicè potuerunt vídere committi dictum maleficium:cum hoc sit ímpossíbile:sed de præsentía sic: vt dictum est.Et ad proban.ístud
tale esse notorium, sufficiunt duo testes.ff.de testi.l.vbi.

A DNOTATIO. a ¶Per confessionem.Adde tu & vide de hoc per Gand.in consi.cj.

b ¶Latam.Adde tu & quæ in rem iudicatam transíuerit:ita Anto.de but.in c.inter monasterium.de re iudi.& dicit Alexan.in consi.xxxiíj.col.fi.in j.volu.

Forma accusatio.in notorio facti. Rubri.

12 *Forma accusationis in notorio facti qualis sit:& quomodo procedi debeat.*
13 *Accusatus uel inquisitus in alio notorio quàm facti:an citari debeat ad videndum iurare testes?*
14 *Notorium præsumptionis quod sit,illiusq; exempla.*
15 *Testatore aliquem nominante filium suum:an statur tali nominationi?*
16 *Consanguinitas alia quomodo dicatur notoria præsumptiuè.*
17 *Filiatio & consanguinitas quomodo probentur.*
18 *Filiatio ætas,& consanguinitas per quot testes probentur.*

In ísto notorio facti potest accusatio ita formari.

12 
Coram vobis domino tpo testa te Matuæ.B.suo iuramento denunciat & accusat.A.filium.B.quem dicit de anno & mense præsenti in ciuitate Mantuæ in loco tali percussisse & vulnerasse do.Io.cum vno cultello feritorío de ferro in facie,cuius percussione & vulnere sanguis exiuit.Quod quidẽ maleficiũ fuit publicè & palã cõmíssum,& in præsentía.x.personarum & vltra:& ita & tali modo quòd dictus.A.nõ potest negare quòd dictũ maleficiũ non perpetrauerit: nec est locus iustificationi: cũ dictũ maleficiũ sit manifestũ & notoriũ & manifestè,palã publicè & notorie cõmissum & perpetratum:vnde petit per vos dictum.A.puniri & cõdẽnari secundum formã iuris,& omni vía iure & forma quibus melius fieri potest.Nam tũc ín tali notorío debẽt solummodo testes examinari: & si probatũ fuerit illũ deliquísse,eũ condẽnare secundũ probata &c.Si autẽ in præsentía iudicis factũ est & aliorũ vltra.x.vel.xv.homines,vt dictũ est:tunc nõ est opus probatione:sed debet ille citari ad sententiã audiendã: nã tunc ín tali notorío ordo iuris est ordinẽ non seruare.extra de iureiur.c.ad nostrã.de accu.c.audientía. †Sed an in alío notorío crímine vbi testes sunt examinandi:debet accusatus vel inquisitus citari ad vidẽdũ iurare testes? Respõ.dicũt quidã quòd sic: aliãs non valeret.extra de testi.c.íj.cũ símí. Alíj dicunt cõtra quòd citatio est de ordine iuris:& in ístis nõ est ser uãdus ordo iudiciarius:vt dictum est.&.d.c.ad nostrã.& íj.q.j.cũ manifesta.cũ símí. †Alíud est notoriũ præsumptío.sicut est paternitas & filiatío,quę nõ põt vere probarí:vt.ff.de cõdi.& de.l.Lucius,sed probatur per præsumptionem.

a
13
b

ptionem.Vnde si vir & vxor alíquem nutríuerint tanquam filium nominando & vocando ípsum filium dando ei alimenta,vt filio & alía símilia faciendo tanquã parentes filio faciunt,vt pro filio habeatur. Et idẽ dicendum est si nascatur in domo viri & vxoris vicínis hoc dícentibus,& credentibus verè íllum esse filium, vel eum esse natum vt filium in domo viri & vxoris.C.de nupt.l.si vicínis.Nam filium dícimus,quem demonstrat matrimonium viri & vxo.vt dictum est, si probetur per vicínos.extra de proba.c.per tuas.& quí fil.sint legíti.c.cùm causam quæ.ff.de íjs qui sunt sui vel alíe.iur.l.filium.Sed tamen si negetur fil.necessaría est probatio:vt dictum est.
15 extra qui fil.sint legíti.c.transíuisse.& ibi nota. †Item si testator nominet alíquem filium suum ín suo testamẽto, statur nominatíoni:vt præsumatur filius:donec contrariũ fuerit probatũ.C.de na.líb.authen.si quis ítem.extra quí
16 fil.sint legi.c.per tuas.dic vt ibi. †Est & alía consanguinitas inter consanguíneos & coniunctos.Nam consanguinitas dícitur notoría præsumptiuè:vnde si alíqui vocant se consanguíneos & coníunctos, præsumitur quod ita sit:dummodo inter vícinos ita habeatur.argu.dictorũ iurium.& extra de diuor.c.porro.§.j.& statur illi tali præsumptioní: si tamen negetur consanguinitas vel genus, necessaría est probatio.ff.de proba.l.j.& fi.&.C.co.l.non exemplis.facit.C.de testa.l.neq;.& ad dicta probãda sufficiunt duo testes:vt.ff.de testi.l.vbi. †Sed qualiter fiet
c ista probatio?: Respondeo hoc modo.

A DNOTATIO. a ¶Audiendam.Adde tu & vide an antequam sententia feratur sit requirẽda declaratio notorij per Fran.Are.in consi.clxv.

b ¶Citari.Vide tu de hoc per Are.in.d.consil.clxv.

c ¶Ista probatio.Adde & vide per Alex.in consil.lj.in.j.volu.col.j. in fi.& seq.& ibi quod sufficit quòd probetur quasi possessio filiationis,& communis opi.& ibi vide capitula.& adde eundẽ in consi.lxxiíj.col.j.& consi.xc.ver.circa secundum.in.j.col.in.íj.vol.& in consi.lxxxvíj.col.pen.versi.alia char.& in.iíj.volu.vbi de nominatione facta per patrem in testamento.

Intendit probare & fidem face-

re M.quòd ípse est vel fuit filius Alberti & dominę Ioã. f.q.Galeam vxor.dicti A.& fuit habitus & tractatus pro filio dictorũ A.& Io.& quòd ipsi tenebant & tractabant eum vt filium,dando sibi alimenta,vestes,& alía necessaría & alía faciendo,quæ parentes faciunt suís filíjs:& ita habetur & tenetur.& est habitus & tentus pro filio prædictorum & conuícínis & alíjs gentíbus, & quòd natus fuit in domo prædictorum posita in ciuitate Mantuæ ín tali loco penes tales.Item quod de prędictis est publica vox & fama. Et ídem dico in probando consanguinitatem quòd talis est habitus pro consanguíneo talis: & quod nominant se & consueti sunt nominare se adinuicẽ pro consanguíneis & coníunctis: & adinuícem dílígere & tractare tanquam consanguínei faciunt: & quod tenentur & habentur & habíti sunt pro consanguíneis per vícínos & alías personas. Item quod de prædictis est publica vox & fama.Et hoc modo probentur símilia.
18 †Item not.quòd in probanda filiatione, ætate & consanguinitate admittuntur parentes consanguínei & vící ni.ff.de proba.l.etiam matris.extra de íjs,qui ma.accusa. pos.c.vídetur.xxxv.q.vj.c.j.&.íj.quía ipsi melius sciunt veritatem:vt in dictis iuribus.Facit.C.de nup.l.vicinus. extra de testi.c.super eo.de spon.c.cùm in tua.cum símil.
Et de ísta materia not.extra de coha.cle.& muli.c.nostra.&.c.tua nos.& de elect.c.per inquisitionem.&.íj.q.j. c.de manifesta.& ibi not. Bonifacius.

De citatione accusatí vel inquisiti. Rubrica.

SVMMARIVM.


1 *Accusatus uel inquisitus qualiter sit citandus.*
2 *Iudici nullus debet exhiberi,nisi de mandato iudicis constet.*

1 Videamus qualiter in crí-
2 minibus † accusatus vel inquisitus sit citandus.Et quís citandus est de mandato iudicis: de quo mandato & commissione debet constare in actis.C.de exhíb.reis.l. nemínem.ratio est:quía ei non creditur,nisi quatenus cõstet in actis.vt extra.de proba.c.quoníam contra falsam. ff.de pœnis.l.absentem.& quod in críminalibus debeat quis pluries citari.ff.de publi.iudi.l.inter accus.& per íterualla díerum.facit.l.absentem.ibi, sæpius moníti &c. ff.de fer.l.fin.sed de consuetudine non seruatur,ímo arbitrarié faciunt assessores.argu.C.de probat.l.siue pars.sed
2 ílla videtur loqui in ciuilibus. †Et nota.quod nullus debet exhíberi coram iudice,vt dictum est: nísi de mandato iudicis constet: vt.d.l.neminem.quía rígor iuris est obseruandus:cùm sit ín medio cõstitutus:vt.C.de Iudæ. l.nullus.& hoc regulare est.Fallit tamẽ in certis casibus, ín quíbus licitum est sibi facere ius,quos casus notaui supra etíam de personis, quæ possunt offendi sine pœna. Commíssio autem fit hoc modo.

A DNOTATIO. a ¶De mandato.Adde Barto.in l.fi.C.de iure do.in pe.uul.col.in l.si quando.quem vide.C.de testi.& an talis commíssio præsumatur.vide additionẽ infra in.§.de forma relationis nuncij.in fin.

Forma citatio.accusati vel inquisiti. Rubri.

3 *Citationem contra accusatum uel inquisitum qualiter committat iudex.*

3 
IN Dei æterni nomine Amen. Anno à natiuitate &c.díe.x.mensis Maíj.† Io.iudex maleficíorum cõmunís Mantuę,sedens pro tribunali ín palatío dicti communis ad banchum maleficiorum pro iure reddendo,ímposuit & commísit M.publico & iurato nuncío dicti communis,quòd ex sua parte vadat & requírat Io.de Licitia filium tal.accusatũ per talem, vel inquisitum per.d.iudícem super tali maleficío personaliter vel ad domum suæ habitationis,quod intra tertíam díem vel quintam compareat coram dicto domino iudice in palatío communis ad dictum banchum maleficiorum personaliter:vel per legítimum procuratorem ad se defendendum à dícta causa vel inquisitione: & de íjs,quíbus accusatus est vel inquisitus ab íjs, quæ in dícta causa vel inquisitione continentur. Alioquín dictus.d.iudex procedet contra eum,eius contumacía vel absentía non obstante,vel quantum prout de iure poterit & debebit.

Forma relationis apparitoris vel nuncij. Rubrica.

4 *Relationis apparitoris uel nuncij forma.*
5 *Personaliter comparere pro quo delicto quis teneatur,& pro quo non.*
6 *Iudex an possit committere nuncio die sabbati,ut aliquem citet.*
7 *Citatio facta die feriata,ut compareat die non feriata,an ualeat:& quid si fiat die non feriata,ut compareat usque ad diem dominicam,an ualebit?*
8 *Citatione facta ex parte plurium iudicum,cui est obediendum.*
9 *Citatio qualiter fieri debeat,& ad quam domum,quando plures habet.*
10 *Citari ubi quis debeat quando commisso delicto mutauit domicilium:& quid facit iudex uolens citare quem extra suum territorium.*
11 *Citatio quantum tempus continere debeat.*
12 *Citatus qui nõ potest sine periculo personæ comparere propter inimicos,quos habet in loco ad quem citatur:an sit excusandus?*
13 *Relationi citationis unius nuncij an stetur?*
14 *Accusato uel inquisito comparente sine citatione, an processus uel sententia ualebit?*
15 *Expulsi de suis ciuitatibus qualiter citari debeant.*
16 *Citatio an recipiat probationem in contrarium.*
17 *Accusatur Petrus quod commisit homicidium Cremonæ:ille negat,& dicit illud fuisse commissum Placentiæ:an prius cognoscetur de isto incidẽti & quomodo?*
18 *Locus maleficij an debeat designari hoc petente accusato.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

19 Citatus ad comparendum: non apposito aliquo tempore: quomodo comparebit.
20 Citatus ut compareat incontinenti: quomodo comparebit.
21 Citatus ut compareat extra iurisdictionem suam: quid faciet.
22 Citationi quæ debeant inseri.
23 Citatus sine loci designatione ad quem locum ibit.
24 Citatione cadente in die feriata: quando comparebit citatus.
25 Citatio ad cuius instantiam fieri debeat.
26 Citato comparente si non compareat, qui facit citare: quid erit faciendum?
27 Citationis dies an computatur in termino?
28 Citatus excusatur multis modis si non compareat.
29 Primo excusatur citatus ratione immunitatis, quam habet in loco ad quem citatur.
30 Item quando citatio fit extra iurisdictionem citantis.
31 Item quando citatus impeditur per actorem uel accusatorem: ne citatio possit ad ipsum peruenire, uel impedit in itinere.
32 Item quando sunt plures iudices eiusdem nominis in eo palatio: & compareat coram uno pro alio.
33 Item quando unus iudex delegatus citat de consensu alterius.
34 Item quando citatur ad locum non honestum.
35 Item quando citatur ad locum non tutum, etiam si habeat literas de saluo conductu.
36 Item quando est occupatus circa rem rusticam existentem in periculo.
37 Item quando impeditur magna ualetudine.
38 Item quando impeditur ui fluminis tempestate & aliis de quibus ibi.
39 Item quando citatur mulier, quæ prægnans est & proxima partui, uel peperit & iacet in partu & similibus.
40 Item quando prius est citatus à maiori iudice.
41 Item an excusabitur ratione caloris extremi.
42 Item quando expoliatus est, nisi prius restituatur.
43 Item quando citatur hora incongrua.
44 Item quando citatio est nimis breuis.
45 Item quando citatur coram iudice, qui est suus inimicus.
46 Item quando citatus est in carcere uel uinculis.
47 Item generaliter quando habet iustam causam excusationis comparendi: & an debeat mittere excusationem & facere fidem de impedimento.
48 Item an leuis febricula excuset?
49 Item an leue impedimentum excuset?
50 Commissio & citatio an debeant scribi?
51 Citatio an sit de substantialibus iudicij?

De tali comparuit dictus

4 †M.nuncius dicti communis coram dicto domino iudice pro tribunali sedente ad dictum banchum maleficiorum in palatio dicti communis pro iure reddendo, & coram me notario illic existente ad dictum officium exercendum retulit dicto domino iudici & mihi notario se citasse & requisiuisse dictum Ioan. accusatum vel inquisitum personaliter ad domum suæ habita. vt intra tertiam diem vel diem quintam comparere debeat coram dicto domino iudice in palatio dicti communis ad banchum maleficiorum ad se defendendum, & excusandum à dicta accusatione vel inquisi. prout & sicut in dicta com
5 missione plenius continetur. †Et nota. quod dixi personaliter. quia si est tale delictum ex quo imponatur pœna corporalis vel alia vltra relegationem, quòd tunc debeat personaliter comparere: & nō per procuratorem: nisi ad allegandum causas absentiæ: & ad exceptiones opponendas & ad similia: vt not. suprà de procura. Sed si pœna pecuniaria vel alia pœna infra relega. esset imponenda: tunc per procura. posset comparere ad totam causam: vt. ff. de procura. l. seruum quoq; §. publi. ff. de accus.
6 l. ex iudiciorum §. ad crimen. cum similibus. †Sed nunquid iudex potest committere die sabbati nuncio communis vt citet aliquem? Respon. in ciuilibus non: vt. ff. de feriis. l. prima. & si facit, non valet. C. de feri. l. omnes dies. nisi in casibus. ff. eod. l. ij. & l. eadem. Sed in criminalibus & maximè contra latrones & simi. dicitur quod possit: vt. C. de feriis. l. prouinciarū. & in Lombardia. de feriis. l. quotidie. & l. agitur. & in authen. vt iud. sine quoquo suffra. §. oportet. ibi, festiuis quoq; diebus. colla. ij. & hoc de iure ciuili: sed de iure canonico secus: vt extra. de
7 feriis. c. fi. †Sed quid si citetur quis die feriata: vt compareat ad diem non feriatam? Respon. non videtur vale-
re. C. de feriis. l. omnes. nisi fortè in maleficijs vt dictum est. Sed de iure canonico secus: vt dicto cap. fina. & est ratio. quia citatio est de substantialibus proces. extra. de proba. c. quoniam contra falsam. & processus factus die feriata non valet: vt extra de fer. c. fin. contra hanc detet-
mina. videtur tenere Bartol. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. quem vide. Quid si fiat die non feriata vt compareat vsq; ad diem dominicam: tūc videtur valere: quia potest ante comparere, etiam non die feriata. extra de do. & contuma. c. cùm dilectus. ibi, volentes &c. extra de ac-
8 cusa. c. veniens. †Sed quid si citatur ex parte plurium iudicum? Respondeo, videtur quòd illi debeat prius obedire, qui prius fecit illum citari. argumen. extra de ordi. cog. c. ij. Sed si non constat quis fuerit primus: maiori iudici obedire tenetur. ff. de re iudi. l. contra pupillū. Alij dicunt, quòd maiori semper obedire tenetur: vt. xxviij. di stin. si Episcopus. vt. d. l. contra pupillum. extra de appel.
9 c. cùm parati. quòd tutius est. †Sed qualiter debet fieri citatio? Respon. quòd personaliter si fieri potest: vt. ff. de admini. tut. l. scire. ibi, in facie &c. aliter debet fieri ad do-
a mum: vt. ff. de damn. infect. l. iiij. §. prætor^a. C. de anna. excep. l. vt perfectius. & intelligo domum, vbi quis habitat tempore citationis: licet plures domos habeat: vt instit. de iniur. §. domum. C. vbi de crimina agi oportet. l. j. in fin. &
10 l. ij. C. vbi in rem actio. extra de rescri. c. dilectus. †Sed quid si aliquis delinquit in loco isto: & post hoc aufugit ad alium locum: & ibi habitat vbi debet citari? Respon. videtur quod sufficiat citari vbi delinquit: cū illic ratione delicti sortiatur forum: vt in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor. extra de iudic. c. fin. Alij dicunt quòd debet citari illic, vbi degit tempore citationis quando bene potuit mutare domicilium. ff. ad municip. l. vtiq;. & l. nihil. vnde ille est citandus. C. vbi de crimi. agi oportet. l. ij. Sed quia non habet iste iudex iurisdi. extra suum terri-
b torium^b. vt de iurisdi. omnium iudi. l. fin. debet per suas literas iudex loci, vbi deliquit, significare iudici sub quo ille degit, qualiter ille est accusatus vel inquisitus de ma-
leficio: & quod debet comparere intra talem diem ad se defendendum & excusandum à tali causa vel denunciatione de ipso facta vel inquisitione &c. argu. ff. de bo. author. iudi. pos. l. cum vnius. §. penul. & ille iudex, cui mittitur vel significatur debet obedire: & illum talem citari facere coram se, & monere illum vt compareat coram tali iudice ad se defendendum vel excusandum à tali accu
11 satione vel inquisitione &c. vt dictum est. & hoc debet facere scribi in suis actis: quia aliter non crederetur: vt extra de proba. c. quoniam contra falsam. Item debet ad hoc vt constet de tali citatione mittere citationis cōmissionem, siue relationem factam illi iudici coram quo proceditur, in publica forma vel suis literis sigillatis sigillo communis quibus danda est fides, ad hoc vt ille non possit negare nec dicere se non fuisse citatum. facit extra de proba. c. post cessionem. vbi nota. quòd statur literis sigillatis sigillo communis vel officialis: facit extra de offic. delega. c. Pastoralis. §. j. & c. sanè. Sed de rigore iuris est, quòd citatio fieri debet: vt veniat ad notitiam citati. Tutius est quod fiat citatio illic, vbi degit ille, qui deliquit. argumen. C. vbi de crimine agi oportet. l. fin. & suprà dictum est. & hoc si sciatur vbi degit, vel aliàs consueuit morari: extra de foro competen. cap. ex parte. circa fin. & notificetur amicis & consanguineis. ff. ex quibus cau. in posses. l. hoc autem. vel citetur publicè voce præconia: vt in authen. qua in prouincia. & in locis consuetis: & in loco vbi consueuit morari: vt possit sciri & ei notificari. ar-
12 gumen. dictorum iurium. cum simi. †Item not. quod in citatione debet assignari tantum tempus: habito respectu ad distantiam loci: vt citatus possit commodè compare-
re. arg. C. de dila. l. j. extra de appel. cùm sit Romana. de re
12 iudi. c. ad consultat. †Sed quid, si iste citatus nō potest comparere sine periculo personæ propter inimicos, quos habet in loco ad quem citatur? Respon. videtur excusatus, argument. ff. si quis cau. l. ij. §. finali. de inter. action. l.

de ætate.

de ætate. de excusa. tuto. l. scire. §. sufficit. Sed debet mittere excusatorem ad faciendum suam excusationem & ad significandum iudici qualiter non potest comparere secure, propter talem inimicitiam, quam habet cum talibus: & de hoc vult facere fidem iudici &c. vt extra de appella. c. cum parati. & de re iudic. c. cū Bertoldus. aliàs nō esset excusatus. & hoc intelligo si potest excusatus mittere &c. Et tunc iudex debet facere vt præstetur ei securitas à dictis suis inimicis de non offendendo eum: vt. C. de ijs, qui ad eccle. confu. l. denunciamus, vel assignare locum alium tutum ad quem debet iudex accedere: & ille comparere ad se defenden. &c. ff. de custo. reo. l. prima. &. iij. aliàs est excusatus de iure. extra de appella. c. ex parte. in fin. vbi de hoc. & ff. de arbitr. l. si cum diem. §. si cum
13 arbiter. extra vt lite non contest. c. accedens. le. ij. †Sed nunquid statur relationi vnius nuncij de citatione? Respon. sic: si nuncius est iuratus: vt extra de appella. c. cùm parati. Item de consuetudine obseruatur: sed de iure ciuili secus videtur. C. de decurion. l. prima. sed duobus bene creditur. ff. de testi. l. vbi. iuxta illud, in ore duorum &c.
14 extra de testi. c. cùm omnis. &. c. relatum. †Sed quid, si accusatus vel inquisitus compareat nulla citatione facta de eo: & negat vel confitetur maleficium: nunquid sententia postea lata vel processus valet? Respon. dicūt quidam quod non. ratio est: quia citatio non interuenit, quæ est de substantialibus iudicij, & de ordine iudiciario: vnde ea omissa non valet proces. nec sententia. extra de cōstitu. c. ecclesia. de maio. & obedien. c. inter quatuor. C. de senten. & interlocu. omnium iudi. l. prolatam. C. quomodo & quando iudex. l. ea quæ. & idem videtur dicēdum: si aliquod substantiale omittatur. quæ autem sint substan
15 tialia. nota. infrà de accusa. †Sed qualiter fiet citatio illorum, qui sunt expulsi de suis ciuitatibus? Respon. aut sunt expulsi ob tale maleficium per quod de iure amiserunt ciuitatem & omnia bona sua: & tunc tales deportatis comparantur & pro mortuis habentur. ff. de bo. dam. l. prima. ff. de capi. diminu. l. iiij. &. l. tutelas. §. libertatem. &. §. finali. C. de fide. l. prima. ff. ad legem Iuliam. de vi publi. l. tuto. cum similib. & isti non possunt citari in suis ciuitatibus: sed alibi vbi degunt. argumen. C. vbi de crimine agi oportet. l. prima. Si vero retinent sua bona, & sunt relegati, vel confinati: & tunc possunt etiam in suis ciuitatibus vel locis citari. argumen. ff. de minori. l. minor. & l. Papexuli. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. rei capitalis. institu. quibus modis ius pa. pote. sol. §. relegati. vbi de hoc.

Possunt etiam citari in loco vbi degunt tempore delicti vel citati. C. vbi de crimine agi oportet. l. prima. &. ij. institu. de iniur. §. domum. vel sicut vagabundus citabitur voce præconis in loco delicti commissi: vt in dicta au
16 thentica qua in prouincia. vel ibi, vbi reperitur. †Sed nunquid poterit quis probare contra citationem de se facta? Respon. aut negat se simpliciter citatum: & tunc probari non potest: cùm sit pura & simplex negatiua. Sed si diceret vel negaret se fuisse citatum die tali vel loco tali: tunc potest probare contra, probando quòd die tali fuit alibi: ita quòd non potuit citari in loco illo contento in relatione. C. de contrahen. & committen. stipu. l.
17 optimam. in fin. & de hoc extra. de elect. c. bonæ. †Sed quid si aliquis accusatur de homicidio perpetrato Placentiæ: accusatus vel inquisitus dicit illud homicidium commissum fuisse Cremonæ: & negat se illud commisisse. Nunquid debet prius cognosci de ista incidēti vel emergenti vtrum maleficium sit commissum Placentiæ vel Cremonæ? Respon. sic videtur. cùm de emergēti sit prius pronunciandum. C. de ordi. cogni. l. prima extra de ordi. cog. c. j. vbi de hoc. & C. de dila. l. à procedente. cum simi. Alij dicunt cōtra. cùm accusatus dicat quòd nullum maleficium fuit commissum Placentiæ. Ipse accusator debet probare: & si non probauerit, absoluitur accusatus. C. de edend. l. qui accusare. vel si accusatus probauerit, quòd dictum maleficium fuerit perpetratum alibi, quàm in accusatione contineatur: non valebit processus tan-
quam à iudice non competente factus. C. si à non com-
18 peten. iudi. l. j. cum similib. †Sed quid si accusatus petat locum sibi designari, vbi maleficium dicitur fuisse cōmissum: nunquid debet assignari? Respon. sic: vt. ff. de accusa. l. libellorum. de actio. empt. l. Titius. & debet locus ostendi ad oculum de iure. vt institu. de grad. §. fina. ff. fi.
19 regu. l. si ruptione. §. fi. †Sed quid, quis citatur vt cōpareat: nec dicitur in citatione intra quod tempus. nunquid tenetur comparere quàm citius commodè poterit. argu. ff. de verborum signi. l. nepos proculo. Respondeo quod
20 sic. †Sed quid si citatur vt compareat incōtinenti. Respon. quòd debet venire quàm citius commodè poterit: & debet expectari per tantum tempus, quòd commode venire possit. argumen. instit. de inuti. stipul. §. fin. ff. de solu. l. quo enim. Nam illud dicitur fieri posse quòd commodè fieri potest: vt. ff. de verborum signifi. l. Nepos proculo. Alij dicunt quod potest vsq; ad triduum compare-
re: cùm verbum incontinenti, intelligatur intra tres dies.
21 C. de erro. aduo. l. fin. de iudi. l. fina. †Sed quid si citatur vt compareat extra iurisdictionem suam? Respon. non tenetur obedire. ff. de iurisdi. om. iudic. l. fin. ff. de iud. l. fin.
22 †Item not. quod in citatione debet inseri nomen citati, & nomen illius ex cuius parte citatur siue causa propter quam citatur, & ad quem locum citatur, & ad quem diem: vt extra de rescrip. c. olim. & c. fin. Ad cuius instantiam citatur. extra de do. & contu. c. fin. & c. cum causam. de in integr. restit. c. ex literis. in fin. facit. C. qui accu. non pos. l. qui crimen. ff. de oper. no. nuncia. l. de pupillo. §. qui post opus. quod vi aut clam. l. aut facta. extra de dilat. c.
23 dudum. †Sed quid si citatur, & nō dicitur ad quem locum debeat comparere? Respon. debet ire ad locum solitum, vbi iudex, qui citari fecit, solitus est reddere ius. ff.
24 de iudi. l. si locus. & si hoc facit excusatur. †Item nota. quòd si citatio cadit in diem feriatam, quòd die sequenti
c non feriata debet comparere. Nam tunc valet citatio: & tenetur citatus die sequenti nō feriata comparere: & debet iudex eum expectare in diem sequētem: vt extra de
25 offi. deleg. c. consuluit. †Item citatio debet fieri ad instantiam accusatoris vel actoris. extra de do. & contu. c. cùm causam. & c. fin. cum si. Et est ratio: quia isti habent probare. C. de eden. l. qui accusare. de proba. l. actor. & l. sciant. aliàs non tenet citatio: nisi iudex per inquisitionē
26 procederet &c. †Item no. quòd si ad instantiam alicuius aliquis citatur: & citatus compareat: & alius, qui fecit citari, non compareat: quòd debet in expensis comparentis cōdemnari. ff. de iudi. l. eum quem temere. &. C. qui accusa. nō pos. l. ij. de do. & contuma. c. actor. lib. vj. & quod prius debet satisdare de comparendo ad dictum terminū
27 aliàs nō auditur: vt. d. c. actor. §. j. †Item not. quòd dies citationis non computatur in termino. extra de appell. c. super eo. l. ij. in fi. ff. si quis cau. l. j. de requi. reis. nisi cōstet de hora assignationis termini. Nam tunc fit computatio de momento ad momentum: vt. ff. ad. municip. l. minorē. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. ij. in prin. argu. extra de reiu. c. ad consultatio. extra de excep. c. pia. lib. vj. de restitu. spol. c. frequens. lib. vj. de sen. excom. cùm medicinalis. &
28 ij. q. vj. biduum. cum simi. †Item no. quòd citatus mul
29 tis de causis excusatur, si non comparet. †Primo ratione inimicitię, quam habet in loco ad quem citatur: vt iu-
30 pra dictum est. †Item quando citatio fit extra iurisdi-
31 ctionem citantis. ff. de iurisd. om. iudi. l. fi. †Item quando citatus impeditur per accusatorem vel actorem: ne citatio possit ad ipsum peruenire, vel impedit in itinere. ff. de eo per quem factum erit. l. j. §. si reus. &. l. fina. extra de
32 officio delega. c. Pastoralis. §. fi. †Item quando citatur coram iudice: vt compareat in palatio communis: & illic sunt plures iudices eiusdem nominis: & dū deberet cōparere coram vno, errore ductus comparet corā alio: satis habet iusta excusationem. & ita de facto contingit sæpe. & facit ad hoc. ff. de iud. l. antepenul. †Itē si duo iu-
33 dices sunt delegati ad aliquā causam: & vnus solus citet cū consensu alterius: vt. C. quādo prouo, nō est necesse. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm magistratus.ff.de re iudi.l.Pomponius.extra de offi.
34 delega.c.Pastoralis. †Item quando citatur ad locum
35 non honestum.ff.de arbi.l.si cùm dies.§.arbitri. †Item
quando citatur ad locum non tutum,etiam si habeat lite-
ras de saluo conductu.extra.vt lite non contesta.c.acce-
36 dens.de appella.c.ex parte. †Item quando citatus est
occupatus circa rem rusticam: & res erat in periculo.ff.
37 de fer.l.ne quis.extra de iudi.c.fin. †Item quando ali-
quis impeditur valetudine magna.imo quod fit contra
eum non valet:& reuocari debet.ff.de re iudi.l.contuma.
38 &.l.quæsitum. †Item si impeditur propter vim flumi-
nis vel tempestatis vel viarum discrimina: quia guerra
est in loco, vel quia absens est causa testimonij ferendi
alibi,vel causa reipublicæ, vel quia vocatus est ad offi-
39 cium,vel quia impeditus propter funera familiaria:†vel
quia mulier quæ citatur est pregnans & prope partum,
vel peperit & iacet in partu:& in his similibus potest di-
ci:vt.ff.si quis cau.l.ij.§.j.&.§.si quidem.&.l.si is qui.&.l.
40 sequen.ff. ex quib.cau.ma.l.item is.cum simil. †Item
quando vocatus est à maiori iudice prius:vt.ff.de re iu-
41 di.l.contra pupillum.§.is qui. †Sed nunquid ratione
caloris extremi excusatur? Respon.non extra de dolo &
42 contu.c.cum dilecti. †Item excusatur cùm expoliatus
est:nisi prius restituatur.extra de restit.spolia.c.frequens.
43 &.c.fina.libr.vj. †Item quando citatur hora non con-
grua:vt de sero,vel de nocte.extra de offic.deleg.c.con-
44 suluit.in authen.de iudi.§.sedebunt. †Item quando ci-
tatio est nimis angusta & nimis breuis:vt.vj.q.ij.si priua
45 tis.&.c.j.&.ff.de fer.l.j. †Item quando citatur vt com
pareat coram iudice, qui est suus inimicus.extra de lit.
contesta.c.accedens.ff.de libe.lega.l.si pater.C.de iudi.l.
46 apertissimi. †Item si citatus est in carcere vel vinculis:
ita quod non potest venire:vt.ff.ex quib.cau.maio.l.suc-
47 currit.&.l.sequen. †Item generaliter vbicunq; quis
habet iustam causam excusationis comparēdi & iustum
impedimentum, satis excusatur.ff.ex quib.cau.maio.l.j.
&.l.si conuenerit.&.l.sequen.&.l.item ei.&.l.si ab hosti-
bus.&.l.sed si per prætorem.&.ff.de admini.tut.l.scire.§.
sufficit.cum simi.debet tamen mittere excusatorem si nō
potest ire ad se excusandum: aliàs non est excusatus:vt
extra de re iudi.c.cùm Bertoldus.vbi de hoc.& facere fi-
dem de impedimento iudici.Nā ei facienda est fides &c.
48 †Et not.quod febricula non excusat.ff.de ædil.edict.l.
49 j.§.proinde.&.l.ob quæ vitia. †Item leue impedimen-
tum non excusat & modicum.quia de minimis non est
curandum.ff.de ven.inspi.l.j.&.ff.de re iudi.l.quæsitum.
50 §.potest.ff.si quis cau.l.ij.§.tempore. †Item not.quod
iudex debet committere nuncio: vt citet accusatum vel
inquisitum,vt dictum est.C.de exhib.reis.l.neminem.&
d ista talis commissio[d] vel citatio nūcij debet scribi in actis:
aliàs non valeret:vt.d.l.neminem.& extra de probatio.c.
quoniam contra falsam.nec posset de iure procedi con-
tra accusatum:nisi constaret de commissione & relatione
in actis:vt.d.c.quoniam contra falsam.quia non videtur
contumax, si non est legitime citatus.quia non refert
vtrum quid non fiat,an minus legitimè fiat.ff.de authen.
51 præstand.l.nulla. †Item citatio est de substantialibus
indicijs:vt probatur de accusa.l.prima.& omnia substan-
tialia sunt legitimè seruanda & fienda aliter non valent:
vt.d.cap.quoniam contra falsam.argumen.C.in quibus
causis in integrum restitutio.non est necess.l.si tutor.cum
similibus.

cxxxv.& ibi quid operetur citatio extra territorium:quando plu
res prouinciæ sunt sub eodem principe.

c ¶Comparere. Adde tu & intellige hoc verum,nisi in citatione es-
set incerta causa,propter quam deberet comparere:& esset ex il-
lis quæ possent tractari die feriata:quia tunc si non comparet die
feriata est contumax.ita glo.& ibi doc.in.l.ij.ff.si quis in ius voca.
& dicit Alex.in consi.cj.col.ij.in.v.volu.

d ¶Commissio. Adde quòd licet appareat de citatione & nuncij re-
latione:tamen non præsumitur facta commissio: si de ea non ap-
paret.Ita dicit Anto.de butr.in c.j.de iud.& videtur sentire Bart.
in l.j.§.qui æs.ff.de offic.præfect.vrb.& dicit communiter hoc te-
neri do.Fran.Aret.in consi.xxxiij.in iij.col.versi.iiij.præmitto.&
an talis commissio præsumatur.vide plene in addi.Ange.in tract.
malefi.in versi.qui Iudex commit.Caio.col.iij.

De comparitione accusati cum forma confessionis, promissionis, satisfact.& termini.

52 *Citatus comparens quid facere debeat.*
53 *Citatus comparens ad iuris banchum,si iudex abest,quid faciat.*
54 *Iudex si assignauit dilationem ad comparendum: & hoc ad instantiam accu-
santis:an ea elapsa audietur?*
55 *Iudex si ex causa dilationem nouam concedere possit ea finita quando proro-
gabit.*
56 *Iudex si assignauit terminum accusatori ad probandum,& reo ad se defenden
dum:illis elapsis an positiones poterunt fieri in causa per accusatorem uel
accusatum?*
57 *Accusatori àreo quot dilationes dantur & quando.*
58 *Reus uel accusatus siue inquisitus quando sit detinendus in carcere & non re
laxandus fideiussoribus.& quid faciet iudex.*
59 *Constituti rei forma,siue confiteatur,siue neget:& quid post constitutum fa
ciet iudex.*
60 *Satisdationis forma quæ sit pro reo.*
61 *Stipulatione magistratus in officio præsidentis & notarij:an requiratur com
munis actio,cuius nomine stipulati sunt.*
62 *Reus,qui promisit se præsentare coram iudice sub pœna &c.si se non præsen
tauerit quid faciet iudex?*
63 *Reus an cogi possit cauere de parendo iudici & soluendo condemnationem?*
64 *Fideiubente aliquo pro reo de soluendo cõdemnationem:si reum ducat in for
tiam communis:an poterit cogi soluere ille fideiussor?*
65 *Fideiussoribus pro aliquo promittentibus de præsentando eum toties quoties
fuerit requisitus:quomodo contra eos proceditur.*
66 *Præsentare se aliquis promisit:& fideiussorem dedit:postea in banno pro alio
maleficio est positus:si exigatur à fideiussore quod præsentet reum:quid fiet?*
67 *Fideiussor ut supra,si uult defendere reum pro quo fideiussit:an audietur?*
68 *Fideiussor ut supra,usque ad quod tempus tenetur extrahere reum:& an pœ
na possit pluries committi?*
69 *Satisdationis forma quæ sit pro reo.*
70 *Fideiussit quidam pro delinquente,de soluendo omnem cõdemnationem &c.
commisit aliud delictum, propter quod sunt confiscata omnia illius bona &
in c.libris est condemnatus:an fideiussor ad ista.c.tenetur?*
71 *Fiscus siue commune an habeat omnia bona delinquentis obligata saluo iure
creditorum?*
72 *Delinquens si sit in casu in quo posset torqueri:& cum confiteatur sponte,
an possit incarcerari siue dederit fideiussores soluendi condemnationem si-
ue non.*
73 *Citato non ueniente an describantur bona:& quid fiat.*
74 *Citatus non comparens:an de consuetudine Italiæ ponatur in banno etiam ad
mortem:& an ualeat de iure talis sententia:& quid in delictis leuioribus.*
75 *Accusato contumace existente quid sit faciendum:latè dicitur hic.*
76 *Testes in omni casu,si reus non comparet,an sint examinandi?*
77 *Accusatus non ualens comparere:an debeat mittere excusatorem?*
78 *Citatus est quis diuersimodè & pluries ex diuersis delictis & non apparet:an
pluries posit exbanniri?*
79 *Citatur quis ratione maleficij:uult se defendere per suos familiares:an possit?
& iudex habet ueritatem inquirere omnibus modis quibus potest.*

ADNOTATIO. a ¶§.prætor.Vide Bartol.ibi & docto.& Alexan.in consil.ij.in.iij.volu.& ibi de forma relationis nunci.& per Gandi.in consi.cxiij.& ibi de qua domo intelligatur,quando sit ad domum, vbi quod intelligitur de domo præsentis habitationis.

b ¶Extra suum territorium. Adde tu & vide quando iudex, in cuius territorio est factum delictum,possit extra territorium citare. per Fran.Aret.in consil.lviij.& an citatio facta de reo extra territorium valeat: vt procedatur contra eum per eundem in consilio

52 Vidimus suprà proxi.de citatione. Modo sequitur videre de comparitione. †Sciendum est quod citatus non debet iudicem contenere:quod si fecerit,potest puniri.ff.si quis ius di.nō obtem.l.j.nisi esset certus iudicem non esse suum.Nam tuc venire non tenetur:vt.ff.de iurisdi.om.iudi.l.fi.ff.si quis in ius vo.nō ie.l.j.& ibi no.Sed debet corā iudice ad termi-
num assi-

num assignatum comparere,& se repręsentare hora con-
grua,in loco congruo,vbi ius redditur:vt ff.de iustitia &
iur.l.penul.de iudi.l.si locum.& faciat scribi in actis sicut
se præsentauit die tali coram iudice pro tribunali sedente
super palatio communis ad ius reddendum pro se defen-
dendo à tali accusatione vel inquisitione &c.& nō debet
post præsentationem discedere sine licētia: vt C.de decu.
l.decurio.de qua licentia recedendi debet apparere per
scripturam in actis:alioquin videtur contumax, & posset
contra eum procedi sicut contra contumacem: quia non
videtur venisse,qui non stetit.ff.de rei vend.l.si is qui se li
ti.in fin.ff.ex quib.cau.in poss.eatur.l.ij.cum simil. & arg.
extra de iud.c.j. Item quia nō creditur iudici, nisi qua-
tenus constat ex actis:vt extrà de prob.c.quoniam cōtra
falsam. Item vtile esset,quòd hora præsentationis scri-
beretur:vt appareat,si compareat, licet dies tota cedat ci-
tato,nisi de hora exprimatur, qua debeat comparere.arg.
extrà de dolo & contu.c.cum dilect.in fi.de procur.c.au-
ditis. Item contra non venientes ius malè pręsumit, &
contra ipsos malè præsumitur.extrà de præsumpt.c.nul-
lus.de rescrip.c.ex timore.de testib.consti. Ipse autem
reus quando comparet consideret,si potest iudicis iurisdi
ctionem declinare,& declinatorias exceptiones fori si po
test primò proponat & ante litem contest. vt C.de excep.
l.j.Nam illæ debent ab initio proponi. Potest etiā op-
ponere contra personam accusantis, si non est competēs
& ante & post litem contest.C.de procur.l.licet. extra de
accu.c.j. Nam multa contra personam accusantis pos-
sunt opponi:vt not.ŝ.de personis,quæ accu.non possunt.
per totum. Et videtur quòd iste exceptiones debeant
probari intra octo dies computādos à die quo opponun-
tur.extrà de excep.c.pia.lib.vj.vel intra tempus adsigna-
tum per iudicem secundum l.except.C.de proba.nam si-
cut in ciuilibus opponuntur excep.ita in criminalibus:vt
53 ff.de adulter.l.si maritus.§.præscript. †Sed quid si cita-
tus comparuit ad banchum iuris pro se defendēdo,& iu-
dex abest. Respon.faciat scribi per notarium qualiter
comparet paratus se præsentare coram iudice:& stet ibi,
si fuerit de mane vsque ad horam tertiarum, si post nonas
vsque ad vesperas:nam tunc excusatus est: quia per eum
non stat:vt ff.de condi.& demon.l.iure ciuili. sed stat per
prætorem:vt ff.de diuer.& temp.præscript.l.j.cum simili.
54 †Sed quid si iudex adsignauit dilationem ad compa-
rendum ad instantiam accusa.an ea elapsa audietur? Re-
55 spond.non:vt C.qui acc.non poss.l.si ea quæ. †Sed de
de nouo potest iudex ex causa aliam dilationem dare seu
concedere.ff.de re iud.l.iiij.in prin.sed si elapsa est, nō po
terit iudex prorogare:quia quod nō est,prorogari nō po-
test.arg.extra de desponsi.impub.c.ad dissolutionem.sed
de nouo potest concedere:vt dictum est. Si autem non
est lapsum tempus,tunc bene potest iudex prorogare.ff.
de iud.l.ij.§.si iudex.extra de offic.deleg.c.de causis. quia
iudex quandoque prorogat, quandoque arctat pro suo
arbitrio,causa tamen legitima interueniente.ff.de iudi.l.
nonnunquam.de re iudic.l.qui pro tribunali.extra de ap-
56 pella.cum simil. †Sed pone,quod iudex adsignauit ter
minum primo accusatori ad probandum suam accusam
intra octo dies vel quinque:prout ei videbitur, quod fa-
cere debet, & postea eo elapso adsignat reo ad suam de-
fensionem faciendam:vt C.de probatio.l.exceptio. extra
de probatio.c.licet. & in authen.de fide instru.§.oportet.
a nunquid elapso termino poterunt fieri positiones[a] in cau-
sa per accusatorem vel accusatum? Respond. si adsigna-
tus fuerit terminus ad omnem probationem faciendam
& omnem defensionem faciendam, tunc non possit pro-
pter verbum ad omnem quod quidem est vniuersale &c.
comprehendit enim omne genus probationis.argumen.
optimum ad hoc C.de non nume.pec.l.in contractibus.
C.qui acc.non poss.l.si ea.extra qui filij sint leg.c.lator. &
C.de inge.& man.l.diffamari. Et positiones sunt de gene
re probationum:vt j.de prob.dicetur. Si autem non di
catur ad omnem suam probationem vel defensionē, sed
solùm ad suam defensionem, vel ad suam probationem,
tunc bene possit vsque ad conclusionem iudicij.argu.ex-
57 tra de fide instr.c.cum Io.in fi. †Item no.quòd accusa-
tori dantur duæ dilationes, reo autem tres, & si habent
iustum impedimentum dabitur alia dilatio.Nam pro sin-
gulis causis & impedimentis danda est dilatio: vt ff.de fe
58 riis.l.fina. †Item not.quod quando reus vel accusatus
vel inquisitus,si quid ex tali delicto proceditur contra eū
ex quo subsequenda est pœna corporalis, & tunc debet
poni in carcere custodiendus,& non debet relaxari, etiā
b si idoneos vellet dare fideiussores[b]: aliàs debet relaxari,
id est datis fideiussoribus idoneis de præsentando eum,
de soluendo omnem condemnationem, quæ de ipso fie-
ret occasione dicti maleficij, de quo est accusatus vel in-
quisitus:vt ff.de custo.reo.l.j.vbi de hoc not.& l. Diuus.
& l.si confessus. Item debet iudex facere eum corpo-
raliter iurare dicere veritatem de omnibus de quibus fue
rit interrogatus, & facere quòd notarius ad hoc deputa-
tus legat vulgariter,si sit persona illiterata totam causam
vel inquisitionem, & debet ipsum examinare diligenter,
si commisit delictum in accusatione vel inquisitione con
tentum,& si dixerit sic:debet notarius scribere id quod di
xit:prout infra,videlicet:

59 **Constitutus** †Coram domino B.iudice maleficiorum communis Mantuæ sedente pro tribunali in palatio dicti communis ad banchū maleficiorum pro iure reddendo Mar. iuratus dicere veritatem de omnibus,quibus interrogabitur vel interrogatur, & examinatus per dictum dominum iudicem super contentis in dicta accusatione vel inquisitione eidem lecta & vulgarizata per me notarium &c.diligenter respōdendo dixit,& confessus fuit omnia & singula vera esse & fuisse, quæ in dicta accusatione vel inquisitione per ordinem continentur,& se commisisse & perpetrasse malefficium in dicta accusatione contentum. Si autem negauerit dico sic,videlicet, Constitutus &c. respondendo dictæ accusationi vel inquisitioni negauit,& negat se esse culpabilem de prædictis, de quibus accusatus fuit vel inquisitus. Sed quidam simplices notarij scribūt sic.videlicet: quia negat omnia & singula vera esse & fuisse, quæ in dicta accusatione vel inquisitione continentur: malè faciunt pluribus rationibus.quod dic vt not.j.de accusatio.§.item not.quod notarius non debet scribere &c.

Et his peractis debet iudex, si est tale crimen, ex quo imponenda sit pœna corporalis, facere poni in carcerem custodiendum:vt ff.de pœnis.l.aut damna.§.solent.aliàs debet eum relaxare datis fideiussoribus idoneis: vt dictū est supra. Quæ satisdatio debet sic scribi.

60 **Constitutus** †Talis coram tali iudice malefic. pro tribunali sedente ad bāchum iuris in palatio communis ad ius reddēdum,& coram me notario promisit dicto domino iudici, & mihi notario stipulanti & recipienti pro dicto communi Mantuæ,& pro dicto domino potestate sub tali pœna parere & obedire mandatis eius, & se præsentare ad dictum banchum coram dicto domino iudice personaliter, & toties quoties fuerit requisitus personaliter, vel ad domum suæ solitæ habitationis,& si non venerit toties in dictam pœnā incidat:promittēs mihi notario antedicto etiam soluere omnem condemnationem,quæ de ipso fieret occasione dicti maleficij perpetrati in personam talis, vel maleficij in dicta causa vel inquisitione contenti:obligādo se & omnia bona sua presentia & futura, pro dictis omnibus & singulis attendendis & obseruandis,renuncians omni iuri sibi cōpetenti & exceptioni non factæ promissionis:& omni legum & statutorum auxilio &c. Pro quo tali accusato vel inquisito Ioā.& And.& quilibet ipsorum insolidū fideiussores in omnem casum & euentum promiserūt mihi notario infrascripto stipulanti & recipienti pro dicto communi sub tali pœna se facturos & curaturos,quod dictus talis accusatus vel inquisitus attendet & obseruabit cum effectu omnia & singula suprascripta & quod soluēt

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnem condemnationem, quæ de dicto tali fieret occasione dicti maleficij. Alioquin ipsi & ipsorum vterque attẽdent & obseruabunt pro se & de suo, se & omnia sua bona pro prædictis omnibus & singulis attendendis & obseruandis, obligantes & renunciantes epistolæ diui Adriani.& de fideiuss.& de duob.reis.& omni alij legum statutorumque auxilio &c.Cui accusato vel inquisito ibi præsenti, dictus dominus iudex sedens pro tribunali ad dictum bãchum statuit, & assignauit terminum quinque dierum ad omnem probationem seu defensionem fiendã
61 super prædictis. †Et not.quòd ex stipulatione iudicis, id est magistratus in officio præsidentis acquiritur actio & ius commune,pro quo & cuius nomine stipulatur. Et idem in notarijs:vt ff.de mag.conue.l.j.ff.rem pup.sal.fo-
62 re.l.ij.§.j.de adopt.l.nam & ita.cum simil. †Sed quid si reus promisit de se præsentando coram iudice:vt supra dictum est,& se non præsentat, sed est contumax. Resp. debet condemnari ad pœnam promissam, & si pœna nõ est promissa citabitur vt compareat coram dicto domino iudice sub certa pœna intra talem terminum, & si non comparuerit eum condemnabit:vt ff.si quis ius dicẽ. non obtem.l.j.& si sæpius fuerit requisitus, & non comparuerit,poterit exbanniri & relegari de iure.ff.de pœn.l.absentem.§.aduersus.l.capitalium.§.j.ff.an per alium causa ap-
63 l.j. †Sed nunquid potest reus compelli inuitus de parendo iudici,& de soluendo condemnationem. Resp. non:vt ff.de pœn.l.fin.vnde carcerabitur quousque fuerit absolutus,& si fuerit condemnatus,detinebitur carceratus,& custodietur quousque condemnatus soluerit,cum sit debitor fisci.C.de custo.reo.l.si consensus. & l.Diuus.
64 & C.e.l.fi.ff.de pœnis.l.aut damna.§.solent. †Sed quid si aliquis fideiussit pro aliquo,qui commisit delictum ali-
d quod de soluendo ipsam condemnationem,& duxit malefactorem in fortiam communis.An ille fideiussor possit detineri & compelli soluere condemnationem. Resp.dicunt quidam doct.quod non.arg.ff.de transact.l.fi.C.loc.
l.si cum Hermes.cum & poterit per modum excipere, q̃ non tenetur ad solutionem, postquam principalis est in
65 fortia communis, per iura prædicta. †Sed quæro,qualiter procedetur contra fideiussores,qui fideiusserunt pro
e accusato vel inquisito, & qui promiserunt eum repræsentare toties quoties fuerit requisitus. Resp.aut promisse runt sub certa pœna,& tunc ad illam pœnam tenebũtur: vt ff.si quis cau.l.ij.de extraord.crimi.l.si quis reum. Si autem promiserunt simpliciter non adiecta certa pœna, tunc tenẽtur ad interesse communis, vel iudex præcipiet sub certa pœna,vt illum exhibeant & repræsentent,quod si non fecerint mulctabuntur.ff.si quis ius dicẽ.non obtẽ.
l.j.& d.l.si quis reum. & ista talis pœna pecuniaria fisco seu communi applicabitur:vt C.de modo mul.l.fi. Sed si dolosè fecerit accusans,quòd exhiberi non poterat, pu
66 nitur accusans.ff.de extraord.crimi.l.si quis reum.cum si. †Sed pone quod aliquis promisit se præsentare, & dedit fideiussorem,post hæc positus in banno pro alio nouo maleficio: præcepit ei iudex, quo ad certum terminum, quòd istum talem pro quo fideiusserat & promiserat, exhibere exhibeat,iste dicit & allegat,quod nõ potest: quia est bannitus,quæritur quid iuris. Resp.aut fuit præceptum antequam fuerit bannitus de nouo,vt illum repræsentaret,& tunc si non facit,punitur: vt ff.qui satisd.cog.
l.si decesserit.secus si post bannum: vt ff.si quis caut.l.sed
67 & si quis.§.rei capitalis.cum si. †Sed quid si iste fideiusd sor vult defendere reum pro quo fideiussit:nunquid audietur. Resp.si est tale delictum,quod exinde possit & debeat sequi pœna corporalis vel vltra relegationem, & tunc non possit,etiam si velit,satisdare de soluendo omnẽ condemnationem &c.vt ff.de publ.iud.l.pe.§.ad crimen.
68 aliàs sic: vt ff.de procu.l.seruum quoque.§.publ. †Sed quæro vsque ad quod tempus tenetur fideiussor exhibere. Respõ.aut promisit exhibere ad certum terminum, & tũc ad terminum promissum debet exhibere, aut promisit exhibere ad terminum,quẽ iudex ordinabit, & ordinat,& assistit,& tunc debet ad illum terminum exhibere:vt C.de fideiusso.l.sane.cum simil.vnde vtile est quod notarius & officialis curiæ stipuletur à fideiussore quod exhibebit,& præsentabit reum accusatum, vel inquisitũ sub certa pœna ad terminum, quem iudex ei adsignabit, & toties quoties adsignabit, & toties incidet in pœnam, si non attenderet,quòd promisit, vel non exhiberet reum accusatum, vel inquisitum prædictum &c. Nam pœna potest semel & pluries committi & exigi, si dicatur. ff.de arbitr.l.si duo.in fin.de transactionibus.l.qui fidem. C.de pactis.l.cùm proponas.cum similib.vnde satisdatio debet sic formari.

69 **Constitutus** † M.accusatus vel inquisitus coram tali iudice pro tribunali sedẽte in palatio dicti communis,promisit dicto iudici & mihi notario stipulanti & recipiẽti pro dicto communi,stare parere & obedire mandatis eius,& se præsentare personaliter coram dicto domino iudice ad dictum banchum maleficiorum ad terminum arbitrio iudicis adsignandum sub pœna cẽtum libr.& toties & quoties fuerit requisitus ex parte dicti iudicis per aliquem nuncium dicti communis personaliter, vel ad domum suæ habitationis, & soluere omnem condemnationem, quæ de ipso fieret occasione dicti maleficij,& toties incidat in pœnam, quoties non compareat, vel non obseruaret omnia singula suprascripta,& toties exigi possit pœna cum effectu omnibus & singulis suprascriptis semper durantibus in sui firmitate,obligando pro prædictis omnibus & singulis attẽdendis & obseruãdis omnia sua bona presentia & futura &c. pro quo fideiusserunt &c. Et eodem modo & forma promittant fideiussores,& se obligent, & omnia sua bona,vt suprà dictum est. Renunciãtes epistolæ diui Adriani,& de fideiuss.& de duo.reis &c.& omni legum & sta-
70 tutorum auxilio &c. †Sed quid quidam pro maleficio commisso dedit fideiussores de soluendo omnem condẽnationem:vt suprà dictum est: contingit quòd iste commisit aliud maleficium, per quod omnia bona istius sunt publicata, & insuper est condemnatus in centum libris pro alio delicto,nunquid fideiussores tenentur ad ista cẽtum soluenda. Respon.dicunt quidam quod sic: vt C. de fideiuss.l.nam aliter.ff.de iur.fisci.l.in fraudem.§.pri.C. de senten.pass.l.iij. Sed alij dicunt contra:quia confusa est actio per publicationem bonorum:quia fiscus in omni causa succedit illi condemnato.ff.pro socio.l.actio.§.publica. facit ff.de fideiusso.l. si debitor.& l.numerarius.§.
71 l.cum simi.quod versus videtur. †Item no.quod fiscus siue commune habet omnia bona delinquentis obligata & hypothecata ratione delicti, saluo tamen iure creditorum.C.de priui.fisci.l.j.cum simi.& ibi not. †Item not.
72 quòd si iste accusatus vel inquisitus esset in casu quo posset torqueri,& non sponte confitetur, quod iudex potest facere ipsum poni in carcerem, vt ipsum habeat quando voluerit. per l.ij.C.de custo.reo.l.ij.& idem est si non dat fideiussorem de soluendo condemnationem:vt d.l.ij.cum
73 simi. †Item not.quòd si citatus non comparet,sed contumax est,bona eius debent describi,& annotari: vt ff.de pœnis.l.absentem.& expectari vsque ad annum.ff.de requir.reis.l.annus.& si decesserit intra annum bona occupantur à fisco & dantur hæredibus ipsius accusati vel inquisiti & citati:vt ff.de requi.reis.l.præsides.§.sed Pomp.

Si autem non venerit intra annum,bona occupantur à fisco,siue communi.ff.de requi.reis.l.si.& d.l.annus.cũ si.
74 †Sed de consuetudine Italiæ,si citatus non comparet, ponitur in banno,& condemnatur etiam ad mortem, vel ad membri abscissionem:quia eorum absentia haberetur pro præsentia & confess.& plena probatione, licet de iure non valet talis sententia.ff.de pœn.l.absentem. Sed in alijs delictis leuioribus videtur contra cõtumacem,q̃ bene possit procedi ad condemnationem,dummodo sæpius
75 requiratur:vt d.l.absentem.§.aduersus. †Vnde ad notitiam huius materiæ distingue. Aut accusatus est contumax ante lit.contesta.aut post.Si quidem ante, secũdum leges

leges ómnes omnia eius bona annotantur & describuntur.C.de bonis proscri.l.si quis.de excu.l.absentem. Et si intra annum venerit,& iuri paruerit præstita fideiussione de repræsentando & stando iuri,& de præsentando & de soluendo bona recuperat,& super crimine, super quo accusatus est,auditur. Si verò post annum comparuerit, bona confiscantur,& si satisdet de parendo iuri, bona per hoc non recuperat, sed auditur defensio sua super crimine.ff.de requir.reis.l.j.§.præsides.& §.fi.C.e.l.quicunque. & d.l.qui de crimine.C.de accus.l.absentem.C.de pœn.l.
nec diu. Si autem est lis contestata,& postea se absentet,similiter nunquam fertur sententia in absentem in maioribus delictis, in quibus imponatur pœna mortis, vel alia vltra relegationem: vt ff.de pœnis.l.absentem. Imo quandocunque rediens auditur:vt ff.de requi.l.annus.cũ simi. Sed in alijs leuioribus delictis,quæ continent pœnam relegationis vel infamiæ vel infra relegationem: vt in pecuniarijs: tunc bene proceditur contra absentem:vt ff.de pœnis.l.absentem. & iij.q. ix.c. decernimus. vbi de hoc. Debet tamen accusatus, quando contra eum proceditur,nisi in casu C.de adul.l.quamuis.comparere.Sed de consuetudine communium obseruatur: vt dictum est
76 supra. †Sed consulo ego Bonifa.de Vitalinis de Mantua, Iudex compilator huius summæ, quod in omni casu iudex examinet testes, etiam si accusatus vel inquisitus, sit absens, & veritatem inquirat, & rectam faciat sententiam, & sic non peccat.facit extra de dolo & contu.c. necessitatis.& extra vt lit.non conte.c.quoniam frequenter.§.sunt & alij.extrà de accusa.c.qualiter.§.debet.C. de
77 eden.l.ij.de iudi.l.ij.cum simi. †Item no.quòd si accusatus non potest commodè comparere ob aliquam iustam causam,ipse debet mittere excusatorem,qui excuset eum coram iudice:vt ſ.not.tit.proxi. Nam multæ sunt causæ propter quas excusatur:vt not.ſ.titu.proxi.per totum. & maximè in §.Item not.quod citatus multis modis ex-
78 cusatur &c. † Sed pone qd' ex diuersis delictis est quis diuersimodè citatus & pluries:ipse non comparet,sed est contumax:nunquid pluries exbanniri potest. Respõ. videtur quod infamatus non potest amplius infamari.C. vt intra cer.temp.crimi.quæstio.termi.l.ij.ff. de infa.l.iiij. §.ait prætor.ff.si quis cau.l.si actio.& l.seq. Sed dic contra.Nam excommunicatus poterit iterum excommuni-
c cari^c.extra de Iudæ.c.inter quorundam.de senten.excõmu.cùm pro causa.& c.cùm pro causa. & c.officij. Alioquin de maleficio pœnam non reportabit. quod esse non debet.ff.de interd.& releg.l.relegatorum.§.fi. de neg.ge-
79 stis.l.siue hæreditaria.cum simi. †Sed quid, si quis citatur occasione maleficij,vult se defendere per suos familiares & excusare: nunquid potest? Respon.aut maleficium dicitur fuisse commissum in domo istius, & tunc si non potest probari per alios defensio, quàm per familiares,quòd tunc audiatur.arg.C.de repud.l.consensu.§.super plagis.C.de quæstioni.l.interrogati.ff.ad Sillania.l. si quis in graui.§.si pupillus.& §.seq.& arg.extrà de testib. c.veniens.vbi de hoc: aliàs regulariter secus est: vt C.de testib.l.ij.ff.e.l.pe.cum si. Nam iudex veritatem habet inquirere omnibus modis,quibus potest. vt C.de eden.l. is apud quem.de iud.l.iudi.vt rectam possint ferre sententiam:vt insti.de act.§.curare.

ADNOTATIO. a ¶Positiones.Quando possint fieri probationes post terminum.vide tu plenè per Sali.in c.licet.de prob.

b ¶Fideiussores.Adde tu & intellige hoc non solum procedere, quãdo pœna principaliter esset corporalis,sed etiam secundario in defectum pecuniariæ:vt per Bar.in d.l.j.de custo.reo.& intellige hoc non procedere:quando in loco esset consuetudo,q̃ quis relaxaretur,etiam vbi imponeretur pœna corporalis:vt per Ro.sing.suo cx. incipit,tu scis, & adde q̃ etiã vbi venit imponenda pœna pecuniaria,quis non est fideiussoribus relaxãdus, quãdo talis aufugit aliàs de carcere.ita Ro.in l.lege Corne.ff.ad Sillan.Hic etiam relaxatur, quando confitetur crimen,ita Bal.in l.nullus.C.de exhib.reis.Hic relaxatur,quando voluit à princ.carcerari,& quando fertur sentẽtia contra eum,vellet dare fideiussores.ita Ange.& in d.l.nullus.& ibi cum omnino vide.

c ¶Toties quoties.de hoc quomodo intelligatur ista cautio,vide per doct.in l.si finita.ff.de dam.infect.& per Ro.in consi.suo xiij.

d ¶Defendere reum. Adde tu de hac quæstione & in similibus terminis:dic vt per Gand.in tract.malefi.excõmu.quid agendum sit reo præsente.col.iij.ver.sed quæro pone.

e ¶Excommunicari. Adde istam esse communem opi.vt per doct.in locis alleg.& vide de hoc per Nellum plenè in tract.banni.in j.parte primi temp.q.iij.

De probatione,& quot sunt genera probationum. Rubrica.

SVMMARIVM.

2 *Probatio quid sit,& unde dicatur.*
3 *Probationis primum genus quod sit.*
4 *Probationis secundum genus quod sit.*
5 *Probationis tertium genus quod sit.*
6 *Probationis quartum genus quod sit.*
7 *Probationis quintum genus quod sit.*
8 *Probatio sextum genus quod sit.*
9 *Probatio etiam fit per famam & alijs indicijs.*
10 *Item per libros antiquos & scripturas antiquas etiam incisas lapidibus.*
11 *Item per librum census.*
12 *Item per literas authenticas sigillatas sigillo authentico personarum hic enumeratarum, & quando credatur literis priuatis & Officiali in suo officio.*
13 *Probatio fit per indicia indubitata.*
15 *Item per communem opinionem hominum alicuius loci uel maioris partis, uel alterius conuicinie,& quæ dicatur communis opinio.*
14 *Probatio plena & semiplena,per quos testes fiat.*
15 *Probatio fit per comparationem literarum.*
16 *Item per scripturam domesticam.*
17 *Item per fugam alicuius contra quem proceditur,& maximè officialis.*
18 *Semiplenam probationẽ per unum testem fieri quomodo intelligatur,& quãdo uni testi credatur.*
19 *Dilatio an primo de iure tenetur actori ad probandum, deinde elapso reo ad se defendendum uel probationem faciendam,& quæ faciãt iudices ignari.*
20 *Reo in quibus casibus prius detur probatio quàm actori.*
21 *Maleficio probato per duos uel tres testes,licet malefactor nolit confiteri,etiã cum tormentis, an poterit puniri.*
22 *Maleficium an per duos testes probetur,uel tres requirantur.*
23 *Maleficio probato per duos uel plures testes,an reus torqueri possit.*
24 *Teste dicente quòd firmiter credit illud quod dicit,& inducit rationes uerisimiles & præsumptiones,an tale dictum sit sufficiẽs ad talẽ præsumptionẽ.*
25 *Accusatio de furto continens annum,mensem,locum furti, & res furto subtractas,si etiam contineat quòd sit homicida plagiarius,an super tali accusatione examinabuntur testes de homicidio & plagio.*
26 *Accusaui te furto mihi facto tali anno mense &c.& processum est super ea, an si uelim probare quod tu es assuetus furari audiendus sim.*
27 *Accusatio an debeat fieri secundum formam accusæ.*

BOnum & vtile est vt videamus quid sit probatio: & quot sunt genera probationum, siue probandi. †Et
1 quidem probatio est alicuius rei dubiæ, per testes,vel instrumenta, vel indicia, vel præsumptiones ostensio. Et dicitur probatio à probè aduerbio: nã probè facit,qui probat,quod intendit: quia pœnam calũniantis euitat. Et not. quòd multa sunt genera proba-
2 tionum. † Primum genus est probandi per testes fide dignos & omni exceptione maiores,qui à testimonio nõ repellantur:vt extrà de testi.c.j.& ij.& c.ex literis.& c.cũ clamor.ff.eo.l.scio.& l.ob carmen.& l.pe. & multis alijs.

Qui autem à testimonio repellantur.not.j.de testibus.
3 †Secundum est per instrumenta: vt extra de fide instr.
4 c.j.& ij.& c.imputari.& in pluribus alijs. †Tertiũ genus probandi est,per confessionem spõte factam,vel per positiones si confitentur, etiam in criminali iudicio.ff.de confess.l.j.& l.confessos.de quæstioníb.l.j.§.fi quis vltra.
5 †Quartum est per euidentiam facti.extra de accusa.c. euidentia.sicut est in notorijs: vt not.plenè j.de notorijs. extra de cohab.cler.& mulier.c.nostra.ij.q.j. de manifest.
6 vbi de hoc not. †Quintum per præsumptionem violentam:vt extra de præsumpt.c.afferte.vt est etiam videre in illo,qui corupit testes aduersarij sui:vnde præsumitur contra eum,qui iniquam causam foueat: vt extra de testib.c.intimauit.& c.peruenit.arg.C.de postul.l.prouí-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendum. Item est in eo,qui est inuentus in loco secreto solus cùm sola,vel in lecto nudus cum nuda. Nã præsumptio est qd simul fuerint fornicati.extrà de præsum. c.literis.& idem in similibus est dicẽdum.facit C.de adul.
7 l.si quis. † Item sexto modo per iuramentum delatum
à parte alteri parti,extrà de iureiuran.c.j.& ij.vel à iudice.
8 C.de iureiur.l.in bonæ fidei.extra eo.c.fi. †Item per fa-
a mam cum aliis indicijs violentis.intellige vt extra de
præsump.c.illud.& ibi not.& de adult.c.significasti.& ff.
9 de test.l.iij.§.eiusdem. †Item fit probatio per libros an-
b tiquos & scripturas antiquas, etiam factas in lapidibus.
extra de prob.c.cùm causam.vbi de hoc not.ff.de alb.scri
10 ben.l.j. †Item fit per librum censualem,in quo requiri-
tur scriptura solus census vel tributi:vt ff.de proba.l.cen-
sus.C.de fid.instr.auth.ad hæc.extra de presump.c.ad eui
11 dentiam. †Item fit per literas authenticas quibus cre-
ditur sigillatas sigillo authentico.not.in d.c.post cessio-
nem.vbi est casus, quòd creditur literis ordinarij iudi-
cis &c.vt sigillo Episcopi:vt extra de proba.c.iij.vel sigil-
lo legati ecclesiæ Romanæ.extra de confir.vtili vel inuti.
c.cùm dilecta.vel sigillo cardinalis.extra de fide instru.c.
super hoc.vel sigillo abbatis.extrà de his quæ fiunt à pre-
la.sine consen.cap.c.noscitur.vel sigillo conuentus alicu-
ius monasterij vel collegij:vt extra de fide instr.c.cùm di-
lectus.C.de adult.quamuis. Item creditur approbatis
literis sigillatis sigillo principis:vt extra de fid.instru.c.cũ
dilectus.C.de adul.quamuis. Item sigillatis sigillo ciui
tatis:vt d.c.tertio loco.& c.significauit. Et prædicta vera
sunt si sigilla sunt not.Nam tunc tales literæ probant, &
eis est credendum propter autoritatem sigillorum.argu.
extra de fide instr.c.ij.de senten. excom.c.cùm medicina-
lis.cum simi. Item statur literis alterius priuatæ perso-
næ sigillatis sigillo suo contra se.vt de rebus alien.l.ij.de
prob.l.instrumenta. & l.rationes. Item creditur literis
officialis in suo officio:vt extra de tempo.ordin.c.nec. de
Epis.& cler.l.si qua per calumniam.extra de præsumpt.
c.cùm in iuuentute.de dolo & contu.c.veritas.sed non fa
cit plenam fidem in maleficijs.ff.de custo.reo.l. Diuus.cũ
12 simi. †Item sit probatio per indicia indubitata.extra de
hære.c.excommunicamus.C.de rei vend.l.indicia. Itẽ
13 †per communem opinionem hominum alicuius loci vel
maioris partis,vel alterius conuiciniæ. Et dicitur com
munis opi.cõmunis credulitas personarũ,& est quasi idẽ
14 quod fama,& ista probatur per auditum. † Et not.qd
plena probatio fit per duos testes fide dignos in omni ca
su,vbi certus numerus testium non exigitur.vt ff.de test.
15 l.vbi.sed semiplena per vnum testem:vt ibi. † Item per
comparationem literarum;vt in auth.de fide instr.§.si ve
16 ro minor.& §.seq.col.vj. †Item per scripturam dome-
sticam.C.de probatio.l.instrumenta.& l.omnes. Item
17 †per fugam alicuius contra quem proceditur,& maximè
alicuius officialis:vt in authẽ.de coll.§.sui hominis.& §.si
18 quis autem.colla.ix. †Et not.quod dixi, per vnum te-
stem fieri semiplenam probationem regulariter verũ est,
in casibus vbi non exigitur numerus testium, sed vbi exi
gitur certus numerus: vt in testamen.& similibus, tunc
tres vel quatuor faciunt semiplenam probationem. Fal
lit tamen in casibus vbi statur dicto vnius testis, ad plenã
probationem secundum quosdam. Vnus casus est in re-
uocatione mandati, vbi statur iuramento, scilicet testis &
producentis.extra de procura.c.ex insinuatione. Item
& in alio,quia statur dicto solius tabellionis,si dubitetur,
an instrumentum sit publicum vel priuatum, etiam si di-
xerit se fecisse.C.ad legem Corn.de fal.l. si quis decurio.
in auth.de instru.cautel.& fid.§.sed & si instrumenta.coll.
vj. Item statur iuramento solius creditoris in superfluo
precij rei venditæ pro debito:vt C.de iure dot.impe.l.fin.
§.si verò. Item statur dicto vnius testis quando testa-
g tor præcepit stari:vt ff.de dote prælega.l. Theopompus.
Item in alio casu:extra de senten. excommu.c.si verò.
ij.q.iiij.c.cùm itaque. Item in alio casu C.de rebus cre
dito.l.in bonæ fidei.extra de proba.c.sicut. Item in ba-
d ptismo & consecratione ecclesiæ.de consecra.dist.iiij.c.
cùm itaque.& c.per nullos. & c.solennitates. Item in
alio.C. quemadmodum testamen.aperiã.l.j.in fi. Item
in terminorum assignatione:vt ff.finium regund.l.eos.se-
cundum verum intellectum. Item in matrimonio cõ
trahendo dictum vnius impedit.extra de testib.c.super
eo.extra de sponsa.c.præterea.Iosi. Item in purgatione.
extra de purga.cano.c.dubium. Item in casu extra de
iureiurã.c.fin. Item creditur vni sacerdoti de pœniten-
tia alicuius.extra de simo.c.nemo.de pœniten.& remiss.
c.omnis. Item creditur viatori.ff.de reb.credit.l. magis
illud.versic.ne tamen. Item nuncio publ.extra de app.
c.comparati. Item creditur patri dicẽti inuitum filium
monachum factum:vt x.q.iij.cap.prius. Item creditur
vni reuelanti insidias factas principi:vt lxxiij.distinct.c.
si quis Papa.vj.q.j.c.quicunque.sed cõtrarium habes vij.
q.ij.c.fi tantum. & c.sequen. Item statur dicto vnius,
quando conuentum est inter partes.arg.C.de acqui.poss.
l.fi.& ff.de pa.l.j.& dicta l. Theopompus. Item in alio
casu ff.de re milita.l.desertorem.§.is qui apud. Item in
casu statur dicto vnius cũ iuramento.C.vnde vi.l.si quan
do. Item in alio circa fraudem aduersarij.extra de re iu
dic.c.cùm Bertoldus. Item in casu denunciationis: vt
extra de testib.c.in omni.de iudic.c.nouit.cum similibus.
19 †Item not.quod de iure debet primò dari dilatio acto-
ri vel accusatori vel denunciatori ad probandum de iure
suo,& postea dilatione elapsa debet accusato vel denun-
ciato dari ad defensam suam vel probationem fiendam:
vt probatur C.eo.l.excep.de exceptio.l.si quidem. Sed
hoc non obseruant ignari iudices & assessores: imo vtri-
que parti terminum adsignant ad probandum. Et quã-
doque primo reo vel accusato quàm accusatori, quod nõ
20 est de iuris ordine. † Fallit tamẽ in præiudicialibus quæ-
stionibus in quibus probat prius reus quàm actor vel ac-
cusator.extrà de ordi.cognitio.c.j.ff. de probationib.l.in
except.extra eo.c.in literis.cum simil. Item fallit in ca-
sibus in quibus vterque est actor & reus: vt in famil. er-
ciscun.communi diuid.& si.nam vterque tunc probatio-
nibus indiget.ff.de iudic.l.in tribus.extra eod.c.in literis.
cum similib. Item fallit in exceptione, quæ primò de-
ber probari à reo, cùm reus in hoc sit actor.ff.de except.l.
j.de probationi.l.in exceptio.extra eo.c.ex literis. Sed
21 †quid maleficium est probatum per duos testes, vel tres
de veritate malefactor non vult confiteri, nec tormentis,
nec sine dicto maleficium: nunquid potest puniri?
Respond.dicunt quidam quòd non, nisi ore proprio
confiteatur, iuxta illud ex ore tuo te iudico serue nequã:
vt C.de confess.l.j.ff.de cust.reo.l.si confessus. Sed dic
c contra, quòd possit puniri:vt C.de defen.ciui.l.defen.C.
de rapt.virg.l.j.ibi,post legitimas probationes &c.C.vbi
senat.vel clarissi.l.fina.ibi,tamen &c. quia in ore duorum
vel trium &c.extra de testamẽ.c.cùm esses. & c.relatum.
& quia duo plenè probant:vt ibi, facit optimè C.de act.
22 & obliga.l.negantes.de pœnis.l.qui absentiam. †Sunt
tamen qui dicunt, quòd in maleficijs sunt necessarij tres
testes,per l.sciant.C.de probationib.quia ibi dicit, quòd
probationes debent esse plenissimæ, & duo testes plenè
probant, non tamen plenissimè, vnde vt sint plenissimę
probationes requiruntur tres testes. Sed puto duos te-
stes sufficere vt dictum est:dummodo sint tales, qui non
23 repellantur à testimonio de iure. †Sed quid,probatum
est maleficium cõtra aliquem per duos testes aut plures,
& sic plena facta est probatio, vult iudex quòd iste con-
tra quem est probatum confiteatur, ipse non vult,nũquid
poterit ipsum subijcere tormentis propter hoc? Resp.
quod quidam dicunt quod non: quia tormentum conce-
ditur vbi semiplena probatio est facta:vt sciatur plenè per
confessionem,ergo vbi est plena probatio,non habet iu-
dex aliud facere quàm condemnare,& postea exequi: vt
in dicta l.defensores.C.de defenso.ciuit.& d.l. negantes.
de actio.& oblig.cum similib. Alij contra: quia si in se-
miplena probatione conceditur; vt quis possit torqueri,
multo

multomagis in plena:quia si licet quod magis est,ergo &
24 quod minus est:vt ff.de regul.iuris.l.non debet. † Sed
quid si testis reddit testimonium suum: & dicit,quòd fir-
miter credit illud quod dicit, & allegat rationes verisimi-
les, & inducit præsumptiones: vt quia dicit, quòd aliàs
commisit adulterium cum tali muliere,& hoc firmiter cre
dit:propterea quia vidit ipsos nudos in lecto, & audiuit
ipsos simul commisceri, licet non viderit aliter, vel dicit
Titium vulnerasse talem pluribus vulneribus, & credit
firmiter, quòd ex dictis vulneribus sit mortuus, non ta-
men vidit eum mori. Nunquid tale testimonium est suffi
ciens ad talem probationem? Resp. dicunt quidam quòd
sic.arg.extra de præsump.c.literis.de purga.cano.c.de te-
stifi.ff.de abig.l.j.§.generaliter.de vent.inspic.l.j.extra de
homi.c.ad audientiam.cum simil.vbi de ista materia pro-
25 bat not.& apparet in summa de prob. †Sed quid,accu-
sauit te de furto mihi facto de anno tali, de mense tali, &
in loco tali,& de talibus rebus, sed in dicta causa postea
dico & assero quòd tu es homicida,plagiarius,hæreticus,
adulter &c.Nunquid talis accusatio admittatur,& super
ipsa possit contra te probari. Respon.non, sed solũ pro
furto debeo admitti, & meæ probationes recipi. Ratio
est,quia tu es homicida plagiarius &c. non continentur,
nec annus,nec mensis &c.quod esse nõ debet:vt ff.de ac-
cu.l.libellorum.& extra de proba.c.quoniam contra fal-
sam.vnde nõ valet talis accusatio in ipsa parte,& sic pro-
bationes nõ sunt in illa parte admittendæ.d.l.libellorum.
arg.C.qui legi.perso.standi in iudi.non habent l. momen
26 taneæ.cum simi. † Sed quid,accuso te de furto mihi fa
cto anno tali, mense tali,de talibus rebus, & in tali loco
dum processum est super accusatione volo probare, qd
tu assuetus es furari,& es homo malæ famæ,nũquid pos-
sum & sum audiendus. Respon.sic videtur:quia per ta
lem probationem magis aggrauatur fama tua, & induci-
tur maior præsumptio contra te, super eo de quo accusa-
tus es.Nam qui semel malus &c. Item peccata nocen
tium nota esse expedit & oportet.ff.de iniurijs.l. eum qui
27 nocentem. †Item not.quod probatio debet fieri secun
dum formam accusæ, vel inquisitionis, vel denunciatio-
nis:vt dictum est: vt extra de accusationib.c.qualiter &
quando.lo ij.de simo.c.licet.quod esse non posset, licet
super coherentijs dependentibus & connexis bene ad-
mittatur probatio ad coadiuuandum processum: dum
modo non sint extranea, siue extra causam.argumen.C.
de tempo.appel.l.per hanc.extra de officio delega.c.pru-
dentiam.§.sexta.ibi,explorati quidem iuris.& extra de fi
de instru.c.cùm Io.& quòd sit nouum &c. extra de testi.
c.fraternitatis.C.qui legiti.perso.standi in iudic.non hab.
l.momentaneæ.cum similib.& argumen.C.de eden.l.fin.
vt suprà proxime not.

ADNOTATIO. a ¶Per famam. Quam probationem faciat
fama,adde tu quod habetur per Alexã.in consi.xix.col.ij.versicu.
subsequenter.in j.vol.& in consi.xxiij.col.j.versicu.ij.fortificatur.
in ij.volu.& consil.iiij.col.vij.in princ.& in consil.ccj.in col.penulti.
versicu.nec etiam.in eo.volumi.& in consi.lxvj.colũ.vlti.versicu.&
sic stat.in iiij.volumi.consil.xix.colum.penult.versicu.quæ singula.
& in consi.xxv.colum.ij.per Cepol.consil.xxxiij.col.iij.per Franc.
Are.in consi.xiij.col.vj.& ibi,an cum vno teste coniuncta fama in
criminalibus fiat plena probatio.cum consil.lxj.vbi quid in ciuili-
bus per Alex.in consi.cl.colum.penulti.circa med.in v.volu.& per
eundem in consi.j.col.xiij.quid plura.& in consil.lxxxix.in princ.
versi.præterea.in eo.vol.

b ¶Etiam factas in lapidibus. Adde tu & vide per d.Eranc.Curt.in
prælud.feud.col.iiij.

c ¶Stari. Adde tu & vide ad hoc plenè per Alexã.in consi.xlvij.col.ij.
versicu.sed præmissis,in j.volumi.& duplicatum.in ij. vol.consi.cij.
& adde quòd vni testi fide digno deponenti de actu plenè creditur.
gloss.est in l.Titio fundus.ff.de condi.& demon.per Bal.in c.cũ con-
tingat.extra de rescript.Cepol.consi.xl.in vij.col.in fi.

d ¶Baptismo. Adde Hiero.zanetinum in tracta.inter ius cauo.& ci
ui.in differentia.cxcix.Hiero.Chuca.

e ¶Sed dico contra. Adde Ioan. Andr.in c.cùm in contemplatione.
extra de regulis iur.& Angel.in l.si certus.ff.ad Sillanianum.& vi-
de Bal.in l.milites.C.de quæstionib.Cataldi.in suo tracta.de syndi.
q.cxxij.& q.ccix.

De testibus, & qui repelluntur à testimonio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium perhibere quilibet permittitur,qui non prohibetur.*
2 *Testes qui repellantur,& quomodo ratione inimicitiæ,litis,odij,& cohabitationis cum inimico.*
3 *Testis an repellatur ratione auaritiæ.*
4 *Conspiratores & similes,an repellantur à testimonio.*
5 *Parentes & liberi utriusque sexus,an repellantur à testimonio.*
6 *Ascendentes & descendentes in infinitum an repellantur, & quomodo parentes testificari possint pro liberis.*
7 *Frater pro fratre affinis pro affine,an admittantur in testes,& quando.*
8 *Frater pro fratre affinis pro affine in causa ciuili quando sunt omnium bonorum socij,an admittantur in testes.*
9 *Affinis utrique pariter coniunctus,an admittatur in testem.*
10 *Domestici & familiares an repellantur à testimonio.*
11 *Vir uxor & amasia,an repellatur à testimonio.*
12 *Cohabitans cum aliquo & familia,an generaliter repellatur à testimonio, & in quibus casibus admittatur.*
13 *Testis an esse possit in causa collegij unus de collegio & unus de uniuersitate ciuitatis uel uillæ in causa suæ uniuersitatis,& an tantam fidem faciat sicut faceret alter.*
14 *Domesticus uel familiaris,an cogantur testificari ad instantiam partis aduersæ,& quid in aduocato procur.& similibus.*
15 *Aduocatus procur.& similes,an repellantur à testimonio, & quomodo admittantur & quando.*
16 *Testis an esse possit in causa habens similem litem causæ in qua producitur.*
17 *Testis an esse possit,qui in alia causa criminali testimonium contra me tulit.*
18 *Testis an possit esse ille, qui habet causam contra eum, contra quem producitur.*
19 *Domesticus si est receptus aduersario ignorante,an dictum illius tenet.*
20 *Infames,periuri,& criminosi,an repellantur,& quo iure.*
21 *Homicida,an repellatur à testimonio.*
22 *Carceratus repellitur à testimonio.*
Item accusatus.
Item damnatus de publico crimine & similes.
23 *Item remotus à dignitate,propter turpitudinem suam.*
24 *Item excommunicatus.*
25 *Item suspensus.*
26 *Impubes quando repellatur,& quando non.*
27 *Pubes an possit testificari de his, quæ uidit & audiuit in pupillari ætate existens.*
28 *Cecus an possit deponere de his,quæ uidit ante cecitatem.*
29 *Minor uiginti annis, an admittatur in criminalibus, & quam probationem faciat.*
30 *Socius eiusdem criminis repellitur.*
31 *Hæreticus,paganus,& infidelis contra Christianum non admittitur.*
32 *Venditor pro emptore,debitor pro creditore,repellitur.*
33 *Item uilis persona,meretrix,lena,tabernaria,leno & similes.*
34 *Item non cognoscens personas contra quas deponit.*
35 *Mulier in quibus admittitur & in quibus non, & quo iure.*
36 *Laicus contra clericum quando admittatur,& quando non.*
37 *Mulierum testimonium,an in delictis faciat probationem, si forte non interueniant mares.*
38 *Mulier an admittatur in criminali,si delictum probari non possit per mares.*
39 *Furiosus & mentecaptus repellitur,& qui in re propria principaliter uel secundario testificari uult.*
40 *Accusans uel denuncians aliquem non potest testificari in illa causa.*
41 *Condemnatus de adulterio,uel de falso,uel de publico iudicio,an possit dicere testimonium.*
42 *Testis non rogatus in casibus in quibus rogandus est,an repellatur.*
43 *Iudex,arbiter,adsessor,& similes,an repellantur à testimonio.*
44 *Pecuniam accipiens,ut parti faueret,uel contra eam staret,an repellatur.*
45 *Testimonium interrogati non reddentis sufficientem causam dicti, an ualeat, & quid si non fuisset interrogatus.*
46 *Paupertas,an aliquem à testificando repellat.*
47 *Frater an admittatur pro fratre uel contra,in criminali & quando.*
48 *Consanguinei & collaterales usque ad quartum gradum, an repellantur, & quomodo admittantur.*
49 *Obscurè loquens repellitur à testimonio.*
50 *Apostata uel excommunicatus,an repellantur à testimonio.*
51 *Seruus repellitur à testimonio.*
52 *Item ille,cui potest imperari ratione patriæ uel dominicæ potestatis.*
53 *An illi de quibus in uer.præced.agitur, admittantur, si per alios probari non*

Universidad de Deusto
Biblioteca

poſit.
54 Testis debet deponere dictum suum super aliquo ex quinque sensibus suis.
55 Testimonium de usu in quibus casibus desideratur.
56 Testimonium de auditu in quibus casibus desideratur, & surdus nõ potest esse testis, ubi agitur de auditu.
57 Mutus an testificari poßit de pertinentibus ad auditum & usum, & an surdus, mutus, & cecus prohibeantur testificari, cecus, surdus, in quibus testificari non poßint, & sic in alijs.
58 Testis de gustu debet testificari.
59 Testes duo, tres, uel plures deponunt contra aliquem, quòd ille sit conscius de crimine priuato uel publico, quod commissum est: de quo crimine nunquã ab alio fuit infamatus uel inculpatus, nisi ab istis, an inducerent præsumptionem: ut iudex poßit ad inquisitionem procedere.
60 Infamia & clamor ortum habens contra aliquem post capturam de delicto commisso, qui erat malæ opinionis & famæ, an faciat quòd iudex inquirere poßit.
61 Testibus duobus dicentibus quòd fama publica est contra aliquem, an poterit procedi ad condemnationem.
62 Fama cum uno teste, an sufficienter probet.
63 Famam quot homines faciant, an fama unius parœcie aliquid faciat notorium, per quot testes probetur fama, an fama cum uno teste plenè probet.
64 Testis unus cum fama in leui, ex quo pœna pecuniaria & modica imponitur, an faciat plenam probationem, fama an inducat præsumptionem, uel semiplenam probationem.
65 Fama per quos testes probatur.
66 Testibus receptis, qui deponunt de fama uel usu, si postea reperiantur infames, an & in quibus eorum testimonium ualebit.
67 Periurus an repellatur à testimonio tanquam infamis.
68 Testis super aliquibus articulis deponens super aliquibus dicens se nescire, si postea in fine interrogetur si de prædictis omnibus est publica uox & fama, & dicat quòd sic, an referatur responsio ad omnia.

1 Idendum est qui testes
repellãtur à testimonio, cùm † quilibet admittatur qui non prohibetur: vt ff. de testi.
2 l.j. †Et quidem prohibẽtur inimici magna inimicitia, vt capitali: vt C. eod. l. si quis. extra eod̃. c. quoties. Item si sunt inimici ob litem criminalem inter eos vertentem: secus si ob litem ciuilem: quia tunc admittũtur. Item si sunt odiosi inter se, sed reseruantur in tempore sententiæ, & tunc iudex inspecta qualitate personarum potest admittere vel reijcere testimonium prædictorum testium: vt C. eod. authen. si verò dicant. extra de acc. c. cùm oporteat. vbi de hoc plenè not. Item repelluntur à testimonio cohabitantes cum inimicis. extra de accu. c. repellantur. & c. meminimus. Item repellitur, qui fuit inimicus, & nunc intendit se vindicare per suum testimo
3 nium: vt iiij. q. v. c. j. iij. & iiij. †Item ratione nimiæ auaritiæ repellitur. ff. eod. l. iiij. extra eod. c. cogentur. & c. cæterum. † Item conspiratores & similes. extra de simo. c. li
4 cet Hely. & c. pertuas. †Item parentes & liberi vtriusque sexus. C. eodem. l. parentes. † Item ascendentes & descendentes in infinitum. ff. de verborum significa. l. parentes. Quod autem dixi quod parentes non possunt testificari pro liberis, verum est regulariter. Sed fallit ista regula. Nam pater testificatur in testamento filij testantis de peculio. ff. de testamentis. l. qui testamentum. §. per contrarium. Item in causa religionis. xx. qõ. iij. cap. præsens. Item mater in ætate filij in genere siue cognatione. ff. eodem. l. etiam matris. Item in causa matrimo-
a niali[a], quando quæritur vtrum possit esse matrimonium, vel non ratione consanguinitatis, vel affinitatis: vt extra qui matrimo. accusare possunt. cap. videtur. de re iudica. c. tenor. Si dicatur matrimonium esse factum per eius filium, & eius sponsa negat: tunc si vir ipse est ditior, vel nobilior, vel potentior non admittitur vir, nec pater sponsæ, & maxime si videatur suspecta persona. Si autem sunt parentes, nec maritus est superior, tunc admittitur: vt extra eodem capitulo, super eo. de sponsalib. cap. sicut ex
7 literis. †Item frater pro fratre, vel econtra, non admittitur in causa criminali, nec affinis vsque ad tertium gradum. ff. eodem. lege, lex Iulia. & dicta lege, parentes & liberi. nisi in crimine hæresis. extra de præsumptionibus. c. literis. & xxvij. q. viij. c. legitur. Sed in ciuili bene admittuntur: quia non reperitur prohibitum: vt ff. eo. l. j. nisi es-
8 sent † socij omnium bonorum. Nam tũc repelluntur &c. sicut socius pro socio in bonis communibus: secus in bonis non communibus: quia tunc admittitur, cùm nõ prohibeatur &c. facit ff. e. l. quoniam. ff. pro socio. l. cum duo-
9 bus. ff. quando app. sit. l. j. §. propria. † Sed si producitur affinis, qui vterque attineat in eodem gradu, bene admittitur: quia par causa affectionis tollit suspicionem: vt ff.
10 ritu nuptia. l. non solum. §. j. † Item repelluntur domestici & familiares: vt serui, coloni, adscriptitij, & similes. arg. ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta. C. eo. l. etiam. & l.
11 eos. de his qui ad eccle. confug. l. fi. §. siue. †Item vir & vxor & amasia: vt ff. ad Silla. l. j. §. si vir. C. de re mil. l. quicunque. cum simi. †Et generaliter quilibet, qui cohabitat in domo cum aliquo & familia repellitur à testimonio
12 ferendo pro eo. extra de offi. deleg. c. insinuante. & extra eo. c. in literis. Fallit in casibus in quibus admittitur: vt in crimine hæresis: vt suprà dixi, & recipiuntur in casu. l. consensu. C. de repud. §. & super. & in l. Iul. maiestatis. & in simonia. vt extra eo. c. fin. cum simil. † Item in collegio. Nam vnus de collegio monachorum potest pro collegio siue monasterio ferre testimonium: vt extra e. c. in
13 super. & c. tuis. & c. cùm nuncius. & maximè in defectum testium aliorum: vt extra de iureiur. c. & si Christus. in fi. & specialiter de his, quæ aguntur in c. quæ per alias scirí
b bene non possunt. extra e. c. veniens. in fi. Item dico de vniuersitate ciuitatis vel villæ[b]: quia vnus de ciuitate vel villa pro vniuersitate sua potest testificari: vt probatur per iura allegata & ff. de rerum diui. l. in tantùm. Non tamen puto tantam fidem adhibendam quantam alteri per-
14 sonæ quæ non sit de collegio vel vniuersitate: quia licet quod vniuersitatis est, non sit singulorum: vt ff. ꝙ cuiusque vniuer. nomi. l. sicut. tamen aliquale commodum spectat ad vnumquemque de collegio vel vniuersitate: vnde
15 minor fides est adhibenda. †Sed nunquid domesticus vel familiaris compellantur testificari ad petitionem partis aduersæ. Respond. sic videtur: sicut est in aduocato, & procuratore, & similibus, qui non possunt testificari ad petitionem suæ partis, sed ad petitionem partis aduersæ sic: vt notat ff. eodem. lege finali. † Item repellitur aduocatus, procurator, & similes: vt dictum est in dicta l. fi. ff. eod. cum similib. Sed si non possunt probare nisi per aduocatos, vel procuratores, vel similes personas tunc dico quod debẽt remoueri ab aduocatione, vel procuratione &c. & in loco eorum alium subrogari: & tunc
16 possint testificari ad hoc vt iustitia non pereat: nec veritas occultetur. extra e. c. dilecto. †Item repellitur, qui habet cum alio talem litem qualis est illa super qua produ-
c citur ad testificandum. extra eo. c. personas[c]. † Item re-
17 pellitur & ille, qui in alia causa criminali tulit testimoniũ contra me: quia præsumitur inimicus. ff. e. l. produci. & extra de accu. c. meminimus. †Item repellitur ille, qui habet aliquam causam contra eum cõtra quem producitur.
18 arg. extra de purg. cano. c. cum in iuuentute. prope fi. arg. contra quòd non repellitur. inst. de excusa. tuto. §. itẽ propter litem.
19 †Quid si domesticus est receptus, sed ignorante aduersario, quod esset domesticus: nũquid tenet dictum eius? Resp. quod non vt puto: quia nõ debet admitti iure prohibente: vnde si fuit admissus, factũ est contra legem: vnde valere non debet. ff. de pœnis. l. Diuus. §. quidem. C. de legib. l. non dubium. arg. extra de iud. c. at si
20 clerici. † Item repelluntur infames, & periuri, & crimi nosi: vt fures, latrones, & homicidæ de iure canonico: vt extra eo. c. testimonium. & c. super eo. no. extra de accu. c. cùm oporteat. de iure ciuili bene repelluntur infames: vt C. de digni. l. ij. ff. eod. l. ob carmen. & l. iij. circa prin. & §. l.
21 Iulia. & l. scio. & l. sequẽ. & C. de hære. l. quoniam. †Sed homicida non repellitur: vt not. ff. eo. l. iij. §. Iulia. quod verum non puto: prout not. in d. c. testimonium. nisi in casibus except. in quibus quilibet admittitur: vt ſ. qui acc. nõ
22 pos. §. fi. item repellitur carceratus. †Item accusa. Itẽ damnatus de publico crimine & similes: vt ff. e. l. iij. §. leg. Iulia. & l. scio, & l. seq. & l. testimonium. & extra eo. c. fin.

Item

23 †Item remotus à dignitatibus propter turpitudinem
24 suam. C. de dign. l. ij. libr. xij. †Item excommunicatus:
25 vt extra e. c. veniens. †Item suspensus repellitur secundum Hostien. vt extra de accusationib. c. olim. de except.
26 c. appellet. †Item impuberes repelluntur in ciuili & criminali: vt C. de testamen. l. hac consultissima. ff. eo. l. iij. §. lex Iulia. & hoc verum quo ad plenam probationem, sed tamen si est doli capax, facit indicium aut præsumptionem. Fallit quando quæritur de morte domini occisi à
27 familia: vt ff. ad Sillania. l. ij. §. impuberes. † Sed pubes
d factus potest de ijs, quæ vidit & audiuit in pupillari[d] ætate testificari, si tunc erat maior infante, vel proximus pubertati: vt ff. de verbo. signifi. l. notionem. §. fin. & not. ff. e.
28 l. j. †Et idem dici potest de illo, qui vidit antequam fie-
e ret cecus[e]: quia potest testificari: vt d. l. notionem. §. fin. &
29 ff. eo. l. j. †Sed in criminali non admittitur minor viginti annis: vt ff. eodẽ. l. in testimonium. & male seruatur per adsessores, qui minores viginti annis admittunt, nisi ad præsumpt. vt dixi. Nam eius testimonium præsumpt. inducit, non plenam probationem: quia lex prohibet testimonium minori viginti annis in criminalibus. qđ intelligo ad plenam probationem, sed ad præsumptionem
30 recipitur: vt dixi. †Item repellitur socius criminis, si in eodem crimine socius est. C. eo. l. quoniam. extra eo. c. ve-
31 niens. & c. personas. †Item repellitur hæreticus, paganus, & infidelis contra Christianum. extra eo. c. Iudei. C.
32 de hæret. l. quoniam. †Item repellitur venditor pro emptore, & debitor pro creditore, cùm sit causa communis: vt ff. quando appel. sit. l. ij. §. si alium. C. e. l. omnibus. ff. e. l.
33 nullus. †Item repellitur vilis persona, vt meretrix[f], le-
f na, tabernaria. l. leno. & similes: vt ff. eo. l. ob carmen. §. fin.
34 & C. de secund. nuptijs. l. humiliter. † Item si quis non cognoscit personas contra quas testificatur: vt extra eo. c.
35 licet ex quadam. †Item repellitur mulier in criminalibus de iure canonico. extra de verbo. signifi. c. forus. §. fin.

Sed de iure ciuili admittitur in omnibus causis: vt ff. e. l. j. & l. ex eo. præterquam in testamentis & in feudis: vt ff. de testamen. l. testamenta. §. mulier. in vsibus feud. quot testes sunt &c. c. nisi. & in codicil. secundum quosdã non
36 admittitur mulier: vt ff. de iure codicillo. l. diui. † Item
g repellitur laicus contra clericum[g] in criminalibus, nisi in casibus except. vt hæresis, simoniæ, & si. extrà eod. c. veniens. extrà de accusatio. c. cùm P. Manconella. & ibi no.
37 †Nunquid in delictis faciat probationem testimoniũ mulierum, si fortè mares non interueniant? de iure canonico videtur expeditum, quòd in criminalibus mulieres testimonium ferre non possunt: vt no. extrà de verb. sign.
c. forus. Sed secus de iure ciuili, quod vbicunque ser-
h uatur, quòd mulier[h] in testimonium audiatur. Et ratio est in promptu: quia ædictum de testibus est prohibitorium. ff. de testib. l. j. cum ergo expresè non prohibeantur mulieres, ergo admittuntur. ff. ex quib. causis maio. l. necnon. §. quod eis. Propterea probatur ex eo quòd mulier prohibetur in speciali casu, scilicet in testamento perhibere testimonium. ff. de testi. l. qui testamento. §. mulier. per quod relinquitur, quòd regulariter admittatur: quia exceptio regulæ &c. vt ff. de regu. iuris. l. j. Quid
38 † enim si delictum commissum non potest probari per mares: quia forte ibi nullus fuit nisi fœminæ, remanebit ne impunitum? non videtur ff. de fideiuſ. l. si à reo. Item ferre testimonium dignitas est &c. xxxiiij. qõ. v. c. præceptum. à qua dignitate regulariter non magis repellitur fœmina quàm masculus: vt dixi. nec in hoc inueniemus habere deteriorem conditionem fœmineum genus, quã masculinum, ergo &c. Sed dominus Iacob. de Are. contrarium seruat, scilicet quod mulier nullo modo in testificatione causarum criminalium admittatur de iure ciuili. quod probatur sic, mulier prohibetur à testimonio in causa testamenti, & eadem, imò maior ratio est in criminalibus: quia ibi de salute hominis agitur, ergo fortius est agendum. ff. de carboniano ædicto. l. j. §. sed & si quis. C. de appellationibus. l. adictos. & de fallis. l. vbi. Cum ergo maior, vel eadem ratio sit in criminibus, ergo idem ius seruandum est: vt not. ff. de iudic. l. si prætor. ff. de app. l. qui separatum. §. fi. extra eo. c. penulti. Ea maximè ratione: quia conditio mulieris vana est, & instabilis, & mobilis. C. de inofficio. testamen. l. si filia. & dicto c. forus. in fi. ergo non facilè credendum ff. de testib. l. iij. Dic tamẽ, quòd etiam de iure canonico, mulier quandoque ad testimonium criminis admittitur, scilicet in causa inquisitionis, & exceptionis. extrà de testib. c. quoniam. & no. Tancredus in tit. de quæstioni. circa materiam probationum.
39 in qõ. xij. †Item repellitur furiosus, & mentecaptus. ff. de iudic. l. cum furiosus. Item si quis velit testificari in re sua propria principaliter, vel secundario. C. eo. l. omni-
40 bus. & extra eo. c. insuper. † Item repellitur ille qui accusauit, vel denunciauit alium, & vult testificari: quia nõ potest esse accusator, vel denũciator, & testis: vt extra de testib. c. in omni. & extra de verbo. signi. c. forus. §. ij. & de
41 simo. c. licet Hely. §. non tanquam. & ibi no. † Item qui aliàs fuit condemnatus de adulterio, vel de falso, vel de publico iudicio: vt ff. eo. l. quæsitum. & l. scio. & l. qui fal-
42 sa. & l. eos. † Item repellitur si non fuit testis rogatus in casibus in quibus testes debent esse rogati. de quibus habetur in authen. rogati. C. de testamen. & in l. fin. C. de codicil. & in authen. de testibus. §. & licet. collatio. vij.
43 †Item repellitur iudex, arbiter, & assessor, & similes: vt ff. eo. l. fina. de assesso. l. j. de arbitr. l. ne in arbitris. §. finaı-
44 tem. extra eo. c. Romana. †Item qui accepit pecuniam
45 vt parti faueret, vel contra faceret: vt j. q. j. eadem. †Itẽ non valet testimoniũ illius qui interrogatus nõ reddit rationẽ siue causam sufficientẽ dicti sui. Sed si non fuisset interrogatus, valeret dictũ suũ prout dixi: quia non debet esse verbosus. Et præsumitur quòd dixerit interroga-
46 tus. C. eod. l. solam. & not. extrà eod. c. sicut nobis. Item †repellitur ratione paupertatis[i], & si non habet quinqua-
i ginta aureos in bonis: vt in auth. de testa. §. fi. & §. scimus. & hoc verum est, si est inhonestæ vitæ & suspectæ, aliàs secus puto: vt extra eo. c. si qui. & insti. de suspect. tut. §. fi.
47 †Item frater pro fratre vel contra, in criminali causa: vt iiij. qõ. iij. c. Item lex Iul. nisi in crimine hæresis & si. vt xxiij. q. vij. legi. Sed Azo. not. contra in summa huius
48 titu. §. fratres. † Item consanguinei & collaterales repelluntur vsque ad quartum gradum. Sed Barto. in l. qui testamento. §. quæcunque. ff. de testamen. videtur tenere oppositum: vbi omnino vide not. per eum plenissimè. Sed vltro admittuntur volentes, non tamen compelluntur: vt iij. q. vj. c. j. & iiij. q. iij. c. item lex Iul. Item
49 † repellitur si obscurè dicit, & dic de hoc vt not. extrà eo.
50 c. cùm clamor. † Item apostata: quia efficitur infamis, vel excommunicatus: vt iij. q. v. c. si quis aluo. xj. q. iij. c. si
51 à nobis. & C. de appella. l. quoniam. † Item repellitur seruus. C. eodem. l. quoniam liberi. & authenti. si verò.
52 †Item repellitur ille cui potest imperari ratione dominicæ potestatis, vel patriæ. extra eodem. c. literis. ff. ad leg.
53 Aquil. l. liber homo. cum simil. †Sed quid si non potest aliter probari, nisi per istos tales. Respond. dicunt quidam tunc admittendos fore, si iudici videbitur quòd sint personæ bonæ conditionis, & sint tales qui non deierarẽt. argumen. C. de repud. l. consensu. ad hoc ne iustitia pereat. extrà de testib. c. dilecto. ad fi. & c. veniens ad apostolicam. in fi. & ibi not. & e. tit. c. in literis. Quod verum puto de hoc, ne veritas occultetur &c. vt dictum est.
54 †Et not. quòd testis debet deponere dictum suum super aliquo ex quinque sensibus sui corporis, videlicet, de
55 visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu. †De visu quidem desideratur testimonium in causis, in quibus necessarius est visus. Si volo probare quòd aliqua res sit alba, vel nigra, vel alterius coloris: opus est quòd testimoniũ reddatur de visu: vnde debet dicere testis, scio rem esse talis coloris, quia vidi, vel scio quòd talis equus est niger & signatus in pede dexto vel sinistro, quia vidi. Vel si volo probare quòd talem fundum tenui, vel possedi faciendo illum arare vel seminare &c. debet dicere testis scio:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia præsens fui, & vidi. In his enim & similibus non est aliud testimonium sufficiens: quia hoc congruit naturæ, & officio de quo quæritur. Si enim diceret, scio q[uo]d tetigi vel palpaui &c. non est sufficiens: quia nõ congruit actui naturali, de quo quæritur. Vnde in istis talibus non potest testificari. Item debet dicere causam sui testimonij, & sufficienter etiam quæ sit rationabilis, & conueniat illi actui naturali, & facto de quo quæritur, & hoc si interrogatur. Et si dicit, dico verum esse quod dixi, & scio, non est sufficiens testimonium: vnde non valet.

Si non interrogatur statur dicto suo: vt dixi. C. eod. l. solam. extra de re iudic. c. sicut. Et quòd debeat dicere se fuisse præsentem & vidisse, probatur C. eodẽ. l. testium. in authen. de hæred. & Falci. si verò absens: vnde dicit euangelista, quod vidimus scimus: & quod scimus testamur, & testimonium nostrum est verum: vt de celebra. missa. c.
56 in quadam. †Cæterum de auditu de quo testis dicit testificari in casibus in quibus desideratur auditus: vnde si volo probare quòd tali tempore tale quid fuit publicè prædicatum: vel quòd talis fuit coronatus in palatio & dixit sic, vel quòd talis scit bene cantare vel concionari, vel quod talis dixit mihi talia verba & iniuriosa, vel comminatus fuit mihi, vel quod campana erat sonata, & idem in similibus dico, tunc testes debent testificari de auditu.

Et si testis diceret, scio quia vidi, non valet testimonium: quia verbum non potest videri sed audiri, sic nec consonat actui alteri bene naturali. Sed si diceret, scio quia vidi & audiui, bene valet, & bonum est testimonium & potuit bene videre **hominem** cantantem & audire, vel campanam se mouẽtem & audire &c. Et in his talibus surdus non potest esse testis: vt institu. de testamen. §. testes. & facit ad argumen. ff. de iudicijs. l. cùm prætor. §. non autem. Item si dixerit testis: quia audiui & bene cognoui vocem dicentis[k], vel sonum campane, sufficit: quia istud testimonium bene consonat actui naturali de quo quæritur, & debet testificari de suo auditu, vel de alieno. C. eodem. l. testium. & ff. de aqua pluuia. arcend. l. in similibus. & ibi not. quia vnus non potest testificari de auditu alterius: quia hoc esset impossibile, sed de præsentia be
57 ne, & debet testificari & dicere, talis erat presens. †Sed an mutus potest de his testificari? Respond. sic videtur: quia si scit literas, poterit scribere, & stabitur scripturæ, dummodo interrogetur à iudice & examinetur, & sit qui videat & audiat. Item quia potest iudex eum interrogare per signa, & ipse potest nutu & signis respondere: vt argumen. ff. de legatis iij. l. nutu. extrà de sponsali. cap. cùm apud. & c. tuæ. cum similibus. Sed quidam dicunt nec surdum, nec cæcum, nec mutum, in aliquo repelli casu: quia quilibet admittitur, qui non prohibetur &c. vt ff. eodem l. j. Sed respondeo, licet aliàs non repellatur, tamen naturali ratione repelluntur, habito respectu ad id de quo testificantur. Nam cæcus non potest testificari de his in quibus desideratur visus. Nec surdus de his in quibus desideratur auditus, & sic in alijs. hæc ratio naturalis non minus est seruanda quàm ipsa lex, sed magis quia naturalia incommutabilia sunt: vt ff. de bonis damnatorum. l. cum ratio naturalis. institu. de iure natura. §. ratio naturalis. cum similib. institu. de testamen. §. testes vbi
58 repelluntur. † De gustu debet testis quoque testificari: vnde si volo probare vinum meæ vineæ esse dulce & saporosum, vel quod aliqua res sit dulcis vel amara, debet dicere testis. scio quod est dulcis aut amara: quia degustatus fui, & aliter nõ potest reddi sufficiens ratio. Nec
59 hoc aliter vel alio modo sciri vel probari potest. †Pone quòd crimen publicum vel priuatum sit commissum, & duo vel tres seu plures testes deponant contra aliquẽ quòd ille sit conscius de dicto crimine vel culpabilis, de quo crimine nunquam fuit ab alio infamatus vel inculpatus præterquàm ab istis testibus. Nunquid talis inducit præsumptionem, vt iudex possit ad inquisitionem procedere? Respond. non videtur de iure: quia priuatorum fama non inducit præsumptionem, per quam contra aliquem procedi possit. de fundo instruct. l. cum de lanionis. §. asinam. extrà de accusationib. c. accusationis. de cõsanguinitate & affinita. cap. super eo. de præsumptionib. cap. illud. argumen. ff. de testibus. l. iij. §. eiusdem. cum
60 similib. †Sed quid[l] commissum fuit maleficium in alio
l quo loco, nescitur quis tale maleficium commiserit. Post hoc quidam homo malæ famæ & opinionis captus est, contra quem clamor & infamia insonuit, quòd iste est conscius & culpabilis de isto maleficio, de quo delicto antequam esset captus, nullatenus erat infamatus. Nunc verò quidam probant, quòd ille est malæ famæ & malæ conditionis. Item quia publica fama est contra istum per maiorem partem hominum loci, vel viciniæ, quòd ipse commisit maleficium, & hoc probatur per duos testes vel plures: quæritur an ex dictis indicijs & præsumptionibus siue probationibus iudex possit contra istum inquirere? Respondeo quòd non videtur: quia vanæ voces populi non sunt audiendæ &c. C. de pœn. l. decurionum. ff. de appellationib. l. constat. Item quia non debet iudex ad clamorem, nec absoluere, nec condemnare. ff. de pœnis. l. ad bestias. Item quia talis fama orta post capturam non est sufficiens nec rationabilis, sed potius suspecta. argumento ff. de fide instrumentorum. l. modus. & l. cùm his. Item quia talis fama sæpe mentitur. extra de purg. canoni. cap. cùm in iuuentute. Item quia talis fama orta postquam fuit captus, quæ ante contra ipsum non erat, non procedit ab alio legitimo vel rationabili actu, vnde non valet. ff. qui & à quibus. l. si priuatus. C. qui accusare non possunt. l. diuo Marco. cum similibus. Contra, quòd sic: quia qui à pluribus suspectus habetur, & per cæteros suspectus haberi debet: vt ff. de suspecto tut. l. iij. §. finautem. ff. de testamen. l. testamento. Item qui semel malus &c. Item quia talis reputatur: qualis de ipso fama prædicat. ff. de quæstionib. l. de minore. §. tormenta. Item quia expedit peccata nocẽtium esse nota: vt ff. de iniur. l. eum qui. Item crimina quomodocunque claruerint, punienda sunt. xxiij. q. iij. ecce. Itẽ quia iudex debet cuncta rimari. C. de iudicijs. l. iudicem. & habet inquirere veritatem omnibus modis. C. de edendo. l. ij. & facit ff. de extraordina. crimi. l. ij. §. j. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. sed quod dicitur. & §. item apud. cum similib. Et hoc verius puto, quòd possit iudex bene inquirere secundùm allegata. ff. de officio præfidis. l. ij. & l. congruit. & extrà de officio ordina. c. j. Sed non potest ponere ad tormenta, nec condemnare, nisi aliter probetur contra eum & legitimè, vt de iure requiritur. C. de probationibus. l. sciant. de pœn. l. qui sententiam laturus. Sed
61 †quid, probatur per duos testes vel plures, quòd fama publica est contra aliquem, an per huius famæ probationem poterit ad condemnationem procedi? Respondeo q[uo]d non: quia fama per se non inducit plenam, nec sufficientẽ probationem: vt ff. de testibus. l. iij. §. eius rei. vbi de hoc.
62 †Sed nunquid fama cum vno teste sufficiẽter probat?
m Respondeo, videtur quòd sic[m], in casibus ciuilibus: vt ff. de ædil. edicto. l. quæro. in fin. Et est ratio: quia vnus testis semiplenè probat: vt ff. de dote prælega. l. Theopompus. sic & fama inducit semiplenam probationem, similiter vel præsumptionem, ergo probant plenè in ciuilibus: vt ff. de excusationibus. l. ij. & ibi not. Sed in criminalibus secus videtur: nam ibi plenissimè probationes requiruntur: vt C. de probationibus. l. sciant. C. de pœnis. l. qui sententiam. extra de testibus. c. veniens. & ibi not. cum similibus. †Sed quot homines faciunt famam? Respondeo
63 decem: secundum quòd faciunt populum, vel parochiã: vt x. q. iij. c. vnio. & fama vnius parochiæ, facit aliquid esse notorium. extra de purga. canoni. capitulo, cùm dilectus. Alij dicunt quindecim faciunt turbam. ff. vi bonorum raptorum. l. prætor. §. primo. Alij dicunt, cùm non sit bene expressum à iure quot homines faciant famam relinquitur arbitrio iudicis, dummodo excedatur numerus decẽ vel xv. hominũ, inter quos sit fama: vt dictũ est, arg. de iu. deli. l. j. §. ait prætor. cũ si. Sed tamẽ verius

n rius puto, q[uo]d per duos testes probetur fama[n]: vt ff. de test. l. iij. §. eiusdem. Item not. Guiliel. in Specul. titulo, de notorio crimine. §. fama. cum vno teste, plenè probat in
64 ciuilibus, sed secus in criminalibus. †Sed quid erit in leui crimine, ex quo pœna pecuniaria & modica imponetur: nunquid vnus testis cum fama sufficiat ad plenam probationem: vt ff. de dote prælegata. l. Theopompus. & fama inducit præsumptionem: vt extrà de præsumptionibus. capitulo, illud. vel probationem semiplenam: vt ff. de testibus. l. tertia. §. eiusdem. facit extra de probationi-
65 bus. capitulo, cum causam. de testibus. †Sed quæro
o per quos testes probetur fama? Respondeo[o], per bonos & prouidos viros & fidedignos, & tales qui non repellantur à testimonio: vt extra de testibus. capitulo, primo, & capitulo, testimonium. Nam quilibet admittitur, qui non prohibetur. de testibus. l. prima. extra de accusa-
66 tionibus. capitulo, cùm oporteat. †Sed quid aliqui sunt recepti in testes contra aliquem, qui testificantur de fama vel visu, reperitur postea quod sunt infames, nunquid valeat testimonium ipsorum? Respond. non: vt ff. de his qui notantur infamia. l. prima. de testibus. l. tertia. §. lex Iulia. nisi in casibus exceptuatis: vt in lege, Iulia maiestatis hæresis, peculatus, & simoniæ &c. facit C. de dignitatib. l. ij. libro duodecimo. Quæ autem sunt crimina exceptuata. not. ſ. qui accusare non possunt. circa
67 finem. †Sed nunquid periurus repellitur à testimonio tanquam infamis? Respond. sic videtur: vt C. de transactionibus. lege, si quis maior. Contra quod non: quia quilibet admittitur, qui non prohibetur. ff. de testibus. lege, prima. nec vlla lege cauetur, quod periurus repellatur. Item quod punitur stellionatus crimine: vnde non est infamis. ff. de crimine stellionatus. lege, prima. & lege, de periurio. Et hoc quidem ad probationem, quod non repellitur de iure ciuili. Sed de iure canonico, planum est quod repellitur: vt extra de testibus. capitulo, testimonium. xij. quæstione ij. paruuli. extra de simon. capi-
68 tul. per tuas. §. denique verò. †Sed quid si testis interrogatur super pluribus articulis, & super aliquibus dicit & deponit dictum suum, super aliquibus verò dicit se nescire. Postea in fine interrogatur si de prædictis omnibus est publica vox & fama, dicit quod sic, modo quæritur, an hoc debeat ad omnia præcedentia referri. Respond. dicunt quidam, quod solum ad ea de quibus testificatus fuit, & non ad ea de quibus dixit se nescire. argumento C. de transactionibus. lege, si ex falsis. circa finem. ff. de minoribus. l. etiam. cum similibus. Alij dicunt quod ad omnia, quia verbum generale prolatum, debet generaliter intelligi. Item quia talia verba debent aliquid operari. ff. si mensor falsum modum dixerit. l. prima. ff. de legatis primo. l. si quando. Item potest esse qd[p] testis nescit per visum id super quo testificatur, & tamen potest scire per famam. hoc probat Bonifacius Vitalinus. Quoniam aliquando ille contra quem testes producuntur intendit opponere & excipere contra personas ipsorum testium, videlicet, quod sunt inimici illius contra quem producuntur, ideo formetur libellus in hac forma, videlicet &c.

ADNOTATIO. a ¶Matrimoniali. De hoc quando pater & mater possit esse testis in causa matrimoniali pro filia, etiam quando sunt pares sponsus & sponsa: vel quando vnus superat nobilitatem alterius: vide plenè per Alex. in consi. cliij. col. iij. versi. ex quibus. in v. vol. & in consi. seq. in prin. per Fran. Areti. in consi. xiij. col. vij. & in consi. lxxxij.

b ¶Vel ville. vide de hoc plenè not. ad Barto. in l. non tantum. §. verisimile autem. hic alleg. & adde ea, quæ not. Alexan. in consi. cxix. col. v. versi. præterea.

c ¶Personas. Adde & vide de hoc etiam per Alexandr. in consilio lxxxviij. in v. volu.

d ¶In pupillari. Adde & vide per Alexã. in consi. lxxxviij. col. iiij. & in v. vol. & per Franc. Are. in consi. ciiij.

e ¶Cecus. Adde tu & vide per Spe. in tit. de teste. §. j. ver. sed nũquid cecus. per Alex. in consi. xxiiij. col. iij. in prin. versi. nec obstat. & in consi. xlij. circa med. ij. col. in ij. vol.

f ¶Meretrix. vide tu de hoc per Alex. in consi. xj. in j. vol.

g ¶Contra clericum. Vide plenè per Alex. in consi. lxiiij. in j. vol. col. vlti. ver. ad idem.

h ¶Mulier, de hoc vide per Cep. consi. xxxij. per Alex. in consi. xj. & consi. lxiij. col. ij. in prin. & consil. xcix. col. vlt. in j. vol. & in ij. volu. consi. xxiiij. in iiij. col. versicu. v. quia non videtur. & in iiij. columversic. nec obst. & in consil. clxxvij. in primo vol. & vide per Arc. in c. cùm tu. extrà de testib.

i ¶Paupertatis. Adde tu & vide an & quando pauper possit esse testis in criminalibus per Alex. in cõsi. xv. in iij. vol. p Cep. consi. xxx. p Ang. in tract. malefi. in ver. qui iudex. statuit ad opponendũ. col. j.

k ¶Vocem dicentis. Quòd habens voces notas personarũ. licet ipsas non videat, possit testificari per Alex. in consi. xcix. col. ij. versicu. accedit. in iij. volu. & in consi. xxxiij. in iij. col. versic. nec obstat quod iste testis in ij. vol.

ADDITIO.

l ¶Sed quid. Adde Gandi. in tract. malefic. in rub. quomodo de malefi. cognos. in §. nunc videamus. col. iij. versi. sed pone q. &c. vbi per duas col. examinat hunc articulum. Hier. Chuca.

m ¶Quod sic. Adde tu & vide Fran. Are. in consi. xiij. col. vj. in consil. lx. & ibi quid in ciuilibus. Alexã. in consil. cl. col. pe. circa me[d]. & in consi. l. col. iij. versi. quid plura. & in consil. lxxxix. in prin. ver. præterea. in v. vol. & per Alex. in consi. lxvj. in iij. vol.

n ¶Fama. Adde Gandinum in tract. maleficiorum. in rub. quomodo de maleficijs cognos. per inquisi. col. ij. versi. & no. &c. Hiero. Chuc.

o ¶Respond. Vide notanter per Gandinum in dicto tracta. quomodo de malefi, cognos. quando crimen est noto. in §. nunc videndũ est qui ad famæ probationẽ possint & debeant admitti &c. Hie. Chu.

Forma libelli.

69 *Forma libelli quòd non examinentur testes ob inimicitiam capitalem, & quando opponitur talis inimicitia, an prius ille articulus discutitur antequã recipiantur, & quid sit quando inimicitia non est capitalis.*

70 *Testibus potest opponi quòd sunt infames, uel condemnati de falso, uel alio publico crimine.*

71 *Statuto dicente quòd bannitus de maleficio possit impunè offendi, si condẽnatus pro maleficio requiratur quod ueniat in tali termino ad soluendũ & non ueniat & banniatur, an poterit impune offendi.*

72 *Clerico exbannito à iudice seculari, an quis eum impune offendat.*

73 *Bannitus qui poterat impune offendi ex forma statuti, captus ab officialibus ab alio fuit offensus, an offendens punietur, & quid de offendente bannitũ existentem in carcere.*

74 *Bannitus satisfecit idoneè de soluendo, & dum iret ad soluendum fuit offensus, an offendens punietur.*

75 *Bannitus si offendatur, & postea soluat, an poterit accusare offendentem.*

76 *Statutum an possit fieri quòd licitũ sit cuilibet offendere bannitũ uel cõdẽnatũ.*

77 *Offendens alium, stante statuto, de quo in uer. præced. an puniatur.*

78 *Statutum & ordinatum est quod qui ceperit bannitum & duxerit in fortiã communis habeat lib. centum, quidam exbannitus de Mantua fuit captus in territorio Brixiæ, an relaxabitur, an capiens habebit lib. centum.*

79 *Exbãnitus cõparens si de banno liberetur per publicã sententiã, & postea aliquis eũ offendat, an possit defendi: quia nõ erat deletus de libro bãnitorũ.*

80 *Statutum seu ordinatum est quod nulla persona debeat ire post sonum campanæ, quæ sonat de sero, & ante campanam quæ sonat de mane sub pœna soli. decem, si campanarius non sonat horã debitã, uel nullo modo sonat, an inuentus post horam, uel ante punietur.*

81 *Campanarius stante ordine suprascripto pulsauit campanam in matutinis dum deberet pulsare in aurora, aliquis est inuentus post sonum campanæ ante horam debitam. an punietur.*

82 *Campanarius an poterit conueniri ab isto qui est deceptus.*

83 *Statutum seu ordinatum est quod offendẽs clericum puniatur pœna dupli, aliquis percussit clericum in habitu laici, an punietur pœna dupli.*

84 *Accusatus uel inquisitus si ad suam defensionem uult probare negatiuã &c. an sit audiendus, & quomodo procedetur.*

85 *Statuto permittente bannitum impune offendi, si offendatur, & contra offendentem procedatur, an exceptio banni impediat processum.*

86 *Procurator an constitui possit ad proponendũ exceptionẽ. uide in præce. uer.*

69 Coram vobis †domino A. potestate Placentię &c. M. filius Agidij de tali loco excipiendo dicit q[uo]d nõ potestis, nec debetis tales testes nominãdo ipsos testes quos intẽditis recipere & examinare sup tali accusa porrecta corã vobis per Io. de sauiola, vel super tali inq[uo]sitione per vos formata cõtra eũ super eo q[uo]d debuit insultasse & pcussisse. C. de tali loco &c. vt in ipsa inquisitione cõtinetur, cũ dicti testes sint capitales inimici dicti. M. propterea q[uo]d. B. frater dicti. M. occidit patrem vel fratrem dictorũ testiũ, propter q[uo]d minati sunt sibi mortem: & non loquũtur sibi adinuicẽ & deferũt arma, cauẽdo sibi à dictis testibus tanquam ab inimicis capitalibus, propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ dicit ipsos testes non fore admittendos ad testificandum contra ipsum, & si aliter fieret per vos, protestatur dictam exceptionem inimicitiæ & omnes alias sibi competentes & competituras saluas contra personas & dicta dictorum testium &c. Quid si opponitur de inimicitia capitali, quòd testes non debent recipi, nisi prius de hoc cognoscatur, videtur quòd iudex debet talem exceptionem admittere, & terminum assignare opponẽti ad probãdum: quia si probatur de inimicitia capitali, debet istos tales testes repellere. extrà de test. c. quoties. ff. de testib. l. testium. & de quæst. l. j. §. j. Si verò non esset inimicitia capitalis, vel testes essent odiosi, vel propter litẽ, vel alio modo, tunc recipiantur reseruato tempore sententiæ disputando super his, vtrum sint legitimi testes vel non, vel an talis sit inimicitia, vel taliter sint odiosi vel non, quod valeat testimonium ipsorum, vel non valeat: vt C. de testib. auth. si verò odiosus. Et est in arbitrio iudicis hoc considerare, vtrum admittat vel repellat dicta talium testium: vt not. extrà de accus. c. cùm oporteat. & facit ff. de
70 testib. l. testium. §. tu magis scire potes. †Item no. q̃ potest excipi contra testes, quòd sunt infames, vel aliter cõdemnati de falso, vel alio publico iudicio, propter quod repelluntur: vt ff. de testib. l. scio. & l. ob causam. extra de testibus. c. testimonium. Et multa alia similiter possunt opponi contra testes, propter quæ à testimonio repelluntur: vt not. ff. de testib. Et similiter multa possunt opponi
71 contra personam iudicis: vt ibi not. †Sed quid, dicit statutum, q̃ bannitus de maleficio possit impunè offendi: quidam erat condemnatus pro maleficio, fuit requisitus quòd veniat ad soluendum condemnationem prædictam ad certum terminum: quia non venit, fuit bannitus in decem libr. Quæritur an talis bannitus intelligitur bãnitus pro maleficio vt possit impunè offendi? Resp. videtur q̃d sic: quia non obediuit iudici, vnde deliquit: vt ff. de regu. iur. l. non videtur dolo carere, vnde potuit banniri & condemnari. ff. si quis ius dic. non obtem. l. j. de re iudic. l. contumacia. Item quia scriptus est in libro bannitorum, & pro bannito debet haberi. ff. de re mili. l. ex quo. cum simi.

Econtra quòd non: quia non reperitur iure cautum, q̃ hoc tale non obedire sit maleficium: quia omnia crimina ordinaria, & extraordinaria sunt expressa à iure: vt ff. & C. patet, per speciales rubricas maleficiorum: vnde cùm non sit maleficium, non debuit exbanniri, & si aliter fuerit, non valet, ergo pro exbannito non debuit haberi. facit ff. de priua. delict. l. iij. §. fin. C. de legib. l. non dubium. in fi.

Item licet sit scriptus in numero bannitorum, non debet haberi pro bãnito, nisi doceatur quòd legitimè sit bannitus. argu. ff. de decur. l. Herennius. de re iud. l. iij. §. condemnatum. cum simi. Item sola scriptura non facit aliquem debitorem, & sic non facit aliquem exbannitũ, nisi doceatur: vt dictum est. arg. ff. de actio. & oblig. l. non figura. quia non verbis, sed rebus, lex seu statutum debet fieri. C. commu. de lega. l. ij. in fi. Item quia veritatem spectare debemus, non verba &c. ff. de castr. pec. l. fortè. Idem in similibus citationibus, quæ fiunt propter testimonium ferendum, vel ob aliam causam dici potest, & hoc verius
72 secundùm Mar. de Fano. †Sed pone quòd quidam clericus exbãnitus fuit à iudice seculari, & scriptus in libro bannitorum, & sic tale bannum fuit nullum tanquam à iudice incompetenti factum. extrà de iud. c. at si clerici. & iste talis fuit offensus, quæritur an de iure potuerit offendi? Respõ. & videtur quòd non: quia tale bannum fuit nullum: vt dictum est, vnde offendẽs debet puniri: quia perinde debet haberi, ac si non fuisset datum. C. de leg. l. non dubium. nam condemnatus dicitur: quia ritè fuit cõdemnatus. ff. de re iudi. l. iij. §. condemnatum. Econtra q̃ non sit condemnandus offendens, probatur pluribus rationibus & causis: & primò, quia iustam habuit causam ignorantiæ postquam erat publicè bãnitus, & iusta ignorantia excusat. ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de abig. l. j. §. fi. de lib. cau. l. igitur. §. j. de adul. l. pe. & l. si vxo. cum simi. Et hoc verius secundùm docto-
73 plures. †Sed pone, quidam bãnitus qui poterat impunè offendi per formam statutorum, fuit captus vt conduceretur in fortiam communis ad protestatem, aduenit quidam, & insultauit istum bannitum, & percussit vel occidit: quæritur an iste sit puniendus? Respond. & videtur quòd non, propter formam statuti, quæ concedit, quòd impunè possit offendi. Nam lex est seruanda quamquam dura. ff. qui & à quibus. l. prospexit. ff. ad municipa. l. constitutus. de legatis. iij. l. non aliter. Item quia lex non distinguit qualiter offendat, ergo necnos &c. l. de precio. ff. de publ. vnde cùm fuerit factum lege petmittente, legitimè factum videtur, vnde pœnam non meretur. C. de adul teriis. l. Gracchus. Econtra videtur quòd sit puniẽdus: quia licet quis possit ostendere hostem: vt ff. de sica. l. iij. §. fin. tamen postquam captus est, non licet occidere, sed seruari debet. ff. de statu homi. l. libertas. §. serui. insti. de iure personarum. & potest dici casus legis. de do. l. fin. Item ille qui occidit sponte illum qui est à iudice occidendus, peccat, & de homicidio tenetur & punitur. xxiij. qõ. v. c. eũ homo. & c. debet. vbi de hoc & c. seq. & c. ea vindicta.

Item fugitiuus debet capi & custodiri, & ad magistratum reduci & seruari, & non debet occidi. ff. de ser. fugi. l. j. & hoc verius, secundùm Iaco. de Are. & idem dicendũ est de illo qui offendit exbãnitum in carcere existentem, per iura prædicta. & ff. de re iudica. l. non licet singulis. C.
74 de Iudæ. l. nullus. cùm simil. †Sed pone quòd bannitus satisfecit idoneæ de soluendo bannum, vel condemnationem de ipso factam, & dum iret ad soluendum cõdemnationem, fuit offensus in via, vel occisus: quæritur nunquid offendẽs puniatur? Respon. omissis ambagibus, quòd sic, per iura superius allegata proximè. ff. de stat. homi. l. libertus. §. serui. xxiij. q. v. c. debet. vbi de hoc not. cũ simil. suprà alleg. Item alia ratione: quia satisdatio loco solutionis habetur. ff. qui satisda. cog. l. j. & præstita satisdatione, videtur bannum euanuisse, tanquam solutione facta: quia solutio eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. insti. quib. mod. toll. obliga. in princ. Item quia iste qui satisdedit habet exceptionem exceptione eliditur actio & condemnatio: vt ff. de except. l. ij. §. illud. ergo non fuit licitum offendere istum qui habet exceptionem: vt ff. de reg. iur. l. inuitus. §. cui damus. facit C. de his qui ad ecclе. confug. l. præsenti. & ita fuit determinatum per d. Ia-
75 cob. de Are. †Sed pone quòd tempore offensionis iste erat bannitus & scriptus in libro bannitorum, postea ille soluit condemnationem, & cancellatus fuit de banno, ac cusat offendentem vt puniatur de offensione, nunquid est puniendus? Respond. non videtur: quia inspicitur tempus delicti commissi. ff. de pœn. l. j. de testibus. l. at testium. §. j. ad leg. Aquil. l. ait lex iuxta illud. in eo statu in quo te inuenio &c. C. de seruis export. l. moueor. cũ simil.

Vnde cùm tempore offensionis esset bannitus, potuit impunè offendi, & sic offendens nullam pœnam meretur quia facit lege permittente &c. C. de adulter. l. gracchus.
76 †Sed nunquid licitum est in ciuitate, vel castro facere statutum, q̃ licitum sit cuilibet offendere bannitũ, vel cõdemnatum. Resp. in casibus à iure permissis videtur q̃ sic, in quibus autem casibus licitum est offendere aliũ sine pœna. not. ff. de personis quæ poss. offen. sine pœna per totum. Sed in alijs casibus vel maleficijs, non videtur quòd sit licitum facere statutum: quia condemnatus pro iniuria, vel alapa, vel simili delicto possit impunè offendi vel occidi: quia istud tale statutum est contra legem diuinam. Non occides &c. & minor non potest tollere legem sui maioris, vel superioris. Nam par in parem non habet imperium: multominus minor in maiorem. ff. de arbitris. l. nam magistratus. Item: quia est contra ius naturale. Iuxta illud, quod tibi non vis fieri, alij ne feceris, & iura naturalia non sunt mutabilia: & insti. de iur. natu. §. sed & naturalia. Item quia est contra vtilitatem publicam, cuius interest, ne maleficia remaneant impunita, & ne committantur: vt ff. ad legem Aquiliam. lege, ita vulneratus. de his qui deiecerunt vel effuderunt. l. in summa.

Item

Item quia cõdemnatus est iam punitus de delicto per eum commisso, & non debet addi afflictio. ff. de officio præsid. l. diuus. Item quia statutum tale est contra bonos mores: vnde valere non debet. argumen. C. de pœn. l. pœna. Item malæ consuetudines non sunt seruãdæ, sic nec malum statutum &c. Item quia per tale statutum homines inuitantur ad malè faciendum, quòd esse nõ debet: quia non debet via maleficijs aperiri &c. C. de indict. vidui. tollen. l. ij. in fi. Item quia istud statutum est contra rationem. Item omne statutum & omnis lex debet esse honesta & iusta, & secundùm naturalem rationem, aliàs non est lex nec statutum, nec valet de iure: vt probatur expresse ij. dist. c. erit autem lex. & hoc verius videtur, secundùm Mart. de fano. Sed contra videtur: quia licitum est omni populo legem facere: vt ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. sed illud est verum: dummodo lex sit iusta & rationabilis, aliàs non valeret: vt suprà probatum
77 est. †Sed pone quòd aliquis vulnerauit vel occidit exbannitum vel condemnatum, credens sibi licere offendere talem personam propter statutum dictans quòd licitum est offendere exbannitum vel condemnatum à quinquaginta libr. suprà: quæritur nunquid offendens debet puniri? Respon. sic videtur: quia facit contra legẽ Dei, non occides &c. quia nulli licitum est ignorare &c. Itẽ quia facit contra ius naturale. Iuxta illud q̃ tibi non vis fieri, alteri ne feceris &c. non licet ignorare: vt C. de in ius vocã. l. ij. vbi generali ratione &c. Item naturalis ratio est magis seruanda, quàm ipsa lex. ff. de bon. damn. l. cùm ratio naturalis. cùm sint immutabilia ista talia. insti. de iure natur. §. sed naturalia. Item, quia maleficia non debent esse impunita. ff. ad legem Aquiliã. l. ita vulneratus. Item quia statuta non debent derogare iuri diuino. Iuxta illud, non occides &c. Item quia iam minor tolleret legem superioris sui, quod esse non debet: vt ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum. Item quia iam seruus esset maior domino suo, quod esse non potest &c. Econtra quòd non debeat puniri: quia quicquid fecit, lege permittente fecit: vnde pœnam non meretur. C. de adult. l. Gracchus. ff. de adult. l. pater. & l. quòd ait. Item quia iam iste esset deceptus. C. de his qui veniam æta. impet. l. j. Item quia credens sibi licere fecit: vnde est excusatus. ff. de adul. l. peñ. facit ff. de arbit. l. penul. §. fi. de liber. cau. l. cùm igitur. §. generaliter. C. de plag. l. plagij. & ita fuit de facto cõsultum per Dyn. Sed prima opinio habet validiores rationes: vnde qui in tali casu habet iudicare, diligenter aduertat superius allegata, & alia ad hoc spectantia, & quod iustũ
78 fuerit obseruet & faciat. †Sed quid, ordinatum est, quòd quicunque cœperit aliquem exbannitum & duxerit in fortiam communis, habeat à communi lib. centum. Quidam cœperunt quendam exbãnitum cõmunis Man
b tuæ in alieno districtu[b] puta Brixiæ. Iste bannitus excipiendo allegat quòd captores non debent aliquid habere à communi pro tali captura, & quòd debet relaxari & suæ libertati reddi & restitui, cùm nõ fuerit captus de iure. Et primò: quia fuit captus extra iurisdictionem communis Mantuæ, quòd esse non debet. argu. de iurisdict. omn. iudic. l. fi. C. de summa trini. l. cunctos populos. vnde non videtur factum de iure, quod fieri non debuit. argu. ff. de arbitr. l. quid tamen. §. Labeo. ff. de auto. præst. l. nulla. Item quia condemnatus dicitur, qui ritè condemnatus est &c. ff. de re iudica. l. iij. §. condemnatum. cũ talis captura fuerit facta contra ius, pro nulla ergo debet haberi. C. de leg. l. non dubium. Vnde videtur de iure relaxandus, & captores de iure puniendi, qui sua autoritate fecerunt, quod facere non debuerunt. C. de exhi. reis. l. neminem. C. de Iudæ. l. nullus. argu. ff. qd̃ met. cau. l. extat. cum si. Econtra videtur q̃ non sit relaxandus: quia iudex potuit requirere commune loci vbi dictus bãnitus degebat, q̃ dictum bannitum transmitteret ad locum delicti puniẽdum, q̃ facere tenetur: vt in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. & C. de adul. authẽ. si verò. Si ergo habet ius iudex ad ipsum petendum, multomagis ad puniendũ
c & retinendum. ff. de reg. iu. l. qui actionem habet. ff. de superfi. l. j. §. ait prætor. vnde videtur quòd possit ipsum punire, ne maleficium remaneat impunitum. ff. ad legl Aqui. l. ita vulneratus. Item videtur q̃ illi captores non sunt puniendi: quia fecerunt lege permittente: vnde pœnã nõ merentur. C. de adult. l. gracchus. aliàs essent decepti legis autoritate, quod esse non debet. l. j. C. de his qui ven. ætа. impe. & ad hoc ff. de adul. l. j. C. de plag. l. plagij. Item multa fieri non debent, quæ facta tamen tenent. ff. quãdo appel. sit. l. j. §. biduum. Item quia per condemnationẽ de ipso factam, & per bannum, forum iam fortitus erat dicti iudicis, qui eum condemnauit: vt ff. de iudi. l. consensisse. & l. si quis postea. vnde ab ipso iudice est puniendus, licet alibi aufugisset: vt C. de epis. & cleri. l. officialis. & de falsi. l. si quis decurio. in fi. Præterea iudex non fecit ipsum capi, sed in suam fortiam fuit deductus, vnde ipsum relaxare non debet, ne maleficium sit impunitum &c. Item iura volunt & concedunt, q̃d malefactores puniãtur seu capiantur, & ducantur in fortiam communis. C. de his qui latro. occul. l. j. & ij. de math. l. fi. vnde dicitur legitimè captus, & sic in pœnam non incidit qui capit: quia facit lege permittente &c. Item quia non refert qualitercũque venerit in fortiam communis &c. ar. ff. de aqua quot. & æsti. l. j. §. quæsitum. Item officialis debet attendere solicitè ad capiendum malefactores, & ad ipsos puniendum. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. fi. ff. de offic. præsi. l. iiij. & l. cõgruit. & l. illicitas. §. illicita. ibi, deprehẽsa coercere &c. multomagis si habet in sua potestate, debet punire, ne maleficium sit impunitum &c. nec debet relaxari ad hoc vt homines non prosiliant ad mala committenda. C. de pœ. l. à pœna. aliàs bannum vel condemnatio esset nulla: nam hoc modo non posset executioni mandari, si de nullitate opponatur. Itẽ in eo statu in quo te inuenio &c. C. de
69 ser. expor. l. moueor. & hoc verius puto. †Sed pone, q̃ quis fuit exbannitus vel condemnatus, post hoc ille cõparuit ad se defendendum, & fecit suam defensionem q̃d facere potest: vt quia tempore citationis vel condemnationis erat infirmus, ita quod sententia ei non præiudicauit propter infirmitatem, vel aliam causam similem: vt ff. de re iud. l. quæsitum. cum simi. & ita fuit absolutus publicè, vel sententia annullata publicè. Tamen bannũ nõ erat adhuc cancellatum & scriptum in libro rebannitorũ, iste talis bannitus fuit offensus, offendens accusatum ab offenso vt puniatur, iste ad sui defensionẽ opponit excipiendo, & dicit q̃ potuit impunè offendi, tanquam exbannitus, & inducit bannum scriptum, non cancellatum de libro communis. Accusans dicit quòd fuit publicè absolutus, vel sententia fuit publicè annullata: vnde iste offendens debet condemnari, non obstante q̃ bãnum inueniat[c] non cancellatum: quia euanuit per sententiam latam publicè: quæritur quid iuris sit. Respõ.[c] & videtur q̃ offendens sit absoluendus: quia constat q̃ fuit exbannitus, sic in excommunicato dicitur: vt extra de elect. c. per venerabilem. §. sunt enim. & de sent. excõ. c. proposuit. ad fi. vbi de hoc. Item archiuo publico standum est, vbi ille reperitur in banno scriptus: vi ff. de iur. fis. l. in fraudem. §. quoties. vnde cùm iste offendens habeat credere q̃ possit illum exbannitum offendere postquam erat bannum nõ cancellatum, non videtur esse in casu cõdemnationis, sed absolutionis, cùm iusta ratione motus per formam statutorum & banni, offensam fecit in dictum exbannitum: vt ff. de adult. l. pe. ff. de abige. l. j. §. fi. de liber. cau. l. cùm igitur. §. & generaliter. C. de pla. l. plagij. aliàs esset deceptus legis autoritate, quod esse non debet. Econtra q̃ sit in casu condemnationis, cùm constet q̃ publicè fuit absolutus per sententiam, quæ pro veritate accipitur: vt ff. de re iud. l. res iudicata. Itẽ quia fuit publicè pronunciatum: vnde nõ debet offendens ignorare: vt ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. proscribere. Item quia publicè promulgatũ est, non debet singulorum auribus intimari. extra depo. c. j. §. j. vnde ista talia ignorare esset supina ignorantia, quæ non excusat, ff. de iuris & fact. ignoran. l. nec supina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item quia per sententiam euanuit bannum & condemnatio, & perinde debet haberi ac si non fuisset lata. argumento ff.qui satisdare cogantur.l.j.§.primo. Item quia non videtur rem habere, qui extra eam repellitur, & sic non videtur bannitus qui fuit absolutus.ff.de regulis iuris.l.rem habere.& l.nil tam naturale. Item ignorantia delinquentis non excusat.ff.de iniur.l.eum qui.§.iniuria, debuit enim inquirere diligenter, an adhuc esset in banno vel non.in argumen.l.ad Maced.l.penulti.de iniurijs.l.prætor.§.præterea. Item nulli priuato licet aliquem offendere tegulariter.l.nullus.C.de Iudæ.nisi in casibus not.s.de personis quæ sine pœ.offen. possunt.per totum.

Item quia facit contra ius naturale, & quòd tibi non vis &c. Item contra ius diuinum, vt non occides &c. quæ iura non licet ignorare &c. Item maleficium non debet esse impunitum: vt ff.ad legem Aquil.l.ita vulne-
80 ratus.& hoc verius videtur. † Sed pone, ordinatū est quòd nulla persona debeat ire post sonum campanæ quæ pulsatur de sero,& ante sonum campanæ quę pulsatur in aurora diei, pœna decem sol. Contingit quòd campanarius non pulsauit campanam hora solita, vel nullo modo pulsauit,aliquis fuit inuentus ire post horam solitam pulsandi campanam: nunquid debet condemnari. Respō. sic videtur, si fuit inuentus ante sonum campanæ: quia ordinamentum hoc dicit, quod est seruandum, quamuis durum.ff.qui & à quibus.l.prospexit.ff.ad municip.l. constitutionibus.de legatis.iij.l.non aliter.cum similibus.

Econtra q̃ non: quia fuit defectus campanarij qui nō pulsauit campanam hora debita, vel nō pulsauit vllo modo,& sic etiam nocere nō debet:quia alteri per alterū &c. ff.de regu.iuris.l.non oportet alterum. Item quia sufficit si seruatur hora debita vel solita, & facit illud quod communiter alij faciunt.argu.ff.de pigno.actio.l.pignus. in fin.& l.vel vniuersorum.eo.titu.ibi,solebat &c.ad Maced.l.si quod dicitur.cum simili. Item consuetudo excusat.C. de testa.l.testamenta.ff,manda.l. si quis negotia. §.fin.de adminis.tuto.l.fine hærede.§.Lucius. cum simil
81 & hoc videtur verius. †Sed quid ecōtra, campanarius pulsauit campanam in matutinis dum deberet pulsare in aurora diei:vt dictum est.Aliquis fuit inuentus post sonum campanæ ante horam debitam & solitam, nunquid debeat condemnari. Respon.non videtur:quia fuit inuentus post sonum campanæ, vnde iustam habuit causam eundi,cùm ordinamentum concedat, quòd post sonum ire possit:vt ff.ad municip.l.constitutionibus. Itē quia dies à media nocte incipit &c. vt ff.de ferijs.l. more Romano. cum similib. Econtra quòd sic debeat condemnari: quia si sonuit in matutinis & ante horā debitā, & iste sciebat vel scire debebat,non est excusatus.ff.si certum peta.l.quod te. Item quia sciebat, quòd non erat opus quod certioraretur: vt ff.de act.emp.l.ij. Itē quia ista fuit supina ignorantia credere, quod si sonauerit campana in matutino,quod esset hora debita sonata, & supina ignorantia non excusat ff.de iur.& fact.igno.l.nec supina. Item quia non debuit esse nimis credulus.ff.de eo per quem fact.erit.l.j.§.dolum. Item quia prætextu liciti,non debet fieri illicitum.ff.de officio præsi.l.illicitas. §.illicita.& §.ne quid.C.de sacrosanct.eccles.l.sub prætextu.ff.de extraord.cogn.l.j.cum simi.& hoc puto verius.
82 † Sed nunquid poterit agere iste contra campanarium ad damnum suum,qui decepit eum in sonando campanā ante horam debitam? Respon.sic videtur.arg.ff. de incen.rui.naufragio.l.ne pisca. Nam ipse fuit causa damni istius, & qui causam damni dat &c.ff.ad legem Aquil.l. qui occidit.§.in hoc.& in §.seq.& de seruo corrup.l.j.§.fi. de ficar.l.nihil. Item quia imperitia ipsius campanarij obesse non debet:vnde videtur teneri.ff.de regu.iur.l.imperitia.ff.loc.l.si quis dolum.§.Celsus.& §.si quis vitulos.

Item quia interest nostra ne fallamur.ff.si mensor falsum.dixer.l.j. in princip. Item quia fuit in culpa tali hora pulsando:vnde tenetur.argumen.ff.manda.l.si mandauero.§.fina. Econtra quod non teneatur:quia iste decit se deceptum,dicens campanam esse sonatam ante horam debitam,vnde non debet audiri contra formam ordinamenti.Nam qui scit, non debet certiorari.ff.de actione empti.l.j.in fine. Item sibi imputet si ante horam debitam sciens iuit per terram,& damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet.ff.de regulis iuris.l.damnum.

Item non debuit esse nimis credulus.ff.de eo per quē factum erit.l.j.§.dolum. Item quia scienti non infertur dolus.C.de transactionib.l.cùm donationis.cum similib.
83 & hoc verius puto. †Sed pone ordinatum est, quod si quis offenderit clericum pœna dupli puniatur,aliquis offendit clericum in habitu laicorum siue scholarium, & dum potestas procederet contra istum, iste excipiendo ad sui defensionem dicit,quòd ipse clericus erat in habitu laicorum,& probauit: nunquid est audiendus in sua exceptione,ita vt non puniatur pœna dupli sed simplici.

Respondeo sic videtur: quia ignorantia excusat.ff.loca.l.si quis ignorans.& videtur casus ff.de iniurijs.l.item apud Labonem.§.si quis. C. de Episco. & cleri.l. si qua per calumniam.cum si. Sed dic contra per.l.eum qui. §.si mihi iniuriam.ff.de iniur.& ff.de nego.gest.l.si com-
d putaui. Sed primum dictum magis placet[a]. †Sed po
84 ne,quod quidam accusatus vel inquisitus est de quodā maleficio. Iste ad sui defensionem negat: & excipiendo dicit videns, quod non probatur contra eum, quod ipse est purus,liber,& extra omnem dolum & culpam: & quod est insons à dicto maleficio:& quod prætermisit committere maleficium in tali loco:& quod non potuisset committere dictum maleficium:quin tales qui erant ibi præsentes in tali loco,vidissent:& probat,& probare, vult,quod homo solus & sine ipso vulnerauit &c.vel qd simile ad suam innocentiam & defensionem nunquid est audiendus. Respondeo & dico quod sic. quia iudex habet inquirere veritatem: vt C. de eden.l.is apud quem.de iudi.iudices. Item defensiones factas &c.C. de hæreti.l.quoniam de iure fisc.l.deferre.cum si. Sed si testes dicant,quod ipse est purus,& liber,& extra omnem culpam:& quod est insons à dicto malificio:& quod prætermisit committere dictum maleficium &c. Interrogati de causa scientiæ,responderunt & dicunt se scire ex eo, quod continuè & semper fuerunt penes eum in tali loco:& viderunt eum continuè:ita quod non potuisse se mouere vel deliquere:quid ipsi vidissent. An tale testimonium sit sufficiens probatio: quia si multi sunt in domo vel loco:& conuersantur simul:& alius, qui non est in culpa accusatur:vel cōtra eum inquiritur:cum nō possit aliter suam innocentiam purgare:cum esset in loco tunc commissi delicti: nisi per formam prædictam: quia talis præsumptio,defensio,& probatio admittitur cum pœna suos debeat tenere authores:& non alios &c. vnde cum aliter non possit fieri:est admittenda.argumē. extra de testi.capitulo.veniens.in fi.& capitulo dilectæ.

Item: quia negatiua hoc modo probari potest: vt ff. de pactis.l.iurigentium.§.quod ferè.C.de proba. l. cum præcibus.extra de fide instrimen.capitulo cum Ioannes. dummodo probetur per maiorem numerum testium, quam probatum sit contra eum: vel per tot dummodo
e sint fide digniores[e] argumen.C.de bono. poss.secundum tab.l.fina.Nam maior numerus præfertur minori:& maiores præferuntur alijs.argument.ff.de iudic.l. per minorem.ff.de testib. l.ob carmen. §.si testes.extra de testib. capitulo,in nostra.& supra de testi.versi.fin. Vel posito quod ista esset negatiua probatio: tamen est talis quod habet in se multiplicem adfirmitatem vel æquipolentem: & talis quod potest probari.argumen.C.de codicil.l.nō codicillos.in authenti.de hære.& falsi.§. si verò, & per iusiurand.&c.vbi de hoc no.& argumen.ff.de inoffic.testa.l.libellorum.ibi,nisi sedens &c.ff.de pa.l.circa.§. fina.

Item quod illa negatiua habet adiectionem loci:vnde potest probari.C.de contrahen.& committen.stipula.l. optima.in fin.& hoc verius videtur. Item hoc probato debet absolui: cum legitimam fecerit defensionem:
& suam

& suam innocentiam ostenderit:vt C.de accu.l.neganda. ad fin.l.j.C.de adul.l.serui.ff.de quæstio.l.j.§.si quis vltro.
85 ibi,de innocentia &c.cum simil. †Sed pone, quod per formam statutorum possum offendere exbannitum communis sine pœna,aliquis offendit exbānitum,proceditur contra eum,ipse excipiendo dicit illum esse exbānitum, & sic potuisse offendi impunè, & quòd non potest, nec debet de iure procedi contra ipsum propter bannū, quæritur an talis exceptio banni sit admittenda, quin quęstio vlterius procedat,& an impediat processum? Respon.dicunt quidam quòd non:quia certæ sunt exceptiones,quę impediunt processum & lit.contest.sicut exceptiones rei iudicatæ transact.& simi.vt ff.de condict.indeb.l.eleganter.§.si quis.vbi de hoc.extra de lit.contest.c.except.libr. vj.inter quas ista non enumeratur:vnde non videtur impedire processum. Sed alij dicunt contra, & quod est admittenda,& impedit processum, cùm habeat naturam dilatoriæ exceptionis:vt C.de procurato.l.ita demum.de probationib.l.exceptionem.de exceptionib.l.penult.§.fi. & istę exceptiones regulariter impediunt lit.contesta.& quantuncunque possint dici anomalę. Ista exceptio banni ad instar exceptio.communicat,quæ cùm sit anomala, potest opponi& ante litem contesta.& post, & ante sententiam & post quandocunque:vt extra de excep.c.exceptione excommunicatio.& c.pia.de exceptionib.libr.vj.

Item quia per talem exceptionem imponitur finis toti processui & futuræ sententiæ siue condemnationi, & talem exbannitum subijcit omnibus pœnis exbannitorū:
86 vt ff.ad Turp.l.j.§.calumniatoribus.argu.ff.de capi.dimi. l.amissione.§.j.& hoc videtur verius. † Sed nunquid[f]
f potest procurator constituí ad talem exceptionem opponendam,& per ipsum opponi quòd potuit impunè offendi? Respon.sic videtur per l.denunciasse.§.si procurator. ff.de adul.de man.vind.l.etiam.C.e.l.neque.ff. de procu. l.seruum quoque.§.publice.& de hoc no.5.de procu. plenè de hac materia.

ADNOTATIO.[a] ¶Quòd sit puniendus. Adde qđ hoc idem tenet Barto.in l.in laqueum.ff.de acqui.rer.domi.& in l.iij §. transfugas.ff.ad leg.Corne.de fal.per Alber.de Ros.in materia statutorum q.xlv.per d.Nellum in tract.bannit.in secunda parte secundi temporis.q.xxix.

b ¶Districtu.hanc q.vide tu per Nel.de sancto Gemi.in tract. banni. in ij.parte secundi temporis q.xxix.

c ¶Adde de hac q.& dic vt per Bar.in l.pe.ff.de adult.& in l.genero. ff.de his qui not.infa.latè per d.Nell.plenè declarantem in tracta. bannito.in prima parte tertij temporis quæst.ij.& in q.seq. ponit quid de offendente bannitum non legitimè cancellatum de bāno. & concludit quod non punitur.alleg.Bal.in c.j.hic fini.lex Corra. & Ray.in l.non solum.ff.de dona.inter vir.& vxo.

d ¶Placet.Cogita tu super hoc:quia est distinguendum, quod aut talis offendens fuit in culpa,aut non,si fuit in culpa,vtputa,quia publicè tenebatur illum esse clericum,& punitur pœna dupli, per ea quæ dicit do.Nellus in tracta.bannitorum in ij.parte secundi temporis.q.xxvj.

e ¶Fidedigniores.Adde tu & vide de hoc plenè per Fely.in c.in nostra.co.ij.ver.præferuntur etiam testes.extra de test.vbi latè ponit quando credatur testibus deponentibus super negatiua, dicas tamen quòd si pro accusato sunt duo testes, licet non sint digniores testibus contra accusatum, tamen cæteris paribus præferuntur testes pro accusato.gl.est in c.si clerici.lxxxij.dist.quod alleg. Abb.in c.cùm P.Manconella.de accu.& dicit Abb.in c.bonæ.el.j.de elect. Card.in consi.xxvij.& ex illa glo.etiam habes quòd in criminalibus plus creditur negantibus quàm affirmantibus.& ad hoc illā ponderat Ro.in l.j.& in l.in illa.ff.de verbo.obligatio.vide Fel.in dicto.c. cùm P.Manconella.

f ¶Sed nunquid.Adde & vide Imo.in l.pe.§.ad crimen.ff.de publi. iud.col.xviiij.& plenè per d.Maria,Soci.in repet.c.veniens.de acc. & aliquid per Nellum in tract.bannito.in ij.parte secundi temporis.quæstio.xiiij.

De indicijs. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Indicium quid sit.*
2 *Præsumitur contra te de maleficio,si malefactor qui uulnerauit alium, est in domo tua te sciente &c.*
3 *Item si procurasti eum fugere,&c non permisisti eum capi.*
4 *Item si fuisti cum malefactore, uel si inculparis & propter hoc absentaste.*
5 *Item si ille est repertus uel uisus postea exire domum eum gladio euaginato, & ibi repertus est homo uulneratus.*
6 *Item quando iactauit se fecisse tale maleficium,licet extra iudicium.*
7 *Item si ante minati sunt sibi adinuicem,uel uerba dixerunt sibi iniuriosa.*
8 *Item si fuasit alicui ut iret per certam uiam ubi sciebat esse latrones uel eius inimicum,qui postea eum offendit.*
9 *Item si culpatus aliàs offendit istum,uel offensus fuit ab eo.*
10 *Item quia qui semel malus &c.& præterita indicant futura.*
11 *Occisus reperitur in domo quadam, de qua uisus est à pluribus exire Titium cum gladio euaginato,an poterit Titius condemnari.*
12 *Violentum indicium est quando aliquis est uisus exire de domo habente unum tantum aditum cum gladio sanguinolento stupefactus &c.*
13 *Item capitalis inimicitia,quòd uisus fuerit exire de tali loco cum gladio euaginato & sanguinolento &c.*
14 *Item iactantia quòd fecerat eum occidi &c.*
15 *Item si accusatus de adulterio dicat se consanguineum excusando,postea contrahat cum illa.*
16 *Item quando aliquis transegit super crimine.*
17 *Violenta talia indicia uel similia una cum fama,an sufficiant ad condemnandum,& an ad tormenta.*
18 *Indicia uiolenta cum uno teste de uisu,an sufficiant ad condemnationem.*

Ideamus de indicijs, di-
1 citur† autem indicium[a] signum & demon
2 stratio alicuius maleficij commissi:vt ff.de præscrip.verb.l.solent.insti.de pub. iudic.
1 §.fi. †Et not.quòd multis modis præsumitur,& multis de causis contra aliquem quòd fuerit culpabilis de maleficio. Vno modo si aliquis vulnerat vel occidit aliū,& homicida est in domo tua te sciente, cùm nullam affinitatem, vel amicitiam ante maleficium haberes, & ipsum defendis, præsumitur enim contra te, quòd fueris con-
b scius maleficij,maximè si vulneratus erat inimicus[b] tuus. argumento C.de his qui latrones occult.l.j.ff.de receptatorib.l.j,& ff.de incendio rui.naufrag.l.ij.§.non tantum.
2 Alio modo, si procurasti, quòd iste fugeret vel euaderet,vel non permisisti eum capi, & ad potestatem duci. argumento ff.de crimi. pec.l.j.§.secundo.de eo per quem factum erit.l.j.in principio. †Item si fuisti cum illo,qui commisit maleficium, vel si tu es inculpatus de maleficio, & propter hoc tu fugis & te absentas.argumento C. de adsessorib.l.consiliarios. Nam fuga inducit suspicionem:vt C.de omni agro deserto.l.locorum.ff.de suspect.
5 tuto.l. impuberibus.§. propterea. † Item si ille postea inuenitur, vel visus fuit exire domum cum gladio euaginato,& illic reperitur homo vulneratus.argumen.extra de præsumptionibus. capitulo tertio.in authentica,
6 vt liceat matri & auiæ.§.is quoque.colum.viij. † Item quando iactauit se & dixit,quòd fecit tale maleficium, licet extra iudicium dixerit.argumento C.de secundis nup-
7 tijs.l.qui adulterium.circa finem. † Item si ante murmurati sunt, siue minati se ad inuicem, vel verba dixerint sibi iniuriosa.argumento ff.de bonis damnatorum. l.cùm ratio.C.de iniurijs.l.si non conuicij.de ædilitio edicto.l.si tu.§.ei qui.quia in maleficijs voluntas multum
8 operatur.ff.ad legem Corneliam, lege Diuus. †Item si suasit alicui dolosè: vt iret per certum locum, vbi sciebat esse latrones, vel inimicum eius, qui postea eum offendit:vt ff.ad legem Aquiliam.lege, qui occidit.§.penultimo.ff.de sicarijs.l.tertia.§.alio.ff.vi bonorum raptorum.lege,penulti.§.si cum.& lege,sed & si quis. †Item
9 si culpatus aliàs offendit istum, vel offensus fuit. argumento C. de vi publica.lege, seruos.ibi, quibus &c.
10 † Item quia ille qui semel malus est, præsumitur semper malus.ff.de accusationibus.lege,si cui.§.ijsdem.Nam præterita indicant futura.ff.de re militari.lege, non omnis.§.à Barbaris.& lege, seruorum. Sunt & alia plura indicia, quæ de facto possunt occurrere & accidere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ bonus iudex habet coniecturare, de quibus non pos
11 set tradi plena doctrina. †Sed quid, quidam vulnera-
tus fuit vel occisus, & hoc quis fecerit, nõ plenè constat,
dicitur tamen, quòd Titius commisit dictum homicidiũ,
& probatur contra eum per testes, qui viderunt eum exi-
c re de domo, vel vinea cum gladio euaginato[c], & postea
inuentus fuit homo vulneratus vel occisus: modò quæ-
ritur, an hæc sufficiant ad hoc vt possit condẽnari. Re-
spond. & videtur quòd sic: cum talia indicia sint veritati
proxima. arg. C. de proba. l. fin. Item licet quia singula
per se non sufficiunt, tamen omnia simul iuncta plenam
probationem facere videntur. arg. ff. de app. l. si quis sepa-
ratim. §. j. de excu. tut. l. ij. §. hoc amplius. iuxta illud. Et quæ
non prosunt singula, multa iuuant. facit ff. de re mili. l. de-
sertorem. §. is qui. & in authẽ. vt lic. matri & auiæ. §. illud.
col. viij. E contra videtur quòd non: quia in casibus crimi
nalibus debẽt esse probationes luce meridiana clariores.
C. de prob. l. penul. de pœn. l. qui sententiam. de acc. l. sin-
guli. cum simi. Item fit indicium per vnum testem, qui
deponit de visu. C. ad leg. Iul. maiesta. l. si quis. secundum
Accur. & etiam fit semiplena probatio: vt ff. de dot. præle.
l. Theopompus. quia duo plenè probant. ff. de testi. l. vbi.
ergo vnus semiplenè: vt not. ff. de iureiurã. l. admonendi.

Sed bene poterit talis iudex propter talia indicia ad
tormenta procedere. C. de quæstio. l. milites. & facere istũ
delinquentem confiteri, & postea ipsum condemnare se-
12 cundum qualitatem delicti. † Sunt & alia indicia vio-
d lenta & magna[a]. Primum quando aliquis exit de domo,
quæ non habet nisi vnum aditum cum cultello sanguino
lento stupefactus, tepidus: & illic inuenitur homo mor-
tuus, vel vulneratus de recenti, indicium est magnum, &
tanta præsumptio siue probatio est contra istum talem
exeuntem, quòd in casu illo secundum plures docto. po-
test puniri: dummodo constet hoc per plures testes, cum
sit etiam fama. ff. de testib. l. vbi. extra de præsump. c. illud.
e & de proba. l. fin. Pallíditas[e] enim indicat de maleficio
commisso. argu. ff. de quæstio. l. de minore. §. fi. Gladius
sanguinolentus indicat de facinore perpetrato. Nam ex
qualitate facti, capitur coniectura. ff. de dona. inter virum
13 & vxo. l. vtrum. quod verum puto. † Item aliud indi-
cium violentum est. Pone quòd aliquis est occisus in vi-
nea, vel in campo, de quo maleficio inculpatur Mar. pro-
batur contra eum, quòd est capitalis inimicus occisi. Itẽ
quòd fuit visus euaginare gladium. Item quòd fuit vi-
sus solus exire de dicto loco, cum gladio euaginato san-
guinolento. Item quia publica fama est contra ipsum,
14 quod commisit dictum maleficium. † Item aliud indi-
cium, inculpatur Titius quòd fecit occidi A. probaẽ con-
tra eum, quòd erat capitalis inimicus dicti A. Itẽ pro-
batur contra eum quòd Titius erat prope illum locũ, vbi
factum fuit dictum maleficium. Item probatur, quod ipse
receptauit dictum malefactorem in domo, commisso di-
cto maleficio. Item quia dictus malefactor erat dome-
sticus dicti Titij. Item probatur, quòd ille Titius mina
tus fuit A. prædicto, & dixit, quod ipsum faceret occidi,
vel offendi, vel se iactauit, quòd fecit dictum maleficium.
15 † Item est aliud indicium. Quidam accusatus fuit de
adulterio, ille se excusauit sub prætextu consanguinita-
tis, & postea contraxit matrimonium cum ea, indicium
& præsumptio est magna contra eum. C. de adulter. l. hi
16 qui. & ex hoc potest puniri. † Item est aliud indicium
etiam in eo, qui transegit super crimine, qui dicitur confi-
teri de ipso. ff. de iure fisci. l. causas. & l. eius. ff. de his qui
notan. infa. l. furti. §. pactus. †Sed nunquid per talia in-
dicia violenta vel similia, cum fama, poterit quis puniri
& condemnari. Respond. sic, si rector habet arbitrium
super maleficijs: tunc dicunt quidam doct. quòd possunt
condemnari: quia talia indicia cum fama bene sufficiunt.
C. de proba. l. fi. cum simi. & quia arbitrium debet aliquid
operari: vt l. si quando. de leg. j. cum simi. Sed si non habet
arbitrium, tunc dicunt quidam, quòd etiam potest con-
demnari, nisi tantum in contrarium probetur, quòd de-
roget dictis indicijs: vt suprà dictum est, & plura indu-
cuntur: vt C. de proba. l. fin. C. quando appel. non recip. l.
obseruare. cum simi. Alij contra, nisi adsit alia probatio:
quia ex præsumptionibus, vel solis indicijs nemo est dã-
nandus. ff. de pœn. l. absentem. C. de pœn. l. qui sententiam.
de accu. l. singuli. cum simi. & multi doct. hoc probant, &
in hoc concordant. Sed tamen per talia indicia bene
potest iudex procedere ad tormentum, vt dictum est.
18 †Sed si habetur dictum vnius testis de veritate, qui vi
derit maleficium committi, & per alios testes constaret
de talibus indicijs & etiam de fama, tunc dicunt quidam
posse ad condemnationem procedi per iura prædicta.
C. de probationib. l. fi. cum similib. ad hoc, ne maleficium
sit impunitum: vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus.
quod verum puto.

ADNOTATIO. a ¶Indicium. Vide de hac diffinitione vl-
tra ea, quæ ponit Ange. Areti. in tracta. maleficio. in vers. fama pu-
blica. vers. nunc videamus. per moder. in tract. de indi. & tort.

ADDITIO.

Et latissimé per d. Gand. in tract. malefi. in rub. de præsump. &
indicijs indubitatis; quibus plerunque procedi ur ad torméta &c.
Hiero. Chuc.

b ¶Inimicus. Adde tu & intellige, si erat inimicus capitalis, vel cum
eo haberet litem maioris partis bonorum. ita Barto. in l. iij. §. fin. ff.
de adoptionib.

c ¶Euaginato. Adde de hoc an quis possit condemnari ad mortem.
in c. afferte. per Fel. latè col. iij. & seq. de præsump. & adde Alexan.
in consi. xiiij, col. j. in iij. volu. & in dictis locis de alijs indicijs indubi
tatis. & in dicto tracta. de indi. & Ioan. de Imo. in l. fina. col. vj. ff. de
hæred. instit.

ADDITIO.

d ¶Vide latè d. Gand. in tract. malefi. in rub. de præsum. indu. & vide
suprà in apost. super verbo, indicium. Hier. Chu.

e ¶Palliditas. Adde illud Ouid. O quàm difficile est crimen non
prodere vultu.

De rumore. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Rumor quid sit.*

1 2a ESt autem† rumor[a] parti-
cularis clamor ex incerta authoritate & so
la præsumptione prouenies: vt extra de
eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. super eo. de
elect. c. cùm causam. & hoc minus probat quàm fama. Nã
fama est communis viciniæ clamatio vt dixi. Rumor ve-
rò est, cùm pauci clamãt, & dicunt aliquid publicè vt di
xi, & probatur extra de regula. c. veniens. circa princ.

ADNOTATIO. a ¶Rumor. Adde Spec. in titulo, de noto.
§. quidem. versic. nunc de rumore. & Ioan. de Imo. in l. fin. col. j. ff. de
hæred. instit.

ADDITIO.

Et per Gandi. in tract. malefic. in rub. de rumore occulto & ma-
nifesto &c. Hier. Chuca.

De præsumptionibus. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio quid sit.*
2 *Præsumptio insurgit ex persona, ex loco, ex tempore, ex taciturnitate ex ne-
gligentia, ex familiaritate, ex obscuritate, ex qualitate uiri, ex dilatione,
ex frequentia, ex ætate.*
3 *Præsumptio temeraria quæ sit.*
4 *Præsumptio probabilis quæ sit, & an inducat purgationem, & probationem
in contrarium admittat, & an ad sententiandum moueatur iudex per hãc.*
5 *Iudex per istam præsumptionem cum uno teste de ueritate uel simili præsum-
ptione quid faciet in ciuilibus, & quid in criminalibus.*
6 *Præsumptio uiolenta ex quibus insurgat per multa exempla.*
7 *Præsumptio necessaria quæ sit, & an admittat probationem in cõtrarium. &
ad quid inducat iudicem.*
8 *Præsumptio iuris & de iure quæ sit, & an admittat probationẽ in contrariũ.*
9 *Præsumptio iuris tantum quæ sit, & an admittat probationem in con-
trarium.*
10 *Præsumptio temporis præcedentis quæ sit, & an recipiat probationem in
contrarium.*

Præsumptio

11 *Præsumptio hominis quæ sit, & an contra istam recipiatur probatio.*
12 *Præsumptio facti præcedentis circa uentura quæ sit.*
13 *Præsumptio facti subsequentis quæ sit.*
14 *Præsumptio de iure tantum quæ sit, & an probatio in contrarium recipiatur.*

1 SEquitur videre de præ-
sumptionibus †Præsumptio est argumen
tum ad credendum aliquod factum esse,
surgens ex præsumptionibus alterius, vi-
delicet cum adiacentia personarum: vt extra eo. c. literis.
Vel præsumptio est alicuius facti dubij, aliquando plena
2 aliquando semiplena probatio. †Ista enim præsumptio
insurgit ex multis causis, scilicet ex persona: vt extra e. c.
fina. quia quilibet præsumitur idoneus, nisi contrarium
probetur, quilibet præsumitur bonus &c. vt C. de inoffic.
testa. l. omnino. Item ex loco insurgit præsumptio: vn-
de si quis inuentus est in lecto nudus, cum nuda aliqua
præsumitur fornicatio: vt extra eo. e. tertio loco. Itẽ eq
tempore insurgit præsumptio. Nam si mulier cohabitauit
cum viro per annum & vltra, & postea velit probare, qđ
violenter contraxit, non auditur propter lapsum tempo-
ris: quia præsumptio est contra eam, quòd ipsa contraxe-
rat: vt extra de spon. c. ad id quod per tuas. Item ex ta
citurnitate inducitur præsumptio contra officialem fu-
gientem. C. de adsess. l. consiliarios. Item ex negligẽtia:
Nam officialis de negligentia tenetur. C. de offi. præfect.
præt. l. si quos. & qui olim fuit negligens, præsumitur ne-
gligens in futurum. extra eo. c. scribam. Item ex fami-
liaritate. Nam qui familiaritatem habet cum inimico pre-
sumitur meus inimicus. extra de app. c. repellatur. Itẽ
ex obscuritate: vnde si iudex fert sententiã de nocte, pre-
sumitur non ritè lata. extra de offic. dele. ç. consuluit. Itẽ
ex qualitate viri. extra de præbẽ. c. nisi essent. Item ex
quantitate. extra de reb. eccl. non alien. c. consensus. & de
simo. c. pares. Item ex dilatione præsumptio inducitur,
quando confertur beneficium coniuncto, nõ idoneo. ex-
tra de præben. c. grauem. Item ex frequẽtatione. Nam
si clericus frequentat monasterium fœminarum sine ra-
tionabili causa, præsumitur malum facere: vt extra de vit.
& honesta. cleri. c. monasteria. Item ex ætate. Nam qui
2 bonus fuit in iuuentute sua: præsumitur bonus[a] in sene-
3 ctute sua. extra eod. c. cùm in iuuentute. †Et not. quod
præsumptionum alia est temeraria, alia probabilis: alia
violenta, alia necessaria. Temeraria præsumptio est illa,
quę insurgit à malis hominibus, & à maleuolis, & ex cau
sis vilibus, vt puta: quia viderunt aliquem senem loqui cũ
aliqua muliere, statim præsumunt malum, & dicunt de
ea &c. cum dubia semper in meliorem statum, siue partẽ
debeant interpretari. extra de re iudica. c. ij. xj. q. iij. c. absit.
& ista talis præsumptio non est valida, nec à iure admitti-
tur, nec debet mouere animum iudicantis. extra de simo.
4 c. licet Hely. vj. q. j. c. oues. cum simil. †Probabilis præ-
sumptio est seu dicitur, præsumptio iudicis, quæ insurgit
ex multis causis & suspicionibus: vt suprà notaui, & dixi
de indicijs fama super his præcedente à bonis & non à
maleuolis: vt c. qualiter & quãdo. el. ij. & ista inducit pur-
gationem. extra de purga. canо. c. si quis debet. & contra
istam admittitur probatio in contrarium. vt vij. q. j. in pre-
sentium. extra de renunc. c. super hoc. Sed per istam ta-
lem præsumptionem non mouetur iudex ad sententian-
dum, nisi ille deficeret in purgatione: vt dictis iuribus. &
extra de cohab. cler. & mulier. c. tua. Saluo quod in noto-
rijs non inducitur purgatio, nec etiam admittitur: vt ex
trà de purg. canо. c. pe. §. his igitur. Sed iudex procedit ad
5 condemnationem: vt dixi suprà de notorio. † Nota ta-
men quòd licet iudex non debeat procedere ad condem
nationem per istam talem præsumptionem: quia non ple
nè probat, tamen si talis præsumptio interueniat cum vno
teste de veritate, vel cum alia simili præsumptione, tunc
secundum Tancredum plenè probat. extra de probatio.
c. illud. C. ne de statu defuncto. l. ij. vel saltem mouet iu-
dicem ad tormentum faciendum in criminalibus. In
ciuilibus verò ad deferendum iusiurandum inducenti ta
lem præsumptionem, & ipso iurante debet pro ipso sen-
tentia ferri. C. de iureiuran. l. in bonæ fidei. C. vnde vi. l. si
quando. ff. de iureiurã. l. admonendi. extrà de præsumpt.
6 c. illud. & c. ficut. de consuetud. cum similib. †Violenta
autem præsumptio insurgit ex visibili probatione, & ista
appellatur præsumptio iuris, quando ius præsumitur ita
esse: vnde si instrumentum debiti reperitur cancellatum,
ius præsumit debitorem liberatum. ff. de probatio. l. chiro
graphum. ff. de pact. l. postquam. & l. Labeo. cum similib.

Item ius præsumit quod quis non renuat personatum
& postea consequatur vicariatum. extra eo. c. quia verisi
mile. Item præsumit ius, quòd quis non transeat de ma
iori dignitate ad dignitatem minorem: vt extrà de cleric.
non resid. c. j. Item ius præsumit, quòd vir cognouerit
vxorem quãdiu cohabitauerit cum ea. xxiiij. q. c. nec ali-
qua. Item si quis inuentus fuerit solus cum aliqua: vt
nudus eum nuda, vel per siluas & nemora vagantes, vel
adinuicem solus cùm sola in locis secretis præsumitur for
nicatio inter ipsos: vt §. not. & extra eod. c. literas. & c. ter-
tio loco. Item in accusato de leui crimine in pœnam rele-
gationis, vel infrà legitime citato & fugiente: vt suprà di-
xi: nam ille talis potest condemnari: quia præsumitur con
tra eum, propter talem fugam. ff. de pœnis. l. absentem. §.
aduersus. ff. de bonis libert. l. libertinum. C. vt omnes tam
ciuiles quàm criminales. l. & cum similib. Item si quis
denunciauerit, quem habet tanquam suspectum, ne cum
vxore loquatur, & illa cũ ipso loquatur: præsumitur con
tra eum. C. de adulter. authẽ. si quis ei. Item si quis ac-
cusatur de adulterio commisso cum aliqua, ipse se defen-
dit sub spe promissionis, & postea cum alia contraxit ma
trimonium videtur confiteri de crimine, de quo fuerat
ante accusatus, & est præsumptio vera contra ipsum: vt
C. de adult. l. si quis adulte. Item si quis inuentus fuerit
solus exire de domo cum gladio sanguinolento tepidus
& stupefactus, & homines currunt & inueniunt illic ho
minem mortuum siue vulneratum: præsumptio est vera
contra istum, quòd ipse fecerit, & idem in similibus dicẽ-
dum est. Item talis præsumptio mouet iudicem ad pro-
nunciandum & sententiandum, nisi doceatur cõtrarium:
vt in premissis iuribus patet, & extra eo. c. literas. Alij di-
cunt, quòd prædicta vera sunt in leuioribus delictis, sed
in alijs grauioribus, nunquàm præsumptiuè potest ali-
quis condemnari: vt in illis in quibus imponitur pœna
b mortis[b] vel vltra relegationem: vt ff. de pœn. l. absentem.
quia in talibus probationes debent esse meridiana luce
clariores. C. de proba. l. fin. C. de pœn. l. qui sententiam. cũ
7 simil. †Necessaria præsumptio dicitur illa quæ appella
tur iuris & de iure, & hæc inducit præsumptionem tantã
quòd non admittitur probatio in contrarium, & inducit
iudicem ad sententiandum. verbi gratia, aliquis cõtraxit
matrimonium per verba de futuro, & postea cognouit
eam carnaliter: ius præsumit verum matrimonium inter
cessisse per consensum: vt extra de sponsal. c. is qui fidem.

Item in eo qui contraxit matrimonium sub conditio-
ne, & postea eam cognouit: præsumit ius purum consen-
sum interuenisse: vt extra de conditione appo. capitu. per
tuas. Item & in illa quæ dicit se inuitam traditam viro
suo, & consensit in carnalem copulam cum eo. Nam
postea nõ auditur: quia ius præsumit verum consensum.
extra de eo qui duxit in vxorem quam pol. per adulter. c.
significauit. & qui maio. accu. poss. c. insuper. vel si coha-
bitauit cum viro per annum & dimidium, quo non recla
mauit: postea non auditur propter consensum præsum-
ptiuum à iure: vt extra de sponsa. c. ad id quod. & cap. ve-
niens. Item & in ea quæ dicit se inuitam intrasse reli-
gionem: vt extra ne cle. vel mo. c. fi. Et idem in tutore con
ficiente inuentarium. C. arbi. tut. l. fi. Et in Velleiano sena
tusconsulto, & etiam in Macedo. senatusconsulto. C. ad
Velleia. l. antiquæ. & C. ad Macedo. l. fina. Aliquando
admittitur probatio in cõtrarium, & ad istas præsumptio-
nes, faciunt ea, quæ notantur §. in titu. de fama & de indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cijs.& de ista præsumptione no.Goffre.in summa. de eodem. Sed alij aliter dicunt & describunt sic. Præsumptio alia est iuris & de iure:& alia iuris tantum, alia naturæ,alia temporis precedentis & subsequentis. † Præsumptio iuris & de iure est,cum lex fingit pro vero,quod est falsum:vt in lege Cornelia,quæ fingit hominem mortuum tempore captiuitatis.C.de capti.& postlimi. reuer. l.j.cùm aliter postliminium quod fingit reuersum captum semper in ciuitate fuisse post redijt:vt ff.de capt.& postli. reuer.l.neuter.inst.quib.mo.ius pat. potest.fol.§.ab hostibus. Et si quando captus erat fecit testamentum in captiuitate, & decessit, succedit ei hæres institutus in tali testamento ac si nũquam fuisset captus.ff.de testamen.l. lege Cornelia. Idem in muliere quæ præsumitur stipulata dotem, licet non fuerit.C.de rei vxo.actio.l.j.§.accidit. Idem in tutore, qui fuit confessus in inuentario se talia bona inuenisse in hereditate sui pupilli.C.arbitrium tute.l.fin. Idem & in filiofamil.& muliere, quæ confessa est aliquid inuenisse per inuentarium.C.ad Velleia.l. antiquæ.C.ad Macedo.l.fina.cum simil. Et in isto non admittitur probatio in contrarium: vt in dictis iuribus patet. †Alia est præsumptio iuris tantum, contra quam admittitur probatio in contrarium : vt in filiosa.qui præsumitur possidere bona paterna:nisi cõtrarium probetur. C.de proba.l.siue possidetis. Idem & in alio, qui donauit vnam rem,& alia fuit scripta in instrumento donationis,sed probatur aliter fuisse,quàm in instrumento continetur.C.de probat.l.cum precibus.C. plus valere quod agitur.l.j.& per totum. Idem & in illo , qui dicitur mecum contraxisse in isto loco,si probo quòd tempore contractus eram alibi, debeo obtinere:vt C.de contrahen. & committen. stipulatio.l.optimam. facit ad hoc C. de fide instrumen.l.contractus.de do.cau.non nume.l fin. Faciunt ad has præsumptiones omnia iura quæ præsumunt omnia solenniter acta,nisi contrarium probetur.instit.de fideiusso.§.fi.ff.de verb.oblig.l.sciendum.cum simi. Idẽ in Episcopo , qui præsumitur habere de bonis ecclesiæ quicquid habet.C.de episc.& cleric.auth.licentiam.extra de succes.ab intesta.c.ꝯ.vbi de hoc. Idem in muliere, quæ præsumitur habere de bonis mariti.ff.de donat.inter virum & vxo.l.Quintus Mutius.C.eod.l.etiam. Item in filiosa.qui præsumitur habere de bonis patris.C.de bonis quæ liber.l.cùm oportet.§.vbi de hoc. Idem & in filio,qui præsumitur decessisse viua matre,quæ in puerperio decessit.C.de inoffic.testamen.l.si mater. † Alia est præsumptio temporis precedentis:vt in illo, qui fuit accusatus de adulterio , sed ratione consanguinitatis fuit absolutus,& postea ipse duxit in vxorem ipsam eandem, per hoc præsumitur adulterium commisisse , & sic debet puniri.C.de adult.l.si qui.nec admittitur probatio in contrarium. Idem,& in milite,qui aufugit ab hostibus.Nã si probauerit se fuisse captum , restituendus erit in suis bonis.Nam & modo præsumitur bonus.ff.de re milita.l. non omnis.§.à Barbaris. Idem est in illo, qui est assuetus calumniari.Nam & tunc præsumitur calumniari.ff. de accu.l.si cui.§.ijsdem.cum simil. †Præsumptio hominis est , quæ præsumitur contra aliquem propter malam famam: vt ff.de quæstio.l.de minore.& contra istum bene admittitur probatio in contrarium. extrà de sponsa.c. cùm in tua.quod met.causa.l. quòd est verisimile. Præsumptio vere est , quando exhæredo filium meum.Nam contra me præsumitur,quòd iniustè fecerim,nisi hęredes mei probent,quòd iustè exheredauerim eum.C.de inoff. testa.auth.licet patri. †Alia est præsumptio facti precedentis circa ventura:vt est videre in illo , qui semel calũniatus est:quia præsumitur aliàs iterum calumniari.ff. de accu.l.si is cui.§.ijsdem. †Alia est facti subsequẽtis circa præterita:vt in illo , qui est accusatus de adulterio , & sub nomine consanguinitatis euasit, & postea cũ ea contraxit matrimonium.C.de adult.l.si quis adulteri. Alia † de iure tantum:vt ille , qui diu cohabitauit cum vxore. Nam ius præsumit,quòd fuerit ab ipso cognita,extra despon.c.ad id quod.xxij.q.j.dixit dominus.contra hãc bene admittitur probatio in contrarium.extra de probat.c. proposuisti.cum si.& de hoc not.plenius extrà de spon.c. is qui fidem.& de his præsumptionibus not.ff.quod metu.cau.l.nõ est verisimile.C.de prob.l.siue possidetis. Nã bonus & discretus iudex ex istis talibus præsumptionibus poterit multa colligere , & sui animum informare ad rectè pronunciandum & videndum & procedendũ , tam in causis criminalibus,quàm in ciuilibus.

ADNOTATIO. a ¶ Bonus. Adde text.in l.non omnis.§.à Barbaris.ff.de re mili.& ex præcedenti vita præsumitur in præsenti siue in bonum,siue in malum in eodem genere mali.l.sicut.ff. de acc. & in l.iij.§.sin autem.ff.de suspect.tuto.& dicit Bart.in tracta.præsumptionum col.j.

b ¶ Mortis.quando quis ex præsumptionibus possit condemnari ad mortem.per Alex.in consi.xv.col.iij.in j.vol.& Fely.in c.afferte.de præsumptionib.

De quæstionibus & tormentis,& quæ personæ excusantur ab eis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio quid sit.*
2 *Quæ personæ possint torqueri.*

1 VIdendum est quid sit
1a † quæstio. Quæstio autem est inquisitio, quæ fit per tormenta & corporis dolorem. Nuda igitur interrogatio vel leuis non pertinet ad hoc dictum.ff.de iniurijs.l.item apud Labeonem.§.quæsitum. † Quæ autem b personæ possint torqueri? Respon.tam liberi quàm serui, & statuliberi:vt ff.eod.l.edictum.ff.de pœn.l. prægnantis.ff.eodẽ.l. ex libertis.& l.filiusfami.§.testes.ff.de falsis.l.sicut.& l.si quis. & de re milita.l.proditores.C.eod.l.milites. vbi distinctè loquitur quo ad crimina,& quo ad personas. Excipiuntur tamen in dignitate positi, qui non torqueri debent.C. de infa.l.nullo.vbi de hoc C.de adsessо.l.nullus.in fi.quæ leges loquuntur de quæstionibus habendis. Et excipiuntur minores.xiiij.annis. Nam illi etiam non debent torqueri,licet ferula possint cædi,vel terreri ad veritatem perhibendam : vt ff.eodem.l.de minore.& l.ex libero.§. de minore.& ff.ad Sillania.l.j.§.impuberes. Item excipiuntur homines decrepitæ ætatis:vt ff.eod.l.de minore. ad Sillania.l.iiij.§. ignoscitur. Item decuriones & filij & eorum nepotes.C.eod.l.milites. & l.diuo Marco.& l. decuriones. ff.de decurionibus.l. fina. Fallit tamen in quibusdam criminibus,in quibus nec ætas, nec dignitas excusant.gloss.est in l.inuiti.la.ij.ff.de testamen.vt in crimine læsæ maiestatis,& proditionis,& similibus alijs : vt dicta l.de minore.primo respondeo. & l.libero.§.primo.& ff.de falsis.l.si quis.& de re milita.l.desertorem.§.is qui.& l.proditores. Item quando tractatur de fide instrumentorum,quæ quis ante decurionatum fecerit.C.de falsis.l. si quis decurio.Nam excusatur decurio.Item excusantur mulieres prægnantes:vt ff.de pœn.l.prægnantes.

ADDITIO.

ADNOTATIO. a ¶ Quæstio. De hac materia vide etiam latè per Gandinum in tractatu maleficiorum in rubri.de quæstionibus & tormen.vbi de omnibus quæstionibus hic traditis per do. Vitalinum & per Ange.in tracta.maleficiorum,in verbo,fama publica &c. Hiero.Chu.

b ¶ Quæ autem. Vide omnia ista in tracta.Guid.de Suza. quem facit in hac materia quæstionum.

Qualiter sit fienda tortura. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tormenta qualiter habenda sint,& à quibus sit incipiendum.*

Dico

1 DIco † quod tormenta non sunt in immensum habenda: nec quanta postulat accusator &c.vt ff.de quæstio.l.de minore.§. tormenta. Sed quia non potest tradi certa doctrina iudex debet considerare ætatem, fortitudinem, & debilitatem delinquentis: eum qualitate criminis : & prout ei conuenire videbitur procedere poterit:vt ff.de re milita.l.iij.§.fi.ff. ad Silla.l. si quis in graui.in princ.& §.puberes. Itaq; inculpatum innocentię vel supplicio eum seruet incolumem.ff.de quæstio.l.quæstionis modum. Et habenda est quæstio hoc modo : quia si plures sunt torquendi à timidiori est incipiendum & à magis suspecto : vt.ff.eod.l.j.§.j.& l.vnius.

Item si pater & filius sunt torquendi, incipiendum est à filio in conspectu patris:vt pater timens de filio facilius confiteatur : quia de filio magis quàm de seipso timet.ff. quod metus causa.l.isti quidem.instit.de noxa.§. sed veteres. Itẽ fœmina prius quàm masculus debet torqueri : quia citius ipsa confitetur, cùm ipsa non sit tantę constantiæ vt masculus.C.de inoffic.testa.l.filia.ff.de iur.fis.l. deferre.extra de verbo.signi.c.forus.

De quibus causis quis possit torqueri. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri an possit quis in ciuili & criminali causa?*

1 TOrqueri † quis potest in ciuili & criminali causa : vt veritas reperiatur,si aliter reperiri non potest: vt.ff.eod.l. Diuus.& l.ex libero.& C.eo.l. in summa. §. torqueatur. sed non ex omni causa est quis torquendus , nec quælibet persona indifferenter : vt ff.eod.l.edictum.

Quæ indicia debeant præcedere torturam. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Indicia sufficientia debent præcedere torturam.*
2 *Indicia quæ & qualia debeant torturam præcedere.*
3 *Quæstionis absque formidine tormentorum quis sit effectus.*
4 *Confessio in tormentis uel formidine tormentorum facta,an illi stetur : & an debeat naturæ conuenire: & debeat esse possibilis?*
5 *Tortus si confiteatur contra alium an stetur dicto suo : & an inculpati per talem præsumptionem poterunt torqueri.*
6 *Inculpato de delicto existente malæ famæ:an poterit torqueri in aliquo casu, qui non sit de exceptuatis?*
7 *Accusato aliquo de furto legitimis indicijs præcedentibus, & torto : si confiteatur furtum , an possit iterum torqueri de alijs furtis de quibus non est accusatus?*
8 *Torto aliquo præcedentibus indicijs de maleficio: & nihil confiteatur,an poterit iterato torqueri sine alijs indicijs: & quid debet considerare iudex in quæstione adhibenda.*
9 *Reo adhuc non torto,si ipse dicat torqueatis: quid erit faciendum.*
10 *Iudice uolente aliquem torquere,si reus dicat antequã torqueatis me , detis mihi meas defensiones: quia reprobabo indicia contra me.quid erit faciendum?*
11 *Confessus crimen,si postea ante sententiam uelit reuocare confessionem dicens se errasse:an possit?*
12 *Tortus legitimis indicijs præcedentibus & confessit,si postea non perseueret: an prior confessio sibi præiudicet?*
13 *Tortus non præcedentibus legitimis indicijs, si confessus est & perseueret:an talis confessio & perseueratio sibi præiudicent: & quomodo tormentum fieri debeat.*

1 DIco quod † ante quæstionem habendam debent præcedere indicia sufficientia & verisimilia. Nam à tormentis non est incipiendum:vt.ff.eod.l.iij.j. responso.Nam sine præsumptionibus & indicijs non est quis torquendus.ff.eod.l. vnius.§.in ea.& l. maritus.& l.fi.C.de fal.l.sicut.Et est cautè agẽdum : quia plerunq; in tormentis multi perire solent:vt.ff. de pœnis. 2 l.aut damna.§.j.& C.e.l.milites.& l.cũ cognitio. †Sed quæro quæ & qualia indicia debent præcedere? Respon. vt not.s.de indicijs. Sed quia bene in omnibus casibus exprimi non possunt:iudex debet considerare, si sint sufficientia:vt dicitur.ff. de testi.l.iij.ibi, tu magis scire potes &c.sicut etiam dicitur de mora:quòd omnino committitur iudicis arbitrio.ff.de iure delib.l.j.§.ait prætor. facit.ff. de pœ.l.hodie. Et debẽt esse indicia quasi vero proximiora. Nam indicia dicuntur quasi veritatis demonstratiua: & probationum adminicula.C.de proba.l.instrumẽta. & l.fin. Sunt autem indicia pars claræ probationis: vt C. qui test.fa.pos.l. hac consultissima. §. deinde ibi, indicia &c.& insti.de pub.iudi.§.fi.Nam indicium ab indicando dicitur.ff.de adul.l.si adulterij. Itẽ iudex debet quærere per quæ loca, & cũ quibus psonis cõuersatur accusatus, vel inculpatus.quia mala cõuersatio indiciũ indicat.ff.de admi.tut.l.si plures.§.assiduè.ff.de edi.edic.l.ediles.§. Pedius.vnde philosophus qualis quis est,tali delectatur cõuersatione. Itẽ ex locorũ cõuersatione colligitur cõiectura:vt.ff.de pœn.l.aut facta.§. euenit.C. si mãci.ita fuerit. alie.l.fin. Item debet inquirere, si erat inimicus offensi: quia facilius trahitur coniectura & præsumptio:cum inimicus malum facere de inimico præsumatur:vt.ff. de ijs, qui.vt indig.l.si inimicitiæ.& ff. de adi.leg.l.iij.§.fin.ff. de ijs,quib.vt indig.l.j.§.præterea.& §.seq.cũ si. Itẽ debet inquirere cuius vitæ & cuius famæ sit accusatus.Nã mala de eo opinio multum aggrauat:vt.ff.eo.l. de minore.§. tormenta.& facit.ff. de re milita.l. desertorem.§. is qui ad hostem.& l.nõ omnis.§. à Barbaris. Item si fuit aliquo tempore minatus, quòd eum offenderet: Nam erit indiciũ quòd ore protulit facto adimpleuerit : cùm ex dictis hominum facta pensemus.C. si quis Impe.male.l.j.ff. de sup.leg.l.Labeo. Item considerandum est, an sit talis persona,quæ consueuit facere,quæ ore suo dicebat.ff. ad leg.Iuli.maie.l. famosi. & an potuit facere &c.& an qui similia fecerit. Item si fuit in fuga,& se repræsentare recuset:vt in authen.de exhib.reis.§.fi verò.col.v.de adsess. l.consiliarios. Item debet iudex recipere testes morantes in loco delicti,& de fama, & de voce hominum dicti loci.nam ista adiuuant ex prædictis offi. iudi.:vt possit facilius ad tormenta procedere:vt ff.de flum.l.j.§.flumen.

Et ex prædictis & etiam alijs multis potest iudex inquirere & formare conscientiam suam:vt possit procedere ad tormenta. †Sed quæro quis sit quæstionis effectus absq; formidine tormentorum? Respon.quod si quis vltro & sine tormentis confiteatur,secundum quosdam nõ potest damnari : nisi perseueret & sæpe interrogetur per diuersos dies,si velit perseuerare vel non: & ratio secundum eos, quia cõfessio in criminali causa nõ statim præiudicat:nec facit aliquam probationem,& sic intelligitur. ff.de quæsti.l.j.§.Diuus.ibi, nec statim haberi &c. & §. fi quis vltro . sed in ciuilibus non est perseuerantiæ locus: nec opus:& est ratio diuersitatis: quia in criminalibus solennius est proceden.vt C. de fal.l. vnica.& C.de proba. l.sciant.& de pœ.l.qui sentẽtiam.Et quia etiam criminalia iudicia nõ habent similitudinem cum ciuilibus: vt instit.de publi.iudi.in prin. Tu dic[a] cõtra secundũ Azo. & hæc est communis opi.quod si quis confiteatur sponte statim est carcerandus:& sine alia præsumptione damnãdus:vt.C.de cust.reo.l.fi.C.de pœn.l.cum res.ff.de custo. reo.l.confes.nec obst.§. Diuus. & §. si quis vltrò.quia ibi loquitur de confessionibus factis in tormentis.& sic potest intelligi. C. de custo.reo. secundum verum intellectum. Sed tutius puto,si iudex faciat eum perseuerare in 4 confessione sua: vt not.ff.de cust.reo.l.j. † Sed si confiteatur in tormentis vel formidine tormentorum:tunc nõ statur dicto eius:nec debet haberi pro cõfesso:nisi postea sponte perseueret : vt.ff.eod.l.j.§. Diuus. & C. quo.app. non recip.l.ij.ff.eod.l.j.§.quoniam.& est ratio. quia quæstio est res fragra & periculosa &c. & tunc habet locum.

Eonifacius de male. K

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.de custo.& exhi.reo.l.ij. vt iudex faciat criminosum ad se venire:& quærat si velit in sua confessione perseue-
b rare vel nõ,vel reuocare,& si perseueraverit: cõfessio[b] tenet: aliàs non.vt dicto.§. si quis vltro.& C. quo.app.non recip.l.ij.& hæc omnia debet facere scribi in actis:aliàs ei non creditur: vt in cap.quoniam contra falsam.extra de proba. Item debet confessio conuenire naturæ: aliàs non creditur.ff.de interrog.act.l.confessionibus.§.j. Itẽ debet esse possibilis:aliàs si esset impossibilis non nocet. arg.ff.quæ sen.sine app.rescin.l.fin.de regu.iur.l.impossi-
5 bilium. †Sed quid de casu occurrenti quotidie: aliquis tortus est & confitetur contra alium: nunquid statur dicto suo:die aut[c] torquetur simpliciter in alios: & non in
c se:& tunc statur eius dicto cum aliis indicijs: vt C. de ad sesso.l.nullus. in fi.ff.eod.l. edictum.& l.j.§. qui quæstionem.ibi,efficacissimas &c.vt Tullius dicit.Nam tormentis verberibusq; fatigati,quæ dicunt, ipsa veritas videtur dicere:saluo si dixerit de inimico:quia tunc non est facile credendum:sed nec omnino est fides adhibenda: vt ff.eo. l.j.§.præterea.& argu.ff.de testi.l.iij. in princip.Si autem torquetur in se,& alios:& si de se melius confiteatur: habent locum supra proxime dicta. Si de se confiteatur & alijs:tunc non statur dicto suo de alijs,seu contra alios re-
10 gulariter, quia de proprio crimine confitens non debet scrutari de conscientia alterius:& ista est regula.ff. eod.l. qui de se.C.de accusa.l.fi. Fallit tamẽ in casibus,in quibus ei statur: cum alijs indicijs. Primus in latronibus: & maximè ifaureorum.C. de fer.l.pen.ff. de custo.reo.l. Diuus. Secundus est in falsa moneta.C. de fal.mo.l.j.

Tertius.ff. ad exhi.l.fin. Alius in seruo confesso in se de nece sui domini, qui interrogatur quo mandante. &c.ff. ad Silla.l. sæpius.& l. si percussor. & d.l. qui de se.

Alius in lege Aquilia.ff.ad legem Aquil.l. proinde.§. sed & si seruus.& bene dixi alijs præcedentibus indicijs. quia nõ debet interrogari de alijs.C.de quæsti.l.j. Item eius confessio non erit plena probatio contra alios: sed præsumptio aliqua:vt not.C. de accus.l.fin. Sed an per talem præsumptionem poterunt inculpati poni ad tormẽ-
ta:videtur quòd sic:in dictis casibus,in quibus confessio facit præsum.in alijs verò nõ.C.de accus.l.fi.& ff.de quæ-
6 stio.l.hi qui. † Sed quid si persona inculpata de delicto sit malæ famæ & conditionis:nunquid poterit in alijs casibus exceptis prædictis subijci quæstionibus? Respon-
d non de iure[d]:nisi præcedant indicia sufficientia,quia non debuit interrogari:vt d.l.fi.C.de accu.& si contra factum fuerit:non valebit iure prohibente:vt C.de legi.l.non dubium Sed tamen iudices quidam de consuetudine con-
7 trarium faciunt:& pro eis facit.ff.eo.l.j.§.Diuus. †Sed quid:accusatur aliquis de furto & indicijs legitimis præcedentibus torquetur & confitetur se illud furtum commisisse, nunquid poterit iterum torqueri pro alijs furtis, de quibus non est accusatus: & de quibus nulla præce-
11 dant indicia? Respondeo non de iure,argu.ff.de quæstio.
e l.is qui.C.de accu.l.fin.C.qui legi.perso.stan.in iudi.non habent.l.momentaneæ.Et est ratio: quia super alijs non procedunt indicia:& sine indicijs nullus est torquendus: vt C.eod.l.milites.& C.de fal.l.sicut. Sed de consuetudine contrarium seruatur per multos adsessores: & malè vt puto.Sed si procederetur per inquisitionem, tũc aliud forè esset:quia ad officium iudicis maleficia pertinet inquirere & punire:vt ff.de offic.præsi.l.congruit.& l.iij.& ex-
8 tra de offic.ordi.capi.j. †Sed quid præcedentibus indicijs de aliquo maleficio fuit quidam tortus,quòd esse potuit de iure.C.de quæstio.l.miles. & tamen nihil confessus fuit:nunquid poterit iterato sine alijs indicijs nouis|su perueuientibus torqueri? Respon deo non videtur. ff. de
12 quæstio.l.vnius.§.reus.& l.repeti. secus si aliud nouiter probaretur contra eum:vt arg.ff.de verbo. signi.l. boues. §.hoc sermone.& ff.pro soc.l.si socius pro filia.§. sed nec propriorum. Sed adsessores vana gloria & salutis suæ immemores aliquando seruant contrarium. & pro eis facit in authen.vt iudi.sine quoquo suffragio.§.oporter.ibi indicio torqueatur &c. Item bonus iudex debet consy derare in tormento faciendo cuius qualitatis & formidinis sit tormentandus:& ita tunc temperatè torquere debet:vt corpus saluum reddatur supplicio & tormento:vt non lædatur multum:vt ff.de quæstio.l.vnius.§.reus.& §.
9 sequen. †Sed quid reus non est adhuc tortus, & dicit torqueatis:nunquid poterit per hoc torqueri. Respõdeo non:nisi præcedentibus indicijs: vt dictum est: nec per hoc est dimittendus:sed recipiendę sunt probationes cõtra eum:& si indicia reperiuntur sufficiẽtia,debet torqueri secundum criminis qualitatem & corporis fortitudinem.C.de quæstiõ.l.milites.& ff.eod.l.vnius.§.reus. & si confitebitur vel negauerit scribatur:quia aliter non creditur iudici,nisi quatenus constet legitimis documentis:vt extra de proba.c. quoniam contra falsam. Et si iudici videbitur reponatur in carcerem:& ibi demum aliæ probationes requirantur:& si nouę superuenerint probationes vel indicia iterum torqueat & fortius quã primò.ff. de quæstio.l.repeti.& l.vnius. Et si confitebitur & postea perseueraverit sponte debet condemnari.vel si per testes conuincatur:alias debet absolui.C.de act. & oblig.l. negantis.de edẽ.l.qui accusare.ff.de quæstio.l.ij.§. præterea.& d.l.vnius. †Sed quid dũ iudex vellet precedentibus indicijs procedere ad tormenta:dicit reus:domine an tequã torqueatis me adlignetis mihi terminum ad defensionem meam faciendam:quia paratus sunt reprobare indicia & probationes contra me habitas:nunquid est audiẽdus? Respond.videtur quod nõ.C. vbi sena.vel clarissi.l.ij.& quia primo actor admittitur ad probãdum:& reus postea ad excipiendum.C.de proba.l.excep.l.si quidem.

Sed dic contra:quia prius auditur & ei terminus defensionis adsignatur:quia melius est ante tempus occurrere &c.quia posset in tormento deficere vel membro debilitari:& non esset in culpa:vt ff.de pœn.l.aut damna.§. primo. Item quia confesso & cõdemnato datur defensio & retractatur sententia,si de innocentia constiterit:vt ff.eod.l.j.§.si quis vltro.multomagis isto casu. qa melius est ante tempus occurrere &c.facit.ff.de in lit.iurã.l.cum furti. Item quia defensionis facultas non est denegan-
da.C.de iure fis.l.defensionis.Imo concedenda quandocunq; reo postulante.ff.eo.l.vnius.§.cognitorum.C.eo.l. si quis.& hoc verum est,si petat reus dilationem sibi dari & adsignari:vt d.§.cognitorum.Sed si non petat nõ debet iudex adsignare:vt C.de dilat.l.j.C.vt intra cert.tempus cri.quęstio termi.l.secunda quod intelligo ad probã dum probatam famam vel indicia & similia:sed fundata probatione accusatoris vel iudicis:tunc antequã feratur sententia debet iudex dilationem adsignare ad omnem defensionem.C.de proba.l.except.ff.ad leg.Aquil.l.inde Neratius.§.fi.de re mili.l.desertorem.§.si adie vt possit se excusare.Quia monitio debet precedere vindictã:vt ex-
11 tra de senten.excom.c.sacro.& ibi not. †Sed pone qd
e aliquis fuit confessus[c] de crimine:postea ante sentẽtiam dicit quod errauit in sua confessione:& vult reuocare errorem suum:nunquid potest? Respond. dicunt quidam doct.aut errauit in facto:& tunc potest vsque ad sententiam.quia non videtur confiteri,qui errat. ff.de confes.l. secunda. ff.eod.l.j.§.si quis vltro.aut in iure:& tũc secus. &,maximè si potuerit consulere peritiores.C.de iur.& fa. ligno.l.error.not. Alij indistinctè dicunt errorem non nocere.arg.ff.de iuris.om.iudi.l.si per errorem.de acqui. re-
do.l.si procura.C.de confes.l.errore.de regu.iur.l.si libra-
rius,& est ratio:quia error non præiudicat veritati. C.de erro.aduo.l.prima.& qui errat non fatetur.ff.de confes.l. non fatetur. & hoc verius puto:dummodo constet de er-
12 rore aute sententiam latam. †Sed quid aliquis fuit tortus legitimè indicijs præcedentibus & confessus:& postea examinatus negat,& non perseuerat in sua confessione:an prior confessio aliquid operetur & sibi præiudicet?
f Respond.non[f].qua non videtur confiteri, si terrore tormentorum confessus est:nisi perseueret sponte postea:vt ff.de custo. reo.l.si verò,sed contra. ff.eodem. l. prima.§.

13 Diuus.& C.de custo reo.l.secunda. †Sed quid aliquis tortus est non præcedentibus indicijs legitimis vel probationibus:& confessus est:nunquid talis confessio valet & præiudicat? Respond:nõ etiam si perseueret in ipsa confessione:vt .ff.eodem.l.Diuus.§.ex quibus. & est ratio:quia non debet à tormentis incipere iudex:nisi præcedant indicia vel probationes &c.C.de quæstio.l. milites.vnde si aliter factum est:non valet tanquã factum cõtra legem.C.de legi.l.non dubium. Item no.quod tormentum debet fieri cum fune:nec reperitur lege cautum, quod aliter fieri possit.C.ad legem Iuliam.maie.l.nullus. vnde si iudex aliter facit fortè peccat:licet secũdum Tullium, possit fieri, alio modo,vt not.ff.de quæsti.l. edictũ.

ADNOTATIO.a ¶Tu dic.Adde tu & vide de hoc per Ange.in trac.malefic.& ibi addi.in ver.comparuerunt dicti inquisiti & confitentur tortum.& in trac.de indic.& tor.in charta.antepe.

b ¶Confessio.Quando confessio facta post torturam teneat, vide p Alexan.in consi.xlviij.in fi.in.iiij.lib.

c ¶Dic aut.Vide Mod.neapo.in trac.de syndi.in ver. tortura.§.an statur dicto torti.vltra ea,quæ ponuntur per Ang.in tra. malefic.in verbo,fama publica.colũ.xj.versi.quæro an per recepta.ibi,addentes.& in col.xl.versi.x.supremam impressionem.

d ¶Respond.non de iure.Vide Bar.& ibi addita.in l.repet.ff.de quæstio.& adde quod hanc opi.tenet Gandi.in trac.malefic.in rubr.de quæstio.& Guid.de Suza.in suo trac.tormentorum.vide Abb.in.c. j.de confes.& Ray.in c.quoniam.extra de testi.& Ludo. Rom.in l.& si certus.ff.ad Silla.

e ¶Fuit confessus. De hac. q. quando confessio possit reuocari per Alex.in consi.xliij.col.ij.in.j.vol.consi.xlvij.col.v.in ver.ñ. respon. & consi.xc.col.ij.ver.hoc probo.& iin iij.volu.consi.cxij. col.iij.& in v.col.ver.præterea.& in consi.cxix.

f ¶Respondeo non.Adde Pe. De ancha.in consil.cxxij.incip.visa in quisitione.alle.Bal.ita consuluisse:& vide Bald.in l.nouissimè.ff. quod fal.tuto.auto.

De perseueratione post tormentum,& de ipsius pœna. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Perseueratio in tormentis quæ dicatur,& an præiudicet.*
2 *Tormenti appellatione quid veniat.*
3 *Tormenti appellatione quid intelligatur.*
4 *Iudice dicente extra locum torturæ,aut dicas veritatem,aut te ducam ad torturam: si reus confiteatur, an dicetur confessio facta metu tormentorum?*
5 *Perseueratio quæ sit post tormentum,in quo loco fieri debeat.*

1 Sequitur † videre de perseueratione post tormentum:& de ea, quę sit in tormentis.Nam dicitur fieri perseueratio in tormentis,quando fit ipso existẽte in ipso tormento suspẽso:vel si ligatus stat ad pedem tormenti,siue voluculæ,& confitetur:& tunc talis confessio dicitur facta metu tormentorum: & non præiudicat,nisi postea iterum & iterum confiteatur, vel perseueret spontè,& non coactè:vt no.de cu.reo.l.prima. ff.& est ratio. quia lex æquiparat confessionem factam
2 in tormentis,vel metu tormentorum:vt ibi not. †Item quia tormenti appellatione omnis mala mansio continetur:vt ff.de iniur.l.item apud Labeonẽ.§.adijcitur.in versic. quæstionis.non tamen leuis territio habenda est pro tormento.facit argu.ff.de vi & vi ar. l. idem est.§.qui armati.ibi,terror armorum.& C.quod met.cau. l.metum.
3 †Item intelligo tormentum[a] non solum si torqueatur
a sed etiam si spoliatur nudus & ponitur ad frigus:vel si de negat sibi alimenta,vt ipse confiteatur:vel ponatur ad fumum,vel proijciatur de aqua frigida super eum tempore frigoris, vel in naribus,vel detur sibi flangeta:vt sepiſsimè fit,vel quid simile molestum fiat.argu.d.l.item apud
4 Labeonem.§.adijcitur cum si. †Sed quid si iudex ducit istum tormentatum ex interuallo extra locum tortu-
ræ,& dicat ei:aut dicas veritatem,aut ducam te ad locum torturæ,& te ponam ad tormentum, & ipse tali terrore ductus confitetur:an videatur confessus terrore tormentorum.Respond.non:quia leuis territio est &c.vt d.l.itẽ apud Labeonem.§.quæstionis.argu.C. quod met.cau.l. metum.j.respond.ff.ex qui.cau.maio.l.tertia.in fi. Item quia factum extra locum torturæ deluforium videtur. argu.ff.si cui plusquam.per.l.falci.l.hęc autem satisdatio.
5 †Et not.quod perseueratio quæ fit post tormentum, debet fieri in loco,vbi ius redditur.argumen.ff.de iusti.& iur.l.penulti.ff.de iudi.l.si locus. vel in alio loco publico & honesto.ff.de interrog. act. l.voluit.& l.sequen. & C.de custo.reo.l.tertia.ibi,publico testimonio, & debet scribi sic.

A DNOTATIO.a ¶Tormentum.Vide alia genera tormẽtorum,in tracta.de indi.& tortu.per nouissi.Senen.

FORMA.

SVMMARIVM.

1 *Perseueratio facta post tormenta,quomodo scribi debeat.*
2 *Confessioni seu perseverationi an adhiberi debeant testes: & an pluries debeat perseuerare reus.*
3 *Perseueratio quantum temporis interuallum habere debeat à tormentis.*
4 *Reo mortuo,ant membro debilitato in tormentis:an teneatur iudex?*
5 *Reo mortuo,ut supra,videtur quod iudex non teneatur.*
6 *Vnum indicium an sufficiat ad torturam: & an unus testis,*
7 *Fama sola probata an sufficiat ad torquẽdum quem: & an iuncta cum dicto unius testis uel alijs indicijs sufficiat.*

1 Talis constitutus coram tali iudice† ad banchum maleficiorum lecta & vulgarizata dicta accusa vel inquisitione per ordinem de verbo ad verbum:& etiam lecta & vulgarizata ei confessione sua.

Interogatus à dicto iudice si dicit & confitetur,vt confessus fuit:vt supra in sua confessione:vt per ordinem cõtinetur,qui respondit quod sic:debet scribi in actis: aliàs non creditur iudici:vt in capitu.quoniam contra falsam,
2 extra de proba. †Sed nunquid confessioni testes sunt adhibendi? Respondeo non videtur necesse: cum actis sine testibus sit credendum.argumẽ.C. de don.l.in dona. Sed tutius est,quod adhibeãtur saltem duo:vt ff.de testi. l.vbi. Et not.quod pluries debet perseuerare:vt not.C.
3 de custo.reo.l.prima. †Sed quãtum tempus debet trãsire inter tormentum & perseuerationem? & respondeo & videtur modicum argumentum.C.de custo.reo. l. secunda.ibi,sed post modicum.&c. Sed committo iudicis arbitrio,vt argumen.ff.de iur.delib.l.prima.§. primo. Et puto quod melius est,quod fiat diuersis diebus quàm vno die:& in loco iudicij ad banchum,& non ad locum tormenti. Et licet sit tutius & minus suspectum, quod testes adhibeantur confessioni & perseuerat, vt dictum est:tamen bene stabitur actis factis coram iudice per notarium in secreto & sine testibus.extra de testi. capitulo in omni.& hoc not.Azo in summa.C.eodem.§. sed & habetur.& ita de consuetudine generali obseruatur quæ vicem legis obtinet. ff.de legi.l. de quibus.§. inueterata.l. cum de consuetudine. & C. eodem. l. consuetudinis.
4 †Sed quid sit tormentatus moriatur in tormento, vel ratione tormenti,vel membro debilitetur an teneatur po testas de homicidio vel iudex? Respondeo sic videtur: quia debet sic moderatè procedere: vt supplicio saluus fiat.ff.de quæstio.l.vnius.§.quæstionis modus. ff. de iniur.l.item apud Labeonem.§. quæstioni. ibi, teneri &c, argumen.ff.ad legem Aquiliam.l.sed & si quandocunq;. §.magistraui.magna seuitia culpæ annumeratur.ff.de li
5 ca.l.prima.cum si. †Econtra quod non[a]:dummodo prę
a cedant legitima indicia vel præsumptio violenta &c.C. de quæstio.l.milites.Nam quod facit ipse causa & zelo iustitiæ causa veritatis eruẽdæ iustè facit: cum ad ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpectat hoc facere.C.de eden.l.ipſe.&.l.ſequẽ.Item facit exequendo officium ſuum.&c.ff.de verbo. ſigni.l.ſæpe in.& ſic legitimè fecit:vnde pœnam non meretur. ff. de adul.l.Gracchus.& iure executio non habet iniuriam.ff. de icar.l.in lege.ff.de publi.l.licitatio.§.q illicitè.ff.vi bo. rapt.l.ſecunda.§.ſi publicanus.de furt.l.qui ea mente. Et hoc verius videtur poſtquã non cõſtat quod doloſè egerit.quia preſumitur quod ritè fecerit officium ſuum quod furauit.extra de præſump.capitu.ad audiẽtiam. Item quia præſumitur,quod nemo ſit immemor ſalutis ęternę &c. Quidam aliį contradicũt:& dicunt quod tenetur: & eſt puniendus.argu.ff.de furt.l.tutor.& ff.de iniur.l.itẽ apud Labeo.§.quæſtioni.& in hac opinione fuit Guil.

6 †Sed an [b] ſufficit vnum indicium:vt poſsit quis tormẽ
b tis ſupponi?Reſpondeo non:ſed plura indicia exigun-
tur:vt.C.de.q.l.milites.vbi loquitur in plurali numero in
dicijs plenè:& licet nõ ſufficiat vnũ indiciũ:niſi ſit violen
tũ,tamen ſufficit dictũ vnius teſtis de viſu concludentis,
qui non repellatur à teſtimonio.C.ad legem Iuliam ma
ieſta.l.ſi quis alicui.& Azo in ſumma.C.de quæſtio.l.in-
7 dicium. †Sed an ſola fama probata ſufficit: vt poſsit
ad tormentum procedi? Reſpondeo non: quia fama
per ſe ſola non probat:ſed coadiuuat alia indicia præce-
dentia,vel præſumptiones:vt.ff.de teſti.l.tertia.§. ciuſdẽ.
vbi de hoc. Si autem præcederet dictum vnius teſtis,
cum fama poſtea ſubſequente,quæ facit ſemiplenam pro
bationem,vel indicium violentum:tunc poteſt ad tormẽ
tum procedi.facit.ff.de do. prelega.l. Theopompus. vel
ſi pręcederent alia indicia cum fama,tunc ſimiliter poſſet
iudex bene ad tormentum procedere:vt plenè no.ſ.de in
dicijs.& ſupra.in titu.de fama.

ADNOTATIO.a ¶ Econtra quod non. De hoc per An
gel. in tracta. maleſi. ſecundum primam impreſsionem,in ver
bo,fama publica.colum.xxxvij.& ibi auguſt.in addi.& vltra
eum vide Moder.Neapo.intra,ſyndi.in ver. tortura. §. an ſi offi-
cialis.

b ¶Sed an. Adde tu quod hoc totum relinquitur arbitrio iudicis:
vt plenè per Angel.in tracta.maleſi.col.v,verſi.quæro an vnum in-
dicium.& ibi vide in addi.

De confeſsione,& contra eos quid ſit fiendum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Confeſsionis effectus quid ſit,& ea habita quid ſit faciendum.
2 Sententia lata vigore confeſsionis quomodo impugnetur.
3 Confeſsio quando non ualet & impugnari poteſt,ſi fuit facta metu mortis,
qui cadere poteſt in conſtantem virum.
4 Item ſi facta per errorem:& probatur error.
5 Item facta per tormentum non præcedentibus indicijs: licet poſtea perſe-
ueret.
6 Item quando ſit coram iudice incompetente.
7 Item ſi fiat extra iudicium,& extra locum iudicij.
8 Item ſi ſit contra naturam,uel ſit impoſsibilis.
9 Item ſi ſit incerta,& de delicto incerto.
10 Confeſsio facta abſente accuſatore an ualeat?
11 Confeſsio facta à procuratore, tutore, curatore, uel ſimilibus an præiudi-
cet?
12 Confeſsio facta in ſecreto coram iudice & notario ſcribente,an ualeat quan-
do iudex procedit per uiam inquiſitionis?
13 Confeſsio facta in cauſa ciuili,an ſufficiat in criminali,ſi producatur.



Via plerunque accuſati vel inquiſiti confitentur delictum ab eis commiſſum:videndum eſt de effectu confeſsionis. †Et ſi quidem confitetur ſponte delictum à ſe commiſſum:communis eſt opi.quod eſt ſtatim carcerandus:& ſine alia probatione vel præſumptione damnandus.ff.de pœn.l.eum reis. de cuſtod.reo.l.ſi confeſſus. Si verò confitetur per vim tormentorum præcedentibus legitimis indicijs vel præſumptionibus &c.& ſpõte perſeueret, ſimiliter eſt damnandus.extra de confeſ.capitulo inſuper.de elect.capitu lo per inquiſitionem.ff.de quæſtio.l. prima.§. Diuus. & §.ſi quis vltro.cum ſimi.Et intelligo dãnandũ per ſentẽtiam,quæ ferenda eſt, non autem ipſo iure: quia ſententia eſt neceſsaria.ff.de cuſtodia reorum.l.ſi quis reus. de quæſtio.l.prima.§.fina.C.de pœn.l.ante ſententiam.ſecũ
2 da quæſtio.prima.& nos in quenquam. †Sed iſta talis ſententia poteſt impugnari:vt non præiudicet pluribus de cauſis. Et primo, ratione pupillaris ætatis,doli non capacis:quia ipſo iure non præiudicat ſibi cõfeſsio. xxij. quæſtio.quinta.paruuli.& eſt ratio:quia in eo non eſt intellectus:vt ff.de furt.l. impuberem. Idem etiam eſt in furioſo & mente capto & ſimi:vt.ff.ad Silla.l.quod infans.de pœn.aut facta.§.euentus.& ſequen. Et idem in eis,qui offendunt aliquem,qui poteſt offendi ſine pœna: vt not.ſupra de perſo.quæ poſ.offen.ſine pœna. Item non præiudicat confeſsio illorum,qui excuſantur à delicto,qui autem ſint illi not.de homi.ad finem.& infra. de pœni.& condemna.ad finem ſimiliter not. Si verò con
2 fitens [a] eſt doli capax vel pubes,licet ſit minor.xxv.annis, præiudicat ſibi ſua confeſsio & punitur:vt dicta.l.impuberem.& C.de pœn.l.impunitas.nec reſtituitur,ſi ex animo delinquit.C.ſi aduer.delic.l.prima.tamen iudex poteſt inſpecta qualitate perſonæ & delicti minorare & mitigare pœnam: vt l.auxilium.§.in delictis.ff. de mino. l. aut facta.ff.de pœnis. Sed in delicto carnis vel luxurię impubes non punitur:quia hoc tale crimen non cadit in
3 eum:vt.ff.de adul.l.minor. †Item impugnatur confeſsio alia ratione, & non præiudicat, nec valet ſi facta eſt metu mortis,qui cadere poteſt in conſtantem hominem. extra.quod met.cau.capitulo primo.vel metu tormentorum & ſui corporis cruciatum,etiam præcedentibus indicijs:niſi poſtea ſponte perſeueret:vt dictũ eſt.ff.de queſtio.l.prima not.xxxj.quæſti.prima.Lotharius.vel ſi per fraudẽ extorta ſit confeſsio,vel per vim.vt xxv.queſtio.
4 vj.capitu.primo.& C.quod met.cau.l.prima †Itẽ quã do facta eſt per errorem:& probatur error ante ſententiã. extra de confeſ.capitu.fina.ff.eodem.l.non fatetur. C.de iur.& fact.igno.l.error.prima.qõ.quarta.capit.notãdum.
5 vbi de hoc. †Item quando ſit per tormentum non pręcedentibus indicijs:licet poſtea ſponte perſeueret. ff. de
6 quæſtio.l.Diuus.§.ex quibus. †Item quando ſit corã
b non ſuo iudice[b].extra de iudi.capitu.at ſi clerici.de con-
7 ſue.capitu.ad noſtram.de appella.vt debitus. †Item ſi
ſit extra iudicium & extra locum iudiciį:quia omnis actus iudiciarius debet fieri coram iudice & in loco iudiciį,aliàs non valet:vt capitu.quoniam contra falſam. extra.de proba.ibi,loca deſignando &c.ff.de iuſti.& iur.l.
8 penul.cum ſimi. †Item ſi ſit contra naturam,vel eſt impoſsibilis:vt puta,confiteri me hodie occidiſſe hominem in loco lõginquo:quia impoſsibile eſt me illic,& hic fuiſſe.argumen.C.de contrahen.ſtipu.l.optimam.vel confiteor me deuirginaſſe puellam,quæ virgo eſt:& reperitur eſſe virgo,vel me hominem occidiſſe, qui viuit: & hoc conſtat.argumẽ.ff.ad legem Aquiliam.l.inde Neratius.
9 §.fina.& xxvij. queſtio.ſecunda capitu.cum ergo. †Itẽ non valet ſi ſit incerta:& de delicto incerto:vt argumen. vj.quæſtio.tertia.graue.& argumen.ff.de confeſ.l. certũ.
10 ff.de rei ven.l.pompo.in fin. †Sed nunquid valet ſi fiat abſente accuſatore tuo,qui eſt aduerſarius tuus:vt.C.eodem.l:certum.§.penulti. & extra eodem capitulo finali.
11 Sed nunquid confeſsio facta per procuratorem,vel tutorem,vel ſimiles valeat & præiudicet? Reſpondeo, ſi eſt talis cauſa criminalis,in qua poſsit procurator adeſſe, quod eſt in omni caſu:niſi vbi imponitur pœna corporalis &c.vt.ff.de publi.iudi.l.penulti.§.ad crimen. & ff.de procura.l. ſeruũ. quoque.§.publicè not. tunc confeſsio preiudicat & valet: niſi probetur contra confeſsionem;

vt ff.

ADNOTATIO.a ¶Si vero confitens.adde & dic plenè vt per Ange.in trac.maleſi.in verſi.comparent & totum confitentur. colum.v.verſi.necnon.& ibi Ange.in additi.& vltra adde Pari dem Neapoli.in tract.de ſyndi.in verſi.tortura.§.officialis. poſuit verò an confeſsio adulti.

b ¶Non ſuo iudice. Adde idem ſit ſuper inepta accuſatione, vt per Ange.in.in trac.diuer,columna ſecunda.verſicu..quæro an confeſ ſus.

De pœnis condemnationis,& bannis & eorum formis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Bannum quid ſit,
2 Pœna quid ſit.
3 Pœna multorum exigit conſyderationem quando imponenda uenit,
4 Pœna in pecunia conſiſtente,quantitas imponetur,quam lex ponit.
5 Pœna exiſtente corporali,quomodo ſit imponenda:& quæ ſit legitima cauſa augendi pœnam & quæ minuendi.
6 Iudex diligenter conſyderabit ne grauiorem pœnam imponat quàm iuris ſit.
7 Liber homo non poteſt perpetuis carceribus damnari,& plus punientur ſerui quàm liberi.
8 Puniri non poteſt quis in facie.
9 Abſens non poteſt pœna corporali uel ultra relegationem damnari.
10 Condemnari nullus debet,niſi liquidis probationibus conuincatur.
11 Condemnari aut abſolui quis non debet ad clamorem populi.
12 Pœna corporalis & pecuniaria,an poſsint remitti?
13 Puniri an quis poſsit pecunialiter in cauſis criminalibus ratione contumaciæ ſiue inobedientiæ.
14 Punitur in expenſis quis ratione contumaciæ.
15 Ordinarius & delegatus an imponant pœnam pecuniariam.
16 Arbiter an mulctam imponere poſsit:& quomodo differt pœna à mulcta:& an à pœna perſonali appelletur ſicut à mulcta?
17 Pœna ſiue corporalis ſiue pecuniaria cui ſit imponenda.
18 Excuſatur quis à pœna multis modis ut hic.
19 Iudex circa pœnæ impoſitionem quid debet indagare & examinare.
20 Incipiens rixam magis punitur quam aliud.
21 Incertitudine exiſtente per quem ſit commiſſum delictum quid erit faciẽdum: & quid ſi certum ſit delictum, & qualitas incerta: & ſi certum ſit delictum,& qualitas:ſed incertum quæ uis delinquentis:& ſi certum ſit delictum & qualitas delicti:ſed delinquens incertus.
22 Iudex an poſsit præcipere ſuas condemnationes ſolui uſque ad talem terminum ſub pœna aliqua.
23 Bando exiſtente,quod nullus intret talem locum uel quid ſimile ſub pœna de centum ſi aliquis contrafaciat an ſtatim ſine alio haberi debet pro condemnato,& quomodo,fiet ad hoc quod aliquis ſtatim,habeatur pro condẽnato.
24 Proceſſu ordinariè facto,& ſententia lata propter abſentiam:quomodo ſcribetur ſententia condemnatoria?
25 Scribi quomodo debeat in principio quaterni ſententiarum condemnationis uel abſolutionis.
26 Sententia an ſit ferenda per os poteſtatis,uel capitanei,uel iudicis.

TRactandum eſt de pœ-
1 nis;& banno.Primò videndum eſt quid ſit bannum & quid pœna. †Et quid eſt bannum? poteſt dici mandatum iudicis ſub pœna pecuniaria factum vel miſſum:
2 vt.xvj.quæſtio.prima ſtatuimus. †Pœna autem, delictorum eſt,debita caſtigatio,quæ à lege imponitur, vel pœna eſt delicti competens & iuſta coercio, vel eſt pro delicto debita caſtigatio.quæ à lege imponitur, vel à legis miniſtro:vt à iudice,qui eſt miniſter legis.ff.de arbit.
3 l.Celſus. †Et not.quod in pœnis imponendis multa ſunt conſyderanda,ſcilicet cauſa delinquentis, perſona delinquentis & in qua delinquitur,tempus,locus,qualitas delicti,quantitas,euẽtus,ętas delinquẽtis,dignitas,nobilitas,ſexus,ſcientia,& conditio:vt colligitur.ff.de pœ. l.aut facta.& l.quidam.& l.in ſeruorum.§. fina. & extra de homi.capitulo.ſicut. C.de vi publi. l. ſeruos.extra de offi.deleg.capitulo ſanè.ff.de incen.rui.naufra.l. Pedius.
4 †Item not.quod pœnarum alia conſiſtit in pecunia:& tunc eſt imponenda illa quantitas, quę eſt expreſſa à iure vel lege:vt eſt videre in committente ſtuprum: vt inſti.de publi.iudi.§.ſed eadem lege.& in raptore:vt inſtit. vi bo.rap.§.primo.ff.eodem.l.prima.& ſecunda. & in ſimilibus delinquentibus:vt dixi ſupra in ſingulis titulis
5 huius ſummæ. †Alia eſt pœna corporalis ad illos,qui habent gladij poteſtatem ſpectans,vt præſides, Duces. & ſimiles dominos prouinciarum:vt ff.de offi.præſi.l.illi citas.§.qui vniuerſas.& l.congruit.& idem in ſimilibus dico:vt not.ſupra de perſonis,quæ poſ.offen.ſine pœna. in princi.& iſta talis pœna eſt imponenda ſecũdum qualitatem delicti:vt not.ſupra per ſingulos titulos & ſpeciales rubricas.& hoc verum eſt,quando pœna eſt termina ta & certa à lege:quia pœnæ impoſitio eſt in legis poteſtate,& non in arbitrio iudicis:vt.ff.ad Turpil.l.prima. §.finautem.& iſta pœna limitata à lege non poteſt augeri nec diminui à iudice,ſine magna.& legitima cauſa: & ſi contra facit,grauiter punitur:vt C.de vi pub.l. ſeruos. §.fina. Cauſa legitima eſt audiendi,quando multi delinquunt.quia multis graſſantibus & delinquẽtibus opus eſt exemplo maioris pœnæ:vt aliį terreantur:vt ff.de pœ. l.aut facta.§.ſed.C.ad legem Iuliam.repetun.l.prima.

Cauſa enim diminuendi eſt,quando quis non doloſè nec ex propoſito,ſed caſu vel luxuria delinquit:vt ff.eodem.l. abſentem.§. fina. & l.reſpicien. §. delinquentibus.ff.de his,qui not.infa.l. quid ergo.§. pœna grauior. vbi de hoc nota. Si autem pœna non eſt ordinata,nec limitata à lege:tunc pœna extraordinaria eſt imponenda iudicis arbitrio pro qualitate delicti & perſonæ delin
6 quentis:vt dixi de correctione maleficiorum. †Item not.quod iudex diligenter debet inſpicere,ne grauiorem pœnam imponat quam iura volunt:niſi quando multi delinquunt in eodem modo delinquendi. Nam tunc multis graſſantibus &c.vt ſupra dixi. Item debet ſemper iudex cum temperamento benignitatis pœnam imponere quam debet de iure inferre,& non cum ſeueritate: vt ff. eodem.l.reſpicien.§.furta. Sed pater vel auus debet filios corrigere vel nepotes.C.de emenda.propin.l.ſecun
7 da. †Item not.quod liber homo non poteſt perpetuis vinculis damnari.C.eodem.l. incredibile. Item plus puniuntur ſerui quam liberi:vt.ff.eo.l.capitalium.§. fina.
8 cum ſimili. †Item not.quod non poteſt in facie aliquis puniri,quia ad figuram cæleſtis imaginis, eſt figurata.C.
9 eodem.l.ſi quis in metallo. †Item non poteſt aliquis abſens pœna corporali vel alia vltra relegationem dam-
10 nari:vt ff.eodem.l.abſentem. †Item not.quod nullus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est condemnandus nisi lucidis probationibus conuincatur: vt C.de probat.l.sciant. Nam per præsumptiones non potest aliquis damnari.Sed melius est nocentem absoluere in dubio quam innocentem condemnare: vt dicta.l.absentē.& fauorabiliores debeut esse iudices in dubio ad absoluendum quam ad condemnandum:vt ff. de
11 act.& obliga l.Arrianus. †Item non debet iudex ad clamorem populi aliquem absoluere vel condemnare:vt ff.eodem.l mandatur.quia vanæ voces populi non sunt
12 audiendæ:vt C.eodem.l.decurionum filij. †Item no. quod pœna corporalis non potest remitti,sed pecuniaria sic.C.de pœn.l.pœnam.si ritè lata sit pœna vel sententia. facit.ff.de verbo.signi.l.si qua.& C.de modo mulcta.l.fi. §.fina. Sed quia feci speciales titulos:vt supra patet in hac summa specificando qualiter in delicto quolibet aliquis puniatur:non fui ad præsens latius prosecutus
13 hanc materiam de pœnis. † Item in causis ciuilibus ratione contumaciæ & inobedientiæ quis punitur quan doque pecuniariter: vt C.de modo mul.l.eos. ff. si quis ius dic.non obtempe.l.prima.& secunda.& per totum.
14 †Item punitur in expen.vt C.de iudi.l.sancimus.ff.de iudi.l.eum quem temere.extra de pœn.capitulo calum-
15 niam. †Item not.quod non solum ordinarius imponit pœnam pecuniariam:vt extra eodem capitu.dilectus. & ff. si quis ius dic.non obtempe.l.prima sed quilibet de legatus:vt.ff.de iudi.l.secunda.§.fina.C.de dispor.l.secun
16 da. †Item arbiter etiam mulctam imponere potest. Nam pœna propriè est in persona & etiam in pecunia, quando est certa à iure inducta:mulcta autem est pœna pecuniaria,quæ à iudice irrogatur,vnde à pœna personali non appellatur,sed à mulcta.sic secundum Goffr.ff.de
17 verbo.signi.l.si qua pœna. †Item not.quod siue sit pœna corporalis siue pecuniaria est imponenda soli delinquenti & non alij.C.eodem.l. sancimus. & etiam agenti & consentienti & mandanti & si milibus. Nam agentes & consentientes &c.C.de episco.& cleri. si quenquam. C.de de accus.l.non ideo minus.C.de his, qui latro. occul.l.prima.& secunda cum simi.Fallit in crimine læsæ,
18 maiestatis & hæresis,vbi etiam filij puniuntur. †Item no.quod quis excusatur à pœna ratione ætatis,vt infans.

Item ratione furoris,vt furiosi:vt.ff.ad Silla:l. quod infans. Item ratione violentiæ absolutæ,extra quod metus causa.capitulo sacris.l.distinctio. capitulo ponderet.

Item ratione iustæ ignorantiæ.xxxiij. quæstio.prima per publicam.& capitulo.in locum. Item ratione magnæ necessitatis,vt famis. Item ratione diuinæ reuelationis: vt extra de diuor. capitulo gaudemus. Item propter iustam causam.ff.qui satisda.cog.l.fina. extra de pigno.capitulo significante. Item ratione ebrietatis: vt xv.quæstio.sane.& capitulo.inebriauerit. Item insania excusat.xv.quæstio.secunda.insani,& huius similia.
19 †In summa not.circa pœnæ impositionem, quod iudex debet examinare, & indagare subtiliter, qua mente malefactor commisit maleficium:& si inuenitur illud fecisse errore vel casu non punitur à iure: vt.ff ad Turpil. l calumniatis.de fal.l.prima.§. Diuus.ff ficar.l. prima de abig.l prima in fi.de adul.l.miles. §.mulier.quia ignorantia excusat quem quandoq; à delicto:vt.ff. loca.l. si quis ignorans.§ si quis te.cum simili. Item casus excusat à delicto & idem in alijs casibus quis excusatur: vt supra no. Item debet consyderare causam & finem maleficij commissi:vt est videre in illo, qui causa libidinis fregit hostium domus:& alius intrauit & furatus fuit.Nam fractor domus non tenetur pro illo furto. quia non fregit animo furādi &c.ff.de fur.l.verum, quia in maleficijs potius spectatur voluntas, quam exitus de iure communi; vt.ff.de verbo.signi.l. Diuus.de iniur.l.tertia.§.finali.

Item quia delictum non studiosè commissum non potest dici delictum: vt dicta. l. Diuus.C.si aduer.delict.l. prima. Nam iudex debet potius præsumere malum contra illum,qui gladio malitiosè aliquem percutit, quam contra illum qui gladio non apto ad maleficium ita de facili committendum, vel cōtra eum,qui cū ligno vel alia re malitiosè delinquit:vt ff.de sic.l.prima.§. Diuus.Ibi, sed claua &c.ff.de re milita.l.omne delictum.§.si quis.

Item vulneris magnitudo inspicienda est:vt.ff.de iniur.l.vulneris magnitudo. Item & in qua parte corporis:vt in facie vel alio loco:vt institu.de iniur.§. atrox.

Item cuius vitæ vel conditionis sit percusor vel delinquens,& cuius famæ sit &c.ff.de quæstioni.l.de minore.

20 †Item quia incœptor rixę magis punitur,quam alius cum ipse fuerit,qui præbuit causam totius maleficij: vt ff.de ser.corrup.l.hoc iudicio.§.primo.C. ad legem Iuliā de vi pub.l.quoniam.ibi,maleficiorum causam præbuit. Nam ista & alia similia debet bonus iudex consyderare.
21 facit extra de elect.capitulo ad apostolicæ. †Item nota quod si est incertum delictum esse commissum per aliquem,quod nullus est puniendus:sed soli Deo relinquitur,qui omnia nouit &c. Si verò est certum delictum esse commissum.sed est incerta qualitas delicti: vt quia constat aliquem esse vulneratum cum sanguinis effusione:sed nescitur vtrum cum gladio vel manibus vacuis: tunc debemus præsumere quod minimum est: videlicet percussionem esse factam potius manibus vacuis. quia minor pœna in dubio est imponenda:vt ff.de pœn.l.præsens.&.l.pen.& l.enim.§.quid ergo. Sed vbi est delictum,& qualitas delicti certa:sed tamē incertum est quę vis delinquentis:tunc præsumitur animus delinquendi quem habuit,quia facti atrocitas inducit præsumptionē contra delinquentem: dummodo sit persona habilis & potens ad delinquendum:vt ff.de fica.l. prima. & etiam quia omne maleficium prauè præsumitur actum:vt in l. si non conuicij. C.de iniur.C.de pœnis.l. impunitas.

Item vbi est certum delictum & certa qualitas delicti: sed persona quæ delinquit est incerta: vt quando plures in rixa delinquunt nec scitur quis fuerit:tunc omnes saltem Aqui.l.puniuntur ad damnum:vt ff.ad legem Aquiliam.l.item. Mella.§.si plures.sed non puniūtur Corne. de sic.quia secundum illam legem ictus cuiusque consyderandus est &c.vt ff.ad legem Corneliam.de sica.l.fi. & in dubio debemus magis absoluere,quam condemnare:vt ff. eodem.l.absentem.& de act.& oblig.l.Arrianus. vel quilibet condemnabitur pœna extraordinaria,prout iudici videbitur inspecta qualitate delicti & qualitate personarum delinquentium: vt ff.eodem.l.aut facta.ff.de extraordina.crimin.l.prima.cum simil.vt maleficium:non
22 remaneat impunitum. †Sed nunquid iudex potest prę cipere suas condemnationes solui vsque ad talem terminum sub pœna tertij vel quarti vel pluris? Respondeo quod sic puto.argumen.ff. de vsur.l.sella.& l. Caius Stichus.ff.si cer.peta.l.lecta.& est ratio:quia potest suam iurisdictionem defendere pœnali iudicio.ff.si quis ius di-
23 cen.non obtempera.l.prima. †Sed pone potestas vel iudex fecit poni tale bannum vel tale præceptum:publicè fieri fecit,quod nulla persona intret talem locum, vel aliquid aliud faciat in tali loco sub certa pœna & banno. x.libr.venit aliquis & contra fecit,an ipso facto debet haberi pro condemnato sine inquisitione vel condemnatione? Respondeo non sed opus est quod fiat in banno vel præcepto sic. Condemno quicunque intrauerit talem locum vel tale quid fecerit:tunc contrafaciens ipso facto est condemnatus: & non indiget quod de nouo fiat inquisitio vel condemnatio. Sic etiam est in excommunicato.extra de eo qui fur.or.su.capitu.primo. de iure patro.capitu.relatum.not. de simo. capitu.sicut. de sagitta. capitu.primo.vbi de de hoc. Sed poterunt contra factores de facto compelli ad dictam pœnam siue bānum per iura practica cum similibus:nec poterunt appellare. quia in talibus exactio est quędā executio:& ab executione nō appellatur.C.quomo.& quā.iud.l.per executio.
24 †Item no.q; si per viam ordinariam:vt per accusationem fuerit processum:sed propter contumaciā ferat sententiā:tunc sic potest scribi sententia condemnatoria, in principio quaterni:sic scribetur.

In nomine

In nomine domini Amen.

25 †Istæ sunt condemnationes & sententiæ condemnationis,vel istæ sunt sententiæ absolutionis,vel absolutiones factæ per nobilem virum dominum M. potestatem vel capitaneum ciuitatis Mantuæ de omnibus & singulis in frascriptis personis pro singulis infrascriptis delictis, &
26 excessibus,prout inferius per singula continetur. †Et est notandum,quod sententia est ferenda per os ipsius potestatis vel capitanei vel iudicis &c.& aliter lata non valet.C.de senten.experi.reci.l.j.& ij.& fi.ff.de arbi.l. diē.in princ.& l.non distinguimus.§.quod si hec.nisi persona sit illustris.Nam potest per alium ferre sententiam:vt in authen.vt ab illustri.§.sancimus.colla.v.Sed de consuetudine Italiæ notarius legit:& potestas vel iudex postea dicit:& ita condemno & sic pronuncio & absoluo & bene valet,& ita obseruatur:quia bene est lata per os ipsius iudicis.

Alia forma condemnationis.

27 *Forma condemnationis reo existente contumace.*

Nos M. prædictus potestas in-

27 frascriptas † condemnationes damus & proferimus in hunc modum M.filius Ioanis de serris denunciatus accusatus de Petro filio A.in eo & super eo quod dictum M. de anno & mense tali fecit insultum contra ipsum Petrū irato animo & malo modo cum vno cultello feritorio de ferro in ciuitate Mantuæ in quarterio maiori in vicinia sancti Geruasij in via publica ante domū magistri fratris medici: & ipsum Petrum percussit & vulnerauit cū ipso cultello in facie: ex cuius percussione sanguis exiuit, quem citari & moneri fecimus:vt ad terminum iam elapsum coram nobis, & nostra curia compareret ad defendendum & excusandum à dicta accusa. & ab alijs de quibus accusatus fuit qui non comparuit:sed potus mandatum nostrum habuit in contemptum:vnde ipsum habuimus pro confesso,propter eius contumaciam & inobedientiam:vt hęc & alia in actis nostrę curię plenius continentur secundum formam statutorum omni via & modo quibus melius possumus in his scriptis in. c.li.denar. dandis & soluen.communi Mantuæ sententialiter condemnamus. Si vero est facta probatio plena contra accusatum.:sic potest & debet scribi condemnatio.

Alia forma condemnationis.

28 *Forma condemnationis quondo reus comparuit.*

Nos M.potestas prædictus &c.

28 M. denunciatu s & accusatus corā † nobis & nostra curia in eo & pro eo sup. Quē M.Citari & requiri fecimus per nuncium communis ex parte nostra & nostrę curię: vi coram nobis & nostra curia compareret ad certum terminum ad se defendendum &c.& comparuit:& nullam legitimam excusationem fecit:quia nobis constat dictū M.loco & tempore suprascriptis comisisse dictum maleficium vt hæc & alia &c.Idcico prædictum M.pro percussione facta in facie in lib. c. & pro percussione facta in manu lic.xxv.dañ.& soluen.&c.& ita &c.

Alia forma condemnationis capitalis quando reus est in fortiam potestatis.

29 *Forma condemnationis ad mortem reo existente in fortijs.*

Nos M. potestas prædictum

29 M.&c.in nostri præsentia† cōstitutum &c.corā nobis &c.A.B.de tali parte in eo de eo &, pro eo q; percussit. C.filium dicti B.in ciuitate Mātuæ &c.cū vno ense.&c. vna percussione in capite,ex qua percussiōe mortuus fuit est &c.cui M.in nostri fortia constituto terminum adsignari fecimus ad sui defen.&c.Quia nobis legitimè per ipsius M.spontaneam confessionem constat ipsum &c. vel per legitimum numerum testium constat &c.vt hoc & alia in actis curiæ nostrę &c.de consilio iudicum &c. secundum formā statutorum & omni modo &c. Quod ad locum solitum iniustitię ducatur:& ei caput amputetur,ita quod moriatur:& anima eius &c.& ita &c.

Forma condemnationis quando est processum ad denunciam alicuius,puta consulis.

30 *Forma condemnationis quando aliquis fuit denunciatus.*

Martinus denunciatus fuit à

30 Ioāne in eo de eo†& pro eo quod de anno &c.insultum fecit contra B.in palatio &c.quem citari fecimus ad terminum iam elapsum:vt coram nobis &c. Idcirco ipsum M.in lib.x.&c.dañ.&c.& ita &c.

Si autem fuerit professum per inquisitionem & ex officio:tunc sic scribatur.

31 *Forma condemnationis, quando processum fuit per inquisitionem.*

Matinus contra quem proces-

31 simus † per inquisitionem ex officio nostro in eo &c.q; ad aures &c.fama publica &c.quod de anno &c. animo furandi &c.furatus fuit duos boues valore lib.xx.de stabulo &c.committendo &c.quem citari fecimus:vt corā nobis &c.& ipso non comparente adsignatus fuit ei terminus ad se defendendū &c.& nullam defensionem fecit &c.vel contra quem fuit plenè probatū &c.prout hęc & alia &c.Idcirco dictum M.in lib.c.cōmuni &c. & ad refectionem dictorum boum dicto tali &c. intra.x. dies &c.& ita &c.

Alia forma quando processum est ex officio contra famosum latronem &c.

32 *Forma condemnationis, quando processum est per inquisitionem contra famosum latronem.*

Nos M. potestas &c.

32 †M. inquisitum per nos &c. In eo &c.quod ad aures &c.M.est publicus & famosus latro & multas robartas & furta commisit in loco tali &c. de anno &c.Quem in nostra fortia detinemus,examinatus super inquisitione &c.ad banch.&c.Respondendo dixit & sponte confessus fuit se derobasse vnam mulierem de vna gunella pāni rubei & de vno corexino valoris &c. in tali loco &c. Item de stabulo talis duos boues &c.

Item quāplura alia latrocinia robarias & furta in alijs pluribus locis feciſſe,cui terminus &c. Idcirco ipsum tanquā publicum & famosum latronem & derobatorem stractarum debere in furca laqueo suspendi:ita quod moriatur de cōsilio nostrorū iudicū &c. secundum formam
35 statutorū &c.& omni modo &c.in his scriptis.&c. †Et nota quod sententia condemnatoria vel absolutoria sem per est formanda secundū formā accusę vel inquisitiōis vel denunciationis:vt extra de accu.c.qualiter & quando.§.ad corrigendum.& de simo.licet heli.§.nam iusta.ff. cōmu.diui.l.vt fundus.cum simi. †Item nota.q; iudex
34 debet prius veritatem inquirere:& postea secundum veritatem formare suam inquisitionem:& sic nō poterit errare vel peccare:vt not.s.de inquisi. †Item nota quod
35 in fine condēnationis debet scribi lata & data &c.

Quot modis super maleficijs procedatur. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Proceditur super maleficijs per accusationem,denunciationem,inquisitionem, exceptionem,& extraordiariè in notorijs.*

Supra dictum est ordinatè de maleficijs & pœnis ipsorum.† Modo restat videre quot modis super maleficijs procedatur. Et quidem pluribus modis
a proceditur, videlicet per accusationem Per denunciationem, per inquisitionem.per exceptionē

Universidad de Deusto
Biblioteca

& extraordinariè in notorijs:vt probatur.C.ad leg. Cor. de fal.l.cũ suppositi. de accusa.l.ea quidẽ.de aboli.l.ij.extra de accusa.c.inquisitionis.&.c.superhis. Extraordinariè in notorijs proceditur:vt extra de acusa.c. euidẽtia. & c.qualiter & quando.§.ad cogendos.ff.de extraor. cri. l.j.& extra de iure iuran.c.ad nostram.de cohabi. cle. & multe.c.fi.ij.qõ.j.c.scelus.& c.de manifesta.cũ similibus.

AD NOTATIO. ¶ Proceditur.Tu vide latius per dominum Henri.Bohic in.x.super his extra de accusa.in princip. Hiero.Chu.

Quid sit accusatio. Rubrica.

2 *Accusatio & accusare quid.*

2 Vid sit accusatio. videamus † igitur. &
a certè accusatio nihil aliud est quam contra aliquẽ alicuius criminis delatio[a]. Sic accusare nil aliud est quam per libellũ aliquẽ reum alicuius criminis deferre:vt C. qui accusa.non pos.l.non ignorat.&.l.cum rationibus.ff. accusa.l.libellorum.ibi,reum deferre,cum sibi. Formatur autẽ libellus accusa.vel accusati hoc modo.videlicet.

Forma libelli accusationis de insultu.

3 *Forma libelli accusationis de insultu.*

3 Coram vobis † domino tali &c.

Ego Ioan.filius &c.habitator &c.accuso talem quem dico quod sub anno domini currente &c. Idem talis insultauit me,& insultum fecit iniuriosè,malo modo & illicito,irato animo contra me cum vno cultello ferreo, vel cum vna spata,vel lancea in tali loco,cui coheret &c. & me percussit & vulnerauit cum dicto cultello in facie cũ sanguinis effusione,vnde peto per vos contra dictũ M. accusatum procedi super dicto maleficio:& ipsum puniri & condemnari secundũ formam iuris & statutorũ &c & omni alio modo &c.

Forma accusationis vel denunciationis de insultu.

4 *Forma libelli accusationis uel denunciationis de insultu.*

4 Coram vobis &c. †M.filius &c. suo sacramento dicit, denunciat, & accusat. A.filium &c.habitantis &c.quẽ dicit de anno &c. & mẽse cũ animo irato insultasse in tali loco &c.cui coheret &c.& ipsum pcussisse & vulnerasse cũ vno spõtono in manu sinistra cũ sanguine &c. Quare petit &c. p vos contra ipsum procedi & ipsum condemnari secundũ formam iuris &c.& omni modo &c.

Forma accusationis contra adulterum.

5 *Forma accusationis contra adulterum.*

5 Coram vobis &c. †Suo iuramento dicit,denunciat, & accusat. B.de tali loco.M.de tali pate,filiũ talis habitatorẽ &c.quẽ dicit commisisse adulterium cum domina. A.vxore sua cognoscẽdo eã carnaliter turpi & illicito modo in domo sua posita in tali loco &c.cui coheret &c.vnde petit per vos eum puniri & condemnari secundum formam iuris & statutorum &c.& omni modo &c.Et prædicta ferunt de tali anno &c.

Forma accusationis contra furem.

6 *Forma accusationis contra furem.*
7 *Libellus siue accu.denunciatio,seu inquisitio quæ debeant continere.*

6 Coram vobis &c. †M.suo iuramento dicit denunciat,& accusat. B. de tali loco filium talis,quẽ dicit de anno præsenti & tali mẽse nocte rẽpore furtiuè & malo modo intrasse domũ suã in stabulo equorum posito in tali loco:& de ipsa domo extraxisse furasse & cõtractasse vnũ suũ equũ brunũ stellatũ in frõte &c.& tales alias res,videlicet vnũ mãtel lũ de panno viridi foderatũ &c.& vnã gunellã ab homine &c.vnde petit &c. †Et not.q̃ in omni libello [b] siue
7 b accusa,siue denunciatione,siue inquisitione debent apponi anni domini,dies,& mensis,indictio,qualitas delicti, vbi maleficiũ fuit cõmissum, & nomen & pronomen & agnomẽ accusantis & accusati:vt plene constet de personis:cũ primo sit de persona quærendũ.ff.de iure codicil.l. quidã referunt.ff.de accu.l.libellorum.arg.C.de testi.l.si quis in nomine. Et nomẽ rectoris loci & villę iudicis, vt constet coram quo fuerit actum.extra de offi. delega. c.corã delicto.& quæ qualitas delicti.ff.de iudi.l.si locus. &.l.libellorũ.cũ simi.aliter de iure non valet,vt in authẽ. vt prepo.nomen imper.col.v.& extra de proba.c.quoniã cõtra falsam. Itẽ & locus,vbi fit proces sus,debet apponi in processu & in actis scribi:aliãs nõ valet ,pcessus: vt d.c.quoniã cõtra falsam.& ff.de iusti.& iure.l.penult. & in authen.vt prepona.nomen Imper.§.fi. tamẽ iam de facto obtinuit propter defectũ loci iudicij qui non erat in actis scriptus.Vnde debet notarius maleficiorũ scribere in actis suis sic & tali modo.videlicet.

Forma productionis accusę.

8 *Forma productionis accusę & quid iurat accusator:& scribi debet.*
9 *Lis contestari debet super libello siue accusa:& de calumnia iurari.*
10 *Substantialia iudicij & accusę.*
11 *Actus iudiciarius an debeat fieri præsente aduersario:& scribi per notarium coram iudice.*
12 *Libellus siue accusa,aut alia scriptura iudicialis,uel instrumentum potest concipi in prima uel tertia persona,anni domini,mensis & dies dati libelli scribi debent,non autem dies commissi delicti:sed dies contractus:& an accusans debeat se subscribere ad pœnam talionis?*

8 Anno domini † Mcccxl. indictio.&c.Die.x.mensis Augusti porrecta fuit ista accusa per Iannem coram tali iudice maleficiorum pro tribunali sedente in palatio communis Mantuę ad bãchum maleficiorum ad ius reddendum. Et debet accusator iurare accusam suam esse veram & non calumniosam. & hoc debet scribi in actis per notarium:vt infra dicam.

9 †Item.not.quod super libello siue accusa debet lis cõtestari:& de callumnia iurari:& alia substantialia observari:sicut obseruatur in causis ciuilibus:vt in authen. offeratur.C.de lit.contestata.& l.j.ff.ad Tupil.l.in senatus. §.qui post.alias non valet sententia de iure.C.de sen. experi.reci.l.ij. Sed consuetudine tanta solennitas non obseruatur: sed tamen de iure est seruanda,quia nõ quid fiat:sed quid fiẽdum est inspici debet:vt.ff.de offi. prę.l. sed licet.imo accusator eum porrigit accusam iurat dictã accusam esse veram & non calumniosam: & hoc sacramentum debet præstari post litem contest,cum sit iuramentum calumniæ:vt C.de iur.calũ.l.ij.§.fina.extra eod.
10 c.cum accusam. †Substantialia autem iudicij sunt ista, scilicet citatio,libelli oblatio,litis contestatio, iuramenti calũniæ protestatio,depositio testium scripta in actis,& testimoniorum ipsorum publicatio,& quod sentẽtia scribatur,& quod à iudice sedente pro tribunali publicetur. Et si quid de prædictis dimittatur vel præposteretur non valet ratione substantialis ordinis non seruati:vt not. C. de sen.& interlo.om.iudi l.prolatã.& extra de ꝓba.c.qm̃ cõtra falsam.Substãtialia autẽ accusę sunt ista,scilicet an
12 nus,mẽsis,indictio.locus commissi delicti,& qualitas de
c licti,vt.§.dixi. †Item no.q̃ omnis actus iudiciarius debet fieri prẽsente aduersario:aliãs nõ valet:vt ff.de re iud. l.de vnoquoq;.de confes.l.certũ.§.si quis absente. debent etiam scribi in actis siue in libro tabellionis coram iudice videlicet citatiões dilatiões, exceptiões protestatiões,&
12 oĩa quæ in iudicio fiunt:vt d.c.qm̃ contra falsam. †Itẽ not.q̃ non refert vtrũ libellus sit siue accusa vel alia scriptura iudicialis, vel instrumentum concipiatur in prima persona vel in tertia persona: vt in formis accusationum

tionum posuit:vt probatur extrà de conuer.coniu.c. fi. §. verum.de iure pat.c.quod autem.in fin. Sed anni [d] domini mensis,indictio,locus & dies dati libelli debent vt dixi,scribi:dies autem.commissi delicti non:vt d. l.libelorum.cum simi.sed dies celebrati cõtractus debet apponi in instrumento.C.de contrahen.& commit.stipu.l.optimam.aliàs non valeret &c. Item not.quòd ille,qui ac
e cusat debet se inscribere [e] ad talionis pœnam,si non probauerit suam accusam:& scribatur sic.videlicet.

Forma inscriptionis ad pœnam talionis.

13 *Forma inscriptionis ad pœnam talionis.*
14 *Accusator & accusatus an in grauibus delictis debeant carcerari.*
15 *Accusator an satisfaciat de prosequendo accusationem,& an puniatur si non fuerit prosequutus.*
16 *Accusator quomodo debeat suam accusationem probare.*
17 *Accusare in publicis delictis quis possit: & an denuncians teneatur probare.*
18 *Loci fines an debeant in accusa poni.*
19 *Accusa uel denunciatio non continens annum nec mensem neque indictionem, an ualebit,si tamen ista sint in principio quaterni.*
20 *Forma accusæ eorum,qui alieno nomine accusant,puta tutores &c.*

Constitutus. M. coram do-
13 mino.P.iudice † maleficiorum cõmunis Mantuæ pro tribunali sedente ad banchum maleficiorum ad ius reddendum in palatio dicti communis vt moris est se inscripsit ad pœnam talionis si non probauerit accusam, quam substitutus esset dictus Ioan.si probaret dictam accusam contra eum factã anno domini &c.presentibus tũc testibus &c.

Ratio est,quia debet puniri quia qui non probat:calũniari videtur.& est puniendus:vt C.de aduo. diuer. iudi. l.j.de calum.l.fallaciter.extra de procuratoribus c.tuæ.de calum.c.contra. Et si non subscripserit se ad pœnam ta
14 j. lionis:non minus est puniendus:vt no.C.de fide instru.l. †Et debent in grauibus delictis accusator & accusatus carcerari.ff.de custo.reo.l.Diuus pius.& l. de custodia.& C.c.l.j.cum accusator debeat puniri eadem pœna, si non probauerit.vt supra dictum est qua accusatus.

Vnde si accusatus est carcerandus:ita & accusator: ad hoc vt possit puniri si non probauerit,per iura prædicta:
15 sed hoc non seruatur de consuetudine. * †Itẽ accusator debet:satisfare de prosequendo accusam sicut sit in ciuili vt C.de episcopis & clericis.authen.generaliter.de lit.cõ test.authen.sed libellum.& si non fuit prosequutus: incidit in Turpillianum senatusconsul.& ea pœna punitur: vt dixi.§.de senatusconsul.Turpil.& not. extra qui accu. non pos.c.contra crimen. sed non præstatur ista satisdatio de consuetudine
16 †Item not. quod accusator debet accusationem suam plenè probare:vt C.de prob.l.sciant. de pœ.l.qui sentẽtia laturus est,vel saltem simpliciter & per vnum testem fide dignum vel violẽta indicia &c. vt supra.not.& C.de eden.l.qui acc.C.ad legem Iuliam maie.l.si quis.& dixi latius supra de testi.& indi.& supra de
17 proba. †Item not.quod in publicis iudicijs quilibet potest accusare,qui non prohibetur. Quæ autem sunt publica iudicia habetur.ff.de pub.iudi.l.j. Et qui prohibentur accusare no.supra de ijs,qui accu.non pos.ff.de priua. delic.l.fina.C.de fur.l.manifestissimi.Et idem videtur in denunciãte qui probare debet:cum loco accusatoris habeatur:vt ff.ad Turpil.l.ab accusatione. §.viatores.

18 Item no.vt supra dixi quod locus debet apponi in accusa. Sed nunquid fines loci debeant designari? Recusa. Sed nunquid fines loci debeant designari? Responde non videtur. quia in illa lege libellorum. ff. de accu.non dicitur quod fines designentur:sed quòd locus apponatur in accusa,& sic debet sufficere, si locus solus apponatur.Sed tutius est quòd fines loci designentur: & saltem duo:vt ff.de censi.l.forma.& d.l.libellorum.ibi in
19 domo illius &c. †Sed quid si non continetur in accusa vel denũciatione nec annus,nec mẽsis,nec indictio, &c. sed continentur in prin.quaterni:vt quotidie fit.Respondeo.quod de rigore iuris non valeat:quia l.illa libellorum.

dicit,quod prædicta debent apponi in dicto libello siue accusa,non autem in princ.quaterni:sed forte tolerari potest per l.si quis ex argentarijs.ff.de eden.sed potest dici quòd ista loquitur in rationibus communibus:non autẽ in accusis seu denunciatio.vel accusationibus.Sed tamen de consuetudine ita seruatur,quòd in prin. quaterni po-
20 nuntur anni domini,& indictio. †Sed quid de his, qui nomine alieno accusant:vt est curator,procurator,& syndicus.Respon.tutor potest suo nomine & ad vtilitatem pupilli sui accusare:& maximè si est infans vel pupillus hoc modo videlicet.

Coram vobis.d.T.potestate &c.

Ego tutor Alberti.f.q.Io.iuro nomine & ad vtilitatẽ dicti pupilli mei & iuramento meo denuncio & accuso.M. quem dico.de anno præsenti & mense percussisse pupillum meum cum manibus in capite iniuriose & irato animo & malo in ciuitate Mantuæ in contrata &c.invia publica &c.Cui coheret &c.vnde puto ipsum. M. Accusatum puniri & condemnari secundum formam iuris &c. & omni modo &c.

Alia forma accusæ pro damno dato.

21 *Forma accusæ tutoris in damno dato.*
22 *Tutor an possit uel debeat accusare suo nomine,& ad utilitatem pupilli.*
23 *Adultus quomodo debet accusare.*

21 Coram vobis &c. †I.filius talis de tali loco tutor &c.suo nomine ,prio & ad vtilitatem ipsius pupilli suo iuramento denunciat,& accusat duos boues. M.filij talis quos dicit damnum dedisse in quodam campo ipsius pupilli seminato frumento posito in territorio &c.cui coheret &c.corrodẽdo & pascendo bladum dicti campi & damnum dando in eo quod damnum fecit æstimatio.so.x.vnde petit &c.

22 †Et quod tutor possit vel debeat suo nomine & ad vtilitatẽ pupilli sui accusare no.C.de ijs,qui.vt indi.l. Polla.C.qui accu.non pos.l.ij.ff.de ijs,qui.vt indi. l.curatorẽ.

23 †In curatore autem dico,quòd adultus debet accusare suo nomine cum consensu tamen,presentia,& authoritate sui curatoris:vt no.ff.de accu.l.j.§.fi.& C.de auth. præstan.l.clarum.cum simi. Et si ipse adultus vult accusare:sic formari debet accusatio.

Forma accusationis quam facit adultus.

24 *Forma accusationis quam facit adultus:& quando constitutio procuratoris ad accusandum siue denuntiandum teneat.*

24 Coram vobis &c. †A.filius quondam talis minor.xxv.annis & maior.xiij.cum consensu,presentia,& authoritate & parabola.B.ibidem præsentis & consentientis cur.dicti. A.cum iuramento denunciat & accusat talem &c.quem dicit de anno &c.tale quid fecisse &c.vnde petit &c. In procuratore autem dicendum,quòd si est constitutus ad accusandum & denunciandum,quod esse potest: vt extra de procura.c.tuæ.de accu.c.veniens.vbi de hoc no.Aut causa ad quam constitutus est:est talis,ex qua de iure potest imponi pœna corporalis,vel alia vltra relegationem: tũc talis procurator non est admittendus ad talem accusam: nec in agendo siue accusando,nec in defendẽdo: vt ff.de publi.iudi.l.pen.§.ad crimen.nisi ad excipiendũ vel allegandum causas absentiæ vel ad similia faciendum:vt no. solẽne.§.de procur.& defen.& dic vt ibi. Si vero est cã pecuniaria,ex qua debeat consequi condemnatio pecuniaria vel alia intra relegationem:tunc procurator est admittendus.Et debet sic formari accusa videlicet.

Forma accusæ porrectæ per procuratorem.

25 *Forma accusæ porrectæ per procuratorem.*
26 *Procurator constitutus ad denunciandum,siue ad causas criminales,an debeat habere speciale mandatum:& an sindicus sit indistincte audiendus.*

25 Coram vobis &c. †Talis procurator vel ꝓ curatorio nomine.P. suo iuramento denũciat & accusat M.filiũ talis, quẽ dicit de
26 anno &c.tale quid fecisse.&c.vnde petit &c.†No.tñ, q̃ talis ꝓcurator cõstitutus ad denũciãdũ siue ad causas cri

Universidad de Deusto
Biblioteca

minales debet habere speciale mandatum: vt ff. de procu. l. non solum. §. fi. aliter repellitur & etiam si fuerit constitus non admittitur, nisi in certis casibus: vt not. extra de accus. c. veniens. dixi. supra de procur. §. in summa. Syndicus vero vniuersitatis vel collegij videtur indistincte audiendus: cum vniuersitas & collegium possit constituere syndicum etiam ad causas criminales: vt not. supra de procur. §. sed vniuersitas. Et per talem Syndicum sic est formanda accusa. videlicet.

Forma accusæ porrectæ per Syndicum.

27 Forma accusæ porrectæ per Syndicum.
28 Accusa quando porrigitur: quid scribere debeat notarius.
29 Libello eodem siue eadem accusatione an possit agi cuiliter & criminaliter, & quando.
30 Accusari plures una accusa an possint, & quando.
31 Accusare an possim unum de diuersis delictis in una accusa, & quomodo.
32 Accusato aliquo ut supra si accusator in probatione unius delicti deficiat: an admittatur ad alia: & an pro eodem delicto possit quis simul diuersis legibus accusari.
33 Accusare an possint plures unum de eodem delicto: & quis prosequatur: & quando ex uno delicto plura crimina oriuntur: an poterunt plures diuersimodè accusare.
34 Accusatoribus duobus simul uenientibus ad accusandum quis erit præferendus.
35 Accusato Titio, si opponat Titius accusatori, quod non potuit eum accusare & exceptionem suam Titius non probet: an accusator aget contra Titiũ actione iniuriarum.
36 Ordinatione existente, quod si quis fecerit insultum, puniatur in decem libr. si plures faciant insultum simul: an quilibet condemnabitur in libris decem.
37 Insultant Titio plures uno actu: an pro uno insultu uel pluribus punientur.
38 Accusato Titio quod percussit Caium: si ulit probare quod percussit casu: an audietur Titius. & probato hoc quid erit.
39 Delictum quomodo probabitur factum esse à casu.
40 Accusato aliquo de uulnere alicui illato nunquid præsumitur dolosè commissum: & quomodo probatur se non dolosè fecisse.
41 Prohibere potens maleficium, si non prohibeat, si accusetur, an puniendus sit.
42 Occiso patre, si iudex non posit procedere sine accusatore, an posit filium uel hæredem cogere ad accusandum.
43 Filius interfecti an poterit accusare aliquem de morte patris: licet primo sit ab alio porrecta accusa & lis contesta.
44 Accusato aliquo ut supra usque quo audietur filius interfectus.
45 Accusato aliquo & ob contumaciam iudicio capitali condemnato, an talis sententia ualet.
46 Accusati sunt plures, quod dolosè & appensate aliquem interfecerunt: & probatum fuit: an omnes condemnandi sunt de homicidio.
47 Accusatus quod dederit plures alapas alicui, an pro qualibet condemnabitur.
48 Accusatis pluribus de damno dato in una accusa: de qua est imponenda pœna lib. x. an quilibet intelligatur condemnatus in lib. x.
49 Ebrius homicidium committens quomodo punietur.
50 Ordinatum fuit, quod percutiens aliquem gladio puniatur in c. lib. si percussit cum bastono, an sic punietur: & quid ueniat appellatione gladij seu teli & appellatione armorum.
51 Cultellus paruus an contineatur appellatione armorum.
52 Maritus uel pater occidens adulterantem filiam suam, an puniatur.
53 Accusato de homicidio fugiente ad aliam terram, an remittatur ad locũ delicti.
54 Literis sigillatis sigillo publico illius ciuitatis in casu suprascripto, an adhibetur fides ad faciendum remissionem.
55 Denunciatione facta & inquisitione testa. si uenerit inquisitus an denunciator poterit procedere accusam.
56 Accusa data de furto tali anno & mense facto &c. si postea inferatur quod tu es homicida, an ualebit. & procedetur super criminibus in ea contentis.
57 Processu currente super furto an possim probare quod tu sis homo malæ famæ assuetus furari &c.
58 Ordinatum est quod percutiens cum sanguinis effusione puniatur in xx. lib. & si abscinderit puniatur in c. accidit quod quis abscidit digitum uel auriculam, an punietur in xx. uel c. lib.
59 Ordinatum est quod portans cultellum puniatur in v. lib. & per aliud statutum est ordinatum, quod uulnerans cultello puniatur in xxv. lib. accidit quod quis uulnerauit cum cultello, an puniatur de deportatione cultelli & uulnere.
60 Ordinatum est, qui percusserit aliquem sine armis, puniatur in x. si cum armis in xxv. quidam habens arma percussit cum pugno alium non cum armis, qua pœna punietur,
61 Statuto dicente qui percusserit aliquem manu uacua puniatur in x. & qui armata in c. quidam habens in manu chirothecam corij percussit cum manu alium: qualiter punietur.
62 Ordinatum est quod percutiens cum armis, puniatur in centum lib. quidam stans super equo percussit alium cum capello uel caputio an punietur de percussione facta cum armis.
63 Statuto continetur quod percutiens manibus sine sanguine puniatur in x. lib. si uerò cum sanguinis effusione in xx. lib. quidam cœpit alium per capillos & per terram traxit: ita quod cecidit super lapidem cum capite: & sanguis exiuit, an punietur in lib. xx.
64 Ordinatum est, quod percutiens aliquem cum sanguine puniatur in centum lib. aliquis percussit alium cum ense uno magno uulnere & magna sanguinis effusione, & alium cum ungue & modica effusione sanguinis: nunquid de utraque percussione æqualiter punietur.
65 Accusatus fuit Titius de insultu cum armis & de percussione cum sanguinis effusione, & idem in simili: non fuerunt probata prædicta secundum formam accusæ an absoluetur accusatus.
66 Accusatione ut supra facta, si accusator uult de nouo accusare de insultu simplici uel in simili, an sit audiẽdus: & an iudex posit dicto modo inquirere
67 Ordinatum est quod qui accusam dat, & eam non probat: puniatur in x. lib. quidam accusauit plures de uno maleficio una accusa: & accusam nõ probauit: an condemnabitur in lib. x. solum uel in x. lib. pro quolibet accusato.
68 Ordinatum est quod percutiens aliquem condemnatur in lib. x. & potestas fecit bannum quod uolens portare arma satisfiet de non offendendo aliquem sub pœna c. lib. quidam satisfecit & postea offendit cum armis, an in x. lib. uel in c. puniatur.
69 Vulnerato Titio mortifere à Io. & lite pendente ante sententiam mortuus est Titius an iudex poterit procedere ad condemnationem de morte dicti Titij: & quid fieri poterit.
70 Ordinatum est, quod nullus receptet malefactorem in domo sub pœna c. lib. quidam commisit maleficium, & te inscio abscõdit se in domo tua: an puneris: & quid erit si recusas illum dare iudici.
71 Rixa inter aliquos plures orta: aliquis est interfectus uno uel pluribus uulneribus: & nescitur ex cuius uulnere: an omnes sint de homi. puniendi.
72 Accusatur quidam in una accusa de pluribus maleficijs: accusator quædam crimina probauit & quædam probare non potuit an sequatur absolutio uel condemnatio: & quid si procederetur per inquisitionem.
73 Insultans cum gladio alium animo occidendi: si illum non uulneret neque percutiat: an de homicidio punietur: & quid si percutiat & uulneret cum re apta ad homicidium.
74 Ordinatum est, quod si quis fuerit in banno cancelletur, si soluit x. lib. communi: quidam positus fuit in banno ante ordinamentum: & facto ordinamento soluit x. lib. communi: an erit cancellandus.
75 Ordinatum est, quod si aliqua domus uel bladum in uilla fuerit combustum: debeant capi malefactores, aliter damnum compensetur. domus ecclesiæ uel bladum fuit combustum: & malefactores non fuerunt capti: an uilla teneatur damnum emendare.
76 Ordinatum est, quod si aliqua domus fuerit clam combusta uicini emendarent damnum. in domo fuit clam positus ignis, qui postea ui uentorum aliàs domos combussit: an uicini teneantur ad emendam domorum combustarum propter uentum.
77 Consiliarij si teneantur uenire ad consilium quando pulsabitur campana sub tali pœna: pone quod aliquis uenit quasi in fine consilij, an condẽnabitur.
78 Ordinatum est, quod nullus ducat bladum uel alias res extra districtum sub pœna lib. x. & amissionis rerum bestiæ uel nauis &c. cum qua portantur: quidam fuit inuentus contra facere ordinamento, an poterit condemnari secundum formam illius.
79 Accusatur Titius de insultu in alium facto cum gladio: & probatur tantum, quod manu uacua: an punietur in eo quod est probatum.
80 Ordinatum est, quod nullus ducat bladum uel uinum extra districtum sub pœna lib. decem & amissionis bladi & uini. Quidã portauit farinam uel acetũ an punietur.
81 Ordinatũ est, quod emens rẽ aliquam publicè in platea iuste, nõ teneatur ad restitutionem: nisi reddito sibi præcio. Pone forensis probat rem esse suam & sibi furto subtractam: quæritur quid iuris.
82 Inuentus portare uinum uel rem aliam contra deuetum, qui nondum erat extra confines ciuitatis: & ille neget se portare contra deuentũ quid erit.
83 Bladum uel rem aliã portans contra deuetum de licentia rectoris, an incidat in pœnam.
84 Ordinatum est per leg. municipalem quod nulla uel eastrum teneatur capere malefactorem committentem maleficium in suo territorio sub pœna. c. si plures fuerũt malefactores ad unũ delictũ & non sint capti: an fiet cõdemnatio in li. c. pro quolibet malefactore et quid si fuerint capti præter unũ.
85 Accusatus uel inquisitus est Ti. cõparuit: & dedit fideiussorem de se præsentãdo & soluendo condemnationẽ si qua fuerit facta fuit condemnatus & citatus ad soluendum condemnationem: comparuit & postea recessit: an fideiussores poterunt cogi ad soluendum.
86 Accusatus uel inquisitus fuit aliquis & condemnatus appellatione pendente moritur: quid iuris erit super bonus defuncti.
87 Statuto dicente quod bannitus posit impune offendi: si aliquis sit bãnitus & ipse:

ipse uel eius procurator opponat, dicens bannum nullum ac pendente causa nullitas offendatur: an impune poterit offendi.
88 Ordinatum est, quod si quis amiserit equum in seruitio communis debeat ei emendari: pone equus stans in seruitio communis fuit mangagnatus: & post multos dies est mortuus: an commune emendabit.
89 Statuto dicente, quod nullus posit equum uendere sub pœna. Quidam dedit equum in solutum uel donauit: an incidat in pœnam.
90 Vxor alicuius deliquit, propter quod fuit condemnata: an maritus cogatur soluere de dote uxoris sibi assignata.
91 Ordinatum est quod quicunque habet in bonis mille lib. debeat tenere unum equum. Quidam habet in bonis mille lib. computata dote uxoris aliter nõ: an teneatur ad ordinamentum,
92 Potestati concessum est arbitrium super maleficijs inquirendis puniendo & procedendo pro suo arbitrio. Quidam captus est: & ducitur ad potestatem: & dicitur quod est latro uel malefactor: an poterit illum sine alijs indicijs ponere ad torturam: & si fuerit confessus condemnare & punire.
93 Potestati si detur arbitrium ut supra & hoc post maleficium commissum, an poterit illo uti & secundum illud procedere.
94 Vulnerato Titio sed non mortifere, ut medici dicunt si postea occasione uulneris superueniat febris & sequatur mors: an uulnerans punietur de homicidio, uel de uulnere tantum.
95 Delinquens punitus pœna statuti, an etiam pœna legis posit puniri.
96 Statuto dicente, si aliquis fecerit tale maleficium: punitur in decem libris. an fœmina delinquens comprehendatur tali statuto.
97 Ordinatum est, quod si quis percusserit aliquem, puniatur in libr. decem & ordinatum est etiam quod si fuerit de nocte duplicetur pœna: & etiam ordinatum quod si fuerit in ecclesia pœna duplicetur: aliquis percussit alium de nocte in ecclesia, an punietur pœna omnium istorum statutorum.
98 Accusatus uel inquisitus de aliquo maleficio, si citatus cõpareat & satisfiet: & iudex ipsum non examinet, ac recedat non respondens accusæ uel inquisitioni, an iudex postea posit ipsum tanquam contumacem condemnare: & quid facere poterit iudex.
99 Maleficium committens non dolo sed culpa uel negligentia: an de homicidio puniatur.
100 Homicidam habens in domo, & nolens ipsum dare iudici: an puniatur & qua pœna.
101 Vulneratus grauiter ordinauit cum suis quod dicerent illum mortuum ex dicto uulnere: ut uulnerator occidatur, & sic fuit factum: & uulnerator de capitatus est, postea uulneratus conualuit, an iste uulneratus, & qui ad talem ordinem uenerunt decapitabuntur, propter dolosum ordinem.
102 Vulnerauit me Titius cum gladio, dum fugerem proieci gladium ut Titium offenderem & percussi Caium: an puniar. & quid si uolens percutere eam percussi prætereuntem.
103 Delictum faciens committere, licet ipse non committat, an puniatur.
104 Accusatus fuit quis quod dolosè dedit auxilium ipse & fauorẽ ad comittendum delictum: & probatum est: an de homicidio erit puniendus.
105 Maleficium commisit Titius, dum eum uellet quis accusare medico cuiusdam amici destitit ab accusa & delinquens certam pecuniam dedit ofenso: an medicator punietur: & an dans pecuniam uideatur fateri crimen.
106 Maleficio commisso ut supra si ille medicator est affinis uel coniunctus an punietur.
107 Vniuersitas castri uel uillæ campana pulsata & turba coadunata cum uexillis & armis commisit homicidium uel aliud delictum: propter quod priuata persona ad mortem condemnaretur, quid iuris erit.
108 Vniuersitas in casu dicto supra. an poterit constituere sindicum ad defendendum.
109 Accusato Mar. quod uulnerauerit Ti. in fa. cum sanguinis effusione & tempore noctis cum uno cultello: si Martinus neget & Titius probet quod eum percussit de die non de nocte, uel sine sanguinis effusione &c. nũquid Martinus condemnabitur: & quid si dicatur in accusa de uno loco & probetur de alio quid fieri poterit.
110 Accusatur Semproni. quod dedit Titio certam quantitatem denariorum qđ & erat uerum ut occideret Caium: & fuit etiam probatum, an damnabitur Semproni. de homicidio.
111 Accusatione ut supra facta: an Sempronius poterit repetere pecuniam quam dedit Titio.
112 Mandans an grauius peccet quam committens maleficium.
113 Statuto dicente, quod accusatus de homicidio si fuerit contumax, habeatur pro confesso & condemnetur. quod debeat decapitari nulla eius defensione audita si quo tempore in fortiam communis uenerit: Accidit casus quod potestas uult eum facere decapitari: reus petit sibi dari dilationem ad suam defensionem: quid iuris erit.
114 Accusatus de maleficio comparuit & negauit: probato maleficio dicit quod fecit ad sui defensionem: uel quod poterat ille impune offendi; & petit dilationem ad faciendum defensionem, an debeat sibi dari.
115 Accusatus est Martinus de aliquo delicto: & per sententiam fuit absolutus an alius posit eundem de eodem delicto accusare.
116 Accusatus est Martinus de aliquo maleficio: & citatus non comparens fuit bannitus: si iterum delinquat, an erit iterum puniendus.
117 Accusatus est Marttinus. quod uulnerauit Titium, Titius in præsentia iudicis uel testium dicit quod M. non uulnerauit eum, an posit procedi contra. M.
118 Offendens aliquem non cognoscit, an sit puniendus.
119 Accusato Mar. de aliquo delicto: si moriatur pendente accusatione an posit contra eum procedi.
120 Accusato Mar. ut supra & mortuo, an processus primæ accusæ ualebit in secunda accusa.
121 Accusato & condemnato aliquo in eius absentia, sit reuersus admittatur ad suam defensionem, an aduersarius admittatur ad probandum dictam accusationem.
122 Accusato Mar. de aliquo delicto pro quo debet amittere membrum, & cõdemnato in amissione alicuius membri, de quo membro intelligimus de iure.
123 Delictum committens pro quo non est pœna determinata: quomodo erit puniendus delinquens.
124 Puniuntur non solum delinquentes, sed etiam qui dolosè ex certa scientia dãt auxilium & fauorem & huiusmodi.
125 Puniri an posint non delinquentes in aliquo casu.
126 Clericus effectus post delictum commissum à quo puniatur.
127 Clerico effecto aliquo, ut supra an præsumitur factus fuisse in fraudem uel non.
128 Ordinatum est quod percutiens de nocte puniatur pœna dupli: tunc si aliquis de hoc sit accusatus & testes dicant quod fuit de sero, an condemnebitur pœna dupli.
129 Impedientes potestatis familiam quo minus homicidam capiat an sint puniendi & qua pœna: & monstrans uiam homicidæ ita quod euadat, an puniatur.
130 Malefactorem indicare an quilibet teneatur.
131 Accusato Titio quod uulnerauit Sempro. si Sempronius, decedat dicitur quod decesit ex uulneribus Titius negat, quid iur. erit.
132 Pauperes & diuites an pari pœna puniantur.
133 Accusato Titio à Sempronio. de aliquo maleficio, si hoc non probatur, an de falsa accusa erit puniendus Sempro.
134 Accusato patre & filio uel duobus fratribus quod adinuicem rixati fuerint uel percussi, nunquid sint puniendi.
135 Accusato M. quod commisit adulterium cum uxore Titij ipse probat ad suã defensionem quod est mulier male conditionis & assueta exponere se multis & ipse aliàs cognouit eam pluries carnaliter, quid iuris erit.
136 Pœna li. centũ si imponatur le. municipali pro adulterio, & M. sit accusatus & absolutus, quia non fuit inuentus culpabilis, an postea posit accusari lege iul. de adul.
137 Lapide proiecto de quadam domo in qua erant plures, & occiso præterea te si constet de proiectione lapidis sed non à quo, quid iuris.
138 Maleficij causa an posit etiam in diebus festiuis tractari.
139 Accusato & condemnato M. de uulnere, si uulneratus moriatur postea nunquid poterit de homicidio accusari & condemnari.
140 Accusato Martino de aliquo maleficio si testes per accusatorem inducti nõ probent, an iudex ex suo officio posit alios testes ad inquirendam ueritatem examinare.
141 Pater potens prohibere filio ne committat delictum, si non prohibeat, an sit puniendus, & qua pœna.
142 Accusato Titio à Sempronio an Titius posit Semp. accusare.
143 Accusato Titio de crimine commisso in xxx. annis elapsis an poterit super tali crimine procedi.

27 Coram vobis &c. †B. syndicus & syndicario nomine talis loci
f & vniuersitatis vel collegij fabricarum suo iuramento denunciat & accusat M. quem dicit tale quid fecisse &c. de
28 anno &c. in tali loco &c. vnde petit &c. †Et not. quod quando porrigitur aliqua accusatio vel denunciatio, debet notarius curiæ scribere in actis sic, videlicet, De tali porrecta fuit dicta accusa coram iudice vel potestate sedente pro tribunali ad banchum iuris maleficiorum, ad ius reddendum sub palatio &c. per dictum B. accusatorem præsente dicto accusato vel absente &c.

Et postea debet scribi qualiter fit commisso nuncio communis, qui vadat ad citandum talem accusatum ad talẽ terminũ vt cõpareat corã dicto iudice, in palatio dicti communis, ad banchum maleficiorum ad se defendẽdum &c. Et postea scribat relationem nuncij, & etiam omnia alia actitata ordinatè quæ fierent in iudicio in qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

libet causa &c.vt not.de citatio.&c. †Sed nunquid potest agi ciuiliter & criminaliter in eodē libello siue accusatione contra aliquem? Respondeo nō, nisi agatur de re familiari vt furti: vel de talibus exhibē. vel interdicto vnde vi, vel crimine falsi &c. Sed vna intentata & finita, altera poterit intentari: vt not. insti. ad legem Aquiliā. §. liberum. ff. vi bono. rapto. l. ij. & quando ciui. actio. cri. præiu. l. j. §. fi. †Sed nunquid plures possunt accusari in vna accusa. Respon. sicē de eodem delicto: vt C. si reus vel accusa. mor. fue. l. j. §. fi. de adulte. l. nō palam. §. in testam. Sed de diuersis delictis non, nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur & non aliter. ff. de accu. l. hos accusare §. lege & C. eodem. l. cum rationibus. & dic vt ibi not.

Fallit in adulterio vbi plures rei accusari non possunt, sed de incestu, sic: vt C. eo. l. res. & ff. eod. l. si maritus. §. fi. l. iure palam. §. duos. †Sed nunquid vnum solum possum accusare in eodem libello siue accu. de diuersis delictis. Respon. sic. arg C. de anna. excep. l. si quis ex multis. extrà de accu. c. licet. Sed tamen delicta sunt clarè specificanda & sigillatim, vt accusatus certificetur. facit extrà de ele. c. vt circa. †Not. tamen quod si postea agitur de vno crimine, & deficit accusator in probando, qđ non admittitur ad alia crimina, aliàs sic: vt iij. q. x. placuit. Sed pro eodem delicto non potest aliquis accusari diuersis leg. simul & semel: vt extrà de iudi. c. at si clerici. &. ff. de accu. l. senatus. quia nō debet bis puniri siue dupli pœna pro eodem delicto. ff. nau. cau. sta. l. licet. in fi. † Sed nunquid plures possunt accusare vnum de eodem delicto. Respond. sic: sed magis idoneus est eligendus ad prosequendum. vt ff. de accu. l. si plures. Sed si ex eodē delicto plura crimina nascerentur, vt esse potest. ff. de vi publi. l. quoniam multa. tūc ab vno sic accusatus de vno crimine, non prohibetur ab alio de alio crimine accusari: vt C. eod. l. qui de crimine. ibi, si tamen. & de hac materia ibi plenè no. †Sed quid si duo veniant ad accusandum simul, quis præferri debet in accusando. Respon. ille cuius magis interest, & qui magis suum dolorem prosequitur. ff. eo. l. si cui. §. fi. sed si æqualiter interest, tunc magis idoneus: vt ff. eo. l. si plures. & l. qui crimen. † Sed pone aliquis me accusauit: oppono contra eum quòd non potuit me accusare, quia prohibetur, sed meam exceptionē non probauit, vnde vult agere contra me actio. iniuriarū nunquid potest? Respō. cùm aliquis vult accusare suum accusatorem, aut opponit aduersario de crimine in modū accusandi. Primo casu, aut fuit lis contestata aut non, si quidem fuit lis contestata tunc non potest exceptionē suo accusatori opponere. aliàs sic: vt ff. de adulte. l. j. §. extraneis. &. §. quoniam hoc. & §. si publico. & l. maritus. §. præscriptionis. In secundo casu quando in modum accusandi vult opponere, si non est lis contest. potest accusari de maiori crimine: quia sua accusa tanquam maior, debet præcedere. C. qui accu. non possunt. l. j. Si de minori vel pari non potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. C. qui accu. non pos. l. neganda. Si verò ipse prosequitur suam vel suorum iniuriam, tunc indistinctè admittitur: vt ff. de accu. l. ij. tamen si prosequitur iniuriā publicam non admittitur: vt ff. de pub. iud. l. is qui reus. Si autem sententia fuit lata super prima accusatione, & fuit absolutoria, planum est q̄ auditur: vt d. l. is qui reus. ibi dum dicit, nec ante fuit accusatus, ergo est argumen. à contrario sensu, si fuit absolutus, accusare potest: vt d. l. j.

Si autem fuit condēnatoria, aut fuit talis quæ ademit ciuitatem, aut libertatem, aut vitam, aut nihil. Si quidē ademit nihil, & vult accusare extraneum, non potest: qa infamis factus est: vt ff. de publi. iudi. l. infamem. §. qui repelluntur: vt ff. de eden. l. hos accusare. Sed suum accusatorem potest accusare, quia quodammodo conceditur ad vindictam: vt d. l. is qui. & de libe. ho. exhi. l. qui cū maior. §. libertas. Si autem talis sententia ademit. ciuitatē & libertatem, tunc de nouo non potest accusare: vt d. l. is qui. §. serui. sed accusam iam porrectam potest prosequi, nisi sit per sententiam condemnatus ad mortem quia tūc non potest prosequi. cùm pœna non sit differenda: vt ff. de pœ. l. si quis fortè. C. eo. l. cum res. & l. si creditori. aliàs bene auditur, si prosequatur suam vel suorum iniuriam: vt ff. de publi. iud. l. is qui. §. illud. ff. de accu. l. qui iudicio publico. cum simil. †Sed quid si ordinatum est, quod si quis fecerit insultum, debeat puniri in x. lib. pone quòd plures fecerunt insultum simul & semel: & de hoc accusati sunt, nunquid quilibet condemnabitur in lib. x. Respondeo sic: vt ff. de iniur. l. si plures. quia tot videntur esse iniuriæ quot sunt facientes iniuriam: vt ff. ad legem Agl. l. Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. §. fi. & de fur. l. vulgaris. cum simi. §. pe. †Sed quid econtra, vnus insultat plures simul & semel vnico insultu, & de hoc facta fuit inquisitio contra talem qui insultauit & fecit insultū, contra tales, nunquid pro vno insultu punitur, an pro pluribus? Respon. dicūt quidam q̄ pro pluribus: quia quot sunt personæ insultatæ tot videntur esse insultus: sicut aliàs dicitur, quot sunt res, tot dicuntur esse donationes & tot stipulationes: vt ff. de do. l. sena. de verb. oblig. l. quod dicitur. ff. de leg. ij. l. iij. ff. de termi. amo. l. ij. C. de ser. fug. l. quicunque. extrà de cri. fal. ca. j. Econtra[h] quod pro vno insultu tantum puniatur & vna pœna: quia insultus consistit in facto, & vbi est vnum factum, non possunt dici plura: quia vnitas non capit diuisionem: & quod impossibile est, nullum est: vt ff. de reg. iur. l. impossibilium.

Item vnum est malum & non plura: nec est dictū q̄ quolibet insultato puniatur, & quòd dictum non est pro omisso debet haberi vt ff. de verbo. obli. l. quicquid. Itē licet quis sit datus tutor pluribus pupillis simul & semel, vna tutela est, & non plures: quia numerus pupillorū nō facit plures tutelas: vt ff. de excu. tut. l. tria onera. & l. si is §. fi. Sic nec qui plures insultauit, plures fecit insultus.

Item quia numerus personarum non semper attenditur: vt ff. de pac. l. maiorem & l. seq. Item quia regulariter vnus insultus non potest plures inuadere: & ratio naturalis non minus, imo magis sequenda est, quā ipsa lex ff. de bo. dam. l. cùm ratio. & quia iura naturalia sunt immutabilia. insti. de iure natu. §. sed & naturalia. & videtur quasi casus. l. quod pro vno insultu punitur. ff. ad legem Aquili. l. illud. in fin. ff. arb. fur. l. si plures. pro hoc facit. ff. pro soc. l. cum duobus. §. si plures. de act. emp. l. non est nouum. ff. de fur. l. ea quidem. & facit optimè. ff. de act. & oblig. l. qui seruum. in princ. cum si. Et ista op. magis placet. quia pœnæ sunt molliendæ. ff. de pœn. l. si præses. & l. interpretatio. Item quod iudex inquantum minus potest condemnare debet: vt no. ff. de præto. stipu. l. fin. & in authen. de iudi. §. omnes autem col. vj. C. de vi publi. l. seruos. & l. fina. Non obstant iura alleg. in contrarium. ff. de dona. l. senatus. de verb. oblig. l. quod dicitur. & l. Stichum. quia ibi sunt plures res & diuersæ: & ideo lex fingit plures donationes & stipulationes, sed hic est vnum factum & vnus insultus, non fingitur quod sint plures: vt not. ff. de leg. ij. l. iij. quia ibi fuerunt plures res expressæ & non obstat ff. de termi. mo. l. ij. & d. l. quicunque. quia ibi fuit reiteratio delicti, si bene aduertatur, vnde ibi reiteratæ pœna: vt ibi no. in d. l. quicunque. Fateor ramē quod si quilibet accusatur de per se de iniuria sibi facta vel plures fierent inquisitiones pro quolibet insultu, quod pro quolibet tunc puniretur: vt ff. de priua. delic. l. nunquam plura. arg. ff. de excep. rei iudi. l. si cum vno. ibi, nam & est. Et de hoc etiam no. s. de insultu & percus. †Sed quid, accusatus est M. q̄ ipse percusit & vulnerauit l. Iste M. dicit quod casu percussit, & vult probare, nunquid debet audiri? Respondeo sic: quia defensionis facultas non est deneganda. C. de iure fis. l. defensionis. ff. de quæstio. l. vnius. §. cogniturum. ff. ad legem Aquiliā. l. inde neratius. §. fi. de quæstio. l. j. §. si quis vltro. ibi innocētia sua &c. Et hoc ꝓbato debet absolui: quia casus excusat: vt ff. de pœ. l. respiciendum. §. casu. & §. relinquit. & C. de sica. l. j.

†Sed quomodo probabit quod casu delinquit. Respondeo, quia probabit quòd ibat super æquo per aliquā viā & æquus ob aliquam causam inopinatè territus proiecit: se ad aliquam partem, & cultellus vel ensis quem portabat cecidit, & illum tali modo percussit, vel simile quid, vel probabit quòd cum vellet percutere feram bestiam, vel auem, transeuntem percussit: vt ff. de pœn. l. respicien
40 dum. §. pen. cum sim. †Sed pone quòd aliquis vulnerauit aliquem, & de hoc accusatus est, nunquid præsumitur quòd dolosè fecerit? Respondeo, sic videtur, quia omne malum malitiosè præsumitur esse actum. C. de iniurijs l. si non conuitij. nisi probet se dolo non fecisse. Et probabit hoc isto modo: quia probabit se hominem bonæ famæ & bonę conditionis, & quòd consuetus sibi cauere à rixis & à malis operationibus. Item quia persona offensa est filius vel nepos: & ita non est præsumptio quod dolosè fecerit: quia nullus amor vincit paternum. C. de cur. fu. l. fi. est quod met. causa. l. isti quidem. in fin. vel aliter esset sibi sanguine coniuncta persona: nam tunc tollitur præsumptio in iure. ff. de iniu. l. vestem. vel erat socius suus, vel amicus, vel domesticus, vel simile. C. de fur. l. de emenda. ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. adijcitur. vel probabit quod fecit ad sui defensam, vel rerū suarum, vel filiorum vel similium, vel quod casu fecerit: vt dictum est suprà, vel quod erat talis persona quæ poterat offendi impune: vt supra de perso. quæ pos. offen. sine pœna. vel probabit quod cùm tetigit spinctus vel fecit eum
41 cadere & tali modo vulneratus: vt ff. ad leg. Aquiliam l. qua actione. §. proinde. & l. si ex plagis. si quadru. paupe. fe. dic. l. j. §. si instigatu. cum simi. †Sed quid, M. ibat ad committendum maleficium, homicidium, vel furtū, vel quid simile, ego sciui: quia mihi dixit, non tamen dolo meo vel culpa permisi, sed potui prohibere, & non prohibui: & de hoc fui accusatus, nunquid sum puniendus? Respon. quo ad Deum planum est, vt puta, quia teneor. argumen. extrà de hæreti. c. ij. &. ij. q. vij. negligere cū possit. extrà de hæreti. c. cum ex iniuncto. Iuxta illud: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sunt quidam qui dicunt quod teneor & sum puniendus si non prohibeo, si facere possum: casus est. ff. ad legem Aquiliam l. qui sciē tiam. de noxa. l. in omnibus. & facit. xxxiij. q. iij. nō inferē da. & c. vltimo. quòd si non possis opere, saltem clamore: vt ff. ad Silla. l. ij. §. hoc autem. Alij dicunt quòd si sum officialis, quòd teneor, secus si priuata persona: & de hoc no. extrà de sen. excommu. c. quantæ præsumptionis. extrà de homici. c. sicut dignum. §. j. ibi etiam not. contrariū.
42 †Sed pone quòd pater fuit mortuus, & iudex non potest procedere nisi accusetur, & nullus accusat: nunquid poterit compellere filium vel hæredem interfecti accusare? Respondeo, non. C. vt nemo inui. age. vel accu. l. j.

Sed quia reipublicæ interest ne maleficia remaneāt impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam & quia
i iudex habet punire maleficia[i] & purgare prouinciam malis hominibus: vt ff. de off. præfi. l. congruit. & propter scādalum euitandum: vt ff. de sica. l. pe. & quod res mali exēplí: vt ff. de pœn. l. si quis aliquid. & etiam ad terrorē aliorum ne de facili committant maleficia. C. de pœ. l. operis. puto quod ex suo officio possit compellere filium vel hæredem accusare, & si non fecerit, puniatur: aliàs priuetur successione tanquam indignus: vt ff. de his quib. vt indigni. l. cum frater. m, si maior est. vt C. eod. l. in minoribus.
43 †Sed pone quòd Titius interfecit Ioan. & est accusatus ab aliquo, & lit. contesta. venit filius interfecti, & vult accusare: nunquid auditur? Respon. vt dicunt quidam quòd non: vt C. de accu. l. qui de crimine. nisi doceat secūdus, de præuaricatione primi accusantis, & se ignorasse primam accusam fuisse factam: vt ff. de accus. l. hi tātum. §. ab alio. & l. is cui. §. ijsdem. quæ probatio fiet per iuramē tum accusatoris huius, iurando se ignorasse accusationē fuisse ab alio porrectam. Alij dicunt contra, quod potest, & est audiēdus: vt ff. de adul. l. j. §. fin. de iure fis. l. eo. §. cum autem. de bo. li. l. si filius. cùm ipse prosequatur suā
44 vel suorum iniuriam, quod verius est; & no. in d. l. de crimine. †Sed vsquequo auditur? Respōdeo, dicunt quidam quod semper ante aperturam testiū, & non post. ar. ff. de euic. l. si rem. §. fina. C. de temp. appel. l. iij. in fi nisi dolose fieret, vt per secundam accusationem processus impediretur: tunc nunquam est audiendus secundus accusator: quia malitijs est obuiandum &c. vt ff. de rei vend. l. in fundo. & iudicis officium non debet esse delusorium: vt ff. de iudi. l. si prætor. Alij dicūt audiri debere ante sententiam: vt ff. de adult. l. si maritus. quia ordinarium auxilium præfertur. ff. de mino. l. in causæ. la. ij. †Sed quid, accusatus est Titius de homicidio & citatus & requisitus personaliter vel ad domū vbi tunc habitabat: non comparuit, sed fuit contumax, propter quod fuit condemnatus pœna capitali, prout fieri debuit: vt not. supra de homi. an valeat talis sententia? Respondeo, non siue sit absens lite contesta. siue non: quia in absentem non potest ferri talis sententia de iure. ff. de pœn. l. absentem. sed bona debuerunt describi & etiam annotari in libro accusat. malefici. & si absens moriatur intra annum, bona dantur successoribus, post annum non. vt ff. de requi. reis. l. j. §. si præsidijs. & §. sed Papinianus. l. annus. & d. l. absentem. C. de accus.

Fallit in casu vbi valet sententia in absentem: vt dic. l.
46 absentem. §. j. & seq. †Sed quid, plures dolose & appē sate fecerunt insultum contra aliquem, & ipsum interfecerunt: & ipsi accusati sunt, & probatum est contra eos, nunquid sunt puniendi & condemnandi de homicidio.

Respon. sic: vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. si plures.
47 & l. ita vulneratus. cum simi. †Sed pone quod aliquis dedit plures alapas alicui & accusatus est, nunquid pro qualibet debet condemnari? Respō. sic: quia plura fuerunt delicta. argu. C. de ser. fugit. l. quicunque. ff. de termi. mo. l. ij. ff. de adul. l. si adulterium. ff. de iniu. l. si prætor. §. si
48 plures. †Sed pone quòd plures accusati sunt de damno dato in vna accusa, de quo damno est imponenda pœna x. lib. nunquid intelligitur quilibet condemnatus in x. lib. Respon. non, sed quilibet tenetur pro parte, & non insolidum in x. lib. C. si plu. vna sen. l. j. &. ij. nisi sit dictum ipsos & quemlibet ipsorum condemnamus insolidum in x. lib. Sed hoc dici non debet, nisi petitum sit in accusa. arg. ff. cōmu. diui. l. vt fundus. quia sententia est formanda secundùm formam accusæ, & non alio modo: vt extrà de accusa. c. qualiter & quando. §. penul. de simo. ca. licet.
49 facit. C. si cer. peta. l. si non singuli insolidum. †Sed pone quod quis propter ebrietatem commisit delictum aut homicidium: accusatus est, nunquid de homicidio punietur? Respon. non videtur, quia istud delictum non committitur sine dolo. ff. de sic. l. in lege. sed iste non videtur dolo facere, cùm sit extrà mentem suam. Et quod ebrietas excusat, probatur. xv. q. ij. c. sane. & c. inebriauerunt.

Sed de ebrietate est puniendus: vt xv. q. ij. c. sanè dixi-
mus. & puto iudicis arbitrio, & non ad mortē, nec de homicidio: sed alia pœna pecuniaria extraordinaria: vt ff. de eri, stel. l. iij. Et de facto fuit quidam in casu isto condēnatus in carcerem per x. annos, & quod non daretur sibi
50 vinum bibere, & fuit lanuę. †Sed quid. ordinatum est q̄ si quis percusserit aliquem cum gladio puniatur in c. lib. quidam accusatus est quod percussit cū bastono magno, vel cum lapide magno, nunquid dicta pœna debet puni
k ri? Respon. sic[k] quia appellatione gladij siue teli continentur fustes, & lapides, & omne quod ab arcu mittitur: & ita ferrum & hastę, lāceæ, scuta, & galeæ: vt instītu. de publi. iudi. §. item lex. ff. de vi & vi arma. l. iij. §. j. de verbo. signi. l. armorum. insti. de interdic. §. sin autem. Item omne illud q̄ nocere pōt: vt ff. de pig. fur. l. pig. §. furē. & ff. de pu. iu. l. armatos. et l. q̄ edes. §. telorū. & intelligo si satis nocere pōt. Si autē est baculus modicus vel lapis paruus, vel alia res modica, q̄ nihil aut modicum possit nocere, puto q̄ de minimis nō est curādū. vt ff. de vē. insp. in fi. ar. ff. de ædil. edi. l. j. §. proinde. & in talibus modicis arbitrio iudicis committo: vt ff. de extraordinarijs criminib. l. j. Item appellatione armorum continentur enses, ipatæ, sagittæ catsides, helmi, & his similes: vt in authentic.
51 de armis. §. prohibemus. columna. vj. † Sed nunquid cultellus paruus continetur appellatione armorum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respon. videtur quòd non: vt in d. authen. de armis. §. solas autem. vt temperator vel cutellus paruus ad incidē dum panem, vt ibi not. quo ad portationem armorum.

Sed si talis cultellus esset magnus, lōgus, & malitiosus & acutus, & aptus ad nocendum, puto quòd appellatione armorum contineri possit: vt d. l. si pignore. §. si furem. & d. l. armatos. & l. hi qui. §. telorum. Sed si percutitur cum talibus armis, bene punitur de percussione facta cū dictis armis, vt in dictis legibus continetur, cùm talia satis nocere possint: licet sint modici cultelli, per iura prędicta. †Sed quid, accusatus est M. quòd ipse interfecit adulterantem vxorem suam, & probatum est, nunquid puniatur de homicidio? Respon. non: quia licitum est ei hoc facere: vt ff. de adulteriis. l. marito. & in authen. vt lic. ma. & auiæ. §. ijs quoque. idem est in patre occidēte adulterantem filiam suam, & ipse occidit, nunquid punietur de homicidio. Respon. non: quia quod sit lege permittente, pœnam non meretur: vt ff. de sicar. l. j. §. fina. de adulte. l. si adulterium cum incestu §. impuberem. & §. sequen.

†Sed pone quòd M. accusatus est de homicidio vel de alio delicto, citatur vt compareat ad se defendendum & excusandum, ipse au fugit ad aliam terram vel locum, nū quid debet capi & remitti ad locum vbi deliquit & accusatus est. Respon. sic, de iure: vt in authen. vt nulli iudi. §. si quis comprehensorum. col. xviij. C. de adulte. authenti. sui criminis. vt ibi puniatur vbi deliquit: vt in authenti. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi opor. Sed de cō suetudine contra seruatur. † Sed nunquid debet credi literis sigillatis sigillo publico illius ciuitatis sine alia probatione contra talem accusatum, vt eis fiat transmissio?

Respon. videtur quod sic: quia tales literæ probant C. de epis. & cle. l. si qua per calumniam. de reb. alie. nō alie. l. ij. extrà de fide instru. c. ij. de proba. c. post cessionem. vbi de hoc no. sed tutius puto quòd videatur processus & probatio facta super dicto maleficio: vt C. de eden. l. is apud quem. cum simi. †Sed quid, quidam denunciauit potestati quòd pater eius vel filius fuerat interfectus, potestas incœpit procedere per inquisitiones ille inquisitus comparuit, & negauit. Modo iste qui denunciauit vult accusare illum, & procedere via ordinaria. nunquid audietur: videtur quòd sic: quia ordinarium auxilium, præfertur extraordinario: vt ff. de mino. l. in causæ. ff. ad mu nicip. l. j. Econtra[m] quod non eligendo illam viam denuncia. in alia sibi præiudicat. ff. de tabu. l. quod in hæredem. §. eligere. C. de codi. l. fina. Sol. aut nominauit homicidas certos contra quos est inquisitum ad instantiam istius, & tunc non auditur ad accu. quia elegit illā viam: vnde in alia sibi præiudicauit: vt d. l. quod in hæredem. §. eligere. cum simi. & ff. de accu. l. si cui. §. eisdē. quia de qua re cognouit iudex de ea & c. vt ff. de iud. l. de qua re. Si autem non nominauit aliquam certam personam, sed solum notificauit iudici maleficium fuisse commissum in personam talis, & iudex cœpit inquirere, & tūc auditur. vt ff. de custo. reo. l. diuus. circa medium. de iu. fis. l. edictū §. cum autem. Item quia ordinarium iudicium præfertur: vt d. l. in causæ. Item quia solum notificando non videtur renuntiare iuri quod ignorat & c. vt ff. de inoffic. testamento. l. mater. Alij autem dicunt quòd semper est audiendus vsque ad testium aperturam vel ad sententiā. quia ordinarium auxilium & c. vt d. l. in causæ. ff. de euic. l. si tunc. §. fi. cum simi. †Sed quid, accusauit te de furto mihi facto tali anno, mense, & in tali loco, & postea in accusa insero quòd tu es homicida, & plagiarius, sacrileg us & c. nunquid valet talis accusa, & sit proceden. super criminibus in ea contentis? Respōdeo quod solum super furto debet procedi. ratio est, quia nō habetur annus mensis, nec locus in illa parte accusæ: vbi dicitur quod tu es homicida, plagiarius & c. qui dies & locus esse debet. ff. de accus. l. libellorum. & extrà de proba. c. quoniam contra falsam. & sic non valet accusa in illa parte, nec etiā testis potest deponere super ijs, cùm sit extra accusam: vt ff. de peti. hæred. l. si quis libertatem. §. fi. C. qui legi. perso-

stan. in iudi. non habent. l. momentaneę. †Sed quid, dū proceditur super facto furto volo probare quòd tu es homo malæ famæ assuetus furari & latrocinari, nunquid sum audiendus? Respon. sic, videtur quia per talem approbationem aggrauatur tua fama, & contra te inducit præsumptionem: quia qui semel malus & c. Item quia quis reputatur talis, qualis, fama de eo prædicat: vt ff. de quæstio. l. de minore. §. tormenta. ibi, nam quisquis talis. & c. Item quia expedit peccata malorum fieri not. ff. de iniur. l. eum qui. ff. ad legem Iuliam maiesta. l. famosi. §. sed ui quoque. ibi nam & persona & c. ff. de ædil. edic. l. quæro. cum simi. †Sed quid ordinatum est quod si quis percusserit cum sanguinis effusione aliquem quod puniatur in xx. lib. & si membrum abscinderit puniatur in c. libr. pone quòd quis abscidit vnum digitum vel duos vel auriculam, vel quid simile, quæritur vtrū sit puniēdus in xx. lib. pro percussione, an in c. pro abscissione, membri, cum digitus videatur esse membrum. ff. ad legem Aquiliā. l. si seruum. §. & si nullum. ibi aliquod membrum. ff. de ædil. edict. l. idem. offilius. & l. quæritur. §. si quis digitus. Econtra quòd non, cùm digitus non sit membrum sed pars & officium membri, scilicet manus, in qua est: vt ff. de statu. homi. l. non sunt liberi. ibi, officia ampliauit. C. de ser. fugit. authen. sed nouo iure. Si enim digitus est manus quæ membrum est, non diuersis nominibus dicerentur, vnde cùm sit diuersitas in vocabulo, & in effectu esse debet: vt C. de codicil. l. fina. Item facit. ff. de calum. l. fina C. de dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. Item vulgari sermone digitus non dicitur manus, sed digitus, vnde nō est membrum sed pars membri. Item & ramus arboris non dicitur arbor, sed ramus vulgariter & est pars arboris, non autem arbor, & naturalis ratio non minus consideranda est, quàm lex. ff. de bo. dam. l. cum ratio naturalis & iura naturalia sunt immutabilia & c. Item etiam vulgaris sermo est obseruandus. ff. de fund. instr. l. cum de lanionis. §. asinam. Item auricula est pars capitis, & non caput, quod dicitur principale membrum hominis: vt de relig. & sump. fu. l. cum in diuersis. Vnde non est membrum digitus nec auricula, sed pars membri: vt dict. l. non sunt liberi. & l. si idem & c. cum simi. vnde non puniuntur de abscissione membri, sed solum de percussione, & ita tenent doc. & ita fuit determinatum de facto. facit extrà de corpo. vitia. c. fina. Si verò eruatur oculus, vel abscindatur nasus propter deformitatem quæ subsequitur, dico quod maior pœna sit imponenda de iure, quàm pro digito vel auricula & c. vt insti. de iniur. §. atrox. ff. de iniur. l. prætor. §. fina. & l. seq. Si verò propter abscisionem digiti tota manus esset facta arida, & inutilis: tunc puto q pœna abscisionis membri puniatur, cùm perinde valeat talis percussio, acsi membrum esset incisum. argu. extrà, de cle. egro. c. ij. ff. de ædili. edic. l. offilius. ad legem Aqui. l. ita vulneratus. ibi, ver. & c. Sunt quidam qui dicunt quod oculus, pollex, & nasus sunt membra. lv. dist. ca. si quis pro ægritudine. & c. lator. & c. si euangelica. cum simi. Sed illi canones loquuntur inquantum ad hoc vt talis mutilatus non possit consecrare corpus Christi propter deformitatem suam. & facit extrà de cor. vitia. c. j. & fina. & c. exposuisti. de cler. egro. & cap. præsbyter. cum simi. †Sed quid, ordinatum est, quod quicunque portat cultellum puniatur in v. lib. & per aliud statutum ordinatum, est quod si quis vulnerauerit aliquem cum cultello, puniatur in xxv. lib. quidam habēdo cultellum cum ipso vulnerauerit: quæro an debeat puniri de portatione cultelli, & etiam de vulnere? Respond. aut iste percussor iuit ad accipiendū cultellum, & subito cum ipso vulnerauit, & quasi eodem impetu: tunc solum de vulnere punietur, & nō de portādo cultellum, aut verò habebat & portabat, & de vtroq; punitur arg. C. de mo. mul. l. eos, ibi, sed aliud cōtinuatim. & ff. de priu. delict. l. nūquā plura & ibi Dy †Sed pone ordinatum est quod si quis pereussérit aliquem sine armis puniatur in x. lib. si verò cum armis in xxv, quidā habendo arma percusit manu vacua, vel pu

gno vel pede, non tamen cum armis: quæritur qua pœna sit puniendus. Respō. videtur in x. lib, quia illa dictio, cū, denotat conditionem facti: vnde necesse est ad hoc vt puniatur in xxv. lib. quod percusio sit facta cum armis prædictis, non tamen habendo solum arma, & quod dictio, cùm, sit conditionalis habetur. ff. de verbo. oblig. l. quicunque. §. pe. Vnde cum non percusserit cum dictis armis, licet ipse haberet, nō debet puniri nisi in decem lib. de percussione facta manu vacua, vel pugno, vel pede vt dictū est. Item alia ratione: quia ordinamentum dicit si quis percusserit cum armis, non dicit habendo arma, nec ista verba, cum armis, ita debent intelligi: quia sic verbis & nō rebus lex esset imposita, quod esse nō debet: vt C. quā do dies leg. ced. l. ij. in fin. Item quia pœnę sunt molliendę vt ff. de pœ. l. interpretatio. Econtra videtur quòd in xxv. lib. quia ordinamentum dicit si percusserit cum armis: & vbi lex non distinguit nec nos. l. de precio. ff. de pub. Item verba statuti sunt stricti iuris, vnde debent intelligi prout iacent: vt ff. de excerc. l. j. §. cum igitur. cū simi. Sed quod prius dixi verius puto. † Sed quid, dicit statutum quod si quis percusserit manu vacua punia tur in x. lib. si verò armata manu, puniatur in centum. qui dam percusit cum manu, habendo chirothecam de cotio in manu vel aliam rem similem, qualiter punietur?

Respon. dicunt quidam quod in c. lib. cum non possit dici manus vacua si habet aliquid in manu. arg. ff. de contrahen. emptio. l. ij. §. j. cum l. seq. cum simi. Sed puto aliter dicendum nam iste percussor aut habebat aliquid in manu, quod contineatur appellatione armorum, cū quo possit de facili offendere: & tunc sit verum quòd supra dictum est: aliàs secus: quia in dubio contra fiscum est pronuntiandum. vt l. non puto. ff. de iure fis. & quia pœnę potius sunt molliendę. ff. de pœ. l. præses. & l. interpreta. cum simi. †Sed quid, ordinatum est quòd si quis percusserit cum armis, puniatur in c. lib. quidam est stando super equo percusit cum pectore equi, vel percusit cum capello, vel cum caputio, vel cum pane, vel piro, vel mantello, vel simili re: nunquid punietur de percussiōe facta cum armis? Respon. dicunt quidam quòd sic: quia appellatione armorum continentur omnia quibus nocere quis potest. ff. de verbo. signi. l. armorum. cum ergo talia nocere possint, debet puniri. Econtra quod non: quia arma specificata sunt à iure: vt in authenti. de armis. §. fos los. col. vj. & prædictæ similitudines vt panis non cōumerantur appellatione armorum: nam si lex voluisset huiusmodi contineri genere armorum, expressius dixisset. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autem. vnde cùm nō fuerint specificatæ pro omissis haberi debent. ff. de verborum obligat. l. quicquid. Item quia in talibus debemus considerare naturam, aptitudinem, & cōsuetudinem, sicut in mutuo. ff. si certum petatur. l. ij. §. mutui. Item etiam communē vsum loquendi, sed secundum communem vsum loquendi, tales res non continētur appellatione armorum, & talis sermo communis obseruandus & sequendus est. ff. de lega. iij. l. librorum. §. quod tamen cassius. non ergo debet puniri de percussione facta cum armis. Si enim volumus dicere esse de genere omne quod generaliter nocere potest: iam granum fabæ & festuca palearum continebit tur appellatiōe armorum: cùm aliqualiter nocere possit: & sic in tantum punietur pro percussione cum grano fabę vel simili re quantum pro percussione facta cum culello vel cum ense, quod ridiculum videtur, cùm magnitudo vulneris & atrocitas sit inspicienda. ff. de iniu. l. vulneris magnitudo. cum simi. & de modicis non est curandum: vt ff. de ven. inspi. l. j. & etiam qualitas rei est spectāda, cum qua maleficium est factum. ff. de sicarijs. l. j. §. sed si claua. ff. de pœn. l. aut facta. ibi qualitatem & quantitatem. Item quia iura adaptātur ad ea quæ communiter accidunt & frequenter: vt ff. de legib. l. ex his. & l. seq. & hoc verius puto. vnde in talibus & similibus casibus cōmitto iudicis arbitrio in puniendo taliter delinquentem cum non sit pœna expressa & c. facit. ff. de iur. deliberan. l.

j. §. cum similibus. facit quod not. extra de senten. excommu. c. cum illorum. in gloss. quid sit modicum. † Sed quid, continetur in statuto quòd si quis percusserit manibus sine sanguine, quod puniatur in x. lib. si verò cum sanguinis effusione in xx. lib. Quidam cepit per capillos aliquem & extraxit ipsum ad terram ita quòd cecidit super lapidē cum capite, vel cum genu, vel cum manibus, & sanguis exiuit, nunquid punietur in xx. lib. tanquam pro percussione facta cum sanguinis effusione? Respon. non videtur, quia non percussit vt statutum dicit: & forma statuti est seruanda. ff. ad muni. l. constitutionibus. nec à verbis eius debet recedi. ff. de exerci. l. j. §. ergo. de le. iij. l. non aliter. cum simi. Econtra quòd sic, licet non percutiat: quia tantundem fecit: argum. l. optimum. ff. ad legem Aquiliam l. qua actione. §. proinde. & l. item Mela. §. si plures. & §. item cum eo. & eodem titulo l. boues. & l. si ex plagis. §. æque. Item ille qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, & nihil præstat & c. ff. de sica. l. nihil. de parrici. l. vtrum. & maleficium non debet esse impunitum. ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus cum simili. & hoc verius videtur. †Sed quid, ordinatum est quod si quis percusserit aliquem cum sanguine puniatur in c. lib. contingit quòd aliquis percussit aliquē cum gladio cum magna percussione & magna sanguinis effusione, & alium percusit cum vngula vel alia modica re, & cum modica sanguinis effusione, numquid punietur in tā tum de modica percussione, quantum de magna? Respon. sic, & videtur quod verba statuti indistinctè loquūtur, & nō distinguūt inter magnam percussionem & paruam: dummodo sanguis exeat: ergo nec nos. ff. de publi. l. de precio. & generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda & c. ff. de lega. præstand. l. j. §. generaliter. ff. de leg. iij. l. non aliter. & forma est seruanda. ff. ad muni. l. constitutionibus. Econtra quod non: quia vulneris magnitudo est consideranda: vt ff. de iniu. l. vulneris. ff. de ædi. edi. l. j. §. proinde. ibi minusculum vulnus & c. vt quis magis & plus puniatur pro magna percussione, quàm pro modica, debemus intelligere verba cum effusione sanguinis scilicet magna. arg. C. de inofficio. testa. l. ij. & xv. q. reuertimur. xvij. dist. sæpe. Item quia quantitas & qualitas est consideranda. ff. de pœn. l. aut facta ibi, qualiter. Item & res cum qua facta est percussio: vt ff. de sica. l. j. §. sed si claua. Item statutum debet intelligi & interpretari secundum ius commune: vt ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. §. si lege. & hoc verius est de rigore iuris: vnde arbitrio iudicis committuntur pœnę, considerata qualitate & magnitudine vulneris & effusione sanguinis, vt dictum est: & hoc no. extrà de sen. excommunic. c. cum illorum. in gloss. quid sit modicum: sed per formam statuti primam opinionem multoties obseruari: sed contra ius est vt dixi. † Sed quid, quidam accusatus fuit de insultu facto cum armis & de percussione facta cum sanguinis effusione: sed quia non probauit prædicta secundum formam accusæ, vt debuit, vel quia accusauit te de maleficio commisso cum armis: & ipse probauit sine armis. & idem in simili dico q de eo, vt vidi aliàs, facta fuit absolutio, vt debuit: quia de necessitate est quòd fiat probatio secundum formam accusæ. ff. vi bono. raptorum l. prætor. §. docere. & §. hæc autem actio. & ff. de adulteriis l. denunciasse. §. quid tamen ibi neque enim & c. Item quia secundum formam accusæ, facienda est condemnatio. ff. communi diuidundo. l. cum fundus. extrà de accusationib. qualiter & quādo. §. penultimo de simo. capi. licet hely. vnde si non est facta probatio secundum formam accusæ necessario est sequēda absolutio: quia non debuit ignorasse delictum in se commissum. ff. de dolo. lege ex dolo. §. in hac. & §. sequē. nec etiam qualitates delicti in se commisi. †Sed si iste accusator vult accusare de nouo, & nouam accusationem facere de simplici insultu in ipsum facto vel de percussione sine sanguine vel in diem, & idem in simili dico, nunquid est audiendus, vel si iudex, vult dicto modo inquirere vt dictum est, nunquid po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

test? Respon.& videtur quòd non:quia non debet sepius de eodem delicto inquiri. Item obstat exceptio rei iudicatæ.l.j.& ij.de excep.rei iudi. Econtra videtur q sic:quia aliud est maleficium commissum de nocte,aliud de die,& aliud commissum cum sanguinis effusione,& aliud sine,& aliud de simplici insultu,& aliud de insultu & percussione:& idem in simili dico:& alia pœna imponitur pro vno,& alia pro alio.argumento.ff.de sepu.vio. l.iij.§.aduersus.sicut aliud est damnum culpa commissum aut dolo.ff.si quis test.lib.esse iuf.fue.l.j. Item sicut est separata natura diuersorum,& conditio & modus separatus intelligitur.ff.de calum.l.fina. Item talia maleficia sunt reiterabilia.ff.de verb.oblig.l.si sic.& hoc verius secundum Tho. Sed puto tutius esse dicere quòd si fiat absolutio ab obseruatione iudicij propter ineptam probationem;& processum quòd potuerit tunc de nouo cognosci de dicto maleficio:vt not.ff.si mensf.fal.mo.dixe.l. j.§.hæc autem actio.ad hoc ne maleficium sit impunitum vt in l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam cum simili.

67 †Sed pone ordinatum est quòd si quis fecerit aliquã accusam & ipsam non probauerit quòd condemnetur in lib.x. Quidam accusauit plures in vna accusa de eodẽ maleficio.quod esse potest.C.de his qui accu.non pos. l. cũ rationibus.& l.cũ reus & si reus vel acc.mor.fue.l.j. sed ipsam accusam non probauit,quæritur an debeat condẽnari in x.li. pro vna accusa.& vno maleficio,an pro quolibet accusato in x.lib? Respõ.quòd videtur quòd pro quolibet accusato.arg.C.de dona.l.senatus.de verbo. oblig.l.scire. Item quia videntur tot esse iniuriæ quot sunt personæ:vt ff.de iniurijs l.si plures. C.commu. diui. l.ad officium,de ser.fugit.l.quicunque.§.j.cum simi. Ecõtra quòd solum vna pœna x.lib.cum vnum sit maleficiũ, vna sit accusa,vnus sit libellus in quo sunt plures accusati,quod esse potest:vt supra dixi:& ibi est vnus libellus non potest dici quòd sint plures:quia vnitas non capit divisionem. Item quia licet detur vnus tutor simul & semel pluribus pupillis, vna est datio,vna tutela non plures:sic & hic.ff.de excu.tuto.l.tria onera.l.si is.§.fin.& nõ debet numerus personarum attendi.ff.de pac.l.maiorem & videtur quasi casus.ff.arbo.fur.cef.l.si plures.§.fina.& l.at si &c. Item quia vna fertur sentẽtia contra omnes & pro vno maleficio:vt C.si plu.vna sentẽ.fue. l. ij. Facit optime.ff.de iurisdictione omnium iudicum.l.si idem cũ eodem.§.fina. Item quia statutum non distinguit vtrũ fuerint plures accusati in vna accusa vel libello,an vnus solus:ergo nec nos.ff.de publi.l.de precio. ff.ad municip. l.constitutionibus.de leg.iij.l.non aliter. cum similib. & hoc verius puto:quia pœnæ sunt molliendæ. &c. Sunt alij qui tenent primam opi.per iura primò allegata & pri

68 mò inducta. †Sed quid,ordinatum est quòd si quis percusserit aliquem,condemnetur in x.lib. Potestas fecit bãnum quòd quicunque volens portare arma debeat satisdare de non offendendo sub pœna.c.libr.accidit quod quidam satisdedit,& postea offendit & percussit cum dictis armis aliquem:quæritur an in c.li. an in x.debeat condẽnari? Respondeo videtur quòd in x.ratio est:quia pœna est in legis vel statuti potestate:non autem in arbitrio potestatis.ff.ad municip.l.respiciendum.& de arbi.l.Celsus. Item quia non potuit potestas siue iudex duriorẽ pœnam imponere quàm statutum,siue lex imponat.ff.de verborum significatione.l.si qua pœna.in fi.& si aliter facit non valet.C.quando prouo.non est nec.l.certa.cum simili. Econtra videtur quod pœna.c.lib. propter satisdationem præstitam:quia satisdatio illa præstita fuit authoritate iudicis vel potestatis ad quietem populi, quam facere potuit.argu.ff.de officio.præsi.l.congruit.ff.de officio.præfec.vrb.l.penulti.§.quies. Item & quia offendit cum armis & contra satisdationem præstitam: vnde debet in lib.c.puniri:quia satisdatio debet aliquid operari.ff.de lega.j.l.si quando. Alioquin verbis & non rebus satisdatio esset imposita,quod esse non debet. C. quando di.leg.ced.l.ij.in fi. Solu.potest dici, aut illa satisdatio fuit extorta per iudicem ex sua voluntate & ex officio suo,& tunc puniatur in decem lib.per iura primò allegata:aut per formam statuti,& tunc si cum ipsis armis offendit,puniatur in dicta pœna centum lib.per iura proximè inducta,vel puniatur vtraq; parte pœna secundũ formã vtriusque statuti.per l.ff.de priua.deli.nunquam plura.ff. de actioni.& obligationi.l.cum ex vno.ff.vi bono.rapto. l.j.Si autem percussit habendo arma,& non cum ipsis armis,& tunc pœna minori damnetur:quia pœnę sunt mol

69 liendæ.ff.de pen.l.si preses. †Sed quid, Marti.fuit mortifere vulneratus à Ioan.& de isto maleficio fuit accusatus dictus Ioan.lite pendente,& ante sententiam condẽnationis latam,dictus Martinus mortuus est, opponitur per dictum Ioan.quòd dictus iudex non potest procedere ad condemnationem de morte dicti Martini.cum extincta sit accusatio propter mortem dicti Mart. Quæritur quid iuris? Respon.omissis ambagibus,videtur qd iudex non possit procedere ad condemnandum dictum Ioan.de morte dicti Marti. de rigore, quia per mortem dicti vulnerati & mortui subsecutam,criminis cum mortuo accusatore vel accusato extinguitur accusatio,& omnia actitata:vt ff.ad Turpi.l.an priuati.& l.senatus.§.post mortem.ff.de publi.iudi.l.diffamato.de accus. l.diui fratres.l.libellorum.§.fina.C.si reus vel accu.mor.fue.l.ij. in fine.Sed facta absolutione & cancellatione dictæ accusę & actorum benè poterit ab alia persona de nouo accusari intra triginta dies vtiles:vt d.l.libellorum.§.fina.vel si nõ appareat accusator,poterit iudex per inquisitionem procedere & punire.extrà de cele.mis.c.j.& fi.C.de aboli.l. j. & fi.ad hoc ne maleficium sit impunitum.ff.ad leg. Aqui

70 liam l.ita vulneratus. †Sed quid, ordinatum est quòd nullus debeat receptare malefactorem in domo sua sub pœna centum lib.quidam commisit maleficium & aufugit in domum tuam & se absondit te ignorante vel sciente quòd absconderat, sed ignorabas quòd commisisset maleficium,quæritur quid iuris? Respon.quòd nõ debes condemnari:quia non absconditi eum,& abscondere est receptare.ff.de ser.cor.l.j.§.quod autem. Item qa non constat quod scieueris fugam istius,quod opus est ar. ff.ad legem Fla.de pla.l.si quis seruum.de ser.fugi.l.quicũ que.§.pen.de his qui latro.occul.l.si quis ignorans.in au then.de sanctiss.epis.§.si quis in domo sua.colla.ix. Sed si tu recusares dare istum malefactorem iudici,tunc tu debes puniri extraordinaria pœna.C.de his qui latr. occul. l.j.&.ij.circa princip. Alij dicunt quòd iste debet puniri de recept,per l.qui domum ff.de adulter.& ff.de ser.cor.l. pen.& ff.de fur.l.si quis.cum simi. Sed non obstant qa in dictis legibus ideo punitur quòd fuit sciens & particeps in delicto:nam si fuisset particeps tunc puniretur:vt

71 d.l.qui domum.cum simi. † Sed pone quod orta rixa inter aliquos plures,aliquis est vulneratus vnico vulnere vel pluribus vulneribus,ita quod mortuus est: nescitur tamen ex cuius vulnere sit mortuus,quæritur an omnes sint de homicidio puniendi? Respõd. dicunt quidam quod sic,per l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam & l. item Mela.§.si plures.& l.qua actio.§.occisum.eod.titul. & ff.de iniur.l.si plures.cum simi. Econtra quòd non: quia non constat quod omnes occiderunt,quod esse debet:quia in delictis probationes debent esse luce meridiana clariores.l.sciant.C.de proba.de pe.l.qui sententiã.nec debemus talibus vti præsumptionibus vel mẽdicatis suffragijs.C.de accusa.l.singuli.ff.de pœn.l.absentem. Itẽ quia in talibus debemus contemplari ictus cuiuslibet delinquentis:vt ff.de sicarijs.l.j. Ita vt ille qui mortiferè vulnerauit vel occidit de homicidio puniatur. Alij autem de insultu vel de vulnere tantum:vt d.l.si.& d.l.ita vulneratus.nam secundum qualitatem delicti est pœna imponẽda.C.de resti.l.fi.ff.eod.l.aut facta. Item quia impossibile est insolidum omnes occidisse,vel quẽlibet occidisse & quod impossibile est,nullum est:vt ff.de regu.iur.l.impossibilium.vnde cum non constet quis occidit, nullus est puniendus,cùm ius non deficiat,sed probatio.ff.de testa.

sta.tut.l.duo sunt. Itẽ quia in dubio melius est nocẽtẽ absoluere,quã innocentem condemnare.ff.de pœn.l.absentem.ff.de rei ven.l.Pomponius.§.sed.vnde nullus debet de homicidio puniri:& hoc verius.& ita tenent communiter doct. Sed quia deliquerunt & ne maleficium sit impunitum: vt.d.l.ita vulneratus.& iura suadent ob maleficium solui pœnam.ff.de fideiuss.l.si actio.debẽt pecuniariter cõdemnari prout iudici videtur de insultu vel de vulnere,inspecta qualitate facti & personarum & facultatibus ipsarum:vt.d.l.aut facta.ff.de pe.&.l.hodie.ff. de extraordi.cri.l.j. Si enim constaret omnes ordinasse simul & tractasse de tali homicidio committendo & faciendo:tunc omnes de homicidio puniuntur: vt.ff.de sicar.l.j.§.diuus.quia vnus videtur mandato alterius fecisse:vt.l.non ideo minus.C.de accusa.ff.de iurisd.om.iudi. l.si inde.§.fin.ff.de fur.l.qui iniurie.& qui per alium facit per seipsum facere videtur:vt.ff.de admi.tut.l.si ita.§.gessisse. Nec obst.ff.ad legem Aquil.l.item mela.§.si plures.&.l.ita vulneratus.&.ff.de iniur.l.si plures.cum simi. quia in dictis legibus quis punitur pro damno dato ciuiliter,& non criminaliter:& ciuile iudicium nil habet cõmune cum criminali:vt instit.de pub.iudi.in princi.cum suis simi. Sed si constaret quis fuisset autor,tũc ille solus puniretur de homicidio pro omnibus.C.de vi pub.l. quoniam.ibi,in eum &c.& dixi,suprà de insultu in.§.sed

72 quid in rixa &c. †Sed quid, quidam fuit accusatus in vna accusa.de pluribus maleficijs commissis per eum, quod esse potest.arg.C.de an.excep.l.si quis.extrà de accu.c.qualiter & quãdo. Iste accusator quædam crimina probauit fore commissa, quædam non potuit probare,quæritur an sit absoluendus vel condemnandus? Respondeo omissis ambagibus, aut maleficia sunt coniuncta;uè posita in accusa,& simul & semel:& tũc videtur ab omnibus absoluendus:ratio est,quia non est facta probatio secundum formam dictæ accusæ prout iura requirũt: vt.ff.vi bono.rapt.l.prætor.§.hæc autem actio.ibi,docere.ff.de adul.§.quid tamen.ita quòd non potest sequi re &c.ff.de adul.§.quid tamen.ita quòd non potest sequi iniur.l.item apud Labeonem.§.j.Nec obstat.l.is qui cũ telo.cum simi.quia debet intelligi secundum determinationem dictæ legis:vt.ff.de sicar.l.j.§.diuus.vt necessaria sit percussio,vt dictum est:quia non est nouum posterios res leges ad priores trahi: vt.ff.de legi.l.non est nouum.

Item quia debent leges legibus concordari: vt.C.de inofficio.testa.l.ij.& legum correctio est euitanda &c.& quòd non mutatur, in sua firmitate durat:vt.l.sancimus. C.de testa.l.facit.ff.de actio.& oblig.l.quoties.de sepul. vio.l.fin.cum simi.& hoc verius puto. Si verò percussit & vulnerauit cum re apta ad homicidium committendum animo occidendi,tunc punitur de homicidio de iure communi,licet non occiderit:vt.ff.de sicar.l.j.in princip.&.§.diuus.&.l.in l.dicta.§.is qui cum telo.cum simi.

74 †Sed quid,ordinatum est quòd si quis fuerit in banno cancelletur,si soluat communi.x.lib.quidam positus fuit in banno tempore præsentis potestatis:& post dictum ordinamentum factum soluit.x.lib.communi,& petit se de dicto banno cancellari, quæritur quid iuris? Respon.& videtur quòd sit audiendus & debeat cancellari cum ordinamentum debeat trahi ad futurum tempus.C.de leg. l.leges.& in authen.vt cum app.cog.§.j.cum si. Econtra quòd non: quia dictum verbum,fuerit, est præteriti temporis,& debet trahi ad præterita:& nõ ad futura:vnde dictum ordinamentum non videtur habere locum.argu.C.de gene.ab.l.cum eo.ff.de legi.l.cũ lex.ff.de verb. obliga.l.si quis stipulatus. Sed ad hoc vt omnis cesset dubitatio debet dici si quis fuerit vel erit in banno &c. propter verbi significationem.ff.de verb.signi.l.verbum erit.vbi de hoc.&.l.verbum oportebit. & hoc approbatur de iuris rigore. Sed prima opin.videtur benignior: & ideo præferenda:vt.ff.de legibus.l.benignius.C.de iudic.l.placuit.

75 †Sed quid,ordinatum est quòd si qua domus fuerit combusta, vel bladum in aliqua villa,debeãt capere malefactores,quod si non fecerint, emendent dãnum datum:pone quòd domus ecclesiæ vel bladum fuit combustum vel combusta, & non fuerint malefactores capti,nunquid tenetur emendare damnum? Respond. sic videtur per verba statuti.ff.ad municip.l. cõstitutionibus.de lega.iij.l.non aliter. nam statutum loquitur generaliter &c.nec distinguit inter res ecclesiæ nec aliorum: ergo nec nos.ff.de publi. l. de pretio. Item quia res ecclesiæ sunt fauorabiliores &c.C.de sacrosanc.eccles.l.iubemus.& l.fi.ergo &c.ff.de libe.& posth.l. cùm quidam. cum similibus. Econtra quòd non:quia statutum non potuit imponere legem non subditis,& rebus non subditorum:vt l.cunctos populos.C.de summa tri.& fide cath.

Item cùm ecclesia non stet ad emendationem damni dati in rebus aliarum personarum dictæ villæ : ideo non debet ei emendari:quia quod quisque iuris in alterũ statuit &c. C. de solu. l.penult. Item quia vbi debet esse emolumentum,debet esse & onus &c.ff.de regu. iur.l.secundùm naturam.facit ff.de adul.l.si postulauerit.§.iubet

76 lex.C.de vsur.l.ea.& l.lex.& hoc approbat. †Sed quid ordinatum est quòd si aliqua domus fuerit clam combusta, quòd vicini emendent damnum: pone quòd in vna domo fuit clam & occultè positus ignis, sed postea propter impetum & vim ventorum aliæ domus sunt combustæ, quæritur nunquid vicini teneantur ad damnum istarum domorum combustarum propter vim ventorũ? Respon.dicunt quidam quòd sic,per l.ff. de dam.infe. l.qui bona.§.ij.de incend.rui.nau.l.ij.§.is qui. Et ita de facto fuit iudicatum Bononiæ. Alij contra:quia de casu nemo tenetur,nisi expresse dicatur, vel nisi culpa præcedat.s.loca.l.si merces.§.vis maior. & §.culpæ.& incendiũ est casus fortuitus.institu.quib.mod.re contrahi.oblig.§. finali. Item damnum quòd propter violẽtiam accidit, non est mihi imputandum. extrà de homicid. c.de certo. c.significasti.&.c.fina.&.c.cùm dilectus.cum simi. Et

77 hæc opi.videtur benignior. †Sed quid,pronunciatum est quòd omnes consiliarij veniant ad consilium quando pulsabitur campana sub tali pœna:quidam venit quasi in fine consilij, nunquid debet condemnari? Respon.& videtur quòd non:postquam venit antequam consiliarij recederent & finitum esset consilium:argu.ff.de leg.j.l.si seruus.§.fin.&.l.plane.§.fin.ff.si quis cau.l.& si ratio.quia dictio,ad,denotat perfectionem temporis:vt.ff.de condi. & demon.l.in annos.vnde quando venit ante finitũ consilium videtur sufficere. Item quia venit adhuc rectore sedẽte pro tribunali quod sufficit:vt.ff.de in integrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

restit.l.diuus.pro hoc facit.ff.de peri.& commo.rei vend.
l.illud.cõmo.l.iij.in fi.ff.de his quib.vt indig.l.pe. Ecõ
tra quòd non:quia non venit in prin.quod est pars potẽ
tior.ff.de orig.iur.l.j. Item quia qui in vno delinquit,
in omnibus delinquere videtur:vt extrà de hęre.c.ij.in fi.
Item quia nihil videtur actum, cùm quid supereſt ad
agendum.C.ad Silla.l.fi.C. de distr.pigno.l.quandiu. sed
78 prima opin.videtur verior de rigore iuris. †Sed quid,
ordinatum est quòd nulla persona ducat bladum vel vi
num vel alias res extrà districtũ sub pœna.x.lib.& amis
sionis rerum & bestiæ vel nauis vel plaustri cum quibus
ducitur vel portatur. Quidam inuentus est facere vel
re contra dictum ordinamentũ:vnde condemnatus fuit
in amissione rerum dictarum bestiæ vel nauis vel plau
stri:& in lib.x.secundum formam ordinamenti:quæritur
nunquid valet talis condemnatio quãtum ad res? Re
spondeo non videtur: quia res caret dolo & culpa:& est
quid inanimatum,vnde delinquere non potest:vnde nõ
potuit condemnari:vt in authen.de mand.princi.§.opor
tet.colla.iij.in authen.vt nulli iudi.§.fi. Item bestia ca
ret sensu:vnde non delinquit:si non delinquit non potest
condemnari.ff.si quad.paupe.fecit.dica.l.j.§.j. Sed dic
talem condemnationem valere per.l.fina.ff.de oper.no.
nunc.vbi de hoc.&.l.si aliter.ibi, quoniam magis &c.&
79 ita de consuetudine quotidie obseruatur. †Sed quid,ac
cusaui M.de insultu & percussione in me facta cum gla
dio:deinde probaui tantum quòd manu vacua & non cũ
gladio:quæritur nũquid debet puniri,saltem de eo quòd
probatum est? Respondeo,quidam dicunt quòd nõ:quia
nõ est facta probatio secundùm formam accusæ,vt opus
est.ff.vi bo.rap.l.prætor edixit.in prin.&.§.j.&.§.hęc au
tem actio.ibi docere &c.ff.ad leg.Iul.de adul.l.denũcias
se.§.super hoc.Et vide Bart.qui pulchrè posuit,quod vi
aut clam.l.aut.§.si quis.vnde non potest sequi condem
natio:cùm ipsa debeat formari secundùm formam accu
sæ,quod esse non potest.extrà de accu.c.qualiter & quã
do. Sed debet sequi absolutio ab obseruatione iudicij,
ratione ineptæ probationis, & de nouo poterit accusari
& inquiri & puniri.ff.de accusa.l.libellorum.& extrà de
collu.c.j.& fi.cum simi. Alij dicunt,quòd potest condem
nari de eo quòd probatum est ad hoc ne maleficiũ sit im
punitum.ff.ad leg.Aquil.ita vulneratus.&.ff.de fideiuss.
l.si à reo.facit.C.si aduersus rem iudica.l.j.cum ibi nota.
80 †Sed quid, ordinatum est quòd nullus ducat bladum
vel vinum extra districtum sub pœna.x.lib.& amissio
nis bladi & vini. Quidam portauit farinam vel acetum
extrà districtum contra ordinem:quæritur nunquid pos
sit & debeat puniri? Respon.quòd farina non est bla
dum:nec acetum est vinum,quia mutata est forma & na
tura,nec potest ad pristinum statum redire: vt argu.ff.ad
exhiben.l.Iulianus.§.sed & si quis.de lega.iij.l.quęsitum.
§.illud.&.l.Iana.& statutũ debet seruari prout iacet, nec
ab eius forma debet recedi.ff.ad municipa.l.constitutio
81 nibus.& de lega.iij.l.non aliter. †Sed quid,ordinatum
est quòd quicunq; emeret rem aliquam publicè in platea
quam iuste emerit,non teneatur ad restitutionem rei nisi
præcio sibi reddito.Et pone quòd quidam forẽsis probet
rem suam esse:& sibi fuisse furatam quæritur quid iuris?
Respondeo quòd res debet sibi præcio etiam non red
dito restitui.C.de fur.l.in ciuili.nili constaret præcium
fuisse versum in vtilitatem petentis.Nam tunc debet il
lud reddere.ff.de rei ven.l.emptor. Nec obstat statutũ,
quia non ligat forenses & non subditos:nec potest rebus
non subditorum lex imponi.C.de sum.tri.& fid.catho.l.
cunctos populos.ff.de iurisdi.om.iudi.l.fin.cum simi.fa
cit.l.prætens.ff.de acquir.rerum domi.de capti.& postli.
reuer.l.si compertus.§.ex præmissis.ff.de regu.iur.l.quod
82 nostrũ est. †Sed pone quòd aliquis fuit inuentus por
tare bladum vel vinum vel aliam rem contra deuetum:
sed nondum est extrà confines ciuitatis vel castri dicunt
custodes quòd ipse portabat contra deuetum, & ille ne
gat,quæritur quid iuris? Respon.dicit Gofred.aut iste
qui portabat erat prope cõfines districtus:nec est ibi ali
quis locus suppositus illi ciuitati vel loco ad quem pos
sit portare:& tunc præsumitur contra deuetum, & tunc
est puniendus.arg.C.de pœn.l.qui sententiam.ibi & vix
negari sufficiat.argu.ff.de iudi.l.si quis postea.facit.ff.de
incen.rui.naufrag.l.pedius.§.penult.de pœn.l.respicien
dum.de quæstio.l.de minore. Aliàs non punitur nisi pro
betur.l.sciant. de proba.l.qui accusare.C.de eden.de ser.
83 fugi.l.quicunq;.cum simi. †Sed quid,si de licentia re
ctoris quis portat bladum vel aliquam rem contra deue
tum vel bannum,nunquid incidit in pœnam? Respon.
dicunt quidam quòd non.arg.ff.de acquiren.possess.l.iu
ste.quia prætor facit licitum,quod aliàs nõ licet.ff.de iu
risdi.om.iudi.l.si quis id quod.ff.quod fal.tuto.auto.l.j.&
l.nouissimè. Alij contra,quia prætoris officium,nõ po
test derogare ordinamento.ff.de fer.l.j.ff.ad municip.l.or
dine.§.j. Item quia forma statuti seruanda est.ff.ad mu
nicip.l.constitutus.& hoc videtur verius: quia non licet
isti ignorare ordinamentũ.argu.C.de legi.l.leges. Nec
obstat quod dicitur,quòd iudex facit licitũ id quod aliàs
non licet: quia illud est verum in eo quod non prohibe
tur expresse à lege vel ordinamento: si verò prohibetur
expresse: non valet licentia quæ conceditur.C.de legi.l.
84 non dubium.in fi.cum simil. †Sed quid,ordinatum est
per legem municipalem quòd villa vel castrum teneatur
capere malefactorem committentem maleficium in suo
territorio sub pœna centum lib.pone quòd plures fuerũt
malefactores ad illud maleficium vel homicidium com
mittendum,& non fuerunt capti:quæritur an debeat fie
ri condemnatio.c.lib.solum pro vna pœna,an pro quoli
bet malefactore debeat condemnari in lib.centum.Re
o spon.° & videtur quòd pro quolibet malefactore debeat
condemnari in centum lib.cùm tot videantur esse male
ficia, quot sunt personæ delinquentes: vt.ff.de iniur.l.si
plures.ad Tur.l.senatus.de lib.ho.exhi.l.ij.de termi.mo.
l.ij.C.de ser.fugi.l.quicunq;.cum simi. Contra videtur
quòd vna sola pœna lib.c.cum vnum fuerit maleficium,
scilicet homicidium:& vbi est vnum factum nõ possunt
dici plura, cum vnitas non recipiat diuisionem. Item
quia non fuit dictum quòd pro quolibet malefactore pu
niatur in centum lib.Et quod non fuit expresse dictum
pro omisso haberi debet.ff.de verb.obliga.l.quicquid.ff.
de testa.tut.l.duo sunt Titij.facit.ff.de his qui deie.vel ef
fu.l.j.§.fin.&.l.seq.quod vi aut clam.l.semper.§.in sepul
chro. Et quod plus si omnes fuerunt capti pręter vnũ,
non minus dicta pœna.c.lib.punietur: quia non videtur
actum si quid restat ad agendum.C.ad Silla.l.fi.C.de di
stra.pig.l.quãdiu.& est ratio quia in vniuersali si aliquid
deest totum deesse videtur:vt.ff.de reb.dub.l.si is qui du
centa.§.vtrum.facit.ff.de verbo.oblig.l.in executio.§.pe.
ff.de iniur.l.item plura.§.abduxisse.cum simi.& hoc ve
rius puto:quia pœnæ sunt moliẽdæ &c.ff.de pœ.l.si prę
85 ses.&.l.interpreta.de præto.stipu.l.si verò. †Sed quid,
quidam fuit accusatus vel inquisitus de quodam malefi
cio,iste comparuit & dedit fideiussorem de se præsentan
do vel soluendo condemnationem, si qua pro ipso facta
fuerit pro ipso maleficio. Iste malefactor fuit condemna
tus,& post condemnationem factam fuit citatus de man
dato domini potestatis quòd compareat coram ipso ad
soluendum condemnationem iste comparuit, & postea
recessit, venit potestas & petit fideiussorem quòd soluat
condemnationem,ipse dicit quòd non tenetur: quia iu
dex habuit principalem in suam fortiam,& ipsum dimi
sit recedere,vnde est liberatus ab ipsa fideiussione:quæri
tur quid iuris? Respon.& videtur fideiussorem fore libe
ratum per.l.fina.ff.de pact.de solu.l.qui res.§.aream.ff.de
bono.possess.l.post mortem.§.fin.C.de fideiuss.l.ex perso
na loca.l.si cum hermes.&.l.si cùm hæredes.cum si.mul
tomagis sunt liberati si principalis est in fortiam commu
86 nis per iura prædicta.cum simi. †Sed quid,aliquis fuit
accusatus vel inquisitus & cõdemnatus, iste appellauit,
pendente appellatione decessit, quæritur quid iuris su
per bonis

per bonis defuncti? Respondeo & dico quantum ad
P personalem pœnam, omnia esse extincta[p] propter mor
tem.C.si reus vel accusa.mor.fue.l.j.sed quantum ad bo
na debet procedi per hæredes super causa appellationis
& si per sententiam bona fuerint publicata,licet sit extin
cta pœna corporalis,non extinguitur quo ad bona.ff.de
interdi.& relega.l.relegatorum.§.ad tempus.ff.de publi.
iudi.l.diffinite. Si verò in sententia bona forent tacitè
adempta,vt contingeret in deportato:vt.C.de bono.pro
scrip.l.deportati.& tũc extincta causa principali, scilicet
deportationis,extinguitur etiam accessoria,scilicet causa
bonorum: vt.C.si reus vel accusa.mor.fue.l. fina.in fin.
87 †Sed quid, pone quòd per statutum bannitus potest
offendi impune:quidã fuit exbannitus,ipse vel eius pro
curator opponit, & dicit bannum esse vel fuisse nullum
pendẽte causa nullitatis:iste est offensus:quæritur an im
pune poterit offendi? Respon.aut opponitur per mo
dum appellationis,& tunc nõ habetur pro exbannito de
iure, quia per appellationem suspenditur bannum.ff.ad
Turpil.l.j.in fin.ff.nil no.app.pen.l.j.ff.de pœ.l.iij.& fin.
tunc non potest offendi impune. Si verò opponitur di
q rectè de nullitate sola[q] & non in modum appellationis:&
tunc pendente ista causa nullitatis habetur pro bannito
donec super hoc fuerit pronunciatum, vnde interim vi
detur posse offendi.argu.ff.de libe.cau.l.iij.§.si seruum.&
est ratio,quia bannum latum à iudice præsumitur rite da
tum.argu.ff.de re iudi.l.res iudicata.extrà de renun.c.in
88 præsentia.cum simili. †Sed quid,ordinatum est quòd
si quis amiserit æquum in seruitio communis, quòd de
beat sibi emendari. Pone quòd equus stans in seruitio
communis est mangagnatus & post multos dies est mor
tuus,quæritur nunquid commune debeat emẽdare? Re
spondeo & videtur quòd non:quia non fuit mortuus si
ue non decessit in seruitio communis.Nam forma statu
ti est seruanda.ff.ad municip.l.constitutionibus.de lega.
iij.l.non aliter.de exer.l.j. Econtra quòd sic:quia vide
tur mortuus fuisse tempore quo fuit mangagnatus.arg.
ff.ad leg.Aquil.l.huic scripturæ.§.si seruus.&.l.ita vulne
ratus.§.j.&.ff.de dam.infect.l.damni.§.fabinus.de solu.l.
qui res.§.j. Item quia dicitur amissum tunc licet postea
amittatur cum mangagnatio fuerit causa quòd amittere
tur.argu.ff.de incend.rui.naufra.l.j.§.ex incendio.& hoc
89 verius videtur. †Sed pone quòd statutũ est quòd nul
lus vendat equum sub certa pœna: quidam non vendi
dit,sed creditori insolutum dedit, vel donauit: nunquid
incidit in pœnam,videtur quòd non:quia statutum dicit
solum de venditione: & statutum seruandum est, vt so
nat.ff.de lega.iij.l.non aliter.ad municip.l.constitutioni
bus.cum simil. Sed contra videtur:quia verbum ven
ditionis ad alios contractus extenditur.ff.quib.mod.pig.
vel hypo.solu.l.sicut.& appellatione venditionis & alie
nationis continetur omnis actus transferẽdi dominium.
C.de fun.dota.l.j.facit.ff.de lega.j.l.senatus.& hoc qui
90 dam approbant verum esse. †Sed quid, vxor alicuius
deliquit,propter quod fuit condemnata, nunquid mari
tus suus debet compelli ad soluendum cõdemnationem
prædictam de dote sibi assignata? Respondeo videtur
quòd non:quia ipse est dominus rei dotalis, & nõ vxor:
vt.C.de rei vendi.l.dote. Item quia dos datur marito
vt sustineat onera matrimonij:& quod in eius fauorẽ in
troductum est,nõ debet in eius læsionem retorqueri &c.
vt.C.de legi.l.quod fauore. Item ob debitum vxoris
non debet maritus inquietari:vt.C.ne vxor pro mari.l.fi.
& l.ob maritorum. Item quia pœna debet suos tenere
autores &c.C.de pœ.l.sancimus.ff.de pœ.l.crimi.vt quia
nõ potest compelli indotatam vxorem habere.ff.ad leg.
Aqui.l.si dos.facit in authen.de nup.§.fi.coll.iiij. Ecõ
tra videtur quòd sic:quia vir & vxor debent esse partici
pes in bono & in malo.ff.solu.matri.l.si cum dotem.§.si
maritus.&.§.finautem in seuissimo.&.C.de crimi.expil.
hæredi.l.aduersus. Item quia sunt vna caro & vnum
corpus:& socij diuinæ & humanæ domus. Sed dicunt
quidam primam opinio.esse veram, per iura primò alle
gata.Fallit enim in casibus in quibus propter delictum
vxoris bona publicantur qui casus nota.ff.solu.matri.l.si
91 maritus.&.ff.de bono.dam.l.iij. †Sed quid,est ordina
tum quòd quicũq; habet in bonis mille lib.debeat tenere
vnum equum pro communi, quidam computatis dotibus vxoris, benè habet dictam quantitatem: aliter non,
nunquid debet compelli tenere equum pro communi?
Respon.sic videtur: quia sit dominus dotis.C.de rei
vend.l.dote. Econtra quòd non:vt in l.Lucius.§.idem
videtur.ff.ad municip.C.de dona.l.si constante.quia non
92 debet computari in bonis,quod verius est. †Sed quid,
concessum est potestati arbitrium super maleficijs inqui
rendis puniendo & procedendo pro suo arbitrio:quidam
captus ducitur ad potestatem, & dicitur quòd est latro
vel malefactor,nunquid poterit istum talem sine aliqs in
dicijs vel probationibus ponere ad tormenta, & si con
fessus fuerit maleficium in tormentis ipsum punire & cõ
demnare? Respon.videtur quòd sic,ex vigore arbitrij
sibi concessi:quia talis concessio debet aliquid operari.ff.
de lega.j.l.si quando.aliàs verbis & non factis &c.quod
esse non debet.quando dies leg.ced.l.ij.cum simili.in fin.
r Econtra quòd non:[r] quia licet habeat arbitrium,tamẽ
tenetur seruare iura: quia per arbitrium non intelligitur
derogatum solennitati legum.C.de inoffic.testamen.l.si
quando.ff.de condi.indebi.l.si procura.§.Cellus.ff.man
da.l.creditor.§. Lucius.ad municip.l.Lucius.§. Impera
tor.ergo non potest ad tormenta procedere sine indicijs
siue probationibus vel præsumptionibus:quia arbitrium
non supplet defectum iudicij:sed oportet quod prȩcedãt
indicia vel præsumptiones &c.vt.l.milites.C.de quęstio.
&.ff.eo.l.j. Item quæstio facti est in potestate legis nõ
autem in arbitrio iudicis.ff.ad Turpil.l.j.§.j.&.ij.ad mu
nicip.l.ordine.§.j. Nam licet potestas possit ex arbitrio
de iuris solennitate aliquid omittere in procedendo vel
dilationes abbreuiare: non tamen ex toto debet subuer
tere,vel iuris ordinem omittere,vel solennitatem:vt.d.l.
si quando.nec potest etiam rationis modum excedere:vt
ff.de pœn.l.hodie.in fin.de verbo.significa.l.aliud &c.&
eod.titu.l.si qua pœna.ibi igitur simul atq; &c.imo sem
per in ferenda sententia debet iura seruare:vt in authen.
de manda.princ.§.omnis autem iudex.& secundùm pro
bata, & non secundum conscientiam iudicare debet: vt
ff.de offic.præsid.l.illicitas.§.veritas. extrà de offic.ordi.
c.j.vbi de hoc nota.verumtamen cum minoribus proba
tionibus vel indicijs potest probatè procedere vel iudi
care vnde si habet vnum testem de veritate fide dignum,
& vnum indicium cum fama probata saltem per duos te
stes tunc si haberet conscientiam de maleficio commisso
posset ad condemnationem procedere quod non posset
aliàs si non haberet indicium:quia in criminibus,proba
tiones debent esse luce meridiana clariores: vt.l.sciant.
C.de proba.de pœnis.l.qui sententiam. Item arbitrium
datum reducendum est ad arbitrium boni viri, id est iu
dicis.ff.de oper.liber.l.libertis.de verborum obliga.l.con
tinuus.& iudex habet iudicare secundum probata,vt dic
tum est:& hoc verius videtur,vel refert vtrum dicat ad
libitum merum & purum arbitrium &c.vel solum ad ar
bitrium. Primò casu non tenetur seruare solennitatem
iuris si non vult:sed in secundo casu sic:vt.ff.de lega.iij.l.
fideicommissa.§.quamquam.debet tamen in quolibet ca
su causa cognita procedere: vt.C.de eftra.& expi.l.j.§.j.
93 & sequen. †Sed quid, si post maleficium commissum
datum est arbitrium potestati: nunquid poterit isto vti
arbitrio & secundum illud procedere? Respondeo non:
quia non extendit se ad præterita, sed ad futura tantum:
nisi istud esset fortè expresse dictum: vt.C.de legi.l.le
ges.& in authen.vt cum de appel.cog.§.j.extra de con
stitu.c.fina. Item quia illud quod conceditur in prȩiu
dicium alterius lite pendente non trahitur ad præterita,
94 vt habetur in d.c.fin. †Sed quid,quidam percussit ali
quem, sed non mortifere vt medici asserunt quibus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

credendum.C.de re mili.ff.de sta.ho.l.septimò.sed tamē
postea occasione vulneris superuenit fæbris huic vulne-
rato,ex quo mortuus est,nunquid iste percussor est pu-
niendus tanquam homicida,an de vulnere tantū? Re-
spon.omissis ambagibus,aut iste percussor habuit animū
occidendi, & hoc scitur per confessionem suam sponte
factam,vel præsumitur ex ijs quæ præcesserunt inter of-
fensum & offendentem per minas dictas per ipsos vel
propter inimicitias præcedentes: vt.ff.de arbitr.l.sed li-
cet.&.C.si quis Impe.male dixe.l.j.cum simi.& etiam ex
qualitate percussionis rei cum qua percussit vt cum gla-
dio magno & apto ad homicidium committendum: &
tunc videtur de homicidio puniendus:vt.ff.de sica.l.j.§.
diuus.ff.de pœ.l.aut facta.§.euentus.C.de sicar.l.si is qui
cum telo.nam & qui causam damni &c.ff.ad leg.Aquil.
l.qui occidit.§.in hac.de parrici.l.vtrum.cum simili. Si
autem nō habuit animum occidendi,quod perpendi po-
test propter amicitiam vel parentelam quam simul habe-
bant offendēs vel offensus,vel ob aliam similem causam
vt.C.de sicar.l.j.& argu.C.de episc.& cleri.l.eum qui.de
adulte.l.si quis.de iniur.l.vestem sordidam vel quia per-
cussit cum re modica non apta ad homicidium commit- t
tendum: & tunc de vulnerato tantum & non de occiso
tenetur, cum iniuria consistat in effectu faciētis.ff.de in-
iur.l.illud.de edili.edic.l.j.§.proinde.ibi minusculum, &
quia ex qualitate factorum & personarum capitur confe
ctura.ff.de donat.inter vir.& vxo.l.omnis hæreditas.§.
nunquam. Alij dicunt de homicidio istum esse puniē-
dum, quia occisum dicimus qualitercunq; occisus sit.ff.
ad legem Aqui.l.qua actione.§.occisum.& nihil interest
an quis occidat an mortis causam præbeat &c.ff.de sica.
l.nihil.& de parrici.l.vtrum.cum simi.Sed prima opinio.
95 verior videtur & benignior. †Sed quid quidam com-
misit maleficium de quo punitus est pœna statuti. Item
petitur quòd puniatur pœna legis pro maleficio? Re-
spon.dicunt quidam quòd debet puniri etiam pœna le-
gali, quia ius municipale,id est statutum,non tollit ius
commune,nisi expresse dicatur:vt.ff.de actio.& obliga.l.
quoties.de libe.ho.exhi.l.iij.in princip. Item quia cau-
sa pecuniaria non tollit corporalem.ff.vi bono.rapt.l.ij.§.
j.C.de sepul.vio.l.qui sepulchrum.cum simi. Alij con-
tradicunt his rationibus: quia si per statutum imponitur
pœna pecuniaria videtur prohibere corporalem:vt.ff.de
iudi.l.cum prætor. Item quia pro eodem maleficio nō
potest duplex pœna imponi: vt.C.de pœn.l.omnis.nec
debet sepius de delicto eiusdem quæri: vt.l.licet.ff.nau.
caupo.stab.nec legibus duabus debet quis puniri.ff.de
accusa.l.senatus.& hoc verius secundum Iac.de Aret.&
96 Dyn. †Sed quid statutum dicit quòd si aliquis fecerit
tale maleficium punitur in.x.lib.contingit quòd fœmi-
na committit & delinquit, nunquid debet puniri simili
pœna, ita quod appellatione si quis, comprehendatur si
qua:& sic masculinum concipiat fœmininum? Respō.
dicunt quidam quòd non licet puniatur mulier iure com
muni non secundum statutum,quia licet statutum reci-
piat interpretationem, id est declarationem à iure com-
muni.ff.de mu.& one.l.vt gradatim.§.sed si lege.non ta-
men recipit extensionem,quia eius statuti est forma ser-
uanda.ff.ad municip.l.constitutionibus.& à verbis non
est receden.ff.de legat.iij.l.non aliter.& hoc etiam aperte
apparet in simili. Stipulatio enim quæ est stricti iuris
non recipit extensionem,imo illud quod non palam ex-
primitur,pro omisso habetur:vt.ff.de verb.obliga.l.quic-
quid.cùm igitur extendere genus masculinum ad genus
fœmininum esset prorogare:vt dictum est genus mascu-
linum ad genus fœmininum & verbum prolatum à sta-
tuto sit stricti iuris non debet extendi ad fœmininum,&
sic fœmina non pœna statuti,sed legali est punienda: &
in hac opinio.est Dyn.vt ipse plenè not.ff.de verb.signi.
l.j. Alij dicunt quòd quādo verbum masculinum pro-
8 fertur à lege siue statuto' quod est lex:vt.l.omnes popu-
li.ff.de iusti.& iur.siue de fauore siue de odio,semper ma
sculinum comprehendit fœmininum, dummodo quòd
dicitur de masculino,cōueniat fœmino,vt in casu isto.

Item quòd appellatione si quis,cōtineatur si qua,pro-
batur.ff.de verborum significa.l.j.&.l.in testamento.ff.de
compen.l.j.§.fina. ff. de nego.gest.l.j.§.j.C.vnde vir.l.si
quis in tantum.C.de ser.fugi.l.quicunq;.cum simi.vnde
Cy.ibi planè ponit hanc materiam dicit eadem pœna de-
bet puniri fœmina,qua masculus,si deliquit,quia hoc ita
congruit fœminę sicut masculo,cùm ita possit delinque-
re fœmina sicut masculus: & hoc verius puto.Ad id
quod dicitur de statuto, quòd verbum à statuto prolatū
non recipiat extensionem, videtur contra,scilicet quòd
extensionem recipiat:nam quòd verbum vēditionis etiā
ad alios contractus extenditur.ff.quib.mod.pig.vel hy-
po.sol.l.sicut.§.venditionis.not.extrà de postu.c.ij.in vlt.
97 glos. †Sed quid ordinatum est quòd si quis percusserit
aliquem,puniatur in.x.lib.& per aliud ordinatum est &
prouisum quòd si de nocte percusserit duplicetur pœna:
& per aliud quòd si fuerit commissum in ecclesia vel in
palatio maiori pœna duplicetur. Pone quòd aliquis
percussit de nocte,& in ecclesia,vel in palatio, nunquid
punietur pœna omnium statutorum? Respon.sic' vi-
detur,cùm plura sint delicta,vnum ratione loci: quia in
ecclesia,aliud ratione temporis:quia de nocte:nam locus
aggrauat delictū.C.de his qui ad eccle.confug.l.denun-
ciamus.C.de episco.& cleri.l.si quis in hoc genus.& ma-
xime augetur pœna delicti: vt.ff.de pœ.l.aut facta.§.lo-
cus.& institu.de iniur.§.atrox.ibi.vel ex loco &c.C.de
incest.nup.l.cum ancilla.§.pe.& fin. Item tempus magis
aggrauat,vt est videre de fure nocturno.ff.de sica.l.si fu-
rem.de pœ.l.aut facta.§.pe.& fin.C.de adul.l.Gracchus.
& pœna vnius, non minuit pœnam alterius.ff.de priua.
delic.l.nunquam plura.de adulte.l.si adulterium cum in-
cestu.Nam delictum aggrauatur.vij.de causis.videlicet
qualitate & quantitate,loco,tempore, causa &c.vt.ff.de
pœ.l.aut facta.in princip.&.§.sed hoc.&.§.sequen.& per
totam.l.& ita de facto vidi obseruari & condemnari per
98 assessores locorum. †Sed quid, quidam fuit accusatus
vel inquisitus pro aliquo maleficio & citatus comparuit
& satisdedit,sed iudex ipsum non examinauit:& recesse-
rat ita quòd non respondit accusæ vel inquisitioni,post-
ea vult iudex istum tanquam contumacē punire & con-
demnare:nunquid potest?Respon.videtur quòd sic,arg.
C.de assess.l.consiliarios.& in authen.qua in prouincia.
C.vbi de crimi. Econtra quòd non quia comparuit &
satisdedit:vnde non potest dici contumax,& sufficit se-
mel comparuisse.ff.de succes.edic.l.j.§.qui semel.argu.ff.
quib.mod.pign.vel hypo.sol.l.pe.§.deinde &c.ff.de pac.
l.fin.ad fi.nec debet pro eodem facto plus comparere:ar-
gu.de iur.delib.l.fin.de pœ.l.omnes.& hoc verius vide-
tur.Sed benè potest iudex facere vt coram ipso compa-
reat sub certa pœna: quòd si non fecerit, poterit ipsum
mulctare:vt.ff.si quis ius dicen.non obtem.l.j.Item pote
rit bona ipsius annotare:& si venerit intra annum,audie-
tur:aliàs secus:vt.ff.de requi.reis.l.annus.cum si.vel for-
tè poterit nouam inquisitionem formare de ipso malefi-
cio si est maleficium reiterabile,& de nouo citare:& si nō
comparuit ipsum tanquam contumacem punire,per iu-
99 ra superius allega.cum simi. †Sed quid, Aliquis com-
misit maleficium sed non dolo:quia tunc puniretur lege
Corne.de sica.ad mortem.ff.de sica.l.in lege.& no.suprà
de homi.sed culpa vel negligentia,nunquid iste punitur
de homicidio?Respondeo,nō ad mortem vt dictum est,
sed punitur aliqua pœna prout iudici videbitur inspecta
qualitate & conditione personarum & culpæ:vt.ff.de fi-
ca.l.j.§.sed si claua.&.l.iij.§.sed alio.& est ratio quia aliter
punitur delictum dolose commissum:& aliter si commit
tatur culpa vel negligentia: vt.ff.de administr.rerum ad
ci.perti.l.Imperator.§.rescripserunt. &.l. magistratus.ff.
100 de cust.reo.l.milites.cum simi. †Sed pone quòd quis
habet in domo homicidam,& non vult ipsum dare iudi-
ci vel eius familiæ: nunquid ex hoc puniri potest?Re-
spondeo

spondeo sic,pœna extraordinaria prout iudici videbitur,
vel pœna pecuniaria: vt.ff.de seruis fugi.l.j.de pœ.l.ho-
die.de extraordi.cri.l.j.de his qui latro.occul.l.j.cum si.
& quandoq; pœna corporali punitur:vt.ff.ad Silla.l.iij.§.
101 si quamquam. †Sed quid,quidam grauiter vulneratus
est,& ipse ordinauit cum propinquis suis quòd ipsum di
cerent mortuum fore ex dicto vulnere,ad hoc vt ille qui
eum vulnerauit occidatur:& sic de facto contingit quæ-
stio: propter quod ille qui vulnerauit decapitatus fuit.
Postea ille vulneratus conualuit & liberatus est à vulne
re & percussione:& pater decapitati petijt quòd iste vul-
neratus & liberatus decapitaretur tanquam homicida:
quia dolose ordinauerat prædicta ad hoc vt filius deca-
pitaretur: quæritur quid iuris? Respondeo iste & alij
sui propinqui qui prædicta ordinauerunt & tractauerūt
sunt tanquam homicidæ puniendi: quia tractarunt mor-
tem illius decapitati indebitè,iniustè,& dolosè: nam ni-
hil interest &c.vt.ff.de sic.l.nihil.de parri.l.vtrum.& qui
causam damni dat &c.ff.ad legem Aquil.l.qui occiderit.
Item quia fecerūt conspirationem aduersus innocentem
dolosè:vnde decapitatus est:& sic lege Corne.de sica.ve
niunt puniendi.ff.de sica.l.j.circa princip.& fi.cum simi.
102 †Sed quid, M.me percussit cum gladio:& dum fuge-
rem ipsum gladium proieci contra ipsum,volendo eum
percutere,contingit quòd non ipsum, sed alium percus-
si:accusatus ab illo quem percussi, probo contra alium
quem fugabam,& qui me percusserat &c.Nunquid sum
puniendus? Respondeo non lege Cor.de sicar.quia non
habui animum offendendi ipsum quem offendi: nec in-
terfuit dolus quem necesse est interuenire:vt.ff.de sica.l.
in lege.&.l.diuus. Item quia potius facto & casu vi-
detur factum,quam dolo: vt.ff.de pœ.l.respiciendum.§.
pe.vnde non teneor:quia casus excusat:vt.ff.de sicar.l.cū
simi. Et idem potest dici si volebam percutere canem
vel auem prætereuntem percussi, quia non teneor: quia
videtur potius casus quam dolus &c.sed si fui in aliqua
culpa proijciendo gladiū,potest dici quòd teneor actio-
ne iniuriarum:vt.ff.de iniur.l.eū qui.§.si iniuria.& Aqui-
lia ad damnum:vt.ff.ad legem Aquil.l.scientiam.§.sed si.
Et idem potest dici quòd si me defendo ab vno qui me
volebat offendere non ipsum sed alium percussi, quòd
non teneor:nisi fortè Aquil.ad damnum: vt dictum est,
103 & facit.ff.de iust.& iure.l.vt vim. †Sed pone quia.M.
non commisit maleficium, sed committi fecit:& de hoc
est accusatus, nunquid puniendus est? Respondeo sic,
nam qui mandat fieri,facere videtur.ff.de sicar.l.diuus.§.
senatus.argu.ff.de sol.l.qui mandat.ff.de parrici.l.vtrum.
Item qui per alium facit &c.ff.de iniur.l.item apud La-
beonem.§.fecisse.& non solum ille qui mandat fieri: sed
& ille qui facit est puniendus.C.de ac.l.non ideo.ff.ad
104 Silla.l.& si certus sit percussor &c.cum simi. †Sed po
ne quòd quidam fuit accusatus quòd dolosè dedit auxi-
lium,opem,& fauorem ad committendum maleficium,
& probatum est, nunquid de homicidio est puniendus?
v Respondeo secundum Dy.' & quosdam alios qui de fa-
cto consuluere:vt in scriptis inueni,quòd talis de homi-
cidio non debet puniri,nisi appareat quòd iste qui dedit
auxilium,præstitit causam mortis cooperando manibus
suis:nam tunc benè tenetur de homicidio:quia nō inter-
est &c.vt.ff.de sica.l.nihil.& ita fuit consultum ijs ratio-
nibus.primò quia non reperitur lege cautum, quòd iste
debeat puniri.vnde pro omisso haberi debet.ff.de verbo.
oblig.l.quicquid. Item ille qui dat auxilium non tamē
deliquit tantum quantū homicida,qui pro omnibus pu-
nietur:vt.C.ad legē Iul.de vi pu.l.quoniam ibi in eū &c.
ff.si qua.pau.fe.dic.l.j.§.cum arietes.cum similibus. Itē
alia ratione,quia lex vult quòd in rixa contēpletur ictus
cuiuslibet delinquentis:vt ille cuius ictu mortuus est so
lus de homicidio puniatur,nō autem alius.l.si in rixa.ff.
ad leg.Cor.de sic. Item qui dat opem,non tenetur nisi
opere & crimine consummato.ff.de ver.sig.l.sepe.in fi.fa
cit extrà de homici.c.sicut dignū. Item qui dat opē ad
furtum committendum non tenetur de furto manifesto:
arg.ff.de fur.l.is qui opem. Item qui dat auxiliū ad ra-
ptum virginis nō in tantū punitur sicut raptor.C.de epi-
& cle.l.raptores.§.fi.In ceteris autē &c.per quæ iura con
stat esse differentiā inter facientē & dantem opem: vt ita
non puniatur ille qui dat opē,sicut ille qui facit.ff.de in-
iur.l.item apud Labeonem.§.si curauerit.de fur.l.si quis
vxo.§.neq; verbo.&.§.si quis.de manu.ff.de seruo cor.l.
in hoc iudicio.§.j.vnde qui dat opem,debet pecuniariter
puniri:& nō corporaliter arbitrio iudicis,inspecta quali-
tate & facultate istius:vt.ff.de extraor.cri.l.j.de offi.præ-
si.l.illicitas.§.fi.de pœ.l.milites &.l.hodie cum simi. Et
si pœna esset pecuniaria pro homicidio vel alio delicto,
quòd puniatur iste talis solū in dimidia pœna vel mino-
ri:vt dictum est iudicis arbitrio & nō vltra.& ita de facto
vidi & audiui pluries cōdemnari & obseruari per recto-
res locorum. Sed contra eos faciunt multa iura.ff.de
adimen.leg.l.is cuius.instit.de ob.quæ ex delic.nasc.§.at
cum & seq.&.C.de epi.& cle.l.si quemquam.in fin.cū si-
105 milibus. †Sed quid,quidā cōmisit maleficium:dū vel-
let accusari de isto maleficio,venit quidā, & posuit se in
medio,& procurauit ita quòd iste qui deliquit dedit cer-
tam quantitatē illi offenso qui volebat eū accusare,& sic
nō accusauit:nunquid iste mediator est puniendus? Re-
spondeo sic videtur,eadē pœna qua debuit iste puniri:vt
ff.de adult.l.is cuius ope.in prin.nisi forte esset tale crimē
de quo posset transigi.C.de transl.l.transigere. Sed iste
qui dedit pecuniam videtur puniendus:quia paciscendo
videtur confiteri de crimine.ff.de insa.l.quoniā.ff.de iure
fisc.l.Imperator seuerus.&.l. cuius. Sed pro ipso facit
quòd non puniatur:quia licitū est redimere se quocunq;
modo potest.ff.de bo.eo.qui mor.sibi consci.l.quòd ve-
rum est in criminibus,quæ pœnam sanguinis ingerūt:vt
d.l.transigere.&.ff.de pœ.l.fin.in alijs autē criminibus se-
cus. Sed si repertus fuerit innocens qui dedit pecuniā,
nō videtur puniēdus:& ille qui accepit debebit restitue-
106 re &c.vt.C.de adult.l.serui.&.d.l.si verò. †Sed quid si
iste mediator est affinis vel coniunctus illi pro quo tali-
ter procurauit? Respondeo quòd minori pœna est pu
107 niendus.arg.ff.de recepta.l.ij.cū alijs ibi no. †Sed po-
ne quòd vniuersitas alicuius castri vel villæ cāpana pul-
sata,& tuba coadunata cū vexillis & armis cōmisit incē-
dium,vel homicidiū, vel aliud delictum,ex quo priuata
persona condēnaretur ad mortē,cū talis vniuersitas pos-
sit delinquere.ff.de dolo.l.ex dolo.§.sicut.quod met.cau-
sa.l.metū.§.animaduertendū.cū similibus.quæritur quid
x iuris? Respondeo,dicunt quidam omnes de vniuersitate
condemnandos,& ad mortē puniendos, per iura prædi-
cta:vt.ff.ad leg.Aquil.l.Itē mela.§.si plures.de pœ.l.aut
facta.de sica.l.diuus.C.e.l.is qui cū telo.cum simi.Alij di-
cūt quòd debet puniri villa vel castrū iudicis arbitrio.ff.
de pœn.l.hodie. de extraordi.cri.l.j.d.Guid.de suza.&
Vber.de Bobio.dicūt quòd castrū vel villa debet destrui
sicut fuit chartago:vt.ff.quibus modis vsusfructus amit.
l.si vsusfructus in fin.de colleg.illici.l.collegia cum simi.

Alij dicunt quòd solum illi qui delinquunt,& illi qui
regunt vniuersitatē castri vel villæ:vt sunt rectores,con-
siliarij,& similes.& etiā illi qui induxerūt ad delinquen-
dū sunt puniendi:vt ar.C.vnde vi.l.meminerint.in fin.ff.
de dolo.l.si ex dolo.in prin.C.de vi pu.l.quoniam ibi vi-
sum est &c.ff.quod vi aut clam.l.si tibi.de seruo cor.l.in
hoc iudicio.§.fin.& est ratio,quia omnes de vniuersitate
nō delinquunt nec sciunt nec consentiūt & pœna debet
suos tenere autores.C.de pœ.l.sancimus. Si enim oēs
punirentur,iam infantes & furiosi punirentur,quod esse
non debet.ff.de sica.l.infans.Item vxor ob culpam mari-
ti,quod esse nō debet:vt.C.ne vx.pro marito.l.ob mari-
torum. Item filius ob culpā patris,quod esse nō debet:
vt.C.ne filius pro patre.l.j.& fi.ff.de pe.l.crimen. Item
alteri per alterum nō debet iniqua conditio inferri.ff.de
reg.iur.l.non debet cum simi.Et hoc magis placet in qua
opin.est.d.Inno.& ipse no.extrà de simo.c.dilectus.ij.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

sen.excom.c.graue.Sed Ber.videtur dicere cõtra super.
108 d.c.dilec. †Sed quæritur nunquid vniuersitas poterit facere syndicũ ad defendendũ in tali casu? Respon.sic videtur.vt.C.de re mili.l.tam collectores.§.ac vniuersitas. lib.xj.&.ff.quod cuiusq; vni.l.Item eorũ.§.si decuriones. &.l.sicut.§.si quid.cum similibus & de hoc not.suprà de
109 procur.& defen.§.sed nũquid vniuersitas. †Sed quid, M.accusauit te quòd ipsum percussisti in facie vel alibi cũ sanguinis effusione,& noctis tempore cũ vno cultello,vel ense, tu negasti, & ipse probauit per testes quòd ipsum percussisti de die & non de nocte,vel sine sanguinis effusione,vel manu vacua,vel pugno vel sine gladio. nunquid es tu in casu cõdẽnationis? Respondeo non, sed in casu absolutionis propter ineptam probationẽ ab obseruatione iudicij: vt.ff.si men.fal.mo.dix.l.j.§.j.& est ratio: quia sententia debet formari secundũ formã accusæ.vt extrà de accu.c.qualiter.§.ad corrigendũ de simo. c.licet hely.ff.cõmuni di.l.vt fundus.& idẽ potest dici si dicatur in accusa, quòd percussio facta fuerit in vno loco:& probatur in alio.vnde cũ possit formari sententia secundũ formã accusæ debet sequi absolutio saltẽ ab obseruatione iudicij,sed de nouo poterit accusari: vt.ff.de accu.l.libellorũ.& de ædil.edic.l.bouẽ.& potest iudex ex officio suo inquirere.vt extrà de collu.c.§.& fi.& in auẽ. de collatoribus.colla.ix.& de hoc etiam aliâs dixi sepius supra.§.iubemus.de officio præsidis.l.cõgruit.cum simi.
110 †Sed quid,dedi.M.certam denariorũ quantitatem:vt occideret.P.& accusatus sum de hoc,& probatũ est,nũquid sum de homicidio damnandus.Respon.& videtur quòd sic:quia voluntas pro facto habetur:vt.ff.de sicar.l.
y diuus. Sed dic' aut ille peruenit ad actũ & occidit,vel percussit,vel vulnerauit animo occidẽdi,& cũ re apta ad hoc,& sum puniẽdus,per.d.l.diuus cũ similibus.&.C.e. l.is qui cũ telo:quia qui mandat,facere videtur.ff.de sol. l.qui mandat.& qui per aliũ facit &c.C.de accusa.l.non ideo minus. Si aũt nõ peruenit ad actũ,tũc secus:quia maleficiũ nõ fuit subsecutũ:vt.ff.quod quisq; iur.l.j.in fi.
111 de iniur.l.Itẽ apud Labeonem.§.si procurauerit. †Sed nunquid potero repetere pecuniã quã dedi. Respon. nõ videtur,quia in pari causa melior est cõditio possidẽtis:vt.C.de condi.ob tur.cau.l.ij.Sed fiscus qui est vitio-
112 rũ successor.ff.de iur.fi.l.Lucius. †Sed q; grauius peccat,an ille qui mandat fieri maleficium, an ille qui fecit.

Respon.ille qui mãdat in se & in aliũ peccat,vnde grauius puniendus est.ff.de insa.l.athletas.§.Põponius.not. & in auẽ.vt iudi.sine quoquo suffra.§.eos.colla.ij. Item quia plus delinquit qui clam facit,quã qui palã: & ideo
113 grauius punitur:vt.ff.de nup.l.fi. †Sed quid, M.accusatus est de homicidio,vel adulterio,& cautũ est lege municipali quòd accusatus si fuerit cõtumax,& nõ cõparuerit ad se defendendũ,quòd habeatur pro cõuicto & confesso.& quòd fuerit cõtumax & condemnatus,quòd debeat decapitari nulla eius defensione audita.si quo tempore in fortiã cõmunis peruenerit,& sic dictus accusatus fuit per suã contumaciã condẽnatus cõtingit quòd postea venit in fortiã cõmunis.potestas vult eũ facere decapitari,ipse petit dilationẽ sibi dari ad suã defensionem faciendã,quæritur,an sit danda,vel nõ? Respon.& videtur quòd nõ sit danda per formã statuti & sententiæ latæ: nã statutũ est seruandũ.ff.ad municip.l.cõstitutionibus. de lega.iij.l.nõ aliter quãuis sit durũ.ff.qui & à qui.l.prospex. Itẽ res iudicata pr̃sumitur ritè lata.extrà de renunciatio.capi.in præsentia.ff.de re iudi.l.res iudicata. Ecõtra quòd debeat dari dilatio.& quod sit audiẽdus:quia talis & tanta sententia nõ potuit ferri in absentẽ.ff.de pœ.l. absentẽ. Itẽ quia defensio nõ est deneganda sed quandocunq; petente reo cõcedẽda.ff.de quæsti.l.vnius facinoris.§.pe.C.de iure fisci.l.defensionis facultas.imo est augmentanda.C.de hæreti.l.quoniã.in fi. Itẽ quia si confessus fuisset homicidiũ vel delictũ & postea vellet probare contrariũ,est audiendus.ff.ad legẽ Aquil.l.inde neratius.§.fi.multo magis hoc casu. Itẽ quia tale statutũ est iniquum & contra ius naturale,& ideo nõ seruandũ: vt.C.si contra ius,vel vtili.pub.l.fin.cum simi. Item & mala consuetudo non est consuetudo:& ideo nõ seruanda:vt in authen.vt nulli iudi.§.si.colla.viij.&.ff.de legi.l. quòd cõtra rationẽ:& ita fuit determinatũ per domi.Iac. de Are.quòd iste audiretur ad eius defensionem,nõ ob-
114 stante statuto de condemnatione facta. †Sed quid aliquis fuit accusatus de maleficio aliquo, ipse cõparuit & negauit,probatur maleficium contra eum quod iste commisit.iste dicit quòd commisit ad suam defensionẽ faciendam,vel quòd ille offensus potuit impune offendi:vnde petit dilationem,sibi dari ad defensionem faciendã,nunquid debet sibi dari? Respon.videtur quòd nõ,ratione sui mendacij,quia negauit & modo vult probare, & ratione mendacij quis repellitur.C.de nupt.auẽ.contra negantem.ff.de rei ven.l.fi. Alij dicunt contra quòd debet audiri.ff.ad leg.Aquil.l.inde neratius.§.fi.insti.de noxa.§.nec̃.Item quia defensio nulli est deneganda.C.de iure fi.l.defensionis.imo quandocunq; reo petente cõcedenda est.ff.de quæstio.l.vnius facinoris.§.cogniturũ.& hoc verius secũdum quosdam. Sed si dixisset nego me culpabilem de iis de quibus accusatus sum,vel nego me fecisse ea de quibus accusatus sum,sed si apparet me fecisse:dico me fecisse ad meam defensionem,vel quod facere potui: quia exbannitus erat, vel quid simile dico q; tunc debet indistinctè audiri:& hoc communiter dicunt doct.quia talis responsio potest fieri sub condi.tali.C.de excep.l.si quidẽ.ff.de noui ope.nun.l.de pupillo.§.si quis ipsi.& quia defensio est cõcedenda quandocunq; reo petente:vt dictũ est.facit.C.de hæreti.l.quoniam.in fi.Item no.quòd notarius nõ debet scribere talis examinatus negauit omnia vera esse quę in accusa cõtinentur:ita quòd si non probetur quòd potestas sit potestas, vel quòd iudex sit iudex vel officialis,vel saltẽ sit in possessione officij, non valet processus de iuris subtilitate. Sed debet scribi sic:videlicet,negat ea de quibus accusatus est, vel sic negat se esse culpabilẽ de iis de quibus accusatus est, vel inquisitus.ratio,qa q omnia negat, nihil excipit &c.

Vnde si nego te procuratorem, oportet te probare de mandato:aliâs nõ auditis.C.de procu.l.licet.quia primò de personis constare debet.ff.de iure codicil.l.quidã referunt sic & in casu isto,quãdo negat omnia vera esse &c. vnde oportet quòd fiat fides de persona potestatis,vel iudicis coram quo accusa fuit porrecta:vnde accusator debet probare cũ in accusa dicatur ipsum esse potestatẽ vel iudicem:nam ei qui dicit,non qui negat,incumbit onus probandi.ff.de proba.l.ei qui.ff.de publi.l.quicunq;.ff.de rebus eorum.l.qui nec̃. Item si dicas te filium talis & ego nego,oportet te probare filiationem, vel saltẽ quòd tu es in possessione filiationis aliâs non es audiendus.extrà qui fi.sint legi.c.transmisse.ff.de proba.l.j.&.ij.sic ergo
115 & in casu isto:vt dictum est. †Sed quid,accusatus fuit M.de aliquo maleficio : & quia non repertus culpabilis fuit per sententiam absolutus, modo venit quidã & vult eum accusare de eodẽ delicto? Respon.non potest nisi doceat de præuaricatione primi accusatoris, & de collusione,& se ignorasse primam accusam fuisse ab alio instítutam:vt no.extrà de accusa.c.de his.&.C.de accus.l.qui de crimine,& est ratio : quia non debet sepius de delicto eiusdem quæri.ff.nau.cau.stab.l.sed si.§.fi.Item quia obstat rei iudicatæ exceptio.ff.de re iudi.per totũ nisi agatur de re familiari &c.C.quando ciuilis actio præ.cri.l.fi.
116 §.fi. †Sed quid,M.fuit accusatus de aliquo maleficio, & requisitus & citatus non comparuit vnde per suã contumaciam fuit cõdemnatus & exbannitus,sed iterũ ipse delinquit,nunquid puniendus est iterum? Respon.nõ videtur.ff.de adul.l.si adulteriũ:quia nõ debet addi afflictio afflicto.ff.de offic.præsid.l.diuus. Sed dico contra quòd ad multiplicationem delictorũ, sequitur multiplicatio pœnarum.ff.de pœ.l.aut facta &.l.relegati.&.C.de epis.aud.l.iij.in fi.de fer.fug.l.quicũq;.& vt infrà certum tempus cri.quæstio termi.l.ij.ff.de priua.delic.l.nonnunquam de

quam de termi.mo.l.ij.de libe.ho.exhi.l.iij.§.si quis dolo.
117 †Sed quid, accusatus fuit.M.quòd vulnerauit Titiũ, & ipse Titius dixit in præsentia iudicis vel testium quòd M.non fuit ille qui vulnerauit eũ.quæritur nunquid pos sit amodo procedi contra eum? Respon.quòd nõ secũdũ Guil.de Cu.sed hoc verũ puto ad petitionem vulnerati.

Sed quia reipublicæ interest ne maleficia sint impunita:vt.l.ita vulneratus.puto quod procedi possit per iudicem per inquisitionem quia crimina vndecunq; clarueruntsunt punienda.vt.xxiiij.q.iiij.ecce.extrà de collu.c. crimina.ff.de publica.l.licitatio.§.quòd illicite cum similibus. Quia ex iniuria alicui facta,duę nascũtur actiones : vna quæ datur iniuriato.alia quæ datur reipublicæ, cuius interest ne maleficia cõmittantur.ff.de publica.d.l. licitatio.§.quod illicitè.sed ipse vulneratus benè non poterit agere,quia iniuria non fit volenti.& sic intelligũtur iura primo alleg.sed per hoc nõ tollitur iniuria facta reipublicæ:vt.d.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de fica.l.iij.&.ff. de vi pu.l.qui cetu.§.fi.Item quia ius publicum non tollitur pacto priuatorum.ff.de pact.l.ius publicũ.vnde per cõmune potest procedi nõ obstante pacto,per iura præ-
118 dicta. †Sed quid si offendo aliquẽ quem nõ cognosco? Respon.sum puniendus.ff.de iniu.l.cũ qui.§.si iniuriæ &
119 §.se.de seruo cor.l.j.& fi. †Sed quid, M.fuit accusatus de aliquo delicto,pendente accusa moritur,nunquid potest procedi cõtra eum? Respon.nõ regulariter.& no. de hoc in Spec.de accusatore.§.fi.versi.Item reus est mortuus.xxiij.dist.quorundã.& quia extinctum est crimẽ:vt ff.ad Turp.l.aut priuatũ.& de accusa.l.libellorũ.§.fi.&.l. diui fratres. Fallit in crimine læsæ maiestatis,hæresis, apostasiæ,peculatus.& si.vt no.C.si reus vel accusa.mor. fuerit.l.j.sed si accusator moritur,fit absolutio ab obseruatione iudicij,& quilibet alius in crimine publico admittitur ad accusandum intra.xx.dies vtiles,nõ autẽ post.ff.
120 de accusa.l.libellorũ.§.fi. †Sed nũquid accusa & processus primæ causæ eo mortuo valent in alia secunda accusa? Respon.dicũt quidã quòd sic,ar.C.de edẽdo.l.ij. de arbitris.l.cũ antea.de re iudi.l.gesta. Alij dicũt contra quòd extincta causa propter mortẽ,omnia intelligun tur extincta:vt.C.si reus vel accu.mor.fu.l.fi.C.de iudi.l.
121 properandum.§.fi.cũ simi.& hoc verius videtur. †Sed quid si aliquis fuit accusatus & condemnatus & in eius absentia,& sic non valuit sententia.ff.de pœ.l.absentem. & postea reuersus admissus ad suã defensionem quod es se debet:vt.ff.de exhi.reis.l.annus,an eius aduersarius audietur ad probandum dictam accusam? Respon.sic videtur ad probandum dictam accusam? Respon.sic videtur.vt.C.de temp.app.l.fi.de tempore in integrũ restit. l.petende.nã in iudicijs seruãda est æqualitas.C.de fruc.
122 & litis expen.l.fi. †Sed quid, M.fuit accusatus de aliquo maleficio ex quo debet amittere membrũ,& cõdemnatus est in amissione alicuius membri,de quo membro debet intelligi de iure.dicũt quidã in eo in quo eligitur: vt.ff.de iur.dot.l.plerunq;. Alij dicunt quòd in manu quia vbi fit mentio de mẽbro, intelligitur de manu.C.de fer.fug.auẽ.sed nouo iure.& tunc condẽnatus habet electionem in qua manu velit: vt.d.l.plerũq; & si nõ elegerit,in illa puniatur in qua minus potest.quia pœnæ sunt moliendæ &c.vt.ff.de pe.l.interpretatione.& hoc verius videtur. Sed si nõ habet manũ,debet puniri in pede:vt puto,quia est simile mẽbrum : nam de similibus ad similia procedi debet &c.ad hoc ne maleficiũ remaneat impunitum.ff.ad legẽ Aquil.ita vulneratus.ff.quod quisq; iur.l.pe.in fi. In summa verò cũ aliquis deliquit,aut est maior,aut est minor:si quidẽ est minor,& est doli capax, tũc punitur:quia malorũ mores &c.C.si aduersus delic.l. j.iudex tamen poterit pœnã mitigare ratione ætatis.ff.de minor.l.si ex causa.§.nunc videndũ.&.l.auxiliũ.§.in delictis.nã omne delictũ potest esse in puerum capacẽ doli præter delictũ carnis & luxuriæ : vt.C.de pœ.l.impunitas.ff.de fur.l.impuberem.ff.de adul.l.si minor. Si autẽ nõ est doli capax,sed infans,nõ puniẽ:vt.ff.de sic.l.quòd infans.& dicitur doli capax in masculo à.x.annis cũ dimidio,suprà in fœmina verò à nono cũ dimidio,suprà vt no.insti.de inuti.stip.§.furiosus.nã dicitur proximus pubertati:vt not.instit.de obli.quæ ex delic.nascuntur.§.in summa. Si autem est pubes & maior,& est sanæ mentis,tunc aut est in delictis quæ proueniũt ex animo deliberato:& tũc aut cogitauit tantũ & nõ peruenit ad actũ, & nõ punitur tũc:quia primi motus nõ sunt in potestate hominis,sed in instinctu naturæ:vt.ff.de pœnis.l.cogitationis. Si verò ad actũ peruenit & cõfirmauit,punitur secũdũ qualitatẽ delicti: vt.ff.&.C.de pœnis.per totũ.ff. de fur.l.j.& per totũ.C.de fer.fug.auẽ.sed nouo iure.ff.de extraor.cri.l.j.& per totum cũ simi. Si verò peruenit ad actũ & nõ consummauit.si voluit benè punitur.quia voluntas pro facto reputatur.& hoc est verum in grauioribus delictis in quibus pœna corporalis imponitur:vt pro homicidio pro adulterio.& simi.C.de epis.& cle.l.si quis non dicã.ff.de sicar.l.j.§.diuus. Si verò nõ consummauit,quia noluit sed benè potuit:& tũc quia puer per eum stetit,nõ punitur.ff.de fal.l.qui falsum. Si aurẽ nõ peruenit ex animo,idest non dolose, nec per eũ est factum: vt quia proiecit gladiũ vel lapidẽ contra canem,vel auẽ, vel feram bestiã:& idẽ in similibus dici potest, & lapsus vel gladius prætereuntẽ percussit,vulnerauit,& læsit,nõ tenetur : quia dolo opus est.ff.de sica.l.in lege &.l.diuus. sed pecuniariter ad damnũ legis Aquil.ff.ad leg.Aqui.l. scientiam.§.pe.&.l.si ex plagis.§.æque.&.l.si putator : & hoc habet locum in grauibus delictis:vt dixi in aliis verò leuioribus nõ sufficit actus & volũtas,nisi sequatur effectus vnde si quis intrauit domũ meam animo furandi,si nõ fuit furatus nõ tenetur furti.ff.de fur.l.vulgaris.§.qui furti.sed tenetur actione iniuriarum de introitu domus.

Item si quis procurauit:vt alius me percuteret,& non percussit,nõ tenetur:quia non habuit effectũ:vt.ff.de iniur.l.item apud Labeonem.§.si curauerit:& ibi no. Itẽ si quis impetrauerit ius iniquũ contra aliquẽ,& non fuit vsus nõ punitur:vt.ff.quod quisq; iur.l.j.in fi. Et quòd in atrocibus delictis sufficit actus & voluntas,& non in leuioribus,nisi sequatur effectus.no.plenè.C.de epis.& cle.l.si quis non dicam.& de his qui ad eccle.cõfu.l.præsenti.ff.de fur.l.qui ea mente.&.ff.de iniur.l.itẽ apud Labeonem.§.si curauerit. Et prædicta locũ habent in de-
123 lictis,vbi est pœna determinata & expressa à iure. †Si autem delinquit & nõ est pro tali delicto,pœna determinata & expressa venit tunc delinquẽs puniendus extraordinaria pœna iudicis arbitrio,inspecta qualitate delicti & personæ delinquentis:vt de pœnis.l.aut facta:&.l.hodie:& de extraordinarijs criminibus.l.j.de effractoribus & expilatoribus.l.j.cum si.quia maleficium non debet esse impunitũ:vt.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.& ne
124 detur materia delinquendi &c.de transla.c.quãto. †Et no.quòd non solum qui delinquũt puniuntur, sed etiam illi qui ad delinquendũ dolose & ex certa sciẽtia dant auxiliũ & fauorẽ,& huiusmodi similes:vt nor.supra in ti.de insultu.§.sed pone quòd vnus cœpit M.per pannos &c.
125 †Illi autem qui nõ delinquunt,nõ sunt puniẽdi:vt.C. de pœnis.l.sancimus.Fallit in crimine læsæ maiestatis, hæresis &c.vbi ob delictum patris, filius punitur: vt.C. ad legẽ Iul.maie.l.pœn.de hæreti.auẽ.gazaros. extrà de hæreti.c.vergẽtis cum simi. Et prædicta locum habent tam in fœmina,quam in masculo:quia genus masculinũ comprehendit fœmininũ, & maximè cũ verbũ masculinum profertur à lege.ff.de ver.sig.l.j.C.vnde vi.l.si quis
126 in tantam.C.de ser.fugi.l.quicũq;. †Sed quid,quidam commisit maleficium de quo accusatus est:& post hoc efficitur clericus vel religiosus.quæritur an possit puniri à iudice seculari? Respondeo secundum Dy.quod nõ, per.l.hos accusare.ff.de accu.§.hoc beneficio.ff.de arbi.l. nõ distinguemus.§.sacerdotio.& hoc si nõ constat quòd prædicta fecerit causa euitandæ pœnæ:vt.ff.de adult.l.si
127 maritus. sinautem constat,tunc tenetur & punitur.C.de his qui ad eccle.confug.l.ij.&.l.sequen.cum simi. †Sed quid pr̃sumemus,in dubio distingue,aut iste fuit in cri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine deprehensus,vel iam erat accusatus vel citatus,vel alio modo prquentus,vt quia comparuit,& respondit,& satisdedit de stando mandatis,& de soluendo condemnationem,vt quotidie fit:& tunc præsumitur se in fraudem clericasse:& tunc potest puniri à iudice seculari.arg.ff.de iurisd.om.iudi.l.cum quædam puella.ff.de iudi.l.cõsensisse,&.l.si quis postea.aut non fuit deprehensus aut prquentus,vt dictum est:& tunc non præsumitur se clericasse in fraudem.ar.ff.de bo.eorum qui mor.sibi cõsci.l.j.C. de fal.l.si quis decurio. Alij dicunt quòd de iure ciuili puniendus est à iudice seculari si est citatus & accusatus.C. de episc.& cle.l.offi.&.l.si quis decurio.§.necnon.in aut. de monach.§.si verò.&.§.seq.&.ff.de iudi.l.si quis. Sed de iure canonico secus:quia per clericatum est factus alterius fori.ita quòd iudex secularis nõ habet se intromittere: vt extrà de foro compe.c.si diligenti.de iudi.c. fi.C. si à non compe.iud.l.j.& per totum,de episc.& cleri.aut. statuimus. Sed tamen si iste talis dimitteret habitũ clericalem,vel exiret religionem non professus,tunc iudex secularis potest ipsum punire,cùm prsumi debeat se clericasse vel religionem intrasse in fraudẽ,& causa euitandi pœnam.& hoc sibi prodesse nõ debet.ar.C.de sac.san. eccle.l.qui sub prætextu.de distrac.pign.l.qui sub imagine. Item quia dolus nõ debet alicui prodesse.& est malitijs obuiandum &c.& maleficium non debet esse impunitum: vt.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.cum simi.

128 †Sed quid, ordinatum est quòd si quis percusserit aliquem de nocte quòd debeat puniri duplici pœna, & de hoc accusatus est: testes dicunt quòd fuit de sero,* nunquid pœna duplici condemnabitur. Respon.non:sed est puniendus ac si de die, quia pœnæ sunt moliendæ.ff. de pœ.l.si interpretatio.ar.C.qui bo.cedere pos.l.fi.§.vlti. nam etiam in obscuris sequitur quòd est minimum.ff.de reg.iur.l.semper. Item quia fauorabiliores sunt rei &c. vt.ff.de act.& obli.l.Arrianus. Item quia in dubijs cõtra fiscum est pronunciandum:vt.ff.de iure fisci.l.non puto.

Econtra quòd pœna dupli cum dicatur ab ortu solis vsq; ad occasum &c. Ibi manè & vespere dies vnus &c.

129 Sed prius dictum approbatur. †Sed quid,quidam cõmisit homicidiũ,& orto rumore dum iste homicida prosequeretur à familia potestatis causa capiendi eum, quidam amici & propinqui fecerunt se obuiam familiæ dãdo impedimentum,ita quod non fuit captus, sed euasit: & de isto maleficio,auxilio,& fauore,accusati sunt,quæritur an sint puniendi? Respon.quòd sic,eadem pœna.argumen.C.de episco.audien.l.addictos.& de episc.& cle. l.raptores.§.fin.ad Silla.l.si quis in graui. Alij dicunt quod sunt puniendi pœna extraordinaria non de homicidio:quia non dederunt auxilium vel fauorem ad maleficium committendum seu homicidium, & imponetur pœna pecuniaria,vel relegationis ad tempus,vel alia extraordinaria arbitrio iudicis, cùm non sit pœna determinata:vt.ff.de extra.cri.l.j.de pœnis.l.hodie cum simili.& ita fuit de facto consultum & hoc verius videtur. Sed si monstrauerit iter ad fugiendum homicidæ,& per hoc ipse euasit,non tenetur,secundum quosdam.Sed videtur cõtra quod puniatur.argumen.C.de exac.trib.l.quoties. lib.x.saltem pœna extraordinaria:cùm sint tres mali exẽpli fauere malefactoribus. argumen.de his qui latro.occul.l.secunda circa princip.&.§.deinde.ff. de adulte.l.is qui opem.C.de episco.& cleri.l.raptores.§.fina.ff.de pœ. l.si quis aliquid.§.si abortus causa.&.l.hodie.quod verius puto ne maleficia sint impunita &c.nam videtur quod quilibet tenetur capere malefactores,& in fortiam communis ducere: alias punitur. argumen.C.de his qui latro.occul.l.prima.&.ij.circa princip.&.C.de maleficis.l.fin. ergo si facit eum euadere, debet damnari saltem extraordinarie vt dictum est monstrando ei viam vnde fugiat, quia dat ei opem ad fugiendum. quod esse non debet.ff.de seruis fugitiui.l.prima.§.vnusquisq;.l.impunitum. Item non debet &c.ff.de furtis.l.furtum non committitur.&.l.qui seruo, quia licet non puniatur de furto, quia furtum non commisit, tamen quia delinquit præstando fauorem ad fugiendum, debet puniri saltem pœna extraordinaria,vt dictum est:quia maleficium non debet esse impunitum &c.ff.ad leg. Aquil.ita vulneratus cum simi. Item si quis sociat latronẽ punitur de societate.multomagis si facit ipsum euadere.C.qui latro.occul.l.j. Item si quis mittit literas,dicitur prestare fauorem.ff.ad leg. Iul.maie.l.j.§.fi.multomagis si monstrat ei viam ad fugiendũ. Item si quis allegat pro isto coram iudice,videtur ipsum defendere & fauorẽ præstare.ff.de procur.l.seruũ quoq;.§.publicè.& de accu.l.res vnde debet puniri.facit extrà,de iude.c.quod olim.ar.ff.de cõsti.

130 pec.l.licet cum simi. †Sed nũquid tenetur quilibet indicare malefactorẽ & furẽ? Respon.nõ videtur,secundum iura vetera:quia si licitũ est accipere prciũ propter indicandũ:ergo compelli nõ potest:vt.ff.de cõdi.ob tur. causam.l.dedi tibi. Sed potest cõpelli iudicis officio ad quẽ spectat punire maleficia & purgare prouinciã malis hominibus:vt.ff.de offi.præsi.l.iij.&.l.cõgruit.ad hoc ne maleficia sint impunita: vt.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.sed de iure canonico potest indistinctè cõpelli ad indicãdum.extra de fur.c.qui cũ fure.& suprà no.de fur.

131 facit.C.de his qui latro.occul.l.j.&.ij. †Sed quid,vulnerasti aliquẽ de quo accusatus fuisti, & ille vulneratus decessit,dicitur quòd ex dictis vulneribus decessit:tu negas,quæritur quid iuris? Respon.dicunt quidam quòd si

† intra paucos dies† decessit quòd prsumitur mortuus ex vulnere.vt extrà de homicidio.c.Petrus.& appellãt paucos dies quinquaginta: vt.l.di.si qua fœmina.&.xxx.q.j. si quis inuentus.Ego puto distinguendũ aut erat mortiferè vulneratus,aut nõ,vt no.suprà de insultu.§.sed quid aliquis fuit accusatus insultatus vel vulneratus cum gla

132 dio &c. †Sed quæro nunquid diuites & pauperes pari pœna puniantur? Respon.aut tractatur de pœna pecuniaria,& tũc maiori pœna diuites quã pauperes puniuntur iure cõmuni: imo ratione paupertatis potest remitti mulcta:vt.C.de modo mulcta.l.eos.C.de seru.fug.l.quicunq;.ff.de offi.præsi.l.illicitas.§.fina. Si verò de pœna corporali,tunc magis pauperes quã diuites: vt.ff.de pœ. l.milites.Itẽ plus serui quã liberi.ff.de fal.l.j.in fin.& ista pœna corporalis nõ potest remitti de iure ciuili:vt.C.de pœ.l.pœnam.nisi à principe: vt ibi not.Sed de iure ea tamen ex causa põr:vt extrà de offi.leg.c.de causis.

133 †Sed pone quòd.T.accusauit M.de aliquo maleficio, & hoc nõ probatur,nunquid est de falsa accusa puniendus? Respon.sic videtur:vt.ff.de calum.l.j.§.j.vbi de hoc. Nam falsitas est mutatio veritatis &c.vt in aut.de fid.instru.in princi.Alij dicunt contra.per aut.vt litigantes iurent.§.si

134 quis aũt.colla.ix.Sed primũ verius est. †Sed quid,accusati sunt duo,pr & filius,vel duo fratres,qui ad inuicẽ rixati sunt vel percussi,nunquid sunt puniẽdi? Respõdeo si grauiter adinuicem deliquerunt,sunt puniendi:vt ff.de pœ.capitalium.§.an ipsa.de re iudi.l.fi. Si autẽ leuiter in causa correctionis tunc leui pœna aut nulla sunt puniendi.ff.de pœ.l.respiciendũ.§.furta.de intur.l.prætor edixit.§.prterea.&.l.vestẽ.§.j.C.de pa.po.l.si filius tuus.

135 de emenda.propin.l.j.cum simi. †Sed quid, accusatus est.M.quòd ipse cõmisit adulterium cũ vxore Ioannis, ipse probat ad se defendendũ,quòd ipsa est mulier malæ conditionis,& assueta se exponere multis hominibus,& ipse alias eam pluries cognouit carnaliter,quæritur quid iuris? Respon.quòd sit excusandus per.l.C. de adulte.l.

136 quãuis.in fi. †Sed quid, ordinatum est per legem municipalem,quòd qui adulterium commiserit puniatur in cẽtum lib.Accusatus fuit.M.de adulterio,& sic dicto in alijs delictis,& quia nõ fuit inuentus culpabilis,absolutus fuit ab illa pœna pecuniaria:post hoc accusatur lege Iul.de adul.& petitur quòd occidatur.C.de adult.l.quãuis.in fi.quæritur quid iuris? Respõ.& videtur quod debeat procedi super accusa,& puniri si fuerit culpabilis:& est ratio:quia pœna pecuniaria,non tollit corporalem:vt C.quando ciuilis ac.cri.præiu.l.j.C.vi bon.rap.l.ij.de se-

pul.vio.

pulch.vio.l.qui sepulchrum. Econtra quòd non:quia duabus legibus nõ debet quis puniri de eodem delicto: vt ff.de accus.l.senatus.nec debet sepius queri de delicto eiusdem.ff.de nau.can.sta.l.licet,nisi doceret de prauaricatione & collusione primi accusatoris:vt extrà de accus. c.de his. & ibi not. Et hoc verius puto. †Sed pone q plures homines erãt in vna domo de qua lapis proiectus est in via,& quendam prtereuntem percusit & occidit, & omnes isti accusati sunt,cõstabat benè quòd lapis fuit proiectus de domo,sed non constat per quem: quæritur quid iuris? Respon. dicunt quidam quòd omnes debent condemnari.ff.ad legem Aquil.item Mela.§.si plures.& l.ita vulneratus. ff. de his qui deiec. vel effud. l.j.§.fi.& l. seq.Econtra quòd nullus teneatur cùm pœna debeat tenere suos autores. C. de pœnis. l. scimus. & non constat quis proiecit,& in dubio melius est nocẽtem absoluere, quàm innocentem condẽnare.ff.de pœ.l.absentem. Itẽ ratione incertitudinis pœna euitatur.ff.de rei ven.l. Pomponius.in fi. Solu. Aut omnes interuenerunt studiosè & animo delinquendi, & tunc omnes puniuntur, quia vnus videtur mãdato alterius fecisse:vt dicta l. itẽ Mela. §.si plures.de vi & vi arma.l.j.§.quoties.C.de accusa.l.nõ ideo minus.Si autẽ non interuenerũt animo delinquẽdi, tunc ille solus punitur qui proiecit. ff. de sicar. l. fi. si hoc constat.Si verò non constat quis fuerit, omnes in dubio debent absolui:vt dicta l.absentẽ.cum simil. Sed quia res est mali exempli poterunt pecuniariter in aliquo condẽnari iudicis arbitrio.ff.de pœ.l.hodie.de extra.cri.l.j.cum

138 simil. †Sed nunquid omni tempore etiam feriato poterit cognosci de crimine & maleficio etiam festiuis diebus. Respon.sic videtur.C.de ferijs.l.prouinciarum.in

139 authẽ.vt iudi.sine quoquo suffr.§.oportet.coll.ij. †Sed pone quòd M. fuit accusatus, quia vulnerauit Ioan. & de vulnere fuit condemnatus, postea ex illo vulnere Io. mortuus fuit, nunquid poterit de homicidio accusari &

a condemnari. Respon. dicunt quidam quòd non:*quia non debet sæpius quæri de delicto eiusdẽ. ff. de nau.cau. sta.l.licet. Itẽ fuit iam accusatus vnde non potest ab alio accusari.C.de accus.l.qui de crimine.cum simil.Sed dico contra ad hoc ne maleficium sit impunitum. l. ita vulneratus.& videtur casus ff.ad legem Aquil. l. seruo vulnerato.de actio.& obli.l.qui seruum. Item si hoc fieri nõ posset iam per minorem causam vulneris fieret præiudicium causæ maiori homicidij, quod esse non debet.ff.de iudi.l.per minorem. Item non obstant alleg.in contrarium:quia ibi fuit accusatus solùm de vulnere, & non de occiso:& sic de alio maleficio accusatur,videlicet de mor

b te.Non obstat exceptio rei iudicatæ.arg. C. de exhi.reis. l.neque.in fi.& C.de pe.hæredi.l.hæreditas. cum similib.

140 †Sed quid, M.accusauit Io.de aliquo maleficio,& dedit quosdam testes qui non approbãt maleficium, iudex ad inquisitionem veritatis vult alios testes inducere & examinare ex suo officio,nunquid poterit? Respondeo, dicunt quidam q nõ:quia accusator habet suã accusam probare,& si non probauerit, reus venit absoluendus.C. de eden.l.qui accusare. Et est alia ratio:quia accusa est ordinarium iudiciũ,& ex officio procedere est extraordinarium:& vbi habet locum ordinariũ non potest habere locum extraordinarium.ff.de mino.l.in causæ.& hoc verius. Sed si accusator desisteret & nollet probare suam accusam,tunc videtur quòd in publico iudex possit examinare ex suo officio, & inquirere veritatem ad hoc ne maleficium sit impunitum.extrà de collu.c.j.& ij. nã ipse habet inquirere veritatem omni modo quo potest. C. de eden.l.ij.C.de iudi.l.iudices.xxx.q.v. Iudicantes oportet

141 cuncta rimari. cum simil. †Sed pone quòd filius tuus vult committere maleficium te præsente, & dum posses prohibere noluisti:nunquid es puniendus? Respond. sic videtur, vt in seruo & domino contigit. ff. ad legem Aquil.l.scientiam.de noxa. l. omnibus. Sed quali pœna debes puniri. Respondeo forte eadem, cum videaris præstare fauorem negligẽdo prohibere cùm posses, arg. extrà de hęret.c.ij.& c.cùm ex iniũcto.& ij.q.viij.c.negligere,dum dicitur negligere cùm possis prohibere: nihil aliud est, quàm fauere &c. & de ope quis punitur. ff. de fur.l.is cuius ope.instit.u. de obliga. quæ ex delic. nasc.§. ope.& §.seq.vel cùm non sit expressa, tunc extraordinaria pœna debet puniri: vt ff.de pœ.l.hodie. de extraordi.

142 crim.l.j.cum simil.quod verius videtur. †Sed pone q M.accusauit Io.& pẽdente accusa,Io. vult accusare M. suum accusatorem,nunquid potest? Respondeo non,nisi prosequatur suam vel suorum iniuriam. ff. de accusa.l.is qui reus.sed prosequendo suam vel suorum iniuriam, vt filiorum, tunc potest: vt not. C. qui accusa. non pos. l.j.

143 †Sed pone quòd accusatus es de crimine vel de maleficio per te commisso iam sunt xxx. anni elapsi:nunquid debet super tali crimine procedi? Respondeo non puto, sed intra xx.annos sic.C.de fal.l.querela. extrà de excep. c.cùm venerabilis.ad fi.& hoc est regulare. fallit in partu supposito.ff.de fal.l.qui falsum. extrà de pœ. c. officij. & idem potest dici in ea quæ partum abiecit.ff.de pœ.l.cæterorum.quia potest tunc accusari perpetuo.

ADNOTATIO. a ¶ Delatio. Adde tu ad vindictam publicam in iudicio legitima interueniente descriptione. it a Docto. in rubri. extrà de accus.

ADDITIO.

Tu vide Ang.in tract.malefi.in verbo,necnon & ad querelam. col.j.& quæ ibi posui in addic.Hieron y.Chuca.

ADDITIO.

b ¶ Libello. Vide Ang.de malefi.in trac.malefi.in verbo,hęc est quędam inquisitio.nu.lij.& quæ ibi latiſ.posui.Hiero.Chuca.

c ¶ Aduersario. Intellige vel citato, vt dicta l. de vnoquoque. & in dicto c.quoniam contra.

d ¶ Sed anni. De hoc per Alexan.in consi.lxxij.col. & ver his suppositiones.in j.volu.& in ij.volu.consil.cxlix.colũ.ij. & consil. clxxvij. col.iiij. versi.his præmissis.de his autem dic,quòd iudex suadente sibi æquitate poterit ad instantiam rei iubere:vt ponatur dies.ita Bart.in l.libellorum.alleg. licet Imol.contra, in l. is qui reus.ff.de publi.iudi,sed opi.Bar.communiter tenetur.Adde quod etiam & dies de necessitate requireretur,quando per statutum fieret in illa die delictum,& etiam hora:vt per glos.in l.cùm actum.ff.de negoc gest.& dicit Bart.in dicta l. libellorum.

e ¶ Inscribere. Adde quòd hoc de cõsuetudine non seruatur.ita Bar. in l.si cui.in princ.& in l.libellorum.ff. de accus.

ADDITIO.

Tu vide Angel. Aret.& quæ ibi posui in tracta.malefi.in verbo, necnon ad querelam &c.versi.ij. requiritur.vbi reperies omnia hic dicta,in isto versic,constitutus &c. notabiliter & latius declarata. Hiero.Chuca.

ADDITIO.

f ¶ Nomine. De veritate huius quæstionis,scilicet an syndicus possit accusare syndicario nomine,vide Angel.in tract.malefi.in verbo, necnon ad querelam.nu.xx.versic.iij.non admittitur &c. vbi vide quæ ibi posuimus. Hiero.Chuca.

g ¶ Respond. sic. Intellige tu hoc verum quando plura delicta puniuntur eadem lege.i.non est nouum. ff.de restitu.spolia. si autem puniuntur pro diuersis legibus, tunc diuersæ causæ requiruntur. dicta l.non est nouum.ita Barto.in l.libellorum.§.sed aliud. & in l. senatus.ff.de accus.& vide eundem, & Bal.in l. qui de crimine.ff. de accusatio.

h ¶ Econtra. Vide Gand.in tract.malefi. Et adde quòd pro hoc facit quod dicitur de vno præstante pluribus auxilium, vt per Barto.in l.si in rixa.ff.ad legem Cornel. de sicar.

i ¶ Malefica. Quando quis compellatur accusare, vide tu de hoc per Bar.in l.incip.ff.de accus.& Bal.& Salic. in l.si quis homicidij. C.de accus.& per Sali.in l.ex morte.col.ij.C. ad legem Aquiliam. qui videntur tenere contra Bart.in dicta l.incip.

k ¶ Respondeo sic. Adde tu quòd ista decisio non videtur vera:quia in statuto propriè appellatione armorum, non veniunt fustes, & similia:ita Ang.in l.si de pignore.§.si furem.ff.de furt.& Roma.in l.j.§.occisorum. ff. ad Silla. & quod fustes & similia propriè non veniunt appellatione armorum. glos. est singula. in clemen. j. de sta.monach.

l ¶ Respondeo,non. Intellige si adulter sit vilis: vt l.Gracchus. C.de adult.& quòd si non punitur lege Cornel.de sicar.punitur tamen aliter,vt per Salicetum in dicta l. Gracchus.& intellige quando deprehendit occisum in actu veneris,ita & in patre,de quibus vide late per Angel.in tracta.malefi.in versic.[che hai adulterato.] colum.j.& ij.& vltra ibi dicta adde Alex.in consi.lxxvj,col.j. versi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen pio.in j.volu. & in consil.cxlj.colum,fin.versic. præterea.in ij.volu.in quibus locis habeas quando possit occidere vxorem.

m ¶Econtra. De hoc vide per Ang.in tracta.malefic.in versic.hæc est quæda inquisitio.col.j.& versi.quæro an inquisitus.

n ¶Oculus. Adde quòd imò oculus est membrum: quia habet propriã & distinctam operationem in corpore nostro, vt tetigit Aristo.in iiij.moralium.& dicit Imol.in l.ij.col.iiij.ff.de publi.iudi. allegãdo Bal. & Ang.

o ¶Respondeo & videtur. De hoc vide tu Bart.in l.si vxo.ff.ad legẽ Cornel.de sica.& per Bald. in l.j.C.si plures vna senten.& in l.j.C. de condi.fur.& Bartol.in l.si cum exhibuisset. §. si plures. ff.de pu-

p ¶Extincta. Intellige tu vtrum nisi essemus in casibus in quibus memoria hominis esset condemnanda, iuxta not.in §.per contrarium.insti.de hæred.quæ ab intest.facit l.fi.§.fi.ff.de bo.eo. & adde quòd corpus famosi latronis, poterit puniri ipso mortuo: vt per Imo.in l.defuncto ff. de pub.iudi.

q ¶Nullitate sola. Intellige hoc verum si constat quòd bannitus calumniosè dicit sententiam nullam: quia tũc poterit attendi,vt per Bald.Ang.Imo,& Docto,in l.qui à latronibus. ff. de testa. secus si de nullitate constaret.vide per Bart.& communiter Doct.in dicto §.si servus.& adde etiam quòd non poterit offendi talis bannitus, qui dixit de nullitate, licet non constaret de iustitia vel iniustitia banni.ita do.Barthol.Vero,in dicta l.iij.§.seruus.vbi plenè de materia.& vide Alexan.in consi.lxxxvij.in iij.volu.incip. visis dubitationibus.

r ¶Econtra quòd non. Adde glos.singul. in cle. sæpe, in ver.defensionem,de verbo.signifi.Bald. & Imol.in l. filjus famil.ff.de do. per Doct.in c.j. de constit.& vltra vide Alexan. in consi.lxv.col.ij.ver. nec prætextu,in j.volu. Pari. de Neapol.in tracta. sing.ad verbum torturam.§.an de repetitione.col.iij.ver.an potestas.& in §.an stetur.col.v.versi.licet iudex.

s ¶Sive statuto. Adde quòd ista est vera: & vide Bart. in l.iura. ff.de legi.Imol.in l.si ita scriptum.ff.de libe.& posthu. Pet.de Ancha.in consi.cix.incip.superstite,& Alexan.in consi.cx.incip.circa dubitationes,colũ.iiij.in ij.volu.& in consi.lxxx.col.iij.ver.sed præmissis.in j.vol,& in consi.xxiiij.col.ij.in princ.& col.iiij,versi, nec obst, in ij. volu.

t ¶Respon.sic. Vide tu per Bar.& latius in l.sanctio legum.ff.de pœ, & latissimè per Aret.in tract.malefi.in versi. in platea communis, col.pe.versi.& aduertendum.

v ¶Secundùm Dy. Adde tu quòd Bart.in l.is qui opẽ. ff.de fur.tenet contra Dy.de quo vide per Doct.in l.j.C.de nili.agg.non rumpen. & in l.penult.C.de rapt.virgi.per Angel. Areti.in tract. maleficio. in verbo,dicto maleficio semper astitit.col.iij,versic. quæro primò plenè per Feli.in c.j.de offi.deleg.

x ¶De vniuersitate. Adde Bart.in l.aut facta. §.fi.ff.de pœ.quẽ vide, qui sequitur Pe.in c.graues,extrà de senten.excom.quòd vniuersitas non possit puniri corporaliter. Ang. in consil.clxiij.& Salic.in l.j.colum.penul.C.de seditio.adde tamen quod ob magnitudinem delicti,totus populus punitur: vt Doct.in c.dilecti.ij.de simo. & ibi per te.vide Felin.qui ponit multos casus,vbi propter attrocitatem delicti ciuitas destrui potest.

y ¶Sed dic, Vide per te Bart.in l.non solùm.§.si mãdato.ff.de iniur. aliter distinguentem,quem videntur sequi Doct.maximè Sali.in l. non ideo minus.versi.quæro tertiò.C.de accus. Et adde quòd vbicunque mandatum habetur pro perfecto in se,tunc tale mandatũ punitur pœna ordinaria, ac si delictum principale fuisset cõmissum,per text.in c.pro humani.de homici. lib.vj. & inquantum hic dicit quòd mandans delicto sequuto non punitur, intellige pœna ordinaria:vt per Bar.in dicto §.si mãdato.& Ange. in cõsil. xiiij. incip.nos Carolus.& adde Alexand.in cõsi.lxv.in iiij.volu.vbi statuum loquens de homicidio non habet locum in mandante.

z ¶De fero. Adde tu & vide,an de fero dicatur de nocte per Bartol. in l.qui duos.§.j.ff.de manumis.test.& in l. aut facta. §. tẽpus.ff. de pœnis.& in l.Titius.§.primo.ff.de liberis & posthumis.vbi optimè distinguit.

ADDITIO.

† ¶Dies. Adde Angel.Aret.in tract. maleficiorum. in verbo,& ex intervallo dictus Titius ex dictis vuulneribus mortuus fuit &c.vbi vide quæ ibi posuimus.Hiero.Chu.

* ¶Quod non. Adde quòd ita tenet Bart.in l.nunquam plura. versi. quæro circa hoc.ff.de priua.delic.& in l.senatus.ff. de accusa. & in l.prætor edixit.§.fi.ff.de iniur.

De denunciationibus,& notificationibus, & pluribus formis earum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio & denunciare quid sint.*
2 *Denunciator quid facere debeat, & an iuret.*
3 *Denunciare quis possit,& an procurator & quando denunciet.*

1 VIdeamus de denũciatione, posteaquam de accusatione tractauimus. †Denunciatio est alicuius criminis delatio:vnde denũciare est ratione alicuius delicti aliquem ad pœnam deferre: nam prepositio, de,auget nuncupationem. arg.ff.depositi. l.j. †Et not.quòd ille qui denunciat,debet suam denũciationem probare,& ei assistere,cùm iste talis loco accusatoris habeatur.ff.ad Turpil.l.ab accusatione. §.nunciatores.arg.C.de edendo.l.qui accusare. debet etiam iurare quòd non calumniosè accusat vel denunciat. C. de iura. calum.l.j.ff.de ope.nouì nuncia.l.de pupillo.§.qui opus. ff.ad exhiben.l.thesaurus.cum simil. †Item nota quòd nullus admittitur ad denunciandum, nisi sua interfit: vt extrà de accus.ca.illa præpositorum. nisi sit officialis:vt l. ea quidem.C.de accusatio. & potest fieri ista denũciatio per procuratorem & probari:vt extrà de præsump.c.cùm in veritate.de testi.c.ex parte. nisi sit fortè imponẽda pœna vltra relegationem: nam tunc procurator nõ admittitur:vt ff.de publi.iudi.l.penult.§.ad crimen. & in tali denunciatione,puto illas personas repelli quæ repelluntur ab accusando,nisi prosequatur suam vel suorum iniuriã.

2 3 Quæ autem sint iste personæ not. suprà de personis quæ pos.accus.vel nõ.vnde sic est formanda denũciatio.

Forma denunciationis de insultu.

4 *Forma denunciationis de insultu.*
5 *Denunciatio an sit idem quod accusatio.*

4 Coram †vobis domino potestate &c. In suo sacramento dicit & denunciat. P. filiũ talis &c.de tali loco &c.quem dicit de anno, mẽse &c. Insultasse & insultum fecisse animo irato, & malo modo contra M.filium suum cum vno cultello feritorio, de ferro malicioso: & ipsum vulnerasse in manu dextera cũ sanguinis effusione. Quare petit prædictum P. denunciatũ puniri secundùm formam iuris &c. Et prædicta fuerunt perpetrata in tali loco &c. Potest & alio modo formari secundùm quod qualitas facti requirit.Secundùm formã accusationis not.suprà de accus.& formis accusationum.

5 †Sed no.quòd denunciatio non est idem quòd accusatio,sed est quædã notificatio:vnde nunciare nil aliud est, quàm notificare maleficium fore commissum:vt colligitur.C.de accusa.l.ea quidem. & per talem nunciationem siue notificationem potest iudex inquirere de maleficio: quia maleficia quandocunque claruerint sunt punienda. xxiij.q.iij.ecce.ff.de offi.præsi.l.congruit.cum similibus.

Forma notificationis.

6 *Forma notificationis.*

6 Coram †vobis &c. P.filius &c.notificat vobis quòd tale maleficiũ commissum per talem,in personam talis, in tali loco, & tali tempore:vnde super his potestis inquirere & procedere ex officio vestro, & omnes repertos culpabiles punire &c.

Alia forma notificationis de vulnere illato.

7 *Forma notificationis de vulnere illato.*
8 *Notificare & accusare,an quilibet possit,& an homo malæ famæ denũciare possit,& quid debet facere iudex recepta denunciatione.*
9 *Denunciare,an teneantur illi de uicinia ubi commissum est maleficium.*
10 *Officiali asserenti aliquem commisisse aliquod delictum uel contra fecisse statuto,an credatur:& qui poterunt in his testificari.*
11 *Ordinato quòd qui accusauerit,habeat lib.x.si aliquis non accusset sed denunciet,an habebit dictas lib.x.*
12 *Ordinatum est quòd quælibet uilla uel castrum debeat denunciare maleficia commissa in suo territorio,fuit commissum delictum in confinio duorum territoriorum,& nulla facta fuit denunciatio, quid iuris erit.*
13 *Iudex quid facere debeat sibi facta denunciatione.*

Coram

7 Coram †vobis &c. B.suo sacramento notificat quòd M. insultauit & insultum fecit contra A. filium quondam Anto. cum vno cultello feritorio, & ipsum percussit & vulnerauit in facie cũ sanguinis effusione, ex qua percussione mortuus est. Et prædicta fuerunt talí anno,mense,& loco, in tali parte &c.super quo procedatur ex officio vestro si vobis videtur &c. Et iste talis notificator non debet
8 aliquid probare nec assistere si non vult. †Item not. q quilibet potest notificare cùm nõ reperiatur &c.Sed non potest quilibet accusare & denũciare, vt patet suprà qui accus.non possunt. Item denunciare non possunt homines malæ famæ, sed debent esse bonæ famæ, vitæ, & conuersationis:vt extrà de accus.c.repellantur. & c.qualiter. & c.cùm oporteat. Et recepta denunciatione debet iudex inquirere &c. vt infrà de inquisitionibus pleníus dicetur. †Sed nunquid illi de vicinia vbi est commissum maleficium tenẽtur denũciare delictũ fore commissum? Respondeo nõ videtur:quia nec furem indicare tenentur:vt ff.de condi.ob turp.caus.l.iij. Contra q sic:
9 ad hoc ne maleficiũ sit impunitum:vt l. ita vulneratus.ff. ad legem Aquil. & quia expedit peccata nocentum esse not.ff.de iniur.l.eum qui.Itẽ quia quilibet tenetur capere malefactorem,& in fortiã cõmunis ducere. C.de his qui latro.occul.l.j.quod si nõ faciunt extraordinariè puniuntur:vt d.l.j.& ij. multomagis denunciare &c. facit ff. de fer.fugi.l.j.§.vnusquisque. & l.impunitum. C.de mathe.
10 l.fi.cum simil. †Sed nunquid creditur officiali aliquem cõmisisse aliquod maleficiũ, vel aliquid fecisse cõtra formam alicuius statuti? Respon.nõ videtur nisi probet. C. de accus.l.ea quidem. Alij distinguunt, aut ille officialis est electus & deputatus ad denunciandùm maleficia & excessus,& portantes arma vetita, & ludentes ad ludum azardi,& similia facienda, sicut sunt custodes noctis, & vinearum,& similes:tũc eis non creditur nisi probent: & nisi expressè sit dictũ q eis credatur,& sic potest intelligi d.l.ea quidem.Si enim dictum sit & ordinatum quòd eis credatur,debet credi.ff.ad Municip. l. constitutionibus.

Aut eorũ officium consistit non solùm in denuncian-
do, sed etiam cognoscendo & puniendo:vt est videre in iudice maleficiorum qui potest ex officio suo inquirere, cognoscere,& punire maleficia excessus:& tunc eius relationi creditur & statur si iurauit officium sum legaliter exercere. Nam statur relationi nuncij iurati: extrà de
4 appel.c.peruenit.ff.de reb.eor.l.magis puto.§.ne tamẽ.de offic.præfec.vrb.l.j.§.quies. Sed tutius esse puto quòd testes adhibeantur:vt ff.de offi.præsi.l.illicitas.§. veritas.

Et poterit familia rectoris & nuncij communis in his testificari,quoniã pœna applicatur communi: quia non reperitur prohibitum:ergo videtur concessum.ff.de testi.
11 l.j.& l.ob carmen. †Sed quid,ordinatũ est q quicũque accusauerit aliquem malefactorem habeat à communi x. lib.quidam non accusauit sed denunciauit, nunquid debet habere dictam pecuniam? Respon. non:quia si idem esset denunciare & accusare,non essent diuersa.C.de codicillis.l.si idem.ff.de bo.lib.l.qui cùm maior.§.accusasse. & l.in seruitutem. §. petijsse. cum simil. Econtra q sic: nam qui denunciat,accusare videtur. C. de iure patr.l.eũ qui.Item quia denunciatio & accusatio pariter ambulãt: nam sicut accusator probatur,sic etiam denunciator.ff.ad Turp.l.ab accus.§.denunciatores. Itẽ quia potius effectus quàm verba spectanda sunt.l.quamuis.ff.de iu.patr. & tantùm consequitur commune per istã denunciationẽ quantùm per accusam: ergo debet esse idem ius in vna quàm in alia. Et hoc approbatur & verius reputatur.
12 †Sed nunquid ordinatum est quòd quælibet villa vel castrum debeat denũciare maleficia commissa in suo districtu sub pœna centum librarum,contigit & in cõfiniis duorum castrorum,vel villarũ est commissum maleficiũ, & nulla fuit facta denunciatio ab aliquo, quæritur quid iuris? Respon.q quilibet punitur dicta pœna.ff.ad legem Aquiliam.l.si verò plures.§.interdũ.ff.de furt. l.si plures.

13 †Item not.quòd iudex denunciatione sibi facta debet procedere super ea, dummodo interfit denunciantis: vt suprà dixi in princ.& C.de accus.l.ea quidem.de custod. reo.l.in quocunque.de sepul. viola.l.qui sepulchra. ff.de offi.præsid. l.congruit. cùm denunciatio sit vnus modus procedendi in criminalibus. not.suprà de accus. in princ. & extrà de accus.c.super his.

De inquisitionibus & earum formis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis descriptio.*
2 *Item alia descriptio.*
3 *Item alia descriptio,& an in inquisitionibus sit ordo seruandus.*
4 *Inquisitio quando requirat ordinem iudiciarium seruari,& quando non, & an assessores obseruent hæc.*
5 *Puniri an possit aliquis secundùm iura uetera sine accusatore, & in quibus casibus hoc fallat.*
6 *Inquisitio an in omni casu fieri possit, & quid de generali consuetudine obseruetur.*
7 *Iudex quam debeat adhibere diligentiam,& quid facere quando sibi relatum fuerit de crimine.*
8 *Testes quales debeant esse,& mali assessores non sunt assessores, sed canes nuncupari merentur:& inquisitio multis modis formari potest.*

1 SEquitur †videre de inquisitionibus. Inquisitio est alicuius
a criminis indignatio:vt colligitur.C.de fal. l.vbi. †Vel inquisitio est iudicis officiũ
2 ad inueniẽdum malorum delicta, & pœna debita punienda fauore reipublicæ introductum:vt ff.de offic.præfec.vigil.l.nam.de offic.præsi.l. congruit.& l.illicitas.nam reipublicæ interest ne cõmittantur maleficia:vt l.ita vulneratus.ff. ad legẽ Aquil. & facit extrà de accus.c.qualiter & quando.el ij.§. corrigendos.& c.inquisitionis.& de simo.c.licet Hely. †Vel
3 inquisitio est quoddam iudicis officium à iure communi permissum ad malos & perfidos inquirendos, & pœna debita puniendos:vt ff.de offic.præsi.l.iij.§.iij.& in auth. de colla.§.ad hoc prohibemus.coll.ix. & dicta l.cõgruit. cum similib. Et in his inquisitionibus secundùm quosdã non est ordo iudiciarius obseruandus, sed ex mero iudi-
4 cis officio proceditur:vt in dictis iuribus cõstat. †Alij dicunt,aut inquiritur aliquo promouente dictam inquisitionem, vt contra singularem personam: & tunc talis promotio habet probare, & si non probauerit de calumnia,punietur:vt extrà de calum.cap.ij.& c. cùm dilectus. & tunc in tali inquisitione iudiciarius ordo seruandus: quia debet dari libellus, inquisitio, & lis contestari &c. vt extrà de accusatio.c.qualiter.ij.§.debet. & ibi not.& c. ad petitionem. vbi de hoc in glos.not. Si autem iudex ex officio suo mero sine aliquo promotore procedit quòd facere potest dummodo fama præcedat: vt dicto capitu. qualiter.circa principium.& extrà de accusatio. c. inquisitis.§.ad hoc.& c.cùm oporteat.de simonia. c.licet Hely. §.tunc enim.& tunc non est ordo iudiciarius seruandus. & de hac materia plenè not.in dicto c. qualiter & quando &c.vt not. Innocen.in c.olim.de accusatio. Sed as-
5 sessores huiusmodi solennitates non obseruant. †Item not. quòd secundùm iura vetera nullus sine accusatore puniebatur.ff.de munerib.& honori.l.rescripto. §. si quis
b accusatorem. C. qui accusa. non poss.l.tertia. Fallit [b] hoc in aliquibus casibus in quibus sine accusatore procedi-
tur: vt in crimine sacrilegij. C. de episcopis & clericis.l. si quis in hoc genus. Item in crimine suspecti tutoris & curatoris: vt ff. de suspect. tuto. l. tutor quoque. §. præterea. Item in charta falsa. C. de probationibus.l.iubemus. Item in instrumento falso. C.de testi. l. nullum. Item in calumniatore. C.de calumniatoribus. l. prima. Item in crimine fal.C.de fal.l.si quis falsos.& l.vbi. Item in adulterio: vt ff. de adulteriis. l. prima. §. reipublicæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 vbi de hoc no. vnde dicunt quidam quòd nõ potest procedi per inquisitionem nisi in dictis casibus. †Sed contra eos apertè sunt multa iura, per quę videtur ꝙ procedi potest per inquisitionẽ in omni casu: vt in authen. de collatore. §. iubemus. coll⁹. ix. vbi expresse videtur ꝙ procedi posit: vt extrà de accus. c. super his. de offi. ordi. c. j. ff. ad legem Iul. pecul. l. lege. §. mandatis. & ita de generali cõsuetudine etiã obseruatur, quæ vicem legis obtinet. ff. de lega. l. cùm de consuetudine. & l. de quibus. §. fi. & C. quæ sit longa consue. l. j. & per totum. & hoc intelligo si fama præcedat, vel clamor, vel indicium, saltẽ vnum de duo: vt extrà de accus. c. qualiter & quãdo. & c. cùm oporteat. iudex autẽ suo motu. Fama nõ præcedente &c. nõ potest procedere ad inquisitionem: quia iam nõ posset infamare insontem & nõ culpabilem, & punire iniustè quod non videtur iuridicũ. extrà de simo. c. licet Hely. §. ad corrigẽdos. & c. per iuris. §. nos verò. de accusa. c. inquisitionis. §. ad hoc. nam licitũ non est etiã aliũ infamare: vt v. q. j. c. j. §. & iij. & c. si quis famosum. imò qui ex officio offendit innocentẽ, vel condẽnat punitur, vel infamat cõtra veritatem, punitur. C. qui latro. occul. l. ij. §. finautẽ. ibi vero ignaro iudice &c. ff. de sica. l. j. circa prin. ibi quẽ cum magistratus. ff. ad legẽ Iul. repe. l. lege Iulia. §. fi. & dixi suprà de famo. libel. 7 †Item not. ꝙ iudex debet esse cautus, vt cũ relatũ sibi fuerit de crimine cõmisso ab aliquo, ipse debet interrogare qui erãt præsentes, & ipsos examinare, & veritatẽ inquirere, & secundùm veritatem suam formare inquisitionẽ, & testes super ipsa examinare, & sic nõ peccabit. 8 †Item testes debent esse bonæ cõditionis & famæ, non inimici, nõ cohabitãtes cũ inimicis, & tales qui nõ repellãtur à testimonio: vt extrà de accus. c. cùm oporteat. de testib. c. j. & c. testimoniũ. ff. de testi. l. scio. & l. ob carmen. cum simil. & dicetur infrà plenè de testi. Sed mali assessores & proterui & ignorãtes iuris, vt vilipendentes Deum & iustitiam non obseruant prędicta, & tales non possunt dici iudices, si nõ habent in se iustitiam, & si eam nõ obseruant. extrà de verb. sig. c. forus. §. iudex. imò isti tales nõ sunt iudices, sed potius canes nũcupari merentur. Formari autẽ potest inquisitio multis modis secũdùm quod qualitas delicti requirit, & ad instructionem rudium assessorum aliquas formas deferre intendo in hunc modum, videlicet.

Forma inquisitionis cõtra insultantẽ de percussione.

9 *Forma inquisitionis contra insultantem de percussione.*

9 In † nomine Domini, amen.

Hæc est inquisitio quæ fit & fieri intenditur per nobilem virum d. A. potestatẽ &c. contra L. filium talis, de tali loco, in eo, & de eo, & super eo, ꝙ ad aures &c. Fama publica &c. peruenit ꝙ tali anno, mense, & loco &c. insultauit & insultũ fecit prædictus L. contra talẽ &c. & ipsum percusit & vulnerauit cũ vno cultello feritorio in facie ex cuius percussiõe & vulnere sanguis exiuit, super quibus omnibus & generaliter super alijs omnibus cohærẽtibus dependẽtibus & cõnexis, dominus potestas inquirere intendit & dictum L. repertum culpabilem de prædictis vel aliquo prædictorum punire & condemnare secundùm formam iuris &c. omni modo &c. Formata fuit dicta inquisitio per dictum dominum potestatem sedentem pro tribunali &c. die tali &c.

Alia forma inquisitionis contra insultantem &c.

10 *Forma inquisitionis contra insultantem & occidentem.*

10 In † nomine Domini, amen.

Hæc est quædam inquisitio quæ fit &c. & fieri intenditur per talẽ potestatẽ & eius curiã &c. cõtra talem &c. In eo & de eo, & super eo, ꝙ dictus talis insultauit & insultum fecit cõtra talem animo irato, & malo modo, & ordine: & ipsum percusit & vulnerauit cum vno spõtono in corpore ipsius, ex qua percussione & vulnere dictus talis mortuus est. Et prædicta fuerunt in tali loco &c. cui cohæret &c. Formata fuit dicta inquisitio &c.

Alia forma contra illum qui intrat domum alicuius.

11 *Forma inquisitionis contra illum qui per uim intrat domum alicuius & illũ interfecerit.*

11 In † nomine Domini, amen.

Hæc est quædã inquisitio quæ fit &c. per talẽ potestatem &c. cõtra talẽ &c. in eo &c. ꝙ prædictus talis noctis tempore per vim, vel manu armata cũ armis offendibilibus, vel defensibilibus, scilicet pãzeria, tabulatio, siue rutella, cultello, & spata, & lãcea intrauit domum talis, & ipsum percusit, & vulnerauit in capite, & pectore, pluribus percussionibus, & vulneribus, ex quibus sanguis exiuit, & mortuus est ex dictis percussionibus & vulnere. Et prædicta fuerunt &c. super quibus &c.

Alia forma eiusdem materiæ.

12 *Forma inquisitionis contra illum qui alienam domum per uim intrans, uxorẽ alienam carnaliter per uim cognouit.*

12 In † nomine Domini, amen.

Hæc est quædã inquisitio quæ fit &c. per talẽ potestatem &c. contra & aduersus talem in eo &c. ꝙ dictus talis noctis tempore per vim intrauit domum habitationis talis, & ibi inuenit talem eius vxorem, & ipsam per vim proiecit in terram, & violenter & carnaliter eam cognouit, committendo adulterium cum ea contra eius voluntatẽ, & prædicta fuerunt in tali loco &c. tali anno &c. super quibus omnibus &c. forma fuit.

Alia forma contra robatores.

13 *Forma inquisitionis contra robatores.*
14 *Iudex debet formare inquisitionem secundum ueritatem, & nõ aliter, & quæ alia sunt consideranda, & quid faciant de consuetudine assessores.*
15 *Iudex an debeat dare copiam totius processus inquisito, antequam cogat illũ respondere.*
16 *Inquisitione formata non præcedente fama uel clamore, an ualebit processus & sententia.*
17 *Iudice inquirente ex officio non ad instantiam alicuius, an publicatis attestationibus, poterit alios testes recipere ad inquirendam ueritatem.*

13 In † nomine Domini, amen.

Hæc est quædã inquisitio quæ fit &c. contra talem & talẽ publicos latrones & famosos, & stratarum robatores & assassinos publicè & palã, & per vim homines & personas in strata publica sæpius derobare, & spoliare assuetos, in eo &c. ꝙ prędicti & quilibet ipsorum de anno &c. in tali strata publica &c. Iusultauerunt, derobauerunt, & spoliauerunt talem de vnoæquo stellato in fronte, & de vno mantello blancho &c. & de quibusdam alijs rebus quas secum habebat, & etiam derobauerunt talẽ de vna sua gunella blaueta, & de talibus rebus, super quibus omnibus &c. & prædicta fuerunt de anno &c. formata fuit &c. 14 †Et no. ꝙ iudex debet formare suã inquisitionem secundùm veritatem & non aliter: aliàs falsum committit & peccat mortaliter, quæ inquisitio est formanda secundùm qualitatẽ delicti: vt ff. de iniur. l. prętor. & qualitatem rerum & signa: vt ff. de fur. l. actio. §. vestrum. ff. de accul. l. libellorũ. extrà de accus. qualiter & quando. & c. quoniã cõtra falsam. de proba. Item antequàm formet inquisitionẽ, debet præcedere fama vel clamor &c. vt suprà dixi. Et de hoc debet prius constare per testes fide dignos, & tales qui nõ repellãtur à testimonio, vt suprà no. quorũ dicta debet iudex facere redigi in suis actis. extrà de accusa. c. inquisitionis. §. quæsiuisti. ibi ad hoc &c. & c. cùm oporteat. ibi discretioni vestræ. & capitu. inquisitio. in fi. & ij. q. j. Deus omnipotẽs. ibi descendam inquit &c. quia nõ creditur ei nisi quatenus constet legitimis documentis: vt d. c. qm̃ contra falsam. sed de cõsuetudine etiã fama non probata proceditur ad inquisitionẽ multoties per assessores. Item debet apponere locum vbi processus fit in palatio communis, vt dixi: aliàs non valet de iure

iure: vt in authen. vt prępo. no. Impera. colla. v. & dicto c. quoniã cõtra falsam. ff. de iu. & iur. l. pe. cum simil. & alia 15 debent apponi, vt not suprà de accus. §. seq. †Itẽ not. ꝙ iudex debet dare copiã inquisitionis illi cõtra quẽ inquiritur, & nomina & dicta testiũ, & copiã totius processus, & anteq̃ compellat ipsum inquisitioni respondere, cùm adhuc posit suas exceptiones, & suã facere defensionẽ & proponere: vt extrà de accusa. c. qualiter & quãdo. ij. §. debet igitur. Nam quandocunque reo petente debet dare vt posit se defendere: vt ff. de quæstio. l. vnius. §. cognituram. nam defensionis facultas non est deneganda &c. C. de iu. fi. l. defensionis. lib. x. Itẽ quia melius est ante tempus occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere. Sed mali assessores iure à iustitia ignari contra Deum & iustitiam contemnentes hoc non 16 seruant. †Sed pone ꝙ iudex formauit inquisitionem nõ præcedente fama vel clamore &c. vt dixi suprà, & processit, nunquid valet processus & sententia? Respon. nõ de iure. extrà de accus. c. inquisitio. ibi ad quod respõdemus &c. & est ratio: quia non seruatur iuris ordo, vnde non valet. facit extrà de rescript. c. cùm delicta. §. deinde. & c. exhibita. §. j. & fi. C. de sen. l. prolatã. Item & modus est seruandus, & forma aliter nõ valet quod fit. ff. ad Munícip. l. consti. ff. man. l. diligenter. extrà de restit. spolia. c. 17 pisanis. vbi de hoc. C. de procu. l. ad vnam. †Item not. quòd si iudex procedit per inquisitionem ex officio suo, & non ad instantiam alicuius, quòd publicatis testibus siue attestationibus testium receptorum poterit alios testes recipere ad inquirendam veritatem, vt extrà de testi. c. cùm clamor. secus si ad instãtiam alicuius præcessisset: quia tũc timetur de subornatione: vt arg. ff. de accus. l. alij.

Alia forma de insultu & percussione.

18 *Forma inquisitionis de insultu & uulneribus.*
19 *Inquisitio continebit commisso dicto maleficio uel alio in dicto loco uel alio &c. & inquisitionis informatio siue probatio, an debeat fieri secundùm formam inquisitionis.*

18 In † nomine Domini, amen.

Hæc est quædam inquisitio quæ fit &c. per d. potestatem &c. contra & aduersus talem in eo &c. quòd prædictus talis insultauit & insultum fecit cõtra talem irato animo & illicito modo in tali loco, & ipsum percusit & vulnerauit cum vno cultello de ferro, & malitiosè in pectore, & alibi in pluribus partibus corporis, ex quibus percussionibus sanguis exiuit super quibus omnibus &c. & 19 prædicta fuerunt de anno &c. formata &c. †Et not. ꝙ in inquisitione dicitur cõmisso dicto maleficio, vel alio in dicto loco vel alio &c. & debet fieri informatio secũdùm formam inquisitionis, & si aliter fieret, non valet de iure. ff. communi diuid. l. vt fundus. extrà de accus. c. qualiter. sed tamen si ista verba apponantur: quia debent aliquid operari etiam si probatio nõ est facta secundùm formam inquisitionis, ꝙ non minus debet quis condemnari, secũdùm quod probatũ est. facit ff. de leg. j. l. si quando. Itẽ verba generaliter prolata &c. quod nõ puto, quia inquisitio debet esse certa: & in se continere certum. de iniur. l. prętor. in princ. ff. vi bono. rapto. l. prætor. §. docere. Itẽ iura volunt ꝙ sententia feratur secundùm formã inquisitionis vel petitionis, non autem prout facta fuerit probatio, vt dictũ est: vt extrà de accus. c. qualiter & quando. ij. §. pe. quod esse non poterit, nisi secundùm formã inquisitionis vel petionis facta probatio: vt dictũ est: & sic videtur ꝙ dicta verba generalia non sufficiant ad condemnationem fiendã. Alij dicũt ꝙ inquisitio generalis valet etiam si dicatur contra quamlibet petsonam repertam culpabilẽ de tali maleficio &c. argu. C. cõmuni diuid. l. ad officiũ: quia verbum generaliter &c. ff. si mensor fal. mo. dixe. l. j. §. generaliter. xxiij. q. iij. & hoc quia crimine vndecunque clarueriut sunt puninenda &c. cum similibus.

Fit etiam generalis inquisitio cõtra officiales per syndicatores ad hoc deputatos hoc modo vel simili &c.

Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu.

20 *Forma inquisitionis contra officiales in syndicatu.*
21 *Inquisitio generalis cõtra officialem, an debet continere istam clausulã, quòd officialis deliquit in suo officio.*
22 *Officialis, an teneatur de negligentia dolo, & an posit duplici officio fungi.*
23 *Et an condemnatus appellet.*
24 *Et an fugiens de loco habetur pro confesso, & an posit per procuratorem respondere, & per quot dies stare debet ad syndicatum.*
25 *Officialis si non respondeat per se uel per procuratorem idoneum, an stabitur iuramẽto petentis ad fidem plenam si non habeat aliam probationẽ.*
26 *Officialis repertus inutilis, propter quas causas poterit amoueri.*
27 *Officialis tenetur de dolo & imperitia, & an imperitia assessoris imputetur assessori.*
28 *Officialis quomodo puniatur pro subtractis, & an posit accusari quãdocũque durante officio.*

20 In † nomine Domini, amen.

Hæc est quædam inquisitio quæ fit & fieri intẽditur per dominum A. syndicatorem generalem &c. deputatum ad syndicãdum omnes & singulos officiales &c. pro sex mensibus proximè præteritis ad inquirendum de eo & super eo quòd dictus B. officialis &c. tempore sui officij habuit & recepit de pecunijs vel alijs rebus dicti cõmunis vltra salarium sibi deputatum, & etiam super eo ꝙ habuit vel extorsit aliquid malo modo vel illicito cõtra formam iure statutorum &c. ab aliqua persona cõmuni collegio vel vniuersitate &c. & etiam super eo quòd dictus olim officialis fuit negligẽs in dicto suo officio exercẽdo de aliquo, quod per suũ officiũ facere debuit secundùm formã &c. Et etiã super eo ꝙ cõmisit dolũ vel fraudẽ, ac culpã in dicto suo officio, & etiã quia dãnificauit dictũ cõmune vel aliam singularẽ personã &c. & etiã super eo ꝙ ipse intulit aliquod grauamen vel iniuriã alicui personæ &c. indebitè &c. & etiã se absentauit à dicto suo officio &c. & etiã quia omisit aliqua facere de his quæ facere debuit &c. & etiã quia multa fecit contra formã statutorum &c. Super quibus omnibus illicitè cõmissis & perpetratis per eum vel prætermissis dolo negligentia uel culpa sua. Et super alijs oĩbus cohærẽtibus, dependẽtibus & cõnexis ac prorsus extraneis, quæ fecit vel prætermisit, quæ fecit vel prætermisit, inquirere intendit & ipsum repertũ culpabilem, de prædictis vel aliquo prædictorũ debita pœna punire & condẽnare secundùm formã iuris &c. & omni alio modo &c. & ipsum nõ repertũ 21 culpabilẽ absoluere &c. formata fuit &c. †Et no. ꝙ in ista tali generali inquisitione secundùm quosdã nõ debet poni assertiue ꝙ officialis deliquerit in suo officio: propterea quia ius præsumit pro ipso ꝙ bene gesserit officiũ suũ, quod iurauit: vt extrà de præsump. c. illud. & c. audientiam. Nã nemo præsumitur immemor salutis æternæ. 22 C. ad legẽ Iul. rep. l. fi. cũ si. †Item no. & officialis tenet de negligẽtia. C. de offi. prę. præt. l. si quis. de diuer. offi. l. apparitores. li. xij. de offi. prę. l. diuus. Et no. ꝙ nõ pot quis duplici officio fungi: vt no. C. de iud. l. ij. Itẽ tenet de dolo & culpa. ff. de magist. con. l. j. ff. qđ quisq; iur. l. ij. 23 †Itẽ no. ꝙ si officialis condemnetur, nõ pot appellare. C. 24 quor. app. nõ reci. l. nulli. †Itẽ no. ꝙ officialis autũ fugiat de loco, ꝙ habet pro confesso de his de quibus accusat vel inquiritur cõtra eũ. C. de assel. l. cõsiliarios. de digni. l. iudices. li. xij. Itẽ pot rndere per procuratorẽ: vt C. vt oẽs causæ tã ciui. q; crl. l. j. §. fi. Et debet stare ad syndicatũ p 25 quinquaginta dies, vt d. l. cõsiliarios. patet. †Itẽ no. ꝙ si no iterit per se vel per procuratorẽ idoneum qui pro ipso rndeat, & eũ defendat, ꝙ stabitur sacramẽto petẽtis ab eo ad plenã fidẽ, si nõ est alia probatio: vt in auth. de colla. §. de. §. si qs aũt. coll⁹. ix. facit in auth. de mã. prin. §. oportet. 26 col. iij. †Itẽ no. ꝙ si officialis reperiat inutilis ad officiũ exercendũ, vel propter infirmitatẽ longã, vel propter negligentiã vel imperitiã, vel aliã similẽ causam, qđ debet remoueri, & alius idoneus loco ipsius subrogari. ar. C. de 27 of. prę. prę. l. si qs facit. ff. de tutp. tut. l. in locũ. †Itẽ no. ꝙ officialis tenet de dolo & imperitia, vnde si qđ in dolo facit, punit, & si imperite facit, tenet ad dãnũ & interesse:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ff. quod quisque iuris. l. hoc edicto. insti. de oblig. quæ ex quasi deli. nasc. in prin. facit insti. ad legem Aquiliam. §. imperitia. sed tamen imperitia nō debet assessori imputari, sed potestati vel capitaneo cū quo assessor ille mo-
28 ratur: vt dicta l. edicto. & C. de assesso. l. j. †Item not. q̄ si ipse aliquid subtraxit ab aliquo, quòd tenetur ad restitutionem in quadruplum, vt duplum habeat commune siue fiscus, & aliud duplū ille à quo extraxit. C. de assesso. l. consiliarios. ad legem Iuliam repetund. l. j. vel punitur aliter. C. de pœna iud. qui malè iud. l. j. & in authē. ibi posita. Item quandoque potest etiam durante suo officio accusari: vt not. suprà de iis qui accusa. non possunt. circa finem. Sunt etiam quidam simplices qui formāt inquisitiones super relatu hoc modo, videlicet.

Forma inquisitionis super relatu.

29 *Forma inquisitionis super relatu, quomodo fiat, & an sit facienda.*
30 *Inquisitionis processu pendente, si compareat extraneus quòd uelit accusare an sit audiendus.*
31 *Accusatus an sit citandus ad uidēdum iurare testes quos iudex ex officio uult examinare super inquisitione.*
32 *Inquisitione cœpta per iudicem super aliquo maleficio, si iudex moriatur, aut suum finiat officium, an successor super dicta inquisitione procedet, & an debit nouam dilationem.*
33 *Inquisitione facta super homicidio, si inquisitus sit contumax & tanquam confessus condemnetur, an sententia ualebit.*
34 *Bona absentis quando publicantur.*
35 *Iudex quomodo debet esse cautus circa officium maleficiorum ne decipiatur.*
36 *Iudex quomodo debet accedere ad locum mortui, & eum uidere &c.*
37 *Iudex debet credere dicto medicorum.*
38 *Vulnerans animo occidendi aliter punitur secundùm ius commune, aliter punitur secundùm leges Municipales, & generalem consuetudinem morte non sequuta.*
39 *Iudex intēdens examinare testes contra inquisitum uel accusatum, an debeat facere citare eum ut uideat iurare testes.*
40 *Procedi de nouo an possit super eo super quo prius fuit processum & lapsum est biennium, infra quod debuit processus fieri & sententia ferri.*
41 *Linguam sibi abscindens timore tormenti dum procederetur contra eum deprehensum in adulterio uel alio maleficio, an habebitur pro confesso.*
42 *Delinquens in Ecclesia, an grauiori pœna puniatur, quàm alibi delinquens.*
43 *Ludendo si unus ex sociis alium impellat qui cadens sibi frangat caput uel brachium, an impellens puniatur.*
44 *Faber faciens gladium ad uendendum, quo aliquis postea mortuus est, an debeat puniri.*
45 *Familia potestatis inquirente contra portantes arma, si inueniatur cultellus ad pedes plurium, uel sub bancho ubi sedebant, an quilibet sit condemnandus.*
46 *Confitens quòd in isto loco commisit unum delictum, & in alijs locis alia delicta, an hic poterit de omnibus puniri & quando.*
47 *Denunciato Pe. & Anto. si lite habita pro contest. per responsionem istorum ad inquisitionem, an si ille qui denunciauit uult eos accusare, audiatur.*
48 *Capere malefactorem si eum nouit, & illum ducere in fortiam communis, an quilibet teneatur.*
49 *Inquisitio si fiat contra Martinum quòd uulnerauit Ioann. & Marti. dedit fideiussorem super uulnere de quo inquirebatur de præsentando eum, uel soluendo centum libr. pro condemnatione si qua fieret occasione dicti uulneris.*
50 *Fideiubente Titio pro Marti. de præsentando eum pro aliquo maleficio, si dictus Marti. alliud maleficium committat propter quòd exhamiatur, an potestate requirente Titium quòd præsentet Marti. teneatur illud præsentare.*
51 *Iudice inquirente contra aliquem ille comparet & negat se feciſſe maleficiū de quo inquiritur, probatur per testes quòd illud commiserit certum, ille comparet & dicit, ſfeci ad meam defensionem: quod offero me probaturum, an sit audiendus.*
52 *Delicto commisso per senensem in ciuitate Lucana, ex quo iure communi imponitur pœna pecuniaria, & lege Municipali abscisionis manus, quo iure puniatur.*
53 *Delicto commisso si biennium labatur, & fiat lex noua quam iurauit seruare potestas nouus, an condemnabitur delinquens secundùm legem antiquā uel nouam. siue maior sit siue minor pœna.*
54 *Potestate habente arbitrium super crimimbus, quidam ciuis commisit delictū extra iurisdictionem illius & in forensem, an potestas posit contra istum delinquentem inquirere, & debita pœna punire.*
55 *Forensi delinquente extrà iurisdictionem Patauinam, puta Tarusij in forensem uel ciuem, an potestas Patauij poterit illum punire si reperiatur Patauij.*
56 *Forensi delinquente, ut suprà, an erit locus remissioni.*
57 *Fideiubens de præsentando aliquem ciuium pro aliquo delicto, si non præsentat illum monitus à iudice qualiter debet puniri.*
58 *Iudice faciente plura præcepta unum post aliud de præsentando, an de omnibus sit condemnandus, uel de uno.*
59 *Præceptum factum alicui alleganti coram iudice de iure suo, ab ipso iudice ne loqueretur in pœnam lib. x. & ille nihilominus loquatur allegando, nunquid tenebitur, ita quòd possit condemnari.*
60 *Delicto commisso in cōfinio duarum ciuitatum uel castrorum habentium iurisdictionem, an uterque rector inquirere & punire poterit, & an erit locus prouentioni.*
61 *Delicto commisso, ut suprà, si per unum rectorem fuit inquisitum, & reus absolutus, an rector alterius ciuitatis poterit de dicto maleficio inquirere & punire.*
62 *Inquisitione facta contra Titium de aliquo maleficio, ac eo contumace si cōdemnetur ut si uenerit in fortiam communis decapitetur, an eo perueto in fortiam communis debebit decapitari.*
63 *Inquisitio delicti usque ad quod tempus fieri potest.*
64 *Vulnerans aliquem de familia potestatis uel capitanei, an possit inquiri & puniri per potestatem, uel capitaneum.*
65 *Potestate habente arbitrium super criminibus suo tempore cōmissis, si quidā suo tempore sit mortifere uulneratus, & postea tempore sequentis potestatis decedat, cui non erat datum arbitrium, an secundus potestas poterit procedere super homicidio ex tali arbitrio.*

29 Hæc† est quædam inquisitio quę sit per &c. contra & aduersus talem, pro eo in eo & super eo quòd dictum & relatum fuit dicto domino potestati & suæ curiæ, sic & sic &c. dico quòd ista est mala forma, & modus insufficiens inquirendi tribus rationibus principaliter. Prima, quia prius debet constare de relatione in acti. quia non creditur iudici nisi appareat, vt no. extrà de probatio. c. quoniam contra falsam. Secunda, quia iste non de modis est traditis à iure procedendi, vt nota. suprà de accusationibus. in principio. Tertia, quia sententia debet formari & pronunciari secundùm formam inquisitionis. ff. communi diuidun. l. vt fundus. extrà de accusatio. c. qualiter. ij. §. penultimo. de simo. c. licet Hely. & sic sententia formabitur super relatu alterius, & sic super incerto, quòd esse nō debet, quia sententia debet esse certa: vt institu. de actio. §. curare. vnde talis modus mihi non placet saluo semper cōsilio saniori, aliàs nisi vbi persona esset deputata ad deferendum maleficium vel portantes arma, vel ludentes ad azardum, vel similia per formam statutorum vel ordinamentum: nam tunc valet
30 relatio. † Sed pone quòd iudex processit per inquisitionem pendente adhuc processu, comparet alter extraneus qui vult accusare, nunquid est audiendus? Respond. sic videtur: ratio est, quia ordinarium auxiliū præfertur extraordinario: vt ff. de minorib. l. auxilium. & l. in causæ. ff. de eden. l. quædam. ad Municipa. l. j. de adulte. l. si marītus. §. final. vnde si modo compareat ante litis contestationem per respōsionem inquisiti, secus si post: quia de qua re cognouit iudex &c. ff. de iudicijs. l. de quare.

Alij dicunt quòd debet audiri vsque ad aperturam testium. argumen. C. de tempo. appell. l. iij. in fi. Sed alij dicunt quod quandoque ante sententiam. argumen. ff. de adulte. l. si maritus. §. finali. de ædil. edic. l. bouem. §. si sub conditione. extrà de accus. c. de his. cum similibus. & hoc approbat Dyn. facit dicta l. in causæ. & ff. de libe. cau. l.
31 vno. §. plane. †Sed nunquiid iste accusatus debet citari ad videndum iurare testes quos ex officio suo intendit examinare super dicta inquisitione? Respondeo sic de iure: vt C. de testi. l. si quando. & authent. ibi posita. aliàs dicta testium non valent. extrà de testi. c. ij. sed ignari assessores hoc non obseruant.
32 †Sed quid processit iudex per inquisitionem super aliquo maleficio, & decessit nondum finito processu, uel recessit suo finito officio, nunquid successor poterit super dicta inquisitione procedere? Respondeo sic, vt ff. de iudicijs. l. mortuo. de inofficio. test. l. possemus. §. si quis. & sine noua inquisitione debet tamen nouus iudex nouam dare dilationē. ff. de
33 iudi. l. edictū. †Sed quid, iudex processit super inquisitione super homicidio vel alio delicto capitali, ille inquisitus citatus non comparuit, & sic propter suam contumaciam habitus est pro cōfesso, fuit condemnatus, nunquid valeat talis sententia? Respon. non: vt ff. de pœ. l. absentem. & die vt ibi. Et prædicta vera sunt quando imponitur pœna capitalis, vel alia vltra relega. In alijs verò delictis in quibus imponitur pœna pecuniaria, vel alia intra relegationem, bene potest ferri in absentes: vt
34 dicta l. absentē. §. j. & seq. †Not. tamē q̄ bona absentis vsq̄ ad annū non publicātur, post annum verò secus. ff. de req. reis. l. j. §. præsides. & §. sed Papinianus. & l. omnes.
35 cum similī. †Item not. q̄ iudex debet esse cautus circa officium maleficiorū, ad hoc ne decipiatur: quia inuenta veritate delicti cōmissi debet formare inquisitionem suā secundùm veritatem: vt alibi suprà dixi: & ponere in qua parte corporis fuerint vulnera illata, vel in capite, vel in pectore, vel alio loco, ad hoc vt apertè constare possit, vtrum vulneratus sit mortuus ex vulnere vel non, nam tunc scire potest, vtrū de homicidio, an de vulnere tātùm debeat vulnerantē condemnare, & sic non peccat in sua
36 sententia. †Itē debet accedere ad locū mortui, & videre eum, & facere scribi qualiter vulneratus mortuus est, & habere medicos paratos & peritos qui eū medicauerunt, vel alios, & facere vt videant illum mortuum, & vulnera, & delato eis iuramento interrogare si ille est mortuus ex dictis vulneribus, vel ipsorum occasione vel non: & ista omnia faciat scribi in actis suis: & si dixerint illū esse mortuum ex dictis vulneribus, vel eorum occasione, tūc condēnare debet vulnerantē de homicidio, quantūcunq̄ est condēnandus de iure. ff. de sica. l. nihil. aliàs de vulneribus tantùm: & sic per viam istam non peccabit, & iustā
37 dabit sententiā. †Debet etiā credere dicto medicorū: vt extrà de homi. c. significasti. C. de re mil. l. semel. sed iuxta de homi. c. significasti. C. de re mil. l. semel. sed iuxta de homi. c. significasti. C. de re mil. l. semel. sed iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt dicta l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Nec videtur obstare quòd dicitur, quòd nemo cogitur iudicare furem. ff. de condi. ob turp. cau. l. iiij. quia illud verũ est secundùm iura vetera & iure actionis, sed officio iudicis sic: vt ibi not. †Sed pone, inquiritur contra M. q̃ ipse vulneravit Ioan. & dictus M. comparuit, & dedit fideiussorem super vulnere de quo inquirebatur de præsentando dictum M. vel de soluendo centum lib. pro cõdemnatione, si qua fieret de ipso occasione dicti vulneris de quo quæritur contra eum, vt moris est: contigit quòd dictus Ioan. ex dictis vulneribus moritur, propter quòd dictus M. condemnatur in mille lib. de homicidio, per formã statuti. Modo quæritur, an iste fideiussor debeat compelli soluere mille lib. pro homicidio, an solùm libr. centum pro vulnere? Respondeo, videtur quòd soluet lib. centum pro vulnere, quia de alio non inquirebatur: tunc cùm fideiusserit, nec aliud erat deductum in iudicio: vt ff. de iudi. l. solemus. de transac. l. qui cum tutoribus. in fine. & l. non est ferendum. vnde fideiussor debet soluere lib. centum, & ad plus non videtur teneri. ff. qui satisda. cog. l. j. facit ff. ad Municip. l. libertus. §. penul. de fideiuss. l. fideiussor. §. Aurelio. & l. sequen. Alij, vt Dy. distinguunt, aut erat mortiferè vulneratus, & tunc videbatur fideiussisse in lib. mille pro homicidio: & tunc tenetur ad soluend. dictas mille lib. argu. ff. ad legem Aquil. l. huic scripturæ. ff. de fideiusso. l. si quis pro eo. §. si minus. argu. ff. quo. lega. l. Aquil. qui occidit. cum similibus. Sed primum verius videtur. Sed si fideiussisset de soluendo omnem condemnationem quæ fieret de M. occasione maleficij commissi per eum in personam Ioan. tunc planum est quòd tenetur ad omnes mille lib. propter verbũ, omne, quod est generale & vniuersale. arg. ff. de lega. iij. l.
50 patronus. de adi. leg. l. à filio. §. fi. cum simil. †Sed pone quòd Titius fideiusserit pro aliquo de præsentando eum
e pro aliquo maleficio, puta M. contigit quòd dictus M. de nouo commisit maleficium propter quod exbannitus est: potestas petit à dicto Titio fideiussore quòd præsentet dictum M. pro quo fideiussit: ipse dicit quòd non potest: quia ipse ipsum posuit in banno pro alio maleficio:
c quæritur quid iuris. Respon. aut potestas[c] vel iudex præcepit, vt ipsum præsentaret ante bannum datum. ff. qui satisd. cog. l. si decesserit. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. rei
51 capitalis. cũ simil. †Sed pone quòd iudex fecit inquisitionem contra aliquem pro aliquo maleficio, & ipse cõparuit & negauit fecisse simpliciter maleficium de quo inquiritur contra eum: sed tamen probatur quòd dictum maleficium commisit per testes. ipse inquisitus comparet ad sui defensionem, & dicit, & allegat quòd istud maleficium ad suam defensionem fecit, & hoc offert se paratũ
d probare, quæritur an sit audiendus?[d] Respon. dicunt quidam, vt Dyn. aut iurauit à principio, & suo iuramento negauit illum maleficium se commisisse, & tunc non audiatur: quia ei licitum esse non debet, vt extrà de iureiur. c. si verò. & c. quemadmodũ. de dona. c. cùm dilectus. de excep. c. cùm venerabilis. Si autem negauit se esse culpabilem de prædictis, de quibus inquiritur contra eum: & tunc audiatur, si velit probare quòd ad suam defensionem fecerit: quia isto casu videtur solùm negasse q̃ istud maleficium iniuriosè fecerit, sicut contra eum inquiritur: quia per hoc patet quòd nõ fecit iniuriosè. Sed in primo casu negauit factum, videlicet q̃ nõ fecit illud maleficiũ: & neganti factum nulla est probatio &c. C. de proba. l. actor. Fallit ad hoc. ff. de reb. dub. l. si is qui ducẽta. §. vtrũ. cum simil. & ibi Dy. sed contra eum facit apertè. ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. fi. vt post confessionẽ suã
52 audiatur. Alij aliter dicunt, vt no. suprà de accus. †Sed quid Senẽsis deliquit in ciuitate Lucana, de iure cõmuni ex tali delicto punitur pœna pecuniaria: sed secũdùm legẽ Municipalem debet puniri in amissione manus, vel pedis: quæritur an secundùm ius cõmune sit pœna imponenda, an secundùm ius municipale? secũdùm. opi. communem Doct. Respon. quod secundùm ius municipale: quia ratione illius delicti sortitus est forum illũ. & secundùm illa legem municipalem est puniendus. C. vbi sena. vel cla. l. j. C. vbi de cri. agi oportet. l. j. & in authen. qua in prouincia. & est. ff. de offic. præsi. l. iij. de extraordi. cri. l. saccularios. ibi, secundùm fori consuetudinẽ &c. & hoc habet locum in delictis à iure communi prohibitis: vt in furto, homicidio, raptu, adulterio, & si. In alijs autem delictis prohibitis per ius municipale, vt non liceat extrahere carnes, bladum, vel vinum, vel bestias, vel quid simile de ciuitate, vel districtu: & tunc ille qui tali modo deliquit erat sciens prohibitum à lege municipali, & tũc punitur secundùm legem municipalem: quia sortitus est ille forum ratione delicti: vt dicta authen. qua in prouincia. extrà de iudi. c. j. quia licet extrahere bladũ &c. quãuis non sit delictum de iure communi: tamen per ius municipale delictum est ratione prohibitionis: vt C. de mi. l. iij. §. qui rem. ff. de oper. no. nuncia. l. prætor. §. ait. vbi de hoc. de regul. iur. l. non videtur dolo. de nego. gest. l. fina.

Si autem ignorauit prohibitum à lege municipali, vel à statuto, non tenetur: quia forensis erat: quia directè non ligat ignorantes. ff. de decre. ab ordi. facien. l. fi. nec ligant non suppositã personã. C. de sum. tri. l. j. nisi fortè iste talis esset assuetus venire pluries, & stare in dicta ciuitate: ita quòd non est verisimile ipsum ignorare, sed potius scire: nam tunc est puniendus: quia supina ignorantia non excusat. ff. de iur. & fac. igno. l. nec summa. de lib. cau. l. iubemus. argu. C. de resti. mili. l. tutela. cum simil. †Sed po-
53 ne q̃ aliquis deliquit iam est annus, vel biennium: & tũc ex tali delicto poterat condẽnari in centum lib. & postea per nouam legem diminuta est pœna, vel augmẽtata pro tali delicto, an secundùm talem legem veterem quæ erat tempore delicti commissi, vel secundùm nouam punietur, quam nouus rector iurauit obseruare? Respon. dicunt[e] quidam secũdùm nouam legẽ mutatam & iuratam
e per rectorem vigore sacramenti præstiti. extrà de iureiur. c. si verò. & quia lex noua videtur primæ derogare: quia vltima derogat primæ: vt arg. C. de pact. l. pacta nouissima. & facit C. de transact. l. si quis maior. ff. ad Velleia. l. iubemus. Econtra quòd secundùm legem veterẽ, quæ erat tempore delicti commissi: quia nouus potestas vel rector subrogatus in locum prioris, videtur eadem persona cum priori. argu. C. de iudi. l. cùm proponas. Item quia debet iudicare sicut primus tenebatur. ff. de iudic. l. mortuo. C. de iudic. l. properandum. §. finautem. extrà de offi. deleg. c. quoniã Abbas. Itẽ quia tẽpus maleficij debet spectari: vt ff. de neg. gest. l. Papinianus. ad Maced. l. tam & si. & videtur casus. ff. de noxa. l. in delictis. de furt. l. quia. Itẽ lite pendẽte nihil debet innouari. C. vt li. pend. l. j. extrà de consti. c. cùm M. & c. cũ accessissent. & c. cùm
54 ecclesia. C. de leg. l. leges. & hoc videtur verius. †Sed pone quòd rector habet arbitrium super maleficijs: quidã ciuis commisit maleficiũ extra iurisdictionem suã, & in forẽsem, & potestas vult per inquisitionem procedere, & istũ delinquentem debita pœna punire, nunquid possit.

Rñdeo, non videtur pluribus rationibus. Prima, quia nõ deliquit in sua iurisdictione sed extra: nec in personã sibi suppositã, & sic non habet in eũ iurisdictionẽ ratione delicti: vt ff. de iurisd. om. iud. l. fi. de offi. prẽsi. l. iij. Secũdò ipse debet puniri illic vbi deliquit, vt in d. authen. qua in prouincia. vnde debet trãsmitti ad locũ vbi deliquit puniendus: vt C. de adul. auth. si verò criminis. ff. de accusa. l. si cui. §. pe. & l. fi. & si cõceditur à iure, q̃ puniat vbi deliquit, ergo in alijs prohibeẽ. ff. de iudi. l. cùm prætor. Itẽ alia ratione: quia potestati & cõmuni illius loci, vbi deliquit facta est iniuria: vnde ille habet plus punire q̃ alius: vt in d. auth. qua in puincia. vt ille cuius magis interest, prẽferat alteri: vt ff. de adul. l. j. §. pe. & in auth. de mã. prin. §. q̃ si delinquentes. col. iij. & arg. ff. de iniur. l. iniuriarũ. in princ. Itẽ & ille cui principaliter facta est iniuria, cùm eius magis intersit, præfertur ad accusandũ: sic & in casu isto ad puniendũ. arg. ff. de accus. l. si plures. & de adul. l. si maritus. in prin. §. fi. & insti. de iniur. §. patitur. & §. seruus.

Econtra

f Econtra[f], quòd possit per inquisitionem procedere: quia debet purgare prouinciam malis hominibus: nec distinguitur vnde sunt. ff. de offic. præsi. l. iiij. & l. congruit.

Item quia in locis pluribus agitur de crimine, scilicet in loco delicti, & in loco domicilij: vt in casu nostro: & vbi agitur & lis contestatur, nõ opposita fori exceptione declinatoria. C. vbi de cri. agi opor. l. j. & ij. C. vbi sena. vel cla. l. j. nam fori exceptio debet ante lit. contest. opponi, cùm sit dilatoria non potest. C. de excep. l. pe. & fi. ante lit. contest. videntur etiam iuribus consentire: vt ff. de iudi. l. consensisse. de iurisd. om. iud. l. cum quædam puella. & l. si cùm venerit. cum simi. Sed primum est verius, & ita determinatum est, si vult procedere per inquisitionem: si autẽ vellet procedere per accusam, tunc bene potest procedi, & punitur: cùm ratione domicilij, vel originis sortiatur: forum: vt ff. de iudi. l. hæres absens. §. fin. & C. de cri. agi. opor. l. j. & ij. ff. de accusa. l. fina. Item actor siue accusator debet sequi forum rei. C. de iurisd. om. iudic. l. in criminali.
55 cum simi. †Sed quid, forensis deliquit extra iurisdictionem istam in alium forensem, vel in aliquem ciuem, nunquid potest eius potestas punire? Respon. non. de iure, per aliquam viam: quia non est suppositus isti iurisdictioni, nec ratione delicti, nec ratione originis, nec ratione do
g micilij[g]: vnde non habet potestas in eum iurisdictionem. ff. de iurisd. om. iudi. l. fi. de accu. l. fi. cum si. nisi esset vagabundus fortè. iuxta illud. vbi te inuenero, ibi te iudicabo &c. Quis autem sit vagabundus not. j. de furtis & latrocinijs. titu. proxi. §. quid si aliquis commisit plura furta &c. quia actor & accusator debent sequi forum rei. C. de iurisdict. omn. iudic. l. iuris ordinem. & l. in criminali.
56 †Sed nunquid debet istum talem forensem remitttere ad locum delicti, vt ibi puniatur? Respondeo, videtur q̃ sic. C. de adul. auth. si verò criminis. in auth. vt nulli iudi. §. fi verò. ad hoc ne maleficium sit impunitũ. ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. C. de ijs qui latro. occul. l. j. & ij.

Sed contra videtur, cùm non habeat iurisdictionem in eum. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. fin. prius dictum vide-
57 tur verius. †Sed pone q̃ aliquis occasione alicuius delicti citatus comparuit, & dedit fideiussorem de ipso præsentando, sed fideiussor non representat monitus à iudice qualiter debet puniri. Respondeo, aut promisit sub certa pœna expressa: & tunc ad illam pœnam tenetur, & est condemnandus: vt ff. si quis cau. l. secunda. de custo. reo. l. si quis reum. si autẽ non sit expressa: tunc ad interesse cõmunis tenetur: vt dicta l. si quis reum. vel punitur arbitrio iudicis, inspecta qualitate delicti: vt ff. si quis ius di. non obt. l. j. de re iudi. l. non videtur. extrà de matri. interdic. c.
58 j. cum similibus. †Sed pone quòd iudex fecit plura præcepta de præsentando, videlicet vnum post aliud: an de omnibus sit condemnandus, an de vno tantum? Respon. videtur quòd de omnibus. arg. C. de seruis fugit. l. quicunque. & arg. ff. de dona. causa mort. l. senatus. Item contumacia aggrauat delictum, & auget pœnam. ff. de fur. l. inficiando. §. quod infans. Econtra quòd sit vnum delictũ, licet fuerint plura præcepta. ff. de actio. & obli. l. qui seruũ. §. fina. & l. si plura. & l. cum ex vno. Item illa quæ inconti
nenti fiunt, videntur inesse. C. de pact. l. petens. Sol. dico si plura fuerint præcepta continue facta vnum incontinẽ ti post aliud, quod esse non debuit. arg. ff. de pigno. act. l. si conuenerit. ff. de iudi. id est, per interualla: & tunc præsumatur vnum fuisse præceptum: vnde tunc vna sola cõtumacia est, & vna pœna puniri debet. ar. ff. ad leg. Aqui. l. illud. ff. de accu. l. cùm ex vna. de priua. delic. l. nũquam. & hoc verum est si præceptum fuerit iustum & possibile aliàs non valet tale præceptum, nec est obseruandum, si est impossibile. ff. quando appel. sit. l. pen. Item posito quòd plura fuerint præcepta continuè facta: si vltimo obedit, non potest condemnari. ff. si quis cau. l. j. in princ. de eo quod cer. loco. l. fi. & pen. Nam licet aliquantulum distulerit obedire, si postea obedit, non præiudicat sibi: quia in mora modici temporis non est periculum. ff. de iu
di. l. si debitori. de solu. l. quod diuus. & l. raptum. & ff. de

59 vsuris. l. pecuniæ. §. fi. †Pone dum aliquis allegaret de iure suo coram iudice, iudex præcepit ei ne loqueretur in pœnam x. lib. Iste nihilominus loquitur, allegando iura sua, & dicendo de iure suo. Nunquid poterit iudex ipsum condemnare de hoc? Respon. sic videtur: quia potest iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. ff. si quis ius di. non ob. l. j. quod met. cau. l. certum. Item quia non videtur dolo carere, qui non obedit &c. ff. de re. iu. l. non videtur. ff. de inter. & rele. l. fi. Econtra quòd non: quia tale præceptum fuit iniustum, vnde non valet: cùm licitum sit cuilibet se defendere, & iura sua dicere & allegare. iuxta illud. ætatem habes, de te loquaris: vt in decretis legitur. Item quia iura volunt quòd iudex debeat quemlibet patienter audire. C. de testi. l. omnium. ff. de offi. præsi. l. obseruandum. de offic. procon. l. nec quicquam. §. circa.

Item non videtur iniuriam facere qui vtitur iure suo. ff. de iniur. l. iniuriarum. Item præcepta iniusta non valẽt: vt arg. ff. de acqui. possess. l. iustè. & ff. quando appel. sit. l. penul. Item non debent nasci iniuriæ vnde nascuntur iura. C. vnde vi. l. meminerint. si per vim vel alio modo. l. fin. Item præceptum fuit nudum & sine causa legitima factum: vnde non valet. arg. ff. de lega. j. filiusfamilias. §.
60 diui. & ibi nota. †Sed pone in consilio duarum ciuitatum, vel castrorum habentium iurisdictionem commissum est maleficium, nunquid rector vtriusq; poterit inquirere & punire. Respon. sic: vt ff. de excus. tu. l. peritos. §. j. Sed tamen si vnus incœpit inquirere & citauit delinquẽtes, alius non poterit procedere quasi præuentus. ff. de iud. l. si quis postea. Item quia per inchoationem perpetuata est iurisdictio sua. extrà de offic. deleg. c. gratum. de iu
61 di. c. proposuisti. cum simi. † Sed pone q̃ vna ciuitas, vel castrum, vel rector alicuius ipsarum inquisiuit contra delinquentem, & quia non reperit culpabilem absoluit, an poterit per alium de dicto maleficio inquiri & puniri? Respon. non, quia non debet sæpius inquiri de delicto eiusdem. ff. naut. cau. sta. l. licet. Item quia obstaret rei iudicatæ exceptio. ff. de except. rei iudi. l. j. & iij. & per totũ. & hoc verum nisi doceat de collusione, vel præuaricatio ne facta in primo iudicio. C. de accus. l. qui de crimine.
62 extrà de accusa. c. de his. & ibi not. † Sed pone[h] quòd
h aliquis fuit inquisitus super aliquo maleficio, & citatus non comparuit, & sic ratione suæ contumaciæ fuit condẽnatus ad mortem: vt si quo tempore veniret in fortiam communis, quòd decapitari debeat: vt quotidie fit. Iste post condemnationem factam per aliquod tempus venit in fortiam communis: nunquid debet decapitari? Respõ. non de iure. ff. de pœ. l. absentem. & maximè si nõ fuit probatum de maleficio per legitimas probationes. C. de episc. & cler. l. raptores. §. in prouincijs. ibi, aut impositis post legitimas probationes. C. de proba. l. sciãt. Item posito quòd sententia valeret, debet sibi dari terminus ad defendendũ
63 se secundùm quosdam: vt ff. de requi. reis. l. annus. † Sed vsq; ad quod tempus procedi & inquiri de maleficio potest? Respon. à die commissi criminis vsq; ad xx. annos & non vltra: vt ff. ad leg. Aquil. l. ait prætor. C. de fal. l. quere la. §. falsi. Fallit in crimine suppositionis partus, vbi perpetuo potest agi. vt ff. de fal. l. qui falsam. §. j. & in crimine
64 parricidij. ff. de parri. l. fi. ad Silla. l. in cognitione. † Sed pone quòd aliquis vulnerauit aliquem de familia potestatis, vel capitanei: nunquid potestas, vel capitaneus potest inquirere & punire istum malefactorem? Respon. nõ videtur. C. ne quis in sua causa. l. j. ff. de iurisd. om. iud. l. qui iurisdictioni. Sed doct. dicunt q̃ si iniuria siue percussio fuerit manifesta, & publicè facta dum ipse offensus exerceret officium suum, vel facta fuit occasione officij sui: & tunc potest inquirere & punire, adeò quòd offensus non possit talem iniuriam remittere: quia non tantùm ipsi, sed communi ciuitatis videtur esse facta. & est ratio: quia vniuersitas leditur &c. C. de aduo. diuer. iud. l. j. ff. de condic. & demon. l. municipes: quia talis offensio non est facta ei, vt priuato, sed publicæ personæ & officiali. ff. de adop. l. si pater. §. qui duos. C. de accu. l. eidem. extrà de accus. c. eui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentia.ff.de re mili.l.miles.§.in reuertendo.nam non tanquam potestas facit vindictam, sed tanquam executor iuris & iustitiæ:vt xxiij.quæst.v.officia.c.miles.& c.inter dicta.& ca.iudex.& summariè sine iuris solennitate:vt d.c.euidentia. dummodo illud delictum sit publicè & palam commissum in conspectu multorum, quod nulla possit tergiuersatione celari:vt not.in dicto cap.euidentia.& extrà de coha.clerico.c.fi.ff.de publi.l.licitatio.§.quod illicitè.Si autem maleficium non sit notorium: tunc fortè secus per priora: sed successor eius poterit.ar.C.de iudi.l. properandum.§.sinautem in medio. & C. de accusa.l.ac-
65 cusatoribus. in fine. † Sed pone datum est arbitrium potestati super omnibus maleficijs suo tempore commissis: quidam fuit mortifere vulneratus,sed postea tempore sequentis potestatis decessit cui non erat concessum arbitrium: quæritur, an iste secundus potestas ex tali arbitrio potest inquirere & procedere super homicidio? Respon.videtur quòd sic:quia consideratur voluntas, & exitus.ff.de sica.l.diuus.C.eodem. l.si is qui cum telo. Item quia initium maleficij est spectandum.arg.ff.ad macedo. l.tam & si. Item quia mortifere vulneratus pro mortuo reputatur.ff.ad leg. Aquil.l.huic scripturæ.§.ij.& l.qui occidit.§.fi.& l.ita vulneratus. Econtra quòd non: quia finis & non principium est spectandum: & effectus, & non verba.ff.quod quisq; iur.l.j.§.hæc verba.ff.de iure patro.l.adigere.§.quamuis. Item quia ante mortem non dicitur homicidium,sed vulnus: vnde super homicidio non potest procedi ex arbitrio.& fuit determinatum de facto quòd non posset per viam arbitrij procedi, sed per aliam viam sic,ne maleficium sit impunitum: vt l.ita vulneratus. ff.ad leg. Aequi. Sed, quid datum est arbitrium vsq; ad duos menses,vel tres,vt inquiratur super aliquo maleficio: sed antequam feratur sententia,finitum est tempus arbitrij,nunquid ex arbitrio & secundùm arbitrium poterit procedi ad sententiam ferendam? Respon.sic videtur:vt cau. post pub. adsit. in l. j. ff.de appel.l.tutor.§.j.

Item quia secundùm legem & arbitrium quòd erat tempore delicti commissi,habet iudicare: vt ff.de pœn.l.j.in auth.vt cùm de appel.cogno.in princ. & §. fi. colum.viij.

Econtra quòd non tempus arbitrij finitum est, vnde postea non potest.

ADNOTATIO. a ¶Inquisitio. De omnibus istis diffinitionibus videatis. Ange. Aret.in tracta.malefi.in verbo, hæc est quædam.in ij.& iij.col.vbi etiam videatis quæ ibi posuimus. Hier.Ch.
b ¶Fallit. Vide Ange. Aret.in d.tracta. in verbo, hæc est quædam inquisitio &c.colum.iij.in versi.secundo principaliter in hac materia &c.Hiero.Chu.
c ¶Aut potestas. Vide tu de hac quæstio.quam ponit hic author indecisam per Bar. Alexan.in locis hic allegatis. Et adde quod dicit Rapha.Cuma.in consi.xxij.de eo qui promisit præsentare aliquē qui fuit in contumacia,postea damnatus ad mortem.
d ¶Audiendus. Ad hanc quæstionem faciunt nota.per do. in simili in l.eum qui.ff.de iureiur.cum l.contra negantem.C.ad leg. A quil. Roma.in suo consi.lix.
e ¶Respon.dicunt.vide per Barto.aliter distinguentem in l. omnes populi.ff.de iusti.& iure.col.xv.ver.iuxta prædicta quæro, vbi infrà disputat Ray.de forli.& vide Petr.de Ancha.in repe.c.j.de cōstit.colum.xiij. versi.quæro à quo tempore,& ad quod tempus. Et vsque ad quod tempus statutum.
f ¶Econtra quod possit. Adde quòd hanc opin.tract.Cy.in l.j.C.vbi de crimi.agi opor.& Bar.in l.ij.ff.de offic.præsi. & in l.j. C.de sum. trini. Et adde quòd pœna tunc debet imponi secundùm statuta loci delicti:vt in dictis locis.& Ange, Aret.in tract. malefi. in verbo, quædam inquisitio.dicit quòd ita practicauit.
g ¶Domicilij. De hac materia,scilicet vbi puniatur delinquens.adde notabiliter per Gandi,in suo opere maleficio.in rub.vbi puniatur delinquens &c.Hiero.Chu.
h ¶Sed pone. De hac quæstio.vide plenè per Bar.in l.si quis fortè.§. si quos.ff.de pœnis.

a De furibus latronibus & robatoribus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Latrones,an censendi sint,& quando latrones puniendi, qui ordinauerunt inter se uelle ire ad stratam & derobare omnes transeuntes: & dum sic ordinarent fuerunt capti, & rem confessi sunt, & quis actus sit necessarius,& quot requirantur,ut robatores dici possint: & an debent esse infamati.*
2 *Furtum est delictum priuatum:latrocinium uerò est publicum.*
3 *Furtus duo commisit Titius & pro illis punitus est: postea commisit tertium, an laqueo suspendi debet?*
4 *Furta plura alibi commisit Titius, & unum hic, de quorum nullo adhuc fuit punitus: an de omnibus hic poterit puniri: an solum de illo quod hic commisit.*
5 *Furto apud aliquem reperto:an propter hoc præsumatur fur: & an iudex possit inquirere contra eum qui assuetus est furari.*
6 *Fure in domo capto:an poterunt esse testes illi de domo.*
7 *Ostio alterius fracto causa adulterij committendi: si ingrediatur alius, & furtum faciat:an fractor teneatur furti?*
8 *Furti tenetur non solùm qui furtum facit,sed etiam qui scienter præstat opem ad furtum faciendum.*
9 *Furti tenetur,qui dat auxilium,uel suadet,uel instigat aliquem ad faciendum furtum.*
10 *Opem dans ad faciendum delictum: an in tantum teneatur quantum ille qui facit.*
11 *Consilium dans ad committendum furtum quando teneatur.*
12 *Furti tenentur,qui patiuntur scienter cum fiere.*
13 *Segetem de campo, qui furto subtrahit: uel uinum de uase, uel fructus, tenetur furti: & pluribus aliquam rem furantibus, omnes tenentur insolidum.*
14 *Arbores,tabulas,instrumenta,crateras,aut uenam ferri,uel argenti qui furatur,tenetur furti.*
15 *Pullos,gallinas,uel pauones qui furantur,cum simil.tenentur furti.*
16 *Furtum generaliter committit qui rem aliquam mobilem contractat fraudulosè inuito domino, non inspecta quantitate,uel qualitate rei.*
17 *Gregem animalium, qui furto subtrahit, furti & crimine abigeatus tenetur.*
18 *Puerum alterius,qui furatur,tenetur ad mortem.*
19 *Tutor & curator furti tenentur.*
20 *Creditor falsus & procurator falsus tenentur furti.*
21 *Furti tenentur rem furtiuam scienter alio transferens: & cælans furem: & ille cui rem meam do quasi suam: & ille scit meam esse,tamen eam furandi animo retinet.*
22 *Furtum an sit quando filius rem patris, & seruus rem domini furatur.*
23 *Furti an teneatur qui à me missus ut rem quam alteri commodaueram acciperet & mihi apportaret:si sibi retineat.*
24 *Vxor surripiens rem mariti,an furtum faciat,& contra eam furti agatur:& an dans consilium,uel opem furti teneatur.*
25 *Furti an teneatur,qui dixit quòd ille qui petebat à me pecuniam mutuo esset bonus.debitor propter quòd numerauí ei pecuniam, uel supposuisti aliū hominem pro illo: & postea pecuniam cum illo partitus es.*
26 *Furti personæ quæ tenentur,an teneantur ciuiliter,uel corporaliter:& quando.*
27 *Furti an teneatur qui audiens uerba quæ dicebam habenti rem meam,scilicet si mittam ad te pro tali re mea,mittas eam mihi:postea audiuit illum, & ea re accepta illam tenet.*
28 *Furti an teneatur qui tunicam, uel cultellum alterius in uia inuenit nesciens cuius sit, & quid faciet ne furti teneatur:& an aliquid petere possit pro inuentione.*
29 *Furti an teneatur qui tempore famis comestibilia furatur:uel propter nuditatem uestem si sit infirmus &c.*
30 *Receptatores qui puniantur,& quomodo,& an aliqui sint sine pœna.*
31 *Furti an puniatur qui domum intrauit animo furandi: licet non furtum commiserit,qui ex metallo argentum uel aurum furatur,uel consilium dat,uel conflat:qua pœna punitur.*
32 *Furtum prohibere ualens si non prohibeat & sit dominus, an furti agere possit.*
33 *Iudex an possit præcipere quòd requirantur in domo Titij tales res furatæ, quæ ibi asseruntur esse.*
34 *Vxor an poterit agere & accusare quando res dotalis est furata.*
35 *Accusare an possim furem qui Petro aliquid furatus est.*
36 *Accusare potest quilibet cuius interest.*

1 LEges ordinauerunt inter † se velle ire ad stratam & derobare omnes transeuntes, qui cum sic ordinarēt plures ex ipsis capti sunt,qui prędicta quę ordinauerant confessi sunt:quæritur nunquid puniendi sunt tanquàm latrones? Respon. videtur quòd sic: quia voluntas pro facto reputatur.& in maleficijs atrocibus voluntas accipitur pro facto,& non exitus vt ff.de sica.l.prima.§.diuus.& l.diuus. cum simi. & ff.de furtis.

furtis.l.qui ea mente. Sed dic contra. oportet enim q̃ perueniatur ad actum ad hoc,vt possint dici robatores:vt quia aliquem insultauerint causa robandi & ille aufugit, vel derobatus fuit.& sic loquitur lex prædicta si bene intelligitur.C.de episco.& cler.l.si quis non dicam.& C.de his qui ad eccle.confu.l.præsenti. circa princ. & ibi not. & dicta l.qui ea mente.& no.ff.de extraor.crim. l.j.& est ratio: quia cogitationis pœnam nemo patitur &c. ff. de pœnis.l.cogitationis.& hoc in grauibus delictis. in leuibus autem non nocet actus,nisi sequatur effectus: vt d.l. præsenti.& ff.de iniur. Item apud Labeonem.§.si curauerit. Item oportet quòd sint famosi & infamati, vel assueti sæpius derobare,id est bis,vel vltra: vt ff.de pœnis. l.capitalium. §. grassatores: vt possint laqueo suspendi,
2 aliàs secus est: vt suprà not. † Item not. quòd furtum est priuatum delictum, & ideo fuit tractatum de furtis in libro de priuatis delictis, sed latrocinium est publicum delictum: & ideo inter casus fortuitos numeratur. ff.de furtis.l.ei qui.& institut.quib.mod. re contrahitur obli.§.
3 item is. † Sed quid,aliquis commisit duo furta,& puni tus est pro duobus: postea autem committit tertium furtum: nunquid debeat laqueo suspendi? Respondeo.dicit
b Vber.de bo. quòd sic b: quia cùm perseuerauerit in delinquendo, maiorí pœna est puniendus.arg. C.ad legem Iul.de vi publi.l.seruos. in fin. de episco.audien.l.iij.ff.de pœnis.l.capitalium.§.solent. Sed alij dicunt contra,scilicet quòd debet puniri pro vno furto solo: quia aliàs puni tus est de alijs. vnde de isto solo debet puniri, & non ad mortem: sed fustigari sic: vt in auth. sed nouo iure. C. de ser.fugi.quia non debet addi afflictio afflicto &c. ff. de offic. præsi. l. diuus. & non debet quis de eodem delicto bis puniri, nec duabus legibus. ff. de accus. l. senatus. de regulis iuris. l.bona fides. nec debet de delicto eiusdem sæpius queri: vt l. licet. ff. nau. cau. stab.cum simi.& hoc verius videtur. de ista materia tractatur in vsib. feud. de
4 pace iuramen.firm.§.iniuriam seu furtum. † Sed quid, aliquis commisit plura furta alibi, sed hic vnum furtum commisit, & nondum fuit condemnatus de aliquo:nunquid pro omnibus condemnabitur hic, an solum pro illo
c quod hic commisit? Respon.si per c inquisitionem procedit̃,solùm de hoc quod hic commisit : quia de alijs iudex iste non habet iurisdictionem in eum: vt probatur. ff.de accus.l.si cui.§.fina.& l. fi. & in auth. qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet. pro alijs verò furtis alibi cōmissis potest transmitti ad locum delicti.C.de adulte.authē.si verò criminis.nisi esset vagabundus. nam tunc fortè habet locum opin.Petr.vbi te inuenero &c. Et dicitur vagabundus ille cuius patria est deserta: vt fuit Cartago. ff.ad municip.l.eius.§.fina. Item & ille potest dici vagabundus, secundùm quosdam, qui non habet certum domicilium proprium vel conductum, vel gratis sibi cōcessum: vt institu.de iniur.§.quoniam. in quo se reducat, sed huc & illuc vagatur per mundum. Si autem procedit̃ via ordinaria per accusationem: tunc in tribus locis potest quis ratione delicti conueniri & puniri, scilicet in loco delicti, in loco domicilij, & in loco vbi agitur, non opposita fori exceptione ante lit.cōtest. C.de excep. l.penul.& fin.C.vbi de crimi.agi opor.l.prima.& ibi not.
5 & per Azo.in summa eodem titu. † Sed quid si res furtiua reperitur penes aliquem: an per hoc præsumatur fecisse furtum. Respondeo non: quia ex præsumpt. &c. ff. de pœnis. l. absentem. Item quia probationes debent esse luce meridiana clariores: vt l.sciant. C.de probat. & hoc verum,nisi iste talis esset malæ famæ, & assuetus fu-
d rari. nam tunc maior præsumptio est contra eum d. quia qui semel malus &c.ff.de re milit.l.non omnis. §.à Barba ris.& iudex potest inquirere contra eum qui assuetus est
6 furari per talem præsumptionem. †Sed quid,captus fuit fur in domo alicuius: proceditur contra eum, nunquid potest recipere in testes illos de domo? Respondeo. videtur quod sic.si sunt bonæ famæ, & si aliter veritas haberi non potest.arg.C.de repu.l.consensu.§.super plagis. extrà de test.c.delicto. & c. veniens. el ij.in fi.vbi de hoc. de re iudic.c.causam. Alij contra:vt C.de testi.l.ij.arg.ff.
7 de pœnis.l.respiciendum.§.furta.cum simi. † Item no. quòd si quis fregit ostium domus tuæ causa faciendi tibi aliquam iniuriam,vel causa adulterij committendi,vel stupri &c.& alius intrat domum tuā & furtum committit in rebus tuis, quòd iste fractor non tenetur furti: quia non inspicitur quod factum est, sed causa facientis: vt ff.
8 eod.l.verum.& l.qui iniuriam. cum simil. † Item not. quòd non solùm tenetur furti ille qui furtum facit, sed etiam ille qui opem præstat scienter ad furtum committendum: quia scalas vel ferramenta præstat, vel similia
9 præbet ad faciendum. † Item si dat auxilium, vel suadet, vel instigat aliquem ad faciendum furtum: vt instit.
10 eodem.§.interdum.ff.eodem.l.furti actio.§.rectè. †Sed not.quòd intantum punitur ille qui dat opem, quantum ille qui facit.ff.eod.l.is qui opem. & C.de rap.vir.l.raptores. §. penulti. † De consilio autem dato ad furtum cō
11 mittendum nō tenetur, nisi fiat furtum.ff.eodem.l.is qui. §.si tu.& distingue,quia aut aliàs erat facturus: & non tenetur, aliàs sic: vt not.institu. eod.l.qui opem. & §.certè.
12 † Item qui patiuntur res furtiuas cum fure scienter, te
13 nentur furti: vt extrà de fur. c. qui furem. † Item qui segetem furatur de campo, vel vinum de vase, vel fructus,vel aliud, tenetur furti.ff.eodem.l.vulgaris.§.j.& sequenti.&l.filio.§.j.& si plures sunt furantes aliquam rem omnes tenentur insolidum.ff.eodem.l.vulgaris. §.si duo.
14 & ff.arb.fur.cæs.l.si plures.C.de condict.fur.l.j. † Item qui furatur arbores,tabulas,vel instrumenta,vel crateras vel venam ferri,vel argenti, tenetur.ff.eod.l.si opes. & l.
15 qui tabulas.& l.filio.& l.certè. † Item qui pullos,gallinas,vel pauones furantur,tenentur.ff.eo.l.pauones. cum
16 simil. †Et generaliter qui aliquam rem mobilem contractat fraudulosè, inuito domino, furtum committit: etiam si sit modica: quia non inspicitur quantitas rei, nec qualitas, sed voluntas furantis: vt ix.quæst.vlti.c.penul. & finali.quod incipit,furtum autem &c.institu.vi bo. rap.
17 in princi. & ff.eodem. l. j.§.finali. †Sed si quis furatus fuit gregem animalium, tenetur furti,& crimine abigea-
18 tus: vt ff.eod.l.in furti. §. fi.de abige.l.j.in fine. † Item qui alterius puerum furatur, tenetur furti: vt l.flauia. de plagiarijs.ad mortem.ff.eodem. l. si filius. & C. ad legem fla.de plagia.l.ij.& l.si fratrem.& l.eum.& l.penul.& fina.
19 † Item tutor & curator furti tenetur: vt ff.eodem.l.tu-
20 tor. † Item falsus creditor & falsus procurator tenetur furti: vt ff. eodem. l. falsus. in principio. §. j.& l.si iussit.
21 † Item qui rem furtiuam alio transfert, sciens eam esse furtiuam, tenetur: vt ff. eodem. l. si quis proferendum.

Item qui cælat furem,furti tenetur: vt ff.eodem.l.qui vas.§.j.Item si rem meam tibi do quando tuam: & scis meam esse & eam retines animo furandi, teneris furti.ff.
22 eodem.l.si iussu.§.j. † Item si filius furatur rem patris: e vel seruus rem domini, furtum est: sed non agitur furti.
23 ff.de pœnis.l.respiciendum. §. furta domestica. † Sed quid,cōmodo tibi librum meum,misi quendam pro ipso, vt mihi apportaret,& sibi retinet, tenetur: vt ff.eodem.l. si quis vxori.§.iulianus.in princip.& C. eodem.l.si quis.
24 † Item si vxor surripuit res mariti, furtum facit:sed nō agitur furti contra eam, sed actio in factum. Ille autem qui dederit opem, vel consilium, tenetur de furto.ff.eod.
25 l.si quis vxori. † Sed quid, quidam petebat à me pecuniam mutuo: asseruisti illum esse bonum debitorem, & propter hoc numerauí ei pecuniam,vel supposuisti alium pro illo homine,& postea partius es cum illo pecuniam,
26 teneris furti.ff.eodem.l.si quis vxori.§.cum Titio. †Et not.quòd licet illæ personæ teneantur furti, intelligitur ciuiliter ad pœnam dupli, vel quadrupli, sed ad pœnam corporalem non, secundùm quosdam, nisi essent publici fures, vel latrones: vt suprà dixi. Alij autem qui sunt participes in crimine, & eis publicis furibus, vel latronibus dant opem scienter frangendo, vel accommodando scalas, vel ferramenta, & cum eis participando & assó-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cianda,& percipiendo res derobatas, & furatas,& ipsas receptando scienter, vel similia faciendo: isti tales, & similes bene puniuntur corporaliter. Nam agentes, & consentientes cooperando &c. facit. C.de episcopis audien.l.raptores.& l.si quanquam. in fin. extrà de officio delega.cap.j.ff.de recepta.l.prima.& secunda. & in similibus,& ff.de furtis.l.si quis persuaserit.ff. de adulteriis.l.

27 is cuius ope. institut. eodem. §. interdum. † Sed pone quòd quis habet rem meam & dixi. Si ego mittam pro tali re mea, mittas eam mihi.quidam eundo per viam audiuit ista verba. Postea venit ad istum ex parte mea, & petijt rem meam quam habuit ab isto, & tenet eam.

Respon. quòd tenetur furti.ff.eodem.l.si quis vxori.§.

28 apud Labeonem. † Sed quid, aliquis inuenit tuam tunicam in via, vel cultellum alicuius, & nescit cuius sit, & habet tenet.Rñ.ipsum furti teneri, nisi publicè exposuerit, vel dici fecerit q̃ ipse inuenit talem rem, paratus restituere eam, vel faciat & dicat similia per quæ appareat quòd non habeat animum retinendi: vt ff.eodem.l.filius.§.qui alienum. Sed tamen potest petere aliquid sibi dari pro inuentione siue accatura:vt dicto §.qui alienum.

29 † Item not.quòd si aliquis propter necessitatem famis furatur comestibilia: vt quia infirmus est, ita quòd non potest sibi querere victum, & caristia est: vel propter nuditatem furatur vestem, non tenetur furti: quia omnia sunt communia tempore necessitatis:vt extrà de fur. c.si

30 quis propter necessitatem,& ibi not. † Item no. quòd licet receptatores puniantur : vt dixi.Fallit in patre,filio, fratribus,vxore, & similibus, qui non puniuntur ea pœna qua extranei, sed leui : vt ff.de recepta. l.prima.& secunda.& est ratio : quia quilibet debet redimere sanguinem suum &c.ff.de bon.eorum qui mor.sibi consci.l.prima.& vxor vna caro est cum marito, & socia humanæ & diuinæ domus. C.de custod. & exhib. reo.l.aduersus. extrà de coniug.lepro.cap.primo.cum similib. Alij dicunt quòd in nullo puniuntur receptando & faciendo eos fugere, nisi essent participes in crimine:vt ff.de re milita.l.qui cum vno.§.primo.& l.qui milites. §. penulti.de adulteriis.l.nec in ea.§.fina.quod metus causa. l. isti quidem.§.nec cum filio.C.de patria potesta.l.ij.cum similib.

31 † Sed quid, aliquis intrauit domum, vel locum alicuius animo furandi : non tamen aliquid exportauit, vel furatus est: nunquid de furto puniri debet. Respon. non C.de pœnis.l.cogitationis.de furt. l. si quis furtum. cum simil. Item ille qui ex metallo aurum furatur, vel argẽtum furatus fuit in metallum damnatur, vel qui consilium dedit, vel conflauit in quadruplum : vt ff.ad legem Iuliam pec. l. sacrilegij. §. fina. Sed videtur quòd solo animo fiat furtum. extrà de extraordi.cri.l.secunda.ibi,si

32 intrauit domum, & ibi not. † Sed quid,sciebam quòd volebas mihi furari bouem, vel aliam rem, & poteram prohibere & non prohibui,postea volo agere furti. Re-

33 spondeo,non possum: vt ff.eodem.l.penul. † Sed quid si dicatur iudici quod tales res furtiuæ sunt in domo Titij, nunquid poterit de iure inquirere & inquiri, & rima-

f ri facere in dictã domo.Respõ.sic videtur[f].quia ad ipsum spectat inuenire veritatem:vt C.de edendo.l.ij. de seruis fugit.l.diuus.in authen.vt iudices sine quoquo suffra.§.

34 cognita.cum similib.collatio.ij. † Sed quid si res dotalis fuit furata, nunquid mulier poterit agere & accusare. Respon.non, sed maritus : vt ff.de furtis.l.interdum.§.fi, quia ipsa non est domina, sed maritus: vt C.de rei vend.

35 l.dotem.cum similib. † Sed nunquid tu poteris accusare furem, qui Petro furatus est bouem, vel aliam rem. Respon.non,quia furtum est crimen priuatum & nõ publicum: vt ff.de pri.delic.l.fina. & nullus admittitur, nisi eius interfit. Nam quilibet cuius interest, potest accusare:vt C.eodem.l.manifestissimi:& ibi not.& dicta l.fin. de priua.delict.

ADNOTATIO. a ¶ Furibus. de hac etiam materia posuit satis abundè dominus Gandinus in opere maleti. in rubric.de furibus & latro.&c.per Ange.in tracta.malefi.in verbo,& vestem cœlestem &c.Hiero.Chu.

b ¶Quod sic. Adde quòd hanc opin. Vber. tenet Gandi. in tracta. malefic,sub rubri.de furibus & latro.versi. sed pone peti. & illam approbat consuetudo: vt dicit Ang.in tract.malefi.ver. & vestem cœlestem abst.ver.quæro quid si alijs fur.

c ¶Respon.si per.Barto.in l.fina.in §.fina,ff.de accus.qui dicit quòd de consuetudine seruatur, quòd furta alibi commissa aggrauant delictum.& adde Ioan.Andr.in additio.Specu.in rubr. de furt.& Salic.in l.seruos.C.ad legem Iuliam.de vi.vbi quòd furta alibi cõmissa connumerantur in numero furtorum ad hoc, vt quis pro tribus furtis suspendatur.Et adde Ange.in loco.suprà allega.

d ¶Contra eum. Adde tu,& intellige quòd hic non poterit condemnari licet posset deueniri ad torturam.ita Imo.in l.fina.ff.de hæreredib.institu.

e ¶Rem patris. Intellige tu si sit leuis res: sed si sit magna, tenetur furti: vt in l.serui & filij.ff.de furtis, & dicit Barto.in dicto §.furca. & adde idem in vxore: vt per Barto.in l.j.ff.rerum amo.& in text. glos.& Barto.in l.si libertus.ff.de furt. & intellige quòd tenentur etiam crimnaliter quando furtum esset magnum.

f ¶Respon.sic videtur. Adde quòd hæc opin. fuit Specu. in titu.de instru.edi.in §.cohæredem.versic.pone instrumenta. & Ioan. Fab. instit.de obliga. quæ ex deli. §. conceptum. & intellige hoc verum non solùm in vno territorio, sed etiam in diuersis territorijs. ita Bal.in l.requirente.§.ita tenetur.C.de furtis.

De raptoribus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Raptor unde dicitur,& quod modis dicitur ac puniatur, & an raptor furatum committat.*
2 *Raptores personarum quomodo puniantur.*
3 *Auxilium & fauorem qui dederint ad raptum cooperando: quomodo puniuntur, & qui raptores non puniantur.*
4 *Raptor pueri causa libidinis qua pœna puniatur.*
5 *Clericus raptum committens, qua pœna puniatur.*
6 *Sodomiæ uitium turpissimum est cum masculo : & quomodo puniatur commissum cum quacunque persona,& cum bestia.*
7 *Iudæam uel sarracenam per uiam matrimonij rapiens,uel per uiam legitimam, id est naturæ cognoscens quomodo punitur.*

1 RAptor † dicitur à rapina. Et quid est dicitur duobus modis, scilicet rerum & personarum: nam rapina priè dicitur rerum. Et dupliciter punitur scilicet,ciuiliter & criminaliter. Ciuiliter in quadruplum, si intra annum agitur, re ipsa in quadruplum computata, post annum verò in simplum: vt ff.vi.bon.rap.l.prima. & secunda. Criminaliter verò:vt quando fit rapina per vim. & si fiat sine armis in amissione certæ partis bonorum suorum : si verò cum armis, pœna deportationis.vt institut.de publ.iudi.§. Itẽ lege Iulia de vi. Item & raptor furtum committit, & pœna furti tenetur:quia nullus improbior fur est, quam qui vi rapit : vt institut.vi bo.rap.in princip. Itẽ quandoque puniuntur ad furcas: vt sunt publici latrones : vt ff.de pœnis.l.capitalium.§.famosos. † Raptores autem personarum[a] si quidem rapiunt mulierem impuberem per vim,honestam virginem,vel viduam causa libidinis, vel sanctimonialem,secundùm legem capitali pœna puniuntur,& ipsius raptoris substantia illi raptæ applicantur: vel sanctimonialis, monasterio: vt de raptu virg.l.j. de episco.& cleric.l.raptores.& hoc verum[b] si mulier fuerit volens,siue inuita,siue soluta,siue coniugata,libera siue ancilla, vel aliena: adeo quòd si fuerit propria sponsa, non poterit cum suo raptore matrimonium consummare: vt in dictis legibus.& si matrimonium perfecerint, amittit substantiam quam habuit de raptore : vt in authen.de rap.muli.§.primo.colum.ix. Et si est impubes mulier rapta: alia pœna punitur qui rapit. ff. de pœnis. l. si quis aliquid.§.qui nondum : quia aliàs in metallum damnantur,vel relegantur:vt ibi.Sed de iure canonico secus : est quod prealet,quia bene potest mulier nubere suo raptori:vt

ri:vt extrà de rap.cap.accedens:& tunc euitat illam pœnam, quia bona nõ efficiuntur mulieris raptæ, secundũ Gosfr.extrà de secundis nuptijs.cap.dominus.cum simil.

3 † Et non solùm raptor punitur capitali pœna,sed etiam illi qui cooperando scienter dederunt auxilium & fauorem ad dictum raptum faciendum,vt dicta l.raptores. in

c fin. Fallit in meretrice[c]. nam si quis ipsam rapiat causa libidinis, non punitur.ff.de furtis.l. verum : quia vilitas vitæ ipsarum non patitur ipsas in laqueis innodari.C. de adulte.l.si ea.& l.quemadmodum. Item fallit in virgine quæ vtitur veste meretricali.ff.de iniurijs. l. itẽ apud

4 Labeonem.§.si quis virginem.secundùm Ioan. † Sunt & alij raptores qui rapiunt pueros causa libidinis contra naturam : vt sunt sodomitæ, & illi capitali pœna gladio puniuntur: vt C.de adulteriis.l.cum vir. ff. de fica.l.iij.§. qui libidine. in authen.vt non lux. contra naturam.colũ.

5 vj. † Si verò clericus tale delictum commisit,prælatus ipsum pecuniariter puniet,& etiam corporaliter flagellabit, vt non moriatur : cum hoc non liceat prælato sanguinem effundere.xxiij.quæst.vlti.his à quibus. & cap. seq. lxxxvj.dist.non licet.vel poterit ipsum degradare si fuerit infamis: vt extrà de hæreticis. cap. ad abolendam.& tradere iudici seculari,qui eum puniat. vt extrà de rap.c.

6 in archiepiscopatu.& xxiij. quæst. iiij. illud. † Sed turpissimum est hoc fieri cum masculo : vt dicta l. cum vir. & siue fiat in meretrice,siue cũ vxore, vel masculo, quòd fit contra naturam:semper qui facit, debet puniri pœna prædicta : vt in auth.vt non lux. contra naturam. col.vj. qui loquitur indistinctè &c. nec distinguit masculum à fœmina. ergo nec nos.ff.de publi. l.de precio. cum simil. multomagis si cum animali fiat:vt cum equa,de quis puniendus dicta pœna: quia sit contra naturam, per dictam authen.& malefitia non debent esse impunita: vt ff.ad le

7 gem Aquil.l.ita vulneratus. † Et idem est forte si fiat per viam matrimonij cum sarracena,vel iudæa, quamuis non sit matrimonium : multomagis si per alium modum fiat etiam per legitimum,id est per viam naturæ propter infidelitatem:nam non debet christianus cum talibus cõmisceri, sicut nec in animalibus. facit. C.iudæ.l.ne quis. xvij.quæst.j.c.nullus.cum simil.

ADNOTATIO. a ¶Personarum. de hac materia vide Ange.in tract.maleti.in verbo,[che mai adulterato la mia dona.]col. xv.versicu.quero quando dicatur committi stuprum.cum sequentibus &c.Hiero.Chu.

b ¶Et hoc verum. Adde tu quòd ille qui rapuerit mulierem honestam debeat decapitari : quòd si aliquis rapit mulierem ab alio cognitam,vel quam alius cognitus est, non incidit in pœnam raptus.ita Paul.de Cast. in suo consi. cccl.xx.& ibi quòd raptus non punitur in muliere nupta,inhonestè viuente.

c ¶Meretrice. Adde Alber.de Rosa.in iij.parte statutorum.q.lxij.

De receptatoribus furum & aliorum malefactorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Receptator latronum, furum,uel aliorum similium,uel scienter associans aut inuitans ad latrocinia seu robarias faciendas,uel similia: seu receptans robarias,aut diuidens cum eis,qua pœna puniatur.*
2 *Latronem capere potens si accepta pecunia promittit eum euadere, qua pœna puniatur.*
3 *Latronem conseruantes ac receptantes sponte & scientes eum esse latronem qua pœna puniuntur,si sunt extranei.*
4 *Latronem conseruantes:ut suprà si sint agnati aut coniuncti,an puniantur.*
5 *Vxor receptans maritum,an puniatur.*
6 *Filius, aut nepos occultans patrem, aut auum,uel frater,fratrem, an puniantur.*
7 *Receptantes personæ de quibus,suprà an puniantur,& qua pœna.*
8 *Associans latrones ad latrocinandum scienter & cum eis scienter latrocinatur, uel occultat eos, aut cælat, & non reprehendit, quomodo puniatur.*
9 *Latrones tenens in domo uel agro,& non offerens eos iudici quomodo punitur,siue fuerit dominus siue procurator.*
10 *Ignorantes domini quod latrones sint in domibus suis,uel prædijs, an excusentur.*
11 *Malefactores capere & ad iudicium deducere,an quilibet teneatur.*
12 *Iniuria nulli est facienda,nec pœna irroganda,nisi post legitimas probationes: & an accusati & inquisiti de graui delicto sint capiendi, carcerandi, & custodiendi.*

1 SI quis latrones, † fures, vel alios similes scienter associauerit, vel inuitatus fuerit ad latrocinia, vel robarias faciendas, vel similia delicta committenda: seu scienter furta ipsorum & robarias receptauerit, & partitus cum eis fuerit : pœna simili puniatur, vt particeps,& agens,& consentiens : vt ff.de recep.l.prima. C. de episco. & cleric. l. quamquam.ff.de re mili.l.non omnes.§.à Barbaris.C.vbi causæ fiscales.l.vni uersi. † Idem est si cùm posset latronem capere, pecu-

2 nia accepta,permisit eum euadere: vt l.prima. † Idem

3 est in illis apud quos latro conseruatus est eis receptantibus eum sponte, & scientibus eum esse latronem:vt eadem pœna puniantur:vt ff.eodem. l.secunda. in princ. & hoc locum habet in personis extraneis. † Fallit in co-

4 gnatis & alijs proximis & coniunctis personis : vt in patre,auo,auia,& in consanguineis & similibus,qui non ita asperè puniuntur : nam isti coniuncti ratione sanguinis excusantur receptando & occultando : vt non attrociter puniantur, sed alia leuiori pœna pecuniaria : vt iudici videbitur:vt dicta.l.ij.& quia ibi non est certa pœna expressa,committitur arbitrio iudicantis.ff.de extraordi. cri.l.j. ff.de effrac.& expi.l.j.cum simi. & est ratio: quia quilibet debet sanguinem suum redimere quantum potest. ff. de ijs qui mor.sibi consci.l.prima. & parentes magis timent de filijs,quàm de seipsis &c.ff.quod metus causa.l.isti qui dem. Sed si esset particeps in delictis,tunc puniretur: vt dictum est, aliàs secus : vt C. de pœnis. l.sancimus.

† Sed quid in vxore? Respon. videtur idem, quia leuiori pœna punietur: vt ff. eodem. l.secunda.ibi dum dicit,affines &c. & vxor est socia diuinæ & humanæ domus:vt C.de crimine expilatæ hæreditatis.l.aduersus,& hoc verum puto.facit extrà de coniug.lepro.cap.j.sed videtur contra quòd non: vt institut.de iniurijs.§.patitur. sed hoc intellige in iudicio. C.de procu. l. alienam. sed extra

5 sic.nam quòd vno loco prohibetur,alio loco conceditur: vt ff.de iudi.l.cum prætor. Item quia sunt vnum corpus & vna caro:vt extrà de conuer. coniug. cap. ad apostolicam.facit extrà de diuor.cap.gaudemus.§.qui verò. Sed si maritus facit pro vxore,videtur excusari: vt nõ eadem pœna puniatur: quia defendi vxorem à viris æquum est:

6 vt dicta §.patitur. † Et idem videtur de filio & nepote si occultat patrem, vel auum.argumen.ff.de inoffic.testa. l.nam & si parentibus.C.de episco.& cleric.auth.si captiui.& idem videtur de fratre.argumen. C. de lib.causa.l.j. & ij.C.de ijs qui.vt indi.l.cum fratrem. & l. sequen. cum

7 simi. † Sunt tamen qui dicunt personas huiusmodi non teneri in aliquo,nec puniri propter sanguinis coniunctionem: vt ff.de re milit.l.qui cum vno. §. fina. sed puto non in totum excusari.Sed saltem pecuniaria pœna puniri.ff. de except.l.ij.ff.de libe.ho.exhi.l.ij. §. si eum.cum simi.& C.eodem.l.prima.in fi.dummodo non excedat iudex modum &c.vt C.de mo.multa.l.fina.ff.de pœnis.l.hodie.vel puniatur alia pœna pecuniaria, prout iudici videbitur, inspecta qualitate delicti facultatibus delinquentis. ff.de pœnis.l.aut facta.nam parentes debent capere consilium pro suis defendendis:vt ff.de adulteriis.l.nec in ea.§.fina. ff.de furtis.l.in ea.§.filiæ.ff.de re mili. l.milites agrum. cũ

8 simil. † Item not.quòd illi qui associant latrones ad latrocinandum scienter, & cum eis latrocinantur, vel occultant eos,eadem pœna puniuntur corporali.ille autem qui celat & associat,nec participat, sed solùm non reprehẽdit,pecuniariter,vt iudici videbitur. C.de ijs qui latro.

9 occul.l.prima.in fi. † Item si quis scienter latrones tenet,vel similes in suis domibus, vel agris, vel similes oc-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cultaſt,& ſponte non obtulerit iudici, vel requiſitus non fecerit,id eſt eos nõ præſentauerit:ſi quidem dñs domus vel prædiſ fuerit præſens & ſciens, priuatur dominio & poſſeſſione rerum : ſi fuerit ipſius procurator, vel factor, qui non repreſentauerit, perpetuo exilio damnatur.C.de his,qui latrones,uel aliſs criminibus reos occultauerint. l.ij.in princip.& tenentur etiam aliſ officiales dare auxilium & fauorem ad tales malefactores capiendos, & puniendos:vt dicta l.ij.§.ſinautem.C.de epiſco.& cleric. l. ſi
10 quis in hoc genus.in fin.& l.raptores.§.ſinautem. †Sed ſi ſunt domini ignorantes quòd iſti latrones ſint in ſuis domibus,vel prædijs,excuſantur:vt dicto §.domini.ff.de publi.l.cotem ferro.§.dominus.C.de hære. l. quicunque.
11 §.vniuerſis.& §.fina.in auth.de eccle. titu. §.ſi quis in ſua domo.cum ſimil.colla.ix. †Et ſic not.argum.quòd qui libet tenetur capere malefactores & ad iudicium deducere, aliàs punitur extraordinariè pœna pecuniaria. C.de his qui latrones occulta.l.prima.in fin.& l.ij.in princ.& §. domini. ratio eſt : quia reipublicæ intereſt ne maleficia committantur.ff.de his qui deie.vel effu.l.j. Alia ratio eſt: quia non expedit peccata eſſe, & non eſſe nota.ff.de iurijs.l.eum qui. Alia ratio, ne maleficia ſint impunita.ff. ad legem Aquil.l.ita vulneratus.cum ſimi. Sed ſub hoc prætextu innocentes non ſunt capiendi, nec grauandi: aliàs contrafaciens punitur: vt dicta l. de his qui latron.
12 occul.l.ij.§.ſinautem. & §. ſequent. & §. finali. †Item not.quòd nulli facienda eſt iniuria,nec pœna irroganda, niſi poſt legitimas probationes : vt dicta l.raptores.§.ſinautem.& C.vbi ſenatores , vel clariſſimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur. l. finali.§.ita tamen vt apud &c. Sed accuſati,vel inquiſiti de graui delicto, bene ſunt capiendi,cuſtodiendi & carcerandi.ff.de offic. præſi. l.congruit.C.eodem.l.prima & ſecunda.in princip.ff.de cuſto. reo.l.j.cum ſimil.

De furtis aduerſus nautas. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Furti quando agatur aduerſus nautas,caupones,uel ſtabularios.*
2 *Nautæ, caupones, uel ſtabularij pro quibus tenentur perſonis, & an poſſit agi iniuriarum & furti,ac quomodo.*
3 *Agi an iterum poſſit aduerſus nautas &c. de eodẽ delicto ſi ſemel actum fuit: & quando agi poſſit aduerſus nautas &c.*
4 *Nautæ, caupones &c. an teneantur, ſi res fuerint immiſſæ ipſis ignorantibus: & quid ſi ipſis præſentibus & uidentibus: & quid ſi contradixerint.*
5 *Naturæ uel caupones &c. ſi res fuerint aſſignatæ in ſacco ſimul non autem particulariter,quid erit?*
6 *Caupone dante hoſpitanti claues camere in qua repoſuerit res ſuas, quid erit?*
7 *Nauta,caupo &c.poteſt conueniri non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro ſuis quibus utitur, & quando pro ſeruis & filijs teneatur.*
8 *Nautæ,caupo.&c.an teneantur,non ſolùm pro furto , ſed etiam pro damno dato & quando.*
9 *Actio una an datur in ſimplum ex contractu de recepto:alia in duplum pro delicto & damno dato.*
10 *Nauta,caupo,& ſtabularius,rebus amiſſis uel damno dato, quando excuſentur, aut naturaliter pereant: & an actio detur contra hæredem : & an quilibet nautæ teneatur pro parte ſua,ſi plures fuerint nautæ.*

1 SI quid ſurripitur per nautam † vel cauponem, vel ab aliquo libero homine, cuius opera vtebatur nauta, vel caupo, vel ſtabularius, datur actio ciuiliter in duplum eius quod ſubreptũ eſt furtiuè. ff.eodem.l.prima.ff.nau.cau.ſta.l.debet. §. hoc actũ. & hoc quando non recipit cuſtodiam in ſe: quia dominus rerum ſubreptarum poteſt agere, vel contra nautam,cauponem,vel ſtabularium,vel contra furem ciuiliter ad duplum : vt dicta l. in principio. Si autem recepit in ſe cuſtodiam, cùm ipſe non habeat,non agit dominus rei furtiuæ, ſed ipſe nauta,caupo, vel ſtabularius: vt
2 dicta l.j.§.quod ſi recipit. †Et not. quòd tenetur ſolùm pro iſs ſiue de iſs perſonis quas tenet pro ſeruiendo in caupona,nauí,vel ſtabulo, vel pro iſs qui habitant ibi continuè. Sed pro facto viatorum qui veniunt & vadunt, non videtur teneri : vt dicta l. prima. §.ſi caupo.& §.ſeq.

Item non tenetur nauta pro iſs quí apportant res in nauí, ſed pro ſuis ſeruitoribus qui habitant cum eo:vt dicta l.prima.§.fina.nam ſi vtitur opera malorum hominũ, & ipſos ſecum tenet, pro ipſis bene tenetur : vt inſtit. de ob.quæ ex quaſi delic.naſ.§.item exercitor.& ff.nau.cau.ſta.l.idem ait.§.fina.& l.ſequent.poteſt etiam agi furti & iniuriarum,ſed alteram intentari ſufficit. ff. nau. cau. ſta. l.vt rei.& l.licet.§.poſſumus. †Not. tamen quòd ſi ſemel actum fuit,non poteſt poſtea agi de eodem delicto: quia non debet ſæpius quæri de eiuſdem perſonæ delicto:vt dicta l.prima.§.fina. Et prædicta locum habere videntur,quando res fuerunt immiſſæ in nauí,vel in caupona.vel in ſtabulo ſciente exercitatore nauis , vel caupone, vel ſtabulario : & ipſe in ſe recepit cuſtodiam rerum:vt ff.nau.cau.ſta.l.j.in princ.§. recepit. & §. ait prætor. †Sed quíd ſi res immiſſæ ſunt ignorante ſtabulario, vel caupone &c.nunquíd tenetur? Reſpon. non puto.argumen.in auth.de eccle.titu. §. ſi quis in ſua domo. colla.ix.C.de hæret.l.quicunque.§. vniuerſi. & §. fina. ff. de incen. ru. nau. l. quo naufragium. §.non tantùm.ff.de publica.l.cotem ferro.§.dominus.C.de his, qui latrones, vel aliſs criminibus reos occultauerint.l.prima.& ſecũda. §.dominus.cum ſimil. Sed ſi ipſo præſente & videnteres immiſſæ ſunt:tunc videtur recepiſſe cuſtodiam. Si verò contradixerit,non videtur tunc teneri. argumen.ff. de acquirenda poſſeſſione.l.quod meo.§.ſi per venditorẽ. quía patientía habetur pro conſenſu.argumen.ff.de aqua plu.ar.l.Labeo.facit.ff.de contrahẽda emptio.l.clauibus. & argumen.ff.manda. l. ſi non remunerandi. §. paſſus.&
5 l.quí patitur. & l. ſequen. cum ſimil. †Sed quíd ſi aſſignauit res in mala vel in ſacco ſimul & ſemel,& non particulariter ſingulas res, vt quotidie contingit. Reſpondeo,autem mala , vel ſaccus fuit ſignatus cum ſigno vel ſigillo:modo redditur ſine ſigillo,vel diſſigilatur : & tunc eſt præſumptio contra nauram , vel cauponem, vel ſtabularium : vt vel ipſe, vel alter de ſua familia amouerit, vel furtum fecerit : & tunc tenetur ipſe ciuiliter in duplũ ad reſtitutionem:vt ff.nau.cau.ſtab.l.prima.in princip.& l.debet.§.hæc accuſatio.& §.hoc iure.& tunc iudex præmiſſa taxatione ſtabit iuramento hoſpitatoris , vel deſignantis malam,vel ſaccum.argu.ff.de furtis.l.in actione. de in litem iurando.l.in actionibus.§.fina.de pollicita.l.j. §.ſi quis argentum. & l.diem ſponſaliorum. §. quí pecuniam.ff.depoſiti.& quod vi aut clam.l.ſemper.C.de iudi. auth.poſt iuſiurandum.cum ſimilib. Et non ſolùm veniunt in reſtitutione res,ſed etiam mala,& ſaccus,& ſimi
6 lia:vt ff.depoſiti.l.j. †Sed quíd ſi caupo,vel hoſpes dedit hoſpitanti claues camere, vel alterius rei ſub qua repoſuerit res:vt ſcrinia , & hoſpitatus recepit. Reſpondeo.videtur quòd non teneatur, quía hoſpitatus recipiendo,videtur renunciare cuſtodiæ , ita quòd non teneatur caupo vel hoſpes ſecundùm quoſdam. ff. commo. l.ſi vt certo.§.ſi de meis.de acquiren.rerum dominio.l.quorundam.Sed aliſ vt Iac.contra.per.l.ff.commo. l.ſi rem.§.j.cũ
7 ſimi. †Item not.quòd non ſolùm datur actio contra nauram, caupone, vel ſtabularium pro ſe, ſed etiam pro ſuis quibus vtitur:vt inſtit.de ob.quæ ex quaſi delic.naſ. §.item exercitor.& §.ſequen.& etiam pro ſuis ſeruis & filijs, ſi de ipſorum voluntate exercet cauponam , nauem, vel ſtabulum.ff.nau.cau.ſtab.l.debet.§.ſi ſeruus.& §.pe
8 nulti.& fin.& l.licet.§.primo. †Item not.quod non ſolùm tenetur pro furto, ſed etiam pro alio damno dato: vt ff.eodem.l.nautæ. §. fina. & hoc quando pro hoſpitando merces ſoluitur, vel etiam ſi gratis fieret : vt ff.eodem.l.j.
9 †Et not. quod dantur actiones, vna in ſimplum ex cõtractu de recepto:alia in duplum pro delicto,& pro damno dato à familia nau.caupo.vel ſtabularij : vt dicta l.idẽ

Iulia.

10 Iulia. in princip. †Excuſatur tamen nauta ſi per vim piratarum res amittantur,vel damnum detur,vel ſi res naturaliter perempta eſt , & idem in ſtabulario,vel caupo. ſi quid per vim in damnum cõtingerit,vel per caſum fortuitum: vt ff.eodem.l.Iulianus. §.primo. & ſequen. ff.de incen.ruí.nau.l.ſi fortuiti.ff.de pigno.actio.l.fina.§.ſi propter.Et datur etiam actio contra hæredem: vt ff.nau.cauſta.l.& ita.§.hæc autem actio.ſed contra videtur eod.titu. l.fina.§.hæc índicia. Item ſi ſunt plures nautæ, quilibet pro ſua parte tenetur.ff.eod.l.fina.§.ſi plures.cum ſi.

Vi bonorum raptorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio ui bonorum raptorum contra quem ſit prodita : & ad quantum detur intra annum, & ad quantum poſt annum: & an ui bonorum raptor teneatur furti: & an ſi furti actum fuerit, an poſſit agi ui bonorum raptorum: & pro re immobili occupata,an detur ſolùm in ipſa re , & in æſtimando cuius temporis habebitur ratio.*
2 *Vi bonorum raptorum tenetur qui hominibus,uel amicis conuocatis damnum dedit,uel rapuit: & quæ damna veniunt reſtituenda in iſto delicto. Item ui bonorum raptorum tenetur ille cuius ope,& conſilio dolosè factum eſt & qui homines collegit ad hoc faciendum.& nu.3.*
4 *Item ui bonorum raptorum tenetur qui concitauit homines ad faciendum.*
5 *Agi poteſt furti, conductione furti,& rei uendi.ubi ui bona rapta ſunt.*
6 *Actio rerum raptarum quibus detur,& an publicè cuſtos agrorum abducens pecus quod inuenit dans damnum teneatur ui bonorum raptorum & an reſtituens rem quam ui rapuit pœnam euitet: & an ſi datur damnum cum turba habeat locum prædicta pœna: & an quando in ſimplum, & quando in duplum ſit,& quid turba,& rixa: & an propriè mobilia dicantur rapi,& immobilia inuadi.*
7 *Rapina quando puniatur criminaliter,& quando lege Iul. de ui pri.& quando impubes non doli capax teneatur,& quando non.*
8 *Actio ui bonorum raptorum datur hæredi contra raptorem,& contra hæredem ipſius in quantum factus locupletior : & an ſolùm qui rapinam fecit teneatur.*

1 SI quis dolo † Malo per vim rẽ mobilẽ alicuius re-
a cipiat : prodita eſt actio[a] ví bonorum raptorum ciuiliter contra ipſum , & datur intra annum in quadruplum ex quo potuit de iure expediri. Poſt annum verò in ſimplum, re ipſa rapta in ipſo quadruplo computata: vt ff.eodem.l.prima.& ſecunda. §.in hac. & l. prætor. §.hoc autem.& inſtitu.eodem.§.primo.in princip. Tenetur etiam furti : quía nullus eſt magis improbior fur, quàm qui ví raptor.inſtitut.eodem.in princip.Sed ſi actũ fuerit furti, non poterit agi ví bonorum raptorum. niſi in eo quod excedit,nec contra in dicta l. prima. & ſecunda.
Sed pro re immobili occupata non datur niſi in ipſa re, ſecus ſi eſſet res mobilis : vt ff. de ví & ví ar. l. prima. §.ſi
2 fundus.de furtis.l.ſi quis ex domo.cum ſimil. & fiet æſtimatio pretij tempore rapinæ quanti tunc valet: vt ff.eod. l.prætor.§.hæc autem actio.argumen.ff.ad legem Aquíl. l.ait.& ff.eodem.l.ſecunda.§.in hac actione. † Item tenetur & ille qui hominibus vel amicis conuocatis , ſcili-
1 cet vno, vel pluribus dedit damnum,vel rapuit:vt ff.eodem.l.ſecunda.in princip.& §.dolum. & ſequen.& §.doli.& omnia damna veniunt in iſto delicto reſtituenda: vt dicta l.ſecunda.§.damní.dummodo fiat rapina dolo malo.vnde ſi quis rem ſuam rapuit,non tenetur ví bonorum raptorum,ſed cadit à iure ſuo &c.vt ff.eodem. l.ſecunda. §.hac actione,is demum &c.& C.eodem.l.eos.dic vt ibi.
b & C.vnde vi.l.ſi quis in tantam.[b] & C.eodem. l.tertia. &
3 inſtitut.eod.§.quia. † Item tenetur & ille cuius ope,& conſilio doloſè factum eſt : & ille qui homines collegit ad hoc faciendum : vt dicta l. ſecunda. §. dolo autem.&
4 §.ſi quis. de furtis.l.ſi vendidero. §.cum raptor. † Item & ille qui concitauit homines ad faciendum.vt ff.eodem
5 l.pretor. §. hoc autem. & §. ſi quis. † Not.etiam quòd poteſt agi furti : vt dixi & conditione furti & rei vendi.
6 vt dicta l.ſecunda.§.rerum. † Item nota. quòd non ſolùm datur domino rerum raptarum iſta actio , ſed etiam illi cuius intereſt : dicta l. ſecunda. §. in hac actione. & §. ſequen.& inſtitu.eodem.§.ſanè. Si publicè cuſtos agro rum abduxit pecus : quía inuenit damnum dare, non tenetur vi bonorum raptorum,vt dicta l.ſecunda.§.ſi publicanus. Et licèt quís reſtituat rem quam quís ví rapuit, pœnam non euitat : vt ff.eodem.l.penultima. Et ſi datur damnum cum turba , locum habeat prædicta pœna, vel datur actio intra annum in duplum ſolùm : & poſtea in ſimplum. Et dicitur turba decem , aut quíndecim hominum.rixa verò dicitur duorum. ff. eodem. l. prætor.in princip. Et notat quòd dicuntur propriè mobilia ſiue res mobiles rapi, immobilia inuadi:vt C.eodem.l.prima.
7 & ſecunda. † Agitur etiam criminaliter pro iſta tali rapina : vt ſi quidem facta fuit cum armis. lege Iulia.de ví publica : vt ſuprà de vi publi. not. ſi verò ſine armis: tunc lex. Iulia.de ví priuata:vt ſuprà ad legem Iuli. de vi priua.plenius verò facit inſtitut. de publ.iud.§.Item lex Iulia.de vi.cum ſimilib. Impubes tamen non doli capax non tenetur niſi ſeruus eius, vel familia fecerit: nam
8 tunc tenetur.ff.eodem.l.ſecunda.§.impuberem. †Item not.quòd iſta actio datur hæredi contra raptorem, ſed nõ contra hæredem ipſius,niſi inquantum factus eſt locupletior:vt ff.eodem.l.ſecunda.§.fina. Item non ſolùm quí rapínam fecit tenetur:vt ff.de fur.l.ſi vendiderim. §. cum raptor.C.de accu.l.non ideo.

ADNOTATIO. a ¶Actio. Adde tu quibus rebus detur actio vi bonorum raptorum.& vide per Alexand.in conſi. ciij.col. iij.in j.volu.& ibi in verſi.inſuper habes an contra raptores pro vi turbatiua detur actio iniuriarum: & quomodo & quando ſtetur iuramento damnum paſſi.in dicta col.in fi.

b ¶Si quis in tantam.Adde tu Alexan.pro intel.dicta l.in conſi.ciij. per totum.in j.vol.& ibi an habeat locum d.l.in rapiente rem communem.& vtrum miles excuſetur à pœna dictæ legis.

Si quid raptum eſt occaſione incendij, ruinæ, vel naufragij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pœna rapientis aliquid occaſione incendij, naufragij uel ruinæ quæ ſit.*
2 *Pœna ſupradicta quando locum habeat in incendio & ruina: & an habeat locum propter ſuſpicionem incendij, non ſequuto incendio, & quomodo tunc tenebitur.*
3 *Pœna occaſione naufragij quando habeat locum , & quando nauis dicitur expugnari.*
4 *Pœna qua teneatur quis rapiens de domo, uel uilla quando expugnantur.*
5 *Pœna prædicta an non ſolùm rapiens teneatur,ſed etiam qui recepit ſciens:uel abſtulit,uel amouit,uel damnum dedit.*
6 *Rapiens clauum,anchoram, uel remum nauis,uel quid ſimile , qua pœna teneatur.*
7 *Naufragium fieri facientes, uel quorum conſilio factum eſt, uel qui fuerunt impedimento quominus nauis euaderet naufragium, qua pœna puniantur.*
8 *Naufragij tempore recipiens, uel in trepidatione naufragij , quomodo puniatur.*
9 *Naturum duorum,uel trium dicto ſtatur.*
10 *Nauí propter uim euntę in domum alterius & damnum dante , quid fiet.*
11 *Actio de naufragio datur hæredi & contra hæredem.*
12 *Naufragium ſuum cuilibet & in quolibet loco impunè colligere licet,& impediens punitur,& agitur contra poſſeſſores agrorum ubi nauis rupta, uel infixa eſt.*
13 *Incendens ſcienter,uel negligentia domum,uel ſegetẽ alterius, quomodo puniatur: & appellatione domus quid ueniat.*
14 *Incendium in ciuitate,data opera uel caſu faciens,quomodo puniatur.*
15 *Piſcatores de nocte cum luce decipientes nauigantes propter quod damnificẽtur,quomodo ſint puniendi.*

1 REipublicę† intereſt ne quid occaſione incendij , vel ruinæ , vel naufragij rapiatur. ff. de incen.ruina nauf. l.prima.§.pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo. vnde prætor voluit prouidere, ne quis rapiat ex incendio, ruina, vel naufragio alicuius nauis: & qui contra fecerit, puniatur &c. vt infrà sequitur: vt intra annum ad restitutionem in quadruplum ciuiliter: post annum verò in simplum: vt ff. eodem. l. prima. in princ. † Et not. prædicta locum habere solum si de domo rapitur vbi incendium erat, sed si de adiacẽtibus domibus, vel prædijs: raptum est de dolo malo, & satis videtur factum occasioni incendij: si sit durante incendio: vt dicta l. prima. §. ex incendio: & idem videtur si fiat occasione ruinæ: vt dicta l. prima. §. ruinæ. Sed si fieret per suspitionem incendij, vel ruinæ, & non sequeretur postea ruina, vel incendium, prædicta locum non habent. ff. eodem. l. prima. §. si suspicio: quia falsæ suspitioni non statur, sed tenetur tunc furti: vt ff. de furtis. §. interdum. §. penulti. & l. interesse. §. repetente. & l. prima. † Item si quis rapit de naufragijs tempore & loco quo fit naufragium, vel nauis expugnatur, tenetur in quadruplum intra annum: & postea in simplum: vt dictum est, & ff. eodem. l. prima. & secunda. in princip. & l. si quis. & C. de furtis. l. in eum. & in auth. nauigia. Et dicitur expugnari nauis: cum spoliatur, aut funes inciduntur, aut vela &c. vt ff. eodem. l. expugnantes. † Item si quis rapiat de domo, vel villa quando expugnatur, tenetur in quadruplum, vel duplum: vt dictum est: vt dicta l. iij. §. Labeo. † Item not. quod nõ solum qui rapit. sed etiam qui recepit sciens, vel abstulit, vel amouit, vel damnum dedit, tenetur: vt dicta l. iij. §. non tantum. & §. sequenti. † Item si rapuit clauum, id est gubernaculum vnum, seu plures, tenetur omnium rerum nomine, vel aliam rem propter quam nauis fuit in naufragio: vt forte anchora, vel remus, vel quid simile: vt dicta l. iij. §. senatus. facit. ff. ad Sillanianum. l. si quis in graui. §. si quis tabulas. † Illi autem qui fieri fecerunt naufragium, vel quorum consilio factum est, vel impedimentum dederunt quominus auxilium haberent ad euitandum naufragium: tenentur lege Cornelia de sica. ff. de incendio ruina naufragio. l. secunda. §. alio senatusconsul. † Si autem tempore naufragij recipiatur, vel non in naufragio, sed in alia trepidatione naufragij diuersimode, etiam criminaliter punitur. Nam quidam relegantur, quidam flagellantur. ff. eodem. l. prædijs. & l. ne quid. & non minus ciuiliter tenetur ad quadruplum vel duplum: vt supra dictum est. & ff. eodem. l. prima. in princip. C. de naufragij. l. penul. libro vndecimo. † Item notat quod statur dicto nautarum duorum, vel trium. C. de naufrag. l. quoties. libro xj. & ibi not. † Sed quid si nauis tua propter vim venit in domo mea, & dedit mihi damnum? Respon. non teneor tibi dimittere, nisi primò caueas mihi de damno meo, vel emendes damnum: vt ff. eodem. l. ratis. † Item not. quod agitur contra hæredes ciuiliter, nedum contra delinquentem, & datur etiam hæredi illa actio &c. vt ff. eodem. l. Pedius. † Item not. quod licitum est cuilibet colligere in quolibet loco, & impune suum naufragiũ, siue suas res ob causam naufragij: vt ff. eodem. l. fin. Et si qui impedimentum præstat, punitur: vt ff. eodem. l. ne quid. §. fina. Potest etiam agi contra possessores agrorum vbi nauis est infixa, vel rupta: vt dicta l. ne quid in princip. † Item not. quod si quis posuit incendium sciens in domo, vel segete alterius & comburitur sine negligentia, ad damnum tenetur: & appellatione domus, omnes species ædificij continentur: vt ff. eodem. l. qui ædes. † Qui autem in ciuitate dando operam incendium fecerit: aut ad mortem damnatur, aut relegatur: vt ff. eodem. l. fina. Si autem casu fortuito incendium fiat: tunc venia dignus est. ff. eod. l. fortuito. † Item nota. quod si piscatores de nocte cum lumine decipiant nauigantes, vt ibi veniant: credentes ibi esse portum, & propter hoc naues pereunt & damnificantur, ipsi sicut & alij raptores tenentur: & puniuntur sicut dictum est supra. & ff. eodem. l. ne piscatores. & C. de naufragijs. l. prima. in princip. & l. fina. & per totum lib. xj. facit. C. de furtis. l. in eum. & auth. nauigia. & quod

ibi not. Et sic videtur hodie per dictam auth. nauigia. quòd solùm puniantur in publicatione bonorum, & aliter vt principi placuerit, qui rapuit res de naufragio: nisi sunt nauigia quæ piraticam exercent prauitatem, vel sint inimica imperio, & sanctæ romanæ ecclesiæ: vt quia sint sarracenorum, vel hæreticorum, & similium. nam in alijs non habet locum dicta pœna: quia licet, & licitum est rapere talia bona: vt in dicta auth. nauigia. quæ fuit Federici impera. Sed in alijs raptoribus occasione incendij, vel ruinæ, habet locum pœna supradicta: vt suprà notatum est: & in supradictis legibus continetur.

De incendiarijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius unde dicitur: & qui incendium facit dolo, uel negligentia quomodo puniatur.*
2 *Incendio sequuto in domo mea uicina tuæ, quia tuus inimicus posuit ignem in domo tua, an tenearis mihi ad emendam.*
3 *Incendio sequuto: ut suprà duarum opinionum in tali casu quæ sit uerior.*
4 *Incendens ecclesiam, uel alium locum quomodo puniatur: & an ad sedem apostolicam sit mittendus pro absolutione.*
5 *Domus appellatione, quæ ædificia contineantur.*

1 INcendiarius† dicitur ab incendio: vnde si quis domos alicuius, vel segetes, vel alias res accendit, imponendo ignem dolosè, vel imponi faciendo, iste talis aut igne concrematur, aut capite punitur: vt ff. de incendio ruina naufragio. l. qui ædes. & l. fin. & penul. ff. de pœnis. l. capitalium. §. qui ob inimicitias. & §. incendiarij. & xij. quæstio. secunda cum deuotissima. xxiij. quæstio. viij. pessimam. si verò negligentia, tunc corporaliter punitur, fortè fustigatione, vel manus abscissione, vt iudici videbitur, vel alia pœna: vt dicta l. qui ædes. bene facit. ff. de in ius vocando. l. fina. ff. de pœnis. l. prima. C. de accusa. l. non ideo. & l. si fortuitu. † Sed quid, quidam tuus inimicus posuit ignem in domo tua, vel in alia re, quæ est vicina domui meæ, propter quod domus mea est combusta, vel alia res. quæritur, an tu tenearis mihi ad emendationem damni mei?

Respondeo, & videtur quòd sic: quia & incendium factum fuit occasione tuæ inimicitiæ, vnde tu teneris emendare: vt ff. de iniurijs. l. fina. argumen. ff. de solu. l. in ijs. ff. loca. l. si merces. §. culpæ. & ibi not. & est ratio: quia tu videris causam damni dedisse &c. & nihil interest &c. ff. de ficar. l. nihil. ff. communi. diui. l. is qui communes ædes. C. ad legem Iuliam. de vi publi. l. quoniam. Alij contra: quia congruum non est, vt id quod prætor voluntatem meam accidit, in meum redundet periculum. xxvij. quæstio. v. de occidendis. Facit extra de homicidio. decreto. Item quia delictum alterius tibi nocere non debet. C. ne vxor pro ma. l. maritorum culpa. C. ne fil. pro patre. per totum. C. de pœnis. l. sancimus. † Sed quidam approbauit primam opinionem, per iura primò allegata. & hoc quando quis culpa sua habuit inimicitias: vt dicta l. si merces. §. culpæ. & facit pro hac parte. ff. ad legem Rhodiam. de iactu. l. prima. & secunda. §. æquissimum. ff. pro socio. l. cum duobus. §. quidem. Sed Vber. tenet opinionem secundam, quòd non teneatur damnum emendare. Sed prima opinio. videtur verior: vt not. in dicto §. culpæ. † Sed quid de iure canonico: si quis incendit ecclesiam, vel locum religiosum, ipso iure est excommunicatus. vt extrà de sententia excommunicationis. cap. conquesti. & cap. tua. xj. quæstio. tertia. capit. canonica. Si verò alium locum, non est excommunicatus: sed excommunicandus, & damnum emendare tenetur: vt extrà de rapto. capit. in literis. & dicto cap. tua. & debet postea mitti ad sedem apostolicam absoluendus: vt dicto capit. tua. † Item nota. quòd appellatione domus,

a mus*, continẽtur omnes species ædificij: vt dicta l. ædes. in fin. ff. de adulterijs. l. qui domum. & l. nec in ea. §. ij. & instit. de iniur. §. domum.

ADNOTATIO. a ¶ Domus. Adde tamen quòd in statuto appella. domus non venit capana in incendio: ita Bald. in cap. ij. de fratri. de no. benefic. inuesti. pro quo facit text. in l. senatus. §. maritus. ff. de lega. primo. & Barto. in l. cætera. §. quod senatus. eodem titu. & intelligo etiam si capana sit ad vsum hominis, & faciũt ea quæ dicit Alex. in consi. ciiij. in j. volumine.

De iniurijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria tribus modis irrogatur, scilicet facto, uerbis, & literis.*
2 *Iniuria facto quomodo dicatur fieri.*
3 *Iniuria quomodocunque inferatur in corpus, uel in rem alterius animo uulnerandi dicitur fieri iniuria facto, & non solùm ratione propriæ personæ, sed etiam aliarum hic enumeratarum.*
4 *Iniuria facta uni personæ quando inferatur pluribus: & an uno agente iniuriarum, tollatur iniuria alteri facta.*
5 *Iniuria facta filio, uel nurui, qui possint agere iniuriarum.*
6 *Iniuria facta marito, uel socero: an uxor uel nurus agere iniuriarum possit.*
7 *Iniuria facta filiofamiliâs, poterit agere per se, & per procuratorem.*
8 *Iniuria facta seruo proprio, uel communi, quis poterit agere.*
9 *Iniuria quomodo fiat uerbis: & an possit fieri absenti.*
10 *Conuitium unde dicatur.*
11 *Iniuriarum tenetur non solùm iniuriam faciens, sed procurans fieri, & alios incitans ad faciendam.*
12 *Iniuria quomodo fiat literis.*
13 *Iniuria dicitur multis modis.*
14 *Iniuria non fit uolenti & ille agere non potest, & quot actiones nascantur pro uno delicto.*
15 *Iniuriarum an teneatur qui me in ius facit uocare sine iusta causa.*
16 *Item an prohibens bestias meas in loco publico pascere.*
17 *Item an prohibens me lauare in balneo publico, & in similibus publicis locis aliquid facere.*
18 *Item an uolens diuinare contra ueritatem me feciſſe furtum, uel quid simile, quod non feci: & qua pœna puniatur.*
19 *Item an tenetur qui me non debitorem requiri fecit tanquam debitorem.*
20 *Item an tenetur qui sibi incognitum offendit.*
21 *Item an teneatur aliquid iniuriosum faciens, etiam si nesciat ad cuius iniuriam uel contumeliam fiat.*
22 *Item an teneatur inquietans fideiussores, quando principalis paratus est soluere.*
23 *Item an teneatur faciens ludibrium de aliquo.*
24 *Item faciens, uel dicens aliquid ob infamiam.*
25 *Item an prohibens me uendere, uel alienare rem meam.*
26 *Item an imponens signa domui meæ, uel rebus meis: ut suæ appareant, uel alienæ.*
27 *Item an intrans domum meam me inuito: etiam si sit nuntius citans.*
28 *Item an utens uestre sordida, uel capillis in opprobrium alicuius.*
29 *Item an iudex faciens contumeliam appellanti, quia appellauit.*
30 *Item an iudex uulnerans appellantem, & qua pœna teneatur.*
31 *Item an si inferior fumum faciat superiori, uel superior proijciat feces, uel aliquid simile inferiori.*
32 *Item an iudex iniungens mihi onus ultra debitum modum, uel præcipiens iniustum, uel illicitum.*
33 *Iniuriam facientes personæ, quæ tamen non tenentur iniuriarum hic enumerantur.*
34 *Iniuriarum an teneatur ille qui ad imminuendum dignitatem meam non permisit me habere officium, uel quid simile.*
35 *Item an pater, uel dominus, quando filiusfamiliâs, uel seruus iniuriam facit, ita quòd contra istos agi possit, & an iniuria sit maleficium.*
36 *Item an uerberans aliquem pugnis, uel aliam rem, uel tormenta faciens alicui, & quæ dicantur tormenta, & quæ ueniant appellatione tormentorum.*
37 *Iniuriarum actio datur non solùm illi cui facta est, sed etiam alijs personis hic enumeratis: & licet una remittat persona, alia uidetur agere posse.*
38 *Iniuriarum ciuiliter agi potest, & quomodo stabitur iuramento iniuriati, & aliarum personarum: & quid de taxatione & condemnatione.*
39 *Iniuriarum actio ciuiliter quando detur hæredi & in hæredem, & quando non.*
40 *Iniuria à pluribus illata omnes tenentur insolidum, nec uno soluente alij liberantur.*
41 *Iniuriarũ an tenetur non solùm faciens, sed curans & sollicitans illam fieri, tenentur suadens & incitans iniuria sequuta.*
42 *Iniuriæ ciuiliter æstimatio, an fiat aliquando plus & minus, & quo respectu, & quibus rationibus iniuria dicatur atrox.*
43 *Iniuriarum agitur ciuiliter & criminaliter lege Cornelia, & licèt actum fuerit criminaliter, nihilominus agitur ad damnum, & quantum duret ista actio.*
44 *Iniurians an præsumatur facere animo iniuriandi, & quando fallit.*
45 *Iniuriarum actio, an per pactum tollatur.*
46 *Item an ipso iure per pactum parentum de non accusando.*
47 *Item an si iniuriatus bibit, uel comedit cum illo qui fecit iniuriam.*
48 *Iniuriarum an teneatur ciuiliter qui leuauit manum ad percutiendum aliquẽ, licèt non percusserit.*
49 *Iniuriarum an ignorantia excuset.*
50 *Iniuriam faciens cadaueri defuncti, an iniuriam faciat hæredi, & an hæres possit agere iniuriarum.*
51 *Iniuriarum an teneatur qui dum uellet unum percutere, alium percussit.*
52 *Iniuriarum agens quid debet designare in suo libello uel accusa. & an debet ponere omnes iniurias in uno libello.*
53 *Iniuriarum potest agi lege Cornelia de sica. & non minus aquilia. homine occiso.*
54 *Tutor & procurator, an pro alio agere possint iniuriarum.*
55 *Magistratus aliquid faciens pro suo officio, & curia non tenentur iniuriarum, aliàs sic. & minor magistratus durante officio poterit iniuriarum conueniri.*
56 *Iniuriarum an tenetur qui dum crederet offendere Petrum, offendit Antonium & quid de offendente sibi incognitum.*
57 *Offendente Titio filiumfamiliâs, quem patremfa. putabat, & nuptum quam credebat uiduam, an marito & patri dabitur actio, & an prohibens rem meam uendi teneatur.*
58 *Iniuriarum tenetur generaliter quandocunque & quomodocunque quis fecerit contra alium uel ad infamiam alterius siue facto, siue uerbis, siue literis animo iniuriandi.*
59 *Accusans ad infamandum aliquem, uel per calumniam & animo calumniandi quomodo punitur.*
60 *Iniuriæ omnes debent in eodem libello describi, quando plures iniuriæ alicui inferuntur eodem loco & tempore, & agere uult.*

1 MVltis modis,† & diuersis iniuria irrogatur. Sed altero de tribus modis fit iniuria videlicet, aut facto, aut verbis, aut literis. † Facto dicitur fieri iniuria, quando quis pulsatur & verberatur vel domus eius introitur animo iniuriandi. & dicitur verberare cum dolore: pulsare dicitur sine dolore. ff. eodem. l. lex Cornelia. Item domum intellige, siue sit propria, siue conducta, siue gratis concessa, & siue sit in ciuitate, siue in villa, siue sit etiam hospitium in quo quis hospitatur: vt dicta lege Cornelia. §. domum. instit. eod. §. domum. † Et generaliter quomodocunque iniuria inferatur in corpus, vel in re alterius animo vulnerandi, dicitur facto fieri. & non solum si fiat in tua propria persona, vel re tua: sed etiam si fiat in persona vxoris, vel sponsæ tuæ, vel filij, vel nepotis tui, qui est in tua potestate, vel serui tui ad tuam contumeliam: vt instit. eod. §. patitur. ff. eodem. l. apud Labeonem. §. sponsum. † Et sit etiam pluribus personis iniuria. vnde si fiat vxori tuæ quæ est filiafamilias. Titij, & ipsi filiæ, & marito, & patri fit iniuria: vt si vnus agit iniuriarum, non tollitur per hoc iniuria alteri facta: vt ff. eodem. l. prima. §. fina. † Item si fiat filio: pater, vel auus, vt dictum est, potest agere. idẽ iuris si fiat iniuria nurui ex filiofamiliâs. quia socer poterit agere iniuriarum: vt dicto §. primo. quia socer loco parentis habetur. ff. soluto matrimo. l. quia socer. & instit. eodem. §. patitur. † Si autem fiat iniuria marito, vel socero, vxor vel nurus agere non potest: quia defendi vxorem à viro &c. æquum est & non econtra: vt l. secunda. ff. eodem. † Item filiusfamiliâs, pro iniuria sibi facta potest agere iniuriarum per se & procuratorem, vt ff. eod. l. sed si vnus. §. idem Iul. † Sed si fiat iniuria seruo, non agit seruus, sed dominus cuius videtur facta iniuria. vt instit. eodem. §. seruus. & si fuerit seruus proprius vel communis. Nam vterq; dominorum poterit agere: vt instit. eodem. §. si communi seruo. † Verbis autem fit iniuria: vt quando fit conuitium siue dedecus: vt si dicatur, tu es latro, tu es falsarius, tu es assassinus, cucurbita, vel cacu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius: vt l. apud Labeonem. §. generaliter in fin. ff. eod. vel quid simile dicatur præsenti. potest etiam fieri iniuria absenti: vt si quis ad domum tuam, vel ad apothecam, vel ad tabernam venit te absente & mala verba dixit & turpia de te: vt dictum est, ad infamiam tuam: vt ff. eodem. l. prima. §. iniuria. & l. item apud Labeonem. §. qui turpibus. † Et dicitur conuicium à vociferatione, vel à vocum prolatione: vt ff. eodem. l. apud Labeonem. §. conuicium. & §. sequen. & §. fecisse. & §. fina. † Et non solùm qui facit iniuriam, sed qui procurat fieri, & incitat alios ad faciendum, tenentur iniuriarum: vt dicta l. apud Labeonem. §. si curauerit. & §. seq. & §. ait prætor. & §. generaliter. † Literis etiam fit iniuria: vt quando facit quis libram, vel carmen, vel historiam, vel literas, vel scripturam porrigit non veram, vel componit, vel scribit, vel dictat, vel quid simile facit dolo malo, siue suo nomine quis faciat siue alieno: vt institut. eodem. §. iniuria. & ff. eodem. l. lex Cornelia. §. si quis librum. facit ad hoc quod not. in titu. de famosis libellis. & dic vt ibi not. Si autem verũ esset quod diceret, non tenetur iniuriarum: quia expedit peccata nocentum &c. vt ff. eodem. l. eum qui nocentem.

† Item not. quòd iniuria dicitur multis modis: nam dicitur contumelia dicta à contemnendo. Item dicitur iniuria, id est damnum datum iniuria: vt est in l. Aquilia. dicitur etiam iniuria id est iniustitia, vnde si iudex contra aliquem iniustè prouocat, dicitur iniuriam facere, & nõ tenetur iniuriarum. † Item not. quòd non fit iniuria volenti, & ille talis non potest agere iniuriarum: non tamen per hoc non tollitur iniuria facta patri, vel marito, vel simili, vel communi, vel loco, vel fisco. ff. eodem. l. prima. §. ysque adeò. & l. pater. §. si quis seruum. ff. de fica. l. lege. §. fina. ff. de publica. l. licitatio. §. quod illicitè. cum similib.

Nam pro delicto duæ nascuntur actiones: vna quæ datur iniuriato, & alia quæ datur fisco: & vna non tollitur per aliam: vt dicto §. quod illicitè. siue reipublicæ vel communi illius loci vbi quis degit. ff. de vi pub. l. qui cœtu. §. vacantem. cum similib. † Item tenetur iniuriarum qui me fecit vocari in ius siue ad iudicium sine causa iusta. ff. eodem. l. iniuriarum. §. si quis. † Item si quis prohibet me pascere cum bestijs meis in loco publico tenetur: secus si in suo priuato: vt ff. eodem. l. si iniuriarum. §. si quis me. & §. finali. † Item si prohibet me in balneo publico lauare: & in similibus publicis locis aliquid facere; vt in dicto §. & sequenti. † Item tenetur qui vult diuinare contra veritatem me fecisse furtum, vel quid simile quod non feci, quod plus est, capitali pœna punitur. ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. si quis astrologus. & C. de mathe. l. nemo. † Item qui fecit me requiri tanquam debitorem suum, & non sum debitor, tenetur: vt dicta l. Item apud Labeonem. §. si quis non debitorem. † Item si quis ostendit aliquem quem non cognoscit, non minus tenetur: vt ff. eodem. l. eum qui. §. iniuriarum. † Item non faciat aliquid iniuriosum etiam si nesciat aliquid ad cuius iniuriam, vel contumeliam fiat, punitur, saltem à communi cui videtur facta iniuria. ff. eodem. l. quod senatus. & est ratio: quia reipublicæ interest ne maleficia sint impunita. ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. † Item si quis inquietat fideiussores dum paratus sum soluere debitum, tenetur iniuriarum. ff. eodem. l. si creditor. † Item si quis facit ludibrium de aliquo, vel ducit ad ludendum, vel ad locum vbi ludibria sunt, tenetur: vt ff. eodem. l. si quis seruum. † Item si facit vel dicit aliquid ob infamiam, tenetur iniuriarum: vt ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. generaliter. & §. sequenti. & l. constitutionibus. † Item si quis prohibet me vendere, vel alienare rem meam, tenetur iniuriarum: vt ff. eodem. l. si quis seruum.

† Item si quis imponit signa sua domui meæ, vel rebus meis ab hoc, vt suæ appareant, vel aliena, tenetur iniuriarum: vt ff. eodem. l. si iniuriæ. & C. nemini licet. signa imponere rerum alie. l. j. & secunda. † Item si quis intrauit domum meam me prohibente, vel nuncius intrauerit me inuito, & me citauerit, tenetur: vt ff. eodem l. qui in domum. & est ratio: quia domus est tutissimum refugium: vt ff. de in ius vocando. l. pleriq.

† Item si quis vtitur veste sordida vel capillis in opprobrium alicuius, tenetur. ff. eodem. l. vestem. † Item si appello à iudicis sententia: & propter hoc faciat mihi iniuriam, ipse tenetur: vt ff. eodem. l. iudici. facit. ff. de appellation. l. illud. † Item si iudex vulnerauit appellantem, tenetur lege Iulia de vi publica. l. lex Iulia de vi. & notat. suprà ad legem Iuliam. de vi public. † Item si quis inferior habitator fumum facit superiori, vel si superior proijciat feces vel aliud simile turpe super inferiorem, tenetur iniuriarum: vt ff. eodem. l. si inferior.

† Item si iudex iniungit mihi onus vltra debitum modum, vel præceptum illicitum, vel iniustum facit, tenetur: vt ff. eodem. l. iniuriarum. §. Labeonem. & §. sequen.

† Item nota quòd quædam sunt personæ quæ faciunt iniuriam & non tenentur, vt pupillus non doli capax.

Item furiosus: vt ff. eodem. l. illud. ff. de sicarijs. l. infans. Item dementissimus non tenetur, quia excusatur: vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. Item ebrietas excusat: vt l. respiciendum. §. casu. ff. de pœnis.

Item & in similibus casibus contingit: vt nota. suprà de homicidio. in fine. Item qui facit per iocum non tenetur, nisi iocus esset valde noxius. ff. ad legem Aquiliam. l. nam ludus. ff. eodem. l. illud. extrà de præsumptio. capit. primo. Item non tenetur qui facit causa correctionis, nisi excesserit modum in corrigendo. ff. eodem. l. apud Labeonem. §. adijcitur. ff. ad legem Aquiliã. l. præceptoris. C. de emẽdatione propinquorum. l. prima. & maximè persona coniuncta sanguini. ff. eodem. de iurijs. l. vestem. Item excussor qui facit aliquid iniuriosum ob honorem reipublicæ. ff. eodem. l. quam reipublicæ. Item non tenetur qui exequitur ius & iustitiam secundùm ius: quia iuris executio &c. vt ff. eodem. l. iniuriarum. §. secundo. & sequenti. Item licet pupillus, vel furiosus, vel similis non possint facere iniuriam nec teneantur, tamen possunt pati, & ille qui facit punitur: vt dicta l. illud. † Item etiam tenetur ille qui non permisit me habere officium vel assequi, si facit ad minuendum dignitatem meam. idem, & in similibus: vt ff. eodem. l. iniuriarum. §. si quis de honoribus. † Item si filius familiâs facit iniuriam, potest agi contra patrem ciuiliter, vel si seruus contra dominum: vt ff. eodem. l. sed si vnius. §. cum seruus. & §. si fussum. & §. ait prætor. & l. si filij nomine. cum similibus. Nota etiam etiam quòd iniuria est maleficium: vt dicto §. cum seruus. † Item tenetur qui aliquem verberat, pugno, pede vel alio impulsu facto de suo corpore, aut per alia facta quæ dant tormentum corpori vel ea quæ ad mutilationem membri possunt esse apparentia ita quòd ea quæ fiunt per dolorem corporis aut appellatione tormentorum, in quibus continetur omnis mala mansio: vel si denegat alimenta, vel quid simile facit, leuis autem territio vel iniuria non dicitur tormentum: vt ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. verberasse. & §. quæstionem. & §. sequenti. Fallit in iudice qui infert tormenta præcedentibus indicijs, & secundùm iura qui non tenetur iniuriarum: vt C. de quæstio. l. milites. quia iuris executio non habet iniuriam. ff. eodem. l. iniuriarum. §. his. & §. sequenti. † Et nota quòd nõ solùm datur actio iniuriarum illi cui facta est iniuria, sed etiam alij pro eo, vt patri. pro filio, domino pro seruo, marito pro vxore, sponso pro sponsa, abbati pro monacho & similibus: vt institit. eodem. §. patitur. ff. eodem. l. j. §. item aut per. & §. sequen. & §. Labeo. & §. sequen. & l. item. §. sponsum. Et licet vnus remittat iniuriam, nihilominus alter videtur agere posse: vt dicta l. prima. & fin. & l. si vnius. §. fi. & l. seruo. §. filio. & l. pater. † Et potest pro iniuria ciuiliter agi, & stabitur iuramento * iniuriati: si iurauerit potius

potius de suo velle amississe tantum, quàm pati talem iniuriam tempore iniuriæ irrogatæ: quia ad tempus debet fieri æstimatio. Idem in patre & domino, & similibus est dicendum: si iurauerit certam, præmissa prius à iudice taxatione, quantitatem. argumen. C. de iudicijs. l. apertissimi. & auth. pascuis. & l. videamus. §. penul. Et posteaquam iuratum fuerit, non licebit iudici in minori quantitate condemnare: vt in auth. de iudic. §. oportet. col la. vj. & extrà eodem cap. olim. † Item not. quòd illa actio ciuiliter non datur hæredi, nec in hæredem: vt ff. eodem. l. iniuriarum. in princip. nisi lit. contesta. vt ibi not. & ff. eodem. l. iniuriarum. in bonis. † Item not. quòd si plures simul faciunt iniuriam, omnes simul tenentur in solidum, quia tot sunt iniuriæ quot sunt facientes: vt ff. eodem. l. si plures. nec vno soluente alij liberantur, cum sit pœna. ff. ad legem Aquiliam. l. item mela. §. si plures. vbi de hoc not. ff. de furt. l. vulgaris. §. si duo. ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. in fin. cum similib. † Item not. quòd non solum qui facit iniuriam, sed qui curauit & solicitauit fieri tenetur, & hoc verum est, si iniuria sequatur & habeat effectum, aliàs secus: vt ff. eodem l. item apud Labeonem. §. si curauerit. vbi de hoc. Idem dico de illo qui suadet & incitat vt fiat iniuria: vt ff. eodem. l. non solùm. & l. item. §. fecisse. & §. adduxisse. † Item nota. quòd fit ciuiliter æstimatio iniuriæ plus & minus, aliquãdo ratione personæ: vt ff. eod. l. actione. & dicitur magis atrox [b] vt puta si fiat magistratui, vel iudici, vel episcopo, vel simili: vel si fiat parenti per filium, vel patrono per libertum, quàm si fieret per extraneum, & magis quàm si fieret alicui vili personæ. Et fit etiam atrox ratione loci, vt si fiat in ludis in multorum conspectu, potius quàm si fieret in loco occulto, vel si fiat in conspectu prætorum, vel in palatio, vel alio simili loco publico. Fit etiam re ipsa, id est facto ipso atrocior, vt si quis percutiat in ore, vel in facie, vel in oculo magis quàm si in spatulis, vel alia parte corporis. Et non solùm dicitur atrox si fiat corpori, sed etiam si fiat vestibus quæ dilacerantur, vel similibus: vt ff. eodem. l. prætor. §. fi. & l. sequent. & instit. eod. §. atrox. cum simili. † Item not. quod pro iniuria agitur ciuiliter & criminaliter lege Cornelia, vt ff. eod. l. lex Cornelia. & l. fina. Et quamuis fuerit actum criminaliter pro iniuria, nihilominus agitur ad damnum lege Aquilia. ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. & institu. eodem §. in summa. licèt aliàs tollatur ciuilis per criminalem, cum vtraq; detur ad vindictam: vt ff. eodem. l. senatus. & l. prætor. §. j. & durat per annum continuum ista actio, & non vltra. licèt Mart. dixerit contra. C. eo. l. si non conuicij. † Sed nunquid præsumitur quis semper facere animo iniuriandi sit facit iniuriam? Respon. sic: quia esse malum prauè præsumatur actum: vt dicta l. si non conuicij. Sed tamen fallit in personis conjunctis, quæ non præsumuntur facere animo iniuriandi &c. ff. eodem. l. vestem. §. j. & facit. C. de emen. propin. l. j. & in marito & vxore, qui sunt socij & diuinæ & humanæ domus, & vna caro. C. de cri. expi. hæredi. l. ad uersus. extrà de coniu. lepro. cap. primo. cum simi. † Item not. quòd tollitur actio illa per pactum: vt ff. de pact. l. si ti bi decem milia. §. quædã actio. † Item tollitur pro ipso iure si fiat per parentes de non accusando: vt dicta l. si tibi. extrà de accusa. cap. meminimus. cum simili. † Item tollitur similiter actio, vt si iniuriatus bibit vel comedit cum illo qui fecit iniuriam: vt institu. eodem. §. fina. † Item si quis leuauit manum ad percutiendum aliquem, licet non percusserit, tenetur ciuiliter iniuriarum: vt ff. eodem. l. item apud. §. j. † Item excusatur ab iniuria ratione ignorantiæ. vnde si quis attentauerit pudicitiam virginis vel alterius honestæ mulieris in habitu meretricali incedentis, non tenetur, secundùm Ioan. vt ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. & l. illud. §. fina. aliàs secus: vt ff. eodem. l. prima. §. iniuriam. in fin. & l. sed & est quæstio. §. fina. & l. sequent. † Item si quis facit iniuriã cadaueri defuncti, facit etiam hæredibus iniuriam: vt d. l. prima. §. & si fortè. & §. sequent. & agit hæres iniuriarum si vult, vt patet in dicta l. † Item not. quòd si dum vellem vnum percutere & alium percussi, iniuriarum teneor: vt ff. eodem. l. iiij. † Item nota. quòd ille qui agit iniuriarum, debet in sua accusa vel libello designare certam quantitatem iniuriæ, vt in qua parte corporis, & in quo loco, nec licet ei ignorare: vt ff. eo. l. prætor. in prin. & §. prætor. & §. quod autẽ. & debet omnes iniurias ponere in vno libello: vt dicta l. fina. & hoc probare debet. ff. vi bon. rap. l. prætor. secundo. §. docere. † Item si homo est occisus pro iniuria, potest agi lege Cornelia. de sicar. ff. de sicar. l. prima. & §. qui hominem. & non minus potest agi aquilia ad damnum: vt ff. eodem. l. prætor. §. j. & §. sequen. † Item not. quòd tutor & procurator pro alio potest agere: vt ff. eodem. l. iniuriarum. §. agere. & l. si vnius. §. idem Iulia. & C. eodem. l. fina. † Item no. quòd si magistratus aliquid facit pro suo officio & cura, non tenetur iniuriarum: quia iuris executio &c. vt ff. eodem. l. iniuriarum. §. j. & sequen. aliàs sic: vt ff. eodem. l. magistratibus. & si est de minoribus, potest conueniri, etiam durante officio, aliàs secus: vt dicta l. & de hoc no. suprà de perso. quæ non pos. accusa. in fin. titu. † Item nota. quòd si quis credit iniuriam facere Ioan. & facit Petro, tenetur: idem si facit alicui quem non cognoscit: vt ff. eodem l. eum. §. iniuria. † Item not. quòd si quis facit iniuriam filiofamil. quem patrem familias esse putabat, non datur patri actio. Idem si facit iniuriam nuptæ, credens ipsam esse viduam, non datur marito &c. vt ff. eod. l. eum qui. §. fina. sed ipsis bene datur. Item qui prohibet rem meam vendi, tenetur: vt ff. eodem. l. si quis.

† Et generaliter dico, quòd quandocunque & quomodocunque aliquis facit contra alium, vel ad infamiam alterius, siue facto, siue verbis, vel libello [c] siue literis animo iniuriandi, quòd tenetur iniuriarum: quia iniuria est omne quod non iure fit: vt institu. eodem. in princip. & ff. eodem. l. prima. in princip. §. iniuria. & l. item apud Labeonem. §. generaliter. & C. eodem. l. si verò. † Et not. quòd si quis facit accusam ad infamandum aliquem, vel per calumniam facit, & animo calumniandi, punitur extraordinariè pœna relegationis, vel exilij: vt ea. l. qui iniuriarum. vel punitur: vt not. infrà de famo. libel. † Et no. quòd si plures iniuriæ alicui inferuntur eodem loco & tempore & vult agere, quòd omnes debent in illo libello & non diuersis inferri: vt ff. eodem. l. prætor edixit. §. si mihi. distinguendo qualitatem iniuriæ: vt dicta l. prætor. in princip. & §. præterea. & §. quod autem. & insti. eod. §. atrox. & §. in summa. cum simil.

ADNOTATIO. a ¶ Iuramento. Adde tu & vide de hoc latè per dominum meum Soci. in cõsi. cxlvj. col. fi. versi. ft. circa quartum & vlti. & in dicto consi. iiij. versi. circa tertiam, quomodo probatur interesse iniuriæ: & quæ pœna inferatur pro iniuria illata in fin. per Alex. in consi. xxv. in fi. in ij. volu.

b ¶ Atrox. quæ dicatur esse atrox iniuria per Alexã. in consi. xcix. colum. j. versicu. capio primum in j. volumi. in consi. ccvj. col. j. in fin. & ibi quæ dicatur grauis, & quæ grauissima: & adde quòd iniuria dicitur magis atrox quæ fit per maledictum in specie quàm per maledictum in genere. ita Socin. in consi. suo, cxvij. in j. volu. in princip.

c ¶ Vel libello. Vide de hoc per Alexand. in consi. ccxv. in secundo volumi.

De damno dato. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Damnum unde dicitur: & an oporteat quod culpa detur si damno agi debet, & nec infans nec furiosus tenetur de damno dato.*
2 *Impubes non tenetur de damno dato, nisi sit doli capax.*
3 *Damnum dans ad sui defensam quando teneatur, & quando non.*
4 *Damnum aliquando datur à quadrupede, quandoque à persona.*
5 *Damno dato ab animali mansueto de sui natura quid dicendum sit in diuersis casibus: & quid quando unum animal aggreditur aliud.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Damno dato quando non apparet quod animal prius aliud aggressum sit, quid iuris.
7 Damno dato per hoc quod animal tuum concitauit meum, & sic damnum dedit alteri, quid erit? & quid si aliquis facit insultum contra me cum gladio uolendo percutere, & ipsum percutio.
8 Damno dato per animal tenetur qui erat dominus tempore damni dati: & quid si moritur animal ante litem contestatam?
9 Actio damni dati competit hæredi, & contra hæredem.
10 Actio de paupere uel in factum, datur cuilibet cuius interest.
11 Actio de damno dato: an competat mihi si aliquod animal tuum comedat granum meum, uel quid simile? & quæ actio competat.
12 Gallina uel anſere tuis damnum dante, quæ actio habet locum.
13 Equo uel alio animali damnum dante in personam alicuius, quid iuris.
14 Cane, urso, uel lupo, aut simia alicuius dante damnum, quid iuris?
15 Lupo uel alio animali alicuius dante damnum, quomodo tenebitur ille qui tenet ipsum animal.
16 Lupo, urso, uel alia fera bestia ausugiente à domino: an teneatur dominus si quis interficiatur: & quæ actio dabitur.
17 Damno dato corpore animalis, siue rem quam tangit, quod est idem, quid erit.
18 Possessor animalis tenetur: & si non possideat, quomodo interrogabitur, & quid erit si plures sint domini, an insolidum teneantur.
19 Damna omnia ueniunt in æstimatione & restitutione, & damni æstimatio uenit damno dato in rebus.
20 Damno dato personæ per seruum siue ille sit unus, siue plurium, siue detur damnum in re propria, siue communi, quid iuris, & contra quem actio datur.
21 Damno dato in personam liberam, quid iuris sit?
22 Damno dato in personam liberam, quæ actio dabitur?
23 Damno dato in personam serui, quid iuris erit?
24 Vulnerantibus pluribus unum, & per hoc in lecto iaceat, quid iuris?
25 Cisternam uel foueam faciens in loco publico, si homo uel aliud animal in illa incidat, quid iuris?
26 Damno dato per tuum animal depascens herbam uel bladum meum, ad quid agere possum, & quomodo mihi satisfiet?
27 Damno dato per animal inuentum, quando possim illud retinere & quando expellere: & an liceat animal offendere?
28 Igne posito per me in stipula mea si dederit alteri damnum, quando teneor de damno dato, & quando non.
29 Domo incensa ab aliquo, si ego propter hoc sustinui damnum, quid iuris?
30 Damno dato licèt non animo nocendi, an teneatur ad emendam damnum dans.
31 Impulso me & cadente super aliquo, uel super rebus, sic quod damnum dem: quis tenebitur ad emendam.
32 Onerans se plusquam ferre possit, & ob hoc damnum dans, an puniatur.
33 Medicus imperitè medicans, uel incidens, aut curam derelinquens, & per hoc infirmus sit læsus, an teneatur ad damnum.
34 Vecturales & muliones dantes damnum, & notarij omittentes scribere acta causæ, instrumenta, uel imbreuiaturas, an teneantur ad damnum.
35 Vestem meam lacerans, scindens uel deturpans, ad quid tenetur?
36 Incendium faciens si ignis mihi damnum det dormiendo, an excusabitur.
37 Furnum habens apud domum meam dantem mihi damnum an teneatur: & si uolo agere damni infecti ante damnum datum, an mihi teneatur cauere.
38 Apes meas includens uel aues, uel excutiens, an teneatur ad damnum legis Aquiliæ.
39 Lolium, uel auenam, uel quid simile in bladum meum immittens, uel uinum aut acetum meum corrumpens, an teneatur ad damnum.
40 Nummos cadere faciens mihi de manu, uel faciens equam meam aborsum facere, aut nauem perforans, ita quòd læsus sum, an teneatur ad damnum.
41 Vuas meas nondum maturas colligens, uel segetes, aut bladum, uel similia: uel syluam meam non maturam, uel salicetum, uel oliuam incisit, an teneatur de damno dato: & quid si dicta essent matura, & si alibi asportauit, an teneatur furti?
42 Conductor alicuius operis sua imperitia me damnificans, an teneatur, & quid si uitio rei hoc fiat.
43 Ostia uel fenestras domus rumpens sua imperitia, an teneatur.
44 Vinum meum effundens, an teneatur.
45 Currens super equo & damnum dans, & non proclamans caue caue, an teneatur.
46 Magistratus damnum dans, an teneatur & credatur.
47 Vinum meum bibens, & bladum meum uel fructus commedens, an teneatur.
48 Fumo dans damnum in rebus meis an teneatur: & an iniuriarum teneatur.
49 Putator si arboris ramum proijciat non clamans, an puniatur si aliquem percutiat.
50 Rector domus si aliquid proijciat & aliquem percutiat, an puniatur.
51 Plaustrum tuum contra meum ueniens si boues meos uel aliquid aliud læserit, an tenearis mihi ad damnum meum.
52 Mulio mulas, uel bubulcus plaustrum deferens propter timorem: si propter hoc damnum sentio, an teneantur.
53 Ludendo & currendo si unus alteri data opera damnum dederit, an teneatur ad damnum.
54 Equam uel uaccam meam in orto cogens & percutiens ita ut abortum patiatur, an tenebitur mihi ad damnum.
55 Damni dati tenetur quis, nisi causa periculi uitandi illud fecerit.
56 Vxor dans damnum in bonis mariti, an teneatur.
57 Equo meo tibi commendato: si alius equus super quo sessor erat, percutiat equum meum & læserit, contra quem agam?
58 Damni generaliter quis tenetur in quolibet casu quo mihi dat damnum in rebus meis uel fructibus.
59 Damno dato per imperitiam uel negligentiam, per se, uel alium mandantem, uel auxilium dantem: an uterque tenetur, & quando?
60 Actio damni dati an detur in confitentem in simplum, & negantem in duplũ: & quid dupletur in hac actione? & quid ueniat in isto simplo? & quomodo fiet æstimatio?
61 Ciuiliter & criminaliter simul & semel agi non potest.
62 Damnum dare an sit maleficium.
63 Proijciens feces uel quid aliud ante domum meam propter quod fui condemnatus, an mihi tenebitur?
64 Animalia mea si pascunt fructus tuos uel glandes tuas, quid iuris?
65 Ouibus uel porcis suo motu intrantibus bladum meum, si damnum dederint quid iuris? & quid ueniat appellatione glandis.
66 Æstimatio damni dati, ad quod tempus debet referri.
67 Pecudibus immissis per dominum in prædium meum, & mihi damno dato: an liberetur dominus dando ipsas pro noxa.
68 Colono uel laboratore tuo mihi damnum dante, quis tenebitur?
69 Bestia tua deperdita dante mihi damnum: an agam contra te ad damnum datum te ignorante.
70 Infans furiosus, pupillus, non doli capax, dementissimus, necessitate famis aut casu damnum dans, non tenetur de damno dato.
71 Damnum dans ei cui licitum sit dare iure communi uel municipali: non tenetur de damno dato.
72 Equum tuam si misisti in syluam meam, uel illam incidisti siue matura sit siue immatura, quid iuris erit?
73 Incendens domum quomodo teneatur?
74 Aquam faciens deriuare in locum meum, an teneatur.
75 Damnum dantibus pluribus: an uno satisfaciente alij liberantur: & quid erit si non ut pœna, sed ut interesse petatur?
76 Soluens, ut suprà an poterit agere contra alios actione negotiorum gestorum.
77 Bonæ fidei possessor: an agat ad damnum datum in re possessa? & quid de creditore, & commodatario quomodo agat.
78 Bestiam tuam si ego inuenio in unea uel campo meo dantem mihi damnum, quid potero facere circa dictam bestiam.
79 Pastores tui si cum bestijs tuis dederunt mihi damnum in fructibus meis uel campo meo, uel in alio loco te ignorante: an tu tenearis emendare damnum mihi datum.

DAmnum dicitur ad di-
1 minutionem † patrimonij: vel à demo demis: vt ff. de damno infecto. l. iij. Nam ad hoc vt agatur ad damnum, oportet quòd culpa detur: alioquin non posset agi: vnde nec infans, nec furiosus tenetur: quia non habet animi discretionem: & sic damnum culpa inferre non posset, vnde impunitum est: vt ff. ad legem Corneliam. de sicar. l. quod infans. † Item impubes non tenetur
2 nisi sit doli capax: vt ff. de furt. l. impuberem. C. de pœnis. l. impunitas. † Item non tenetur qui ad sui defensam,
3 facit. ff. ad legem Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. dum modo faciat incontinenti: vt ff. ad legem Aquiliam. l. si ex
4 plagis. §. j. † Et no. quòd damnum quandoq; datur ab animali quadrupedo, aliquando à persona, de quibus vi-
5 deamus. † Datur autem ab animali mansueto de sui natura, vt est equus, bos, canis, & si. vnde si bos, vel animal alterius personæ cornu petit, vel cum cornibus nocet, & dat tibi damnum suo motu, & commota feritate contra naturam sui generis, vel equus cum pede calcitrat, vel mordet canis, potes ad damnum tantum agere vt damnum tibi emendetur, vel detur animal pro noxa: vt ff. si quadru. paupe. fecis. dica. l. j. in princ. §. j. & l. finali.

Si autem culpa hominis non suo motu, nec sui natura dederit

dederit damnum: vt quia animal est plus iusto oneratum vel propter loci angustiam dederit damnum, non poteris agere actio. in factum de pauperie, sed iniurijarum cõtra illum cuius culpa tibi damnum datum est: vt eodem §. in fin. Si autem canis ducebatur ab aliquo, & ipse nõ potuit canem retinere & aufugit ab eo quia est ipse in culpa, tenetur: non dominus canis: vt ff. si quadrupes pauperiem fecisse dica. l. j. §. sed si canis. Si autem instigatu alterius dat canis damnum, ille qui instigauit canem tenetur, non dominus: vt ff. si quadrupes paupe. fecis. dica. l. j. §. si instigatu. Item si equus calcaribus vel baculo per cutitur & recalcitrat, vel bos cornu petit & dat damnum ille qui percussit tenetur. si autem palpitauit tantum, tunc dominus animalis tenetur. ff. eodem. l. j. §. & generaliter. & §. sequen. Si autem equus tuus vel bos animal meũ percutit: & per hoc animal meum dat alicui damnum: tu teneris, non ego. ff. eodem. l. j. §. & si alia. Item si tuum animal aggreditur meum: & propter hoc tuum animal leditur & vulneratur, vel occiditur, non tibi teneor: quia tuum fuit in culpa aggrediendo meum: vt ff. eodem. l. j. §. si cum arietem. & ff. ad legem Aquil. l. si ex plagis. §. taber
6 narius. & est duplex ratio. Prima, quia est in culpa tuum aggrediẽdo meum. & damnum quod quis sua culpa &c. ff. de regulis iuris. l. damnum. Alia ratio: quia meum videtur facere ad sui defensionem, quod licet: vt l. scientiam. §. qui cum aliter. † Sed quid si non appareat quòd animal sit prius aliud aggressum. Respon. neutrum alter
7 iuntur. ff. solu. matri. l. viro. §. cùm sacramenta. † Sed quid si tuum animal concitauit meum: & per hoc dedit damnum alteri? Respon. agitur contra te: quia tuum videtur dedisse damnum, quia dedit causam, & qui causam damni dat &c. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. & l. seruus seruum. §. si instigatu. de ser. corrup. l. neratius. §. j. de sica. l. nihil. & est optimum argumentum, quòd si aliquis fecit insultum contra me cum gladio volendo
8 percutere me, & ipsum percutio, quòd non debeam condemnari: quia ipse est in culpa, quando video facere ad mei defensionem: vt dictum est. facit. ff. de sicar. l. eum qui. & l. is qui cum similib. † Et not. quòd dominus animalis qui tunc habet animal quando dat damnum, ille tenetur, & non alius, cuius fuerit: & si animal moritur
9 ante litem contestatam. non potest agi: vt ff. eodem. l. j. §. & cum. secus si postea: vt dicta l. j. §. si post litem. † Item competit hæc actio hæredi & contra hæredem: vt dicta l.
10 j. §. fina. † Et not. quòd actio de pauperie vel in factum
11 datur cuilibet cuius interest: vt ff. eodem. l. actio. † Sed quid si animal tuum comedit herbam meam vel granum vel canis, vel muscipula, carnes meas, vel porcus farinam sine inuasione sed suo motu, & sic facit non contra naturam sui generis, sed secundùm naturam. Respon. quòd non habet locum quod supra dictum est: sed poterit agi actione in factum generali ad damnum datum. ff. de præscriptio. verb. l. si seruandarum. §. penul. & fi. & C. ad legẽ
12 Aquil. l. fina. † Sed quid gallina tua vel anser dat damnum. Respon. habet locum vtilis actio de pauperie non directa: quia illa habet locum in quadrupede ad damnũ:
13 vt ff. eodem. l. penul. † Sed quia animal tuum dat damnum in personam alicuius: vt quia equus recalcitrat, & frangit crus eius, vel brachium. Respondeo si commota feritate & contra naturam sui generis facit: tu teneris, vt dictum est: vel dare pro noxa vel emendare: vt ff. eo. l. fina. Si autem instigatu alterius ille tenetur: vt suprà di
xi: & venit in æstimatione damni æstimatio expensarum factarum in medicatura & curatione vulneris & operarum quibus caruit si erat homo alicuius artificij: vt ff. eo
14 dem. l. ex hac. & de his qui ad eccle. confu. l. fina. † Item si canis, vel vrsus alicuius, vel lupus, vel simia dant damnum: habent locum prædicta: vt l. hæc actio. §. primo. in
15 fitu. eodem. §. hoc autem. & §. hæc sunt. † Item si quis habet & tenet lupum, vel aliud animal, & dat damnum: ipse tenebitur quanti iudici videbitur: quia nullus debet tenere, vt damnum inferre possit alicui: vt institu. eodem
16 §. penul. ff. de ædilitio edicto. l. hi. & l. generaliter. & l. sequen. † Si autem aufugit lupus, vel vrsus, vel alia fera bestia à domino: tunc dominus non tenetur: quia desinit esse dominus: imò qui occidit, lucratur corpus animalis, vel saltem dabitur actio non directa: vt ff. eodem.
17 l. j. §. in feris. † Item not. quòd prædicta locum habent siue animal dedit damnum in corpore suo, siue tetigerit aliam rem, quæ ei dat & det damnum: vt ff. eodem. l. j. §.
18 si autem corpore suo &c. † Itẽ tenetur ad damnũ ille qui possidet animal: si autem non possidet, debet interrogari si velit defendere: & si dixerit sic, agitur contra eum & non aliter: vt ff. eodem. l. prima. §. si ratione. Si plures sunt domini, quilibet insolidum tenetur: vt dicto §. facit. ff. de noxa. l. quoties.
19 † Item not. quòd in æstimatione & restitutione veniunt omnia damna, quæ quis passus est: vt ff. ad legem Aquiliam. l. inde Neratius. §. in summa. & si datur in rebus, fit æstimatio damni: vt institu. eodem. §. penul. & C. de noxalibus actionibus. l. fina. cum
20 similib. † Datur autem quandoque damnum personæ: vt dixi suprà. vnde si seruus tuus dat mihi damnum, potero agere contra te, vt vel emendes damnum, vel des seruum pro noxa: vt ff. ad legem Aquiliam. l. in lege. §. quoties. & hoc verum, si dominus ignorat seruum delinquere: si autem scit, & prohibere potest & non facit: tunc ipse tenetur, & non liberatur dando pro noxalibus. l. secunda. C. eodem. l. si seruus. & ff. eodem. l. in omnibus.

Si autem est seruus plurium, datur actio contra quemlibet ipsorum insolidum: vt ff. eodem. l. si plurium, & l. si seruus communis. Si autem dat damnum in re communi, potest agi, vt vel damnum cuilibet emendetur, vel detur communiter pro noxa: vt ff. de noxalibus. l. si in re communi. & communia. diui. l. communi diui. §. finali. ad legem Aquiliam. l. si seruus. §. item si seruus. cum similibus. Et non solùm datur contra dominum possidentem noxalis actio, sed etiam contra eum qui dolo desijt possidere: vt ff. de noxalibus. l. fina. & §. si quis. & l. si seruus. §. finali. & l. sequenti. † Item datur quandoque
21 damnum in personam: & si datur in libero homine qui percussus & vulneratus est, agit ciuiliter ad impensas factas in medicinis & in sua: vt extrà de iniurijs. & damno dato. cap. primo. † Item datur libero homini actio
22 legis Aquiliæ non directa: quia nemo est dominus membrorum suorum: vt ff. ad legem Aquiliam. l. liber homo. nec habetur ratio deformitatis: quia liberum corpus non recipit æstimationem, sed habetur ratio operarum quibus caruit, aut cariturus est: & ob id quod inutilis factus est: vt ff. eodem. l. ex hoc. de his qui ad eccles. confu. l. prima. §. in hoc factum. & l. finali. ad legem Rhodiam. de iactu. l. secunda. §. corporum. & fiet æstimatio operarum vsque ad illud tempus quo verisimile est aliquem viuere posse habito respectu ad suam ætatem: vt ff. ad legem Falcidiam. l. hæreditatum. §. in computatione. de transactio. l. cum hi. §. mo
23 dus. † Si verò seruus fuerit vulneratus: qui vulnerauit tenetur, inquantum seruum deteriorem fecit: vt ff. ad legem Aquiliam. l. si seruus seruum. §. rapuisse.

Item potest liber homo agere actione iniuriarum. ar
24 gument. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. † Item datur & alio modo damnum in persona. vnde si plures vulnerant aliquem, & per hoc iaceat in lecto, tenentur isti vulnerantes ad impendia facta occasione vulnerum ad æstimationem operarum quas amisit, & amissurus est ob eam causam, vt extrà de iniurijs. & dam. dato. capit.
25 primo. † Item si quis aperuit cisternam, vel foueam fecit in loco publico, & in eam bos vel animal aliud, vel homo cecidit & læsus est, tenetur emendare damnum & operas &c. Secus si in suo priuato fecit, vbi est consuetum fieri. extrà de iniurijs. cap. ij. ff. ad legem Aquiliã. l. qui foueas. & hoc verum si non denunciauit quod fecit
26 alias secus: vt d. l. fin. † Item si animal tuum depascit herbam vel bladum meum, vel dat mihi damnum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinea mea, vel agro: possum agere ad damnum meum, & ad æstimationem damni: quod emendabis, vel animal pro noxa dabis: vt extrà de iniur. & dam. da. cap. si læserit. & cap. fina. ff. de præscrip. verb. l. qui seruandarum. §. singulares. † Et est licitum mihi animal quod inuenero dare damnum si scio cuius est expellere, & non retinere: sed si nescio cuius sit, retinere potero donec sciam cuius est, & tunc agere possum contra dominum animalis, sed nō licet mihi offendere animal. ff. ad legem Aquil. l. quintus. † Item si misisti ignem in stipula tua, & ignis dedit mihi damnum: possum agere ad damnum contra te: si negligentia tua acciderit, vel culpa: vt quia tempore ventoso feci sti. Si verò non culpa tua, sed propter subitaneum ventum hoc contingit, non teneris. ff. ad leg. Aquiliam. l. qui occidit. §. in hoc. extrà eo. cap. si egressus. † Item si quis incendit domum, & propter hoc sustinui damnum: si voluntarie fecit, tenetur emendare damnum in quadruplum: si negligentia, in duplum: si dolo, comburitur. extrà eod. cap. si quis domum. ff. de incend. rui. naufra. l. j. & l. qui ædes. & no. plenius. suprà de incen. † Item nota quòd si dedisti mihi damnum non animo nocendi, quòd non minus teneris mihi emendare damnum: vt ff. ad legem Aquil. l. sed & quicunq; §. j. & seq. † Item si aliquis me impulit & cecidi super aliquem, vel rebus, sic quod damnum dedi: ipse tenetur emendare damnum. ff. ad legem Aquiliam. l. qua actione. §. proinde. † Item & in illo qui plus se onerauit quàm portare posset: & ob hoc dedit damnum: vt dicta l. qua actione. §. ij. † Item si medicus imperitè me medicauit, vel incidit, vel curationem dereliquit: & per hoc sum læsus, tenetur ad damnum. ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. j. & l. j. † Item & in vecturalibus & mulione: & arg. à simili in notorio qui omisit acta causæ scribere, vel instrumenta, vel imbreuiaturas: vt ff. eodem. l. in domum. §. j. in princip. & argumen. ff. de eo per quem fact, erit. l. fin. cum similib. † Item si aliquis scindit vel lacerat vestes meas vel turpat, tenetur ad damnum meum. ff. eodem. l. item mela. §. cui. & l. si seruus. §. si quis, tenetur & extraordinaria pœna. ff. de extraordi. crimi. l. prima. ad fin. † Item si quis fecit incendium, & ignis dat mihi damnum dormiendo, non excusatur: quia culpa præcessit casum: vt ff. eodem. l. si seruus. §. si fornicarius. † Item si habes furnum apud domum meam & dat mihi damnum, teneris mihi: vel si ante damnum volo agere damni infecti, teneris mihi cauere: vt dicta l. si seruus. §. furnum. & sequent. † Item si includit aues vel apes meas, vel excusserit, tenetur ad damnum. l. aquiliæ. † Item si immisisti lolium, vel auenam, vel quid simile turpe in bladum meū, vel corrupisti vinum, vel acetum meum: vt dicta l. si seruus. §. si cum apes. & §. sequen. & §. cum eo. & §. item si quis. & §. præterea. † Item si quis fecerit mihi nummos cadere de manu, vel equam prægnantem percussit, ita quòd partum ejecerit, vel nauem perforauerit, & ita sum læsus, tenetur: vt dicta l. si seruus. §. si quis de manu. & §. sequen. † Item si quis colligit vuas meas nondum maturas, vel segetes, vel bladum, vel similia, vel syluam meam non maturam, vel salicetum, vel oliuam incisit, tenetur: sed si matura esset, non tenetur: quia videtur impensas factas mihi velle donare: vt d. l. si seruus. §. oliuam.

Tenetur etiam criminaliter furti: vt ff. de furt. l. vulgaris. & l. fullo. §. j. & l. si opes. §. j. si alibi exportauit, cum furtum sit contractatio rei alienæ inuito domino: vt ff. de furt. l. j. † Item si conductor alicuius operis me damnificauit imperitia sua, tenetur: secus si vitio rei: vt dicta. l. si seruus. §. si calcem. † Item si rupit ostia domus, vel fenestras imperitia sua: vt dicta l. si quis ædificij. & §. sequē. † Item si quis effundit mihi vinum meum, tenetur: vt dicta l. fina. † Item si currendo super equum meum damnum dedisti, teneris: nisi proclamaueris caue caue: vt argumen. ff. eodem. l. si quis foueas. §. fina. & l. si putator. † Item si magistratus dat damnum creditur & tenetur: vt ff. ad legem Aquil. l. quemadmodum. §. magistratus. & l. sequen. §. fina. † Item si quis vinum meum bibit, vel bladum vel fructus comedit, tenetur: vt ff. eod. l. qui occidit. §. si quis. † Item si quis fumo facto dat vel infert damnum in rebus meis, tenetur: vt ff. eodem. l. si quis fumo facto. tenetur etiam mihi iniuriarum. ff. de iurijs. l. si inferior. † Item si putator arboris ramum eiecit & non clamauit, si est prope viam publicam vel vicinalem, & aliquem percutit, punietur. † Idem potest dici de tectore domus. argumen. ff. eodem. l. si putator. secus si proclamat: vt instit. eodem. §. si putator. † Item si tuum plaustrum contra meum venit, & boues meos vel aliquid aliud læserit, teneris mihi ad damnum meum. ff. eodem. l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. † Item si mu laterius propter timorem dereliquerit mulas, vel bubulcus plaustrum, & per hoc sustineo damnum, ipse tenetur vt dicta l. §. sed si mulæ. & §. sequen. † Item si plures currunt, & currendo, & ludendo data opera, ad damnum vnus alteri tenetur: aliàs secus: vt dicta l. §. fina. † Item si coëgisti equam vel vaccam meam in locum strictum, & percussisti, & per hoc ejecit partum, teneris mihi ad damnum meum: vt ff. eodem. l. boues. † Et prædicta locum habent quòd quis de damno tenetur nisi fecerit causa euitandi periculum: vt ff. eod. l. quemadmodum. §. item Labeo. & §. fina. & l. si quis fumo. §. fina. cum similibus. † Item not. quòd si vxor dat damnum in bonis mariti, ipsa tenetur. † Item si tibi commodo equum meum: & alius equus super quo alius equitat percusserit equum meum & læserit, possum cum illo de æquitate agere: vt ff. eo. l. fi. & l. si seruū. §. si maritus. † Et generaliter in quolibet casu in quo quis dedit damnum mihi in rebus meis: vt instit. eod. §. item in omnibus rebus. & §. fina. vel fructibus dolo, vel lata culpa, vel leui vel leuissima, excepto quàm in duobus casibus, tenetur mihi ad damnum meū: vt ff. eodem. l. sed & si quisq; §. iniurijs. & l. in lege. hac etiā leuissima culpa &c. ff. ibi not. † Item vbicunq; datur damnum ab aliquo per iniuriam, vel imperitiam, vel negligentiam, per se, vel alium mandantem, vel auxilium dantem, vterq; tenetur: vt extrà eod. cap. fina. & C. de accu. l. non ideo. ff. de fur. l. is cuius opera. Fallit in filio & seruo qui dant damnum de mandato domini vel patroni: quia in leuibus obedire tenetur: secus in atrocioribus: vt ff. eodem. l. liber homo. sed agitur contra patrem vel dominum: vt ibi not. † Item not. quod agitur ad damnum in simplum contra confitentem: contra verò negantem datur in duplum. ff. eodem. l. contra negantem. & ff. eodem. l. inde neratius. §. hæc actio. & duplatur illud quod erat simplandum: vt ibi not. Item veniunt in isto simplo omnia damna quæ veniunt propter damnum illatum, & omnis vtilitas intrinseca: vt ff. eodem. l. inde Neratius. in princip. & §. in summa. & §. idem Iulia. & l. proinde. & instit. eodem. §. illud. & fiet æstimatio secundùm communem opinionem, non secundùm singularem affectionem, vel vtilitatem: vt ff. eodem. l. si seruum meū. ff. ad legem Falcid. l. pretia. cum similib. † Not. tamen quòd ciuiliter & criminaliter simul & semel agi non potest: vt instit. ad legem Aquiliam. §. liberum. & ibi not.

† Sed quero nunquid damnum dare sit maleficium? Respon. sic: vt ff. de actio. & obliga. l. ex maleficio. instit. de oblig. quæ ex quasi deli. nal. in princip. vnde iudex qui de maleficio cognoscit, debet de hoc cognoscere: & non alius: aliàs non valeret processus: vt C. de decu. l. nemo iudex. quia non debet vnus de officio alterius se intromittere. vt C. de appari. l. apparitores. C. si à non compe. iudi. l. prima & secunda. extrà de iudic. capit. at si clerici.

† Sed quid si proiecisti feces, vel quid aliud ante domum meam contra formam statutorum, & per hoc fui condemnatus. Respon. agam contra te ad damnum: nam qui causam damni dat &c. vt ff. ad legem Aquiliam. l. qui occidit. §. in hac. & l. si seruus seruum. §. penult. & §. si nauem. & §. fina. de his qui deie. vel effu. l. si vero. §. cum autem. & §. penulti. & hoc si domus mea propria: si autem est communis mihi & tibi, agam communi diuidun. ad interesse

interesse meum: vt ff. communi diuidun. l. si is cum quo.

† Sed quid si oues meæ pascunt granum tuum, vel porca mea fructus, vel vuas, vel glandes tuas? Respon. si immisi eas, poteris agere contra me actione in factum de pastu pecorum ad damnum officio iudicis: vt ff. de præscript. verb. l. qui seruandarum. §. fina. vel actione ad exhiben. ff. ad legem Iul. l. si glans. Et appellatione glandis, continetur omnis fructus. ff. de glan. leg. l. j. † Sed quid si oues, vel porci non fuerunt immissi in blado tuo, vel in fructibus tuis, sed suo motu intrauerunt & damnum dederunt? Respon. secundùm Azo. quòd habet locum vtilis de pauperie, quia directa non potest habere locum, cùm damnum non sit datum contra naturam sui generis: & sic verba actionis deficiunt, vndè vtilis vendicat sibi locum: vt ff. si quadru. paupe. fecit. dic. l. j. quia actio in factum de pastu pecorum non habet locum, quia non fuerunt bestiæ immissæ, quod esse oportet: vt ff. de præscriptio. verb. l. qui seruandarum. §. fina. nec actio. l. aquiliæ tunc etiam locum habere potest: quia non facta per iniuriam, quod esse oportet: vt instit. eo. circa princip. & C. eodem. l. secunda. & animalia non dicuntur iniuria damnum dare: quia sensu carent: vt ff. si quadru. paupe. fec. dic. l. prima. §. etiam. † Sed qualiter fiet æstimatio damni dati: an tempore damni dati, an quanti pluris valuerit eo anno? Respon. & videtur tempore damni dati. ff. ad legem Aquil. l. ait lex. Econtra quod quanti pluris valuerit in futurum eo anno, vel tempore mesium, vel vindemiarum, vel alio tempore illius anni. ff. ad legem Aquil. l. in lege. §. si delictum. l. locum. §. condemnatio. & ff. de his qui deie. vel effu. l. fina. ibi, operarum quibus caruit, quia ibi refert se lex ad futurum tempus. facit extrà loca. cap. propter. cum similib. & hoc verius videtur. † Sed quid si dominus immisit pecus suū in prædio tuo, & dedit tibi damnum: nunquid dando ipsum pro noxa liberatur? Respon. non, secus si non immisisset, vt ff. de noxa. l. in delictis. ff. si quadru. paupe. fec. dic. l. prima. §. primo. & l. fina. † Sed quid si colonus tuus, vel laborator dat mihi damnum? respondeo ipsum teneri: & potes tu mihi damnum emendare: & postea illud ab eo consequi per actio. locati: vt ff. de aqua pluu. arcen. l. si colonus. sed si iussu tuo fecit, etiam agam contra te: vt dicta l. prima. & C. de accusatio. l. non ideo mi nus. † Sed quid si bestia tua est perdita & dat mihi damnum, nunquid agam contra te ad ipsum damnum datum te ignorante? Respon. non videtur. argumen. ff. de publica. l. cotem ferro. §. attilicinius. & l. quatenus. §. penulti. quia ratione ignorantiæ dominus excusatur: vt ff. loca. l. si quis ignorans. Econtrà quòd sic: quia debuit ita custodire, ne damnum daret: quod si non fecit, sibi imputetur. Nam imperitia culpæ æquiparatur. instit. ad legem Aquiliam. §. imperitia. Sed videtur quòd si dimisit in pascuis cum illa custodia quam alij faciunt, quòd excusatur, quod non teneatur. argumen. ff. ad Macedonianum. l. si quis patrem. de pigno. actio. l. vel vniuersorum. C. de pigno. actio. l. pignus. in fin. cum similib. aliàs contra. † Item not. quod infantes & furiosi non tenentur de damno dato, sicut nec in alijs delictis. ff. de fica. l. quod infans. idem dico de pupillo non doli capace. ff. de furtis. l. impuberem. & idem in dementissimo. ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. & idem de eo qui necessitate famis hoc facit. extrà de furtis. cap. si quis per necessitatem. idem si causaliter fecit. ff. de pœnis. l. respiciendum. §. casu. † Et idem si damnum datur alicui, cui licitum sit dare, vel iure communi, vel secundùm formam statutorum, ne quis decipiatur legis auxilio. argumen. C. de his qui ve. æta. impetra. l. prima. cum similibus. † Sed quid si misisti equam tuam in syluam meam, vel incidisti non maturam. Respondeo, teneris mihi lege Aquilia ad damnum. C. ad legem Aquiliam. l. j. Si autem esset matura, tunc furti, vel arbo. furtim cæsarum: vt ff. eodem. l. si seruum. §. si fornicarius. † Idem etiam in eo qui incendit domum: quia tenetur ciuiliter. l. Aquilia. C. eod. l. iij. nisi fecerit causa euitandi periculum: vt ff. eodem. l. si quis furno. & l. qui occidit. §. penulti. quod vi aut clam. l. alius. §. est & alia. Item punitur etiam criminaliter pœna corporali. ff. de incend. l. qui ædes. §. finali. † Item si quis facit deriuare aquam in locum meum, tenetur. C. eodem. l. penulti. & fin. † Sed quid si plures dant damnum, nunquid vno satisfaciente alij liberantur? Respondeo non videtur: vt ff. eodem. l. item mela. §. si plures. cum sit pœna: & in pœnis quilibet tenetur insolidum. C. de condictio. furti. l. prima. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. si quid id. §. fina. & l. sequen. Si autem pœna petatur non vt pœna, sed vt interesse: tunc vno soluente, alij liberantur: vt ff. de his qui deie. vel effu. l. prima. §. fina. † Sed an ille soluens poterit agere contra alios actione negotiorū gest. vt ff. de negotijs gestis. l. soluendo. Respondeo non puto: quia quod soluit, fecit ratione delicti sui, & soluit pœnam sui delicti. argumen. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. l. si plures. & ff. de tutel. & ratio. distra. l. si ex duobus. ff. de condictio. furti. l. si ex furtis. † Item not. quòd bonæ fidei possessor agit ad damnum datum in re possessa: vt ff. eodem. l. item mela. §. sed si seruus. ff. de ædilitio edicto. l. iustissime. §. fi. Item etiam creditor agit: vt ff. eodem. l. qui occidit. §. qui pignori. ff. eodem. l. huic scripturæ. Sed commodatarius non agit l. Aquilia: sed in factum de pauperie: vt dicta l. item mela. §. eum cui. ff. si quadru. paupe. fecit. dica. l. secunda. † Sed quid si inuenio tuam bestiam in vinea mea, vel campo dantem mihi damnum. Respondeo, quòd possum dictam bestiam capere, & ducere ad domum meam & tibi denunciare qualiter inueni eam, & petere à te quòd damnum mihi emendes: sed non possum equam percutere, vel offendere: aliàs verò essem puniendus. † Sed quid si pastores tui cum bestijs tuis dant damnum mihi in fructibus meis, vel in campo, vel in alio loco te ignorante: nunquid tu teneris mihi emendare damnum datum? Respondeo, non: quia fuisti ignorans: vt ff. loca. l. si quis ignorans. ff. de publica. l. cotem ferro. §. dominus. cum similib. quia pœna debet suos tenere autores &c. C. de pœnis. l. sanci. Econtra quòd sic: quia tuæ bestiæ dederunt mihi damnum, vnde debes emendare. ff. si quadrup. paupe. fecit. dica. l. prima. & l. finali. Item quia fuisti in culpa eligendo malos pastores: nam mala electio est in culpa. instit. quibus modis re contrahitur obligatio. §. præterea. instit. pro soc. §. fin. vnde propter culpam tuam & malam electionem debes emendare damnum mihi datum. & hoc verius videtur.

Sed tu potes agere contra pastores tuos ad emendandum damnum tuum, cùm illorum culpa fueris illud consequutus. ff. de aqua plu. arcen. l. si colonus. Item qui causam damni dat &c. argumen. ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. in hac. & l. si seruus. §. penulti. extrà de iniur. c. fin. cum similib. Item damnum quod quis sua culpa sentit &c. vndè si apposuit malos custodes, sibi imputet &c. vt ff. de reg. iur. l. damnum.

Si quid sit deiectum de domo alterius, ex quo damnum datum sit alicui. Rubrica.

Aqua fecibus vel aliquo alio deiecto per quod meæ uestes detrimentum sentiant, contra quem agam, & ad quid: & an habeatur ratio quæ uia sit illa in qua sit proiectum.

Proijciens aliquid sine dolo per quod liber homo occisus aut offensus est, ad quid tenetur proijciens: & quid si deiectum sit in loco priuato: & quid si istud per se decidit: & si aliquid de domo propria uel conducta eijciatur per filiumfamilias an contra eum agetur: & quod dicitur de domo, an intelligatur siue sit propria, siue conducta, siue gratis concessa.

Hospes qui nuper uenit in hospitio an teneatur de proiecto, uel qui tenet hospitium: & quid erit si plures habitant in eadem domo, & nesciatur quis proiecit: & quid si domus sit diuisa: & quid si unus tenet maiorem partem.

Discipulus uel operarius si aliquid eijciat, an magister uel conductor teneatur & quomodo, & an detur actio hæredi & in hæredem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

84 *Appensum aliquid tenere uel habere nullus debet quod nocere posit: super loco quo aliqua pars uulgi transit: aliàs tenetur.*
85 *Appensum tolli an quilibet agere posit: & hoc siue in ciuitate, siue alibi.*
86 *Pœna appensum tenentis quæ sit.*
87 *Pictor qui appendit clypeum ad solem, uel alia persona quid simile, si cadat & damnum det, an teneatur.*
88 *Cadente aliquid de naui, an præpositus teneatur: & an intelligatur si hoc accidat de die non de nocte.*
89 *Libero homine ut supra læso quomodo æstimatio damni fiet: & an posit agi ciuiliter & criminaliter.*
90 *Condemnatione facta communi quando agit quis criminaliter: an poterit agere ciuiliter ad damnum suum & impensas &c.*

80 SI de domo alicuius aliquid deiectum est: † vt aqua vel feces: per quod vestes meæ, vel aliæ res deuastentur, vel deteriorentur, possum agere contra eum ad damnum in duplum mihi datum. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. l. j. in princ.

Et nota quòd hoc locum habet siue proiściatur in via publica per quam iri consuetum est, siue in priuata, dum modo assuetum sit per eam publicè iri. ff. eodem. l. prima.
81 §. in summa. & sequenti. † Sed nota quòd si aliquid proiectum est sine dolo per quod liber homo occisus sit, tenetur is qui proiecit ciuiliter in quinquaginta aureis: quia liberum corpus non recipit æstimationem: & ad operas quibus caruit & carituras est: vt ff. eodem l. prima. §. primo. & j. fina. Item ad expensas factas in curatione vulneris: vt extrà de iniur. & damno dato. capit. primo.

Si verò offensus est & non occisus, tenetur ad damnum in duplum. ff. eodem. l. prima. in princ. & §. si viuet. & l. fina. Item ad operas, & ad impensas factas: vt dictum est. Si autem deiectum fuerit in loco priuato: tunc non tenetur, si non erat assuetum iri per talem locum: vt dicta l. prima. §. cæterum. Si non est dolosè deiectum, vt quotidie videmus. Item si istud per se decidit & nullo id impellente, nunquid agetur ad damnum?
Respondeo sic. vt. ff. eod. l. j. §. quod cum. & §. sequent.

Item si de domo propria, vel conducta ab ipso filiofamiliâs aliquid eściatur agitur contra eum, non autem contra patrem, vt ff. eodem. l. prima. §. si filius. Item no, quòd dicitur de domo &c. intellige siue sit propria domus siue sit conducta, siue illa fuerit gratis concessa. ff.
82 eodem. l. prima. §. habitare. † Sed nunquid hospes qui nuper venit in hospitio ad hospitandum tenetur? Respondeo, non: sed hospitator, qui tenet hospitium: vt ff. eodem. l. prima. §. penulti. Sed si plures habitant in eadem domo, vel cœnaculo, & nescitur quis proiecit: insolidum omnes tenentur, & vno soluente, omnes qui in domo sunt liberantur: vt ff. eodem. l. prima. §. fina. & l. secunda. cum ll. sequentibus. Si verò diuisa est domus: tunc tenetur ille de cuius parte deiectum est: vt ff. eodem l. si verò. Si verò maiorem partem domus quis sibi retinet, & aliam particulam ipsius domus amico concedit: ipse qui maiorem partem habet domus tenetur, si de domo aliquid deiścitur: vt dicta l. si verò. §. idem tenet. & §. se-
83 quenti. † Sed si discipulus vel operarius aliquid eiecerit, magister vel conductor tenetur: sed ipse postea agit actione in factum contra discipulum vel operarium ad damnum suum: vt dicta l. si verò. §. si operarius. & datur actio hæredi eius qui damnificatus est ex tali deiectione,
84 sed non in hæredem deiścientis: vt dicta l. si autem. † Et notat. quòd nullus siue sit dominus siue inquilinus debet tenere aliquid appensum vel habere quod nocere possit in domo, vel alio ædificio super locum vbi aliqua pars vulgi transit, aliàs tenetur, vt dictum est: siue ipse posuerit, siue alius, & ipse patiatur appensum esse: vt ff.
85 eodem. l. prima. si vxor. §. ait prætor. & §. sequenti. † Et nota, quod quilibet potest agere vt quod positum est tollatur: vt dicta l. §. finali. Et habet locum siue sit in ciuitate, siue in alio loco per quem eatur: vt ff. eodem. l. hoc
86 edictum. † Et est pœna tenentis appensum decem aureorum. instit. de obliga. quæ ex quasi delic. nasc. §. cui
87 similis est. † Sed quid si pictor appendit clypeum vel tabulam ad solem, vel alia persona quid simile appensum habet supra viam vel locum per quem itur & cecidit, & damnum dedit alicui, nunquid tenetur? Respondeo, sic. Sed si aliquid de domo ceciderit puta circulus ante tabernam, aut insignia domus vel domicilij quæ vt facilius hospitentur homines seu mercenarij apponuntur in via publica ante fores domus, tenetur, & idem in simili est dicendum: vt dicta l. si verò. §. si id. & §. sequenti.
88 † Et idem dico si aliquid de naui deiectum est, vel cecidit, quòd præpositus nauis tenetur: vt ff. eodem. l. hoc edictum. §. si de nauicu. Et prædicta locum habent si de die contingat fieri, secus si de nocte: vt dicta l. hoc edictum. §. j.
89 † Si autem liber homo fuit hoc modo læsus: quia liberum corpus non recipit æstimationem, sit estimatio damni in expensis factis in medico & medicinis, & operibus quibus caruit siue cariturus est, si est artifex, ob id quod inutilis est factus. ff. eodem. l. finali. extrà de iniurijs. cap. primo. ff. si quadrupes pauperiem feciśe dicatur. l. ex hoc. & ad legem Rhodiam. de iactu. l. secunda. §. corporum. & habet locum si ciuiliter agitur: potest etiã agi criminaliter pro iniuria facta: vt ff. de iniurijs. l. lex
90 Cornelia. & l. fina. & in eadem. l. plura de iniurijs crimina liter actis reperies. † Sed quid si egit quis criminaliter & facta fuit condemnatio communi pro iniuria volenti &c. nunquid poterit agi ciuiliter ad damnum suum, & ad impensas factas in curatione vulnerum &c. Respondetur. instit. ad legem Aquiliam. §. liberum. vbi de hoc. & C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, & an vtraq; ab eodem exerceri possit. l. prima. & extrà de iniurijs. cap. primo. & ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt l. prima cum similib.

De abigeis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Abigeus dicitur ille qui pecora de pascuis falsè subtrahit.*
2 *Abigeus proprie quis dicatur, & quot oues, uel quot porci faciunt gregem, & sic in cæteris animalibus.*
3 *Equum uel bouem de armento qui furatur, abigeus est: idem est si furatur de stabulo, & grauius punitur.*
4 *Animal unum qui furatur & sæpius, abigeus potius quàm fur dicitur: & an plus puniatur qui maiora quàm minora animalia furatur, aut teneatur potius quam abigeus.*
5 *Pœna abigei frequentantis delictum & non frequentantis quæ sit, & quomodo puniatur uilis persona, quæ cum armis deliquit, & si multis grassantibus pœna augeatur.*
6 *Gregem uel animal litigiosum subtrahens, & credens esse suum an puniatur: & quomodo agatur, & receptatores abigeorum quomodo puniantur: & licèt abigeatus sit crimen priuatum, tamen quilibet potest accusare, & sine scriptis.*

1 ABigeus dicitur ille qui † pecora de pascuis, vel ex armentis subtrahit, porcum, vel equum, vel bouem de gregibus. Si autem vnum equum, vel bouem, vel ouem, vel aliud animal errans inuenit, & subtrahit,
2 potius fur est quàm abigeus: vt ff. eo. l. j. §. abigei. † Item dicitur abigeus proprie qui gregem subtrahit & furatur: nam decem oues faciunt gregem: quinq; vel quatuor pori faciunt similiter gregem.
3 † Item qui furatur vnum equum vel bouem de armento, abigeus est: vel qui furatur de stabulo, & grauius punitur.
4 † Item licet quis non furetur gregem, sed vnum animal, & sæpius facit, potius abigeus quàm fur propter frequentationem iudicatur: vt ff. eodem. l. fin. Item plus qui maiora animalia subtrahit, quàm qui minora furatur: vt ff. eod. l. j. §. sed &
5 hoc. † Pœna abigei est, q; si frequentatur hoc delictũ, q; gladio punitur ad mortẽ: vt ff. eo. l. j. in princ. vt alij tereatur: & vt ipsorum pœna metũ alijs imponat. C. ad legẽ Iuliam

iul. repe. l. prima. nam pœna augetur quando multis grassantibus opus est auxilio. ff. de pœ. l. capitalium. §. penul. & l. aut facta. §. fina. Si autem non frequentatur hoc factum, vel datur in metallum vel ad tempus relegatur vel si est vilis persona, quæ cum armis deliquit, bestijs subijcitur: vt. ff. eodem. l. prima. in prin. & §. quan-
6 quam. & l. sequent. † Sed quid si quis subtrahit gregem, vel animal litigiosum credens esse suum, motus & ductus iustis rationibus, non tenetur tunc nec punitur, sed ciuiliter agitur: vt. ff. eodem. l. prima. §. fina. Receptatores autem ipsorum relegantur extra prouinciam decem annis: vt ff. eodem. l. fina. Et est crimen priuatum & tamen quilibet potest accusare, & sine scriptis: vt ff. eod. l. j. & C. eo. l. j.

De crimine concusionis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Concussionis crimen quis dicatur committere.*
2 *Officialis, nuncius communis, & iudex quando tenentur crimine concussionis: & quomodo puniuntur de concussione qui delinquunt sic.*
3 *Concussionem faciens tenetur. l. iul. repetund.*
2 *Item ad restitutionem quadrupli eius quod accepit.*
5 *Item crimine falsi.*
6 *Item crimine calumniatoris.*
7 *Item pœna turpiliani.*
8 *Pœna una imposita in crimine concussionis an alia tollatur.*
9 *Accusato me postquam probauit quod ille mihi minatus est de accusando me nisi dederim ei. x. lib. non debet super ipsa accusa procedi.*

a NOtandum est quòd cri-
1 men concussionis[a] committit ille † qui mihi minatur, quod me accusabit de aliquo de quo non sum culpabilis, vel quod testificabitur tanquam testis contra me super aliquo maleficio de quo sum accusatus, & non sum in culpa aliqua nisi dederim ei. x. libr. vel. xx. vt. ff. eodem. l. secunda. vel de di pecuniam alicui propter timorem de me non accusando, vel denunciando: vt dicta. l. secunda. & ff. de calũ. l. si
2 ab eo. † Itẽ tenetur eadem lege officialis, vel nuncius communis, qui accepit à me pecuniam, vt non accusaret me, vel diceret me non citasse, vel iudex. qui accepit à me pecuniam, vt non formaret contra me inquisitionem de tali maleficio de quo sum inculpatus, cui dedi pecuniam & causa euitandi latrocinium suum. Nam isti & similes tenentur de concussione: vt ff. eodem. l. prima & secunda. Et isti compelluntur reddere quod extorserunt, & extraordinariè puniuntur vt iudici videbitur: vt dicta. l. prima. C. de condi. ob tur. cau. l. quod euitan-
3 di. † Item tenetur. l. iul. repe. l. tertia. & l. sequent. & C.
4 eodem. l. iubemus. † Item tenetur ad restitutionem quadrupli eius quod accepit: vt dicta. l. iubemus. & l. fin. in fin. & not. supra. ad legem Iuliam. repetun. l. plenius.
5 † Item tenetur crimine falsi. vt ff. de fal. l. prima. §. primo. Item tenetur crimine calumniatoris: vt ff. de ca-
6 lum. l. prima. † Item pœna turpilliani: vt ff. ad turpil. l.
7 prima. in principio. † Sed an ex dictis pœnis vna tollatur per aliam, si vna imponatur? Respond. quandoque
8 sic: & dic vt not. ff. de calum. l. prima. in gloss. quæ incipit, criminalem &c. † Item not. quod si probauero quod
9 ille qui mihi minatus fuit quod me accusabit nisi, dederim ei. x. lib. vel. xx. vt supra: si postea me accusat, non debet super ipsa accusa procedi, cum falsa & calumniosa presumatur. argumen. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. sed is qui fraudationis &c. & ibi not. sed contra facit. ff. de quæstio. l. j. §. quæstioni. versi. pręterea.

A DNOTATIO. a ¶ Concussionis. Adde quod concussio est quædam legis timoratio. d. Odofre. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repet. & de materia vide in l. quoties. C. de digni. libr. xii. & etiam adde quod ille officialis qui cogit aliquem dare fideiussorẽ, incidit

in hoc crimen, vt per Barto. in l. iij. C. ad legem Iuliam repetundarum. & plenè de hoc delicto in tractatu sindi. per Par. de neapol. in tit. de offi. sindi. vel sindicantur etiam officiales.

De famosis libellis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellum famosum quando quis facere dicatur: & quæ sit pœna facientis.*
2 *Libellum famosum qui fecit: & si non constet ad cuius iniuriam factus sit libellus, uel nesciat ad cuius iniuriam faciat punitur.*
3 *Infamans aliquem de eo quod deliquit, non tenetur iniuriarum.*
4 *Libellum famosum falsò faciens ad alicuius infamiam, qua pœna puniatur.*
5 *Libellum famosum inueniens & manifestans ad infamiam alterius in capitalibus iudicijs & non capitalibus, qua pœna puniatur.*
6 *Accusare an prohibitum sit: & quid si probat, uel non probat: & quæ sit pœna de iure canonico.*

1 QUis † autem fecerit. vel dicta uerit aliquam accusationem vel literam siue libellum ad infamiam alicuius, dicendo quod talis commisit tale delictum, vel tale quid fecit, per quod si verum esset, iste deberet dignè mori. Si verum non erat, iste talis punitur du
a pliciter[a], scilicet iniuriarũ ciuiliter: & tenetur iniurtarum quanti iurauerit potius amisisse de suo, quàm pati talem iniuriam: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. genera liter. & §. seq. & seq. & l. lex cornelia. §. si quis libellum. & l. iniuriarum. & hoc siue suo nomine, siue altero fecerit: & siue suum nomen siue alienum posuerit in tali libello. vt
2 d. §. si quis. † Item punitur si fecit & si non cõstet ad cuius iniuriam factum sit: vt ff. de iniur. l. quod senatus. vel nesciat ad cuius iniuriam faciat: vt ff. de iniu. l. illud. §. itaque. & l. eum qui. §. si iniuriam. † Si autem quis infamat
3 aliquem de eo quod ipse deliquit, non tenetur iniuriarũ: vt ff. eo. l. qui nocentẽ. † Item punitur criminaliter qui
4 famosum libellum falso fecerit ad alicuius infamiam, qa capite punitur. † Eadem pœna punitur qui inuentum
5 libellum non celauit, sed manifestauit ad infamiam alterius: vt C. eo. l. j. & v. q. j. qui maligni spiritus. & hoc locũ habet in capitalibus casibus siue iudicijs. In alijs autem punitur eadem pœna qua puniendus esset ipse infamatus si probatum esset contra eum. arg. de priua. delic. l. fin.
6 & de hoc no. C. eo. l. j. & x. q. v. si quis famosum. † Et nota quod nõ prohibetur accusare. quia licitum est cuilibet accusare: & si probauerit, præmio dignus est. si nõ probauerit, punitur vt dictum est. Sed de iure canonico flagellatur, & excommunicatur dictans famosum libellũ. vt v. q. j. qui in alterius. & c. hi qui. Item posset deponi, cùm sit graue peccatum: vt xxv. di. c. j. §. nunc autem.

A DNOTATIO. a ¶ Dupliciter. Intellige tu hoc verum etiam si talis libellus non peruenerit ad bonos & graues viros. vt l. j. C. de famo. libel. & per Bart. Ang. & Pau. de ca. in l. turpia. ff. de legat. j. de quo ibi per Are. & Alex.

De resíduis. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Residuorum lege qui teneantur.*
2 *Pœnæ legis de residuis.*
3 *Residuorum lege tenetur, qui aliquod opus fecit: & pecuniã quæ superfluit non restituit: sed in usus suos conuertit.*
4 *Item qui in administratione alicuius reipubli. pecuniam publicã in usus suos conuertit & non restituit.*
5 *Residuorum lege qui tenentur: an etiam furti teneantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Ex ista de residuis, †vendicat sibi locum, contra illum qui deputatus fuit ad aliquod opus publicum faciendum: & data fuit ei pecunia pro dicto opere faciendo: & ipse istam pecuniam non expendit in dicto opere destinatam, sed sibi retinet, & in suos vsus conuertit. †Pœna autem est: quia iste talis cõdemnatur ad restitutionem dictæ pecuniæ: & in triplum dicto cõmuni plus quam habuit: vt ff.eo.l.iiij.§.ij.& ad leg.iul. peculatus.l.ij.& iij.§.sed & si qui. †Item tenetur eadẽ. lege qui fecit opus, sed aliqua pecunia supfluit, & ipsam non restituit: sed in vsus suos conuertit: vt insti.de pub.iu di.§.sunt præterea.& in prædictis.no. †Item habet locum in administratione alicuius reipublicæ qui pecuniã publicam in vsus suos cõuertit, & nõ restituit: vt d.§.præterea not. †Item potest dici, quod teneatur etiam furti vt arg.ff.commo.l.si vt certo.§.quinimo.quia videtur contrectasse pecuniam talem, & furtum est cõtractio rei alienæ &c.ff.de fur.lege prima & lege is qui.& l. si pignore. §.primo.

De extraordinarijs criminibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Extraordinariè punitur qui uxorem alterius procurat carnaliter cognoscere, perueniendo ad aliquem actum, de quibus hic: & quid si carnaliter eam cognouit.*
2 *Item qui iniuriam fecit alteri cum fumo, & similia de quibus hic, uel puellam causa libidinis attentauit &c.*
3 *Item qui prætextu religionis societates illicitas uel prohibitas uel quid illicite facit.*
4 *Item abigeus extraordinariè potest puniri.*
5 *Item illi qui trahunt blada ut cariora faciant.*
6 *Item qui uendunt mala medicamenta pro bonis.*
7 *Item qui instrumenta alicuius proditorie tradit aduersario.*
8 *Item habentes stateras non rectas, uel pondera non recta.*
9 *Item qui sub prætextu iudicis domum alicuius ingrediuntur, & aliquid furantur.*
10 *Item qui ludunt cum serpentibus, & per hoc metu inferunt et fortè damnum prægnantibus et pupillis.*
11 *Expilatæ hæreditatis crimen & stellionatus sunt crimina extraordinaria.*
12 *Expilatores hæreditatum, extraordinariè puniuntur.*
13 *Item saccularij & effractores.*
14 *Extraordinarie generaliter punitur delinquens ubi non est pœna determinata pro tali delicto prout iudici uidebitur, inspecta ætate, qualitate &c. de quibus hic: ita tamen quod modum non excedat sine magna causa.*
15 *Expilatæ hæreditatis crimen contra quos locum habeat & an datur in locum actionis deficientis: & contra quas personas non datur: & quæ pœna locum habeat in his contra quas datur & crimen stellionatus ubi datur.*
16 *Crimen stellionatus habet locum in illo qui duobus rem eandem obligauit.*
17 *Item in illo qui æs pro auro obligauit, & in similibus.*
18 *Item generaliter crimem stellionatus habet locũ ubi quis deliquit & deficit tl. criminis, uel habet locum pœna extraordinaria, secundum qualitatẽ delicti &c.*

1 Si quis solicitat & procurat habere vxorẽ †alterius vt ipsam carnaliter cognoscat, perueniendo ad aliquem actum, vel colloquia, vel ad basia, vel interpellat accipere eam in vxorem causa libidinis faciendæ, licet non peruenerit ad actum, punitur pœna extraordinaria. ff.eo.l.j. in principio. si enim peruenisset ad effectum, quia carnaliter cognouisset vxorem alterius, tunc de hoc puniretur pœna capitali: vt no.ff. plenè
2 in titulo de adulterijs. †Item punitur extraordinariè ille qui fecit iniuriam alteri cum fumo, siue letamine, vel furfure, vel luto super vestimentis alterius, vel corrumpendo fistulas fontis, vel putei, vel aliquam aliam aquam: vel puellam attentauit causa libidinis, vel suæ pudicitiæ insidiatur. Nam aut in insulã deportatur, vel vltimo supplicio afficitur, vel pœna alia extraordinaria vt iudici videbitur: vt ff.eodem lege prima. §.qui puero. &
3 seq. †Item & ille qui prætextu religionis aliquid facit illicitè, vel qui facit societates illicitas, vel prohibitas: vt
4 ff.eodem lege.ij. †Item etiam abigeus potest pœna extraordinaria puniri. ff.eo.l. Diuus. & not. plenè. supra in ti
5 tu. de abigeis. †Item & illi qui trahunt blada, vt cariora faciant. †Item illi qui vendunt mala medicamenta
6 pro bonis. †Et qui instrumenta alicuius proditiosè tra
7 dit aduersario. †Item & illi qui habent stateras non re
8 ctas, vel pondera non recta. †Et illi qui intrant domũ
9 alicuius sub prætextu iudicis, & aliquid furantur. Nam
10 isti & similes diuersimodè puniuntur: vt ff.e. l.annona. & lege sequen. †Item & illi qui ludunt cum serpentibus
11 & per hoc metum inferunt & damnum fortè prægnantibus & pupillis: vt ff.eodem l.fina. †Item not. quod cri
12 men expilatæ hæreditatis & stellionatus, sunt extraordinaria crimina: vt ff.eodem l.iij. † Item & expilatores,
13 qui sunt quidem fures, qui expilant hæreditatem, puniuntur extraordinariè. †Item saccularij. Item effracto
14 res puniuntur pœna extraordinaria & diuersimodè: vt ff. eodem lege prima.§.primo.& §.sequenti.& lege sequen.
Item generaliter vbicunque aliquis deliquit vbi non est pœna expressa & determinata pro tali delicto, punitur extraordinariè prout iudici videbitur inspecta qualitate, ætate, & conditione delicti, & personę delinquentis, & inspecto loco & tempore & similibus: vt ff. eodem lege prima.§.expilatores.de pœnis. lege aut facta. extrà de offi.delega.capitulo de causis.& C.si aduer.delic.lege prima & secunda cum simili. Ita tamẽ quod modum non excedat sine magna causa. vt ff.de pœnis lege hodie.& lege
15 aut facta. †Item not. quod crimem expilatæ hæredita-
a tis habet locum contra illos qui furantur bona hæreditaria, siue sit hæreditas adita siue non adita ab hærede. ff. de crimi.expil.hære.l.j.& ij. Et datur in locum deficientis actionis ista actio expilatæ hæreditatis: vt ff.eodem lege prima & tertia & finali.& C.eodem.lege fin. Si autem illa causa peteretur, non daretur. vnde non datur contra hæredẽ, quia locũ habet. fami.ercis. C.fa.ercis.l.aduersus.

Item non datur contra illas personas contra quas non datur actio furti. vnde non datur contra vxorem: vt C. eod.l.aduersus. Sed contra vitricum & nouercam bene datur: vt C.eodem.l.tertia.& sequen. Et in his contra quos datur habet locum extraordinaria pœna prout iudici videbitur: vt ff.eodem.l.diuus.& l.pen. vel punitur crimine stellionatus, quod datur vbicunque tit. criminis delicit, & extraordinariè imponitur pœna: vt ff. de crimi.
16 stel.l.secunda.& sequen.& C.eodem.l.fina. †Item habet locum in illo qui duobus eandem rem obligauit: vt
17 C.eodem.l.prima. †Item & in illo qui obligat ęs pro auro, & in similibus: vt.ff. de pignorib.act.l.prima.not.
18 †Et generaliter vbicunque quis deliquit & deficit titulus criminis, habet locum stellionatus: vt ff.eodem.l.fin. in fin.& de hoc not. Azo. in summa huius titu. vel habet locum pœna extraordinaria secundum qualitatem delicti & personæ: & debet iudex pœnam imponere, ita tamen quod modum nõ excedat: vt ff. de pœ.l.hodie.& vt supra dixi. Facit extra de offi.deleg.c.de causis.in fin. de de hoc not. etiam. C. de mo.mul.l.fi.

A D N O T A T I O.a ¶Crimem expilatę. Adde quod Bald. in l.de his. C.de accus. dicit quod expilator comprehenditur ac punietur à statuto puniente furtum quod dictum reprobat ibi Sal. per sex rationes de quibus in d.l.de his & vide eundem Sali. in l.site C. de insa.

De termino moto, Rubrica

SVMMARIVM.

1 *Terminos pro finibus positos intra possessiones aliquorum furto subtrahens, furti punitur.*
2 *Terminos ut supra mouens causa occupandorum finium corporaliter punitur ut hic.*
3 *Terminos mouens dolosè de mandato alterius: quomodo puniatur.*
4 *Terminos non dolosè, sed per negligentiam amouens, qua pœna puniatur.*
5 *Terminos amouens causa seminandæ discordiæ inter uicinos qua pœna puniatur.*
6 *Finium existente quæstione si unus litigantium ante sententiam diffinitiuã occupet confines, & de prædio alterius usurpet ponendo confines intra prædium quomodo punietur.*
7 *Finium amotor ut supra an ipso iure, uel per sententiam puniatur.*
8 *Occupans de prædio alterius, ut suprà an teneatur ad restitutionem fructuum eius quod occupauit.*
9 *Arbores confinium incidens, non autem terminos amouens: an puniatur de termino amoto, & an arborum furtim cæsarum.*
10 *Cædere quid sit, & cingere quid, & an cum serra secans dicitur cædere.*

1 Si †quis terminos pro finibus positos iura possessiones aliquarũ personarum furatus fuerit, tenetur furti:
2 cum furtum sit contrectatio &c.ff.de fur. l.j. †Si autẽ fecerit causa occupandorũ finium tunc corporaliter punitur: vt ff.eod.l.j. Nam iste talis potest ad tempus relegari: & si fuerit homo iuuenis, ad longum tempus: si verò antiquus, minori tempore.
3 †Sed si fecerit mandato alterius, potest fustigari & relegari vsque ad biennium: & hoc quando dolosè factum est, quod præsumitur. nam quod suum non est, debet scire ad alium pertinere. C. vnde vi. l. conquerebatur.
4 †Si autem non dolo, sed per negligentiam: tunc solùm
5 fustigetur: vt ff.eo.l.ij. †Si autem fecerit causa seminãdæ discordiæ inter vicinos: tunc si liber est, punitè in quin quaginta aureis soluendis communi & iure publico: priuato vero siue priuatè personæ, ad interesse quanti iurauerit sua interesse: vt ff.eo.l.fina.in prin. Si verò fuerit seruus, capitali pœna punitur, nisi dominus pro ipso
6 soluerit quinquaginta aureos: vt d.l.fina.§.j. †Si autẽ erat quæstio inter me & te de finibus: & tu ante sententiam diffinitiuam, & tua authoritate occupasti confines, & de prædio meo vsurpasti: ponendo confines intra meũ prædium & ita occupando: tunc puniris. vt tantundem habeam de tuo prædio, quantum attentasti vsurpare de meo. C.fi.regun.l.si constiterit. Si autem tantum de tuo
7 prædio non habes quãtum occupasti de meo, teneris mihi ad interesse meum. argumen. ff. de rei vẽ. l. qui restitue-
re. ff. de verb. obli. l. in executione. †Sed nunquid ipso iure punior. Respondeo non: sed per sententiam. argu. C. de iurisd. om. iudi. l. in criminali & authentica. si qui in
8 cautum. †Sed nunquid ad restitutionem fructuum eius quod occupasti de meo prædio in quo erant fructus teneris: puto quod sic. Arg. C. de vsur. l. videamus. de ver
9 bo. signi. l.j. cum simi. †Sed quid si non remouet termi nos, sed arbores finales incidit? Respondeo idem: vt insti. de offi. iudi. §. pe. in fi. Tenetur etiam arbo. fur. cæ. l. j. &
10 l. facienda est. ff. e. arbo. fur. cæsarum. †Quid autem sit cædere: dico quod non solum ex toto incidere: sed ferire causa cædendi. Sed cingere, est degambare ramos, & auferre, & exportare. Qui autem cum serra secat, non dicitur cædere: vt. ff. eo. l. cædere.

De arboribus furtiuè cæsis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Arborum fur. cæsa. cui detur, & ad quantum & quomodo fiet æstimatio: & quid si ligna arboris contrectentur, arbor quando in numero arborum cõtineantur, et quæ arbores fur. cæsæ dicantur.*
2 *Arbores incidens domino sciente, quibus actionibus teneatur.*
3 *Vsufructuario quæ actio detur pro arboribus cæsis.*
4 *Emphyteotæ datur actio arbo. fur. cæsarum ad damnum.*
5 *Colonus Titij incidens arborem Caij, qua actione tenetur.*
6 *Arbor una quando dicatur, & quando plures dicantur.*
7 *Arborem unam pluribus incidentibus, quomodo agitur, & contra quos: & an uno soluente, alij liberabuntur: & si arbor sit plurium, quid erit.*
8 *Cædere est non solum in totum incidere: sed ferire causa cædendi cingere, exglobare, & excoriare: & tunc habet locum arbor. fur. cæs.*
9 *Secans serra non tenetur hac actione, sed lege aquil.*
10 *Actione arborum fur. cæsa. an ego posim agere quid uendidi tibi fundũ in quo arbores meæ erant incisæ.*
11 *Arbore Titij plantata per Titium in fundum meum: an postea quam egit radices, poterit Titius illam incidere.*
12 *Arbore tua subintrante fundamentum domus meæ, quid facere possim contrate.*
13 *Arborum appellatione an uites contineantur.*
14 *Arbore mea pendente in tuo fundo & dante tibi damnum cum umbra, quid sit faciendum & qui possint agere in tali casu.*
15 *Arbore pendente, ut supra habebit locum quod dictum est non solum in domo aut fundo proprio, sed etiam iure communi.*
16 *Actio arborum fur. cæsa. uendicat sibi locum secundum prædicta quando agitur ciuiliter: & potest etiam agi criminaliter, & furtiuè incidens arbores maxime uites, tanquam latro puniuntur.*

1 Si †quis clam furtiuè incidit arborẽ alicuius, & hoc modo dederit damnum, datur ipso actio arborũ fur. cæsa. ad duplum damni dati & duplicatur interesse de dictis lignis. Verbi gratia, antequam arbor esset incisa, valebat communiter xv. nunc ligna arboris valent. v. deductis istis. v. æstimabunt dicta ligna, scilicet xv. veruntamen licet damnum sit dupli, solum simplum vnum est pœna: & sic fiet æstimatio in xxx. deductis lignis arborum, quia in isto casu concurrit aquilia pro damno: sed si egeris aquilia, & consecutus fueris interesse, postea poteris agere actio. arb. fur. cæsar. ad relinquum, id est ad illud simplum quod est pœna.

Sed si primo egeris actione ar. fur. cæs. cessat aquilia.

Si autem ligna arboris contrectentur pro eis, habet locum actio furti, & hoc probatur. ff. arbo. fur. cæs. l.j. §. & iij. Item si stipites oliuarum, siue radices egerunt, siue non: vt d.l.iij.§.fi. Si autem arbor sit tenera sicut herba, non continetur in numero arborum. ff. eodem l. certè.

Item dicuntur arbores furtim cæsæ, quæ ignorãte domino fuerunt cæsæ alias secus. ff.eo.l.furti.& l. facienda.
2 §.j. †Si autem domino sciente per vim incidit nõ tenetur ista actione arbo. fur. cæs. sed teneẽ vi bo. rap. ff. vi bo. rap. l.ij. in prin. & l. damna. tenetur etiam. l. Aqui. ff. ad le. Aquiliam. l. si seruus seruum. §. si oliuam. facit. ff. eodem l. facienda. §. fi. †Sed an datur vsufructuario actio arbor.
3 fur. cæs. Respon. non. ff. eodem. l. cædere. §. j. sed datur a-
4 quil. ff. ad legem Aquiliam. l. item Mela. †Sed emphyteotæ bene datur actio arbo. fur. cæs. ad damnum. ff. eod.
5 l. cædere. §. fina. †Sed quid si colonus meus incidat arborẽ tuam. Respon. tenetur actione ex locato ad damnũ tuum, non ista actio. arb. fur. cæs. vt ff. eodem l. si colonus.
6 & ff. locati. l. si merces. §. culpæ. †Et not. quod arbor dicitur, quæ supra terram habet vnam iũctam: sed si plures stipites sunt cæsæ supra terram: tunc plures arbores esse dicuntur: licet vnam solam radicem habeant. ff. e. l. gemina arbor. †Item not. quòd si plures vnam arborem incidunt, cum singulis insolidum agi potest ad damnum: nec
7 vno soluente, cæteri liberantur: vt ff.e. l. plures. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. in fi. de fur. l. vulgaris. §. si duo. cum simi. Sed si arbor sit plurium. vnam solam pœnam petere possum omnes, non quilibet de per se: vt d.l. si plures
8 §. fina. †Item not. quod cædere non est non solum in totum incidere: sed ferire causa cedẽdi, cingere & exglobare, & excoriare: & tunc habet locum actio arb. fur. cæs. l.
9 cædere. ff. eo. †Qui autem secat cum serra vel resega, non tenetur hac actione, sed legis aqui. ad damnum: vt ff. eo. l. cædere. ad legem Aquiliam. l. si seruus seruum. §. oli-
10 uam. † Sed quid vendidi tibi fundum meum, in quo arbores meæ erant incisæ: nunquid potest venditor age-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re arbo. fur. cæſ. actio. Reſpon. ſic. ego. & non tu emptor:
11 vt ff. eo. l. fina. †Sed quid ſi plantaſti arborem tuam in fundo meo & radices egerit, an poteris incidere. Reſpõ. non: niſi prius denuncies &c. vt ff. eo. l. ſi plures. §. j. de arbo. cæd. l. j. in prin. & §. j. quia mea facta eſt: vt inſti. de rer.
12 di. §. tiriius. & §. ſeq. †Item not. quod ſi arbor tua ſubintrat fundamentum domus meæ poſſum adire iudicem & prædicta probare: & ipſe tibi præcipiet vt radices vellas omnes, quod ſi nõ feceris: poſſum radicitus extirpare, & ligna auferre: vt ff. de ar. cæden. l. j. & §. ait prætor. & §. fi.
13 †Et arborum appellatione etiam vites continentur: vt
14 dictum eſt. facit. C. de interdi. l. j. vbi de hoc not. †Si autem arbor mea pendet in tuo fundo, & dat tibi damnum 3
cum vmbra: tunc debet ſuccidi. per xv. pedes à terra: vt ff. de arbo. cæden. l. j. §. dictum. & §. ſeq. & l. fina. & non ſolũ dominus fundi poteſt hoc facere: ſed etiam vſufructuarius, & ſimiles quorum intereſt: vt d. l. j. §. non ſolum.
15 †Item non ſolum habet locũ in domo propria vel fundo, ſed etiam in re communi & inſolidum: vt ff. eod. l. j. §. præterea. facit. ff. ſi ſer. vend. l. loci. §. ſi fundus. & l. ſi forte.
16 §. & ſi ædes. †Et predicta locum habent quando agitur ciuiliter ad damnum: & poteſt etiam agi criminaliter ad pœnam corporalem: & tunc qui furtiue incidit arbores, & maxime vites tanquam latro punitur: vt ff. arbo. fur. cæſ. l. ij. nec vna tollit aliam. C. quando eiui. act. crimi. præiu. l. j. facit. C. vt lice. ſine iud. ſe defen. in l. j.

De ludo azardi & alearum. Rubriça.

SVMMARIVM.

1 *Ludus azardi diabolicus eſt: & à quo ſit inuentus: & quæ mala ad illum ſequãtur.*
2 *Ludus alearum ad quid ſit inuentus, & qui ludi ſint prohibiti, & quomodo amiſſum in ludo poſſit repeti: & qui debent prouidere ne tales ludi fiant.*
3 *Equi lignei ne fiant qui prouidere debent, & contra facientes quomodo puniantur: pœna ludentium quæ ſit, & alearius quis ſit, & quis dicatur caupo.*
4 *Ludus alearum quis ſit, & qui iudi ſint prohibiti, & qui conceſſi.*
5 *Promiſſum in ludo: an euictum peti poſſit per eum qui uicit, & an ſolutum poſſit repeti per eum qui amiſit.*
6 *Ludere nemo cogi debet: & cogens ludere quomodo puniatur.*
7 *Aleatores quantum ſint odio à iure habiti: & an ribaldi inter ſe percutientes manibus accuſare ſe poſſint: & an condemnari et puniri.*
8 *Venditione in alea facta, an venditor de euictione teneatur.*
9 *Clericus aleator an repellatur à beneficio obtinendo: & an deponi poſſit.*
10 *Ignorans quod in domo ſua ludus ſit, non tenetur.*
11 *Aleator ſi uerberatur uel decapillatur occaſione ludi, non agit pro iniuria ſibi facta: & ſi luſores inter ſe faciant iniurias uel rapinas, poſſunt agere inter ſe.*
12 *Aleatori ſi fiat furtum uel rapina alio tempore quam tempore ludi, an agere poſſit.*
13 *Luſores iſti qua pœna puniantur.*
14 *Bona hodie an publicantur.*
15 *Ludere uidentes ſeu ſtantes ſuper ludo ad ui dendum ludere an puniantur, & quid de mutantibus pecuniam ludentibus.*
16 *Commodans taxillos uel tabullerium ad ludendum, uel domum ſcienter, uel alio modo opem dans ad talia faciendũ, uel inſtigans, uel ſimilia committẽs: an puniatur & qua pœna.*
17 *Ludo amittere ſolam pecuniam an ſit prohibitum, uel etiam alia res perdi ludo prohibeatur, ludere autem ad ſcachos non eſt prohibitum.*

1 SCiendum †eſt quòd lu
2 dus azardi eſt ludus diabolicus, inuentus ab azardi diabolo: ad homines decipiendos vt ſuas ſubſtantias & animas perdant & incurrant ab blaſphemandum Deum ſaluatorem noſtrum, & ſanctos, vt pericula, & maleficia,
2 & mortem incurrant. †Ludus etiam alearum eſt inuẽ tus ad homines inducendos ad malè peragẽdum: & ideo omnis ludus vbi pecunia perditur: vt ff. de alea. l. ſolẽt. §. j. eſt prohibitus, ſiue fiat in genere, ſiue fiat in ſpecie, ſiue in locis publicis, ſiue in priuatis domibus: adeo quod ſi quis in ludo euictus fuerit per aliquem, nulla fiat condemnatio de eo qui luſit de iure, ſi ille qui luſit & amiſit ſoluit, poteſt petere: & eius hæredes ab eo qui vicit & ab eius hæredibus nõ obſtante præſcrip. quinquaginta annorũ. vt C. de reli. & ſumpt. fu. authen, alearum vſus. Et ſi nõ repetereretur, poteſt fiſcus: vt in d. authen. quia fiſcus eſt vtiorum ſucceſſor: vt ff. de iure fiſ. lucius. & debent epiſcopi & rectores prouidere ne talia fiãt. & vt homines à talibus ludis conquieſcant. † Item debent prouidere ne equi lignei fiant: & ſi contrafecerint, domus vbi talia fiũt, debet publicari: vt in d. authen. patet. verſi. fina Item puniuntur & alia pœna extraordinaria: vt in d. authen. verſ. non ſolùm. Sed quia non eſt expreſſa pœna & determinata in ludentibus, poteſt dici quod relinquitur arbitrio iudicis: vt ff. de extraordi. cri. l. j. ſecundum Moder. C. de mo. mul. l. fi. cùm ſi. Alearius autem dicitur, qui ludum alearum apud ſe retinet cauſa lucrandi: ſicut caupo dicitur qui cauponam & ſtabulum exercet: vt ff. nau. cau. ſta. l. j. §. caupones. vt nomen ſit conſequens rei. inſti. de don.
4 §. eſt & aliud. †Ludus autem alearum eſt qui fit per v-
b ſum alearum ſine tabula cum modis qui etiam in manibus fortunæ exiſtit: & iſte ſimiliter ludus, & omnes regulariter ſunt prohibiti. Fallit in quinque ludis conceſsis vt in auth. alearum vſus & c. continetur. Item fallit quãdo aliqui ludunt haſta certando ſimul quod vulgariter dicitur iſtora. vel certant ad proiciendum pilam. vel palum ferri, vel lapidẽ: vel ſaliẽdo, vel currẽdo, vel ſimilia faciendo, cã virtutis vel fortitudinis oſtẽdẽdæ: nã iſti ludi cõcedunt: vt in authen. vt oẽs obe. iu. prouin. circa fi. coll. vj. & ff. de aleæ luſu. l. ſolent. §. j. & l. ſeq. vel ſi ludit vt quicũq; pauciora puncta taxillorum dederit, ſoluat quinque ſolidos pro comeſtione, vel pro vino bibendo, vel ſimilia: vt
5 ff. de aleæ luſu l. fina. in prin. †Item no. quod ſi aliquid promiſſum eſt in ludo vt euictum, non poteſt peti per eũ qui vicit: imò ſi ſolutum eſt poteſt repeti ab eo qui amiſit ſiue fuerit filiusfa. ſiue alius, ſiue ſeruus. ff. eo. l. fina. §. j.
6 †Item quod nullus debet compellere aliquem ad ludũ: & ſi quis contrafecerit punitur pœna pecuniaria extraordinaria vt dixi: vel in carcere: vel in publicis vinculis dãnatur: vt. ff. eo. l. j. §. in eum. & §. ſequen. tenentur etiam in
7 iuriarum: vt ff. de iniur. l. ſi quis ſeruum. † Item not. q; iſti aleatores ſunt adeo odioſi & à iure odio habentur, q; ſi fiat eis iniuria vel damnum occaſione ludi: vt quia malos taxillos dant, vel ob ſimilem cauſam, nõ punitur ille qui fecit eis talem iniuriam: vt ff. eo. l. j. in principio. & §. item notandum. Et ſic videtur quod ribaldi inter ſe percutientes ſe occaſione ludi manibus, nõ poſſunt inter ſe accuſare de iniuria alteri per alterum facta per dicta iura nec poſſunt puniri ob hoc vel condemnari, niſi grauiter deliquerint: vt extra de præſump. c. j. ff. ad legem Aquili.
8 l. nam ludus. & l. ita vulneratus. cum ſimi. †Item ſi res venditur in alea, non tenetur venditor de euictione: vt ff.
9 qua. re. ac. non da. l. ij. §. ſi in alea. †Sed clericus aleator repellitur à beneficio obtinendo, & deponi poteſt extrà de vita. & hone. cleri. c. clerici. de exceſ. præla. c. inter dile
10 ctos. †Item ſi in domo alicuius fuerit ludus, non tenetur niſi conſtiterit quod fuerit ſciens de ludo: quia ignorans non tenetur: in authen. de eccle, ti. §. ſi quis in ſua domo. ff. de publi. l. cotem ferro. §. dominus. de actio. & obli. lege ex maleficijs. §. ſi quis. C. de hæreti. l. quicunque. §. v-
11 niuerſi. & §. ſequ. ff. de incen. rui. nau. l. quo naufragium. §. non tantum. †Item ſi aleator verberatur vel decapillatur occaſione ludi, non agitur pro iniuria ſibi: facta vt in l. j. §. item notandum. ff. eodem. Si autem luſores inter ſe faciant iniurias vel rapinas, poſſunt agere inter ſe:
12 vt dicta lege prima. †Sed quid ſi fiat furtum vel rapina aleatori alio tempore quam tempore ludi. Reſpon. dicit

Azo, quod tunc poterit agere: vt no. in ſumma. C. de reli. & ſump. fu. l. inferre. facit quod no. ff. de mi. l. quod ſi mi-
13 nor xxv. anno. †Sed quali pœna puniũtur iſti luſores.
Reſponde quod cum pœna non ſit ordinata: vt in authen. prædicta alearum vſus. ibi, non ſolũ &c. nec expreſſa ſit qualitas, nec quantitas pœnę, quod extra ordinaria
d pœna pecuniariter puniantur, vel domus publicetur vt ſupra dixi: quia quilibet iudex habet iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendere: vt ff. ſi quis ius di. nõ ob. l. j. & cui data eſt iuriſdictio &c. ff. de iuriſ. omn. iud. l. cui.
Item habet prouidere ne quis re ſua malè vtatur: vt inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. ſi minor. Item habet prouidere ne illicita fiant: vt ff. de offi. præſi. l. illicitas. & l. congruit. Item maleficium non debet eſſe impuni
14 tum. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam. †Not. tamen quod hodie bona non publicantur: vt in authen. vt nulli
15 iudi. §. fin. colla. ix. †Sed quid de his qui ſtant ſuper ludo ad videndum ludere. Reſponde videtur quod illi ſint puniendi, cum prohibitum ſit ludos inſpicere: & ſup ludis ſtare: vt ar. C. de epiſco. & cle. authen. interdicimus extrà de vi. & ho. cle. c. clerici. Idem dico de illis qui
e mutuant pecuniam ludentibus, quod puniuntur, cum ſint participes in ludo & delicto: & agentes & conſentientes &c. C. de epi. & cle. l. ſi quenquam. extra de offi. de-
16 le. c. j. †Et idem de illo qui accommodat taxillos, vel tabulerium. ar. inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. naſ. §. ope, vel commodat ſcienter domum ad ludendum ar. ff. de adul. l. qui domum. vel alio modo dat opem ad talia facienda. vel inſtigat, vel ſimilia committunt, arg. ff. de adul. l. is cuius. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. ff. ad turpil. l. j. §. incidit. & puniuntur ſimiliter in pœna arg. dictarum legum. & ff. de iniu. l. non ſolum. & inſtit. de iniur. §. non ſolum. ff. de parricid. l. verum cum ſimi. vel forte & melius puniũtur pecuniariter pœna extraordinaria iudicis arbitrio, cũ non ſit expreſſa nec determinata à iure: vt ff. de extraord. cri. l. & forte. C. de mo. mulc. l. fin. & de reli. & ſump. fune.
17 authen. alearum vſus. ibi, ſed iſta &c. cum ſimi. †Item no. quod dicitur, ne in ludo pecunia prodatur &c. ff. de alea. l. ſolent. §. j. Sed quid ſi alia res amittitur in ludo, puto idem quod in pecunia: quia appellatione pecuniæ omnes res continentur. & qui pondere, numero, vel menſura continentur: vt C. de conſti. pe. lege ij. §. vt non erubeſcant. ff. ſi cert. pet. l. ij. §. inter mutuum. ff. de verbo. ſigni. l. pecuniæ. & l. appe. pecuniæ. & l. rei. ff. de calum. l. j. §. ſi. ludere autem ad ſachos, non eſt prohibitum: vt d. authenti. interdicimus.

Quibus conceſſa eſt correctio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Marito an ſit permiſſa caſtigatio uxoris & quæ.*
2 *Creditor poteſt ſeruum ſibi pignoratum caſtigare, non tamen tenetur.*
3 *Magiſter poteſt diſcipulum in diſciplina non bene faciente leuiter corrigere.*
4 *Vſufructuarius poteſt ſeruum caſtigare: ſi tamen atrociter faceret, punitur.*
5 *Domino licet ſeruum corrigere, non autem occidere: & quando liceat etiam ſeruum occidere.*
6 *Patrono, licet corrigere ſeruos liberos, & eos propter ingratitudinem reuocare in ſeruitutem.*
7 *Patri filium auo nepotem, propinquo ſeniori minorem corrigere moderatè licet: & an coniunctio ſanguinis inducat præſumptionem quod animo corrigendi non iniuriandi facit & coniunctus ſi atrociter faciat, punitur.*
8 *Filio patrem, nepoti anum corrigere non licet: & quid poſſit pater contra ſilium qui eum offendit.*
9 *Maior uerberans iuuenem cauſa corrigendi & modum nõ excedens, non tenetur iniuriarum.*
10 *Iocoſe aliquem uerberans non tenetur, niſi modum excedat.*
11 *Ludentibus pluribus ſimul: ſi unus alium offendat, non doloſe nec data opera non tenetur.*
12 *Magiſtratus poteſt corrigere ſubditos ſecundum qualitatem delicti.*
13 *Epiſcopus & quilibet prælatus ſuos clericos corrigere poteſt, & licitum eſt alium impune offendere iure concedente.*

1 NOtandum † quod licitum eſt marito caſtigare vxorem ſuam, dum tamen non excedat modum in caſtigando. vt ff. ſol. mat. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. nam. ſi modum excederet, grauiter puniretur. ff. de pę. l. capi-
2 talium. §. admiſſa omnia. † Item creditor ſeruum ſibi pignoratum poteſt caſtigare & corrigere. ff. de pig. act. l.
3 eleganter. §. planè. tenetur creditor. † Item magiſter poteſt diſcipulum in diſciplina non bene facientem leuiter corrigere & caſtigare. ff. ad. l. aquil. l. ſed & ſi quemcun
4 que. §. magiſter. † Idem in vſufructuario ſerui. vt ibi not. ſed ſi atrociter faceret, punitur: vt. ff. ad. l. aquil. l. præ-
5 ceptores. † Item dominus poteſt ſuũ corrigere ſeruum. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ij. non tamen occidere, vel nimis ſeueriter caſtigare: vt. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. j. & ij. §. j. & ſeq. imo dominus qui ſine iuſta cauſa ſeruum occidit, de homicidio punitur: vt. dicta. l. j. §. fin. & ff. ad. l. aquil. l. inde neratius. §. & ſi dolo. & C. de emen. ſer. l. j. Fallit quando inuenit ſeruum adulterantẽ vxorem ſuam, nam tunc licet ei ſeruum occidere. ff. de verbo. obligationibus l. qui ſeruum. Item licet ad ſui defenſionem. ff. de vi & vi ar. l. vt vim. Item licet domino ſeruum occidere quãdo fuit aggreſſus & inſultatus ab aliis animo occidendi ipſum, & ſerui non dederunt ei auxilium: vt. ff. ad ſil. l. & ſi certus. §. ſi. quia iuſtam cauſam habuit occidendi: vt ibi not. Item ſi inuenit cum filiabus ſuis turpiter conuerſari vel commiſceri, tunc licet eum occidere: vt. ff. de legi. l. quid igitur. §. ſi hæres. & ibi notat. Item in ſimilibus caſibus, vel ſi ſeruus vulnerauit dominum ſuum nam iuſtam cauſam habet: quia ſalutem domini debet ante ſuam ponere. ff. ad ſil. l. excuſantur. & per totam. l. & l. ſi quis in graui. & l. cũ dominus. & d. l. & ſi certus. & l. ſequenti facit. C. de his qui ad eccle. confu. l. iij. &
6 inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. † Item licitum eſt patrono corrigere ſeruos libertos & ipſos ingratos reuocare in ſeruitutẽ: vt. C. de ingra. li. l. j. &. C. de lib. & eorũ lib. l. ſi manumiſſos. & ff. de iniu. l. prætor. §. pterea & §. ſe-
7 cũ ſi. † Item licitũ eſt patri corrigere filium, & auo nepotem, & etiam propinquo & conſanguineo ſeniori corrigere ſine pœna minorẽ, moderatè tamen: vt. C. de emen. propin. l. j. & coniunctio ſanguinis inducit præſumptionem quòd animo corrigendi factum fuerit, & tollit ſuſpicionem iniuriæ: vt. ff. de iniur. l. veſtem. ff. de pœ. l. reſpiciendum. §. furta. ff. de iniu. l. prætor. §. ſed & quis. Si enim atrociter faceret, tunc puniretur: vt. d. l. j. in fi. & ff. de parrici. l. diuus. facit. C. de pa. pote. l. congruentius.
8 † Sed non licet filio corrigere patrem, vel nepoti auum: nam erubeſcimus filios eſſe caſtigatores parentum: vt in authentica de nup. §. ita. colla. iij. imò ſi filius offendit patrem, poteſt ipſum caſtigare: & ſi filius perſeueret in offenſione, debet iudex facere vindictam de filio quam pater vel auus dicet: vt. C. de patr. po. l. ſi filius. de bo. quæ liber. l. ſi. §. filijs. dummodo nõ excedat modum vindictæ: quia paterna pietas non debet in atrocitate, ſed pietate, conſiſtere: & quia debet accipere conſilium pro filijs: vt ff. de adul. l. nec in ea. §. pe. ff. ad. l. Pomp. de parri. l. diuus.
9 cum ſi. † Item ſi quis maior verberat alium iuuenem cauſa corrigendi, non tenetur iniuriarum, niſi exceſſerit modum in verberando. ff. de iniu. l. item apud. §. ſi cõmu-
10 nem. cum ſe. † Item ſi quis iocoſe aliquem verberat, non tenetur: vt. ff. de iniur. l. illud. de acti. & obli. l. ij. in fin. & hoc niſi modum excederet. nam ſi cum gladio percuteret, vel atrociter verberaret & dicat, ludens feci, non excuſatur. extrà de præſum. c. j. nec poteſt dici ludus, ex quo crimina oriuntur: vt in proœ. ff. ad. l. aquil. l. nam ludus.
11 † Idem ſi plures ludẽdo ſimul vnus alium offendit vel ledit, nõ dolo, ſed non data opera ad hoc, non tenetur: vt. ff. ad. l. aquil. l. ſi ex plagis. §. fi. & l. item mela. in prin. ſecus

Universidad de Deusto
Biblioteca

si data opera fecit:vt eodem titu.l.item si obstetrix.§.fina.
12 † Item magistratus potest corrigere subditos secundū qualitatem delicti:vt.ff.de offi.præsi.l.congruit.&.l.iij.& l.illicitas.aliàs punitur:vt.ff.de iniur.l. nec magistratus
13 &not.s.de homic. † Item potest episcopus corrigere suos clericos,idem,& quilibet prælatus:vt extrà de offi. or.c.irrefragabili.&.c.j.c.licet.de accusatio.c. qualiter & quando.j.&.ij.&.c,inquisitionis.& de simo.c.licet heli.& pœnam debitam imponere,secundùm quòd iura volunt, & secundùm allegata & probata.vt extrà de offic. ordi. c.j.not.ff.de offic.presi.l.illicitas.§.veritas.& sic not.quòd licitum est alium offendere sine pœna iure cōcedente: vt in dictis casibus. Sunt & alij quam plures casus;vt no. s.de perso.quę offen.pos.sine pœna.per totum. Qualiter autem delinquentes corrigantur & puniantur patet per speciales tit.huius operis,secundùm delicti qualitates:vl.s.de perso.quæ propter delic.condem. ad mor. vel membri amis.per totum.

ADNOTATIO.a ¶Ludus azardi.Vide Ioā.de Imo.in l.si quis cum sciret.ff.de vsu cap.pro empto,& Alexan.de imol.in consilio. lxxvij.in fi.in.v.volu.

b ¶ Ludus autem aleārum.Add de quòd dictus ludus ex quo non simpliciter pendet ex viribus fortunæ: sed etiam ex ingenio ratione amissionis,censetur licitus.ita Ioan.and.in.c.clerici,de vita & honesta.cleri.quem refert & sequitur Io,de imol,in l.si quis cum sciret.supra allcg.col.iij.& ibi quòd vincens in tali ludo non tenetur ad restitutionem etiam in foro conscientiæ. Quod sanè intellige, dolo cessante.Et vide per Inno.in.d.l.si quis cum sciret, vbi plenè quando quis tenetur ad restitutionem eins quod vincit in ludo,vel in pauperes irrogare.

c ¶ Compellere,quòd etiam adulationibus quis compellitur, vt per imo.C.eo.l.si quis cum sciret.& per Ange.in tracta.malefi.in ver. metidore de mali dadi.colum.in.versic.ij.sciendum est.Et dicit autor infrà proxi.col.circa fi.

d ¶Domus publicetur.intellige hoc verum quando retinens in domo facit spe emolumenti:secus si aliquis nobilis causa recreationis in domo sua retineret ludum,quia non punitur.glos. est in.l.prima in prin.ff.de aleato,dicit Azo in rubric.C.de reli.& sumpti.fu.ex quo potest inferri quod ludus qui aliàs esset prohibitus,causa recreationis est permissus.ita videtur velle Ioā.de imo.in dicta.l.si quis cum sci.col.prima circa fi.

e ¶ Mutuant.Vide per te multa circa hoc per Aret.in suo consilio. lxxxj.per totum.& per Angel.in. d.tract. malefi.in ver. metidore de mali dadi.an excedat modum quando quis puniatur de excessu in castigando.plene per Alexan.in consi.lxxv.in.tertio volumi.per totum.& ibi an statutum loquens de verberante habeat locum in castigante.& in.d.consi.quando permittatur castigatio in carcere priuato:sed quere tu per quantum tempus oporteat quòd quis retineatur,ad hoc vt talis detinens dicatur incarceratus?vide Bar.in.l, verum.ff.de fur.& in.l. capite quinto. ff.de adulteriis. qui videtur velle quod priuatus ad hoc vt puniatur requiritur, quòd detinuerit per.viginti.horas.sed tu adde primò quod dicit Angelus. in.l.j.C.de priua.carce,vbi ille qui detinetur in via & recedere nō potest,dicitur incarceratus:& detinens punitur pœna de priuatis carceribus:& tamen nō dicit quòd requiritur quòd detineatur per viginti horas & contra Bartolum sic intellectum facit etiam quod dicit quòd idem Angellus in.l.qui in carcerem.ff. quod met. causa vbi ille dicitur incarceratus,qui ad sui libitum exire non potest de loco.& adde etiam Albe.de rosa.in suo dictio.in versicu.carcer,vbi quòd detentus per momentum horæ dicitur incarceratus,& priuatus sic detinens, punitur pœna priuati carceris. & ad doctrinam Bartoli in locis.supra allegatis, respondè quòd loquitur in his qui habent ius detinendi & capiendi,vt in exemplis ibi per ipsum.positis.& ita fuit obtentum in ciuitate Lucæ ibi me assidente cum mag.do.Carreto in personam Terij de gentilibus. vide tu Bartol. ad materiam in.l.diuus.ff.de custo.reorum.

ADDITIO.

f ¶ Iniurię.de quo vide Iaco.de bel.in sua practica maleficiorum, col. quarta versiculo aut aliter nu.xj.Hier.chu.

De aggeribus nili vel alterius fluminis non rumpendis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Nili aggeres corrumpens vel usurpans, consentiens participans, vel author existens, qua pœna puniatur.*
2 *Opem dans ad iurandum que supra dicta sunt, qua pœna puniatur.*
3 *Suadens & instigans fieri quæ supra dicta sunt, qua pœna puniatur.*

1 NVllus debet † aggeres nili vel alterius fluminis vsurpare,vel corrumpere:& si quis contrafecerit,debet flammis comburi in loco vbi delinquit:& non solum ipse,sed & alij consentientes,consortes & participes,& autores deportatione, & bonorum publicatione tenentur:vt.C.eodem.l. prima aliàs autem regulariter agentes & consentientes pari pœna puniuntur:vt.C.de episcopis & clericis.l. raptores.§.
2 vltra. † Item qui dat opem ad faciendum:vt.ff.de fur. l.j.§.opere.&.l.qui seruo.§. item pomponius.&.§. finali.
3 † Item qui suadet & instigat fieri:vt argu.ff.de iniur.l. item apud.§.adduxisse.de ser.corru.l.prima.§.suadere.& facit ff.de sica.l.nihil interest.de adulte.l.is cuius.ff. ad.l. aquiliam.l.item mela.§.si alius,&.§.item cum eo.cum simi. Sed videtur quòd alia pœna puniatur qui rumpit aggeres: vt.ff.de extraordina.crimi.l. penultima.§.in Egypto.quia damnatur in metallum,vel in opus metalli,vbi dicitur.sed ibi loquitur de aggeribus prædiorum, non autem de aggeribus fluminis.

De carceribus priuatis vel fractis,& custodibus earum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Carcerem priuatum tenens qua pœna puniatur:et reipublicæ interest carcerem habere.*
2 *Carceri quando accusatus siue inquisitus & sponte confessus mancipandus sit & quando relaxandus est fideiussoribus,et quando non:& quomodo in carceribus teneri debet.*
3 *Mulieres carcerandæ non sunt in loco ubi masculi sunt, & quomodo detinēdæ: & pro debito pecuniario non sunt carcerandæ & quid tunc fiat.*
4 *Custodes carcerum quomodo tractare debeant carceratos:& si secus fecerint qua pœna puniatur,& quomodo punitur iudex non puniens dictos custodes.*
5 *Custos carcerum debet singulo mense notificare iudici nomina carceratorum & delicta ipsorum,etates &c.aliter punitur in xx.lib.auri.*
6 *Confessus non sponse quando sit carcerandus,& quomodo de eo sit procedendum.*
7 *Custos carceris quando & quomodo puniatur si carceratus aufugiat:& uni nō debet custodia carceris committi,aliàs custos punitur pro qualitate culpæ.*
8 *Carceratus spoliari non debet.*
9 *Carceratus non statim pœnam patitur:& quomodo contra eum procedatur.*
10 *Confesso sponte reo uel testibus conuncto,quid sit faciendum.*
11 *Fideiussores in criminibus quando dari debeant,& quomodo & promittens sub certa pœna reum exhibere uel condemnationem soluere si non soluat quomodo puniatur,& dominus pro seruo fideiubet.*
12 *Carcerati si ruptis uinculis aut carcere fracto aufugiant, quomodo puniuntur.*
13 *Carceratus reuelans qualiter fugere debeat,an debet relaxari.*
14 *Carceratis pro graui crimine an debent apponi ferramenta quod si custos nō fecerit,uel passus fuerit ferrum portari in carcerem unde ille euadere posfit,aut uenenum unde posit occidi,quomodo punitur:et quid si negligentia fecerit.*
15 *Latrones apprehensi sunt interrogandi de socijs & receptatoribus à iudice, qui notum faciet iudici ubi illi socij & receptatores degunt, & quomodo in tali negotio sit procedendum.*
16 *Carceratum pro debito pecuniario fugere faciens ad quid teneatur:& si negligentia custodum aufugerit,ad quid teneatur.*
17 *Carceri in perpetuum an quis damnari possit.*

1 SCiendum est † quòd non licet alicui priuatæ personę carcerem habere priuatum:nam si aliquis tenet aliquem in carcere priuato,siue in domo,siue in agro, imponitur ei pœna capitalis:vt.C.de priua.carce.l. prima. Sed reipublicę interest habere carcerem,in quo homines delinquentes ponantur

ponantur ad custodiam,donec sententia contra eos fue-
2 rit lata:vt.ff.de custo.reo.l.si confessus. † Nota tamen quòd cum aliquis accusatus est,in fortiam iudicis manet: si quidem sponte confitetur de crimine de quo.accusatus est,vel ex officio inquisitus:tunc est ponendus in carcerem vt custodiatur:vt.d.l.si confessus.ita tamen vt quam cito potest condemnetur:vt C.de custo.reo.l.finali.sed tamen ante condemnationem conduci debet sæpe coram iudice,vt eius confessio audiatur, & in publico iudicio commemoratio criminis fiat,vt malo iudici temperies & frenum adhibitum videatur: vt.C. eodem.l.si quis. Si autem confiteatur de crimine. aut crimē est leue ex quo non debet poni pœna corporalis,sed pecuniaria: & tunc si velit dare fideiussores idoneos de soluendo condemnationem,& de se præsentando,debet relaxari & non incarcerari ,prestita satisdatione,vt dictum est,alias si nō satisdaret,est incarcerandus:vt.dicta.l.si quis.C.eodem.l.j. & l.quoniam.&.ff.eo.l.diuus. Sed si crimen est graue,& tale quòd ex eo veniat imponenda pœna sanguinis, siue corporalis:& tunc est ponendus in carcerem,nec est fide iussoribus dimittendus:vt.ff.eodem.l.j.&.l.diuus. & debet iudex quam cito potest procedere contra delinquentem:& ita si inuentus fuerit culpabilis de eo de quo accusatus est vel inquisitus,cito puniatur.Sed si in culpa non fuerit,cito absoluatur. Sed interim non debet cathenis vel alijs ferramentis iniuriari,sed diligenter custodiri ne aufugiat:& est ratio,quia carcer non ad puniendū, sed ad custodiendum fuit inuentus.vt ff.de pœ.l.aut dānum.§.solent. Nec debet includi in aliquo loco carceris,vt non possit lumen videre de die:sed de nocte debet duplicari custodia:& die adueniente in solis ortu debet ad locum deduci:vt possit lumen diei & claritatem videre ne pœnis carceris moriatur. Quod quidem facere malum est innocentibus:sed delinquentibus & malis nō
3 satis seuerum est,nec satis crudele:vt C.eod.l.j. † Not. tamen quod mulieres non debent poni in carcerem in loco vbi masculi ponuntur,sed per se separatim ab ipsis : vt C.eo.l.quoniam. Sed hodie iure nouo authenti. debet mulier pro delicto poni ad aliquod monasterium : vt ibi custodiatur donec contra eam iudicetur. Sed pro debito pecuniario non debet carcerari:sed debet fieri missio in bonis eius:vt C.eod.auth.nouo iure.& in authenti. vt
4 nulli iudi.§.necessarium.collatio.ix. †Et not.tamen q custodes debent cum humanitate & benignitate tractare carceratos,& non suam crudelitatem vendere precio,vel gratia,nec ipsos affligere famæ,vel angustia,vel siti , vel longa famæ subtrahendo eius audientiam & non permittēdo eis loqui,vel ponendo eos in aliquo malo loco,vel occulto:vt non possint audiri si clamauerint ad hoc:vt famæ,vel siti pereant,& si talia fecerint,debent capitali pœna puniri. Et debet iudex ipsos custodes prædicta pœna punire quod si non fecerit,infamatur,& grauiter punitur:vt C.eodem l.j.puniuntur etiam in x.lib.auri.
5 †Debet etiam custos vel capitaneus singulis mēsibus notificare iudici nomina carceratorum & delicta siue causas quibus sunt incarcerati,& ætates & conditiones ipsorum carceratorum:alioquin custodes puniuntur in xx.li.
6 auri:vt C.eod.l.fina. †Sed si quis non spōte,vel per tormenta confessus fuerit de crimine, præcedentibus indicijs:vt C.de quæstio.l.milites.tunc non constatur confessioni suæ sed pluries debet interrogari si vult perseuerare alias confessio non præiudicat sibi:vt ff.eodem lege prima nisi sponte postea perseueret:vt ff.de quæsti.l.j.§.quæstioni.&.§.si quis viro debet tamen si est graue delictum in carcere poni & custodiri:vt supra dictum est,vel relaxari si satisfecerit & cum effectu:vt ff.de custo.reo.l.j.no
7 ta & l.diuus. †Et not.quod si carceratus aufugit si quidem per fraudem custodis qui dimisit aufugere carceratū tunc custos capitali pœna punitur. Si autem per negligentiam custodis,tunc punitur eadem pœna qua carceratus debuit puniri,nisi probauerit quod casu,vt per incendium ortum in carcere,vel ruina carceris,vel propter alium casum fortuitum euaserit:vt ff.eod. l.fin.& l.milites. §.si verò.& hoc si probatur,non punitur. Nec vni debet committi custodia,sed pluribus.Sed qui vni committ,puniuntur pro qualitate culpæ:vt ff.eodem lege non
a facili.& lege milites. Sed si carceratus custodem interfecerit,capite punitur. Si autem carceratus cū aliquo custode fugerit,tunc alteri custodi venia dabitur:vt d. l. fi.interdum. Si vero per ebrietatem dimisit fugere simi liter punitur extraordinaria pœna:vt d.l.milites.§.si tamē cum non sit pœna expressa à lege:vt ff.de effrac. & expil.
8 lege prima. †Item not.quod carceratus non debet spo-
9 liari:vt ff.de bo.dam.l.iij. †Et nota quod licet aliquis sit carceratus.non statim pœnam patitur, sed proceditur contra eum:& probationes recipiuntur:& si conuincitur per testes,auditur eius defensio:& pluries debet adduci coram iudice,si velit aliquid contradicere vel probare:vt C.eodem.lege secunda & ff.de quæstionibus lege secun-
10 da & lege diuus.§.si quis. †Si autem confessus fuit spōte,vel conuictus testibus:tunc non est expectandus, sed condemnandus : & statim condemnatio exequenda in graui crimine:vt C.quando appellā.sit l.obseruare. & C. de custo.reo.l.j.in prin.& l.fi.nisi in casu quando seueriori pœna est imponenda:nam tūc plus differtur:vt C.de pœ
11 nis.l.vendicari. †Item no.quod in leuibus criminibus vbi non imponitur pœna corporalis:debet quis dare fide
b iussorem,qui promittat dare & soluere condemnationē.

Et quid si promiserit sub certa pœna reum exhibere, vel condemnationem soluere:& si non obseruauerit q promisit,ad pœnam promissam cōdemnabitur,vel ad interesse communi,vt ff.eodem lege si quis reum.potest etiam extraordinaria pœna puniri:vt dicta lege & sequen. & C.de modo multa l.eos. Item dominus potest fideiu-
12 bere pro seruo suo:vt ff.eodem lege seruus. †Item no. quod si carcerati ruptis vinculis & effracto carcere euadunt,pœna capitali puniuntur : vt ff.de effract. lege prima in principio vel alia extraordinaria pœna:vt dicta lege prima vel puniuntur pœna illius delicti pro quo sunt carcerati,etiam si sunt innocentes, vt habeantur pro con
c fessis propter fugam:vt ff.eodem lege in eos.& in authē.
13 de colla.§.prohibemus.colla.ix. † Item not. quod ille carceratus qui reuelauerit qualiter debent fugere, debet
14 de carcere relaxari:vt dicta lege in eos.in fine. † Item no.quod carcerato pro graui crimine debent apponi ferramenta,vt melius custodiatur.& si custos corruptus pecunia non fecerit apponi vel passus fuerit quod ferrum portetur in carcerem vnde possit ille euadere,vel venenū vnde possit occidi:tunc officio iudicis puniēdus:& si ne-
15 gligentia fecerit ab officio est remouendus. †Item not. quod si iudex apprehēderit latrones, quod debet ipsos interrogare de socijs & receptatoribus ipsorum, & significare iudici vbi illi socij & receptatores ipsorum degunt, vt ipsos capiat:& qui facere procurauerit,laudandus est: non tamen est semper literis credēdum sed inquirendum de ipsorum conditione & scelere:& si quis velit ipsos ac
16 cusare vel arguere &c.ff.eo.l.diuus.ij.& l.de militibus.& l.non est.& l.solent cum simi. † Item not. quod si quis est in carcere p debito pecuniario,& alius vt custos carcerum vel alia persona facit ipsum debitorem fugere,qd tenetur ad debitum soluendum:vt C.de cen. lib.xj.l si p æquatorem.de exac.tribu.l.quoties.lib.x. Si vero per negligentiam custodum fugerit,puto ipsos teneri ad debiti solutionem:vt C.de custo.reo.l.ad commentarien.ni si casu fugerint,vt dictum est.s.facit ad huius negligentiam.C.de censi.l.si per æquatorem.lib.xj.& ff.de officio
17 præsi.l.diuus.in fine. †Sed nunquid potest quis damnari ad perpetuum carcerem. Respond.non videtur.si liber homo est,secus in seruo:vt ff.de pœn.l.manda. C. eo. l.incredibile.& l.seruus.

ADNOTATIO. a ¶Sed si carceratus. Adde tu quod si carceratus reperitur mortuus,præsumitur contra custodem. de quo in l.cum res.& ibi per glos.& docto.ff.de leg.ij.§.species.& Angel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor.in fin.ff.de eden.dat cautelam,vt cuſtodes ſubito habeant medicum peritum qui deponat quòd carceratus mortuus eſt abſque culpa cuſtodũ,& ſua morte,& hoc ſcribi faciant per notarium, & per hoc tollitur ſuſpictio contra cuſtodes.

b ¶Fideiuſſorem.Adde quod quis non relaxatur fideiuſſoribus quando in defectum pecuniariè vt per Barto.in l.ij.ff.de publi. iudi. & in l.j.ff.de cuſto.reo.& datur tunc cautela,vt pœna ſoluatur fiſco ſub conditione ſi condemnabitur. vt per Bartolum in lege ſi ſub conditione.ff.de ſolu.& Angel.in lege ſecunda C.de exhi.reis. & adde quod quis etiam nõ relaxatur fideiuſſoribus ſi alias fugit de carcere gloſſa eſt ſingularis.& ibi Roma.in l.lege ff. ad ſilanianum.

c ¶Pro confeſsis.Adde quod hoc voluit Guil.de cu.in lege ſuccurritur ff.ex quibus cau.ma.& ibi Bald.& Bal.in l.admonendi.ff.de iureiu rando.& Angelus.in l.j. ff.de effrac.& ita debet intelligi Bartol. in lege in eos,ff.de cuſtodia reorum.& in l,finali, eodem titulo, vt per Bald.in dicta l.ſuccurritur.

De pœna deſiſtentis ab accuſatione.& qui puniantur pœna turpilliani. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tergiuerſator ſeu ab accuſationibus porrectis deſiſtens,punitur.*
2 *Senatuſconſul.turpillianum quando locũ habeat.*
3 *Senatuſcon.contra dominum in quibus criminibus non habet locum, & quæ pœna ueniat tunc.*
4 *Deſiſtere ab accuſatione quando quis dicatur: & quando quis dicitur agere, & quando agere uelle.*
5 *Deſiſtens propter iuſtum impedimentum,non uidetur deſiſtere nec pœnam incurrit.*
6 *Deſiſtere etiam dicitur qui non proſequitur ſuam accuſam negligentia uel cul pa ſua,tempore ſibi aſsignato.*
7 *Item ille qui ſubijcit uel inſtigat accuſatorem, & poſtea non pergit.*
8 *Item & ille qui compoſuit cum ſuo aduerſario ſine iudicis licentia.*
9 *Componens cum aduerſario quando non incidat in pœnam, & in quibus caſibus abolitio non habet locum: & in quo accuſatore habeant locum prædicta.*
10 *Accuſator deſiſtens ut ſuprà incidit in ſenatuſcon.turpillianum: fallit tamen in fœmina & in minore.*
11 *Turpilliani pœna tenetur qui deſiſtit in appellatiõe à ſententia quæ in ſui fauorem prolata fuit.*
12 *Deſiſtens non admittitur amplius ad accuſandum:imo punitur ut ſupradictum eſt,uel ut hic.*
13 *Iudex non debet reſiſtere,imo proſequi & punire delinquentem,licet quis deſiſtat in proſequendo accuſationem.*

1 VOniam † plerunque accuſatores deſiſtunt ab accuſationibus porrectis in iudicio:& ſic dicuntur tergiuerſari propter quod pœna eſt imponenda:vt ff.eo.l.j. §.tergiuerſari. videre reſtat quæ pœna ſit imponenda pro tali crimine

2 †Et primo notandum.eſt quod hic ſenatuſconſultum locum habet contra illum qui accuſam porrectam de aliquo ſuper crimine publico,& poſtea lite conteſtata à dicta accuſa deſiſtit,& ipſam ſequi non curat:vt C.eo.l.j.& ff.eod.l.deſtitiſſe Quæ autem ſint publica iudicia habe

3 mus.ff.de pub.iud.l.j. †Et no.quod dixi.ſ.publico crimine:quia in priuato ſecus videtur,vt in crimine ſtellionatus.vel expilatæ hæreditatis,vel furti,vel iniuriarum, in quibus pœna turpilliani directa & ordinata non videtur locum habere:vt ff.eod.lege ſi quis. §.ſtellionatus,

Sed tunc officium iudicis locum habere videtur in pœna imponenda in his extraordinarijs delictis:vt in dicto. §.in quibus imponitur pœna pro qualitate delicti: vt ff.

4 eodem lege & in priuatis. † Et dicitur quis deſiſtere, qui in totum deſiſtit.& animum deponit poſt litem conteſta.vt ff.eodem.l.ab accuſatione.§.primo & §.deſtitiſſe & ideo dixi poſt litem conteſtatam.quia ante nõ dicitur agere,ſed agere velle:vt ff. rem ratam habe.l.amplius nõ

5 peti. †Si autem quis deſtiterit propter iuſtum impedimentũ,vel propter occurrẽtẽ, neceſsitatẽ nõ videt deſiſtere nec incidit in pœnã:vt ff.eod.l.in ſenatus.§.commune.

6 & §.ſeq. †Item diciť deſiſtere ille cui aſsignatus fuerit terminus ad proſequendam ſuam accuſam:& ipſam non proſequitur culpa vel negligentia ſua:vt d.l.ab accuſatione.§.deſtitiſſe.C.qui accuſa.non poſſ.l.qui crimen.

7 †Item & ille qui ſubijcit vel inſtigat accuſatorem, & poſtea non peregit:vt in dicta l.in ſenatus.in prĩ.& l.j. §. incidit. †Item & ille qui compoſuit cum ſuo aduerſa-

8 rio:vt dicta l.ab accuſatione in prin.ſine iudicis licentia.

9 †Si enim de licentia iudicis faceret impetrata abolitione,non incideret tunc in pœnam:vt ff.eodem l.j.§.ſi quis & §.abolitio.&.C.de aboli.l.j.& ij. Fallit tamen in quibuſdam caſibus in quibus non poteſt habere locum abolitio,& conceſſa non excuſat:vt in l. Iul. maie. In patria oppugnata vel prodita. In crimine peculatus cum ſimili:vt C.de aboli.l.fina.ad fin. Item non petitur abolitio quando aduerſarius ſuſtinuit verbera vel tormenta, vel catenas,vel ſimilia propter accuſam factam de eo.niſi ipſe conſentiat:vt C.de abo.l.fi.in prin. Et prædicta locum habent in accuſatore deſiſtente & non proſequente ſuam accuſam,vel tranſigente,qui habetur pro confeſſo.eo quod tranſegit vel compoſuit,vt dictũ eſt: vt ff. de præuari.l.in omnibus.ſed in reo ſecus eſt:quia debet redimere ſanguinem ſuum quandocũque poteſt:vt ff.de bo.

10 eo.qui mor.lib.conſci.l.j. †Et not.quod iſte talis[a] accuſator qui deſiſtit,incidit in Turpillianum[b] ſenatuſconſultum & pœna Turpilliani punitur,vt dictum eſt: vt C. e.

b l.quanuis.Sed fallit in fœmina[b]. Item fallit in minore

11 ratione ſuæ ætatis. †Item incidit in Turpillianum ille, qui proſecutus fuit accuſam ſuam vſque ad ſententia & obtinuit,à cuius ſententia fuit appellatum,& in ipſa ap-

12 pellatione deſiſtit:vt ff.eo.l.j.§.vna. †Item no.quod ille qui deſiſtit,non admittitur amplius ad accuſandum. ff.eodem l.qui deſiſtit.imo punitur,vt dictum eſt:vel ſaltem in v.lib.aur.vt ff.de præua.l.iij.§.fina.&.ff.ad exhib. l.iiij.C.eodem.l.ij.cum ſimi.vel punitur ſi de publico crimine accuſauit ad ſimilitudinem ſupplicij pro priuatisve rò pœna extraordinaria:vt ff.c.l.j. §.calumniatoribus. & in l.priuatis.& de hoc not.ſ.de caſu.& præuari.& ſupel.

13 vt ibi not.ſupra titu.proxi. †Et not.quod licet quis deſiſtat in proſequendo accuſationem,Iudex tamen non debet deſiſtere,ſed ,pſequi,& inquirere,& punire delinquẽtem:vt not.j.titu.proxi.

ADNOTATIO. a ¶Et not.quod iſte talis Vide per Barto. in l.iij.§.j.ff.de præuaric.vbi diſtinguit an expreſſe an vero tacite quis deſiſtat & eundem aliter diſtinguentem, in lege prima.§. ſi quis autem.ff.ad turpi.

b ¶Sed fallit in femina.Adde tu quod eſt falſum,quia etiam mulier incidit in turpillianum,de quo vide,per Alexan.de imo.in conſili. xj.col.j.ver.ſuper ſecundo.in j.volu.

De colluſione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Colluſio quid ſit,& cauſarum genus triplex eſt,ſcilicet criminale, ciuile, & ſpirituale.*
2 *Colluſio in criminalibus quando fiat,& quomodo tunc colludens puniatur,& an efficiatur infamis.*
3 *Colluſio etiam dicitur quando accuſator deſijt ab accuſatione: & quod in medium incidat,& qua pœna puniatur,& an efficiatur infamis.*
4 *Accuſator in cauſa criminali quando poſsit deſiſtere per gratiam ſine pœna: & accuſator abſens ſi citetur & non ueniat ad proſequendum quomodo puniatur: & ſi patitur labi biennium,qua pœna puniatur: & quando eſt quæſtio de ſtatu perſonæ & fiat colluſio,quid iuris erit.*
5 *Deſiſtere quando liceat in cauſa ciuili: & ſi alio modo fiat colluſio, punitur.*
6 *Diſcedere à lite per gratiam in ſpiritualibus quomodo liceat, & quomodo non: &*

non: & ſi quis in cauſa criminali ſiue ſpirituali deſiſtit aliter quam debeat: debet iudex ex ſuo officio inquirere contra deſiſtentem & punire.
7 *Diſcedere uolenti ab accuſatione iuſta cauſa,iudex debet abolitionem cõcedere, & non punitur deſiſtens.*
8 *Iudice colludente cum inquiſitio,abſolutio,non tenet,& poterit iterum accuſari.*
9 *Colludens ſuper beneficio,punitur ſuper beneficio.*
10 *Maritus accuſans uxorem de adulterio, an poſsit diſcedere quandocunque uult.*
11 *Colludunt non ſolum principales perſonæ & puniuntur, ſed etiam aduocati: & aduocatus in principali cauſa colludens,quomodo puniatur.*
12 *Procuratores quomodo colludant, & quomodo puniantur, & quomodo agitur.*
13 *Accuſato Martino ſi accuſans nõ proſequatur,quid faciet iudex, & deſiſtens non poteſt amplius accuſare.*
14 *Accuſare quando non poſsim illum quem alius accuſauit, & quando poſsim.*
15 *Colluſione & præuaricatione probata,quid pronunciabit iudex: & an poterit poſtea alius accuſare.*

1 COlluſio eſt † latens & fraudulosa conuentio inita inter accuſatorem & reum vel accuſatum in aliqua cauſa. Et not.q; triplex eſt genus cauſarũ,

2 ſcilicet criminale,ciuile,& ſpirituale. †In criminali autem ſit colluſio,quando accuſator abſcondit veras probationes criminis contra accuſatum, vel diſſimulat bonas probationes,vel falſas executiones admittit & conſentit:& iſte incidit in vitium præuaricationis, & extraordinaria pœna punitur:vt ff.ad turpi.l.j.§.præuaricatorem. ff.de præuari.l. prima.& ſecunda. & pe. &

3 efficitur infamis.ff.de pruari.l.ſi is.cum ſimili.. †Dicitur etiam colluſio quando accuſator deſtitit ab accuſatione per quod incidit in vitium tergiuerſatoris,& punitur in v.libr.aurei.& infamatur.ff.de præuaric.l.tertia.in fin.

4 & dicta.l.ſi is. †Not.tamen quod in cauſa criminali, ante litem conteſtatam,poteſt accuſator deſiſtere per gratiam ſine pœna à lite:vt ff.ad turpil.l.mulier.&l. inquiſitum.poſt litem verò conteſta.non licet ſine conſenſu aduerſarij, ſi paſſus eſt iam iniuriam vel carceres vel tormẽta:vt C. de aboli.l.final.nec ſine licentia iudicis:vt C.eodem.l.prima.C.de aboli.l.ſecunda.& hoc licet intra.xxx. dies:vt C.eodem.l.fina.§.quando autem.aliàs punitur,vt dictum eſt:& facit.ff.ad turpil.l.ſi quis.§.ſtellionatus.

Sed idem & in priuato crimine videtur:vt ff.ad turpil. l.& in priuatis.& C.eodem.l.ſecunda. Sed ſi accuſator eſt abſens,& citatur,& non vult venire, nec in accuſatione procedere, tunc punitur in.x.libr.auri: vt ſupra dictum eſt:& etiam vltra: quia qui incidit in turpil. condemnatur in ſumptibus litis: vt ff.de pœn. l. abſentem.C.qui accuſa.non poſ.l.qui crimen.& l.ſi ea. vbi de hoc. Si verò patitur labi biennium intra quod debet cauſa criminalis finiri, tunc punitur in quarta parte bonorum,& ſit infamis: vt C.vt intra certum tempus criquæſtio termi.l.prima.cum ſimi. Si verò eſſet quæſtio de ſtatu alicuius perſone: tunc ille qui colludit,amittit ius quod habet in perſona illius:& applicatur illi qui colluſionem detexit.C.eodem.l.ſi. ff.eodem.l. prima.

5 †In cauſa verò ciuili licitum eſt deſiſtere à cauſa quandocunque ſine licentia iudicis & liti renunciare. C.de pact.l.poſtquã.niſi ſit cauſa famoſa intentata: nam tunc non poteſt tranſigi,nec deſiſtere ſine conſenſu iudicis.ff. de his qui not.infa.l.furti.§.poteſtas. Et ſi in ciuilibus alio modo fiat colluſiot,[a] puniť pro motu ,iudicis qui deluſit forte ſecundum legem.C.de modo multa.l.fina.

6 †In ſpiritualibus verò per gratiam licet à lite diſcedere: vt extra de ſimo. capitulo. nemo. ſed non per tranſactionem:vt extra de tranſactio. capitulo. ſuper eodem. & c.preterea.imo & ſi qs in cauſa criminali ſiue ſpirituali deſiſtit aliter quã debeat,debet iudex ex ſuo officio inqrere contra deſiſtentem:vt extra eodem. capitulo primo. & ſecundo,& C.de abolit.l.prima.& ſecunda.& punire

7 debita pœna:vt ſupra dictum eſt. †Si verò iuſta cauſa velit quis ab accuſatione deſiſtere vel diſcedere:debet iudex abolitionem concedere: vt C.de abolit. l. prima ſecunda.& tertia.§.abolitio.& tunc deſiſtens non puni-

8 tur. †Sed ſi iudex colludat cum inquiſitio, & ipſum per gratiam vel pecuniam abſoluat, talis abſolutio non valet,nec præiudicat quominus iterum inquiratur & puniatur:vt extra eodem.capitulo primo. & ſecundo.& capitulo.iterum.ff.eodem.l.cum iuſto.& l.colluſione. & l. ſententiam.& poteſt etiam iterum accuſari:vt ff.de præ-

9 uaricari.l.tertia. †Si verò colludit ſuper beneficio, colludens punitur ſuper beneficio:vt extra eodem. capi-

10 tulo.audiuimus. †Sed ſi maritus accuſat vxorem de adulterio,poteſt quandocunque vult diſcere:quia poteſt vxorem ſibi reconciliare intra biennium:vt C. de adult. authen.ſed hodie.extra de conuer.coniu.capitulo.gaude

11 mus. †In ſumma verò notan.eſt,quod non ſolum principales perſonæ colludunt & puniuntur,vt ſupra dictũ eſt:ſed etiam aduocati.Et ſi in cauſa principali fuerit per aduocatum colluſum,punitur pœna extraordinaria: vt ff.de pœn.l.prima.§.verum. &.l. ſecunda.§.quod ſi.& l. penul.& ſecunda.quæſtio.quarta.§.notandum.& no.ſu-

12 pra titu.proxi. † Colludunt etiam procuratores, qui dolosà patſuntur ſe ſuperari in cauſa:qui tenentur de dolo ad omne intereſſe ſi ſunt ſoluendo, aliàs igitur contra illos qui colluſerunt cum eis.ff.de do.l.eleganter.§.ſi do-

13 lo. †Sed quid M.accuſauit aliquem de aliquo delicto publico vel priuato:iſte Martí,non videtur proſequí accuſam ſuam,vel non produxit probationes ſuas.Reſpõ. quod iudex debet aſsignare ei terminum ad producendum ſuas probationes:& ſi non fecerit,videtur tacitè deſiſtere,& renunciare iuri ſuo:vt.C qui accuſ.non poſ.l.ſi ea quæ.& inſuper incidit in turpillianum, & punitur:vt ſupra dictum eſt.&.s.titu.proxi.not. Et poterit tunc iudex,& debet contra talem accuſatum per inquiſitionem procedere & punire,ſi cupabilẽ inuenerit:vt extra de col lu.c.primo.& ſecundo.in fi.& C.de abol.l.prima.& ſecũda.§.finautem. Not.tamen quod ille qui deſtitit,nõ poteſt amplius accuſare:vt.ff.eo.l.qui deſtitit.de præuari.l. accuſator.cum ſimi. Sunt & aliį qui prohibentur acuſare aliquos:vt not ſupra.de his qui accuſ.non poſ.per to-

14 tum. †Si autem fuerit quis ab vna parte accuſatus de vno crimine,non poterit ab alio ſuper eodem crimine accuſari,niſi doceatur de colluſione, & præuaricatione primi accuſatoris: & ſe ignorare primam accuſam fuiſſe ab alio inſtitutam,quod ignorare quilibet præſumitur. C.qui milit.non poſ.l.ſuper his,& de hoc no.C.de accu.

15 l.quide crimine.& extra de accu.c.de his. †Et probata[a] colluſione:& præuaricatione debet iudex interloquendo pronunciare colluſum fuiſſe in dicta accuſa, & poterit poſtea accuſare.ff.de pręua.l.iij.in prin.no.de accuſa.l.hi tamẽ.§.fi.& l.ſi cui.§.de criminibus.no.cum ſimi. facit .ff. de iud.l.de qua re. Nã ſi accuſatus opponat exceptionem rei iudicatę.vel ſolutionis iam factę, oportet quod iudex pronunciet ſuper iſta emergenti priùs:vt d.l.iij. & d.l.de qua re.& extra de ordi.cog.c.j.& ibi no. alias non poſſet ſecundus accuſator accuſare,nec procedere, vt dictum eſt.Et dicetur ſic per iudicem.Nos iudex cognitor quæſtionis vertentis inter talem accuſatorem ex vna parte,& talem accuſatum ex altera:viſis talibus exceptionibus oppoſitis per talem accuſatorem quorũ tenor talis eſt &c. Quia cognouimus in prima accuſa ſiue proceſſu facto ſuper illa colluſum fuiſſe in dicta accuſa, & proceſſum per talem modum. Et not.quod debet ſpecificari qualitas colluſionis.Et auditis allegationibus partium.

Et ſuper omnibus habita deliberatione diligenti.interloquendo pronunciamus procedendum eſſe, & procedi debere ſuper dicta accuſa de nouo porrecta per dictũ accuſatorẽ contra dictum accuſatum per quem propoſitæ exceptiones obſtare non poſſunt quin procedi debeat ſuper noua accuſa &c.vel pronũciabitur prout qualitas negotij reqrit,prout iudex viderit,& cognouerit expedire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor.in fin.ff.de eden.dat cautelam,vt cuſtodes ſubito habeant medicum peritum qui deponat quòd carceratus mortuus eſt abſque culpa cuſtodũ,& ſua morte,& hoc ſcribi faciant per notarium, & per hoc tollitur ſuſpictio contra cuſtodes.

b ¶Fideiuſſorem.Adde quod quis non relaxatur fideiuſſoribus quando in defectum pecuniariè vt per Barto.in l.ij.ff.de publi. iudi. & in l.j.ff.de cuſto.reo.& datur tunc cautela,vt pœna ſoluatur fiſco ſubconditione ſi condemnabitur. vt per Bartolum in lege ſi ſub conditione.ff.de ſolu.& Angel.in lege ſecunda C.de exhi.reis. & adde quod quis etiam nõ relaxatur fideiuſſoribus ſi alias fugit de carcere gloſſa eſt ſingularis.& ibi Roma.in l.lege ff. ad ſilanianum.

c ¶Pro confeſsis.Adde quod hoc voluit Guil.de cu.in lege ſuccurritur ff.ex quibus cau.ma.& ibi Bald.& Bal.in l.admonendi.ff.de iureiu rando.& Angelus.in l.j.ff.de effrac.& ita debet intelligi Bartol. in lege in eos,ff.de cuſtodia reorum.& in l.finali, eodem titulo, vt per Bald.in dicta l.ſuccurritur.

De pœna deſiſtentis ab accuſatione.& qui puniantur pœna turpilliani. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tergiuerſator ſeu ab accuſationibus porrectis deſiſtens,punitur.*
2 *Senatuſconſul.turpillianum quando locũ habeat.*
3 *Senatuſcon.contra dominum in quibus criminibus non habet locum, & quæ pœna ueniat tunc.*
4 *Deſiſtere ab accuſatione quando quis dicatur: & quando quis dicitur agere, & quando agere uelle.*
5 *Deſiſtens propter iuſtum impedimentum,non videtur deſiſtere nec pœnam incurrit.*
6 *Deſiſtere etiam dicitur qui non proſequitur ſuam accuſam negligentia uel culpa ſua,tempore ſibi aſſignato.*
7 *Item ille qui ſubijcit uel inſtigat accuſatorem, & poſtea non pergit.*
8 *Item & ille qui compoſuit cum ſuo aduerſario ſine iudicis licentia.*
9 *Componens cum aduerſario quando non incidat in pœnam,& in quibus caſibus abolitio non habet locum: & in quo accuſatore habeant locum prædicta.*
10 *Accuſator deſiſtens ut ſuprà incidit in ſenatuſcon.turpillianum: fallit tamen in fœmina & in minore.*
11 *Turpilliani pœna tenetur qui deſiſtit in appellatiõe à ſententia quæ in ſui fauorem prolata fuit.*
12 *Deſiſtens non admittitur amplius ad accuſandum:imo punitur ut ſupradictum eſt,uel ut hic.*
13 *Iudex non debet reſiſtere,imo proſequi & punire delinquentem,licet quis deſiſtat in proſequendo accuſationem.*

1 QVoniam † plerunque accuſatores deſiſtunt ab accuſationibus porrectis in iudicio:& ſic dicuntur tergiuerſari propter quod pœna eſt imponenda:vt ff.eo.l.j. §.tergiuerſari. videre reſtat quæ pœna ſit imponenda pro tali crimine

2 †Et primo notandum.eſt quod hic ſenatuſconſultum locum habet contra illum qui accuſam porrectam de aliquo ſuper crimine publico,& poſtea lite conteſtata à dicta accuſa deſiſtit,& ipſam ſequi non curat:vt C.eo.l.j.& ff.eod.l.deſtitiſſe Quæ autem ſint publica iudicia habe

3 mus.ff.de pub.iud.l.j. †Et no.quod dixi.ſ.publico crimine:quia in priuato ſecus videtur,vt in crimine ſtellionatus.vel expilatæ hæreditatis,vel furti,vel iniuriarum, in quibus pœna turpilliani directa & ordinata non videtur locum habere:vt ff.eod.lege ſi quis. §.ſtellionatus,

Sed tunc officium iudicis locum habere videtur in pœna imponenda in his extraordinarijs delictis:vt in dicto §.in quibus imponitur pœna pro qualitate delicti: vt ff.

4 eodem lege & in priuatis. † Et dicitur quis deſiſtere, qui in totum deſiſtit.& animum deponit poſt litem conteſta.vt ff.eodem.l.ab accuſatione.§.primo & §.deſtitiſſe & ideo dixi poſt litem conteſtatam.quia ante nõ dicitur agere,ſed agere velle:vt ff. rem ratam habe.l.amplius nõ

5 peti. †Si autem quis deſtiterit propter iuſtum impedimentũ,vel propter occurrẽtẽ, neceſsitatẽ nõ videt deſiſtere nec incidit in pœnã:vt ff.eod.l.in ſenatus.§.commune.

6 & §.ſeq. †Item diciẽ deſiſtere ille cui aſsignatus fuerit terminus ad proſequendam ſuam accuſam:& ipſam non proſequitur culpa vel negligentia ſua:vt d.l.ab accuſatione.§.deſtitiſſe.C.qui accuſa.non poſſ.l.qui crimen.

7 †Item & ille qui ſubijcit vel inſtigat accuſatorem, & poſtea non peregit:vt in dicta l.in ſenatus.in prĩ.& l.j. §.

8 incidit. †Item & ille qui compoſuit cum ſuo aduerſario:vt dicta l.ab accuſatione in prin.ſine iudicis licentia.

9 †Si enim de licentia iudicis faceret impetrata abolitione,non incideret tunc in pœnam:vt ff.eodem l.j.§.ſi quis & §.abolitio.&.C.de aboli.l.j.& ij. Fallit tamen in quibuſdam caſibus in quibus non poteſt habere locum abolitio,& conceſſa non excuſat:vt in l. Iul. maie. In patria oppugnata vel prodita. In crimine peculatus cum ſimili:vt C.de aboli.l.fina.ad fin. Item non petitur abolitio quando aduerſarius ſuſtinuit verbera vel tormenta, vel catenas,vel ſimilia propter accuſam factam de eo.niſi ipſe conſentiat:vt C.de abo.l.fi.in prin. Et prædicta locum habent in accuſatore deſiſtente & non proſequente ſuam accuſam,vel tranſigente,qui habetur pro confeſſo.eo quod tranſegit vel compoſuit,vt dictũ eſt: vt ff. de præuari.l.in omnibus.ſed in reo ſecus eſt:quia debet redimere ſanguinem ſuum quandocũque poteſt:vt ff.de bo.

10 eo.qui mor.lib.conſci.l.j. †Et not.quod iſte talis[a] accuſator qui deſiſtit,incidit in Turpillianum[a] ſenatuſconſultum & pœna Turpilliani punitur,vt dictum eſt: vt C. e.

b l.quanuis.Sed fallit in fœmina[b]. Item fallit in minore

11 ratione ſuæ ætatis. †Item incidit in Turpillianum ille, qui proſecutus fuit accuſam ſuam vſque ad ſententia & obtinuit,à cuius ſententia fuit appellatum,& in ipſa appellatione deſiſtit:vt ff.eo.l.j.§.vna. †Item no.quod ille qui deſiſtit,non admittitur amplius ad accuſandum. ff.eodem l.qui deſiſtit.imo punitur,vt dictum eſt:vel ſaltem in v.lib.aur.vt ff.de præua.l.iij.§.fina.&.ff.ad exhib. l.iiij.C.eodem.l.ij.cum ſimi.vel punitur ſi de publico crimine accuſauit ad ſimilitudinem ſupplicij pro priuatisve rò pœna extraordinaria:vt ff.c.l.j. §.calumniatoribus. & in l.priuatis.& de hoc not.ſ.de caſu.& præuari.& ſupel.

13 vt ibi not.ſupra titu.proxi. †Et not.quod licet quis deſiſtat in proſequendo accuſationem, Iudex tamen non debet deſiſtere,ſed ꝓſequi,& inquirere,& punire delinquẽtem:vt not.j.titu.proxi.

ADNOTATIO. a ¶Et not.quod iſte talis Vide per Barto. in l.iij. §.j.ff.de præuaric.vbi diſtinguit an expreſſe an vero tacite quis deſiſtat & eundem aliter diſtinguentem, in lege prima. §. ſi quis autem.ff.ad turpi.

b ¶Sed fallit in femina.Adde tu quod eſt falſum,quia etiam mulier incidit in turpillianum,de quo vide,per Alexan.de imo.in conſili. xj.col.j.ver.ſuper ſecundo.in j.volu.

De colluſione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Colluſio quid ſit,& cauſarum genus triplex eſt,ſcilicet criminale, ciuile, & ſpirituale.*
2 *Colluſio in criminalibus quando fiat,& quomodo tunc colludens puniatur,& an efficiatur infamis.*
3 *Colluſio etiam dicitur quando accuſator deſijt ab accuſatione: & quod in medium incidat,& qua pœna puniatur,& an efficiatur infamis.*
4 *Accuſator in cauſa criminali quando poſsit deſiſtere per gratiam ſine pœna: & accuſator abſens ſi citetur & non ueniat ad proſequendum quomodo puniatur: & ſi patitur labi biennium,qua pœna puniatur: & quando eſt quæſtio de ſtatu perſonæ & fiat colluſio,quid iuris erit.*
5 *Deſiſtere quando liceat in cauſa ciuili: & ſi alio modo fiat colluſio, punitur.*
6 *Diſcedere à lite per gratiam in ſpiritualibus quomodo licet, & quomodo non: & ſi quis in cauſa criminali ſiue ſpirituali deſiſtit aliter quam debeat: debet iudex ex ſuo officio inquirere contra deſiſtentem & punire.*
7 *Diſcedere uolenti ab accuſatione iuſta cauſa,iudex debet abolitionem cõcedere, & non punitur deſiſtens.*
8 *Iudice colludente cum inquiſitio,abſolutio,non tenet,& poterit iterum accuſari.*
9 *Colludens ſuper beneficio,punitur ſuper beneficio.*
10 *Maritus accuſans uxorem de adulterio, an poſsit diſcedere quandocunque uult.*
11 *Colludunt non ſolum principales perſonæ & puniuntur, ſed etiam aduocati: & aduocatus in principali cauſa colludens,quomodo puniatur.*
12 *Procuratores quomodo colludant, & quomodo puniantur, & quomodo agitur.*
13 *Accuſato Martino ſi accuſans nõ proſequatur, quid faciet iudex, & deſiſtens non poteſt amplius accuſare.*
14 *Accuſare quando non poſsim illum quem alius accuſauit, & quando poſsim.*
15 *Colluſione & præuaricatione probata,quid pronunciabit iudex: & an poterit poſtea alius accuſare.*

1 COlluſio eſt † latens & fraudulosa conuentio inita inter accuſatorem & reum vel accuſatum in aliqua cauſa. Et not.q; triplex eſt genus cauſarũ,

2 ſcilicet criminale,ciuile,& ſpirituale. †In criminali autem ſit colluſio,quando accuſator abſcondit veras probationes criminis contra accuſatum, vel diſſimulat bonas probationes,vel falſas executiones admittit & conſentit:& iſte incidit in vitium prævaricationis, & extraordinaria pœna punitur:vt ff.ad turpi.l.j.§.prævaricatorem. ff.de prævari.l. prima.& ſecunda. & pe. &

3 efficitur infamis.ff.de pruari.l.ſi is.cum ſimili.. †Dicitur etiam colluſio quando accuſator deſtitit ab accuſatione per quod incidit in vitium tergiuerſatoris,& punitur in v.libr.aurei.& infamatur.ff.de prævaric.l.tertia.in fin.

4 & dicta.l.ſi is. †Not.tamen quod in cauſa criminali, ante litem conteſtatam.poteſt accuſator deſiſtere per gratiam ſine pœna à lite:vt ff.ad turpil.l.mulier.&l. inquiſitum.poſt litem verò conteſta.non licet ſine conſenſu aduerſarij, ſi paſſus eſt iam iniuriam vel carceres vel tormẽta:vt C. de aboli.l.final.nec ſine licentia iudicis:vt C.eodem.l.prima.C.de aboli.l.ſecunda.& hoc licet intra.xxx. dies:vt C.eodem.l.fina.§.quando autem.aliàs punitur,vt dictum eſt:& facit.ff.ad turpil.l.ſi quis.§.ſtelliõnatus.

Sed idem & in priuato crimine videtur:vt ff.ad turpil. l.& in priuatis.& C.eodem.l.ſecunda. Sed ſi accuſator eſt abſens,& citatur,& non vult venire, nec in accuſatione procedere, tunc punitur in.x.libr.aurĩ: vt ſupra dictum eſt:& etiam vltra: quia qui incidit in turpil. condemnatur in ſumptibus litis: vt ff.de pœn. l. abſentem.C.qui accuſa.non poſ.l.qui crimen.& l.ſi ea. vbi de hoc. Si verò patitur labi biennium intra quod debet cauſa criminalis finiri, tunc punitur in quarta parte bonorum,& ſit infamis: vt C.vt intra certum tempus criquæſtio termi.l.prima.cum ſimi. Si verò eſſet quæſtio de ſtatu alicuius perſone: tunc ille qui colludit,amittit ius quod habet in perſona illius:& applicatur illi qui colluſionem detexit.C.eodem.l.ſi. ff.eodem.l. prima.

5 †In cauſa verò ciuili licitum eſt deſiſtere à cauſa quandocunque ſine licentia iudicis & liti renunciare. C.de pact.l.poſtquã.niſi ſit cauſa famoſa intentata: nam tunc non poteſt tranſigi,nec deſiſtere ſine conſenſu iudicis.ff. de his qui not.infa.l.furti.§.poteſtas. Et ſi in ciuilibus alio modo fiat colluſior,[a] punit̃ pro motu iudicis qui deluſit forte ſecundum legem.C.de modo multa.l.fina.

6 †In ſpiritualibus verò per gratiam licet à lite diſcedere: vt extra de ſimo. capitulo. nemo. ſed non per tranſactionem:vt extra de tranſactio. capitulo. ſuper eodem. & c.preterea.imo & ſi qs in cauſa criminali ſiue ſpirituali deſiſtit aliter quã debeat,debet iudex ex ſuo officio inqrere contra deſiſtentem:vt extra eodem. capitulo primo. & ſecundo,& C.de abolit.l.prima.& ſecunda.& punire

7 debita pœna:vt ſupra dictum eſt. †Si verò iuſta cauſa velit quis ab accuſatione deſiſtere vel diſcedere:debet iudex abolitionem concedere: vt C.de abolit. l. prima ſecunda.& tertia.§.abolitio.& tunc deſiſtens non puni-

8 tur. †Sed ſi iudex colludat cum inquiſitio, & ipſum per gratiam vel pecuniam abſoluat, talis abſolutio non valet,nec præiudicat quominus iterum inquiratur & puniatur:vt extra eodem.capitulo primo.& ſecundo.& capitulo.iterum.ff.eodem.l.cum iuſto.& l.colluſione. & l. ſententiam.& poteſt etiam iterum accuſari:vt ff.de præ-

9 uaricari.l.tertia. †Si verò colludit ſuper beneficio, colludens punitur ſuper beneficio:vt extra eodem. capi-

10 tulo.audiuimus. †Sed ſi maritus accuſat vxorem de adulterio,poteſt quandocunque vult diſcere:quia poteſt vxorem ſibi reconciliare intra biennium:vt C. de adult. authen.ſed hodie.extra de conuer.conſu.capitulo.gaude-

11 mus. †In ſumma verò notan.eſt,quod non ſolum principales perſonæ colludunt & puniuntur,vt ſupra dictũ eſt:ſed etiam aduocati.Et ſi in cauſa principali fuerit per aduocatum colluſum,punitur pœna extraordinaria: vt ff.de pœn.l.prima.§.verum. &.l. ſecunda.§.quod ſi.& l. penul.& ſecunda.quæſtio.quarta.§.notandum.& no.ſu-

12 pra titu.proxi. † Colludunt etiam procuratores, qui dolosà patſuntur ſe ſuperari in cauſa:qui tenentur de dolo ad omne intereſſe ſi ſunt ſoluendo, aliàs igitur contra illos qui colluſerunt cum eis.ff.de do.l.eleganter.§.ſi do-

13 lo. †Sed quid M.accuſauit aliquem de aliquo delicto publico vel priuato:iſte Martĩ.non videtur proſequi accuſam ſuam,vel non produxit probationes ſuas.Reſpõ. quod iudex debet aſsignare ei terminum ad producendum ſuas probationes:& ſi non fecerit,videtur tacitè deſiſtere,& renunciare iuri ſuo:vt.C qui accuſ.non poſ.l.ſi ea quæ.& inſuper incidit in turpillianum, & punitur:vt ſupra dictum eſt.&.s.titu.proxi.not. Et poterit tunc iudex,& debet contra talem accuſatum per inquiſitionem procedere & punire,ſi cupabilẽ inuenerit:vt extra de col

14 lu.c.primo.& ſecundo.in fi.& C.de abol.l.prima.& ſecũda.§.finautem. Not.tamen quod ille qui deſtitit,nõ poteſt amplius accuſare:vt.ff.eo.l.qui deſtitit.de prævari.l. accuſator.cum ſimi. Sunt & alij qui prohibentur accuſare aliquos:vt not ſupra.de his qui accuſ.non poſ.per to-

14 tum. †Si autem fuerit quis ab vna parte accuſatus de vno crimine,non poterit ab alio ſuper eodem crimine accuſari,niſi doceatur de colluſione, & prævaricatione primi accuſatoris: & ſe ignorare primam accuſam fuiſſe ab alio inſtitutam,quod ignorare quilibet præſumitur. C.qui milit.non poſ.l.ſuper his,& de hoc no.C.de accu.

15 l.quide crimine.& extra de accu.c.de his. †Et probata[a] colluſione:& prevaricatione debet iudex interloquendo pronunciare colluſum fuiſſe in dicta accuſa, & poterit poſtea accuſare.ff.de prẽua.l.iij.in prin.no.de accuſa.l.hi tamẽ.§.fi.& l.ſi cui.§.de criminibus.no.cum ſimi. facit .ff. de iud.l.de qua re. Nã ſi accuſatus opponat exceptionem rei iudicatę.vel ſolutionis iam factę, oportet quod iudex pronunciet ſuper iſta emergenti priùs:vt d.l.iij. & d.l.de qua re.& extra de ordi.cog.c.j.& ibi no. alias non poſſet ſecundus accuſator accuſare,nec procedere, vt dictum eſt.Et dicetur ſic per iudicem.Nos iudex cognitor quæſtionis vertentis inter talem accuſatorem ex vna parte,& talem accuſatum ex altera:viſis talibus exceptionibus oppoſitis per talem accuſatorem quorũ tenor talis eſt &c. Quia cognouimus in prima accuſa ſiue proceſſu facto ſuper illa colluſum fuiſſe in dicta accuſa, & proceſſum per talem modum. Et not.quod debet ſpecificari qualitas colluſionis.Et auditis allegationibus partium.

Et ſuper omnibus habita deliberatione diligenti.inter loquendo pronunciamus procedendum eſſe, & procedi debere ſuper dicta accuſa de nouo porrecta per dictũ accuſatorẽ contra dictum accuſatum per quem propoſitæ exceptiones obſtare non poſſunt quin procedi debeat ſuper noua accuſa &c.vel pronũciabitur prout qualitas negotij regrit,prout iudex viderit,& cognouerit expedire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADNOTATIO. a ¶Et probata. Adde tamen quod collusio præsumitur quando accusator conuersatur cum accusato ex quo per accusationem solent oriri inimicitiæ capitales inter accusatorem, & accusatum ita Bartol. in l. iij. ff. de adi. lega. vbi text. & in l. si inimicitiæ. ff. de his qui. vt indign. Quod est notabile.

De abolitionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Abolitio quid sit*
2 *Abolitio quot modis fiat.*
3 *Abolitio facta à principe quid operatur, & si fiat ad petitionem partis quomodo fiet, & quid erit cognoscendum.*
4 *Accusatione per errorem facta quando abolitio conceditur, & quando non.*
5 *Abolitio intra quantum tempus peti debet.*
6 *Abolitio regulariter conceditur quando petitur propter mortem: fallit in casibus hic positis.*
7 *Accusans calumniosè: si pecunia conuictus uelit abolitionem fieri non auditur etiam parte consentiente: fallit in casibus hic positis.*
8 *Abolitione generali uel speciali tollitur pœna & crimen extinguitur, non autem tollitur infamia.*

Ideamus quid sit abolitio. Et quidem potest dici sic. † Abolitio est accusæ peremptio siue exclusio: vt nomen sit consequens rei. Sicut dicitur exceptio, actionis exclusio. ff. de excep. l. secunda in princip. †Et nota. quod abolitio fit tribus modis. Vno modo à principe ex suo motu ob rem prosperè gestam, vel ob gaudium, vel ob similem causam: vt ff. ad turpil. l. si quis. §. fina. & l. sequen. Secundo modo ad instantiam & postulationem accusatoris coram iudice ordinario, qui de causa cognoscebat. Tertio modo per mortem accusatoris vel accusati, cum extinctum fuerit crimen regulariter morte superueniente: vt ff. eodem. l. aut priuatim. vel propter iustũ impedimentum superueniens accusatori: vt dicta. l. aut. & l. senatus. §. reos. C. si accus. mor. fue. l. secunda. & l. defunctis. †Et not. quod si fit abolitio à principe nullo postulante, quod talis abolitio extinguit omnes accusationes[a] quo ad omnes, præterquã ad actorem: quia ipse non minus poterit vsque ad. xxx. dies repetere accusam: vt C. eodem. l. fina. computandos à die quo feriæ generalis abolitionis sunt finitæ. Et debet accusare eo modo quo prius fecerat: vt. C. de genera. aboli. l. secunda. ff. ad turpil. l. Aut. §. in iudicio. Si verò fiat ad petitionem accusatoris coram iudice: tunc debet fieri vtraque parte præsente, scilicet accusatore & accusato, & causa cognita. Et vertitur in causæ cognitione hoc modo, vt si accusator calumniosè hoc modo fecit accusam, abolitio non concedatur: vt C. eodem. l. fina. in princip. de calum. l. falsatia. imo punitur de calumnia: vt supra. not. de calum. †Si verò per errorem accusaverit, si quidem accusatus subtinuit iniuram, vel carceris, vel verborum, vel tormenti, non est concedenda abolitio. si verò non subtinuerit iniuriam, vt dictum est: & tũc conceditur: aliàs non, etiam vtraque parte volente.

†Et debet peti abolitio intra. xxx. dies computandos à die institutæ accusationis, aliàs non auditur: vt C. eod. l. fina. & ff. eodem. l. prima. §. abolitio. & l. aut. §. in iudicio.

†Si verò propter mortem petitur abolitio, debet concedi regulariter: quia morte extinguitur crimen: vt C. si reus vel accus. mor. fue. l. secunda. cum simi. ff. eodem. l. in senatus. §. si propter mortem. Fallit in casibus in quibus nullo modo conceditur: vt in crimine læsæ maiesta. patriæ oppugnatæ vel proditæ, vel crimine falsi: vt C. eodem. l. si falsis. ff. ad turpil. l. fallaciter. Item in crimine peculatus, repetundarum, & de residuis, & in crimine apostasiæ, & hæresis, & simili. vt C. si reus vel accus. mor. fue. l. prima. & ibi not. †Item quòd si quis calumniosam fecerit accusam, & ipse pecunia conuictus velit abolitionem fieri, non est audiendus etiam consentiente parte aduersa: sed procedi debet in accusa ita vt nocens puniatur: vt C. eodem. l. secunda fallit etiam si accusauit prosequendo suam iniuriam, vel accusauerit consanguineos vel similes: nam tunc conceditur abolitio: vt dicta. l. secunda. §. finali. † Item notat quòd per abolitionem generalem vel specialem tollitur pœna: & etiam crimen extinguitur, sed non tollitur infamia. C. de genera. aboli. lege finali cum simi. & de hoc notat Azo. in summa huius tituli.

ADNOTATIO. a ¶Accusationes. Adde tu quod ista generalis abolitio non extenditur ad crimina iam liquidata. l. fina. C. de abo. Nec etiam extenditur ad crimen falsi licet non sit liquidatum: vt est text. in l. lucius. ff. ad turpil. & ibi Barto. & Angel. nec etiam ad iam carceratos. l. domitius & ibi Barto. ff. ad turpil. quod intellige vt per Bartol. & Angel. in dicta. l. lucius. & per Angel. in l. falsorum. §. fina. ff. de accusat. nec etiam porrigitur ad accusationes nondum iuchoatas. l. prima. & secunda. C. de genera. aboli.

De treuga. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Treuga quid sit.*
2 *Pax quid sit,*
3 *Treuga duplex est, scilicet conuentionalis, & canonica, Conuentionalis quid sit.*
4 *Treugam supradictam qui frangit, qua pœna puniatur, & sit infamis, & quãdo sit seruanda inter personas priuatas.*
5 *Treugam qui fecit aliquem percutiendo, quomodo puniatur.*
6 *Treugam qui fecit si homicidium committat, capite punitur.*
7 *Treugam qui fecit si aliter quam supra delinquat, quomodo puniatur.*
8 *Treuga canonica quæ sit & quæ sit pœna contrafacientium: & debent iurare ut seruetur aliter puniuntur.*

Treuga† est securitas siue fiducia præstita rebus & personis inimicorum ad certum tempus, discordia nondum finita. † Pax autem est finis discordiæ † Et nota. quòd duplex est regula, scilicet ex pacto inito inter inimicos, & illa appellatur conuẽtionalis: quia ex pacto & conuentione sumit formam sicut & contractus: vt. ff. de pactis. l. conuentione. & depositione. l. prima. §. si conuenerit. de regulis iuris. l. contractus. Et ista talis treuga est seruanda hostibus: nam etiam fides hostibus est seruanda: vt xxiij. quęstione prima &. xxij. quęstione. iiij. innocens. & hoc verum, si hostes tibi seruant; aliàs non[a] est eis seruanda. extrà de iureiur. c. peruenit. Iuxta illud frangenti fidem, fides frangatur eidem: vt C. eodem l. cùm proponas. C. de transactio. &. ff. diuersa. &. ff. locati. l. quæro. §. inter locatorem.

†Et qui talem treugam frangit, & maximè peregrinis, mercatoribus, rusticis, dum culturæ agrorum insisterent, & auferrent animalia & instrumenta agrorum cum quibus cultura fit: illud quod abstulit in quadruplum restituat, insuper sit infamis, & personaliter punitur qui talia committit: vt. ff. de re mili. lege finali & hoc intelligo de treuga facta inter ciuitatem & alia loca: si autem inter priuatas personas dico quod est seruanda, dummodo eis seruata sit, vt supra probatum est per iura præmissa. † Et si quis fecit treugam, percutiẽdo aliquem ex illis cum quibus[b] facta erat treuga, quòd puniatur in manus amissione: vt in authentica de man. princip. colla. tertia. §. coges. ita vt in ipso puniatur cum quo deliquit: vt C. cõmu. de succes. authen. omnes peregrini. & in vsi. feud. de pace tenen. cap. j. §. si quis. vel potest dici quòd cũ dicta iura loquantur de pace rupta, & nõ treuga: quod pœna extraordinaria

dinaria puniatur inspecta atrocitate delicti: vt. ff. de iurisdom. iudi. l. prætor. §. fina. & l. vlti. & de extraordi. cri. l. prima. de effrac. l. j. & secũdum diuersitatem facti, & delicti:
6 vt patet per titulos speciales in hoc opusculo. †Si verò per homicidium commiserit, capite punitur: vt ff. de parrici. l. penul. §. qui alias personas. & not. pulchrè. s. de
7 homici. †Si verò aliter delinquit, secundum qualitatẽ delicti pœna debita & ordinata punitur: vt patet in hac
8 summula per titulos speciales competentes. †Est & alia treuga canonica, siue à iure inducta: quæ certo tempore est seruãda: & maximè personis ecclesiasticis & peregrinis, mercatoribus, & personis rusticanis: maximè dũ agriculturæ insudant: vt extra eodem capitu. primo. & secundo. Et qui contra facit, excommunicatur. Et episcopi debent prouidere, vt talis treuga seruetur: & debet vnus episcopus alteri dare auxilium & fauorem aliâs dignitate priuantur &c. & dic vt plenè not. extra eodem. titu. c. j.

ADNOTATIO. a ¶Alias non. An si vnus fregit treugam alius possit frangere. Ioan. andr. & Anto. de butr. in c. iij. de iur. quod non. & Ioan. andr. in addi, Spec. in rubri. de treug. & pa. Angel. Paul. de cast. Rapha. & doc. in. l. si ex legati. & in l. qui seruũ. ff. de verb. oblig. & vide Alexan. in l. cum proponas. C. de pact. & ibi addita, & vltra prædicta vide late per Feli. in. c. j. colũ. ij. de treu. & pace.

b ¶Cum quibus. Sed quid si rapta est filia vnius partis ab alio ex alia parte: an per hoc dicatur treuga rupta: dic q nõ: vt plene p Alexã. in consi. cxiij. per totum. in ij. volu.

De pace. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pax quid sit.*
2 *Procuratores pacem facientes debent habere speciale mandatum.*
3 *Pax potest fieri super quolibet maleficio pro quo ingeritur pœna sanguinis: fallit in crimine adulterij.*
4 *Occiso aliquo si hæredes illius aut filij fecerint pacem & remissionem de homicidio, iniuria &c. an potestas poterit procedere, & quid si statutum esset quod posset fieri pax.*
5 *Vulnerato Titio, Titius fecit pacem uulneranti de omni iniuria & offensa, an alius possit uulnerantem accusare.*
6 *Vulnerato Titio si Titius fecit pacem uulneranti de uulneribus sibi illatis, & de omni iniuria & offensa: posito quod pax fieri possit & teneat, si post ea Titius moriatur: an hæredes Titij possint de homicidio accusare, non obstante pace: uel an uideatur facta pax de morte: & quæ uerba sint ponenda in contractu pacis.*
7 *Offensus an compelli possit ad faciendum pacem cum offendente.*
8 *Satisfare de non offendendo an aliquis compelli possit.*
9 *Iniuriam fecisti Titio, qui postea bibit & comedit tecum: & sic uidetur remunciasse iniuriam, an Titius possit postea te accusare.*
10 *Vulnerato Titio mortifere, si inculpetur de hoc Mar. Titius uerò dicat quod Mar. non uulnerauit eum, sed alius: an iudex potest contra Martinum procedere.*
11 *Potestas an possit ponere guerrantes ad confines, & accipere fideiussores.*
12 *Accusatione uel inquisitione facta duo fecerunt pacem de maleficio quod fuit inter eos: an per talem pacem uideantur confessi crimen, ut iudex possit eos condemnare sine aliqua probatione: & quibus uerbis ad cautelam sit utendum in contractu pacis.*
13 *Pupillus an possit pacem facere de morte patris uel offensa patri facta cum auctoritate sui tutoris.*
14 *Pacem & remissionem aliquis fecit Titio in præsentia iudicis quodam præsbytero præsente & recipiente pro offendente &c. an talis pax ualeat.*
15 *Statuto dicente quod si quis habuerit pacem ab offenso uel hærede eius, non possit personaliter de homicidio damnari. Titius fuit occisus pluribus hæredibus relictis: nunquid est opus quod habeat pacem ab omnibus.*
16 *Statuto dicente quod pace non obstante, homicida condemnetur de homicidio: si Mar. fuerit interfectus mandato Titij qui postea habuit pacem, an pax proderit Titio?*
17 *Pacem & remissionem duo fecerunt, & promiserunt eam obseruare: si postea unus frangit pacem alterum offendendo qualiter puniatur.*
18 *Gerra existente inter duas ciuitates uenerunt ad concordiam, quam promiserunt perpetuò obseruare sub certa pœna: si postea una terra unius ex istis ciuitatibus supponat se alteri ciuitati, propter quod ciuitas priuata tali terra commisit homicidia contra aliam ciuitatem, an incidat in pœnam.*
19 *Ordinatum est per legem Mantuæ quod homicida puniatur in. x. libr. Titius fuit condemnatus in dicta pœna pro homicidio commisso: postea habuit pacem à filio occisi, uel illo cuius intererat, an commune possit exigere illã pœnam ab homicida?*
20 *Tutor nomine pupilli uel infantis, & curator nomine adulti an pacem facere possit ita ut ualeat.*
21 *Pace à pluribus facta de omnibus iniurijs & offensis hinc inde illatis promissum fuit illam obseruare sub certa pœna: si unus facit cõtra pacem, & alius ex alia parte illum percutiat, an possit accusari & puniri de pace rupta uel aliter.*
22 *Statuto dicente quod habens pacem cum inimico dimittatur ei pœna, uel condemnatio, uel de banno eximatur: si uniuersitas fuit propter delictum condemnata & uelit facere pacem quomodo faciet, & quomodo congregabitur?*

Ideamus †Primò quid sit pax. Et quidem pax dicitur finis discordiæ, sed treuga est securitas data rebus & personis ad certum tempus, discordia nondum finita. †Et nota. quod si pax fieret per procuratores, debent habere speciale mandatum: quia generale non sufficit. extra de treug. & pa. capitulo primo. de transac. capitulo contingit. de arbi. capitulo per tuas. ff. de pro
3 curatoribus. l. mandato. cum similibus. †Item nota. quod super quolibet maleficio, quod quidem ingerit pœnam sanguinis, licet transigere & pacisci, & pacem facere, & hoc est regulariter verum ex parte delinquentis, & sine aliqua pœna: vt C. de transactio. nibus. l. transigere. ratio est: quia licet vnicuique se & sanguinem suum redimere. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerum. l. prima. Fallit hoc cri
a mine[a] adulterij, vbi transactio non admittitur propter frequentiam delicti, & eius atrocitatem: vt nota. in dicta. l. transigere. Et est ratio: quia paciscendo videtur de crimine confiteri, & pro confesso habetur. ff. de præua. l. in omnibus. & de ista materia no. Azo in sum
4 de transactionibus. †Sed pone quod quidam fuit occisus, eius hæredes aut filij fecerunt pacem & remissionem istius homicidij de homicidio, & de iniuria omni & percussione & offensa illatis & factis per ipsum homicidam in personam occisi dicto vel facto. Sed potestas non minus procedit contra istum homicidam: non obstante tali pace, & vult istum homicidam de homicidio punire & condemnare Quæritur quid iuris. & videtur quod possit: quia per tale maleficium commissum acquisitum est ius ciuitati, vbi perpetratum est maleficium: ita quod postea per pacem & pactum priuatorum non potuit tolli: vt. ff. de pact. l. ius publicum. & l. iuregentium. §. si paciscitur. Item quia reipublicæ interest ne maleficia sint impunita: vt ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus. in fin. facit. ff. ad legem Iuliã de vi publ. l. qui cœtus. &. ff. de pub. l. licitatio. §. q illicitè. & extra de collu. capitulo primo. & in hoc concordãt communiter docto, Et ita seruatur. nisi statutum esset præcisè in contrarium, quod posset pax fieri. Et pace facta non debet potestas se intromittere de tali crimine: nam statutum illud est seruandum. ff. ad municip. l. constitutionibus. de leg. tertio. l. non aliter. & nota. ad fillania. l. diuus. Sed dominus Guid. de suza. dicit quod pax valet & est seruanda: & potestas nequit se intromittere: quia nemo sine accusatore punitur. ff. de munere. & hono. l. rescripto. §. si quis accusatorem non habens. Item quia pacis lenitas est seruanda; vt C. de asser. tol. l. prima. circa princip. Item quia lex iubet fieri pacem & obseruari: vt in vsi feu. de pace te. Itẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætor non debet curare si partes volunt componere &c. ff de oper. no. nuncia. l. prima. §. inde queritur. ff. de vsufruct. l. æquissimum. & pro eo facit. xx. dist. per totum. & c. discordãtes. & capitulo. discedentes. cum simi. †Sed quid aliquis fecit pacem cum eo qui eum vulnerauit, & remissionem sibi fecit de omni iniuria & offensa. Modo venit alius & vult istum accusare, nunquid potest? Respon. dicit Guil. quod non potest: quia per talem pacem precluſa est via omnibus alijs accusandi per legem. ff. de iureiuran. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de sepul. vio. l. sepulchrum. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. Sed alij docto. contra per. l. ff. de vi publi. l. qui cetu. §. fina. de adult. l. si maritus. §. si negauerit. de pa. l. iuris gentium. §. si paciscar.

6 vbi. de hoc not. cum simi. & hoc verius videtur. †Sed posito quod pax valeat & fieri possit. quero quid si Títius vulnerauit M. & facit pacem de vulneribus sibi illatis & de omni iniuria & offensa: postea ipse moriatur, an hæredes possint de homicidio accusare non obstante pace vel an videatur facta pax etiam de morte postea subsecuta. Et videtur quod accusare possint, nec videatur facta pax de morte secuta: quia non fuit actum de morte &c. & non videtur pacto perimi id de quo non fuit cogitatum. ff. de transact. l. qui cum tutoribus. Item quia non potuit paciscens remittere iniuriam factam rei publicæ. ff. de pact. l. ius publicum. & l. iuris gentium. §. si paciscar. de publica. l. licitatio. §. quod illicite. & videtur casus. ff. ad legem Aquiliam. l. si actum sit. & l. si vulnerato seruo. & l. ita vulneratus. §. primo. cum simi. Econtra videtur quod accusari non possit: quia pacis lenitas est seruanda. C. de cadu. tollen. l. prima. Item quia non debet curare prætor si litigantes ad concordiam veniant &c. ff. de oper. no. nuncia. l. prima. §. inde queritur.

Item quia si pax facta est de vulnere, & de morte quę subsequitur intelligitur esse facta: vt ff. de fideiusso. l. si quis pro reo. §. primo. ff. quo. lega. l. fin. & ad legem Aquiliam. l. huic scripturę. ff. de dam. infec. l. damni. §. fabini. cum simili. Solu. dicunt omnes docto, primam opinio. esse veram per iura primo allega vnde potest accusari de homicidio pace non obstante, vnde quando fiat pax, debet notarius dicere. Fecerunt pacem & remissionem de omnibus vulneribus & offensis & iniurijs factis & illatis: & de morte si subsequeretur &c. & inde &c. Nam tunc de morte intelligitur esse facta, & sic non possunt accussari de homicidio si postea subsequeretur. &c. dummodo posit de tali: & tanto maleficio per statutum fieri pax, aliàs secus: vt nota. supra. Sed pone

7 quod quidam &c. †Sed nunquid offensus [b] posit

b compelli à iudice ad faciendum pacem cum offendente. Respond. sic videtur: quia iudex habet procurare quod ciuitas quam regit sit in pace. ff. de officio præsid. l. congruit. Item debet facere: vt ad arma, & rixas homines non veniant: vt. ff. de vsuffruct. l. æquissimum. vbi de hoc nota, & facit in argumen. de serui. l. harum. & l. egi. C. de cadu. tollen. l. prima. in vsibus feudorum. de pace iuramen. firman. capitulo primo. cum similib. Et maxime si propter hoc magnus tumultus, & magnum periculum possit inde contingere: alias secus: vt dicunt quidam docto. Sed videtur contra, quod ad pacem non possit præcisè compelli: vt xc. distinct. capitu. discordantes. & capitu. placuit. & capitu. studendo. quod verius videtur. non tamen per hoc remittitur pœna, vt supra nota. & ff. de pact. l. iure gentium. §. si paciscar. & facit in authen. de manda. princip. §. oportet. vbi de hoc not. collat

8 tertia. †Sed nunquid potest quis compelli satisdare

c de non offendendo? Respond. dicunt quidam docto. quod non: quia graue est adinuenire fideiussores, & non debet quis superuacua satisdatione onerari: vt ff. de procurato. l. non cogendum. §. finali. ff. si quis cautio. l. prima. de iudi. l. secunda. §. si dubitetur. Item ex suo delicto est quis puniendus, & non debet ex maleficio præmium consequi: vt ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. in fin. ff. de nego. gestis. l. si hæreditaria. C. de hæreti. l. sed si. Sed si alium non offenderit: tunc ne ab alio offendatur, debet ille compelli satisdare de non offendendo: vt notat. in titul. de acusationibus. Sed alij dicunt quod si offendẽs est damnandus de offensa, & soluit condemnationẽ: quod cum sit punitus, non debet amplius puniri, & tunc possit offensus compelli ad satisdationem præstandam de non offendendo: vt C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. denunciamus. argumentum. C. communi diuidundo. l. cum vsufructu. Item quia prætor habet curare: vt pacata sit ciuitas &c. ff. de officio præsidis. l. congruit. & ff. de vsuffruct. l. equissimum. cum similibus. quod verius videtur. †Sed quid fecisti mihi iniuriam: si postea bibi & comedi tecum, & sic tacitè videor remittere iniuriam: si post hoc volo te accusare, nunquid sum audiendus? Respond. vt not. institu. de iniurijs. §. si.

†Sed quid Titius fuit mortifere vulneratus, de quo M. inculpatur, sed vulneratus dicit quod M, ipsum non vulnerauit sed alius, nunquid potest iudex cõtra ipsum procedere? Respondeo non videtur: quantum est per iniuriam sibi factam, sed pro facto communis, sic videtur. ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. ad silla. l. si

